

Biblioteca	Presbiteriana
Sala	A
Estante	212
Tabla	
Número	35


2-36-7671  
71-5

1 a 2-4.

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40

400 40  
10/10/10







D 9941

INCIPIT PROLOGVS IN ISAIAM  
Prophetam.

**N**emo cum prophetas verbis viderit esse descriptos, metro eos aestimet apud Hebr. eos ligari, & aliquid simile habere de Psalmis vel operibus Salomonis. Sed quod in Demosthene & Tullio solet fieri, vt per cola scribantur & commata: qui vtique prosa & non verbis conscripserunt. Nos quoque vtilitati legentium prouidentes, interpretationem nouam nouo scribendi genere distinximus. Ac primum de Isaia sciendum quod in sermone suo disertus sit: quippe vt vir nobilis & urbana elegantia, nec habens quicquam in eloquio rusticitatis admixtum. Vnde accidit vt praeter ceteris florem sermonis eius translatio non potuerit conseruare. Deinde etiam hoc adiciendum, quod non tam propheta dicendus sit quam Euangelista. Ita enim vniuersa Christi Ecclesiae que mysteria ad liquidum profecutus est, vt non eum putes de futuro vaticinari, sed de praeteritis historiam texere. Vnde conuicio noluisse tunc temporis septuaginta interpretes, fidei sacramenta perspicue Ethnicis prodere, ne sanctum canibus, & margaritas porcis darent. Quae cum hanc editionem legeritis, ab illis animaduertetis abscondita. Nec ignoro quanti laboris sit Prophetas intelligere, nec facile quempiam posse iudicare de interpretatione, nisi intellexerit antea quae legerit: nos quoque patere moribus plurimorum, qui stimulante inuidia, quod consequi non valent, despicunt. Sciens ergo & prudens in flammam mitto manum: & nihilominus hoc a fastidiosis lektoribus precor, vt quomodo Graeci post septuaginta translatores, Aquilam & Symmachum & Theodotionem legunt, vel ob studium doctrinae suae, vel vt septuaginta magis ex collatione eorum intelligant: sic & isti saltem vnum post priores habere dignentur interpretem. Legant prius, & post ea despiciant, ne videantur non ex iudicio, sed ex odij praesumptione ignorata damnare. Prophetavit autem Isaia in Ierusalem & in Iudaea, nec dum decem tribubus in captiuitatem ductis: ac de vtroque regno nunc commixtim, nunc separatim texit oraculum. Et cum interdum ad praesentem respiciat historiam, & post Babylonicam captiuitatem reditum populi significet in Iudaeam: tamen omnis eius cura de vocatione gentium, & de aduentu Christi est. Quem quanto plus amatis o Paula & Eustochium, tanto magis ab eo petite, vt pro obrectatione praesenti, qua me indefinenter emulianiant, ipse mihi mercedem restituat in futuro: qui scit me ob hoc in peregrina lingua eruditione sudasse, ne Iudaei de falsitate scripturarum Ecclesiae eius diutius insultarent.

Vita Isaiae Prophetae.

**I**saias in Ierusalem nobili genere ortus est, ibique prophetauit. Sub Manasse Rege, sectus in duas partes occubuit. Sepultusque est sub quercu Rogel iuxta transitum aquarum, quas olim Ezechias Rex iacto obstruxerat puluere.

Incipit Isaia Propheta.

Caelestia & terrena prouocat Isaia in testes super Iudaeae scelera, pro quibus deus illius execratur sacrificia, & ad poenitentiam illam reuocans iniungit baptisma. Cap. 1.

A  
Anni ante  
Christum  
796.  
Anni mundi  
3666.



**V**isio Isaia filij Amos, qua vidit super Iudaeam & Ierusalem in diebus Osia, Ioathan, Achaz, & Ezechiae Regum Iudaeae.   
 b Audite caeli, & auribus percipite terra, quoniam dominus locutus est: Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. c Cognouit bos possessorem suum, & asinus praesepe domini sui. d Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. Vixi in genti peccatrici, populo graui iniquitate, femini nequam, filiis sceleratis. e Dereliquerunt dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. Super quo percutiam vos ultra addentes] prauaricationem: Omne caput languidum, & omne cor mœrens. A planta pedis vsque

a. Hic propheta cum esset diuinus, & vsque ad miraculum veridicus, certus se nihil a vero alienum dixisse, omnia sua vaticinia scripto tradita reliquit posteris, vt ex euenitu certitudo eorum posset intelligi. Nec hic solo id fecit, sed alij praeterea 12. Et quicquid, vel boni, vel mali, nobis euenit, eorum illum respondet oraculo. Iosephus, Antiquit. Iudae. lib. 10. c. 3. b. Quia homines irrationabiliores facti sunt, irrationabilibus per peccata, ideo irrationabilia propheta alloquitur. Chryc. de per. homil. 3. c. Conspiraucunt in me. d. Scilicet quod naturam Christi in carne & Iudaei ex parte, & gentes agnouerunt. Hieronim. in 1. ca. Iob. e. Domnorum suorum. f. Pestiferi. g. Irritauerunt. h. Cum augentis.

6. Integritas.  
 7. Putrida vel saniosa.  
 Id. Haec omnia referuntur ad te-  
 pus Teri Vespasiani, quando Ju-  
 dæi fuerunt à Romanis capti,  
 & occisi, & Ierosolyma sine de-  
 leta, & templum incendio fla-  
 gravit. Pinctus ibidem.]  
 8. Desolata.  
 c. Iudææ gentis ruina, verbi-  
 que dei & legis novæ eiusque do-  
 mus dimulgatio, & pietatis om-  
 nium gentium declinatio. Euseb.  
 \* Adhuc dum paucum.  
 f. Iudæos alloquitur quod Solo-  
 micarum, & Gomorrhæonum ini-  
 tantes malitiam, sibi cognatio-  
 nem cum illis acceperunt. Chry-  
 so. aduersus Iudæos Oratio. 1.  
 Ig. Sacrificia Iudæorum respo-  
 dit obedientiam euangelij comen-  
 dat. Victimam cæpi destructionem  
 indicat, quæ in perpetuum per-  
 petuauerat. Post Babyloniam  
 eam captiuitatem à Zorobabel  
 templum adificatum est, & in  
 eo diu sacrificat est. Glosa or-  
 dinaria ibidem.]  
 9. Veniretis.  
 \* Ve vileamini.  
 20. Conuocationes festiuitatū.  
 h. Datur accepta non habet sa-  
 crificia quæ in manibus impu-  
 ris offeruntur. Chryso. aduersus  
 Iudæos, oratio. 4.  
 i. Laianus, nec mali sunt qui  
 commissa illece non desunt, sed  
 turis stenda committunt. Grego.  
 Pastor. 3. part. admoni-  
 tio. 11.  
 \* Quæsitio.  
 21. Disceptemus.  
 k. Quare omnibus manifestum  
 est quod liberum arbitrium exhi-  
 buit nobis deus per scriptum lo-  
 cutur: Si volueritis, & si nolue-  
 ritis, & Quare circa hominem  
 est bona operis, aut malis res  
 appetere. Epiphanius contra her-  
 etiam Pharisæorum sectam.  
 22. Ieritaueritis.  
 l. Cuius sententia permanen-  
 tibus hominum peccatis non po-  
 test immutari. Hierony. ibidem.  
 m. Quod in Isaiæ repositus in-  
 telligi potest, sed plenius refer-  
 tur ad passionem Christi, quæ  
 do omnes declinauerunt, simul  
 inuictes facti sunt. Hiero. ibid.  
 23. Purgabo.  
 14. In principio.  
 15. Captiuitas eius.  
 n. Quæ illi qui erant in pecca-  
 tis suis oblitati fuerunt mor-  
 tui partem in captiuitate tenuerunt  
 & tunc in circuitu, & partem  
 in captiuitate. abylonis. De Ly-  
 ra ibidem.]  
 19. Propter idola quæ concupi-  
 uistis.  
 17. Scupa.  
 18. Operator eius.

ad verticem non est in eo<sup>6</sup> sanitas.] **Vulnus & lior & plaga<sup>7</sup> tumens,** non est cir-  
 cunligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. **† Terra vestra<sup>8</sup> deserta,** cuius  
 tates vestrae succentæ sunt igni. Regionem vestram coram vobis alieni deuorant, &  
 desolabitur sicut in vastitate hostili. **° Et derelinquetur filia Sion vt vmbraculum in**  
**vinea, & sicut tugurium in cucumerario: sicut ciuitas quæ vastatur. † Nisi dominus**  
**exercituum reliquisset nobis semen, \* † quasi Sodoma fuisset, & quasi Gomorra**  
**similes essemus. † Audite verbum domini principes Sodomorum, percipite auribus**  
**legem dei vestri populus Gomorrhæ. Quod mihi multitudinem victimarum vestra-**  
**rum dicit dominus? Plenus sum. <sup>5</sup> Holocausta arietum, & adipem pinguium & san-**  
**guinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui. Cum<sup>9</sup> veneritis] \* ante conspectū**  
**meum, quis quæsiuit hæc de manibus vestris vt ambularetis in atriis meis? † Ne offe-**  
**ratis vltra sacrificium frustra. Incensum abominatio est mihi. † Neomeniam, & sabbat-**  
**um, † & <sup>10</sup> festiuitates] alias non feram. <sup>8</sup> Iniqui sunt cœtus vestri. Kalendas vestras,**  
**& solennitates vestras odiuit anima mea. Facta sunt mihi molesta. † Laboraui susti-**  
**nens. <sup>h</sup> Et cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis. Et cum mul-**  
**tiplicaueritis orationem, non exaudiam. † Manus enim vestrae sanguine plenæ sunt.**  
**† Lauamini, mundi estote, auferite malum cogitationum vestrarum ab oculis meis.**  
**Quiescite agere peruersè, discite benefacere. † Quærite iudicium, subuenite oppres-**  
**so, iudicate pupillo, defendite viduam, & venite \* & <sup>11</sup> arguite me,] dicit dominus. Si**  
**fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi**  
**vermiculus, velut lana alba erunt. <sup>k</sup> Si volueritis & audieritis me, bona terræ comede-**  
**tis. Quod si nolueritis, & me <sup>12</sup> ad iracundiam prouocaueritis,] gladius deuorabit vos,**  
**quia <sup>1</sup> os domini locutum est: † <sup>m</sup> Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena**  
**iudicij? Iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ. Argentum tuum versum est**  
**in scoriam, vinum tuum mixtum est aqua. † Principes tui fideles, socij furum. <sup>o</sup> Om-**  
**nes diligunt munera, sequuntur retributiones. Pupillo non iudicant, & causa viduæ**  
**non ingreditur ad illos. Propter hoc ait dominus deus exercituum fortis Israel: Heu**  
**ego consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Et conuertam**  
**manum meam ad te, & <sup>13</sup> excoquam] ad purum scoriam tuam, & auferam omne stan-**  
**num tuum: & restituum iudices tuos vt fuerunt prius, & consiliarios tuos sicut <sup>14</sup> an-**  
**tiquitus. ] Post hæc vocaberis ciuitas iusti, vrbs fidelis. Sion in iudicio redimetur, & <sup>15</sup> re-**  
**ducent eam] in iustitia. <sup>n</sup> Et conteret scelestos & peccatores simul, & qui derelique-**  
**runt dominum consumentur. Confundentur enim <sup>16</sup> ab idolis quibus sacrificauerunt.]**  
**Et erubescetis super hortis quos elegeratis, cum fueritis velut quercus defluentibus fo-**  
**lis: & velut hortus absque aqua. Et erit fortitudo vestra vt <sup>17</sup> fauilla stupæ: & <sup>18</sup> opus**  
**vestrum] quasi scintilla, & succendetur vtrunque simul, & non erit qui extinguat.**

*Christi aduentus & passio in remedium peccati Iudæorum illis promittuntur, quibus  
 nisi aduertant reprobantur, & gentiles aduocantur. I I.*



**V**erbum quod vidit Isaias filius Amos super Iudam & Ierusalem. **† Et erit <sup>a</sup>**  
**in nouissimis diebus <sup>a</sup> præparatus mons domini in vertice mon-**  
**tium, & eleuabitur super colles. Et fluent ad eum omnes gentes, & ibunt**  
**populi multi, vt dicent: Venite, ascendamus ad montem domini, <sup>b</sup> & ad**  
**domum dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis e-**  
**ius, quia de Sion exibit lex, & verbum domini de Ierusalem. Et iudicabit <sup>c</sup> gentes, &**  
**arguet populos multos. Et constabunt gladios suos in vomeres,] & lanceas suas in fal-**  
**ces. Non leuabit gens contra gentem gladium, nec <sup>d</sup> exercebuntur vltra ad] prælium.**  
**<sup>o</sup> Domus Iacob venite, & ambulemus in lumine dei nostri. Proiecisti enim populum**  
**tuū domum Iacob, quia repleti sunt vt olim, & augures habuerūt vt Philistiim, & <sup>e</sup> pue-**  
**ris alienis adheferunt. ] Repleta est terra argento & auro, & non est finis thesaurorum**  
**eius. Et repleta est terra eius equis, & innumerabiles quadrigæ eius. Et repleta est**  
**terra**

a. Mons est in vertice montium  
 incarnatus dominus, & transeun-  
 dens celsitudinem prophetarū.  
 Grego. Moral. lib. 3. cap. 1.  
 b. Quo Iudeo dicitur, vt venis-  
 teltamentum suscipiamus: Nō  
 secundum Manicheum, aliam  
 domum Iacob queramus. Glos-  
 sa ordinaria.]  
 \* Inter.  
 c. Nō vnam gentē Iudæorūque  
 sed nationes que per legē euā-  
 gelij, & nouum sermoneū apo-  
 stolorum iudicant. Et constabunt  
 gladios suos, &c. hoc est,  
 ferōs quōsdam & ferōs animos  
 conuertent in sensus probos  
 hōn frugi operarios. Tertul.  
 aduersus Marcion. lib. 4.  
 1. Ligones.  
 2. Discent vltra,  
 3. In filiis alienorū succurrunt.

† Infra. 5. d  
 † Rom. 9. f.  
 † Gene. 6. c  
 † Iere. 6. c  
 Amos. 5. f  
 † Malc. 2. a  
 Iere. 6. e  
 † Amos. 5. f  
 † Iere. 6. c  
 † Infra. 5. a  
 † 1. Pet. 3. b  
 87. dist. c. 1  
 & sequenti.  
 † De par. dist.  
 3. c. Lauami-  
 ni.  
 Job. 5. c  
 † 87. dist. ca.  
 Defensionis.  
 † 88. dist. ca.  
 Eliciens.  
 Iere. 5. g  
 † Iere. 5. g.  
 Eixod. 1. c

† Mich. 4. a

terra eius idolis. Opus manuum suarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum. Et incuruauit se homo, & humiliatus est vir. Ne ergo dimittas eis. <sup>d</sup> Ingredere in petram, & abscondere <sup>e</sup> in fossa humo ] à facie timoris domini, & à gloria maiestatis eius. <sup>c</sup> <sup>e</sup> Oculi sublimes hominis humiliati sunt, & incuruabitur altitudo virorum. <sup>f</sup> Exaltabitur autem dominus solus in die illa, quia dies domini exercituum super omnem superbum & excelsum, & super omnem arrogantem, & humiliabitur, & super omnes cedros Libani sublimes & erectas, & super omnes quercus Basan, & super omnes montes excelsos, & super omnes colles eleuatos, & super omnem turrim excelsum, & super omnem murum munitum, & super omnes naues Tharsis, & super omne quod visum pulchrum est. Et incuruabitur <sup>g</sup> omnis ] sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum. <sup>h</sup> Et eleuabitur dominus solus in die illa, & idola penitus conterentur. <sup>i</sup> Et introibunt in speluncas petrarum, & in voragine terræ à facie formidinis domini, & à gloria maiestatis eius, cum surrexerit percutere terram. In die illa proiciet homo idola argenti sui, & simulachra auri quæ fecerat sibi, vt adoraret talpas & vespertiones. <sup>j</sup> Et ingredietur scissuras petrarum, & in cauernas saxorum à facie formidinis domini, & à gloria maiestatis eius, <sup>k</sup> cum surrexerit percutere terram. Quiescite ergo ab homine cuius spiritus in naribus eius est, quia <sup>l</sup> excelsus reputatus est ipse.

Psal 28. b

† Luc. 23. d  
Offic. 10. b  
Apoc. 9. b

† Infr. 31. d  
Luc. 23. e

*Quoniam Iudei vocationem suam neglexerunt, dominus illis minatur excidium omnis potestatis & imperij ablationem, ac omnem corporis ornamentum.*

III.

**A** <sup>a</sup> Cce enim dominator dominus exercituum auferet ab Ierusalem & ab Iuda <sup>b</sup> vallidum & fortem: omne robur panis & omne robur aquæ, & fortem & virum bellatorem, & iudicem, & Prophetam, & ariolum, & senem, principem super quinquaginta, & honorabilem vultu, & consiliarium, & sapientiam de architectis, & prudentem <sup>c</sup> eloquij mystici. ] Et dabo <sup>d</sup> pueros principes eorum, & effœminati dominabuntur eis. Et corruet populus vir ad virum, & vnusquisque ad proximum suum. Tumultuabitur puer contra senem, & ignobilis contra nobilem. Apprehendet enim vir fratrem suum domesticum patris sui, & dicet: Vestimentum tibi est, princeps esto noster, ruina autem hæc sub manu tua. <sup>e</sup> <sup>2</sup> Respondebitque ] in die illa, dicens: Non sum medicus, & in domo mea non est panis, neque vestimentum. Nolite constituere me principem populi. Ruit enim Ierusalem & Iudas concidit, quia lingua eorum & inuentiones eorum contra dominum, vt prouocarent oculos maiestatis eius. Agnitio vultus eorum respondebit eis, & <sup>f</sup> peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt. Væ animæ eorum, quoniam <sup>g</sup> reddita sunt eis ] mala. Dicite iusto quoniam bene, quoniam fructum adinventionum suarum comedet. Væ impio <sup>h</sup> in malum. ] Retributio enim manuum eius fiet ei. <sup>i</sup> Populum meum exactores sui spoliauerunt, ] & mulieres dominatæ sunt <sup>j</sup> eis. <sup>k</sup> Populæ meus qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant. <sup>l</sup> Stat ad iudicandum dominus, & stat ad iudicandos populos. Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui, & principibus eius. Vos enim depasti estis vineam meam, & rapina pauperis in domo vestra. Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis, dicit dominus exercituum? Et dixit dominus deus: Pro eo <sup>m</sup> quod eleuatae sunt ] filia Syon, & ambulauerunt extento collo, & <sup>n</sup> nutibus oculorum ] ibant, & plaudebant, & ambulabant, & <sup>o</sup> pedibus suis composito gradu incedebant, ] decaluabit dominus verticem filiarum Syon, & dominus, <sup>p</sup> crinem earum ] nudabit. <sup>q</sup> In die illa auferet dominus ornamentum calceamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armilas, & mitras, & discriminalia, & perischelidas, & murenulas, & olfactoriola, & inaures, & annulos, & gemmas in fronte pendentes, & mutatoria, & palliola, & linteamina, & acus, & specula, & sindones, & vittas, & thetristra. <sup>r</sup> Et erit pro suauitate odoris foetor, & pro zona <sup>s</sup> funiculus, & pro crispanti crine ]

† Apoc. 1. b  
Luc. 21. f

d. Petram ingredimur cum eor-  
dis nostri duriciam petram.  
Grego. Moral. lib. 33. cap. 22.  
4. In pulvere.  
e. Multi hæc de die iudicij intel-  
ligunt, qd omnis creatura com-  
paratione diuinæ gloriæ humili-  
etur & incuruetur, & nihil esse  
se se sentiat. Hierony. ibidem.  
f. Iudei abiecti & prolemetur,  
solus autem deus magnus &  
sublimis apparebit, cum ab eis  
iura nullis Iudeorum possit  
fugere nec liberari. Non distet  
ab hoc testimonio id quod iis  
verbis canit clarissimus vates  
Psal. 9. Cognoscetur Dominus  
iudicia faciens in operibus ma-  
nuum suarum compressus est  
peccator. Quodam referunt  
hoc ad extremum iudicium.  
Præter ibidem.  
g. Ratione huius dictionis ha-  
bita, vatic interpretatur hæc pro  
positio. Bana enim excelsum,  
unde locus penitentia Magda-  
lena: apud Mattheum creditur  
appellatus Interdum dicitio co-  
posita est, & significat cum eo,  
vel in eo. Santes est dicit. Quis  
enim reputationis est ipse? Mi-  
serus autem ait: Quis enim il-  
le reputatur? Aquila verò, qui  
reputatus est ipse? o. interp. o-  
mnino subiecerunt. Hæc autem  
intelligentes prophetiam  
esse de Christo, verbum ambi-  
guum in deteriori parte in-  
terpretari sunt, vt dicitur in  
laudare Christum, sed nihil pe-  
dere.

a. Quidam cum Tyrano hoc ca-  
pit exponunt de tribulatione  
Iudeorum pro tempore Baby-  
lonicæ captiuitatis, & tunc cum  
Hieronymo de captiuitate Iu-  
deorum à Romanis, quia Chris-  
tum occiderunt. Dion. ibid.  
b. Potestas ad dirigenda bella  
in duce populi in rebus consti-  
sit, in fortitudine corporis, que  
precepit in completionis vigi-  
re & fanitate, unde dicit: Au-  
tere vallidum in membrorum cõ-  
plexione & robore, quod in ner-  
uis & visibus præcipue consistit.  
Idem dicit: torrem. Et istem  
in victa & ciborum copia, que  
neruis belli dicitur, unde dicit:  
Omne robur panis, & omne ro-  
bur aquæ. S. Tho. ibidem.  
1. Oratorem.  
c. Per pueros vel adulescentes  
los præfenti loco non est intelli-  
gendus eam etiam subiecit  
vili calumnie suspiciter, sed  
ex redundanti ostendit princi-  
pum aueriam. Chy. ibidem.  
2. Iudicis.  
d. Peccatum suum absconderet  
Sodoma, si alioque cum fœdere  
pœccaret, sed cum huius similitudine  
fœna amiserat, que ad elipsum  
nec tenetis requirit. Greg.  
Pastoral. part. 3. admonit. 3.  
j. Reddidit sibi ipsi.  
4. Malo.  
5. Populi mei exactores sunt  
pueri.  
6. Iudicia humana cur sequeris,  
qui stare super te cõllestem iu-  
dicem scis? Grego in Ezech. ho-  
mil. 9.  
6. Superbierunt.  
7. Vagantibus oculis.  
8. In pedibus suis calcabuntur.  
9. Confusionem illarum.  
[i. Scilicet Babylonice captiui-  
tatis vel verius Romanæ, & om-  
nia ornamenta perdiderunt. Si-  
ue metaphoricè, mulierum, id  
est, vrbium ornamenta delrus-  
ta sunt. Glosa ordi. ibid.]  
g. Quia hi prauis operis ferorem  
amittunt qui abiecto cingulo  
cõstitit funiculum intexunt  
lasciuie. Grego in 7. Psal. 50.  
10. Ruptura, & pro crinibus dis-  
spostione.

[h. Mulierum pena ex morte vi-  
rorum suorum, scilicet qui iu-  
niores erunt, cum quibus illa  
impudicè deliciabantur: repote  
quia per Chaldaeos gladio ca-  
dent. De Lyra ibidem.]  
ii. Adulterio pro pulchritudine.

caluicium, & pro fascia pastoralis cilicium.<sup>hii</sup> Pulcherrimi quoque] viri tui gladio ca-  
dent, & fortes tui in prelio. Et crebrent atque lugebunt portæ eius, & desolata in  
terra sedebit.

*Tanta cædes virorum in Iudæa fiet, vt præ virorum varitate septem vel etiam  
plures mulieres vni viro nubere desyderent, vnde magnificentia domini ve-  
niet & ecclesie securitas.*  
IIII.

a. Cum ipsa Ierusalem fuerit de-  
solata ob iniquitatem hominum ra-  
ritatem, interfectis bellatoribus  
septem mulieres apprehendent  
vnum virum cupientes habere  
semen in Sion. Hierony. ibid.  
b. Germen domini Iesus Chri-  
stus solus de mundissimo con-  
ceptus semine: quia & in simi-  
litudine carnis peccati, & si fi-  
lius carnis Adæ, nõ carnis filius  
penitentiamis Adæ: quia non  
fuit natura filius ire, sicut reli-  
qui omnes qui in iniquitatibus  
sunt concepti. Bernard. in die  
Pentec. Sermo. 2.  
1. In sublimitate & gloria.  
2. Cum vinentibus in Ierusalẽ.  
Quando.  
3. Conuocationes eius sunt.  
Ib. Hunc locum Iudæi ad Anti-  
christum referunt, quæ per tur-  
binem & tempestatem signifi-  
ca si conuincunt, seque virtute diui-  
na ab eo defendi cõsident. Nos  
autem ad primum Christi ad-  
uentum. Glosa ordin. ibid.]  
\* Nunc.  
1. Amici mei.  
a. Est quædam vinea in pectori-  
bus Iudei, de qua dicit Hic:  
Vinea facta est dilectio meo. Hæc  
vinea plaurit dñs in cordibus  
nostris, & ideo legimus deũ di-  
centem: Ego te plauri vineam  
fructiferam. Amb. pl. 2. 6.  
b. Quam dura cõditio, vt passus  
suo quæ domino suo suauitatis  
fructus afferre debuit, spinarũ  
illam asperitate compunxit.  
Hæc est, cum Iudæi salutarem  
deberunt tota fidei deuotione  
suscipere, spinarũ cum corona-  
uerunt passione. Amb. Ser. 73.  
c. Quia Iudæi erant perfidii, ex-  
tremoque supplicio deputati:  
ne quis de illorum malignitate  
providentiam dei culparet, ait:  
Quid est quod ultra facere de-  
bit, &c. Chry. in Matt. hom. 12.  
2. Quare.  
3. Plaga.  
4. Vt non sit locus, sub pauperi-  
a habitandum.  
5. Domini exercituum, sub. sine  
hæc.  
6. Patrum vnum, & semen chori  
facit ephi.  
7. Coniungunt, & sic de aliis ver-  
bis.  
d. Ne ergo in eadem pena cum  
his veniamus, suæ eorum osten-  
dit dominus, simul significans  
quod I. obedientes Moysi & pro-  
phetis crederent in eum, quæ ip-  
si prædicassent dei filium, qui re-  
surrexit a mortuis, & vitam no-  
bis donauit, & demonstrat ex vna  
substantia esse omnia. Irenæus  
lib. 4. cap. 4.  
8. Gloria eius viri famis, sub.  
erunt.  
9. Modo. Et descendet gloria  
eius, & multitudo eius, & opu-  
lencia eius, & quisquis in sa-  
lutaris est.  
e. Hæc prophetarum dicta de-  
fecta apud Iudæos fuerunt, quia  
per intellectũ mysticum ea ex-  
colere intelligendo noluerunt,  
& nos ad hæc hæc deo largien-  
te comedimus quæ eius legis  
mandata noluerunt. Grego.  
in Ezch. hom. 3.  
f. Qui peccanti & iniquis ope-  
ribus attendenti promittit im-  
punitatis securitatem, prophete-  
tica maledictioni subiacebit. Si  
mireris & ille qui bonũ adũm  
derahit per inuidiam, & bene-  
ficianti contradicendo aduer-  
satur, vt sempiternum habeat.  
Hierony. in Thren. cap. 2.

**E**T apprehendent septem mulieres virum vnum in die illa, dicentes: Panem  
nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur, tantummodo in-  
uocetur nomen tuum super nos, aufer opprobrium nostrum. In die illa e-  
rit germen domini in magnificentia & gloria, & fructus terræ sublimis, &  
exultatio] iis qui saluati fuerint de Israel. Et erit omnis qui relictus fuerit in Sion, &  
residuus in Ierusalem: sanctus vocabitur omnis qui scriptus est in vita in Ierusalem.  
Si abluerit dominus sordem filiarũ Sion, & sanguinem Ierusalem lauerit de medio  
eius in spiritu iudicij & spiritu ardoris. Et creabit dominus super omnem locum mō-  
tis Sion, & ubi inuocatus est, nubem per diem, & fumum & splendorem ignis flam-  
mantis in nocte. Super omnem enim gloriam protectio, & tabernaculum erit in vni-  
braculum dei ab æstu, & in securitatem & absconsonem à turbine, & à pluuia.

*Iudæis sub nomine vineæ reprobatis ob varias eorum iniquitates, gentiles succe-  
dent ad fidem & salutem vocandi.*  
V.

**A**ntabo \* dilecto meo canticum patruelis mei] vineæ suæ. Vineæ facta  
est dilecto meo, in cornu filio olei. Et sepuit eam, & lapides elegit ex  
illa, & plantauit vineam electam. Et edificauit turrim in medio eius, &  
torcular extruxit in ea. Expectauit vt faceret vuas, & fecit labruscas. Nunc  
ergo habitatores Ierusalem & viri Iuda, iudicate inter me & inter vineam meam.  
Quid est quod ultra facere debui vineæ meæ, & non feci? An quod] expectaui  
vt faceret vuas, & fecit labruscas? Et nunc ostendã vobis quid ego faciam vineæ meæ.  
Auferam sepem eius, & erit in direptionem. Diruam maceriam eius, & erit in con-  
culcationem, & ponam eam desertam. Non putabitur, & non fodietur, & ascendent  
super eam vepres & spinæ, & nubibus mandabo ne pluant super eam imbrem. Vineæ  
autem domini exercituum domus Israel est: & viri Iuda germen eius delectabile.  
Et expectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas:] & iustitiam & ecce clamor. Væ  
qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis vsque ad terminum  
loci.] Nunquid habitabitis vos soli in medio terræ? In auribus meis sunt hæc, di-  
cit dominus exercituum.] Nisi domus multæ deserte fuerint grandes & pulehræ, &  
absque habitatore. Decem enim iugera vinearum facient lagunculam vnã, &  
triginta modij sementis facient modios tres. Væ qui confurgitis] mane ad ebrie-  
tatem sectandam, & potandum vsque ad vesperam, vt vino æstuetis. Cithara & ly-  
ra, & tympanum, & tibia, & vinum in conuiujs vestris, & opus domini non respici-  
tis, nec opera manuum eius consideratis. Propterea captiuus ductus est populus  
meus, quia non habuit scientiam, & nobiles eius interierunt fame,] & multitu-  
do eius siti exaruit. Propterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suũ ab-  
sque vilo termino. Et descendunt fortes eius, & populus eius & sublimes gloriosusque  
eius ad eum.] Et incuruabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi sublimium deprimen-  
tur. Et exaltabitur dominus exercituum in iudicio, & deus sanctus sanctificabitur in  
iustitia. Et pascentur agni iuxta ordinem suum, & deserta in vbertatem versa adue-  
næ comedent. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum  
plaustrum peccatum. Qui dicitis, festinet & citò veniat opus eius vt videamus, & ap-  
propriet & veniat consilium sancti Israel, & sciemus illud. Væ qui dicitis malum  
bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes

† Hec. 2. d  
Math. 21. d  
† It. q. 3. cap.  
Væ qui dicitis.  
† It. q. 3. c. Væ  
qui dicitis.  
tes

†Proter. 3. a  
Roma. 12. d  
†Prou. 17. c

tes amarum in dulce, & dulce in amarum. <sup>†</sup> Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. <sup>†</sup> Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. <sup>†</sup> Qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti auferitis ab eo. Propter hoc sicut deuorat stipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit, sic radix eorum quasi <sup>10</sup> fauilla] erit, & germen eorum vt puluis ascendet. Abiecerunt enim legem domini exercituum, & eloquium sancti Israel blasphemauerunt. Ideo iratus est furor domini in populum suum, & extendit manum suam super eum, & percussit eum. Et conturbati sunt montes, <sup>11</sup> & facta sunt morticina eorum] — quasi sterco] in medio platearum. <sup>h</sup> <sup>†</sup> In his omnibus non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. <sup>†</sup> Et eleuabit signum in nationibus procul, & sibilabit ad eum de finibus terræ, & ecce festinus velociter veniet. <sup>†</sup> Non est deficiens neque laborans in eo, non dormitabit neque dormiet, neque soluetur singulum renum eius, nec rumpetur corrigia calceamenti eius. <sup>k</sup> Sagittæ eius acutæ: & omnes arcus eius extenti. Vngulæ equorum eius vt silex, & rotæ eius quasi impetus tempestatis. Rugitus eius vt leonis, rugiet vt catuli leonum. Et frendet & tenebit prædam, & amplexabitur & non erit qui eruat, & sonabit super eum in die illa sicut sonitus maris. Aspiciemus in terram, & ecce tenebræ tribulationis: & lux obtenebrata est <sup>12</sup> in caligine eius.

†Infr. 9. e. 10  
2. & 11. c

†g. Sic D. Paulus in epistola ad Ro. cap. 12. no. ite, inquit prudens esse apud vobismetiplos. Hæc damnationem æternam annunciat, & minatur prophetæ, qui prudentiam & sapientiam sibi arrogat, & mundi sapientia illustratus se esse existimat, sunt vera lapidata priuari. De his ait Apostolus Roma 1. Dicentes se esse sapientes stulti facti sunt. Pintus ibidem.  
10. Putredo.  
11. Et fuit eadaver eius læcerâ. [h. Quia in his penis nõ est populus emendatus, sed magis obstinatus in malis adhuc manus eius extenta ad puniendû populi oblationem per exercitum regie Babylonis. De Lyra ibidem.]  
12. Hoc est, in hoc exercitu nemo est à proposito cessans aut qui ex itinere fatigetur: quomâ ex nimio desidendero cecidit in ludæos, liborem pro nihilo reputat. Tunc enim sua quæque voluptas, & omnia eâ dura & aspera efficit prope nulla. Dionys. ibidem.  
1k. Hebræi hunc Joem de Babylonis intelligit. Nos autem consequentium accedentes Romanus intelligimus, qui in finibus terræ commoratur. Glosa ordinaria.]  
12. In caligine eius.

Vidi Isaias domini maiestatem, à quo per Seraphim purgatus, mittitur ad prædicandum Iudææ desolationem, & populi decimationem. VI.

Anni ante  
Christi 787  
Anni mundi  
3175  
724. q. 3. cap.  
Qui negligunt  
3. Reg. 22. c  
2. Para. 18. d  
† Apoc. 4. c

**N** anno quo mortuus est rex Ozias, <sup>a</sup> <sup>†</sup> Vidi dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum: & plena erat domus à maiestate eius: & <sup>†</sup> ea quæ sub ipso erant, replebant] templum. Seraphim stabant super illud, sex alæ vni, & sex alæ alteri. Duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant. Et clamabant alter ad alterum, & dicebant: <sup>b</sup> <sup>†</sup> Sanctus, sanctus, sanctus, dominus deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius. <sup>†</sup> Et commota sunt superliminaria cardinum à voce clamantis, & domus repleta est fumo. Et dixi: <sup>†</sup> Væ mihi quia tacui, quia vir <sup>c</sup> pollutus labiis ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito, & Regem dominum exercituum <sup>†</sup> vidi oculis meis.] Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius <sup>d</sup> calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum, & dixit: <sup>†</sup> Ecce tetigi hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur. Et audiui vocem domini, dicentis: <sup>†</sup> Quem mittam, & quis ibit nobis? Et dixi: Ecce ego mitte me. Et dixit: Vade, & dices populo huic: <sup>†</sup> Audite <sup>†</sup> audientes,] & nolite intelligere, & videte <sup>†</sup> visionem] & nolite cognoscere. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude: ne fortè videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur, & sanem eum. <sup>†</sup> Et dixi: Vsq̄quo domine? Et dixit: Donec desolentur ciuitates absque habitatore, & domus sine homine. Et terra relinquetur deserta, & <sup>†</sup> longè faciet] dominus homines. Et multiplicabitur quæ derelicta fuerat in medio terræ: & adhuc in ea decimatio. Et conuertetur, & erit in ostensionem sicut terebinthus, & sicut quercus quæ expandit ramos suos. Semen sanctum erit, id quod stererit in ea.

† 24. q. Qui negligunt.

† 8. q. 1. ca. In scripturis.  
† Matth. 13. b  
Mar. 4. b  
Luc. 8. b  
Ioan. 12. c  
Acto. 28. f  
Roma. 11. b

Obsessa à Syriis & ab Israel Ierusalem, Isaias Christum ex virgine concipiendum regi Achaz prænuntiat, & inde Ierusalem liberationem. VII.

Anni ante  
Christi 767.  
Anni mundi  
3195.  
† 4. Reg. 16. b

**F**actum est in diebus Achaz filij Ioathan filij Ozia regis Iudæ, ascendit Rafin Rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ, Rex Israel in Ierusalem ad præliandum contra eam, & non potuerunt debellare eam. Et nuntiauerunt domui Dauid, dicentes: Requieuit Syria <sup>†</sup> super Ephraim,] & commotum est cor eius & cor populi eius, sicut mouentur ligna sylvarum à facie venti.

a. Operæpretium est inquirere primam quæ gratia propheta nobis sepius designat. Neque enim hoc fortuna tenuit & iacit. Nam propheta cum orâ dei sunt or. Tale verò or nihil dicitur obicit & extra rem. Neque nos obicit & alius agens audiamus. Chry. de vet. Hist. Vidi dominum. hom. 2. Hic igitur Ozias est Iste David duxit genus. Rex autem erat Iudæorû Regnauit an. 52. Cùmque iurto eum laude gessisset principatû, post in scelerâ prolapsus est. Cum enim altiores spiritus sustulisset, quam pro sua dignitate, principatum inuasit sacerdotij. ibid. hom. 1.  
1. Fimbriæ eius replebant.  
2. Ne vnicatem diuinæ substantiæ scinderet videtur, adinixit: Dominus deus Sabaoth, quia non dicitur, sed dominus deus ad id idem existere quod tertio secundum vocauerat, indicauit. Greg. Moral. lib. 29. c. 38.  
c. Hanc laborum pollutionem extraxisse dolet, ratione subbitum genus, quia in medio populi polluta labia habetis habiter. Grego. Dialo. lib. 3. cap. 15.  
2. Viderunt oculi mei.  
3. d. Carbo, Seraphim incendij interpretatur, qui vt peccata locutionis incendat, de altari carbonem portat. Grego. hom. 34. Carbo autem simplex non est, sed vnitus igni, sic panis vniois non panis simplex est, sed vnitus diuinitati. Damasc. lib. 4. cap. 11.  
4. Audiendo.  
5. Videndo.  
6. Elongabit.  
7. Præmissis bello priore de quo 4. Reg. 16. & 2. Para. 18. in quo legimus Rafin regem Damasci videri Achaz multos de Iudæa Damascum transfuisse, Phacee autem filium Romeliæ Regem Israel vni die. 120000. percussit de Iuda hominum bellatorum, & 20000. mulierum puertorumque, & cum infinita prædâ in Samariâ duxisset captiua. Secundum aggreitur propheta, in quo hostes suam fortitudinem experti, & iniurati prædâ magnitudine, tursum Iudæâ debellare voluit, & nõ possunt. Hierony. ibidem.  
1. Cum Ephraim.



sb. Iafub interpretatur reuerfus & sic dicit dominus: Tu & qui derelictus est, Iafub filius tuus, quali dicit dominus: Pauci qui de populo Iuda: qui reuerterunt ad me per penitentiam ad dicitur enim erit tibi sicut filius tuus Iafub. In sacra enim scriptura illis qui per doctrinam facti alios conuertit ad deum, dicitur pater eorum, & ipsi dicuntur eius filij. Secundum hunc modum dicit Apofl. 1. Cor. 4. In Christo enim testi per euangelium ego vos genui. De Lyra ibidem.

2. Sicut Iafub.

3. Causa & quiesca.

4. Molliscat.

5. Excitabimus eum.

6. Destinetur Ephraim ne sit.

7. c. Eritis fideles. Heb. intellige tis, Grae. qui sapientia dei nota fides est. Greg. Moral. lib. 2. cap. 33.

8. Presumendum petendo, sicut ex cellum sursum.

9. Molestare homines, nisi eorum damnum meum molestet.

10. Intelligi autem hanc Isaiæ ueritatem de admirabili fuerit similitudinis portu aperitissime refert diuus Marcius primo cap. sui euangelij ubi ad litteram hæc sunt uerba: Patiet autem filium, & uocabis nomen eius Iefum, ipse enim Iafub facit eum populum suum in peccatis eorum, &c. Ecco uirgo in utero habebit, & pariet filium, & uocabis nomen eius Emmanuel, quod est interpretatur nobiscum deus. Pater ibidem.

10. Imprægnata. Heb. ecce uirgo in utero accipiet.

11. In desertis uallium.

12. Dunctus, uel abuficulis ab iestis.

13. Conuincet.

14. Hæc si illam diem quam propheta significat querens, tempus aduentus saluatoris nostri inueniet. Vaca enim una ecclesiasticum uique erit qui presideat, principatum diuini ac rationalibus cibis nutriter designat. Oues autem duæ binos ordines instat ouium ad gregem Christi conuenienter, alteri in primis adhuc clemens uocantem, alterum uero qui iam per lauerum sic illustratus figurat. Iust. demonst. lib. 2. cap. 39.

15. Quod faciet.

16. Quia sancti apofloli ad feridam in pcculis uita dicitur eum dicitur uerborum ipcculis uenerunt. Greg. Moral. 19. cap. 28.

Et dixit dominus ad Isaiam :<sup>b</sup> Egredere in occursum Achaz, tu &<sup>a</sup> qui derelictus est, Iafub] filius tuus ad extremum aquæ ductus piscine superioris in via agri fullonis, & dices ad eum :<sup>3</sup> Vide ut fileas. ] Noli timere : & cor tuum ne<sup>4</sup> formidet ] à duabus caudis tititionum fumigantium istorum, in ira furoris Rasin regis Syria, & filij Romelia, eo quòd consilium inierit contra te Syria in malum, Ephraim & filius Romelia, dicentes :<sup>5</sup> Ascendamus ad Iudam & suscitemus eum, ] & euellamus eum ad nos,<sup>6</sup> & ponamus Regem in medio eius filium Tabeel. Hæc dicit dominus deus : Non stabit, & non erit istud, sed caput Syriae Damascus, & caput Damasci Rasin. Et adhuc sexaginta, & quinque anni, & <sup>6</sup> desinet Ephraim esse ] populus, & caput Ephraim Samaria, & caput Samariæ filius Romelia. Si non credideritis, non<sup>7</sup> permanebitis. Et adiecit dominus loqui ad Achaz, dicens : Pete tibi signum à domino deo tuo<sup>8</sup> in profundum inferni, siue in excelsum supra. ] Et dixit Achaz : Non petam, & non tentabo dominum. Et dixit : Audite ergo domus Dauid : Nunquid parum uobis est<sup>9</sup> molestos esse hominibus, quia molesti estis & deo meo ? ] Propter hoc dabit dominus ipse uobis signum :<sup>d</sup> <sup>†</sup> Ecce uirgo<sup>10</sup> concipiet, & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum & eligere bonum. Quia antequam sciat puer reprobare malum, & eligere bonum, derelinquetur terra quam tu detestaris, à facie duorum regum suorum. Adducet dominus super te, & super populum tuum, & super domum patris tui dies : qui non uenerunt à diebus separationis Ephraim à Iuda cum rege Assyriorum. Et erit in die illa, sibilabit dominus muscæ quæ est in extremo fluminum Ægypti : & Api quæ est in terra Assur, & ueniet, & quiescent omnes<sup>11</sup> in torrentibus uallium, ] & in cauernis petrarum, & in omnibus frutetis, & in uniuersis<sup>12</sup> foraminibus. ]<sup>†</sup> In die illa radet dominus in nouacula conducta<sup>†</sup> in iis qui trans flumen sunt in rege Assyriorum, caput & pillos pedum, & barbam<sup>13</sup> uniuersam. ] Et erit<sup>c</sup> in die illa, nutriet homo uaccam bouum, & duas oues, & præ ueritate lactis<sup>\*</sup> comedet butyrum. Butyrum enim & mel manducabit omnis homo qui relictus fuerit in medio terræ. Et erit in die illa omnis locus ubi fuerint mille uites, mille argenteis, & in spinas, & in uerpes erunt. Cum sagittis & sarco ingredientur illuc. Uerpes enim & spinæ erunt in uniuersa terra. Et omnes montes qui in sarculo sarrientur, non ueniet illuc terror spinarum & uerpium, & erit in pascua bouis, & in conculcationem pecoris.

† March. 1. d  
Marc. 2. d  
Luc. 2. e.

† 4. Reg. 19. e  
2. Para. 12. c

*Promisso Christi aduentu prædicit decem tribuum captiuitatem ab Assyriis, & duarum tribuum liberationem sibi cauendo à gentium superstitionibus.*  
¶ III.

1. Accelera ad spolia, & festina ad prædium.

2. Magis adueniet Christum di si non uirum d. mactio quia uir tus uincit uisusque prouincie sunt sapientes illius. Chryso. in Math. hom. 2.

3. Mi pater, & mea mater.

4. Gaudium.

5. Filij.

6. Conteremini o populi, & cõtingemini.

7. Intuet autem propheta pugnantiam exercituum, sapientum consilium, & dominorum præceptum. His enim tribus bella prosperant, exercitus autem tribus imalest, scilicet multitudine, pugnantiam animi & corporis fortitudine, & amorum mutatione. Quæ ad primum dicitur. Congregamini populi & uincemini, quod pater fuerit, dominus pugnantia per uincemque suam manifestat. Quæ ad 2. dicitur. Conteremini quia iuxta dictum Iacob, Erumpite, & uenite omnes gentes de circum, & congregamini, ubi occidite faciet dicitur solus fortis. Quod tertium dicitur. Accingite uos gladiis, inire eorum, &c. hæc enim cuncta dissipabuntur, ut lob 5. Qui co impetentur sapientes in astutia eorum. 3. Tho. ibid.

8. Accingite uos & cõteremini, accingite uos & cõtingemini.

**E**T dixit dominus ad me : Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stylo<sup>a</sup> hominis, <sup>†</sup> uelociter spolia detrahe, citò prædare. ] Et adhibui mihi testes fideles, Vriam sacerdotem, & Zachariam filium Barachia. Et accessi ad Prophetissam, & concepit & peperit filium. Et dixit dominus ad me : Voca nomen eius, accelera, spolia detrahe, festina prædari :<sup>a</sup> quia antequam sciat puer uocare<sup>†</sup> patrem suum, & matrem suam ] auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ coram rege Assyriorum. Et adiecit dominus loqui ad me adhuc, dicens : Pro eo quòd abiicit populus iste aquas Syloe quæ uadunt cum silentio, <sup>†</sup> & <sup>3</sup> assumpsit magis<sup>14</sup> Rasin & <sup>†</sup> filium ] Romelia : propter hoc, ecce adducet dominus super eos aquas fluminis fortes & multas, regem Assyriorum, & omnem gloriam eius. Et ascendet super omnes riuos eius, & fluet super uniuersas ripas eius, & ibit per Iudam inundans, & transiens usque ad collum ueniet. Et erit extensio alarum eius implens latitudinem terræ tuæ o Emmanuel. <sup>†</sup> Congregamini populi & uincemini, ] & audite uniuersæ procul terra. <sup>†</sup> Confortamini & uincemini, accingite uos & uincemini, ] inire consilium & dissipabitur, loquimini uerbum & non fiet, quia nobiscum deus. <sup>†</sup> Hæc enim ait dominus ad me. Sicut in forti manu erudiuit me, ne irem in uia populi huius, dicens : Non dicatis, coniuratio. Omnia enim quæ loquitur populus iste coniuratio



coniuratio est. Et timorem eius ne timeatis, neque pauetis. Dominum exercituum ipsum sanctificate, & ipse pauor vester, & ipse terror vester, & erit vobis in sanctificationem, in lapidem autem offensionis, & in petram scandali duabus domibus Israel: in laqueum, & in ruinam habitantibus Ierusalem. Et offendent ex eis plurimi, & cadent & conterentur, & irretientur, & capientur. Liga testimonium, signa legem in discipulis meis, & expectabo dominum qui abscondit faciem suam a domo Iacob, & prestolabor eum. Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi dominus in signum & in portentum Israel, a domino exercituum qui habitat in monte Sion. Et cum dixerint ad vos: quare a pythonibus, & a diuinis qui strident in incantationibus suis, nunquid non populus a deo suo requiret visionem pro viuis ac mortuis? Ad legem magis, & ad testimonium. Quod si non dixerint iuxta verbum hoc, non erit eis matutina lux. Et transibit per eam, & corruet, & esuriet, & cum esurierit irascetur & maledicet regi suo, & deo suo. Et suspiciet sursum, & ad terram intuebitur, & ecce tribulatio, & tenebrae, & dissolutio, & angustia, & caligo persequens, & non poterit auolare de angustia sua.

† Luc. 2. e  
Joan. 9. g  
2. Pet. 2. b

† Heb. 2. d

sc. Ex hoc loco sumit Apollolus testimonium, quod Iudaei factus sit scandalum, gentibus autem salutis, ipsi autem vocatis, &c. 1. Cor. 1. d. Glo. ordi. 1. d. Quis in illo iudicio fecit tueri? &c. illa dux dominus fuerat deus Pharae filij Romelia, qui fecit tueri per Osee filium Hebrae. 4. Reg. 15. & domus Osee filij Hebrae, quam emia toto regno Israel fecit tueri per Salmanasar regem Assyrium. 4. Reg. 18. Et quia in regno Iudae eorum aliqui mali & increduli qui erant tunc gladio Sennacherib, &c. diuino iudicio. Lyra ibid.  
7. Gaudent & loquuntur.  
8. Ad legem diuinis datam, & ad testimonium prophetarum a deo inspiratorum magis est recurrendum, quam ad phitones & diuinos. De Lyra ibid.  
8. Grauius.  
9. Obscuratio.  
10. f. Dispersa, nec obscuratus est is cui haec accidit angustia, iuxta primum tempus quo predda est.

*Captis primo duabus tribubus, & dimidia, & inde septem aliis, & obsessa Ierosolyma promittitur liberator nasciturus, negligentes afflictorus.* IX.

**P**rimo tempore] alleuiata est terra Zabulon, & terra Neptalim, & nouissimo aggrauata est via maris trans Iordanem Galilae gentium, populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam, habitantibus in regione umbræ mortis lux orta est eis. Multiplicasti gentem, non magnificasti lætitiā. Lætābuntur coram te sicut qui lætantur in messe: sicut exultant victores capta præda] quando diuidunt spolia. Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius, & scēptum exactoris eius superasti, sicut in die Madian. Quia omnis violenta prædatio] cum tumultu, & vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem & cibus ignis. Paruulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis. Et factus est principatus super humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius, deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Multiplicabitur eius imperiū, & pacis non erit finis. Super solium David, & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio, & iustitia amodo & vsque in sempiternum. Zelus domini exercituum faciet hoc. Verbum misit dominus in Iacob, & cecidit in Israel. Et sciet omnis populus Ephraim, & habitantes Samariam in superbia & magnitudine cordis, dicentes: Lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus ædificabimus. Sycomoros succiderunt, sed cedros immutabimus. Et eleuabit dominus hostes Rasin super eum, & inimicos eius in tumultum vertet. Syriam ab oriente, & Philistinim ab occidente, & deuorabunt Israel toto ore. In omnibus his non est auersus furor eius: sed adhuc manus eius extenta. Et populus non est reuersus ad percutientem se: & dominum exercituum non inquisierunt. Et disperdet dominus ab Israel caput & caudam: incuruantem & deprauantem] in die vna. Longæuus & honorabilis, ipse est caput: Et Propheta docens mendacium, ipse est cauda. Et erunt qui beatificat populum istum seducētes, & qui beatificantur præcipitati. Propter hoc super adolefcentulis eius non lætabitur dominus: & pupillorum eius, & viduarum non miserabitur. Quia omnis hypocrita est & nequam, & vniuersum os locutum est stultitiam. In omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. Et populus non est reuersus ad percutientem se. Succensa est enim quasi ignis impietas, veprem & spinam vorabit. Et succendetur in densitate saltus, & conuoluetur in superbia fumi. In ira domini exercituum conturbata est terra, & erit populus quasi esca ignis. Vir fratri suo non parcat, & declinabit ad dexteram: & esuriet, & comedet ad sinistram, & non saturabitur. Vnusquisque carnē brachij sui vorabit: Manasses Ephraim, & Ephraim Manassen: simul ipsi contra Iudam, In omnibus his non est auersus furor eius extenta.

† Matth. 4. c  
15. dist. ca. di.

† Iudic. 7. f  
35. dist. Ab ex-  
ordio.  
† 2. q. quæst. 7  
cap. Nos.  
† De sa. vinct.  
c. vincto.  
Infra. 59. d  
† Ioh. 3. b

Sup. 5. f. &  
Infra. eod.

† Sup. 5. f  
Infra. 10. a

† Supra. 5. f  
Infra. 10. a

1. Illud tempus appellat primo est Iherosolyma cepit duas tribus Zabulon & Neptalim: tunc enim terra alleuiata fuit, & iniqui habitantibus, qui abundabat euacuata. Sed nouissimo, hoc est tempore secunda captiuitatis aggrauata est terra quando a Salmanasar fuit capta Samaria, & euersa, & populus Israel in Assyrios translatus. Pinus ibidem.  
2. Superasti dominus gentium iugum cum illa a demoniacæ tyrannidis feruente liberasti, virgam humeri eum percussam compescit. Scēptum autē exaltatum, cum regnum diaboli per carorum tributa exigentis a fidelium corde destruxit. Grego. Moral. lib. 20. c. 11.  
3. Qui pugnat, pugnat.  
4. Sanguine vestimentum misce re, est delictis carnalibus carnis inquinare. Greg. Moral. lib. 9. cap. 19.  
5. In puero enim nomen carnis, in filio plenitudo diuinitatis est, factus ex matre, natus ex patre, idem tamen & natus & datus, non diuersum, sed vniuersum. Vnus enim dei filius, & pater ex patre & ortus ex virgine distanti ordine, sed in vni occurrente nomine. Amb. de obitu fratris.  
6. Aseruitatis.  
7. Pacis, inter deum & hominē, inter corpus & spiritū, ac inter Iudaeos ac gentiles Chryost. in illud Iher. Potestatis & pacis non erit finis. tom. 1.  
8. Iacob Iudaeus populus Israel gentilis est. Ad Iacob missum verbum in Israel cecidit, quia eum quem ad seuenientem respicit Iudaeus, hunc gentilis recipit. Greg. Moral. lib. 2. cap. 10. 3. Miscebit.  
9. Hoc caput quod tenebat Iudaei amittit, quia Iesum dominum non recipit. Vbi fides est, & inquitium & finem habemus, ubi per fida, nec initium nec finis est. Ecclesie principium est primogenitus ex mortuis. Haber & finem, quia ipse est primus & vniuersus. Amb. in psal. 118. Ser. 29.  
10. Ampetuit.  
11. Ramum & arundinem;  
12. Seducētes.  
13. Vnusquisque illorum est impius, est & malum faciens.  
14. Eleuabuntur vt fumus ascēda dens.  
15. Obscurata.

Principibus duarum tribuum pœnam pro culpis comminatur, & Assyriorum principibus pro iniustis oppressionibus ampliolem, oppressos per liberatoris aduentum consolatur. X.

a. Quidam hæc exponunt de iniusticia decem tribuum Israel, quos sequitur Lyra. Ceteri de iudicibus Iuda & Ierusalem, ut placet Hieronymo: de scribis inquam & Pharisæis, qui ut Martini fecerunt dei mandata propter traditiones suas. Veritas tamen litera de cunctis iniustis legislatoribus dici potest, atque peruersis iudicibus. Dion ibid.

1. b. O Assur hoc est, Sennacherib: quia ipse virga & baculus furoris mei. In manu enim eius indignatio mea, & per illi percutiam gentem fallacissimam, quæ inierit me semper & idola claudicauit. Hierony. ibid.  
2. Qui est in manu eorum.

c. Minatur illis dominus obsequium, de qua infra 17. & 4. Reg. 19. Quod videlicet Ierolimitanis obsequis dicturi sunt Assurij Quomodo cepimus Charchamis, sic & cepimus Calcine, &c. Unde suam declarauit aduersus Ierusalem potentiam. S. Tho.

fd. Quia eam iam destruxerat, & inde simulachra aurea destruxerat, & abstulerat, sic faciam Ierusalem quæ proponit destrueret & templum dominicū quia fuit factus ab intento, ut habetur 4. Reg. 19. ca. idem subdit propheta: sic erit aliter quam cogit. De Lyra ibidem.]

3. Recondit: thesauros.

4. Quia & manum suam inuenisse populorum substantiam gloriabitur, veluti si nidum aliquæ reperias, & totam terram se collegisse, quemadmodum colliguntur, & auferuntur derelicta in suis nidis oua, ubi nulla autem eorum cumulantur alie suis terreturque abigit. Tostatus ibid.]

5. Contra Nabuchodonosorē victoriam in Hebraeos prudentie sue tribuentem, ac si securis vel ferra gloriaretur contra eum qui eam tenet. Hierony. ibid.

6. Uas significat non solum lucem, sed etiam ignem spiritum sanctū. Itaque propheta ipsum ignem ardentem, quia in tribus illis generibus propensus malestet humanitatis aduerimus: quoniam & sanctificare diuinitatis esse aduerimus, & illuminare lucis & ignis est proprium & specio ignis exprimi vel videri diuine est consuetudinis. Ambrosio de spiritu sancto, lib. 1. ca. 6.  
7. Vesiliæ distoluntur.

8. Compendiatum est enim nouum testamentum, & à legis in cunctis onibus expeditum. Tertulia aduersus Marcionem lib. 4.

9. Anagorice precipitur populo ecclesie ne timeat aduersarios, qui ad pugnam semper parati sunt, & multa dispositione animas subuertunt. Idem enim contra populum dei pauci illam potestatem accipiunt, & non à virga gladio percuntur, quia in via Aegypti ambulauerunt, & non sunt consisti in domino. Glor. oculi.]

10. Ad abolitionem eorum.

11. Quia gratia libertatis nos vixit, demoniae dominationis iugum putare. Greg. lib. 26. 6. Vnxiōis.

12. Instrumenta sua.

13. Vasa in Gabba directorio petrosorum.

14. Collegunt se.

15. Frontem in robore.



**V**æ qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitiam scripserunt, ut opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent causę humilium populi mei, ut essent viduę præda eorum, & pupillos deriperent, quid facietis in die visitationis & calamitatis de longè venientis? Ad cuius confugietis auxilium, & ubi derelinquetis gloriam vestram: ne incuramini sub vinculo, & cum interfectis cadatis? Super omnibus his non est auersus furor eius: sed adhuc manus eius extensa. <sup>1</sup> **V**æ Assur: ] Virga furoris mei & baculus ipse est: in manu eius ] indignatio mea. <sup>2</sup> Ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo illi ut auferat spolia, & diripiat prædam, & ponat illum in conculcationem quasi lutum platearum. Ipse autem non sic arbitrabitur, & cor eius non ita æstimabit, sed ad conterendum erit cor eius, & ad internecionem gentium non paucarum. Dicentem enim: <sup>3</sup> Nunquid non principes mei simul reges sunt? Nunquid non ut Charchamis, sic Chalanno: & ut Aphar, sic Emath? Nunquid nõ ut Damascus, sic Samaria? Quomodo inuenit manus mea regna idoli, sic & simulachra eorum de Ierusalem & de Samaria. <sup>4</sup> Nunquid non sicut feci Samarię & idolis eius, sic faciam Ierusalem & simulachris eius? Et erit cum impleuerit dominus cuncta opera sua in monte Sion & in Ierusalem, visitabo super fructum magnifici cordis ] regis Assur, & super gloriam altitudinis oculorum eius. Dixit enim: In fortitudine manus meę feci, & in sapientia mea intellexi. Et abstuli terminos populorum, & <sup>5</sup> principes ] eorum deprædatus sum, & detraxi quasi potens in sublimi residentes. <sup>6</sup> Et inuenit quasi nidum manus mea fortitudinem populorum, & sicut colliguntur oua quæ derelicta sunt, sic vniversam terram ego congregaui, & non fuit qui moueret pennam, & aperiret os & ganniret. <sup>7</sup> Nunquid <sup>8</sup> gloriabitur securis contra eum qui secat in ea, aut exaltabitur ferra contra eum à quo trahitur? Quomodo si eleuetur virga contra eleuantem se, & exaltetur baculus qui utique lignum est. Propter hoc mittet dominator dominus exercituum in pinguibus eius tenuitatem, & subtus gloria eius succensa ardebit quasi combustio ignis, <sup>9</sup> & erit lumen Israel in igne, & sanctus eius in flamma, & succendetur & deuorabitur spina eius, & vepres in die vna, & gloria saltus eius, & Carneli eius ab anima vsque ad carnem consumetur. <sup>10</sup> Et erit <sup>11</sup> terrore profugus, ] & reliquię ligni saltus eius præ paucitate numerabuntur, & puer scribet eos. Et erit in die illa, non adiciet residuum Israel, & ij qui fugerint de domo Iacob innoti super eo qui percutit eos, sed inniteur super dominum sanctum Israel. In veritate reliquię conuertentur, reliquię inquam Iacob ad deum fortem. <sup>12</sup> Si enim fuerit populus tuus Israel quasi arena maris, reliquię conuertentur ex eo. Consummatio abbreviata inundabit in iustitiam. <sup>13</sup> Consummationem enim & abbreviationem dominus deus exercituum faciet in medio omnis terrę. <sup>14</sup> Propter hoc hæc dicit dominus deus exercituum. <sup>15</sup> Nolite timere populus meus habitator Sion ab Assur. In virga enim percuet te, & baculum suum leuabit super te in via Aegypti. Adhuc enim paululum modicumque, & consummabitur indignatio mea, & furor meus <sup>16</sup> super scelus eorum. ] Et suscitabit super eum dominus exercituum flagellum <sup>17</sup> iuxta plagam Madiam in petra Horeb, & virgam suam super mare, & leuabit eam in via Aegypti. Et erit in die illa, auferetur onus eius de humero tuo, & iugum eius de collo tuo, & <sup>18</sup> computrescet iugum à facie <sup>19</sup> olci. ] Veniet in Aioth, transibit in Magron, apud Magmas commendabit <sup>20</sup> vasa sua. ] <sup>21</sup> Transferunt <sup>22</sup> cursim, Gabaa sedes nostra. ] Obstupuit Rama, Gabaa Saulis fugit. Hinni voce tua filia Gallim, attende Layfa pauperula Anathoth. Migravit Medemena, Habitatores Gabim, <sup>23</sup> confortamini. ] Adhuc dies est ut in Nobe stetur. Agitabit manum suam super montem filie Sion, & <sup>24</sup> collem Ierusalem. Ecce enim dominator dominus exercituum confringet <sup>25</sup> iugulam

† 4. di. c. Erit. 9. q. 3. c. Aliorum.

† Supr. 5. f. & 9. d. † 23. quæst. 5. cap. 11.

† 4. Re. 29. g. Infa. 17. g

† 21. di. c. Inferior. 23. q. 5. ca. Remittit pecca.

† Rom. 9. f

† Infa. 28. f

† Iudic. 7. g

culam in terrore,] & excelsi statura succidentur, & sublimes humiliabuntur. Et subvertentur condensa saltus eius ferro, & Libanus<sup>11</sup> cum excelsis] cadet.

11. In feni.

Pollicetur dominus Israel liberationem per Messia natiuitatem, sanctitatem, & dignitatem atque reliquiarum Israelis conuersionem, & gentium uocationem. X I.

† 110. q. 11. c. 1. A  
Act. 13. d



**E**gregietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiae & intellectus] spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiae & pietatis, & replebit eum spiritus timoris] domini. Non secundum uisionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet. Sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in aequitate pro mansuetis terrae. † Et percutiet terram uirga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cin-

† 2. The 2. c.

† Infr. 63. d

torium renum eius. † <sup>b</sup> Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit. Vitulus & leo & ouis simul morabuntur: & puer paruulus minabit eos. Vitulus & uersus pascentur simul, requiescent catuli eorum. Leo quasi bos comedet paleas, & delibabitur<sup>4c</sup> infans ab ubere] super foramina aspidis, & in cauernam reguli qui ablactatus fuerit, manum suam mittet. Non nocebunt & non occident in uniuerso monte

† Rom. 15. c

sancto meo, quia repleta est terra scientia domini, sicut aquae maris operientis. † In die illa radix Iesse † qui stat in signum populorum ipsum gentes † deprecabuntur] & erit sepulchrum eius gloriosum. † Et erit in die illa, adiciet dominus secundò manum suam ad possidendum residuum populi sui, quod relinquetur ab Assyriis, & ab Aegypto & à Phetros, & ab Aethiopia, & ab Elam, & à Sennar, & ab Emath, & ab insulis maris. † Et leuabit signum in nationes, & congregabit profugos Israel. Et dispersos Iuda colliget à quatuor plagis terrae, & auferetur zelus Ephraim, & hostes Iuda peribunt. † Ephraim non æmulabitur Iudam, & Iudas non pugnabit contra Ephraim.

† Exod. 14. g

Et uolabunt in humeros Philistinum<sup>7</sup> per mare: ] simul praedabuntur filios orientis. Idumaea & Moab<sup>8</sup> praecipuum] manus eorum, & filij Ammon obedientes<sup>9</sup> erunt. Et desolabit dominus<sup>10</sup> linguam maris Aegypti, & eleuabit manum suam super flumen in fortitudine spiritus sui, & percutiet eum in septem riuis, ita ut transeant per eum calceati. Et erit uia residuo populo<sup>9</sup> meo] qui relinquetur ab Assyriis, sicut fuit Israeli † in die illa qua ascendit de terra Aegypti.

Redempti populi gratiarum actio pro suscepto beneficio, à propheta praeniso. X II.

† Exod. 15. a  
Psal. 117. c. &  
104. b



**D**ices in die illa: † Confitebor tibi domine quoniam iratus es mihi, conuersus] est furor tuus & consolatus es me. Ecce deus saluator meus, † fiducialiter agam, ] & non timebo. † Quia fortitudo mea & laus mea dominus, & factus est mihi in salutem. † <sup>b</sup> Haurietis aquas in gaudio de fontibus] saluatoris, ] & dicetis in illa die: confitemini domino, & inuocate nomen eius. † Notas facite in populis ad inuentiones eius, mementote quoniam excelsum est nomen eius. Cantate domino quoniam<sup>4</sup> magnificè] fecit, annuntiate hoc in uniuersa terra. Exulta & lauda<sup>5</sup> habitatio] Sion, quia magnus in medio tui sanctus Israel.

Babylon & uniuersum eius Regnum propter Iudaeorum oppressionem vastabitur, sed tandem Iudaei ab eorum captiuitate liberabuntur. X III.

† 1. Par. 16. b  
Psal. 104. b



**N**us Babylonis quod † uidit Isaias filius Amos. Super montem † caliginosum] leuate signum, exaltate uocem, † leuate manum, & ingrediantur portas duces. Ego mandauit sanctificationis meis, & uocaui fortes meos in ira mea, exultantes in gloria mea. Vox multitudinis in montibus quasi populorum frequentium, vox sonitus regum gentium congregatarum. Dominus exercituum<sup>2</sup> praecipit militiae] belli, uenientibus de terra procul. † <sup>b</sup> A summitate caeli dominus, & uasa furoris eius, ut disperdat omnem terram. † Ululate, quia propè est dies domini, quia uastitas<sup>3</sup> à domino] ueniet. † Propter hoc omnes manus dissoluentur,

4. Radix Iesse patriarcha, familia Iudaeorum, uirga Maria, flos Mariae Christus, qui boni odorem fidei toto spariunt orbe uirginali ex utero genuerunt, sicut ipse dicit. Ego flos caui, & lilium conuallium. Cantico. 2. Ambr. de spirit. sancto. lib. 2. cap. 5.  
1. Radicebus eius fructificabit.  
2. Timoris domini, & adorari faciet eum in timore.  
\* Storum.  
\* Suarum.  
b. Gēium uocatio per Christum ex Iesse ortu, facta in sinuatur, qui uarios hominum mores ad unius moris habitare fecit in ecclesia. Greg. in Ezech. ho. 16. 3. Vacca.  
4. e. Infantulus, id est, Christus, qui intrepidus impiorum corda aggredi non formidauit. Grego. ubi sup.  
5. Requirit.  
6. Requit eius in gloria.  
d. Hoc est, secunda liberatione per Christum & mortem eius: quoniam in prima liberatione liberauerat eos ab Assyriis, ut secunda ab idolis. Hiero. ibid.  
e. Vitutem crucis faciet praedi cari per Apostolos, alioque discipulos. Quam praedicationem etiam signis confirmabit. Quod iam impletum est, ut dictu est supra. De Lyra.  
7. Ad occidentem.  
8. Misio.  
\* Illis.  
f. Lingua maris Aegyptij sciticia est doctrina secularis, quae peccati obsecratione suscitatur. Greg. Moral. lib. 33. cap. 13.  
9. Eius.

Te id est, Babylonij affligitur  
pro angustia, sicut illi qui pati-  
tur talia. De Lyra, ibid.]

d. Crudelem diem vocat, non  
merito sui, sed populi crudelia  
merito patientis a domino.  
Hier. ibid.

e. Possunt hęc ad diem iudicij  
refecti quando omnia lumina  
obtenebrati videbuntur cõ-  
parata sicuti Chisti, gloria  
ordina. ibid.]

4. Pretiosorem faciam virtum  
auro obrizo, & hominem ma-  
fa auri de Ophir, ideo cõlli  
tremere faciam.

4. Quam nemo congregat.  
f. Capta Babylone a Mædis &  
Persis, auxiliari eius ad propria  
revertentur. Hier. ibid.

g. Cyrus libyionem obfidens  
Ejratia aqua in fossa ad hoc  
apertas detrauit. Vnde vrbem  
pede sicco ingressus nocte, Bal-  
thasarem regem occidit, sed &  
tam cito, quam aduenas vrbis  
defendentes, senes cum iunioribus,  
virgines & vxores occidit.  
Ex Hierony. & Dionys.

6. Gloria regnotum, gloria su-  
perbia.

7. In perpetuum.

8. Habitabitur.

h. In tantum Babylon vastata  
erit & deserta, vt ne ad pascua  
quidem armentorum & peco-  
rum vilius sit Hier. ibid.

9. Dracones in palatiis.

& omne cor hominis tabescet, & conteretur. Torſiones & dolores tenebunt, quasi parturientes dolebunt. Vnusquisque ad proximum suum stupebit, facies combustæ vultus eorum. Ecce dies domini venit crudelis, & indignationis plenus & iræ, furorisque ad ponendam terram in solitudinem, & peccatores eius cõterendos de ea: quoniam stellæ cœli & splendor earum non expandent lumen suum. Obtenebratus est sol in ortu suo, & luna non splendet in lumine suo. Et visitabo super orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum. Et quiescere faciam superbiam infidelium, & arrogantiam fortium humiliabo. Pretiosior erit vir auro, & homo mundo obrizo. Super hoc cœlum turbabo, & mouebitur terra de loco suo, propter indignationem domini exercituum, & propter diem iræ furoris eius. Et erit quasi damula fugiens, & quasi ovis, & non erit qui congreget. Vnusquisque ad populum suum conuertetur, & singuli ad terram suam fugient. Omnis qui inuentus fuerit, occidetur, & omnis qui superuenerit, cadet in gladio. Infantes eorum allidentur in oculis eorum, diripientur domus eorum, & vxores eorum violabuntur. Ecce ego suscitabo super eos Mædos, qui argentum non querant nec aurum velint, sed sagittis paruulos interficiant, & lactantibus vteris non misereantur, & super filios non parcat oculus eorum. Et erit Babylon illa ciuitas gloriosa in regnis, in clyta in superbia. Chaldæorum subuerſa sicut subuertit dominus Sodomam & Gomorrhā. Non habitabitur vsque in finem, & non fundabitur vsque ad generationem & generationem. Nec ponet ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent ibi, sed requiescent ibi bestię, & replebuntur domus eorum draconibus. Et habitabunt ibi struthiones, & pilosi saltabunt ibi, & respondebunt ibi vlula in ædibus eius, & Sirenes in delubris] voluptatis.

Num. 22. c

† Ezech. 32. b  
Ioel 3. c  
Math. 24. c  
Marc. 13. c  
Luc. 21. c

† Psal. 136. b

† Gene. 19. a  
Iere. 50. f  
Ezech. 16. f  
Hose. 11. c  
Amos 4. d

*Iudæis promittit liberationem per Babylonis excidium prius illi comminatum per Philistæorum comminationem.*  
XIIII.

a. Significat tempus quo Pyrus rex Persarum euerſa Babylone & rege eius Balchazar Chaldeorum Regnum tranſtulit ad Persas, & Iudæos ad Ierosolymam inflaurandam remisit. Hier. ib.



Domus est vt veniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur. Miserebitur enim dominus Iacob, & elegit adhuc de Israel, & requiescere eos faciet super humum suam. Adiungetur aduena ad eos, & adhærebit domui Iacob. Et tenebunt eos populi, & adducent eos in locum suum. Et possidebit eos domus Israel super terram domini in seruos & ancillas, & erunt capientes eos qui se ceperant, & subiicient exactores suos. Et erit in die illa cum requiem dederit tibi deus a labore tuo, & a concussione tua, & a seruitute dura qua ante seruiisti: & sumes parabolam istam contra regem Babylonis, & dices: Quomodo cessauit exactor, quieuit tributum? Contriuit dominus baculum impiorum, virgam dominantium cadentem populos in indignatione, plaga insanabili, subiicientem in furore gentes, persequentem crudeliter. Conquieuit & siluit omnis terra, gauisa est & exultauit. Abietes quoque lætatae sunt super te, & cedri Libani. Ex quo dormisti non ascendit qui succidat nos. Infernus subter te conturbatus est, in occursum aduentus tui suscitauit tibi Gigantes. Omnes principes terræ surrexerunt de solis suis, omnes principes nationum: vniuersi respondebunt, & dicent tibi: Et tu vulneratus es sicut & nos, nostri similis effectus es. Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadaver tuum. Subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. Quomodo cecidisti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris? Corruisti in terram qui vulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo: In cælum conscendam, super astra dei axaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti in latebris Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Veruntamen ad infernum detrahæris, in profundum lacu. Qui te viderint, ad te inclinabuntur, & teque prospicient. Nunquid iste est vir qui conturbauit terram, qui concussit regna, qui posuit orbem desertum & vrbes eius destruxit? Vincis eius non aperuit carcerem. Omnes reges gentium vniuersi dormierunt in gloria, vir in domo sua: tu autem proiectus es de sepulchro tuo quasi stirps inutilis, pollutus & obuolutus cum iis] qui interfecti sunt gladio, & descenderunt vsque ad fundamenta lacu. Quasi cadaver putridum] non

b. Magis hoc intelligendum de tempore Machabeorum, quando Iudas & fratres eius debellauerunt Iudæos, Philistæos, multosque Grecorum, quorum ante tributarij erant. Ideo subiicerunt exactores suos. Dionys. ibid.

c. Hoc est, qui fieri potuit vt Babylon ciuitas auara, & inexplebilis dederit extorque retribuit ab Hebræis, aliisque nationibus, Peris tyrannus, & ciuitas euerſa est. Pius ibid.]

d. Ear absque vlla miseratione.

d. Infernus, i. diabolus, qui inferri propolitus est subter te, quia infernus deitum est, cõtributus est, in tumultum versus, q. Aliumquid hoc potuit fieri s. Thom. ibid.  
\* Propriet.  
2. Mortuus.  
3. Sonitus naborum tuorum.

4. Fili aurora.  
5. Debilitabar.

e. Monte Sion, sed d. impudens, Cherubim ante eu stant, & non sedent. Quid laborasti vt iam sedeat? Omnes administratorij sunt spiritus, & tu sedebis Bernard. de S. Benedicto.

f. Apostate angelo similis efficitur homo diu hominibus esse similis designatur. Grego.  
6. Te contemplantur.

7. Vnusquisque.  
8. Abominabilis sicut vestimenta occisorum.  
9. Ad lapides sepulchri veluti cadaver concultum.

De pre. di. 2. c. Principiū.

24. quest. 3. c. Quilam.

non habebis consortium, & neque] cum eis in sepultura. Tu enim terram tuam disperdidisti, tu populum occidisti. Non vocabitur in æternum semen pessimorum. Preparare filios eius occisioni in iniquitate patrum eorum. Non consurgent, nec hæreditabunt terram, neque implebunt faciem orbis civitatum. ] Et confurgam super eos, dicit dominus exercituum: & perdam Babylonis nomen, & reliquias, & germen, & progeniem, dicit dominus. Et ponam eos in possessionem ericij, & in paludes aquarum, & scopabo eam in scopa terens, dicit dominus exercituum. Juravit dominus exercituum, dicens: Si non ut putavi, ita erit, & quomodo mente tractavi, sic eveniet, ut conteram Assyrium in terra mea, & in montibus meis conculcem eum, & auferetur ab eis iugum eius, & onus illius ab humero eorum tolletur. Hoc consilium quod cogitavi super omnem terram, & hæc est manus extenta super uniuersas gentes. Dominus exercituum decreuit, & quis poterit infirmare? Et manus eius extenta, & quis auertet eam? In anno quo mortuus est rex Achaz, factum est onus istud. Ne læteris Philistæa omnis tu, quoniam comminuta est virga percussoris tui. De radice enim colubri egredietur regulus, & semen eius absorbens volucrem. ] Et pascentur primogeniti pauperum, & pauperes fiducialiter requiescent, & interire faciam in fame radicem tuam, reliquias tuas interficiam. ] Vlula porta, clama ciuitas, prostrata est Philistæa omnis. Ab Aquilone enim fumus veniet, & non est qui effugiat agmen eius. ] Et quid respondebitur nuntiis gentis? Quia dominus fundauit Sion, & in ipsa sperabunt pauperes populi eius.

g. Omnes historie consentiunt quod occiso Balisath neque Nabuchodonosor, & succedente Dario Mealo in regnum Chaldeorum, nullus de Nabuchodonosor deinceps stipe te. gnauit. Hoc ergo scriptura predicat, quod in tantam Babylonia uenit ualiditatem, ut eorum de semine regio nullus remaneret, sed propter impietatem patris omnis soboles eius deleatur, iuxta illud Psal. In generatione una deleatur nomen eius. Hieron. ibid. 10. Inimicus.

ch. Ut auferatur iugum eius est consilium meum. Hoc consilium quod cogitavi super omnem terram, Geter Assyriorum scilicet, vel omnium qui subiecti sunt Semachetib vel diabolo. Glosa ordina. ibid. ]

i. Teuathan non solum coluber, sed etiam regulus dicitur, pro eo quod inmundis spiritibus vel reprobis hominibus principatur. Regulus namque septimum rex dicitur. Grego. Moral. lib. 33. cap. 38.

11. Cælestes volans.

12. Interficiet.

13. Ut nec vnus solus maneat in caetibus eius.

Moabitæ præuidet ruinæ miseria afficiendos.

XV.

† Iere. 48. f. Ezech. 7. c.

**N**us Moab. Quia nocte vastata est Ar, Moab conticuit, ] quia nocte vastatus est murus, ] Moab conticuit. Ascendit domus Dybon ad excelsam in planctum, super Nabo & super Medaba, Moab vlulabit. In cunctis capitibus eius caluitium, omnis barba raderur. In triuuis eius accincti sunt sacco, super tecta eius, & in platæis eius omnis vlulatus descendet in fletum. Clamauit Hesebon & Eleale, vsque Iasa audita est vox eorum. Super hoc expedit Moab vlulabunt: anima eius vlulabit sibi. Cor meum ad Moab clamabit, uertes eius vsque ad Segor vitulam conternantem. Per ascensum enim Luhith flens ascendet, & in via Oronaym clamorem contritionis leuabunt. Aquæ enim Nemrim desertæ erunt: quia aruit herba, defecit germen, viror omnis interit. Secundum magnitudinem operis, & uisitatio eorum. ] Ad torrentem salicem ducent eos: quoniam circuibit clamor terminum Moab. Vsque ad Gallim vlulatus eius, & vsque ad puteum Helim clamor eius: quia aquæ Dybon repletæ sunt sanguine. Ponam enim super Dybon additamēta iis qui fugerint de Moab leonem, & reliquis terræ.

1. Succisus est, & infra.

2. Cir, quæ est quædam ciuitas Moab.

3. Baith &.

4. Modus plangendi præsentum erat, quod tempore prosperitatis & lætitiæ barbam & comâ nutrices, tempore uicitiæ deponabant, ut habetur Iob. Et tonio capite corruens in terrâ adorauit. S. I. ho. ibid.

4. Idem armati.

5. Ut scilicet prouocem ad penitentiam uertes eorum, id est, firmamenta quæ in hærælibus habere uidebantur ad Segor, id est, parauit penitentes, ut non robusti sed fragiles uideantur. Glosa ordina. ibid. ]

6. Triuuenem.

7. Propter residuū quod fecit, & diuitias illorum.

8. Dybon ciuitas Moabitarum, quam Seon rex Amorrhæorum possedit iura belli: quo pulso à filiis Israel capta, & in partem Gad data est, ut ait Hier. diuersa tamen à Dibon Gad, quæ est 39. mansio Israelitarum circa solitudinem Moab, ut patuit Numerorum 33.

Moab ob nimiam arrogantiam & perfidiam humiliabitur, & ex Ruth Moabiride linea Christi texetur.

XVI.

† Iere. 48. c.

**M**itte agnum domine dominatorem terræ de petra deserti, ad montem filiæ Sion: & erit sicut auis fugiens, & pulli de nido auolantes. ] Sic erunt filiæ Moab in transcensu Arnon. In consilium, coge concilium, ] pone quasi noctem umbram tuam in meridie. Absconde fugientes, & vagos ne prodas. Habitabunt apud te profugi mei. Moab esto latibulum eorum a facie vastatoris. Finitus est enim puluis, consummatus est miser, defecit qui conculcabat terram. ] Et preparabitur in misericordia folium: & sedebit super eum in ueritate in tabernaculo Dauidi iudicans & querens iudicium, & uelociter reddens quod iustum est. ] Audiuitus superbia Moab, superbus est ualde. Superbia eius & arrogantia eius, & indignatio eius, plusquã fortitudo eius. ] Idcirco vlulabit Moab, ad Moab uniuersus vlulabit. ] Iis qui latantur super muro cocti lateris loquimini plagas suas, quoniam suburbana Hesebõ deserta sunt. ] Et uinea Sabama domini gentium exciderunt. ] Flagella eius vsque ad Iazer peruenerunt, errauerunt in deserto, propagines eius relictæ

1. Hanc ex mente Hieronymi expositionem reperies Ruth. c. 1.

1. De nido.

2. Fac iudicium.

\* Media.

3. Expreslor, defecit populator, defecit conculcator de terra.

4. Hoc de Christi primo aduentu in caenam, ut obseruatur ecclesiis, intelligendum est, & de secundo, cum Ihero. Antichristi puluere, & vastatoris sibilato, qui conculcabit uniuersum terram rex Christi adueniet, qui sedebit in tabernaculo Dauid, & in die iudicij reddet omnibus pro operibus suis. Hiero. ibid.

4. Non sunt recta uerba eius.

5. Super.

6. Super fundamenta ciuitatis Hesebõ loquimini, uerum tamen ipsi perculsi, quoniam uirtus Hesebõ exitus sunt.

7. Meliores propagines.

8. Extenderunt se.



9. Idcirco &amp; te.

10. Fructus æstatis tuæ.

c. Per hoc quod ait propheta gaudium de Carmelo auferendum, quod homines habere solebant à fertilitate Carmeli, in finat quod de eundem finibus Moab quondam fertilibus, exultatio auferetur, tota terra remanente ad tempus inculca. Diony. ibid.

21. Fatigatus fuerit.

sunt, ] transferunt mare. <sup>9</sup> Super hoc ] plorabo in fletu Iazer, & vineam Sábama. Inebriabo te lachryma mea Hesebon & Eleale, & quoniam super <sup>10</sup> vindemiam tuam ] & super messem tuam vox calcantium irruit. <sup>† c</sup> Et auferetur lætitia & exultatio de Carmelo, & in vineis non exultabit neque iubilabit. Vinum in torculari non calcabit, qui calcare consueuerat, vocem calcantium abstuli. <sup>†</sup> Super hoc venter meus ad Moab quasi cithara sonabit, & viscera mea ad murum cocti lateris. <sup>†</sup> Et erit cum apparuerit quod <sup>11</sup> laborauit ] Moab super excelsis suis, ingredietur ad sancta sua, vt obsecret, & non valebit. Hoc verbum quod locutus est dominus ad Moab extunc, & nunc locutus est, dicens: In tribus annis quasi anni mercenarij, auferetur gloria Moab super omni populo multo, & relinquetur in eo sicut racemus ] paruus & modicus, nequaquam multus.

† Iere. 48. c.

† Ibidem.

*Comminatur dominus pœnam Damasco cum decem tribubus confederata, & item Israeli, quia oblitus est saluatoris sui, & Assyrius propter suam crudelitatem.*  
XVII.

a. Post Babylonē & Philisthæos ad Damascum, i. Aram sermo conuertitur, quæ & ipsa regalis quondam ciuitas fuit, & in omni Syria tenuit principatū. Necdum florebat Antiochia, Iadicia, & Apamia Hiero. ibid.



b. Comminatur propheta Damasco, quod decem tribubus auxilium promittent, & primo quo ad destructionē regis sedis. Secundo quo ad depopulationem hominum & bonorum, & tertio quo ad destructionem murorum, & tandem quo ad iacentē regionē Syria. S. Tho. ib. 1. Præsidium.

Te. Hic ostendit huius punitionis fructus, quia illi qui egerunt fugiendo, postea venerunt in regnum Iuda. sub Ezechia rege, & seruiunt Domino idcirco dimissis. De Lya. ibid.

2. Respiciet.

3. Simulachra.

4. Virgultum, &amp; rami qui derelicti.

5. Et erit.

6. Petrae fortitudinis tuæ.

7. Iacundam.

8. Crescere facies plantationem tuam.

9. Doloris desperati.

10. Hoc de vniuersis tyrannis pagani, hereticis, &amp; Iudeis sanctæ ecclesiæ persecuentibus intelligi conuenit, de quorum exercitu subleuatur: Et increpabit enim, Christus eos conueniunt, &amp; seruiunt procul, sed non elingent. Diony. ibid.

11. Antequam mane eiset.

<sup>a</sup> Nus Damasci. Ecce <sup>b</sup> Damascus desinet esse ciuitas, & erit sicut ] aceruus lapidum ] in ruina. Derelictæ ciuitates Aroer gregibus erunt, & requiescent ibi, & non erit qui exterreat. Et cessabit <sup>1</sup> adiutorium ] ab Ephraim, & regnum à Damasco, & reliquæ Syriæ sicut gloria filiorum Israel erunt, dicit dominus exercituum. Et erit in die illa, attenuabitur gloria Jacob, & pinguedo carnis eius emarcescet: & erit sicut congregans in messe quod restiterit, & brachium eius spicas leget. <sup>†</sup> Et erit sicut quærens spicas in valle Raphaim, & relinquetur in eo sicut racemus, & sicut excussio oleæ duarum vel trium oliuarum in summitate rami, siue quatuor aut quinque. In cacuminibus eius fructus eius: dicit dominus deus Israel. <sup>†</sup> In die illa <sup>1</sup> inclinabitur ] homo ad factorem suum, & oculi eius ad sanctum Israel respicient, & non inclinabitur ad altaria quæ fecerunt manus eius, & quæ operati sunt digiti eius, non respicient lucos & <sup>3</sup> delubra. ] <sup>†</sup> In die illa erunt ciuitates fortitudinis eius derelictæ, sicut <sup>4</sup> aratra & segetes, quæ derelictæ ] sunt à facie filiorum Israel, <sup>5</sup> & eris ] deserta, quia oblita es dei saluatoris tui, & <sup>6</sup> fortis adiutoris tui ] non es recordata. Propterea plantabis plantationem <sup>7</sup> fidelem, & germen alienum seminabis. In die <sup>8</sup> plantationis tuæ labrusca, & mane semen tuum florebit. Ablata est messis in die hæreditatis, & <sup>9</sup> dolebit grauiter. ] <sup>†</sup> Væ multitudini populorum multorum, vt multitudo maris sonantis, & tumultus turbarum sicut sonitus aquarum multarum. Sonabunt populi sicut sonitus aquarum inundantium, & increpabit eum, & fugiet procul: & rapietur sicut puluis montium à facie venti, & sicut turbo coram tempestate. In tempore vespere, & ecce turbatio <sup>10</sup> in matutino, ] & non subsistet. Hæc est pars eorum qui vastauerunt nos, & fors diripientium nos.

*Aegyptiis comminatur exitium, at Aethiopibus ob susceptum euangelium promittit salutem.*  
XVIII.

13. Conuertitur iterum ad Aegyptum, & vocat eam cymbalum auri. Nihil enim qui Gion fluit inuenit per Aegyptum fluit, hic antequam diuiseretur magno sonitu per montana descendens similis erat sonitui multarum auri & grandium. Ideoque multitudo illius populi auri comparatur sonitui. Velox quippe & conuersus auri volatur sono cymbali comparatur. Glosa orfina. ibid. ]

1. b. Umbra. Hoc est, nauium confidens auxilio.

2. Ex quo fuit &amp; vltra.

3. Paulatim.

4. Calat feruens post plouiam.

5. In colore.

6. Cum perfectus fuerit flos, &amp; ex flore fructus maturerit.



<sup>a</sup> Æ terræ <sup>1b</sup> cymbalo ] alarum, quæ est trans flumina Aethiopiæ: quæ mittit in mare legatos, & in vasis papiri super aquas. Ite angeli veloces ad gentem couulsam & dilaceratam, ad populum terribilem, <sup>2</sup> post quem non est alius, ad gentem <sup>3</sup> expectantem & ] conculcatam, cuius diripientur flumina terram eius. Ad montem nominis domini exercituum montem Sion. <sup>†</sup> Omnes habitatores orbis, qui moramini in terra, cum eleuatum fuerit signum in montibus, videbitis: & clangorem tubæ audietis: quia hæc dicit dominus ad me: Quiescam & considerabo in loco meo, sicut <sup>4</sup> meridiana lux clara est, ] & sicut nubes toris <sup>5</sup> in die ] mellis. <sup>†</sup> Ante messem enim <sup>6</sup> totus effloruit, & immatura perfectio germinauit, ] & præcidentur ramusculi eius falcibus, & quæ derelicta fuerint, abscedentur. Excutientur, & relinquentur simul auibus montium & bestiis

& bestiis terræ, & æstate perpetua erunt super eum volucres: & omnes bestię terræ  
 a. Munus multiplex dicitur, feruentis dilectionis, deuote orationis, perfectę operationis, & debite oblationis, s. Thom. ibidem.

*Aegyptus prædicitur ab Assyriis ob infidelitatem vastanda: sed tandem ad dominum in iuramento, sacrificio, & inuocatione domini conuertenda.*

XIX.

**A** Nus Aegypti. Ecce dominus ascendet<sup>a</sup> super nubem leuem, & ingredietur Aegyptum, & commouebuntur simulachra Aegypti à facie eius, & cor Aegypti tabescet in medio eius. Et concurrere faciam Aegyptios aduersus Aegyptios, & pugnabit vir contra fratrem suum, & vir contra amicum suum, ciuitas aduersus ciuitatem, regnum aduersus regnum, & dirumpetur spiritus Aegypti in visceribus eius, & consilium eius<sup>1</sup> præcipitabo, ] & interrogabunt simulachra sua, & diuinos suos, & Pythones, & ariolos, & tradam Aegyptum in manu dominorum crudelium, & Rex fortis dominabitur eorum, ait dominus deus exercituum.<sup>b</sup> Et arefcet aqua de mari, & fluuius<sup>2</sup> desolabitur ] atque siccabitur, & deficient flumina. Attenuabuntur & siccabuntur riuus<sup>3</sup> aggerum. ] Calamus & iuncus<sup>4</sup> marcescet, nudabitur alueus riuus à fonte suo. ] Et omnis sementis irrigua siccabitur, arefcet, & non erit. Et mærebunt piscatores, & lugebunt omnes mittetes in flumen hamum, & expandentes rete super faciem aquæ emarcescent. Confundentur qui<sup>5</sup> operabantur linum, plectentes & texentes subtilia. ] Et erunt<sup>6</sup> irrigua eius flaccientia. ] Omnes qui faciebant lacunas<sup>7</sup> ad capiendos pisces. ] Stulti principes Thaneos, sapientes consiliarij Pharaonis dederunt consilium insipiens. Quomodo diceris Pharaoni: filius sapientium ego, filius Regum antiquorum? ubi nunc sunt sapientes tui? Annuntient tibi & indicent, quid cogitauerit dominus exercituum super Aegyptum. Stulti facti sunt principes Thaneos, emarcuerunt ] principes Mempheos, deceperunt Aegyptum, angulum populorum eius.<sup>8</sup> Dominus miscuit in medio eius spiritum<sup>9</sup> vertiginis, ] & errare fecerunt Aegyptum in omni opere suo, sicut erat ebrius & vomens. Et non erit Aegypto opus, quod faciat caput & <sup>10</sup> caudam incuruantem & refranantem. ] In die illa erit<sup>c</sup> Aegyptus quasi mulieres: & stupebunt & timebunt à facie commotionis manus domini exercituum, quam ipse mouebit super eam, & erit terra Iuda Aegypto<sup>f</sup> in pauorem. Omnis qui illius fuerit recordatus, pauebit à facie consilij domini exercituum, quod ipse cogitauit super eam. In die illa erunt quinque ciuitates in terra Aegypti, loquentes lingua Chanáan, & iurantes per dominum exercituum. Ciuitas<sup>11</sup> solis ] vocabitur vna. In die illa erit altare domini in medio Aegypti: & titulus domini iuxta terminum eius: & erit in signum & testimonium domino exercituum in terra Aegypti. Clamabunt enim ad dominum à facie tribulantis, & mittet eis saluatorem & <sup>12</sup> propugnatorem, ] qui liberet eos. Et cognoscetur dominus ab Aegypto, <sup>h</sup> & cognoscet Aegyptij dominum in die illa: & colent eum in hostiis, & in muneribus, & vota vouebunt domino & soluent. Et percutiet dominus Aegyptum plaga, & sanabit eam, & reuertentur ad dominum & placabitur eis, & sanabit eos. In die illa, erit via de Aegypto in Assyrios, & intrabit Assyrius Aegyptum, & Aegyptius in Assyrios, & seruient Aegyptij Assyriis. In die illa erit Israel tertius Aegypto, & Assyrio benedictio in medio terræ, cui benedixit dominus exercituum, dicens: Benedictus populus meus Aegypti, & opus manum mearum Assyrius, hæreditas autem mea Israel.

*Aegyptiorum & Aethiopum ab Assyriis prædicitur captiuas.*

XX.

S iij

a. Hoc est, in sancto corpore, quo mediante fugiit Herodes fugit in Aegyptum, Chrys. in 2. cap. Matth. Hæc ergo prophetia ad saluatoris tempora refertur, quando ascendit super nubem leuem, id est, corpus humanum quod ex virgine assumpserat, nullo humanae cõmixtionis semine prægrauatum, sive quod à nube leui portatus sit, i. corpore virginali, & ad ingressum eorum nites demones contemneret. Kaba. in cap. 24. Ecclesiastic. 1. Desuam. 2b. Sensus est. Tam immanis erit Assyrii rex in Aegypto, ut omnia diripiat & populietur incidens Aegyptij in tam miseris & acerbis calamitates, ac si Nilus esset illis exccatus, à quo omnem suam habent vitilitatē. Pinus. ibid. ]  
 2. Arefcet.  
 3. Aegypti.  
 4. Succidentur herbæ in riuo & iuxta litus riuus.  
 5. Operantur in lino opera reticulata, & qui texunt pectorata, sub' retia.  
 6. Retia eorum quati dissipata.  
 7. Et lingua viuientium animarum.  
 8. Omnes enim hæretici conuertamur admodum humilitatē docent, & ad interos detrahunt, & humilis mandati & deicti sunt principes. (Ios. ord. 2.)  
 9. Mens autē deceptionis qua deceperunt Aegyptum, sicut angulum populorum eius. Angulus est qui duabus lineis efficitur concurrentibus. Sic dicitur consilio Anthonij & Cleopatras. Sic est sensus quod accipiendo Cleopatram & Anthonium deceperit per consequentiam totam Aegyptum. De Lyra. ]  
 10. Seducti sunt.  
 11. Paruerritarum.  
 12. Cauda, ramus, & iuncus.  
 13. In memoria erit Aegyptus terræ Iudæ, ob mala que toties inuoluit ei, præcipue eos auertēdo à deo, cuius propter que terrefe de iudæ inuoluit. S. Tho. ibid. ff. Alij in festiuitatē sed fecerunt Hieronymus, melius est in pauorem vel formidinet. Quasi d. Cum Aegyptij quasi mulieres timore hostium dissoluti fuerint, tunc terra Iuda erit Aegypto in pauorem. Glor. ord. ib. ]  
 11. Desolationis.  
 12. Etenim Moyses altare & sacrificia nusquam tetrauit, nisi in sola Iudæa, & in huius solæ ciuitate constitum lege à se posita iubet, mutato autem altari legem mutari oportet. Euseb.  
 13. Magnam, sub. virum.  
 h. Respondeant Iudæi, lege preceptum est, ut altare nõ fiat nisi in vno loco quem elegerit dominus deus, & hostie tantum à sacerdotibus Leuitici generis immolentur. Ecce hanc aperit docet quod Aegyptij cognoscet dominum, &c. Si ergo Aegyptij sacerdotum habent, impletur & in illis Pauli testimonium dicentis: Translato sacerdotio, necesse est vt & legis translato fiat. Hiero. ibid.  
 i. Quasi nõ vitium ab Assyriis Aegyptijque modus, sed etiam terram cum ipsis, terram terretur Romanis. Glor. ord. ibid.

a. Sennacherib, Sargon, Senac, Phua, Salmanasar, Teglatphalasar & Alcaal, sex sunt nomina eiusdem regis Assyriorum, Hierony. ibid.

b. Praecipitur propheta vt faceret calcetque deponeret incederet nudus & discalceatus in signum Aegyptiis & Aethiopiis qui Dei populum persecuti sunt. Glosa ordina. ibid.

c. Tres dies quibus Isaia nudus & discalceatus ambulauit, tres annos tribulationis & persecutionis Aegyptiorum & Aethiopi. S. Hierony.

d. Hoc est, cognita hac Aegyptiorum captiuitate atque Aethiopia, populus Iudaeorum timebit, & erubescet propter dejectionem Aethiopiae, in quibus sperabant, & Aegyptiorum, de quorum amicitia & auxilio exidebant Dionis. ibid.

2. In respectu suo.

3. Hic est respectus noster.

1. In meridie ad transfundum vt veniant a deserto.

2. Praeuicator praeuicetur, & populator populatur.

3. Hoc dicitur de Balthasar rege Babylonis qui fuit idololatra pessimus vel quia dicitur ferre 29. de regis sui terminatione credidit esse fallum, propter quod fecit illud commisit magni. Dan. 5. Igitur eius maleficia quia vana dicitur colere de dea, postquam vestitus commisit in illo comit. De Lyx. 1.

4. Obstant cor meum, tremor terrore me, nosse desiderij mei posuit mihi in horrore. Ib. Quasi d. O Pasie & Medi sumite cibum praeparate vos ad bellum contenti plamini in specula quae exarata sunt in pariete, perpicite, quia deus regni huius numerauit. Glosa. ordina. ibid.

5. Vngite.

6. Intelligit Cyrum & Darium auunculum eius, qui occiso Balthasar regnum Babylonicum transfulerunt ad Persas.

7. Domine mi.

8. Haec sunt quae clamabat speculatrix, nimirum ipse propheta Isaia. Ecce venit Cyrus contra Babylonem, quae est exarata & omnia eius idola conterenda. Meminit idololatriam, vt perpendiculari quibus quibusdam ad idola, quae erant confingenda, & pedibus conculcanda. Pictus ibidem.

9. Hoc est, Idumae.

10. In nemore in Arabia pernoctabis.

11. In terra Austria habitans qui in sancta ecclesia possit inueniri spiritus charitatis pariter.

Grego. Moral. 21. cap. 25.

12. Themas.

13. Est annus octo annos.

14. Nomen eius qui in anathemam rediens ab areabus.

15. Hoc est, Ierusalem, non propter similitudinem loci, sed in nomine suo, sed propter virtutem: quia ad ipsum, sicut ad vallum circumferebantur vulgus Iudaeorum vicinaria gentium datus sequeretur. Vnde Ierem. 9. Haec est Ierusalem, in medio gentium posita es. Vel dicitur valis, propter insulam partem ciuitatis, quae a Senna tradita fuit Sennacherib S. Hierony. ibid.

16. Sagittarius.

17. Sion inens quondam visionis, hinc vallis Ierusalem. Hierony.

18. Hoc est, Elamiz cum rege Babylonis contra Ierusalem venientes, secum deulerunt pharetras, quia ipsi sunt fortes sagittarii & quadragas equitum, in quibus armis & victualia portabant. Ex quo patet hoc caput non intelligi de punitione Iudaeorum facta per Romanos. Hi enim Elamiz Assyrii sunt, quia in Romano exercitu non erant. Dionis. ibid.

19. Circa vallum clypeum. Circa vallum ciuitatis est.

**I**N anno quo ingressus est Tharthan in Azotum, cum misisset eum Saragon Rex Assyriorum, & pugnasset contra Azotum, & cepisset eam, in tempore illo locutus est dominus in manu Isaia filij Amos, dicens: <sup>b</sup> Vade & solue faccum de lumbis tuis, & calceamenta tua tolle de pedibus tuis. Et fecit sic vadens nudus & discalceatus. Et dixit dominus: <sup>c</sup> Sicut ambulauit seruus meus Isaia nudus & discalceatus, trium annorum signum & portentum erit super Aegyptum & super Aethiopia: sic <sup>d</sup> minabit rex Assyriorum captiuitatem Aegypti, & transfmigrationem Aethiopiae, iuuenem & senem, nudam & discalceatam discopertis natibus ad ignominiam Aegypti. <sup>d</sup> Et timebunt & confundentur ab Aethiopia spe sua, & ab Aegypto gloria sua. Et dicet habitator insulae huius in die illa: <sup>e</sup> Haec cinnae erat spes nostra? Ad quos confugimus in auxilium, vt liberarent nos a facie regis Assyriorum? Et quomodo effugere poterimus nos?

*Babylonis a Medis & Persis ruina, Idumaea autem & Arabia ab Assyriis & Chaldeis. XXI.*

**Q**UO nus deserti maris. Sicut turbines ab Africo veniunt, de deserto venit, <sup>a</sup> de terra horribili, visio dura nuntiata est mihi: <sup>2</sup> <sup>3</sup> Qui incredulus est infideliter agit: & qui depopulator est, vastat. <sup>a</sup> Ascende Elam, & obside Moe-de, omnem gemitum eius cessare feci. Propterea repleti sunt lumbi mei dolore, angustia possedit me, sicut angustia parturientis. Corruui cum audirem, conturbatus sum cum viderem. <sup>3</sup> Emarcuit cor meum, tenebrae stupefecerunt me. <sup>4</sup> Babylon dilecta mea posita est mihi in miraculum. <sup>b</sup> Pone mensam, contemplare in specula. Comedentes & bibentes surgite principes, <sup>a</sup> arripite clypeum. Haec enim dixit dominus: Vade, & pone speculatorem, & quodcumque viderit, annuntiet. Et vidit currum <sup>c</sup> duorum equitum, ascensorem asini, & ascensorem cameli: & contemplatus est diligenter multo intuitu. <sup>d</sup> Et clamauit leo: Super speculam domini ego sum, stans iugiter per diem: & super custodiam meam ego sum, stans totis noctibus. <sup>d</sup> Ecce iste venit ascensor vir bigae equitum. Et respondit & dixit: <sup>e</sup> Cecidit, cecidit Babylon, & omnia sculptilia deorum eius contrita sunt in terra. Tritura mea & filia areae meae: quae audiui a domino exercituum deo Israel, annuntiaui vobis. Onus <sup>e</sup> Duma ad me clamat ex Seir: Custos quid de nocte, custos quid de nocte? Dixit custos: venit mane & nox. Si quaeritis, quaerite: conuertimini & venite: Onus in Arabia <sup>e</sup> in saltu ad vesperam dormietis, in semitis Dodanim. <sup>e</sup> Occurrentes sitienti ferte aquam, <sup>f</sup> qui habitatis terram <sup>e</sup> Austri, cum panibus occurrere fugienti. A facie enim gladiatorum fugerunt, a facie gladii imminentis, a facie arcus extenti, a facie grauis praelij, quoniam haec dicit dominus ad me: Adhuc <sup>g</sup> in vno anno quasi in anno <sup>g</sup> mercenarij, & auferetur omnis gloria Cedar, & <sup>9</sup> reliquiae numeri sagittariorum <sup>g</sup> fortium de filiis Cedar imminuentur. Dominus enim deus Israel locutus est.

*Ierusalem ob infidelitatem principum & sacerdotum prophetatur captiuitas: Sobna autem reiecto Eliachim illi sufficitur. XXII.*

**Q**UO nus vallis visionis. Quidnam tibi quoque est, quia ascendisti: & tu omnis in tecta clamoris plena, vrbis frequens, ciuitas exultans? Inerfecti tui, non interfecti gladio, nec mortui tui, mortui in bello. Cuncti principes tui fugerunt simul <sup>1</sup> dureque <sup>1</sup> ligati sunt. Omnes qui inuenti sunt, vincti sunt pariter, procul fugerunt. Propterea dixi: recedite a me, amare flebo. Nolite incumbere, vt consolemini me super vastitate filiae populi mei. <sup>2</sup> Dies enim interfectionis & conculcationis, & <sup>2</sup> fletuum domino deo exercituum in valle visionis. Scrutans murum, & magnificus super montem. <sup>e</sup> Et Elam sumpsit pharetram, & currum hominis equitis, & <sup>2</sup> parietem nudabit clypeus. <sup>g</sup> Et erunt electae valles tuae plenae quadrigarum, & equites ponent sedes suas in porta, & reuelabitur operimentum Iudae. Et videbitis in die illa armamentarium domus saltus, & scissuras ciuitatis David videbitis, quia multi-

Anni ante Christum 777. Anni mundi 3189.

† Heb. 2. a Ioan. 3. d

† Heb. 2. d

† Iere. 51. a Apoc. 1. b



multiplicate sunt. <sup>d</sup> Et congregastis aquas piscinæ inferioris, & domus Ierusalem numerastis, & destruxistis domus ad muniendum murum. Et lacum fecistis inter duos muros, & aquam piscinæ veteris, & non suspexistis ad eum qui fecerat eam, & operatorem eius de longe non vidistis. Et vocabit dominus deus exercituum in die illa ad fletum, & ad planctum, ad caluitium, & ad cingulum sacci, & ecce gaudium & lætitia occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes & bibere vinum. <sup>e</sup> <sup>f</sup> <sup>g</sup> <sup>h</sup> <sup>i</sup> <sup>k</sup> <sup>l</sup> <sup>m</sup> <sup>n</sup> <sup>o</sup> <sup>p</sup> <sup>q</sup> <sup>r</sup> <sup>s</sup> <sup>t</sup> <sup>u</sup> <sup>v</sup> <sup>w</sup> <sup>x</sup> <sup>y</sup> <sup>z</sup> <sup>aa</sup> <sup>ab</sup> <sup>ac</sup> <sup>ad</sup> <sup>ae</sup> <sup>af</sup> <sup>ag</sup> <sup>ah</sup> <sup>ai</sup> <sup>aj</sup> <sup>ak</sup> <sup>al</sup> <sup>am</sup> <sup>an</sup> <sup>ao</sup> <sup>ap</sup> <sup>aq</sup> <sup>ar</sup> <sup>as</sup> <sup>at</sup> <sup>au</sup> <sup>av</sup> <sup>aw</sup> <sup>ax</sup> <sup>ay</sup> <sup>az</sup> <sup>ba</sup> <sup>bb</sup> <sup>bc</sup> <sup>bd</sup> <sup>be</sup> <sup>bf</sup> <sup>bg</sup> <sup>bh</sup> <sup>bi</sup> <sup>bj</sup> <sup>bk</sup> <sup>bl</sup> <sup>bm</sup> <sup>bn</sup> <sup>bo</sup> <sup>bp</sup> <sup>bq</sup> <sup>br</sup> <sup>bs</sup> <sup>bt</sup> <sup>bu</sup> <sup>bv</sup> <sup>bw</sup> <sup>bx</sup> <sup>by</sup> <sup>bz</sup> <sup>ca</sup> <sup>cb</sup> <sup>cc</sup> <sup>cd</sup> <sup>ce</sup> <sup>cf</sup> <sup>cg</sup> <sup>ch</sup> <sup>ci</sup> <sup>cj</sup> <sup>ck</sup> <sup>cl</sup> <sup>cm</sup> <sup>cn</sup> <sup>co</sup> <sup>cp</sup> <sup>cq</sup> <sup>cr</sup> <sup>cs</sup> <sup>ct</sup> <sup>cu</sup> <sup>cv</sup> <sup>cw</sup> <sup>cx</sup> <sup>cy</sup> <sup>cz</sup> <sup>da</sup> <sup>db</sup> <sup>dc</sup> <sup>dd</sup> <sup>de</sup> <sup>df</sup> <sup>dg</sup> <sup>dh</sup> <sup>di</sup> <sup>dj</sup> <sup>dk</sup> <sup>dl</sup> <sup>dm</sup> <sup>dn</sup> <sup>do</sup> <sup>dp</sup> <sup>dq</sup> <sup>dr</sup> <sup>ds</sup> <sup>dt</sup> <sup>du</sup> <sup>dv</sup> <sup>dw</sup> <sup>dx</sup> <sup>dy</sup> <sup>dz</sup> <sup>ea</sup> <sup>eb</sup> <sup>ec</sup> <sup>ed</sup> <sup>ee</sup> <sup>ef</sup> <sup>eg</sup> <sup>eh</sup> <sup>ei</sup> <sup>ej</sup> <sup>ek</sup> <sup>el</sup> <sup>em</sup> <sup>en</sup> <sup>eo</sup> <sup>ep</sup> <sup>eq</sup> <sup>er</sup> <sup>es</sup> <sup>et</sup> <sup>eu</sup> <sup>ev</sup> <sup>ew</sup> <sup>ex</sup> <sup>ey</sup> <sup>ez</sup> <sup>fa</sup> <sup>fb</sup> <sup>fc</sup> <sup>fd</sup> <sup>fe</sup> <sup>ff</sup> <sup>fg</sup> <sup>fh</sup> <sup>fi</sup> <sup>fj</sup> <sup>fk</sup> <sup>fl</sup> <sup>fm</sup> <sup>fn</sup> <sup>fo</sup> <sup>fp</sup> <sup>fq</sup> <sup>fr</sup> <sup>fs</sup> <sup>ft</sup> <sup>fu</sup> <sup>fv</sup> <sup>fw</sup> <sup>fx</sup> <sup>fy</sup> <sup>fz</sup> <sup>ga</sup> <sup>gb</sup> <sup>gc</sup> <sup>gd</sup> <sup>ge</sup> <sup>gf</sup> <sup>gg</sup> <sup>gh</sup> <sup>gi</sup> <sup>gj</sup> <sup>gk</sup> <sup>gl</sup> <sup>gm</sup> <sup>gn</sup> <sup>go</sup> <sup>gp</sup> <sup>gq</sup> <sup>gr</sup> <sup>gs</sup> <sup>gt</sup> <sup>gu</sup> <sup>gv</sup> <sup>gw</sup> <sup>gx</sup> <sup>gy</sup> <sup>gz</sup> <sup>ha</sup> <sup>hb</sup> <sup>hc</sup> <sup>hd</sup> <sup>he</sup> <sup>hf</sup> <sup>hg</sup> <sup>hh</sup> <sup>hi</sup> <sup>hj</sup> <sup>hk</sup> <sup>hl</sup> <sup>hm</sup> <sup>hn</sup> <sup>ho</sup> <sup>hp</sup> <sup>hq</sup> <sup>hr</sup> <sup>hs</sup> <sup>ht</sup> <sup>hu</sup> <sup>hv</sup> <sup>hw</sup> <sup>hx</sup> <sup>hy</sup> <sup>hz</sup> <sup>ia</sup> <sup>ib</sup> <sup>ic</sup> <sup>id</sup> <sup>ie</sup> <sup>if</sup> <sup>ig</sup> <sup>ih</sup> <sup>ii</sup> <sup>ij</sup> <sup>ik</sup> <sup>il</sup> <sup>im</sup> <sup>in</sup> <sup>io</sup> <sup>ip</sup> <sup>iq</sup> <sup>ir</sup> <sup>is</sup> <sup>it</sup> <sup>iu</sup> <sup>iv</sup> <sup>iw</sup> <sup>ix</sup> <sup>iy</sup> <sup>iz</sup> <sup>ja</sup> <sup>jb</sup> <sup>jc</sup> <sup>jd</sup> <sup>je</sup> <sup>jf</sup> <sup>jj</sup> <sup>jk</sup> <sup>jl</sup> <sup>jm</sup> <sup>jn</sup> <sup>jo</sup> <sup>jp</sup> <sup>jq</sup> <sup>jr</sup> <sup>js</sup> <sup>jt</sup> <sup>ju</sup> <sup>jv</sup> <sup>kw</sup> <sup>kx</sup> <sup>ky</sup> <sup>kz</sup> <sup>la</sup> <sup>lb</sup> <sup>lc</sup> <sup>ld</sup> <sup>le</sup> <sup>lf</sup> <sup>lg</sup> <sup>lh</sup> <sup>li</sup> <sup>lj</sup> <sup>lk</sup> <sup>ll</sup> <sup>lm</sup> <sup>ln</sup> <sup>lo</sup> <sup>lp</sup> <sup>lq</sup> <sup>lr</sup> <sup>ls</sup> <sup>lt</sup> <sup>lu</sup> <sup>lv</sup> <sup>lw</sup> <sup>lx</sup> <sup>ly</sup> <sup>lz</sup> <sup>ma</sup> <sup>mb</sup> <sup>mc</sup> <sup>md</sup> <sup>me</sup> <sup>mf</sup> <sup>mg</sup> <sup>mh</sup> <sup>mi</sup> <sup>mj</sup> <sup>mk</sup> <sup>ml</sup> <sup>mn</sup> <sup>mo</sup> <sup>mp</sup> <sup>mq</sup> <sup>mr</sup> <sup>ms</sup> <sup>mt</sup> <sup>mu</sup> <sup>mv</sup> <sup>mw</sup> <sup>mx</sup> <sup>my</sup> <sup>mz</sup> <sup>na</sup> <sup>nb</sup> <sup>nc</sup> <sup>nd</sup> <sup>ne</sup> <sup>nf</sup> <sup>ng</sup> <sup>nh</sup> <sup>ni</sup> <sup>nj</sup> <sup>nk</sup> <sup>nl</sup> <sup>nm</sup> <sup>nn</sup> <sup>no</sup> <sup>np</sup> <sup>nq</sup> <sup>nr</sup> <sup>ns</sup> <sup>nt</sup> <sup>nu</sup> <sup>nv</sup> <sup>nw</sup> <sup>nx</sup> <sup>ny</sup> <sup>nz</sup> <sup>oa</sup> <sup>ob</sup> <sup>oc</sup> <sup>od</sup> <sup>oe</sup> <sup>of</sup> <sup>og</sup> <sup>oh</sup> <sup>oi</sup> <sup>oj</sup> <sup>ok</sup> <sup>ol</sup> <sup>om</sup> <sup>on</sup> <sup>oo</sup> <sup>op</sup> <sup>oq</sup> <sup>or</sup> <sup>os</sup> <sup>ot</sup> <sup>ou</sup> <sup>ov</sup> <sup>ow</sup> <sup>ox</sup> <sup>oy</sup> <sup>oz</sup> <sup>pa</sup> <sup>pb</sup> <sup>pc</sup> <sup>pd</sup> <sup>pe</sup> <sup>pf</sup> <sup>pg</sup> <sup>ph</sup> <sup>pi</sup> <sup>pj</sup> <sup>pk</sup> <sup>pl</sup> <sup>pn</sup> <sup>po</sup> <sup>pp</sup> <sup>pq</sup> <sup>pr</sup> <sup>ps</sup> <sup>pt</sup> <sup>pu</sup> <sup>pv</sup> <sup>pw</sup> <sup>px</sup> <sup>py</sup> <sup>pz</sup> <sup>qa</sup> <sup>qb</sup> <sup>qc</sup> <sup>qd</sup> <sup>qe</sup> <sup>qf</sup> <sup>qg</sup> <sup>qh</sup> <sup>qi</sup> <sup>qj</sup> <sup>qk</sup> <sup>ql</sup> <sup>qn</sup> <sup>qo</sup> <sup>qp</sup> <sup>qq</sup> <sup>qr</sup> <sup>qs</sup> <sup>qt</sup> <sup>qu</sup> <sup>qv</sup> <sup>qw</sup> <sup>qx</sup> <sup>qy</sup> <sup>qz</sup> <sup>ra</sup> <sup>rb</sup> <sup>rc</sup> <sup>rd</sup> <sup>re</sup> <sup>rf</sup> <sup>rg</sup> <sup>rh</sup> <sup>ri</sup> <sup>rj</sup> <sup>rk</sup> <sup>rl</sup> <sup>rn</sup> <sup>ro</sup> <sup>rp</sup> <sup>rq</sup> <sup>rr</sup> <sup>rs</sup> <sup>rt</sup> <sup>ru</sup> <sup>rv</sup> <sup>rw</sup> <sup>rx</sup> <sup>ry</sup> <sup>rz</sup> <sup>sa</sup> <sup>sb</sup> <sup>sc</sup> <sup>sd</sup> <sup>se</sup> <sup>sf</sup> <sup>sg</sup> <sup>sh</sup> <sup>si</sup> <sup>sj</sup> <sup>sk</sup> <sup>sl</sup> <sup>sn</sup> <sup>so</sup> <sup>sp</sup> <sup>sq</sup> <sup>sr</sup> <sup>ss</sup> <sup>st</sup> <sup>su</sup> <sup>sv</sup> <sup>sw</sup> <sup>sx</sup> <sup>sy</sup> <sup>sz</sup> <sup>ta</sup> <sup>tb</sup> <sup>tc</sup> <sup>td</sup> <sup>te</sup> <sup>tf</sup> <sup>tg</sup> <sup>th</sup> <sup>ti</sup> <sup>tj</sup> <sup>tk</sup> <sup>tl</sup> <sup>tn</sup> <sup>to</sup> <sup>tp</sup> <sup>tq</sup> <sup>tr</sup> <sup>ts</sup> <sup>tt</sup> <sup>tu</sup> <sup>tv</sup> <sup>tw</sup> <sup>tx</sup> <sup>ty</sup> <sup>tz</sup> <sup>ua</sup> <sup>ub</sup> <sup>uc</sup> <sup>ud</sup> <sup>ue</sup> <sup>uf</sup> <sup>ug</sup> <sup>uh</sup> <sup>ui</sup> <sup>uj</sup> <sup>uk</sup> <sup>ul</sup> <sup>un</sup> <sup>uo</sup> <sup>up</sup> <sup>uq</sup> <sup>ur</sup> <sup>us</sup> <sup>ut</sup> <sup>uu</sup> <sup>uv</sup> <sup>uw</sup> <sup>ux</sup> <sup>uy</sup> <sup>uz</sup> <sup>va</sup> <sup>vb</sup> <sup>vc</sup> <sup>vd</sup> <sup>ve</sup> <sup>vf</sup> <sup>vg</sup> <sup>vh</sup> <sup>vi</sup> <sup>vj</sup> <sup>vk</sup> <sup>vl</sup> <sup>vn</sup> <sup>vo</sup> <sup>vp</sup> <sup>vq</sup> <sup>vr</sup> <sup>vs</sup> <sup>vt</sup> <sup>vu</sup> <sup>vv</sup> <sup>vw</sup> <sup>vx</sup> <sup>vy</sup> <sup>vz</sup> <sup>wa</sup> <sup>wb</sup> <sup>wc</sup> <sup>wd</sup> <sup>we</sup> <sup>wf</sup> <sup>wg</sup> <sup>wh</sup> <sup>wi</sup> <sup>wj</sup> <sup>wk</sup> <sup>wl</sup> <sup>wn</sup> <sup>wo</sup> <sup>wp</sup> <sup>wq</sup> <sup>wr</sup> <sup>ws</sup> <sup>wt</sup> <sup>wu</sup> <sup>wv</sup> <sup>ww</sup> <sup>wx</sup> <sup>wy</sup> <sup>wz</sup> <sup>xa</sup> <sup>xb</sup> <sup>xc</sup> <sup>xd</sup> <sup>xe</sup> <sup>xf</sup> <sup>xg</sup> <sup>xh</sup> <sup>xi</sup> <sup>xj</sup> <sup>xk</sup> <sup>xl</sup> <sup>xm</sup> <sup>xn</sup> <sup>xo</sup> <sup>xp</sup> <sup>xq</sup> <sup>xr</sup> <sup>xs</sup> <sup>xt</sup> <sup>xu</sup> <sup>xv</sup> <sup>xw</sup> <sup>xx</sup> <sup>xy</sup> <sup>xz</sup> <sup>ya</sup> <sup>yb</sup> <sup>yc</sup> <sup>yd</sup> <sup>ye</sup> <sup>yf</sup> <sup>yg</sup> <sup>yh</sup> <sup>yi</sup> <sup>yj</sup> <sup>yk</sup> <sup>yl</sup> <sup>yn</sup> <sup>yo</sup> <sup>yp</sup> <sup>yq</sup> <sup>yr</sup> <sup>ys</sup> <sup>yt</sup> <sup>yu</sup> <sup>yv</sup> <sup>yw</sup> <sup>yx</sup> <sup>yy</sup> <sup>yz</sup> <sup>za</sup> <sup>zb</sup> <sup>zc</sup> <sup>zd</sup> <sup>ze</sup> <sup>zf</sup> <sup>zg</sup> <sup>zh</sup> <sup>zi</sup> <sup>zj</sup> <sup>zk</sup> <sup>zl</sup> <sup>zm</sup> <sup>zn</sup> <sup>zo</sup> <sup>zp</sup> <sup>zq</sup> <sup>zr</sup> <sup>zs</sup> <sup>zt</sup> <sup>zu</sup> <sup>zv</sup> <sup>zw</sup> <sup>zx</sup> <sup>zy</sup> <sup>zz</sup>

†Sup. 2. b  
2. Cor. 15.  
Infr. 26. d  
De pec. di. 2.  
Si enim ver.  
Petrus quo-  
que.

Hob. 12. c  
Apo. 3. b

[d. Terra promissionis quamvis  
vberissima magnam tamen po-  
nuntiam aqua sustinebat, & ma-  
xime in Ierusalem illo faciebat  
cisternas ad colligendas aquas  
fluentis enim Iordanis inter tra-  
sordanum & Iordanum fuit. Sicut  
autem ad eadem Sion. etiam in  
Ierusalem dicitur plerumque cisternis  
interioribus quæ ab hostibus capi  
poterat, superior quæ non pote-  
rat. Glof. ordin. i. d.]  
e. Rectè arguitur Iulianus, qui  
in manducando & bibendo lu-  
cricè spem suam. Et ideo ei tem-  
pus mortis vergeat secundum  
quod dictum est ab ipso qui  
gula seculum. Comedamus &  
bibamus, cras enim moriemur  
scilicet, quia anima sine corpo-  
rali subministrat, quia recon-  
ditur que qui seruet, ignis. Am-  
bro. de Nabuth. cap. 8.  
f. Theaurum illum.  
g. Quid tibi hic, aut quem ha-  
bes hic?  
h. Sicut qui excidit in excelsis se-  
pulchrum suum, & qui stant.  
i. Sibi.  
k. O vir in captiuitatem, & spe-  
riendo operiet. Consoluen-  
do conuoluet te dominus con-  
soluione, quasi globum in ter-  
ram longinquam mambus, hoc  
est.  
l. Inge distantem.  
m. Id est, templi, quod dicitur  
hic domus David, hoc quod præ-  
cepit ipsum fieri per Salomonem  
filium suum, & præparat ex-  
pedit pro magna parte. De Ty.  
n. Quid comit ille sua patrone  
referat, claudi non potuit: &  
quod clauis in cærenonius  
Iudæorum, à nullo alio aperire-  
tur. Hier. ibid.  
o. Hoc est, genus suum & fami-  
liam suam sustinebat. Hoc rete-  
rant nonnulli ad sol. u. u. At  
vero ad Iulianum, cuius digni-  
tate & amplexibus. Fabylo-  
nica captiuitas soluerit, & qui  
ex eo penitentiæ corruerit. Do-  
cet nos hic locus non esse. Ad-  
dum hominibus relicto. Deo,  
sed fiduciam nostram in Deo  
esse locatam in quo soluiti  
debemus. Vnus ibid.]  
p. Filios & nepotes.  
q. Onus.

*Minatur dominus Tyro à Nabuchodonosor exitium, at post septuaginta an-  
nos liberationem promittit. XXIIII.*

**A** Nus Tyri. Ululate naues <sup>a</sup> maris, quia vastata est domus unde venire con-  
sueuerant, de terra Cethim reuelatum est eis. Tacete qui habitatis in insula,  
negotiatio Sidonis. Transfretantes mare repleuerunt te in aquis multis, se-  
men Nili messis fluminis fruges eius, & facta est negotiatio gentium. Eru-  
besce Sidon. Ait enim mare & fortitudo maris, dicens: Non parturivi & non peperivi, &  
non nutriui iuuenes: nec ad incrementum perduxivi iuuenes. Cum auditum fuerit in **Egy-  
pto**, dolebunt cum audierint de Tyro. <sup>b</sup> Transite maria, ululate qui habitatis in insu-  
la. Nunquid non hæc vestra est, quæ gloriabatur à diebus pristinis in antiquitate sua?  
Ducent eam pedes sui longè ad peregrinandum. Quis cogitauit hoc super <sup>c</sup> Tyrum, quod  
dam coronata? Cuius negotiatores principes, institores eius inclyti terræ? Dominus  
exercituum cogitauit hoc, ut detraheret superbiam omnis gloriæ: & ad ignominiam de-  
duceret vniuersos inclytos terræ. Transi terram tuam quasi flumen <sup>d</sup> filia maris, non est  
cingulum vltra tibi. Manum suam extendit super mare, conturbauit regna. <sup>e</sup> Dominus  
mandauit aduersus Chanatham, ut cotereret fortes eius. Et dixit: Non adicies vltra  
ut gloriaris, calumniam sustinens, virgo filia Sidonis. In Cethim confurgens transfreta,  
ibi quoque non erit requies tibi. Ecce terra Chaldaeorum talis populus non fuit, Assur  
fundauit eam. <sup>f</sup> In captiuitate traduxerunt robustos eius, suffoderunt domos eius,  
posuerunt eam in ruinam. Ululate naues <sup>g</sup> maris, quia deuastata est fortitudo vestra.  
Erit in die illa, in obliuione eris o Tyre septuaginta annis, sicut dies regis vnius. Post  
septuaginta autem annos erit Tyro quasi canticum meretricis. <sup>h</sup> Sume tibi citharam,  
circui ciuitatem meretrix obliuioni tradita. Bene cane, frequenta canticum, ut memoria  
tui sit. Et erit, post septuaginta annos visitabit dominus Tyrum, & reducet eam ad mer-  
cedes suas, & rursum fornicabitur cum vniuersis regnis terræ super faciem terræ, & erunt

1. Tharsis, pro quo r. Inter-  
pre habent Carthagini, & He-  
brei Tharsis: quandoquidem  
Carthago, Tyrii colonia est,  
in presenti loco Tharsis, non  
mare generaliter, sed Cartha-  
ginem possumus accipere. Hier.  
ibid.  
2. In Tharsis.  
3. Tyrii à variis variis modo  
condita ferunt. Petrosus enim  
ait eam à Tyro quodam nomi-  
ne, anno post diluuium. 189. cõ-  
ditam. Iosephus anno 240. an-  
te cõplum Salomonis. Alij à Ti-  
gra filio Iaphet. Alij ab Ageno-  
te Priete Beli filio Iustini h. b.  
18. à Sidoniis condit. à refer. ab  
Alexandro autè capta, à Mauris  
exusta, à Dominico Veneto ca-  
pta, à Soldano tandem inuenta,  
anno domini 1290.  
4. Ad filiam Tharsis, non est am-  
plius fortitudo.  
5. Negotiatores.  
6. Nautibus, crexerit arces eius.  
7. e. Tharsis. Hebr. Carthagi-  
nis. Græc. Quia nequæquæ de A-  
phrica naues Tyrii veniunt, nec  
de terra Cethim quæ quidam Cy-  
prum interpretantur. Hier. ibid.  
8. Septenarius & septuagesimus  
numerus penitentis. Equisitæ  
consummatam. Per hoc igitur  
quod Tyrii 70. annis in obli-  
uione erit, innuitur quod præ-  
catorum tribulationibus digna  
expõnetur, donec eorum peccata  
purgetur. Quo tempore quasi à  
deo derelicti videbitur, qui tẽpo-  
re correctionis exacto ad peni-  
tentiã redeunt. Dion. ibid.

negotiationes eius & mercedes eius sanctificatae domino. Non condentur neque reponentur, quia iis qui habitauerunt coram domino erit negotiatio eius, vt manducant in saturitatem, & vestiantur vsque ad vetustatem.

Mimatur dominus singulis terrae habitatoribus vastationem, & totius orbis in die iudicij confusionem. X XIII.

a. Post singulorum correptione regnorum Iudae, Babylonis, Philistinum, Moab, Damasci, Israel, Aegypti, &c. Nunc quid totius orbis in consummatione passurus sit, propheticus sermo describit: hoc iuxta euangelium & Apostolos. Hiero. b. Quis sacerdotum rapuit ab ore Apostolorum huius verbi gratia, sicut verbum? Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Ecce enim sicut populus, sic sacerdos. Similiter volunt in hoc seculo fieri diuites: similiter, imo abundantius sua hic praecipiant consolationem. Bernard. Declamatio. x. i. Deleat vinum.

a. Sicera. e. Ob scelera mietet dominus vindictam & sterilitatem in panem, vinum, oleum, & ex consequenti in letitiam. S. Tho.

d. Relictis hominibus paucis quando maledictio vorauerit terram, & in vrbe fuerit solitudo: & haec vniuersa contigerit in medio terrae, in medio populorum & gentium, ita erit sanctorum paucitas, de quibus loquitur dominus in euangelio: Multi sunt vocati, pauci vero electi: & tam vehemens praesentia sanctorum, vt moueantur si fieri potest, etiam electi dei. Hiero. ibidem.

3. In vallibus. c. Id est, mysterium quod mihi de mundi consummatione & Christi aduentu reuelatum est, intra me semper reuoluam: diligenter pensabo, nec pondam in malignis: imo ne valeam omnia narrare que cerno, haec lingua mea faucibus meis. Dion. ibid. ff. Non quod terra restigatur in puluerem, vel in nihilum, sed quia omnia terrena transibunt. Et quomodo citius nescit quid agat, sic omnes qui versantur in terra malorum magnitudine ebrii erunt & stupebunt ad omnia. Glosa ordina. ibid. j.

4. Exercitum excelsum. 5. Congregatione sicut vincit in carcere. 6g. Explicat id quod dixerat. Visitabit Dominus super militiam caeli. Vel per solem intelligit principes ecclesiasticos, per lunam vero seculares, qui se in vita vitis implicauerunt & in vindicta iustitia impia scelera admiserunt. Pintus. ibid. j.

**D**ice dominus dissipabit terram & nudabit eam, & affliget faciem eius, & disperdet habitatores eius. Et erit sicut populus, sic sacerdos: & sicut seruus, sic dominus eius: & sicut ancilla, sic domina eius: sicut emens, sic ille qui vendit: sicut foenerator, sic is qui mutuum accipit: sicut qui repetit, sic qui debet. Dissipatione dissipabitur terra, & direptione praedabitur. Dominus enim locutus est verbum hoc. Luxit & defluxit terra, & infirmata est, defluxit orbis, & infirmata est altitudo populi terrae, & terra interfecta est ab habitatoribus suis, quia transgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerunt foedus sempiternum. Propter hoc maledictio vorabit terram, & peccabunt habitatores eius, ideoque insanient cultores eius, & relinquentur homines pauci. Luxit vindemia, infirmata est vitis, ingemuerunt omnes qui latabantur corde. Cessauit gaudium tympanorum, quieuit sonitus latantium, conticuit dulcedo cytharae. Cum cantico non bibent vinum, amara erit potio bibentibus illam. Attrita est ciuitas vanitatis, clausa est omnis domus, nullo introeunte. Clamor erit super vino in plateis, deserta est omnis laetitia, translatum est gaudium terrae. Relicta est in vrbe solitudo, & calamitas opprimet portas: quia haec erunt in medio terrae, in medio populorum. Quomodo si paucae oliuae quae remanserunt excutiantur ex olea: & racemi cum fuerit finita vindemia. Hi leuabunt vocem suam atque laudabunt, cum glorificatus fuerit dominus, hinc nient de mari. Propter hoc in doctrinis glorificate dominum, in insulis maris nomen domini dei Israel. A finibus terrae laudes audiuiimus, gloriam iusti. Et dixi: Secretum meum mihi, secretum meum mihi. Vae mihi. Prauaricantes prauaricati sunt, & prauaricatione transgressorum prauaricati sunt. Formido & fouea & laqueus super te, qui habitator es terrae. Et erit qui fugerit a voce formidinis, cadet in foueam: & qui se explicauerit de fouea, tenebitur laqueo: quia cataraetae de excelsis apertae sunt, & concutientur fundamenta terrae. Confractioe confringetur terra, commotione commouebitur terra, agitatione agitabitur terra sicut ebrius. Et auferetur quasi tabernaculum vnius noctis. Et grauiabit eam iniquitas sua, & corruet, & non adiciet vt resurgat. Et erit in die illa, visitabit dominus super militiam caeli in excelsis, & super reges terrae qui sunt super terram. Et congregabuntur in congregatione vnius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere, & post multos dies visitabuntur. Et erubescet luna, & confundetur sol, cum regnauerit dominus exercituum in monte Sion & in Ierusalem, & in conspectu senum suorum fuerit glorificatus.

Oste 4. b. 24. q. 4. cap. Ministri. q. 3. c. Plei que. c. Purant.

† Hec. 48. e. † Hec. 48. g.

Gratiarum actio super mortis praecipitatione in Ierusalem, ac societate caelesti & confractioe potestatis diaboli. X XV.

a. Gratiarum actio est. Iudicium dicunt mirabilia haec futura in finem, cum dominus Romanam subuerterit, & Iudaea liberauerit. Alij dicunt prophetam gratias agere, quod dominus ob passionem suam mirabilia fecerit, & urbem fortem propter infidelitatem subuerterit, scilicet Ierusalem. S. Tho. ibid. x. Consilia longe ante veritate fidem praedicta. 2. In loco sicco.

3. Aestus in umbra nubis, propterea robustior humiliabitur.

**D**omine deus meus es tu & exaltabo te, & confitebor nomini tuo, quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fideles, amen. Quia posuisti ciuitatem in tumultum, urbem fortem in ruinam, domum alienorum vt non sit ciuitas, & in sempiternum non aedificetur. Super hoc laudabit te populus fortis, ciuitas gentium robustarum timebit te. Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua, spes a turbine, vmbraculum ab aestu. Spiritus enim robustorum, quasi turbo impellens parietem: sicut aestus in siti, tumultum alienorum humiliabis: & quasi calore sub nube torrente propagationem fortium marcescere facies. Et faciet dominus exercituum omnibus populis in monte

† Apoc. 7. d  
& 21. a

monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium<sup>4</sup> vindemia, ] conuiuium pinguium medullatorum, vindemia ] defecata. <sup>b</sup> Et precipitabit in monte isto faciem vinculi<sup>6</sup> colligati super omnes populos, & telam quam orditus est ] super omnes nationes. <sup>c</sup> Precipitabit mortem in sempiternum. <sup>†</sup> Et auferet dominus deus lachrymam ab omni facie, & opprobrium populi sui auferet de vniuersa terra, quia dominus locutus est. Et dicent in die illa: Ecce deus noster iste, expectabimus eum, & saluabit nos. Iste dominus, <sup>7</sup> sustinimus eum. Et exultabimus & lætabimur in salutari eius, quia quiescet manus domini in monte isto, <sup>8</sup> & triturabitur <sup>d</sup> Moab sub eo, sicut teruntur paleæ in plauastro. ] Et extendet manus suas<sup>9</sup> sub eo, ] sicut extendit natans ad natandum, & humiliabit <sup>10</sup> gloriam eius cum allisione manuum eius. ] Et munimenta sublimium murorum tuorum concident, & humiliabuntur, & detrahentur in terram vsque ad puluerem.

*Gratiarum actio pro exaltatione iusti, & humilatione impij, ac mortuorum resurrectione.*  
X X V I.

**I**n die illa cantabitur canticum istud in terra Iuda. Vrbs fortitudinis<sup>1</sup> nostræ Sion Saluator, ] ponetur in ea murus & antemurale. Aperite portas & ingredietur gens iusta, custodiens veritatem. <sup>2</sup> Vetus terror abiit, seruabis pacem: pacem, quia in te sperauimus. Speraſtis in domino in seculis æternis, in domino deo forti in perpetuum. ] Quia incuruabit habitantes in excelso, ciuitatem sublimem humiliabit. Humiliauit eam vsque ad terram, detrahet eam vsque ad puluerem. Conculcabit eam pes, pes pauperis, gressus egenorum. <sup>b</sup> Semita iusti recta est, <sup>3</sup> rectus callis iusti ad ambulandum. ] Et in semita iudiciorum tuorum domine sustinimus te, nomen tuum & memoriale tuum in desiderio animæ. Anima mea desiderauit te in nocte, sed & in spiritu meo in præcordiis meis, <sup>4</sup> de mane vigilabo ad te. ] Cum feceris iudicia tua in terra, iustitiam discant habitatores orbis. <sup>5</sup> Misereamur impio, & non discet iustitiam facere. In terra sanctorum ] iniqua gessit, <sup>6</sup> & non videbit gloriam domini. Domine exaltetur manus tua vt non videant, videant, & confundantur zelantes populi, & ignis hostes tuos deuoret. Domine dabis pacem nobis, omnia enim opera nostra operatus es nobis. <sup>7</sup> Domine deus noster, possederunt nos domini absque te, <sup>8</sup> tantum in te recordemur ] nominis tui. Morientes nõ viuunt, Gigantes nõ resurgunt. Propterea visitasti & contriuiſti eos, & perdidisti omnem memoriam eorum. <sup>9</sup> Indulxisti ] genti domine, indulxisti genti. Nunquid glorificatus es? Elongasti omnes terminos terræ. Domine in angustia requisierunt te, <sup>10</sup> in tribulatione murmuris doctrina tua eis. ] Sicut quæ concepit cum appropinquauerit ad partum dolens clamat in doloribus suis, sic facti sumus. <sup>d</sup> A facie tua domine concepimus, <sup>9</sup> & quasi parturiuimus & peperimus spiritum salutis. <sup>5</sup> Iustitiam non fecimus in terra, ] idè non ceciderunt habitatores terræ. Viuent mortui tui, <sup>10</sup> interfecti mei, ] resurgent. Expergiscimini, & laudate qui habitatis in puluere, quia ros<sup>11</sup> lucis, ] ros tuus, & <sup>12</sup> terram Gigantum detrahes in ruinam. ] Vade populus meus, intra in<sup>c</sup> cubicula tua, claud ostia tua super te, abscondere modicum ad momentum. donec pertranseat indignatio. <sup>†</sup> Ecce enim dominus egredietur de loco suo, vt uisitet iniquitatẽ habitatoris terre contra eum, & reuelabit terra sanguinem suum, & non operiet vltra interfectos suos.

† Mich. 1. a

*Paterna correptione consolatur dominus filios suos propter flagella Assyriorum: & tandem promittit saluatoris liberationem.*  
X X V I I.

**I**n die illa visitabit dominus in gladio suo duro & grandi & forti, super Leuiathan<sup>a</sup> serpentem veſtem, & super Leuiathan serpentem tortuosum, & occidet cetum qui in mari est. In die illa, vinea meri cantabit ei. Ego dominus qui seruo eam, repente propinabo ei, ne fortè uisitetur contra eam. Noctè & die seruo eam, indignatio non est mihi. Quis dabit<sup>1</sup> me spinam & veprem? In præ-

S v

4. Fecum.  
5. Fecis.  
6. Hic ponitur euasio secundæ mali scilicet persecutionis antichristi, quæ grauior erit omnibus præcedentibus, cum dicitur Et precipitabit, &c. in monte Sion, in quo fuit templum ubi stauit Antichristus sedem suam, secundum quod dicitur 2. Thes. 2. Exolletur super omne quod dicitur deus. De Lyra.  
7. Quo ligati sunt omnes populi, & operimentum quod expandit.  
8. Omnes enim fideles non solum immortales, sed & impassibiles erunt in perpetuum. Dionys. ibid.  
9. Quem expectauimus.  
10. Igitur sermo propheticus, licet de consummatione mundi generaliter textat varicinium, tamen ne presentia videatur omnino negligere, nominat Moab qui fuit inimicus Israel, vt faceret eos idololatrare. Hier. ibid.  
11. In sterquilino.  
12. In medio eius.  
13. Superbiam eius cū brachijs manuum suarum.  
14. Sentus est, in tempore gratiæ mortua synagoga, & Christi ecclesia plantata, & constituta, vt rursus religione toto orbe terrarum propagata, gratias ageret fidelis deo, cuius misericordia tolerauerunt superuentionem, & sanctissimæ religionis ueritatæ pietas plenissime adhaerent. Pius ibidem.  
1. Nobis est salus.  
2. Affectui coniuncto seruabis pacem, pacem, quia in te sperauit. Sperate in domino vsque in æternum, quoniam in domino deo fortitudo seculorum erit. [b. Iustus autem semitas, qui equitatem seruat & adamat, his tu fortissimè deus gubernas ac diriges. Qui etiam cum tuo recto iudicio nos flagellat ac corripit, de te bene speramus, idque propter tuam bonitatis nomen, cuius obliuiscere nec possumus, nec volumus: siquidem illud vincum animi nostri desiderium est. Tullius ibid.]  
3. O iustissime semitam iusti dixerit.  
4. Mane quæram te. Nam.  
5. Misericordiam assequitur impius, qui non dicitur iustitiam, sed in terra ubi debet recta facere.  
[c. Id est, propter hanc suam nequitiam excludetur à beatifica visione dei, & gloria paradisi, cui iudicio fauens propheta respondet: Domine exaltatur manus tua, id est, potestis iustitiam tuam innotescat per iustum iudicium, vt non videat ita quod impij meritis obtinebuntur, illudque lumine careant, de quo dicitur: In lumine tuo videbitur iustum. Dionys. Carth. ibi.]  
6. At tamen solum tui memorati sumus.  
7. Ad id est, & infra.  
8. Effudit precationem cum castigatio tua super istos esse.  
9. De iustis ergo dicitur, quia spiritum salutis generauerunt, quem acceperit de timore dei, non de malitia huius seculi, de qua legitur: Ecce parturit in iustitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Melior ergo abortiuus quam prius seculorum. Amb. de interp. ps. 2. c. 4.  
10. Dominus quam parturissent spiritum, quoniam salus nõ est facta in terra.  
11. Sicut cadauer meum.  
12. Herbarum.  
13. Terra mortuus eiecit.  
14. Cubicula hec sepulchra sunt, in quibus paulisper requiescere habebunt, qui in finibus seculi sub uicina ira per Antichristum uim exceſserunt. Tertul. de resur. car.  
15. Draco uersetur in terra serpit natus in aquis, & uolat in aere, inde diabolus & serpens, & cetus, & Leuiathan dicitur. Greg. in Matth.  
16. Mihi ut cetera spinas & vepres præter, & uicendam eas similes.

2. Tenebit.

[b. Qui euangelium receperunt sunt, & ingressuri uoluntati desiderio ecclesiam, implebunt totum orbem fructu fidei & charitatis. Tempore gratia ipsi fideles per uarietas mundi regiones fructus misericordiae ferent. Na Israel, hoc est vnusquisque fidelis & iustus florebit, & germinabit. Piusus ibidem.]

3. Venient dies, & radicem iacob emittet, vel, radicabit iacob.

4. In progenie eius iudicabit eam, auferet uento suo duro tempore quo perflat Eurus.

5. Calcet contritos.

6. Solitaria erit, habitaculum dimissorum atque derelictum.

7. Dum auerint palmites, frangeatur, & uenient mulieres & accendent eos.

8. Excutiet.

c. Alueus est riuus no magnus, qui diuidit terram promissionis & Aegyptum: super quem ciuitas Rinoscora sita est, uide nomen accepit. Glosa ordi.

9. In terram.

2. A 24. cap. mundi consummationem uaticinatus est propheta, nunc reuertitur ad 10. tribus Israel, quar Ephraim appellat, propter ieroboam qui erat de tribu Ephraim. Eos autem uocat coronam, quia in comparatione ad duas tribus Iuda & Benjamin, superabit multitudine. Vocat etiam superbos, quia fortiores. Ebriosus etiam dicit, quia non cognoscebant suum creatorem, sed pro eo vitulos adorabant. Hierony. ibidem.

3. In terram, in fortitudine.

4. Secundum prophetam cum dominus Scribas & Phariseos, & Iudam proditorem subuererit, erit corona gloriae his qui de Iudeis crederent, id est, apostolus, & spiritus iudicium insipientis ecclesiae praetis, & fortitudo bellatoribus ad se, qui est porta, reuerentibus. Scribae enim & Pharisaei uino & fiera inebriati sunt. Glosa ordi. ibidem.]

5. Scepterum.

6. Propter uinum errauerunt, & propter haec errauerunt, & infra.

7. Errauerunt in uitione, impugnant in iudicio.

8. Sardibusque, vel sordibusque.

9. Illis datur preceptum ad preceptum, mandatum ad mandatum, linea ad lineam, linea ad lineam.

10. Preceptum ad preceptum, ut supra Heb. Tribulationem super tribulationem expecta: praesolare spem super spem: adhuc parum, adhuc parum.

11. Sic consequenter contra illusores ueritatis praedicitur afflictio per Romanos. Circa quod sciendum est quod illa afflictio fuit quaedam figuratio iudicij finalis. Propter quod Apostoli quaesierunt de tempore uisusque Mar. 24. Dic nobis quando haec erunt, scilicet de destructione ciuitatis & templi, & quod signum aduentus tui & consummationis seculi. Et Christus ad utrumque simul respondit Mar. 24. Mara. 27. & Luc. 21. De Lyra ibid.]

12. Sic enim lapis a terra, & ex uirtute & arte consistat deire no ex uoluntate uiri, sed ex uoluntate dei, aduentum eius qui secundum hominem est, intelligamus. Item in li. 3. ca. 28. Hic autem lapidem, id est, Christum mittit in fundamentum ecclesiae. Fides enim omnium Christus, ecclesia autem forma iustitiae, commune ius omnium. Ambros. lib. 1. offic. cap. 29.

13. Non confurget.

14. Superfluit.

15. Ne sub eo non possint simul colligi.

lio gradiar super eam, succendam eam pariter.] \* An potius tenebo ] fortitudinem meam? Faciet pacem mihi, pacem faciet mihi. b 3 Qui ingrediuntur impetu ad Iacob, ] florebit & germinabit Israel, & implebunt faciem orbis semine. Nunquid iuxta plagam percipientis se percussit eum? Aut sicut occidit interfectos eius, sic occisus est? In mensura 4 contra mensuram cum abiecta fuerit, iudicabit eam, meditatus est in spiritu suo duro per diem aestus. ] Idcirco super hoc dimittetur iniquitas domui ] Iacob, & iste omnis fructus, ut auferatur peccatum eius. Cum posuerit omnes lapides altaris, sicut lapides cineris allisos, ] non stabunt luci & delubra. Ciuitas enim munita 6 desolata erit, speciosa relinquetur, & dimittetur ] quasi desertum. Ibi pascetur vitulus, & ibi accubabit & consumet summitates eius. 7 In siccitate messis illius conterentur mulieres, uenientes & docentes eam. ] \* Non est enim populus sapiens, 8 propterea non miserebitur eius qui fecit eum, & qui formauit eum non parceret ei. Et erit in die illa, 9 percuet ] dominus ab alueo fluminis usque ad torrentem Aegypti, & vos congregabimini vnus & vnus filij Israel. Et erit in die illa, clangetur in tuba magna, & uenient qui perdit fuerant de terra Assyriorum, & qui eieci erant de terra ] Aegypti, & adorabunt dominum in monte sancto in Ierusalem.

Comminatur dominus superbis & ebriis indignationem suam, quod prophetarum contemnant uaticinia, sed finalem pollicetur liberationem. XXVIII.



Vae coronae superbiae, ebriis Ephraim, & flori decidenti gloriae exultationis eius: qui erant in vertice vallis pinguius errantes a uino. Ecce validus & fortis dominus sicut impetus grandinis, turbo confringens, sicut impetus aquarum multarum inundantium, 1 & emissarum super terram spatiosam. ] Pedibus conculcabitur corona superbiae ebriorum Ephraim. Et erit flos decedens gloriae exultationis eius, qui est super verticem vallis pinguium, quasi temporaneum ante maturitatem autumnii. Quod cum aspexerit uidentem, statim ut manu tenuerit, deuorabit illud. 2 In die illa erit dominus exercituum corona gloriae, & 3 fertum ] exultationis residuo populi sui, & spiritus iudicij sedenti super iudicium, & fortitudo reuertentibus de bello ad portam. Verum hi quoque 4 pra uino nescierunt, & pra ebrietate errauerunt. Sacerdotes & prophetae nescierunt pra ebrietate, absorpti sunt a uino, errauerunt in ebrietate, 5 nescierunt uidentem, ignorauerunt iudicium. ] Omnes enim mensae repletae sunt vomitu sordiumque, ] ita ut non esset ultra locus. Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum? 6 Ablatos a lacte, auulsos a uerberibus, quia 7 manda, remanda, manda, remanda, expecta, reexpecta, expecta, reexpecta, ] modicum ibi, modicum ibi. 8 In loquela enim labij, & lingua altera loquetur ad populum istum, cui dixit: Haec est requies mea, reficite lassum, & hoc est meum refrigerium, & noluerunt audire. Et erit eis uerbum domini, 9 manda, remanda, ] manda, remanda, expecta, reexpecta, expecta, reexpecta, modicum ibi, modicum ibi, ut vadant & cadant retrorsum, & conterantur & illaqueentur, & capiantur. 10 Propter hoc audite uerbum domini uiri illusores, qui dominamini super populum meum qui est in Ierusalem. Dixistis enim: Percussimus foedus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Flagellum inundans cum transierit, non ueniet super nos, quia posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protecti sumus. Idcirco haec dicit dominus deus: 11 Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem angularem, lapidem probatum, pretiosum, in fundamento fundatum. 12 Qui crediderit, non festinet. Et ponam iudicium in potere, & iustitiam in mensura. Et subuertet grando spem mendacij, & protectionem. 13 Aquae inundabunt, & delebitur foedus uestrum cum morte, & pactum uestrum cum inferno non 14 stabit. ] Flagellum inundans cum transierit, eritis ei in conculcationem, quando cunque pertransierit, tollet uos: quoniam mane diluculo pertransiit in die & in nocte, & tantummodo sola vexatio intellectum dabit auditui. Coangustatum est enim stratum, ita ut 15 alter decidat, ] & palium breue 16 utrunque operire non potest. ] Sicut enim in monte diuisionum stabit domi-

† 1. Cor. 14. d

† Rom. 9. g  
1. Pet. 2. a  
Rom. 10. b  
Psal. 117. d  
Matth. 21. d  
Act. 4. b  
† Rom. 10. b

† 1. Reg. 5. d  
2. Para. 14. a  
1of 10. c

dominus, sic in valle quæ est in Gabaon irascetur, vt faciat opus suum. <sup>c</sup> Alienum opus eius, vt operetur opus suum. Peregrinum est opus eius ab eo. <sup>e</sup> Et nunc nolite illudere, ne fortè constringantur vincula vestra. <sup>f</sup> Consummationem enim & abbreviationem audiui à domino deo exercituum super vniuersam terram. <sup>f</sup> Auribus percipite & audite vocem meam, attendite & audite eloquium meum. Nunquid tota die arabit arans vt serat, profcindet & sarriet humum suam? Nonne cum adæquauerit faciem eius, <sup>g</sup> seret <sup>g</sup> gith,] & cyminum sparget, & ponet triticum per ordinem, & hordeum, & milium, & vitiam in finibus suis? <sup>g</sup> Et erudiet illum in iudicio deus suus, docebit illū. Non enim in ferris triturabit gith, nec rota plaustris super cyminum circuibit, sed in virga excutietur gith, & cyminum in baculo, panis autem comminuetur. <sup>h</sup> Verum non in perpetuum triturans triturabit illum, neque vexabit eum rota plaustris, nec in vngulis suis comminuet eum. Et hoc à domino deo exercituum exiuit, vt mirabile faceret consilium, & magnificaret iustitiam.

*Penam temporalem Ierosolymæ destructioni, & spirituales excacationis minatur dominus propter peccata populi: sed eorum cum gentibus promittit conuersionem. XXIIX.*

**A** <sup>a</sup> **Æ** <sup>a</sup> Ariel Ariel, ciuitas <sup>1</sup> quam expugnauit Dauid. Additus est annus] ad annum, solennitates euolutæ sunt & circunnallabo Ariel, & erit tristis & mcerens,] & erit mihi quasi <sup>2</sup> Ariel. <sup>b</sup> Et circundabo quasi spheram in circuitu tuo, & iaciam contra te aggerem, & munimenta ponam in obsidionem tuam. Humiliaberis, de terra loqueris, & de humo <sup>3</sup> audietur] eloquium tuum. Et erit quasi Pythonis de terra vox tua, & de humo eloquium tuum muslitabit. <sup>b</sup> <sup>g</sup> Et erit sicut puluis tenuis multitudo ventilantium te, & sicut fauilla pertransiens multitudo eorum qui contra te præualuerunt. Eruntque repente confestim à domino exercituum, <sup>c</sup> visitabitur in tonitruo & commotione terræ, & voce magna turbinis & tempestatis, & flammæ ignis deuorantis. <sup>d</sup> Et erit sicut somnium visionis nocturnæ multitudo omnium gentium quæ dimicauerunt contra Ariel, & omnes qui militauerunt & obsederunt & præualuerunt aduersus eam. Et sicut somniat esuriens & comedit, cum autem fuerit expergesfactus, vacua est anima eius. <sup>e</sup> Et sicut somniat sitiens & bibit, & postquam fuerit expergesfactus, lassus adhuc sitit, & anima eius vacua est: sic erit multitudo omnium gentium quæ dimicauerunt contra montem Sion. Obstupescite & admiramini, <sup>f</sup> fluctuate, & vacillate, <sup>f</sup> inebriamini] & non à vino, <sup>g</sup> mouemini & non ab ebrietate,] quoniam <sup>h</sup> miscuit vobis dominus spiritum saporis. Claudet] oculos vestros, prophetas & principes vestros, qui vident visiones, operiet. <sup>g</sup> Et erit vobis visio omnium sicut verba <sup>h</sup> libri signati, quem cum dederint scienti literas, dicent, lege istum, & respondebit, non possum, signatus est enim. Et dabitur liber nescienti literas, diceturque ei, lege: & respondebit, nescio literas. Et dixit dominus: <sup>i</sup> Eo quod appropinquat populus <sup>i</sup> iste ore suo, & labiis suis glorificat me, cor autem eius longè est à me, & <sup>j</sup> timuerunt me mandato hominum & doctrinis.] Idè eccè ego addam, vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi & stupendo. <sup>k</sup> Peribit enim sapientia à sapientibus eius, & intellectus prudentium eius abscondetur. Væ qui profundi <sup>l</sup> estis corde, vt à domino abscondatis] consilium, quorum sunt in tenebris opera, & dicunt: <sup>l</sup> Quis videt nos, & quis nouit nos? <sup>m</sup> Peruersa est hæc vestra cogitatio, quasi si lutum contra figulum cogitet, & dicat] opus factori suo: non fecisti me, & figmentum dicat fictori suo: nō intelligis. <sup>n</sup> Nonne adhuc in modico & in breui conuertetur libanus in Charmel, & Charmel in salum reputabitur? Et audient in die illa surdi verba libri, & de tenebris & caligine oculi cæcorum videbunt. Et addent mites in domino lætitiã, & pauperes homines in sancto Israel exultabunt, quoniam deficit qui præualebat, consummatus est illufor, & succisi sunt omnes qui <sup>o</sup> vigilabant super] iniquitatem, qui peccare faciebant homines in verbo, & arguentem in porta supplantabant, & <sup>p</sup> declinauerunt frustra à iusto. <sup>p</sup> Propter hoc hæc dicit dominus ad domum Iacob, qui redemit Abraham: Non modò confunde-

† Sup. 10. f

† 17. di. c. Vi. no inebriatur.

8. dist. c. 6. 93. dist. c. Diaco. ni sunt.

† Matth. 15. a Marc. 7. a. b

† 1. Cor. 1. d Abdix. c

† Eccl. 15. c

† Infra. 23. e

e. Hoc est, hæc impiorum perditio non proprie dicitur deo, cui proprium est misericorditer punire, & saluare. Damare vero & punire alterum est ab eo, & proprium malitiae nostrae. Dicitur. f. Hoc est, attendite diligenter ista, & ponit exemplum ad hoc sensibile, & primo quantum ad priuationem bonorum, dicitur: Nāquid tota die, singulis diebus, De Iyra ibid.] g. Quidam exponunt de populo & sacerdotibus, quod vulgus indoctū f. die iudicij quati gith & cyminum corripitur virga & baculo: sacerdotes autem qui habuerunt clauem scientiæ, grauioribus afflicti sunt supplicis. Hierony. ibid. h. Vitiam, vel lolium, & infra. i. b. Quemadmodum agriculatio illa diuinitus hominum malitiam est fructibus percipiendū. Ita & istud quod vobis prædicat, atque per ore meum eloquia apud vos disseminatū, à domino exercituum doctus sum, qui certè in consilio mirabilis est, & sapientia magnus atque intuentis gati detet vos ad bonam fugam redire. I. Iohannis ibid.]

a. Interpretatur leo dei. Ipsa est Ierusalem. Hierony. ibid. 1. In qua nauit Dauid. Ad lite annum ad annum, & uiguetur agni. Ego angustabo Ariel & erit mceror & tristitia.

2. Altare. b. Hoc est, figam contra te castra vide qua. 13. Hoc impletū est tempore Trii & Vespasian quemadmodum Christus Iesus apud Iucan alloquitur Ierusalem, hic verbi prædixit. Venit dies super te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te, & conuallabunt te, &c. P. in tus ibid.]

c. Metaphorice sermo ad tonitruum & terræ motum, tempestatem, & turbem, nllar quorum euertunt Romani contra Ierusalem, & incenderunt eam, veluti Iere. 4. Quasi nubes ascendent, & quasi tempestas curus eius, velociore aquis. S. Thom. ibidem.

d. Quia sicut somnians aliquando somniat se comedere & bibere, & in delitiis esse, & in hoc delectatur, sed nec delectatio modicum durat: quia vigilans sentit se esuriens & sitiens. Sic gloria regni Babylonis in momento temporis durauit respectu alicuius regni. De Iyra ibid.]

e. Execat sunt, & alios execat, ubi sunt. f. Cæcori sunt & non à seera. g. Operuit vos dominus spiritu saporis. Claudit.

h. Signatus est liber, quando & dignitatem & sacerdotium amiserunt, & ciuitas desueta est & templum à principibus Romanis. Glota oidi.

i. Ergo fratres sicut sonatorem chlamys ornati, sicut agricultora culticum, sicut barbarum arma, sicut naueram nauigationis peritia, & singulos quoque officij operis sui qualitas ipsos demonstrat, auctores: sic episcopus non aliquid nisi episcopalis opera designat: vt ex bono opere magis quam professione nescatur, plus meritis esse episcopus, quam quod nomine vocetur: quia sicut nihil esse dicimus episcopo excellentius, sic nihil est miserabilius si de sancta vita episcopus perierit, si sacerdos in crimine teneatur. Ambr. de dignita. sacerdo. ca. 1.

j. Fuit timor eorum erga me sicut præceptum ab hominibus doctum.

k. Sunt à domino, vt abscondant, l. Subuerse vestra quasi lutum figuli reputabitur. Nōne dicit,

10. Mane festinabant ad. 11. Declinate frustra fecerūt iustitiam.



[q. Id est, Christum, quæ Jacob patriarcha prædixit venturum ad sanctificandū mundum. Gene. 4. 9. Non auferetur scriptum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. De Lyra ibidem.]

tur Jacob, nec modò vultus eius erubescet, sed cùm viderit filios suos opera manuum mearum, in medio sui sanctificantes nomen meum, & sanctificabūt<sup>s</sup> sanctum Jacob, & deum Israel prædicabunt, & scient errantes spiritu intellectum, & mussitatores discunt legem.

*Comminatur dominus vindictam reliquis populi, quæ destructa ciuitate fugerunt in Ægyptum.*  
XXX.



**A** Æ filij<sup>1</sup> desertores, ] dicit dominus, vt faceretis consilium, & non ex me, <sup>a</sup> & <sup>2</sup> ordiremini telam, ] & non per spiritum meum, vt adderetis peccatum super peccatum, qui ambulatis vt descendatis in Ægyptum, & os meum non interrogastis, sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in vmbra Ægypti, & erit vobis fortitudo Pharaonis in confusione, & fiducia vmbra Ægypti in ignominiam. <sup>b</sup> Erant enim in Thanis principes tui, & nuntij tui vsque ad Hanes peruenerunt. Omnes confusi sunt super populo qui eis prodesse non potuit. Non fuerunt in auxilium, & in aliquam vtilitatem: sed in confusione & in opprobrium. Onus iumentorum austri. <sup>c</sup> In terra tribulationis & angustia, leona, & leo ex eis, vipera & regulus volans, portantes super humeros<sup>d</sup> iumentorum ] diuitias suas, & super gibbum camelorum thesauros suos, ad populum qui eis prodesse non poterit. Ægyptus enim frustra & vanè auxiliabitur. Ideo clamaui<sup>e</sup> super hoc, superbia tantum est, quiesce. ] Nunc ergo ingressus scribe eis<sup>f</sup> super<sup>g</sup> buxum, ] & in libro diligenter exara illud, & erit in die nouissimo in testimonium vsque in æternum. Populus enim ad iracundiam prouocatus est, & filij mendaces, filij nolentes audire legem dei. <sup>h</sup> Qui dicunt videntibus, nolite videre: & aspicientibus, nolite aspicerere nobis ea quæ recta sunt. Loquimini nobis placentia, videte & nobis errores. ] <sup>i</sup> auferte à me viam, declinate à me semitam, cesset à facie nostra sanctus Israel. ] Propterea hæc dicit sanctus Israel: <sup>k</sup> Pro eo quodd reprobastis verbum hoc, & sperastis in calumniam & tumultum, & innixi estis super eo, propterea erit vobis iniquitas hæc sicut interruptio cadens, & <sup>l</sup> requisita ] in muro excelso, quoniam subito dum non speratur, veniet contritio eius, & comminuetur sicut conteritur lagena figuli contritione perualida, & non inuenitur de fragmētis eius testa, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fouea, quia hæc dicit dominus deus sanctus Israel: <sup>m</sup> Si reuertamini & quiescatis, ] salui eritis. <sup>n</sup> In silentio & in spe erit fortitudo vestra. <sup>o</sup> Et nolulistis, & dixistis: Nequaquam, sed ad equos fugiemus. Ideò fugietis. Et super veloces ascendemus. Ideò velociore erunt qui persequentur vos. Mille homines à facie terroris vnus, & à facie terroris quinque fugietis, donec relinquamini quasi malus nauis in vertice montis, & quasi signum super collem. <sup>p</sup> Propterea expectat dominus vt misereatur vestri, & ideò exaltabitur parcens vobis, quia deus iudicij dominus, beati omnes qui expectant eum. Populus enim Sion habitabit in Ierusalem. Plorans nequaquam plorabis, miserans miserebitur tui. Ad vocem clamoris tui statim vt audierit, respondebit tibi. Et dabit tibi dominus panem <sup>q</sup> arctum, & aquam breuem, & non faciet auolare à te vltra doctorem tuum, <sup>r</sup> & <sup>s</sup> erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audient verbum post tergum monētis. Hæc est via, ambulate in ea, & non declinetis neque ad dexteram neque ad sinistram. <sup>t</sup> Et contaminabis laminas sculptilium argenti tui, & vestimentum conflatis auri tui, & disperges ea sicut immunditiam menstruatæ. Egredere, & dices ei: Et dabitur pluvia semini tuo vbicunque seminaueris in terra, & panis frugum terræ erit vberimus & pinguis. Pascetur <sup>u</sup> in possessione tua in die illo agnus spatioso, ] & tauri tui & pulli asinorum qui operantur terram, commixtum <sup>v</sup> migma comedent, <sup>w</sup> sicut in area vëtilatum est. ] Et erunt super omnem montem excelsum, & super omnem collem eleuatum riuus currentium aquarum, in die interfectionis multorum, cùm ceciderint turres. <sup>x</sup> Erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis erit septemplex, sicut lux septem dierum, in die qua alligauerit dominus <sup>y</sup> vulnus ] populi sui, & percussuram plagæ eius sana-

a. Qui sunt isti, nō sunt desertores Iudei & transgressores ecclesie dei, qui contra ordinem dei nituntur. Quos merito spiritus sanctus per prophetam increpat, dicens: fecistis consilium non per me, &c. Cyria. de disciplina & hono pulchritudine ad Nouat. 1. Contumaces, vel inobediētes. 2. Conflaretis sculpsit. b. Huius prophetae Ieremias de scribit cōsiliū 41. 42. & 43. ca. in quibus prohibet descensum reliquiarum populi sub Godolia filio Abicam relictarum: quo ab Ilimale occiso fugerunt omnes contra dei cōsiliū per terentiam in Ægyptum. S. Tho. 3. 2. 2. 4. Pullorum. c. Ad eam, robur cordi cessabit. 6. In tabula. d. Vt. amoneat te ipsa materia quæ semper viret, nec vniquam folijs exiit suis, ne vniquam spei tuæ dissimulatione nuderis, sed semper tibi per tūc germinet spes salutis. Amb. 1. [d. Id est, veris prophetis, quia verba eorum verissima reputabātinania & falsa. De Lyra ibi.] e. Recedite de via, declinate de semita ista, & facite quiescere à facie nostra sanctum Israel. f. Hæretici quoque, & omne dogma contrarium veritati cōsolunt in calumnia & seductio, propterea impietatis eorum veritas destruetur, quam scilicet addidit Cain, cui veniet repentina perditio cum capta fuerit ab ecclesiasticis viris: Et ideo destructa & comminuta vt nihil remaneat in ea quod possit ignem æternum recendere. Glosa ordi. ibid. g. Inlata, velurgens. h. In respicientia, & quiesce. i. Hoc est, in pacifica seruitute regis Nabuchodonosor, & in spe liberationis diuinæ & subventionis, non Ægyptiæ protectionis, erit vestra securitas, inuicta ignem cōsiliū. 42. c. Dionys. ibid. k. Taurum Iudei captiui, sed nō statim perdidit eos deus: sed expectauit, vt eorum miserere- tur. Nam postea tempore Cyri reuersi sunt à Babylonia in terram suam. Pintus ibidem.] l. Quasi terga in præceptoris faciem vertimus, cū verba despiciamus, cuius præcepta calcamus, & tamen nos vocare nō cessat. Grego. hom. 34. in euangelia. m. Quia gentiles ad prædicationem Apostolorum confregit iudicia sua, materiam & ornāmētaj totorum pauperibus erogātes. De Lyra ibidem.] n. Pecus tuā in die illa pascuis lais. o. Hortilem cum pallea mixtū. p. Quod aere & vanno ventilatū est. q. Tunc erit puer lux luna sicut lux solis, ita vt in paupertate sua, & fœturi sunt Ierusalem, & ce afflictione vultu suis, minimū doluerit. Et sal de lucido die resplendens septuplo gratior erit. Tullius ibid. r. Contritionem.

fanauerit. <sup>m</sup> Ecce nomen domini venit de longinquo, ardens furor eius, & grauis ad portandum. Labia eius repleta sunt indignatione, & lingua eius quasi ignis deuorans. Spiritus eius velut torrens inundans vsque ad medium colli, ad <sup>14</sup> perdendas ] gentes in nihilum, & <sup>n</sup> frænum erroris quod erat in maxillis populorum. <sup>o</sup> Canticum erit vobis sicut vox sanctificatæ solennitatis, & lætitiæ cordis, sicut qui pergit cum tibia, vt in-  
**C** tret in montem domini ad fortem Israel. <sup>o</sup> Et auditam faciet dominus gloriam vocis suæ, & terrorem brachij sui ostendet in comminationem furoris, & flammæ ignis deuorantis. Allidet in turbine, & in lapide grandinis. A voce enim domini pauebit Assur virga percussus, & erit <sup>\*</sup> transitus virgæ fundatus, quam requiescere faciet dominus super eum in tympanis & citharis, & in bellis præcipuis expugnabit eos. Preparata est enim ab heri Tophet, <sup>15</sup> à rege preparata, profunda & dilatata. ] Nutriméta eius ignis, & ligna multa, flatus domini, sicut torrens sulphuris succendens eam.

fm. Nomen domini, id est, Christus iudex, & dominus nominatus, de quo ferunt in Plal. Bene dicitur nomen maiestatis in zeterum venit de longinquo. i. post longum tempus. Dionys. Caribid.]  
 14. Cribrandum.  
 n. Frænum erroris maxillas populorum contingebat, quado idolorum errore obligata gentilitas deo vero laudem confessionis dare nesciebat. Grego. an Ezech. hom. 41.  
 o. Hoc est, perditis tyrannis, & ad nihilum deducitis, tunc vobis sicut qui meis insomniis obeditis, erit canticum sicut vox significatæ solennitatis, quado egressi estis de Aegypto, & in solennitate Pasche iugum seruitutis Aegyptiæ proiecistis, dicentes, Pharaone in mari cubito submerso: Cantemus domino, Hierony. ibidem.  
 \* Omnis.  
 15. Etia pro rege preparata quâ in profundum sciebat deus & dilatavit.

*Confugientibus ad huius seculi potius quàm ad diuinum auxilium, dominus misericordiã promittit, si pœnituerint, & in sine salutem.* XXXI.

**A** <sup>a</sup> Æ qui descendunt in Ægyptum ad auxilium, in equis sperantes, & habentes fiduciam super quadrigis, quia multæ sunt, & super equitibus, quia præualidi nimis, & non <sup>1</sup> sunt confisi super ] sanctum Israel, & dominum non requisierunt. Ipse autem sapiens adduxit malum, & verba sua non abstulit. <sup>b</sup> Et confurget contra domum pessimorum, & contra auxilium operantium iniquitatem. <sup>o</sup> Ægyptus homo & non deus, & equi eorum caro, & non spiritus. Et dominus inclinabit manum suam & corruet auxiliator, & cadet cui præstatur auxilium, simulque omnes consumentur, quia hæc dicit dominus ad me: <sup>c</sup> Quomodo si rugiat leo, & catulus leonis super prædam suam, cum occurrerit ei multitudo pastorum, à voce eorum non formidabit, & à multitudine eorum non <sup>2</sup> pauebit: ] sic descendet dominus exercituum vt prælietur super montem Sion, & super collem eius. Sicut aues volantes, sic proteget dominus exercituum Ierusalem, protegens & liberans, transiens & saluans. <sup>3</sup> <sup>d</sup> Conuertimini sicut in profundum recesseratis ] filij Israel. In die enim illa abiiciet vir idôla argenti sui, & idôla auri sui, quæ fecerunt vobis manus vestræ in peccatum, & cadet Assur in gladio, non viri, & gladius non hominis vorabit eum, <sup>4</sup> & fugiet non ] a facie gladii, & iuvenes eius veftigales erunt, & <sup>5</sup> fortitudo eius à terrore ] transibit, & pauebunt <sup>6</sup> fugientes ] principes eius. Dixit dominus, cuius est ignis in Sion, & caminus eius in Ierusalem.

a. Non vitque transire in Aegyp- tum criminofum est, sed tunc- sic in morte Aegyptium, tran- sive in eorum perditionem, sic cu- piditatem, luxuriam & fornicita- tem, qui eò tranfit, deicere qui de- scendit calis. Declinamus itaq- que Aegyptium hominem, & non deum. Amb. Epist. 6. h. r. 1. Respexerunt ad.  
 b. Hoc est, aduersus familiam Iudæorum idololatram, aban- do eos in manus aduersariorũ, sicut ab Amos 4. Et contra eor- um iniquos auxiliatores Aegyp- tios. Dionys. ibid.  
 c. Consolatus Iudæos dominus promittit consolationem, & eor- dem liberatione de manu Assy- riorum, quam prelietur non potuerunt Aegyp. 5. Tho- 2. Humiliabitur.  
 3. Reuertimini ad eum à quo profundius recessistis.  
 d. Hoc est, agne pœnitentiam, qui pœnitentia confitio atque peccato à deo recessistis. Quod si feceritis, abiiciet idola au- rea & argentea, quæ vobis fuer- unt in peccatum, propter quæ visvestra capta est, cadet Assur cuius meti nunc iugus, non gladio hominum, nec exercitus robore, sed dei potentia. Signi- ficat autem angelum qui 18000. vna nocte deiecit. Hiero. ibid.  
 4. Ab aere sua pœnitentia.  
 5. A vexillo.  
 6. Consolatur propheta Iudæos, qui existimabant Ezechiam a- mistum esse regionem, effugisse à Sennacherib hostes eorum. Ne- tra erit, inquit, sed regnabit ex- ercens iustitiam, cuiusque regni erit præclarè gubernatum. Sed hic rex, quem diuinitus vates ani- mo contemplantur, Christus est: eiusque regno potius quàm Ezechiel ea conueniunt quæ hic dicit Isaias. Est igitur Christus rex ille, qui in summa ac diu- na iustitia regnat. Pintus ibid.]  
 1. Locus in quo quis abscondit se.  
 2. Sicut litibulum.  
 3. Festinabit loqui politè vel e- leganter.  
 4. Stultus munificus, neque par- cus dicitur prodigus.  
 5. De deo errorem.  
 6. Patet.  
 h. Mites, id est, innoxios secu- dum quod dicitur, 4. Re. 21. Sa- guinem multum innoxium ef- fundit Manasses in sermone mē- dacij, id est, per mēdacia sermo- nibus iustis, & apparuit ei co- lorata, sicut dicitur fuit supra reap. quod Isaias cõdemnauit ad mortem, quasi celo legit, & idem credendum est, quod fecit de multis alijs. De Iyza ibidem.]  
 7. Cum alloquetur pauperem in iudicio.  
 8. Liberali.  
 9. Propter munificentiam.  
 10. Deficit.

*Liberatio populi à malis proximè imminentibus ab Assyrijs, quorum prætextu Messie aduentum & miracula designat.* XXXII.

**A** <sup>a</sup> Cce in iustitia regnabit Rex, & principes in iudicio præerunt: & erit vir si- cut qui <sup>1</sup> absconditur ] à vento, & <sup>2</sup> celat se ] à tempestate, sicut riuus aquarum in siti, & umbra petrae prominentis in terra deserta. Non caligabunt oculi videntium, & aures audientium diligenter auscultabunt, & cor stultorum intelliget scientiam, & lingua balborum <sup>3</sup> velociter loquetur, & planè. ] Non vocabitur vltra <sup>4</sup> is qui insipiens est, princeps, neque fraudulentus appellabitur maior. ] <sup>5</sup> Stultus enim fatua loquetur, & cor eius faciet iniquitatem, vt perficiat simu- lationem, & loquatur <sup>6</sup> ad dominum fraudulenter, ] & vacuam faciat animam esu- rientis, & potum sitienti auferat. <sup>6</sup> Fraudulenti ] vasa pessima sunt. Ipse enim cogita- tiones concinnauit <sup>b</sup> ad perdendos mites in sermone mendacij, <sup>7</sup> cum loqueretur pau- per iudicium. Princeps ] verò ea quæ digna sunt <sup>8</sup> principe ] cogitabit, & ipse <sup>9</sup> super duces ] stabit. Mulieres opulentæ surgite, & audite vocem meam: filia confidentes percipite auribus eloquium meum. Post dies enim & annum, & vos conturbamini confidentes. <sup>10</sup> Consummata est ] enim vindemia, collectio vltra non veniet. Ob- stupefcite opulentæ, conturbamini confidentes, exuite vos & confundemini, accin- gite lumbos vestros super vbera. Plangite super regione desiderabilia, super vinea fer-

1. Absconditur propheta Iudæos, qui existimabant Ezechiam a- mistum esse regionem, effugisse à Sennacherib hostes eorum. Ne- tra erit, inquit, sed regnabit ex- ercens iustitiam, cuiusque regni erit præclarè gubernatum. Sed hic rex, quem diuinitus vates ani- mo contemplantur, Christus est: eiusque regno potius quàm Ezechiel ea conueniunt quæ hic dicit Isaias. Est igitur Christus rex ille, qui in summa ac diu- na iustitia regnat. Pintus ibid.]  
 1. Locus in quo quis abscondit se.  
 2. Sicut litibulum.  
 3. Festinabit loqui politè vel e- leganter.  
 4. Stultus munificus, neque par- cus dicitur prodigus.  
 5. De deo errorem.  
 6. Patet.  
 h. Mites, id est, innoxios secu- dum quod dicitur, 4. Re. 21. Sa- guinem multum innoxium ef- fundit Manasses in sermone mē- dacij, id est, per mēdacia sermo- nibus iustis, & apparuit ei co- lorata, sicut dicitur fuit supra reap. quod Isaias cõdemnauit ad mortem, quasi celo legit, & idem credendum est, quod fecit de multis alijs. De Iyza ibidem.]  
 7. Cum alloquetur pauperem in iudicio.  
 8. Liberali.  
 9. Propter munificentiam.  
 10. Deficit.

† Sup. a. d

† 93. dist. cap. d. egimus.








**A** <sup>a</sup> Ccedite gentes & audite, & populi attendite, audiat terra & plenitudo eius, orbis & omne germen eius, quia indignatio domini super omnes gentes, & furor super vniuersam militiam eorum. Interfecit eos, & dedit eos in occisionem. Interfecti eorum proicientur, & de cadaueribus eorum ascendet foetor. <sup>b</sup> Tabescunt montes à sanguine eorum, & tabescet omnis militia caelorum, & complicabuntur sicut liber caeli, & omnis militia eorum defluet, sicut defl uitfolium de uinea & <sup>c</sup> de ficu: quoniam inebriatus est in caelo gladius meus. <sup>d</sup> Ecce super Idumæam descendet, & super populum interfectionis meae ad iudicium. Gladius domini repletus est sanguine, in crassatus est adipe de sanguine agnorum & hircorum, & de sanguine <sup>e</sup> medullatorum ] arietum. Victima enim domini in Bosra, & interfectio magna in terra Aedom. Et descendent <sup>f</sup> vnicornes cum eis, & tauri cum potentibus. Inebriabitur terra eorum sanguine, & humus eorum adipe pinguium, <sup>g</sup> quia dies ultionis domini, <sup>h</sup> annus retributionis iudicij Sion. Et conuertentur torrentes eius in picem: & humus eius in sulphur. <sup>i</sup> Et erit terra eius in picem ardentem nocte & die, non extinguetur in sempiternum. Ascendet fumus eius à generatione in generationem, desolabitur in secula seculorum. Non erit transiens per eam, & possidebunt illam <sup>k</sup> onocrotalus & ericius, & ibis, ] & coruus habitabunt in ea. Et extendetur super eam mensura, vt redigatur ad nihilum: & perpendicularum in desolationem. <sup>l</sup> Nobiles eius non erunt ibi. Regem potius inuocabunt, ] & omnes principes eius erunt in nihilum. <sup>m</sup> Et orientur in domibus eius spinæ & vriticæ, & paliurus in munitionibus eius, & erit cubile <sup>n</sup> draconum, & <sup>o</sup> pascua ] struthionum, & occurrent <sup>p</sup> dæmonia onocentaurus, & pilosus ] clamabit alter ad alterum: Ibi cubauit lamia, & inuenit sibi requiem. Ibi <sup>q</sup> habuit foueam ericius, ] & enutriuit catulos, & circumfodit, & fouit in umbra eius. Illuc congregati sunt <sup>r</sup> milui, ] alter ad alterum. Requirit diligenter in libro domini & legite, vnum ex eis non defuit, <sup>s</sup> alter alterum non quæsiuit, ] quia quod ex ore meo procedit, ille ] mandauit: & spiritus eius ipse congregauit ea. Et ipse misit eis sortem, & manus eius diuisit eam illis in mensuram. Vsq; in æternum possidebunt eam, in generatione & generationem habitabunt in ea.

† Matt. 24. e

† Insa. 63. a

*Consolatio Israelis super liberatione sua, & gentium vocatio ad fidem per Messie aduentum.*  
XXXV.



**A** <sup>a</sup> Erabitur <sup>b</sup> deserta & inuia, ] exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. Germinans germinabit, & exultabit lætæ abunda & laudans. <sup>c</sup> Gloria Libani data est ei, decor Carmeli & Saron. Ipsi videbunt gloriam domini, & decorem dei nostri. Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. <sup>d</sup> Dicite <sup>e</sup> pusillanimis: ] confortamini, & nolite timere. <sup>f</sup> Ecce deus vester ultionem adducet retributionis, deus ipse veniet & saluabit nos. <sup>g</sup> Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt. Tunc <sup>h</sup> saliet sicut ceruus, claudus, & <sup>i</sup> aperta erit ] lingua mutorum, quia scissæ sunt in deserto aquæ, & torrentes in solitudine, & quæ erat arida in stagnum, & sitiens in fontes aquarum. <sup>k</sup> In cubilibus in quibus prius dracones habitabant, <sup>l</sup> offeret viros <sup>m</sup> calami & iunci, & erit ibi semita & via, & via sancta vocabitur. Non transibit per eam pollutus, & hæc erit <sup>n</sup> vobis directa via, ita vt stulti non errēt per eam. Non erit ibi leo, & mala bestia non ascendet per eam, nec inuenietur ibi. <sup>o</sup> Et ambulabunt qui liberati fuerint, & redempti à domino, conuertentur & venient in Sion cum laude, & lætitia sempiterna super caput eorum. Gaudium & lætitiã obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus.

† Insa. 16. e

† 49. dist. 1. t.

† Matth. 15. e

*Obsessa Ierosolyma ab Assyriorum exercitu, mittitur Rapsaces ad Ezechiam sanctum Israel blasphematurus.*  
XXXVI.



**E** <sup>a</sup> T factum est in quartodecimo anno Regis Ezechie, ascendit Sennacherib Rex Assyriorum super omnes ciuitates Iuda munitas, & cepit eas. <sup>b</sup> Et misit Rex Assyriorum Rapsacem de Lachis in Ierusalem, ad Regem Ezechiam in manu graui, & stetit in aquæ ductu piscinæ superioris, in via

† 4. Reg. 18. c. A  
2. Para. 32. a  
Anni ante  
Christū 741.  
Anni mundi  
3221.

a. Minatur dominus vniuerso mundo exitum, & contuminationem seculi, & vniuersorum gentium vastitatem. Et hoc distinetur vel quo ad plebeios, minatur generationem, vel quo ad principes, futorem, qui grauior est quàm indignatio: quoniam magis irascitur deus principibus malis, grauiorque eis infligit supplicia, quàm turbidis. Vt Sapient. 6. Iudicium durissimū his qui præsumunt, sicut Dionys. ibid. \* Decidit.  
[b. Inuehitur contra Idumæam, primò quia comminatur hominum occisionem. Secundo terrę destructionem, & tertio vniuersę dicit contuminationem. De Iyza ibid.]  
c. In quo significat potenter montes, vt sup. 6. Descendent fortēs eius, & sublimēs eius gloriose eius ad eum. Vnde omnia sequentia exponunt de destructione facta per Romanos. S. Thomas.  
[d. Non solum euerter deus gentium ciuitates, sed etiam Ierosolymam per Titum funditus deiecit. Veniet enim tempus, quando deus Sion. Ierosolymam retribuet id quod ea iuxta rectū iudicium meretur. Et tunc conuertentur torrentes eius in picem, hoc est, tempore Romana oblationis omnia erunt in ciuitate plena picis, sulphure, & flammis ardentibus. Succedent Ierosolyma, & incendio flagrabit. Nō extinguetur veluti si flammæ non essent aquæ, sed picis. Vbi que erit dolor, & incredibilis afflictio & calamitas. Pictus ibi.]  
2. Paliurus, viula, & nothua.  
3. Nemo ibi nobiles vocabat ad regnum.  
c. Draco militiam, struthio hypocritam, onocrotali luxuriam deliquit. Greg. Moral. li. 7. c. 15.  
4. Manlio.  
5. Fumi, onocentauri, satyri.  
6. Viula idolum faciet.  
7. Vulturet.  
8. Nec deluetur hoc vel illud, quia os eius.

a. Synagoga propter infidelitatem suam reposita fuerat gentilitas, ad quæ omnis gratia synagoga copiose translata esset beatissimus Paulus ad Rom. 11. vbi de obitu & olivæ mota, & c. loquitur. Hæc olim deserta & inuia, sed tempore Christi vocata & illustrata, valde lætata est, & quondam lætatur de beneficiis Christi. Dionys. ibid.  
1. Solitudo & desertum.  
2. Præcipitibus corde.  
3. Aperit cæcorum oculos virtus caelestis, & lucem non videtibus reddidit. Et hoc factio significat fore, vt conuersus ad gentes, quæ deum nesciebant, insipientium pectora illuminaret luce sapientiarum, & aperiret contemplandam cordis oculos aperiret. Verè enim cæci sunt, qui caelestia non vident, & terrenis ignorantie circumstantiæ terrena fragilia venerantur. Luc. 12. lib. 4. cap. 26.  
3. Audabit.  
c. Per calanum prædicatores, per iuncum auditores deliquit. Greg. in Ezech. ho. 1.  
4. Illorum: & non obterebunt tam assueti itinere, q. stulti.  
d. Quidam hæc de primo saluatoris nostri aduentu interpretantur. Iudæi verò & alij Iudaizantes de secundo. Hieron. ibid.  
a. Historia manifesta est ex 4. Reg. 18. ca. & 2. Para. 32. vnde nō ampliore indiget explanatione.  
b. Sennacherib verò auditis legatis decreuit omisso bello, postulata regis admittere, & pulchritudo est si argenti talenta trecenta, auti triginta accepisset, pacem le abiturum. iucecurtudo interpretatio, q. ab omni iniuria remperatum est. Accipit Assyrius pecuniam, sed pacem non postulat. Ios. ph. lib. 1. c. cap. 16.

re. Sobna scriba alius nō super-  
 bus, qui vt tradunt Hebrei com-  
 minatione Rapfacis percutiens  
 infectorem partem ciuitatis tra-  
 dit, atque remanente & tēplo.  
 Glofa ordi. libid. j.

1. Dixi certe in corde meo: Hic  
 cogitat posse liberari oratione  
 laborum suorum, sed consilio &  
 fortitudine opus est ad praesens.  
 d. In verbis Rapfacis arrogantia  
 consideranda est, quae velut co-  
 ractia imitatur. Consideremus  
 igitur quod dicit: Confidis su-  
 per baculum arundineum con-  
 fractum, &c. fallum est. Nulla en-  
 nim narrat historia quod Eze-  
 chias ad Aegyptios miserit, &  
 Pharaonis auxilium postulauerit.  
 Quod autem subiungit Eze-  
 chiam excelsa & altaria abflu-  
 lit, mendacium inquit veritati.  
 Hoc enim non contra deum,  
 sed pro deo fecerat: vt idolola-  
 tria & veteri errore destructo, in-  
 beret deum adorari in Ieru-  
 salem, vbi erat templum eius:  
 quantum legimus pessima con-  
 stuetudine in mōibus collibuit-  
 que extructo iam altari populi  
 deo victimas immolasse. Hiero-  
 nymus ibidem.

2. Fide iube, vel da obsides.  
 3. Dummodo possis.  
 4. Aduersaberis faciem vnus  
 ducis.  
 5. Timebant ne forte populus  
 qui erat in muris intelligēs ver-  
 ba Rapfacis caderet animo, &  
 fallis tectoribus commotus se  
 illi traderet. Ideo volebant vt  
 ipse loqueretur lingua Syriaca,  
 quam populus nō intelligebat.  
 Pictus ibid. j.

5. Aquas.

f. Hoc est, facite quod in vestra  
 benedictione proficiat: benedi-  
 cite regi Assyrio, & eum domi-  
 num confitemini, vt pignora cō-  
 sequamini, donec reuertat de  
 Aegypto, vel capta lobna redeat.  
 Habitate in vrba vestra, & rebus  
 vestris fruamini, & postea ducā  
 vos in similem vestrae terram,  
 quam tamen non uocinamini:  
 quia similem ei inuenire nō po-  
 tuit. Angelomus 4. Reg. 18.

g. Hic est modus regum Assy-  
 riorum, scilicet transferre gen-  
 tem sibi subiectam de terra sua  
 natina ad aliam, vt de eius obe-  
 dientia sint magis securi. Item  
 enim hoc fecerat rex Assyriorum  
 de Oise Rege Israel ex eius po-  
 pulo, vt patet 4. Re. 18. I. ysa. ibi.  
 6. Ne forte decipiat.  
 h. Pro audita blasphemia, quod  
 erat mos Iudaeorum, vt patet Mat.  
 23. Princeps sacerdotum scidit  
 vestimenta sua, &c. 5. Tho.

agri fullonis. Et egressus est ad eum Eliachim filius Helchiae, qui erat super domum, & Sobna scriba, & Ioahē filius Afaph à commentariis. Et dixit ad eos Rapfaces: Dicit Ezechias: Hec dicit Rex magnus, Rex Assyriorum: Quae est ista fiducia qua confidis, aut à quo consilio vel fortitudine rebellare disponis? Super quem habes fiduciam, quia recessisti à me? Ecce confidis super baculum arundineum fractum istum super Aegyptum, cui si innixus fuerit homo, intrabit in manum eius & perforabit eam: Sic Pharaon Rex Aegypti omnibus qui confidunt in eo. Quod si responderis mihi, in domino deo nostro confidimus, nonne ipse est cuius abstulit Ezechias excelsa & altaria, & dixit Iudae & Ierusalem, coram altari isto adorabitis? Et nunc tradet te] domino meo Regi Assyriorum, & dabo tibi duo milia equorum: nec poteris] ex te praebere ascensores eorum. Et quomodo sustinebis faciem iudicis, vnus loci] ex seruis domini mei minoribus? Quod si confidis in Aegypto, in quadrigis, & in equitibus, & nunc nunquid sine domino ascendi ad terram istam, vt disperderem eam? Dominus dixit ad me: Ascende super terram istam, & disperse eam. Et dixit Eliachim, & Sobna & Ioahē ad Rapfacem: Loquere ad seruos tuos Syra lingua: intelligimus enim, ne loquaris ad nos Iudaicè in auribus populi qui est super murum. Et dixit ad eos Rapfaces: Nunquid ad dominum tuum & ad te misit me dominus meus, vt loquerer omnia verba ista, & non potius ad viros qui sedent in muro vt comedant stercora sua, & bibant] vrinam] pedum suorum vobiscum? Et stetit Rapfaces, & clamauit voce magna Iudaicè, & dixit: Audite verba Regis magni, Regis Assyriorum. Hae dicit Rex: Non seducat vos Ezechias, quia non poterit eruere vos, & non vobis tribuat fiduciam Ezechias, super domino, dicens: eruens liberabit nos dominus, non dabitur ciuitas ista in manum Regis Assyriorum. Nolite audire Ezechiam. Hae enim dicit Rex Assyriorum: Facite mecum benedictione, & egredimini ad me, & comedite vnusquisque vineam suam, & vnusquisque ficum suam, & bibite vnusquisque aquam cisternae suae, donec veniam & tollam vos ad terram, quae est vt terra vestra, terram frumenti & vini, terram panum & vinearum. Nec conturbet] vos Ezechias, dicens: dominus liberabit nos. Nunquid liberauerunt dii gentium vnusquisque terram suam de manu Regis Assyriorum? Vbi est deus Emath & Arphad? Vbi est deus Sepharuaim? Nunquid liberauerunt Samariam de manu mea? Quis est ex omnibus diis terrarum istarum qui euerit terram suam de manu mea, vt eruat dominus Ierusalem de manu mea? Et siluerunt, & non responderunt ei verbum. Mandauerat enim Rex, dicens: ne respondeatis ei. Et ingressus est Eliachim filius Helchiae qui erat super domum, & Sobna scriba, & Ioahē filius Afaph à commentariis ad Ezechiam scissis vestibus, & nuntiauerunt ei verba Rapfacis.

*Spe diuini subsidij dominus per Isaiam obfessorum Iudaeorum animos firmat, ac obsidentes per angelum cedit, & Sennacherib per filios.* XXXVII.

a. Scidit vestimenta sua rex, quia peccatorum suorum & populi esse credebat, quia Rapfaces vique ad portas Ierusalem venerat, & contra dominum sic ralia locutus. Pro regio ergo cultu obuolutus est sacco, & de palatio ad templum gradient, Eliachim & ceteros iussit ad Isaiam in quo regis consideranda est humilitas atque puritas. Ezech. 4. Re. 19. fb. Filium Amos prophetae, ita habent aliqui libri: quod scidit est ab aliquibus correptibus, eo quod iste Amos fuit propheta, sicut dictum tunc in principio huius, sed melius dicitur propheta vt referatur ad Isaiam. c. Hoc est, Noli timere verba, quibus nō tu, sed ego sum blasphemiam passus: quia claudus est ei spiritus nō dei, sed aduersarij: & audito nuntio reuerens in terram tuam correat gladio, vt duo paucis que optabat Ezechias audiret se ab hoste liberatum, & inimicum in sui terra mortuum. Angelomus 4. Reg. 19.

**B** factum est, cum audisset Rex Ezechias scidit vestimenta sua, & obuolutus est sacco, & intrauit in domum domini. Et misit Eliachim qui erat super domum, & Sobnam scribam, & seniores de sacerdotibus opertos saccis, ad Isaiam filium Amos prophetam, & dixerunt ad eum: Hec dicit Rex Ezechias: Dies tribulationis & correptionis & blasphemiae, dies haec, quia venerunt filij vsque ad partum, & virtus non est parienti. Si quo modo audiat dominus deus tuus verba Rapfacis, quem misit Rex Assyriorum dominus suus ad blasphemandum dominum deum viuentem, & exprobrandum sermonibus quos audiuit dominus deus tuus: Leua ergo orationem pro reliquiis quae repperit sunt. Et venerunt serui Regis Ezechiae ad Isaiam: & dixit ad eos Isaias: Hae dicetis domino vestro. Hae dicit dominus: Ne timeas à facie verborum quae audisti, quibus blasphemauerunt pueri Regis Assyriorum me. Ecce ego dabo ei spiritum & audiet nuntium, & reuertetur ad terram suam, & corruere eum faciam gladio in terra sua. Reuersus est autem Rapfaces, & inuenit regem Assyriorum praeslantem aduersus Lobna. Audierat enim quia profectus esset de Lachis, & audi-

†4. Reg. 18. g

†4. Reg. 19. a

& audiuit de Tarácha rege Æthiopiæ, dicentes: egressus est vt pugnet contra te. <sup>c</sup> Quod cum audisset, misit nuntios ad Ezechiam, dicens: Hæc dicetis Exechiæ regi Iudæ, loquentes: ° Non te decipiat deus tuus in quo tu confidis, dicens: non dabitur Ierusalem in manum regis Assyriorum. Ecce tu nosti omnia quæ fecerunt omnes reges Assyriorum omnibus terris quas subuerterunt, & tu poteris liberari? Nunquid eruerunt eos dii gentium quos subuerterunt patres mei, Gozan & Haram, & Reseph <sup>d</sup> & filios Edem qui erant in Thalassar? <sup>e</sup> Vbi est rex Emath, & rex Arphad, & rex vrbs Sepharuáim, Ana & Aua? <sup>f</sup> Et tulit Ezechias libros] de manu nuntiorum, & legit eos: & ascendit in domum domini, & expandit eos coram domino. Et orauit Ezechias ad dominum, dicens: <sup>g</sup> Domine exercituum deus Israel qui sedes super Cherubim, tu es deus solus omnium regnorum terræ, tu fecisti cælum & terram. Inclina domine aurem tuam & audi, aperí oculos tuos & vide, & audi omnia verba Sennacherib quæ misit ad blasphemandum deum viuentem. Verè enim domine desertas fecerunt reges Assyriorum terras & regiones earum, & dederunt deos earum igni, non enim erant dii, sed opera manuum hominum, <sup>h</sup> lignum & lapis, & comminuerunt eos. Et nunc domine deus noster salua nos de manu eius, vt cognoscant omnia regna terræ, <sup>i</sup> quia tu es dominus deus solus. <sup>j</sup> Et misit Isaias filius Amos ad Ezechiam, dicens: Hæc dicit dominus deus Israel. Pro quibus rogasti me de Sennacherib rege Assyriorum, hoc est verbum quod locutus est dominus super eum: Despexit te, & subsannauit te <sup>k</sup> virgo filia Sion, post te caput mouit filia Ierusalem. Cui exprobrasti, & quem blasphemasti, & super quem exaltasti vocem tuam, & leuasti <sup>l</sup> altitudinem oculorum tuorum? ] Ad sanctum Israel. <sup>m</sup> In manu seruorum tuorum exprobrasti domino, & dixisti: In multitudine quadrigarum mearum ego ascendi altitudinem montium, iuga Libani, & succidam excelsa cedrorum eius, & electas abietes illius, & introibo altitudinem summitatis eius, saltum Carmeli eius ego fodi & bibi aquam, & exiccaui vestigio pedis mei omnes riuos aggerum. <sup>n</sup> Nunquid non audisti quæ olim fecerim ei? Ex diebus antiquis ego <sup>o</sup> plasmaui] illud, & nunc adduxi, & factum est in eradicationem, <sup>p</sup> collium compugnantium & ciuitatum munitarum: ] <sup>q</sup> Habitatores earum breuiata manu contremuerunt, & confusi sunt, <sup>r</sup> facti sicut fœnum agri, & gramen pascuæ, & herba tectorum quæ exaruit antequam maturefceret. Habitationem tuam & egressum tuum, & introitum tuum cognoui, & infaniam tuam contra me. Cum fureres aduersum me, <sup>s</sup> superbia tua ascendit in aures meas. Ponam ergo <sup>t</sup> circulum] in naribus tuis, & frænum <sup>u</sup> in labiis tuis, & reducam te in via per quam venisti. Tibi autem hoc erit signum: Comede hoc anno quæ sponte nascuntur, & in anno secundo <sup>v</sup> pomis vescere. ] In anno autem tertio seminate, & merite, & plantate vineas, & comedite fructum earum. Et mittet id quod saluatum fuerit de domo Iudæ, & quod reliquum est <sup>w</sup> radicem deorsum, & faciet fructum sursum, quia de Ierusalem exibunt reliquiæ, & saluatio de monte Sion. <sup>x</sup> Zelus domini exercituum faciet istud. <sup>y</sup> Propterea hæc dicit dominus de rege Assyriorum: Non introibit ciuitatem hanc, & non iaciet ibi sagittam, & non occupabit eam clypeus, & non mittet in circuitu eius aggerem. In via qua venit, per eam reuertetur, & ciuitatem hanc non ingreditur, dicit dominus. <sup>z</sup> Et protegam ciuitatem istam vt saluem eam propter me & propter Dauid seruum meum. <sup>aa</sup> Egressus est autem angelus domini, & percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque milia. Et surrexerunt mane, & ecce omnes cadauera mortuorum. Et egressus est, & abiit. Et reuersus est Sennacherib rex Assyriorum, & habitauit in Niniue. Et factum est cum adoraret in templo Nesrach deum suum, Adramélech & Saráfar filij eius percusserunt eum gladio, fugeruntque in terram Ararath, & regnauit Asaraddon filius eius pro eo.

[d. Sennacherib impiusissimus relictus fuit Iudæis, & nolens aduersus deum recedens, minauit vt verbum delictum, quos amicos non dicitur. Dio. Cant. ibi.] e. Difficiles Sennacherib cum exercitu suo misissent ad Ezechiam obediens. Pelusivus Aegypti, cui occurrit Tharasa rex Aethiopiæ, cum quo noluit pugnare, dicitur esse sacerdotem Plutonis, derisorie propter nigredinem. S. Tho. f. Hic consequitur Ezechia deuota deprecatio, quando accepit litteras regis Assyriorum: qui ei comminabatur literis & verbis ad maiorem assertionem. De Lyra. ibidem.] i. Litteras. g. Prius Ezechias domini timore perterritus orare in templo non audebat, vel liberae turde re preces, quæ autem quia audit Isaiam dicitur. Ne timens à facie verborum quæ misit, & dominum audacter deprecatur. Angelom. ubi supra. h. Per quæ, alie materiae intelliguntur, videlicet aurum, argentum, &c. Vnde in Psal. catur. Simulachra gentium argentum & aurum, &c. Hæc ergo dii quantum ad substantiam non erant nisi corporales materiae. S. cunctum philosophi quippe tota substantia artificiali est materia, opera vero vite quæ in eis apparebant, non ab intrinseca forma, sed à demonibus inhabitantibus oriebantur. Dion. Cart. ibi. j. Virgo filia Sion & filia Ierusalem, quæ ideo virgo appellatur & filia, quia cunctis gentibus simulachra adorantibus hoc sola conferuabat castitatem religiois, & que vnius diuinitatis cultus, &c. Lucher. 4. Reg. 19. k. In altum oculum non intulit. l. Vt patet de Raplace precedente cap. & de aliis nunciis à Sennacherib missis, & iste tunc maior contempus quam si Sennacherib hoc fecisset in propria persona, sicut dicitur alibi per personam vltimam filii quæ notabilis faceret manu propria. De Lyra. m. Hæc ex persona dei cetera verba Assyrii sentiendâ sunt, quod ad blasphemiam eius sic respicitur dominus. Hiero. ibid. n. Plantauit. o. Et in ære rotæ ruinarum ciuitates munitæ. p. Comparat eos herbas refo. rum quæ statim arcescunt, pñisquam ad maturitatem peruenire in diebus in Psal. 118. Finitis eius fœni refo. rum, quod pñisquam exellatur exaruit. Pñis. q. Et faciem te putates. r. Hami meum. s. Memm. t. Ad predictam consolationem confirmatione datur signum duplex, atque per hoc est facta. Vnde etiam subnecte executione iudicij Dei per angelum facti ibi. Egressus autem angelus Domini. Vides Deum erga credentes & fidentes sibi esse fidelē. Loric. ibi. u. Quæ hinc tenata fuerint. v. Cum cogitationem nostram ad compatiendum proximo indigent tendimus, radicem delictorum mittimus, vt retributionis fructum solum faciamus. Grego. Mora. lib. 12. c. 24. w. Reuertitur ad prosperitatem, & post futuram spem meam excutit presentem. Non enim tanta erit lætitia super his quæ promittebat tutata quam de imminutibus cura. Glo. ordina. x. Hic est Sion? Dauid nō solū cū in corpore esset, placuit deo: sed & post mortē suā vniuersum nitur præstitisse grāde solatiū. Contigit namque Ezechia regi inimicas in temporibus Iudæ: tū gentes circumuallasse Ierusalem. Nam. Et cū esset Ezechias iustus vir, coguit deū, & seq. Venit ad eum illas propheta, & dixit ei: Protegam hanc ciuitatem propter me, & propter Dauid seruum meum. Dauid mortuus est, & eius merita vigent. Homo mortuus viuo patrocinatur. Chryl. homil. 1. super Psal. 50.

† 4. Rc. 19. g  
Iob. 1. d  
Eccle. 4. 8. d  
1. Mach. 7. f  
& 2. Ma. 8. c

*Liberatus Ezechias cælesti miraculo à comminata sibi morte, additque ad vitam suam quindecim annis, in gratiarum exit actiones* L X X V I I I.

T



**I**n diebus illis aegrotauit Ezechias vsque ad mortem, & intrauit ad eum <sup>A</sup> **I**saia filius Amos propheta, & dixit ei: Hæc dicit dominus: <sup>†</sup> **D**ispone domui tuæ,] quia <sup>a</sup> morieris tu & non viues. Et conuertit Ezechias faciem suam ad parietem, & orauit ad dominum, & dixit: Obsecro domine, memento quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim. Et fleuit Ezechias fletu magno. Et factum est verbum domini ad Isaiam, dicens: Vade, & dic Ezechia: Hæc dicit dominus deus David patris tui. <sup>†</sup> Audiui orationem tuam, & vidi lachrymas tuas. <sup>§</sup> Ecce ego adiciam super dies tuos <sup>b</sup> quindecim annos: & de manu Regis Assyriorum eruam te, & ciuitatem istam, & protegam eam. <sup>c</sup> Hoc autem tibi erit signum à domino, quia faciet dominus verbū hoc quod locutus est: Ecce ego reuertenti faciam umbram <sup>2</sup> linearum,] per quas descenderat in horologio Achaz in sole retrorsum decem lineis. Et reuersus est sol decem lineis per gradus quos descenderat. Scriptura Ezechia Regis Iudaeum aegrotasset, & conualuisset de infirmitate sua: Ego dixi in dimidio] dierum meorum, vadam ad portas inferi, <sup>4</sup> quæsiui residuum] annorum meorum. Dixi: non vi-debo dominum deum in terra viuentium. Non aspiciam hominem vltra, <sup>5</sup> & habitatorem quietis. <sup>§</sup> Generatio mea ablata est & conuoluta est] à me quasi tabernaculum pastorum. <sup>d</sup> Præcisā est velut à texete vita mea, dum adhuc ordiret succidit me. <sup>e</sup> **D**e mane vsque ad vespere finies me, sperabam vsque ad mane. Quasi leo sic con-triuit omnia ossa mea, de mane vsque ad vespere finies me. Sicut <sup>7</sup> pullus hirundi-nis sic clamabo,] meditabor vt columba. <sup>8</sup> Attenuati sunt oculi mei, suspicientes in excelsum. <sup>9</sup> Domine vim patior, responde pro me. <sup>9</sup> Qui dicam <sup>9</sup> aut quid responde-bit mihi, cum ipse fecerim? <sup>10</sup> Recogitabo tibi omnes annos meos in] amaritudine ani-mæ meæ. <sup>10</sup> Domine si sic viuatur, & in talibus] vita spiritus mei. <sup>11</sup> Corripies] me & viuificabis me, ecce in pace amaritudo <sup>12</sup> mea amarissima. <sup>13</sup> Tu autem <sup>13</sup> eruisti animam meam vt non periret,] <sup>14</sup> proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea. Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te, non expectabunt qui descendunt in lacum veritatem tuam. Viuens viuens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie: pa-ter filiis notam faciet veritatem tuam. <sup>14</sup> Domine saluum me fac,] & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo domini. Et iussit Isaias vt tollerent massam de ficis, & cataplasma rent super vulnus eius, & sanaretur. Et dixit Ezechias: Quod erit signum, quia ascendam in domum domini?

1. Commenda euipiam domui tuam.  
 2. Ezechias Rex iuxta quedam humane nature modum erat mortuus, cum veras prophete verba audiret: Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues sed oculo diuine prouidentie iudicio, quæ omnia mentura, & numero & pondere disposuit, quindecim ad lucanorum vitam lachrymis precibusque nactus est. Beda, dom. 3. post Epiphaniam.  
 b. Illa fuit propheta predestinationis, quæ est quando fit reuelatio prophete aliquid futuri, prout est in dispensatione diuina & eius presentia, & hæc infallibiliter impletur, quia diuina presentia est immutabilis. Lyra ibid.  
 c. Presentis felicitate temporis & futuri vt quomodo sol reuertitur ad eorundem sumum. Ita Ezechie vita ad euolutos redeit annos, nobis quoque in hebdomade vel ergo dele vultibus post resurrectionem Christi vita spua potestetur. Glosa ordina. j  
 2. Graduum, & infra.  
 3. In luccisione.  
 4. Priuabo residuo.  
 5. Cum habitatoribus orbis incolatus meus transtus, & migravit.  
 d. Id est, in medio processus sui sicut tela aliquando scinditur à texente dum est ad huc in si eri. De Lyra. j  
 6. Præcisā velut textor vitam meam, ægri tudinis deus succidet me.  
 7. Citus & hitando garriam.  
 8. Eleuati sunt oculi mei in excelsum.  
 9. he dixit mihi, & ipse fecit. Mouebor igitur cunctis annis meis cum.  
 10. Domine vltra eos viuent, & omnibus dicam quod in eis est  
 11. Confortabis, vel sanabis.  
 12. Mihi amaritudo fuit.  
 13. Diluxisti eripere, sub. animam meam à fouea putrida, quia.  
 e. Domine, eripisti me de sepulchro, in quo alioqui defecis- dus exanimis que peccatis meis quibus acerbam hanc mortem commerueram post tergum à facie tua reiecis atque delictis. Tollitius. ibidem. j  
 14. Domini est saluum me facere.  
 f. Saluum me fac ab omni malo presentis, preteriti, & futuro: & ludes diuinas carabimus, i. certis horis, ac debitis horis. Dionis. Cathol. ibid. j

† 4. Re. 20. 2  
 2. Para. 32. f.  
 † De per. d. 1.  
 c. Quæ obit.

† 1. Reg. 2. g  
 Luc. 2. c

† Job 4. b  
 11. q. 3. c.  
 quod ergo.

Anni ante  
 Christi. 735.  
 Anni mundi  
 3227.

*Misit à Rege Babylonis ad Ezechiam nuntius, ostendit thesauros suos Ezechias, vnde ab Isaiâ grauisimè taxatus, & super eorum expoliatione pramonitus. XX XIX.*



**I**n tempore illo misit Merodach Baladan filius Baladam Rex Babylo- <sup>A</sup> **I**nis <sup>1</sup> libros] & munera ad Ezechiam. Audierat enim quod aegrotasset & conualuisset. Lætatus est autem super eis Ezechias, & ostendit eis <sup>2</sup> cellam aromatum,] & argenti, & auri, & odoramentorum, & vnguenti optimi, & omnes apothecas supellectilis suæ, & vniuersa quæ inuenta sunt in thesauris eius. <sup>3</sup> Non fuit verbum quod] non ostenderet eis Ezechias in domo sua, & in omni potestate sua. Introiuit autem Isaias Propheta ad Ezechiam Regem, & dixit ei: Quid dixerunt viri isti, & vnde venerunt ad te? Et dixit Ezechias: <sup>b</sup> De terra longinqua venerunt ad me, de Babylone. Et dixit: <sup>§</sup> Quid viderunt in domo tua? Et dixit Ezechias: Omnia quæ in domo mea sunt, viderunt. Non fuit res quam non ostenderim eis in thesauris meis. Et dixit Isaias ad Ezechiam: Audi verbum domini exercituum: <sup>c</sup> Ecce dies venient, & auferentur omnia quæ in domo tua sunt, & quæ thesaurizauerunt patres tui vsque ad diem hanc, in Babylone. <sup>§</sup> Non relinquetur quicquam, dicit dominus. Et de filiis tuis qui exhibent de te, quos genueris, tollent, & erunt eunuchi in palatio regis Babylonis. Et dixit Ezechias ad Isaiam: <sup>d</sup> Bonum verbum domini quod locutus est. Et dixit: Fiat tantum pax & veritas in diebus meis.

1. Post exercitum Sennacherib ab angelo percussum, & ipse fugam in Ninium, & eius necem in phano dei sui, regnavit Asaradâ filius eius. Cuius mortem subiecit scriptura, nunc Mero-dach baladan filius baladan rex Babylonis consolatur Ezechiam post tantam aegrotationem suam, congratulans ei muneribus & literis super sanitate sua. Hæc. ibid.  
 2. Iterum.  
 3. Domum thesauri sui.  
 4. Rex villa quam.  
 f. Videtur esse in Aæcia. Quæto longius Babylon distabat à Iudæa, tantum maiorem honorem sibi delatum esse existimabat Ezechias ob legatos Babyloniorum. Preterea non deberet dicere venerunt ad me, sed venerunt propter dei miraculum, vt omnia illa non ad se sed ad dei gloriam referret. Pintus ibi.  
 c. Prosper de promissio. cap. 12. admonet in bonis operibus, quæ dei dona sunt, non esse in homine, sed in domino gloriam, vt quod humilis accipit, superbus amittat. Iuxta illud Apoc. 3. Tene quod habes.  
 d. Bonum est sermo domini post quum pax & veritas futura est in diebus meis.

† 4. Re. 20. c

† 1. q. 10. c. 1.

Iudeos ex tot tribulationibus eruendos consolatur dominus, promittens illis consolatore[m] & consolatoris praeconem, & diuinam in idola virtutem, & fidei praedicationem. X L.

A



Consolamini consolamini'popule meus,] dicit deus vester. Loquimini ad cor Ierusalem & aduocate eam, quoniam completa est malitia] eius, dimissa est iniquitas illius. + Suscepit de manu domini supplicia pro omnibus peccatis suis. + Vox clamantis in deserto: + Parate] viam domini, rectas facite in solitudine semitas dei nostri. Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & + erunt praua in directa, ] & + aspera in vias planas. Et reuelabitur gloria domini, & videbit omnis caro pariter quod os domini locutum est. + Vox dicentis: Clama. Et dixi: Quid clamabo? Omnis caro foenum, & + omnis gloria eius quasi flos agri. Exiccatum est foenum & cecidit flos, quia spiritus domini sufflauit in eo. Vere + foenum est populus. Exiccatum est foenum, & cecidit flos, + verbum autem domini stabit in aeternum. Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam qui euangelizas Ierusalem. Exalta, noli timere. Dic ciuitatibus Iudae: ecce deus vester. + Ecce dominus deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur. Ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo. + Sicut pastor gregem suum pascet, in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, foetas ipse + portabit. ] Quis mensus est pugillo aquas, & caelos palmo ponderauit? Quis appendit + tribus digitis molem] terrae, & librauit in pondere montes, & colles in statera? + Quis + adiuuit] spiritum domini, aut + quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi? + Cum quo inuit consilium, & quis instruxit eum, ] & docuit eum semitam iustitiae, & erudiuit eum scientia, & viam prudentiae ostendit illi? Ecce gentes quasi stila stulae: & quasi + momentum] statera reputatae sunt. + Ecce insulae quasi puluis + exiguus, ] & Libanus non sufficiet ad succendendum, & animalia eius non sufficient ad holocaustum. Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum & inanè reputatae sunt ei. + Cui igitur similem fecistis deum, aut quam imaginem ponetis ei? + Nunquid sculptile conflauit faber, aut aurifer auro figurauit illud, & + laminis argenteis argentarius? Forte lignum & imputribile elegit artifex sapiens, quarit quomodo] statuatur simulachrum quod non moueatur. + Nunquid non scietis? Nunquid non audistis? Nunquid non annunciatum est vobis ab initio? Nunquid non intellexistis fundamenta terrae? Qui sedet super + gyrum] terrae, & habitatores eius sunt quasi locustae. + Qui extendit velut + nihilum] caelos, & expandit eos sicut tabernaculum ad inhabitandum. Qui + dat secretorum] scrutatores quasi non sint, ] iudices terrae velut inanes fecit. + Et quidem, neque plantatus, neque satus, neque radicans in terra truncus eorum. + Repente flauit in eos & aruerunt, & turbo quasi stipulam auferet eos. + Et cui assimilastis me, & adaequastis me, dicit sanctus? + Leuate in excelsum oculos vestros, & videte quis creauit haec. Qui educit in numero militiam eorum, & omnes ex nomine vocat. Prae multitudine fortitudinis & roboris virtutisque eius, neque vnum + reliquum] fuit. ] Quare dicis Iacob, & loqueris Israel, + abscondita est via mea] a domino, & a deo meo iudicium meum transiuit? + Nunquid nescis, aut non audisti? Deus sempiternus dominus, qui creauit terminos terrae, & non deficiet, neque laborabit, nec est inuestigatio sapientiae eius. Qui dat lasso virtutem, & iis + qui] non sunt, fortitudinem & robur multiplicat. + Deficient] pueri & laborabunt, & iuuenes + in infirmitate] cadent. Qui autem sperant in domino mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquila, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.

+49. di. c. i.  
+Math. 3. a  
Luc. 2. a  
Joan. 1. c

+Ecl. 1. 4. e  
Jaco. 1. b  
1. Pet. 1. d  
Joan. 12. e

+15. q. 1. c. 1.  
Infr. 62. d

+Ezech. 34. f  
& 17. f  
1. di. c. Eccle.  
stulticium.

+Rom. 1. d  
1. Cor. 1. d  
Sap. 9. c

+Aa. 17. d

+Psal. 103. a

+Matt. 17. b  
+Infr. 46. b

Confirmatio Iudeorum ex beneficiis patribus eorum praestitis, idololatrarum confutatio, quia a suis idolis nil tale perceperunt. X L I.

1. Populum meum.  
2. Militia, vel tempus statutum.  
3. Quomodo deleuit peccata, audi dicentem. Solum est peccatum eius, quia recepit de manu domini duplicia peccata sua. Non ergo penitus sibi peccatum remitti postulat, sed moderata solutione deleri, hoc est, in futurum eius memoria deleatur. Ambr. in Psal. 37.  
3. Purgate.  
4. Erit curuum directum.  
5. Cum per virtutum praedicationis malorum corda per insustitiam detorta ad iustitiam regulam dirigitur. Greg. homi. 20. in euangelia.  
6. Cum inimice per gratiae infusionem ad mansuetudinis lenitatem reducantur. Gregor. Moral. 17. cap. 5.  
7. Iniquorum potentia fecit floribus comparatur. Greg. ibid.  
8. In aduentu enim suo Christus egit miracula stupenda, quae fieri non poterant nisi virtute infinita. Et brachium eius dominabitur. Per brachia enim eius in cruce extensa petunt ad gloriam suae resurrectionis, & sic ad dominum plene potestatis propter quod dixit Mart. vlt. Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. De Lyra. ibid.  
9. Ane fo ducet.  
10. In mensura ternaria pulueris.  
11. Ponderauit.  
12. Cui ille indicauit consilium suum? Aut cuius consilio instructus est, & quis dedit ei intellectum?  
13. Puluisculus.  
14. Sed & insulas ipse tollit quae sunt minima.  
15. Illud est hoc verbum tenuit: sicut puluerem significari putant qui magis sentitur quam videtur. Hunc ergo fossam esse Epicuro suo Democritus ad homines vocat. Glosa ordina. ibid.  
16. Catenas argenteas pro eo edificabit. Pauper vero ve habeat cui offerat, elegit lignum imputribile, & artificem industrum quare sibi quae.  
17. Nunquid non scietis? Illud quod dicitur est de idolis quod sensibilibus potestis experiri. Nunquid non audistis? Quasi dicitur scire quia in libro Gentium, & cronici semper fuit facta mentio de octo idololatrie per opus hominum, ve magis videtur cap. sequen. Nunquid non intellexistis &c. q. d. intellegere debuistis quod a solo Deo habeat stabilitatem, cum nihil sit sub ea sustentans ea. De Lyra. ibid.  
18. Globum.  
19. Pellem.  
20. Redigit in nihil principes.  
21. Ostendit diuinam potentiam contra desperationem Iudeorum, qui diuinam potentiam desidebant in celestium creatio, ne dubitantes. S. Tho.  
22. Deficiet.  
23. Quid inique tu, & progenies Iacob? Quid inquam tu & domus Iacob? Absconditam ne putabis Domino esse viam tuam? atque ipsum non respicere, cuius gratia omnia ista creata sunt? Num ignorastimo abunde audisti quod sempiternus ille Dominus Deus noster, vniuersi creator, omnibus curandis satisficit. Tostatus ibid.  
24. Quibus viret.  
25. Lababuntur.  
26. Impingendo.



a. Ex beneficiis partibus Indorum multipliciter proficitis argue dominus Indorum confirmationem, & idolorum confutationem, que talia suis cultoribus non contulerunt, sed omnino opposita promissis. S. 7. ho.

1. Ad pedem suum. Postquam ante eum gentes, & dedit illi dominium in reges.

2. Per quam partibus suis non venerat.

[b. Id est, quis Christum se fecerat, & gentes ei subiecit vocans de non esse ad esse per creationem, vel de errore & vitis ad fidem & gratiam. Dion. Carhus. ibid.]

3. Lignarius aurificem lenientem malleum quo percutit incurdem.

c. Tanto liquidem maiori ad se inuicem dilectione copulantur, quanto ipsi charitati que deus est, viciniores assistunt: sed nec vlla separare eos ab inuicem suspicio potest. Quoniam enim qui adhuc deo vnus est spiritus cum eo, nihil dubium est quin perfecte adherentes ei beati spiritus cum eo pariter & in eo penetrent vniuersa. Bern. in dedicatio. Ser. 2.

4. Neque dissoluatur.

5. Et suscepi te dextera iustitiae meae.

d. Omnes ergo qui suis prelatiis cōtraueniunt, ira damnatos & infames vsque ad falsitatem non monstrat, & nisi conuerterentur, à limitibus ecclesie alienos esse praecebat. Clemens Epi. ad Iacobum fratrem dicit.

6. Quod non est, & quasi nihil, viri qui te impugnant.

7. Et viti.

8. Tribulam & castrum.

e. Hoc significat quod predicatio enigmatica conterat aduersarias potestates, & spirituales nequitias eleuantem se contra scientiam dei. Hiero. ibid.

9. Vallum.

[f. In deserto enim illo vigebar ardor solis, sed dominus prouidit de umbraculo per columnas nubes. Exod. 13. De Lyra.]

g. Quid per abietem, que valde crescendo ad aeris alta sustollitur, nisi hi desiquati sunt, qui intra sanctam ecclesiam adhuc in terrenis corporibus positam ecclesia contemplantur? Greg. ho. 20. super euangelia.

10. Vitium.

11. Accedere facite fontes vestros, vel causas vestras.

h. Hoc enim veru deo est proprium. Sed nōne idola Gentium sepe de praeiis argue de futuris annuntiauerunt etiam verat. Dicendum quod idola sensu & ratione carentia nihil annuntiauerunt, sed demones qui bustam coniecturis excitati. Dion. ibid.

12. Vocabit in nomine meo, & veniet super duces veluti super.

[i. Quasi nullus Deus in gentibus fuit qui annuntiauerit aduentum filij. Si est autem qui annuntiauerit dicemus, quia iustus est. In aduentu filij demones qui in idolis ventura nunciabant obmuraerunt. Glof. ordina. ibid.]

13. Qui sciret aliquid, & si interrogaretur eos, non responderet mihi verbum.



Accent ad me insulæ, & gentes mutent fortitudinem. Accedent, & tunc loquantur, simul ad iudicium propinquemus. Quis suscitauit ab oriente iustum, vocauit eum vt sequeretur se? Dabit in conspectu eius gentes, & reges obtinebit. Dabit quasi puluerem gladio eius, sicut stipulam vento raptam arcui eius. Persequetur eos, transibit in pace, semita in pedibus eius non apparebit. Quis hæc operatus est & fecit, vocans generationes ab exordio? Ego dominus, primus & nouissimus ego sum. Viderunt insulæ & timuerunt, extrema terræ obstupuerunt, appropinquauerunt & accesserunt. Vnusquisque proximo suo auxiliatur, & fratri suo dicet: confortare. Confortabit faber ararius percutiens malleo eum qui cudebat tunc temporis. Idicent glutino bonum est, & confortabit eum clavis vt nō moueatur. Et tu Israel serue meus, Iacob quem elegi, semen Abraham amici mei, in quo apprehendi te. Ab extremis terræ & à longinquis eius vocaui te, & dixi tibi: Seruus meus es tu, elegi te & non abiecti te. Ne timeas quia tecum ego sum, ne declines, quia ego deus tuus. Confortaui te, & auxiliatus sum tibi, & suscepit te dextera iusti mei. Ecce confundentur, & erubescunt omnes qui pugnant aduersum te. Erunt quasi non sint, & peribunt viri qui contradicunt tibi. Quares eos & non inuenies viros rebelles tuos, & erunt quasi non sint, & veluti consumptio hominis bellantis aduersum te: quia ego dominus deus tuus apprehendens manum tuam, dicentque tibi: Ne timeas: ego adiuui te. Noli timere vermis Iacob, qui mortui estis ex Israel. Ego auxiliatus sum tui dicit dominus, & redemptor tuus sanctus Israel. Ego posui te quasi plaustrum triturans nouum, habens rostra serrantia. Et triturabis montes & comminues, & colles quasi puluerem pones. Ventilabis eos, & ventus tollet eos, & turbo disperget eos, & tu exultabis in domino, in sancto Israel lætaberis. Egeni & pauperes quæruerunt aquas & non sunt, lingua eorum siti aruit. Ego dominus exaudiam eos, deus Israel non derelinquam eos. Aperiam in supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes. Ponam desertum in stagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum. Dabo in solitudinem cedrum, & spinam & myrtum & lignum oliuæ. Ponam in deserto abietem, vlmum & buxum simul, vt videant, & sciant, & recogitent, & intelligant pariter, quia manus domini fecit hoc, & sanctus Israel creauit illud. Propè facite iudicium vestrum, dicit dominus, afferte siquid forte habetis, dixit Rex Iacob. Accedant, & nuntient nobis quæcunque ventura sunt. Priora quæ fuerunt nuntiate, & ponemus cor nostrum, & sciemus nouissima eorum, & quæ ventura sunt indicate nobis. Annuntiate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus quia dij estis vos. Bene quoque aut male si potestis, facite: & loquamur & videamus simul. Ecce vos estis ex nihilo, & opus vestrum ex eo quod non est. Abominatio est qui eligit vos. Suscitauit ab aquilone, & veniet ab ortu solis. Vocauit nomen meum, & adducet magistratus quasi lutum, & velut plastes conculcans humi.

Quis annuntiauit ab exordio vt sciamus, & à principio vt dicamus iustus es? Non est neque annuntians, neque prædicens, neque audiens sermones vestros. Primus ad Sion dicet: ecce assum, & Ierusalem Euangelistam dabo. Et vidi, & non erat neque ex istis quisquam qui iniret consilium, & interrogatus responderet verbum. Ecce omnes iniusti, & vana opera eorum, ventus & inane simulachra eorum.

† Infr. 44. a  
48. b  
Apoc. d  
22. c

† Infr. 43. c

D

† Psal. 106. d

† 12. q. 5. c. 1.

Mittitur Christus à patre in ruinam & resurrectionem multorum in Israel, licet multum mansuetus & munificus.

X L II.

1. Innuit ei.

2. Hoc testimonium iste in eam sententiam vult accipi quæ de fendit, vt quod ait: Dedi spiritum meum, &c. non ex propagine facere animas populo, sed nouas insufflare credatur. Aug. de anima. lib. 1. ca. 14.

3. Contendet.

4. In plaréis.

4. Animo fractus.



Ecce seruus meus, suscipiam eum, electus meus, complacuit sibi in illo anima mea. Dedi spiritum meum super eum, iudicium gentibus proferet. Non clamabit neque accipiet personam, nec audietur vox eius foris. Calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet. In veritate educet iudicium, non erit tristis neque turbulentus, donec ponat in terra iudicium, & legem eius insulæ expectabunt. Hæc dicit dominus deus, creans caelos & exten-

† Math. 12. b  
2. quæst. 7. c  
Nos si. in 6.

& extendens eos, firmans terram & quæ germinant ex ea, dans flatum populo qui est super terram, & spiritum calcantibus eam. Ego dominus vocavi te in iustitia, & apprehendi manum tuam, & seruaui te. Et dedi te in fœdus populi, in lucem gentium, ut aperires oculos cæcorum & educeres de conclusione vincitum, de domo carceris sedentes in tenebris. Ego dominus, hoc est nomen meum. † Gloriam meam alieni non dabo, & laudem meam sculptilibus. Quæ prima fuerunt, ecce venerunt, noua quoque ego annuntio, antequam orientur audita vobis faciam. † Cantate domino canticum nouum, laus eius ab extremis terræ. Qui descenditis in mare, & plenitudo eius, insulæ & habitatores earum. Subleuetur desertum & ciuitates eius, in domibus habitabit Cedar. Laudate habitatores petræ, de vertice montium clamabunt: ponent domino gloriam, & laudem eius in insulis nuntiabunt. Dominus sicut fortis egredietur, sicut vir praliator suscitabit zelum. Vociferabitur & clamabit, super inimicos suos confortabitur. Tacui semper, filii, patiens fui, sicut parturiens loquar. Dissipabo & absorbebo simul, desertos faciam montes & colles, & omne gramen eorum exiccabo. Et ponam flumina in insulas, & stagna arefaciam. Et educam cæcos in viam quam nesciunt, & in semitis quas ignorauerunt, ambulare eos faciam. Ponam tenebras coram eis in lucem, & praua in recta. Hæc verba feci eis, & non dereliqui eos. Conuersi sunt retrorsum. Confundatur confusione qui confidunt in sculptili, qui dicunt cõflatili: vos dii nostri. Surdi audite, & cæci intuemini ad videndũ. ] Quis cæcus nisi seruus meus, & surdus nisi ad quẽ nuntios meos ] nisi? Quis cæcus nisi qui venundatus est? ] Et quis cæcus nisi seruus domini? Qui vides multa, nõnne custodies? Qui apertas habes aures, nõnne audies? ] Et dominus voluit vt sanctificaret eum, & magnificaret legem, & extolleret, ipse autem populus direptus & vastatus. † Laqueus iuuenum omnes, & in domibus carcerũ absconditi sunt. ] Facti sunt in rapinã, nec est qui eruat in direptionem, nec est qui dicat, redde. Quis est in vobis qui audiat hoc, attendat & auscultet futura? Quis dedit in direptionem Iacob, & Israel vastantibus? Nõnne dominus, ipse est cui peccauimus? Et noluerunt in viis eius ambulare, & non audierunt legem eius. Et effudit super eum indignationem furoris sui, & forte bellum, & combussit eum in circuitu & non cognouit, & succendit eum, & non intellexit.

† Infra 49. b

† Inf. 4. 5. 9. dist. cap. Nullus.

† Psal. 149. a

† 2. quæst. 7. c. Paulus.

5. Dilatans.  
 b. Flatum committit omni qui super terram est populo dicitur: spiritum autem proprie his qui contemplantur terram, ut ostendat. Item li. 5. c. Cum igitur nos antea tangit cæci, & tanquam carcere fluitate inclusi sedentes in tenebris, ignorantes deum & veritatem, illuminati sumus: qui nos testamento suo adoptauit, & liberatos vinculis malis, atque in lucem sapientie productos in hereditatem regni celestis asseruit. Lactan. lib. 4. cap. 20.  
 6. Carcere.  
 d. Cum immensus homo in melius fuerit, cantat canticum nouum: cum vero in veritate permanferit canticum nouum in lingua habet, in corde non habet. Chryso. super illud Isa. Cantate domino, 101.  
 7. Leuet.  
 8. Et villis in quibus,  
 9. Gigas.  
 10. Pæuallebit. Tacui multo tempore.  
 c. Post longum silentium dominus quasi parturiens loquitur: quia quod nunc tacitus tolerat, in iudicio vult scire. Gsa. Moral. lib. 9. cap. 17.  
 11. Oblitua.

12. Visum recipite, vt videatis.  
 13. Nuntius meus quem misi.  
 14. Periculus.  
 15. Aperte sunt aures & nemo audit. Dominus pius est propter iustitiam suã, magnificat legem suam atque sublimat.  
 16. Illaqueati sunt in caveris omnes, & conclusi in carceribus.  
 f. Ostendit eor in corrigibiles, quia etiam causam flagellorum non recognoscunt, neque quo ad culpam, neque quo ad penam, neque quo ad modum. S. Tho. ibidem.

*Fideles Iudeos dispersos congregat, gentes ad fidem vocat, contemptores increpat, & Iudeorum subsannat sacrificia.* XLIII.

**E**T nunc hæc dicit dominus creans te Iacob, & formans te Israel: Noli timere, quia redemi te, & vocavi te nomine tuo. Meus es tu. Cum transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te. Cum ambulaueris in igne, non comburêris, & flama non ardebit in te, quia ego dominus deus tuus sanctus Israel, saluator tuus. Dedi propitiationẽ tuã ] Egyptũ, & Ethiopiam, & Saba pro te. Ex quo honorabilis factus es in oculis meis & gloriosus, ego dilexi te. Et dabo homines pro te, & populos pro anima tua. † Noli timere, quia ego tecum sum: Ab oriente adducam semen tuum, & ab occidente congregabo te. Dicam aquiloni, da: & austro, noli prohibere. Affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terræ. † Et omnem qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creauit eum, formauit eum & feci eum. Educ foras populum cæcum & oculos habentem, surdum & aurẽ ei sunt: Omnes gentes congregatæ sunt simul, & collectæ sunt tribus. Quis in vobis annũtiat istud, & quæ prima sunt audire vos faciet? Dent testes eorum & iustificentur, & audiant & dicat: Verẽ vos testes mei, dicit dominus, & seruus meus quem elegi, vt sciatis & credatis mihi, & intelligatis, quia ego ipse sum. Ante me non est formatus deus, & post me non erit. † Ego sum, ego sum dominus, & non est absque me saluator. Ego annuntiaui & saluaui & auditum feci, & non fuit in vobis alienus. Vos testes mei, dicit dominus, & ego deus. Et ab initio ego ipse, & non est qui de manu mea eruat. Operabor, & quis auertet illud? Hæc dicit dominus redemptor vester

† Sup. 14. c

† Hosee. 13. b

a. Multi ambulant, sed opus est vt quis bene transiat: cum illo enim dominus Iesus, qui bene transiit. Ideoque legitur. Cum transieris per aquam tectus ero, &c. Qui autem igne alligati in corpore suo, ignem libidinis, igne immodice cupiditatis, nõ transt, sed exurit in volucris illud animæ suæ. Ambro. Epist. 4. 4.  
 1. Aue per flumina.  
 b. Dominus sanctos suos liberat, primo ab igne carnalis tentationis, vt 1. Cor. 7. Melius est nubere quam vii. Secundo ab igne temporalis tribulationis. Plal. 16. Ipse me examinasti. 3. ab igne diuinae indignationis. Deut. 32. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit visus ad inferni nouissima. 4. ab igne æternæ damnationis. Matrh 21. Ite maledicti in ignem æternũ. S. Tho. ibid.  
 2. Pretium tuum.  
 3. Vocatur nomine meo.

c. Neque enim variẽ, neque elatẽ, neque gloriam hæc dicit: sed quoniam impossibile erat sine deo dicere deum, per verbum suũ docet homines scire deum. His igitur qui nesciunt hæc, & propter hoc alterum ad alium misse putant patrem, iustis dicitur: Erratis nescientes scripturas, neque virtutẽ dei. Item lib. 4. c. 10

4. Descendere feci profugos.

sanctus Israel. Propter vos emisi Babylonem, & <sup>4</sup> detraxi vectes] vniuersos, & Chaldaeos in nauibus suis gloriantes. Ego dominus sanctus vester, creas Israel, Rex vester. <sup>4</sup> Hæc dicit dominus qui dedit in mari viam, & in aquis torrentibus] semitam. Qui eduxit quadrigam & equum agmen, & robustum. Simul obdormierunt, nec resurgunt, contriti sunt quasi lilius, & extincti sunt. Ne memineritis priorum, & antiqua ne intuemini. <sup>†</sup> Ecce ego facio noua, & nunc orientur, vtique cognoscetis ea. Ponam in deserto viam, & in inuio flumina. Et glorificabit me bestia agri, dracones & struthiones, quia dedi in deserto aquas, flumina in inuio, vt darem potum populo meo, electo meo. Populum istum formauim mihi, laudem meam narrabit. Non me inuocasti Iacob, nec laborasti in me Israel. <sup>5</sup> Non obtulisti mihi arietem holocausti tui, & victimis tuis non glorificasti me. Non te seruire feci in oblatione, nec laborem tibi præbui in thure. <sup>6</sup> Non emisti mihi argento calanum, & adipe victimarum tuarum non inebriasti me. Veruntamen seruire me fecisti in peccatis tuis, præbuidisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. <sup>h</sup> Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. <sup>i</sup> Reduc me in memoriam, & iudicemur simul, <sup>†</sup> narra si quid habes vt iustificeris. Pater tuus primus peccauit, & interpretes] tui præuaricati sunt in me. Et contaminaui principes] sanctos, dedi ad internecionem] Iacob, & Israel in blasphemiam.

† 2. Cor. 5. d. Apoc. 21. b

† De per. di. 1. c. Ecce nung.

*Dominus nouum insinuat baptismum, idola subsannat, peccatores ad penitentiam vocat, at virtutem suam magnificat in omnes.* LXIIII.



**E** T nunc audi Iacob serue meus, & <sup>a</sup> Israel quem elegi. Hæc dicit dominus faciens & formas te, ab vtero auxiliator tuus. Noli timere serue meus Iacob, & rectissime quem elegi. Effundam enim aquas super sitiëtem, & fluuenta super aridam. <sup>b</sup> Effundam spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam, & germinabunt inter herbas quasi salices iuxta præterfluentes aquas. Iste dicet, domini ego sum, & ille vocabit in nomine Iacob. Et hic scribe manu sua domino, & in nomine Israel <sup>3</sup> assimilabitur. Hæc dicit dominus rex Israel, & redemptor eius dominus exercituum: <sup>†</sup> Ego primus & ego nouissimus, & absque me non est deus. Quis similis mei? Vocet & annuntiet, & ordinem exponat mihi: Ex quo constitui mihi populum <sup>†</sup> antiquum, ] ventura & quæ futura sunt, annuntiet eis. Nolite timere, neque conturbemini. Extunc audire te feci, & annuntiaui. Vos estis testes mei. Nunquid est deus absque me, & formator quem ego non nouerim? <sup>†</sup> <sup>d</sup> Plaxta idoli omnes nihil sunt, & amantissima eorum non proderunt eis. Ipsi sunt testes eorum, quia non vident, neque intelligunt vt confundantur. Quis formauit deum, & sculpsit confluuit ad nihil vtile? Ecce omnes participes eius confundentur. Fabri enim sunt ex hominibus. Conuenient enim omnes, stabunt & pauebunt, & confundentur simul. <sup>†</sup> Faber ferrarius lima operatus est, in prunis & in malleis formauit illud, & operatus est in brachio fortitudinis suæ. Esuriet & deficiet, non bibit aquam <sup>†</sup> & lassescet. ] <sup>†</sup> Artifex lignarius extendit normam, formauit illud <sup>†</sup> in runcina. ] Fecit illud in <sup>7</sup> angularibus, & in circino <sup>8</sup> tornauit] illud, & fecit imaginem viri quasi speciosum hominem habitantem in domo. <sup>†</sup> Succidit cedros, tulit ilicem & quercum, <sup>†</sup> quæ steterat] inter ligna saltus. Plantauit pinum quam pluuia nutriuit, & facta est hominibus in focum. Sumpsit ex eis & calefactus est, & succendit & coxit panes: de reliquo autem operatus est deum, & adorauit, fecit sculpsit, & curuatus est ante illud. <sup>†</sup> Medium eius combussit igni, de medio eius carnes coxit & comedit. Comedit pulmentum & saturatus est, & calefactus est, & dixit: <sup>†</sup> Vah, calefactus sum, vidi focum. ] <sup>†</sup> Reliquum autem eius deum fecit, & sculpsit sibi. Curuatur ante illud, & adorat illud & obsecrat, dicens: Libera me, quia deus meus es tu. Nescierunt neque intellexerunt. Obliti enim sunt ne videant oculi eorum, & ne intelligant corde suo. Non recogitant in mente sua, neque cognoscunt, neque sentiunt, vt dicant: Medietatem eius combussit igni, & coxi super carbones eius panes,   
Coxi

† Iere. 30. g & 40. g

† Sup. 41. b Intra 48. b Apoc. 1. d 22. c

† Baruc. 6. b

† Sap. 13. c

† Ibidem.

d. Hæc iuxta Hebraicis adhuc ad Israel dirigitur, quod redemptor eorum dominus & sanctus Israel hæc ad eos locutus sit Hierony. ibid.

e. Vehementibus. Hoc est, hæc non sunt digna memoria in comparatione futurorum. S. Tho.

f. Quoniam noua lex nouum populum constituit, nouos mores, nouos Pontifices, nouas ceremonias, ideo dicit hoc in loco Deus. Ecce ego facio noua. Et capite secundo & quinquagesimo quinto, & sexagesimo quinto, & alii in locis, hæc noui testamenti institutione prædicat: quæ de reuile ea que in sequentibus annotabimus. Pinit. ibidem.]

\* Mihi.

g. Nō emisti mihi. &c. scilicet in exitu de Aegypto. Est autem calamus vna de quatuor speciebus aromaticis, quæ ponebantur in rhytmiamate. De Lyræ. h. Peccatum autem aut donatur, aut deletur, aut regitur. Donatur per gratiam, deletur per sanguinem crucis, regitur per charitatem. Ambro. Apologia. Dauid. c. 13.

i. Cauere quando peccata tua aliqua obliuione obliteres, ne carnalibus captus iniquitatum tuarum immemor fueris. Greg. in Regest. lib. 9. c. 25. 6. Doctores.

7. Sacerdotes, deus in anathema. h. Hoc sonat nomen Israel, quod vir videns deum <sup>†</sup> in enim virum sonat. <sup>†</sup> ra, videtur. <sup>†</sup> el, deus, quo interpretatur nomen Israel. S. Tho.

b. Nulla enim potest esse plena benedictio, nisi per infusionem spiritus sancti. Vnde & apostolus nihil melius hoc nobis quod optaret, inuenit, sicut ipse dicit. Non desicimus pro vobis orantes & obsecrantes, &c. Colof. Ambro. de spiritu sancto. lib. 1. c. 7.

1. Germina tua.

2. Riuis aquarum.

3. Cognominabitur.

c. Si quia primus totius creaturæ filius dicitur, creaturam ipsam quoque creditis: quid dicitur, quando pater de se dicit: Ego primus, & ego nouissimus, &c. An & ipsum primum creaturatum, & creaturam andebitis prædicare? Non arbitror. Sic igitur pater non est creatura, quamuis primus dicatur, sic & filius. Et sic patet principium seipsum esse homini ostendit, licet: ego sum primus: sic & filius totius creaturæ primus dicitur, quia per ipsum omnia facta sunt, & ipse principium omnium atque creator est. Cyrillus contra hereticos. li. 10. c. 4.

4. Seculi.

d. Formatores idolorum.

5. Eriplanē deficiet.

e. Cum creta. Alij exponunt eum sibi colore tincto, vt appareat quid resuscandam, & quid relinquendum.

7. Angulis.

8. Figurauit.

f. Ista inducuntur ad ostendendum, quod idola aliquando sūt de vili materia, & applicabili foco, pro necessitate hominis, & ideo nō est applicabilis ad hoc quod fiat ibi aliquid numinis, & sic patet factitas eorum. De Lyræ.]

\* Exercet se querere meliora.

g. Euge calefeci me, sensi ignem.

h. Hoc est, ex cinis ligno vna partem vendidit: ex qua emittit carnes, & aliq̄ ex altera coxit. Reliquū autem ligni fecit deū: quē caribus faciat, & lignis calcatus adorauit. Dion. ibid.



Coxi carnes & comedi, & de reliquo eius idolum faciam? Ante truncum ligni proci-  
dam? <sup>10</sup> pars eius cinis est.] Cor insipiens adoravit illud, & non liberavit animam suam,  
neque dicit: forte mendacium est in dextra mea. <sup>11</sup> Memento horum Iacob & Israel,  
quoniam servus meus es tu. Formavi te, servus meus es tu Israel, non obliuiscaris mei.  
**D** <sup>12</sup> Deleui vt nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua. Reuertere ad me,  
quoniam redemi te. Laudate caeli, quoniam misericordiam fecit dominus, iubilate  
extrema terra. Resonate montes laudationem, saltus & omne lignum eius, quoniam  
redemit dominus Iacob, & <sup>13</sup> Israel gloriabitur. <sup>14</sup> Haec dicit dominus redemptor tuus,  
& formator tuus ex vtero. Ego dominus faciens omnia, extendens caelos solus. <sup>15</sup> Sta-  
bilis terram, & nullus mecum, irrita faciens signa diuinorum, & ariolos in furorem  
vertens. Conuertens sapientes retrorsum, & scientiam eorum stultam faciens. <sup>16</sup> Susci-  
tans verbum serui sui, & consilium nuntiorum suorum complens. Qui dico Ierusalem,  
habitaberis: & ciuitatibus Iuda, edificabimini: & deserta eius suscitabo. Qui dico pro-  
fundo, desolare: & flumina tua arefaciam. Qui dico Cyro, pastor meus es, & omne vo-  
luntatem meam complebis. Qui dico Ierusalem, edificaberis: & templo, fundaberis.

*Liberaturus Israel dominus à Babylonis captiuitate, liberatoris annuntiat natiuitatem:  
cui licet quidam contradicant, omnes tamen ad illius fidem conuertentur. X L V.*

**A** <sup>1</sup> Haec dicit dominus Christo <sup>1</sup> meo] Cyro, cuius apprehendi dexteram vt  
subiiciam ante faciem eius gentes, & <sup>2</sup> dorfa Regum vertam.] <sup>3</sup> Et aperiam  
coram eo ianuas, & portae non cludentur. Ego ante te ibo, & <sup>4</sup> gloriosos  
terra humiliabo.] Portas areas conteram, & vectes ferreos confringam.  
Et dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum, vt scias quia ego dominus,  
qui voco nomen tuum deus Israel, propter seruum meum Iacob, & Israel electum  
meum. Et vocaui te nomine tuo, <sup>4</sup> assimilauit te, & non cognouisti me. Ego domi-  
nus, & non est amplius. <sup>5</sup> Extra me] non est deus. Accinxi te & non cognouisti me, vt  
sciant ij qui ab ortu solis, & qui ab occidente, quoniam <sup>6</sup> absque] me non est deus.  
Ego dominus & non est alter, <sup>7</sup> formans lucem & creans tenebras, faciens pacem &  
<sup>8</sup> creans malum. <sup>9</sup> Ego dominus faciens omnia haec. Rorate caeli desuper, & <sup>10</sup> nubes  
pluant <sup>11</sup> iustum, ] aperiat terra & <sup>12</sup> germinet saluatorem, & iustitia oriatur simul.]  
Ego dominus creauit eum. <sup>13</sup> Vae qui contradicit fictori suo, testa de famis terra. <sup>14</sup> Nun-  
quid dicit lutum figulo suo: quid facis? & opus tuum absque manibus est? Vae qui di-  
cit patri: quid generas? & mulieri: quid parturis? Haec dicit dominus sanctus Israel, pla-  
stes eius. Ventura interrogate me, super filios meos, & super opus manuum mearum  
mandate mihi. Ego feci terram, & hominem super eam creauit. Ego & manus meae  
tetenderunt caelos: & omni militiae eorum mandaui. Ego suscitaui eum ad iustitiam,  
**C** & omnes vias eius dirigam. <sup>15</sup> Ipse edificabit ciuitatem meam, & captiuitatem meam  
dimittet, non in pretio neque in muneribus, dicit dominus deus exercituum. Haec di-  
cit dominus: Labor Aegypti & negotiatio Aethiopiae & Sabaim viri sublimes ad te  
transibunt, & tui erunt, & post te ambulabunt. Vincti manicis pergent, & te adora-  
bunt: teque deprecabuntur. Tantum in te est deus, & non est deus absque te. Verè tu  
es deus absconditus, deus Israel saluator. Confusi sunt & erubuerunt omnes simul, a-  
bierunt in confusione fabricatores <sup>9</sup> eorum. ] Israel saluatus est in domino salute  
aeterna. <sup>16</sup> Non confundemini & non erubescetis vsque in seculum seculi, quia haec  
dicit dominus creans caelos. Ipse deus formans terram & faciens eam, ipse plastes  
eius. Non in vanum creauit eam, sed vt habitaretur, formauit eam. Ego dominus, &  
**D** non est alius. <sup>17</sup> Non in abscondito locutus sum, in loco terrae tenebroso. Non dixi  
semini Iacob frustra, quaerite me. Ego dominus loquens iustitiam, annuntians recta.  
<sup>18</sup> Congregamini & venite, & accedite simul qui saluati estis ex gentibus. Nescierunt  
qui leuant signum sculpturae suae, & rogant dominum non saluantem. Annuntia-  
te & venite, & consiliamini simul. Quis auditum fecit hoc ab initio? <sup>19</sup> ex tunc praedi-  
dixi illud. ] Nunquid non ego dominus, & non est ultra deus absque me? Deus

10. Paſcit cinerē, hoc est, Rem  
inutilem & inanem facit.  
h. Praemissa deorum gentium  
vilitate tam ex materia, quam  
ex artificio, atque effectu: ex illo-  
rum abominatione reuocat po-  
pulum Iudaicum ad verum dei  
cultum, & veri dei notitiam.  
Et hoc quantum ad praestitum  
beneficium creatoris, libera-  
tionis, & promissionis. S. Tho.  
ibidem.

\* In.  
[1. Supra locutus est de idolis  
subuersione & Israel peniten-  
tia redemptione nunc autē de  
potentia lux magnitudine. ne  
quis dubitet de saluatione quā  
promittit. Glosa ordina. ibid.]  
11. Dilatans.  
k. Sub Cyro enim iustum est vt  
aedificaretur Ierusalem & tem-  
plum: tantum vivente illo iusta  
sunt fundamenta. Ceterum sub  
Dario anno eius secundo pro-  
phetantibus Haggae & Zacha-  
ria templum aedificari coeptum  
est Hier. ibid.

† 24. quæst. 3.  
c. Quidam.  
Amos. 3. b

† Roma. o. d.  
Iere. 18. a  
Luc. 23. c

a. Haec historiae praedixit Iſaia  
plurimum ducentis annis ante-  
quam eueniret, sed & ante Cy-  
ri natiuitatem: cuius nomen  
ante natiuitatem illi in dextera  
est.  
1. Suro.  
2. Lumbos regum distulim.  
3. b. Aperiam coram eo, i. faciam  
aperiri, quia Dominus tantum  
inimicabat timorē aliquibus  
quod recipere Cyrum in do-  
minum sine contradictione. De  
Iera. ibid.]  
3. Vias obliquas rectas faciam.  
4. Cognominaui te.  
5. Praeter me.

6. Praeter.

c. Cum res bonae nobis male a-  
genibus in flagellum formae  
vt vitus quod est vix serpenti,  
hominem autem mori. Greg. Mor-  
tal. 3. cap. 6.  
d. Non nubes ista corporis. in  
quis aer densat cogitur, sed  
propheta & apostoli.  
7. Iustitiam.

8. Praedixit filius & iustitia,  
quae terra simul germinare fa-  
ciat.

e. Hoc ad eos pertinet qui di-  
cunt: quare talis conditus sum,  
qui non possum in perpetuum  
carere peccato? Quare tale  
vas fictum, vt non adamanti-  
um permanerem, sed ad om-  
nem rictum fragile atque fragi-  
le. Hier. aduers. Pelagian. h. 2.  
f. Promittit Deus his verbis  
Cyro imperium Aegyptiorum, A-  
ethiopiae, & Sabaimorum. Est au-  
tem Sabaim trans Aethiopiae.  
Sed hoc ad Christum potius re-  
fertur, cui caelestis pater potius  
promittit has regiones, & per  
eos intelligit aliam omnem euan-  
gelii suscepturam, cuiusque im-  
perio subiicienda. Id etiam di-  
cit in Psal. 2. Postula à me, &  
dabo tibi gentes hereditatem  
tuam, & possessionem tuam ser-  
uatos terrae. Pintus. ibid.]

g. Sculptilium.  
h. Qui autē filius dei aduersatur,  
nisi qui patre in ipso, & ipsum  
in patre per unitatem naturae  
denegant esse? Atque patrem &  
filium per naturalem discretio-  
nem audent perfide infidelita-  
tis vicio separare? Sic enim est  
pater in filio, sicut filius in pa-  
tre. Fulgen. ad Thrasimundum  
regem. lib. 7.

i. In iungit Iudaeis gentium vo-  
cationem commemorans eorū  
salutem: quasi congregandas  
praedicit ad suum praecipuum  
audiendum. S. Tho. ibid.  
10. Aut eis praedixit aliquid

iustus & saluans nō est præter me. Conuertimini ad me & salui eritis omnes fines ter-  
ræ, quia ego deus & non est alius. <sup>1</sup> In memetipso iuravi, egredietur de ore meo iusti-  
tiæ verbum, & non reuertetur, <sup>†</sup> quia mihi curuabitur omni genu, & iurabit omnis  
lingua. <sup>11</sup> Ergo] in domino dicit: Mea sunt iustitiæ & <sup>12</sup> imperium. Ad eum venient,]  
& confundentur omnes qui repugnant ei. In domino iustificabitur & laudabitur om-  
ne semen Israel.

† Rom. 14. b  
Philip. 2. b

*Idololatriam execratus dominus, Iudeos ab illa reuocat ad penitentiam, salutem  
pollicitus in Christo suo. XLVI.*



<sup>1</sup> On fractus est Bel, contritus est Nabo, ] facta sunt simulachra eorum be-  
A  
stii & iumentis. Onera vestra graui pondere vsque ad lassitudinem con-  
tabuerunt, & contrita sunt simul. Non potuerunt saluare <sup>2</sup> portantem, ] &  
anima eorum in captiuitatem <sup>3</sup> iuit. ] Audite me domus Iacob, & omne  
residuum domus Israel. <sup>b</sup> Qui portamini à <sup>4</sup> meo] vterò, qui gestamini à mea] vulua.  
<sup>5</sup> Vsq̄ue ad senectam ego ipte, & vsque ad canos ego portabo. Ego feci & ego feram, <sup>B</sup>  
& ego portabo, & saluabo. <sup>†</sup> Cui assimilastis me & adæquastis, & comparastis me, &  
<sup>†</sup> sup. 40. f  
fecistis similem? Qui <sup>5</sup> confertis] aurum de sacco, & argentum statèra ponderatis,  
<sup>†</sup> Barac. 6. c  
& cum clamauerint ad eum, non audiet: de tribulatione non saluabit eos. Mementote  
istud & <sup>6</sup> confundamini, ] redite prauaricatores ad cor. Recordamini <sup>7</sup> prioris seculi, ]  
quoniam ego sum deus, & non est vltra deus, nec est similis mei annuntians ab exor-  
dio nouissimum, & ab initio quæ necdum facta sunt, dicens: Consilium meum stabit,  
& omnis voluntas mea fiet. <sup>d</sup> Vocans ab oriente auem: & de terra longinqua virum <sup>8</sup>  
voluntatis meæ. ] <sup>9</sup> Et locutus sum & adducam illud, creauit vt faciam illud. Audite me <sup>D</sup>  
duo corde, qui longe estis à iustitia. Prope feci iustitiam meam, non elongabitur, &  
salus mea non morabitur. <sup>e</sup> Dabo in Sion salutem, & in Israel gloriam meam.

*Superbie Babylonis per Astronomiam seductæ comminatur dominus humiliatio-  
nem & ruinam. XLVII.*



<sup>1</sup> Descende, sede in puluere, virgo filia Babilō, sede in terra. Non est solum <sup>A</sup>  
filia Chaldæorum, <sup>†</sup> quia vltra nō vocaberis mollis & tenera. ] Tolle mo-  
lam & mole fatinam, <sup>2</sup> denua turpitudinem tuam. <sup>3</sup> Discooperi hume-  
rum, ] reuela crura, <sup>†</sup> trans] flumina. <sup>†</sup> Reuelabitur ignominia tua, & vi-  
<sup>†</sup> Nah. 3. b  
debitur opprobrium tuum. Vt ionem capiam, & non resistet mihi homo. Redemptor  
noster dominus exercituum, nomen illius sanctus Israel. Sede tacens, & intra in tene-  
bras filia Chaldæorum, quia non <sup>4</sup> vocaberis vltra domina] regnorum. <sup>5</sup> Iratus sum <sup>B</sup>  
super populum meum, contaminaui hereditatem meā. Et dedi eos in manu tua, non  
posuisti eis misericordias. Super senem aggrauasti iugū tuum valde, & dixisti: In sem-  
piternum ero domina. Non posuisti hæc super cor tuum, neque recordata es nouissi-  
mi tui. Et nunc audi hæc delicata, & habitans confidenter, quæ dicis in corde tuo: <sup>†</sup> e-  
<sup>†</sup> Apoc. 18. b  
Infr. 51. f  
go sum, & non est præter me amplius. Non sedebo vidua, & ignorabo sterilitatē. <sup>6</sup> Ve-  
nient tibi hæc duo subito in die vna, sterilitas & viduitas. <sup>7</sup> Vniuersa venerunt] super <sup>C</sup>  
te propter multitudinem maleficiorum tuorum, & propter duritiam incantatorum  
tuorum vehementem. Et fiduciam habuisti in malitia tua, & dixisti: Non est qui vi-  
deat me. <sup>†</sup> Sapiencia tua & scientia tua hæc <sup>8</sup> decepit te. ] Et dixisti in corde tuo: Ego  
sum, & præter me nō est altera. Veniet super te malū, & nescies ortū eius, & irruet su-  
<sup>†</sup> Iere. 49. c  
per te calamitas quam non poteris expiare. Veniet super te repente miseria quàm ne-  
scies. <sup>d</sup> Sta\* cum incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficorum tuorum in qui-  
bus laborasti ab adolescentia tua, si fortè quid prosit tibi, aut si possis fieri fortior.  
<sup>9</sup> Defecisti in multitudine consiliorum tuorum. Stent\* & saluent te augures cœli <sup>D</sup>  
qui contemplantur sydera, & supputabant menses, vt ex eis annuntiarent ventura  
tibi.

1. Si ergo impossibile est ista nō fieri, quia nec incerta præscientia dei est, nec mutabile cōsiliū, nec inefficax voluntas, nec falsā promissio: omnes isti de quib. hæc prædicta sunt, sine cuiuslibet exceptione saluatur. Dat enim leges iustas in sensum ipsorum, cæque in cordibus eorum digito suo scribit, vt agnitionem dei non doctrine humane opere, sed magisterio summi creatoris accipiant. Ambr. de vocacione gentium lib. 7. cap. 3. 11. Vtique. 12. Fortitudo, & vsque ad eum peruenit.  
1. Contendit bel, succubuit Nabo, vel Dagon iuxta 70.  
2. Cecidit bel quem Greci Belium, i. Saturni vocant, cui fuit tanta apud veteres religio, vt non solum humanas hostias ca ptiouitque ignobiliumque mortalium, sed & suos liberos immolarent. Hæro. ibidem.  
3. Onus.  
3. Ibit.  
3. b. Qui gestamini tanquam secus conceptus per defectum vsque ad terræ promissionem. Dru enim patienter eos expectauit, & in deserto peccantes, & in terra promissionis, & post passio- nem per quadraginta annos. Gloria or. hinc. ibid.]  
4. Moab.  
5. Depromittit.  
6. Roborate vos.  
6. Primo redi ad cor tuum: exul & negaris foris, teipsum non nostis, & quæris à quo factus es, redi, redi ad cor, tolle te à corpore. Aug. super Ios. Tract. 18.  
7. Priori, quæ fuerunt à seculo. 8. Vocans ab oriente auem, i. Cyrum ad modum auis veloci- ter venturum: virum voluntatis meæ i. executorum meæ volun- tatis. De Lyca. ibid.]  
8. Consilij mei.  
9. Hoc est, gloriosam Christi manifestationem, quo ad opera eius miraculosa, & prælatissi- ma eius documenta. De quib. Hagga 2. Implebo domū istā gloria. Magna erit gloria do- mius huius nouissima magis, quam prime Dion. ibid.  
1. Non adiciunt vt vocent te mollem & delicatam.  
2. Dissolue cincinnos tuos, denuda pedes.  
3. Per ista designatur applica- tio ad opus misericordie. Cum enim qualis ad talia se applicat, tales cooperituras amouent, & eadem scruentia impotatur per litte- ram commem. est dicitur De- nuda turpitudinem tuam, quia ornamenta ablatio est quedam turpitudinis denudatio. De Lyca.]  
3. Vt transierit.  
4. Adiciunt vt vocent te domi- nam.  
b. Occulta quæstio nascitur cur irascetur deus aduersus Chaldæos, quos ipse misit ad ex- pugnandum Israel. Respondet na- tum se contra populum suum, contempserit eos voluisse, non per- dere veritate, non occidere. Hæro. ibid.  
c. Hoc commigit dum Cyrus & Darius cum exercitibus suis Ba- bylonē improuit ingrediti sunt per aluē sup. hinc fluminis, per mediam vrbem fluentem: ter- restremque Balthasar regē, atque Chaldæos eorumque ho- nos. Dion. ibid.  
4. Secundam integritatem suam veniant.  
6. Rebellare te fecit.  
d. Ferrus enim magis à Chal- dæis prius iumenta: & ideo ex quo condus est, aribus magi- cis semper plena iuuib. Et cetera à suis astrologis & sorum confi- do, eos irruet, qui per suas con- stellationes tanta mala præqui- dit non potuerunt, vt sibi ab- illis cæcerent. S. Theobid, \* Nunc.

tibi. Ecce facti sunt quasi stipula, ignis combussit eos. Non liberabunt animam suam de manu flammæ, non sunt prunæ quibus calefiant, nec focus ut sedeant ad eum. Sic facta sunt tibi, in quibuscunque laboraueras. ] Negociatores tui ab adolescentia tua: vnusquisque in via sua errauerunt, non est qui salutet te.

[e. Nō sunt prunæ, &c. Ille ignis non erit eis ad recreationē sicut ille qui sit in camino in hyeme, sed ad exterminationem adoleſcentia. De Lyra ibidem.]  
f. Facti sunt illi cum quibus te sagisti.

*Iudeorum duritiam dominus increpat per ea quibus nouerant prius dominum creasse cælum & terram, quæ prædixerat per prophetas, & eorum malum propter idolorum cultum.*  
XLVIII.



**A** Vidite hæc domus Iacob, qui vocamini nomine Israel, & de aquis Iuda existis qui iuratis in nomine domini, & dei Israel recordamini non in veritate neque in iustitia. De ciuitate enim sancta vocati sunt, & super deum Israel constabiliti ] sunt. Dominus exercituum nomen eius. Priora extunc annuntiaui, & ex ore meo exierunt, & audita feci ea, repente operatus sum & venerunt. Sciui enim quia durus es tu, & neruus ferreus, ceruix tua: & frons tua ærea. Prædixi tibi ex tunc, antequam venirent, indicaui tibi, ne forte diceres: Idola mea fecerunt hæc: & sculptilia mea & conflabilia mea mandauerunt ista. Quæ audisti, vide omnia. Vos autem non annuntiaſtis. Audita feci tibi noua ex tunc, & conseruata sunt quæ nescis. Modo creata sunt, & non ex tunc & ante diem, & non audisti ea, ne forte dicas: ecce cognoui ea. Neque audisti neque cognouisti, neque ex tunc aperta est auris tua. Scio enim quia prauaricans, prauaricaberis, & transgressorem ex vtero vocaui te, propter nomen meum longe faciam ] furorem meum, & laude mea infranabo te, ] ne intereas. Ecce excoxi te, sed non quasi argentum, elegi te in camino paupertatis, propter me, propter me faciam, ut non blasphemem, ] & gloriam meam alteri non dabo. Audi me Iacob, & Israel quem ego voco: Ego ipse, ego primus & ego nouissimus. Manus quoque mea fundauit terram, & dextera mea mēsa est cælos. Ego vocabo eos, & stabunt simul. Congregamini omnes vos, & audite: Quis de eis annuntiauit hæc? Dominus dilexit eum, faciet voluntatem suā in Babylone, & brachium suū in Chaldeis. ] Ego, ego locutus sum & vocaui eum, adduxi eum, & directæ est ] via eius. Accedite ad me, & audite hoc. Non à principio in abscondito locutus sum. Ex tempore antequam fierent, ibi eram, & nunc dominus deus misit me & spiritus eius. Hæc dicit dominus deus, redemptor tuus sanctus Israel. Ego dominus Deus tuus docens te vitia, gubernans ] te in via qua ambulas. Utinam attendisses mādāta mea. Facta fuisset sicut flumen pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris. Et fuisset quasi arena semen tuum, & stirps vteri tui, ut lapilli eius. Non interisset & non fuisset attritum nomen eius a facie mea. Egredimini de Babylone, fugite à Chaldeis. In voce exultationis annuntiate, auditum facite hoc, & ferte illud vsque ad extrema terræ. Dicite: Redemit dominus seruum suum Iacob. Non siterunt in deserto cum educeret eos. Aquam de petra produxit eis, & scidit petram & fluxerūt aquæ. Non est pax impiis, dicit dominus.

† Sup. 42. b

† Sup. 41. b. & 44. a

† Exod. 17. d  
Nume. 20. b  
Sep. 11. a  
Ierem. 17. d

*Super præterita beneficia promittit dominus futuram liberationem & libertatem, non obstante diuina indignatione, & hostium potestate.*  
XLIX.



**A** Vidite insulæ, & attendite populi de longe: Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei. Et posuit os meum quasi gladium acutum, in umbra manus suæ protexit me, & posuit me sicut sagittam electam. In pharetra sua abscondit me, & dixit mihi: Seruus meus es tu Israel, quia in te gloriabor. Et ego dixi: In vacuum laboraui, sine causa, & vane fortitudinem meam consumpsi. Ergo iudicium meum cum domino, & opus meum cum deo meo. Hæc dicit dominus formans me ex vtero seruum sibi, ut reducam Iacob ad eum, & Israel ad eum congregabitur. Et glorificatus sum in oculis domini & deus meus factus est fortitudo mea. Et dixit: Parum est ut sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & faces Israel conuertendas. ] Ecce dedi te in

† Infra. g. c

† Sep. 42. b  
A. 2. g

a. Quia in præsentem eadem sententia est Babyloniomm delictio, egruus ordo est, ut in illo tractatu prædicetur luxuriam de Babylonia captiuitate saluatio. Diony. ibid.

b. Notandum quod non appellat eos Iacob, sed domum Iacob: nec Israel, qui hoc falſe appellatur nomine, cum opus non habeant nominis. Hierony. ibid.

c. Hoc est, inflexibilis: & ferrea, hoc est, firmidens, nec ferens erubescere. Chryſo.

d. Q. d. Ideo non reuelari ut sit titer delictum tuum, & deſerui tuorum, in hoc quod de Iuribus non potes sentire, vel prætere, nisi quæ tibi reuelabo. S. Theobaldus.

e. Quasi plurima nuntiatorum eram, sed quia non recordaris quæ dico, quæ dicitur eram refero. Cito. ordi. ibid.]

f. Difficili.

g. Propter laudem meam longanimis ero.

h. Alioquin quantum profanaretur, sub. nomen meum.

i. Offenditur potentia dei liberantis, & hæc ex creatione terra de nihilo, ad quam requiritur potentia infinita, quia inter nihil & aliquid nō est proportio aliqua. De Lyra.]

k. Nos enim & scimus, & legimus, & credimus, & tenemus, vnum esse deum, qui fecit cælum patier & terram: quoniam nec alterum nouimus aut nosse, cū nullus sit, aliquando potuimus. Tertulia. de Trinit.

l. Contra Babylonom, & potentiam suam contra Chaldeos, 6. Propterabitur.

m. Si spiritus sanctus minor creditur, quomodo sit spiritus sicut & parte ita à spiritus sancto missi esse testatur Aug. de nat. do. sermo. 2.

n. Ambulare faciens. Non vigile ut regionem Babyloniis Hebraus fugiat, sed ve mores, prophetice admonetur alloquio, quidem sunt qui in Babylone sunt Hebraei, & de Babylone exiisse moribus doceat. Amb. de Isaac cap. 6.

o. Redemit dominus seruum suum Iacob, scilicet, in liberatione de captiuitate Babylonica, reducere ad memoriam tanquam grati liberationem de captiuitate Aegypti. De Lyra.]

p. Quod in euāgelio adimpletur quando Christus, qui est petra, indicat idem Isaac in passione. Cyprian. Epist. lib. 2. Epist. 3.

a. Trāſſit ad eccleſias à gentibus congregatas, & eis sub insulari nomine loquitur, quæ ita perſecutorū inſidiis, quæſi matris fluitibus patent. Hierony. ibid.

b. Sagitta electa verbum dei est, ante ſecula ex patre natum. Nā abscondit in pharetra corporis digniſſimè deitatis à dracone Cliry aduerſus hæreticos.

c. Aduertimus ergo quod propter congregationē populi formam ſuſcepit ſeruitutis. Audis Iude, & pro gratia contumeliā referi: & hoc ad perſidiam deriuas, propter quod magis credere debuisti. Ad te vocandum venit, & tu conuertiſti. Ambro. in Pfal. 15.

d. Deſolationem Iſrael reducat.

[Ad contemptibilem animam, id est, ad Christum denominando a parte eorum, qui in humanitate assumpta contemptibilis apparuit, vt infra 33. ca. Quod si abscinditur vultus eius, & respiciendus est. Ad abominatam gentem id est, ad primitiuam ecclesiam, quam supramodum abominati sunt principes Iudeorum, vt patet in Actibus Apostolorum. Postea multi Romanorum imperatores, & multi alij eam totaliter exterminare quærentes. De Lyra.]  
 e. Misericordia dei tunc acceptabilis est, quando necessitatis & angustie tempus est. Chryso. in Matth. 24. cap. homi. 5.  
 2. Eminentiibus locis erit.  
 f. Ergo faciebantur. Quod vtique nisi esurientibus & sitientibus non promittitur. Tertullianus aduersus Marcionem. lib. 4.  
 3. Dicitur.  
 g. Id est, Tollam à vultu omnia impedimenta vt omnes possint ambulare, & ad ecclesiam gloriam venire, & semita mea exstrahatur, hoc est, erunt pulchra, strata & munita. Pincus.]  
 h. Excludit eorum dubitationem quæ ex diuina indignatione, ex eorum deiectione, & ex hostium potestate oriebatur. S. Tho. ibid.  
 4. Illi obliuiscerentur.  
 i. Quis nesciat quia dei memoria nec obliuione rumpitur, nec recordatione facitur? Sed dum aliqua deieris prætermittere, more mentium obliuisci dicitur Grego. Moral. lib. 32. cap. 5.  
 k. Hoc est, ad consolationem tuam, multiplicationem, & gloriam. De gentium est obliuione auferat illi factis apostolis, & eorum cooperantibus gratia in presentibus, & gloria in futuro. Dion. ibidem.  
 5. Sede à me.  
 6. Vnde sunt.  
 l. Audi obsecro, & tecum perpende quid hic tibi loquatur ac respiciat dominus. Ecce, inquit, erigam manus meas ad gentes, erecturus item passionis mee vexillum ad populos, ex omni natione quæ sub celo est, allaturus aliquot qui dicis meis credant. Tostarius ibid.]  
 m. Quia ecclesia Christi ab omnibus gentibus honoratur, & diuina laude propter auctoritatem veri dei vniuerso mundo predicatur: Cui etiam per Ibsiam ipse dicitur: Ecce leuo ad gentes manus meas & ad populos, &c. Rabanus in 44. cap. Eccle.  
 7. Me.  
 8. Captiuitas iusti recuperabitur.  
 n. Id est, demones qui te ad mortis iudicium traxerunt, vel Iudeos qui te iniuste detinuerunt, iudicabo iudicio reprobationis quod ipsi merentur. Dionys.

lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. Hæc dicit dominus redemptor Israel, sanctus eius, ad contemptibilem animam, ad abominatam gentem, ad seruum dominorum. Reges videbunt & confurgent principes, & adorabunt propter dominum, quia fidelis est, & sanctum Israel qui elegit te. Hæc dicit dominus: In tempore placito exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum tui. Et seruaui te, & dedi te in fœdus populi, vt suscitares terram, & possideres hæreditates dissipatas, vt diceres iis qui vincti sunt, exite: & iis qui in tenebris, reuelamini. Super vias pascetur, & in omnibus planis] pascua eorum. Non esurient neque sitient, & non percutiet eos æstus & sol, quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos. Et ponam omnes montes meos in viam, & semitæ meæ exaltabuntur. Ecce isti de longe venient, & ecce illi ab Aquilone & mari, & isti de terra australi. Laudate cœli & exultet terra, iubilate montes laudem, quia consolatus est dominus populum suum, & pauperum suorum miserebitur. Et dixit Sion: Dereliquit me dominus, & dominus oblitus est mei. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt nõ misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te, muri tui coram oculis meis semper. Venerunt structores tui: destruentes te & dissipantes, à te exibunt. Leua in circuitu oculos tuos & vide, omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. Viuo ego dicit dominus, quia omnibus his velut ornamento vestiæris, & circumdabis tibi eos quasi sponsa. Quia deserta tua & solitudines tuæ, & terra ruine tuæ nunc angusta erunt præ habitatoribus, & longè fugabuntur qui absorbebant te. Adhuc dicent in auribus tuis filij sterilitatis tuæ: Angustus est mihi locus, fac spatium mihi] vt habitem. Et dices in corde tuo: Quis mihi genuit istos? Ego sterilis & non pariens, transmigrata & captiua, & istos quis enutriuit? Ego destituta & sola, & isti vbi hæc erant? Hæc dicit dominus deus. Ecce leuabo ad gentes manum meam, & ad populos exaltabo signum meum. Et afferent filios tuos in vlnis, & filias tuas super humeros portabunt. Et erunt reges nutritij tui, & reginæ nutritrices tuæ. Vultu in terra demisso adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent. Et scies quia ego dominus, super quo non confundentur qui expectant eum. Nunquid tolletur à forti præda, aut quod captum fuerit à robusto saluum esse poterit? Quia hæc dicit dominus: Equidem & captiuitas à forti tolletur, & quod ablatum fuerit à robusto, saluabitur. Eos verò qui iudicauerunt te, ego iudicabo: & filios tuos ego saluabo. Et cibabo hostes tuos carnibus suis, & quasi musto sanguine suo inebriabuntur. Et sciet omnis caro, quia ego dominus saluans te, & redemptor tuus fortis Iacob.

*Iudei suam liberationem, negligentiam in legem, crudelitatem in Christum agnouerunt: per quem quidam liberandi sunt, quidam reprobandi.* L.

a. Vbi.

a. Propter iniquitates vestras.  
 2. Et ideo Christus suo sanguine redemit quos propria peccata vendiderant. Sed venditur Christus edificationis susceptione, nõ culpe peccati pretio exentur, quia peccatum ipse nõ fecit. Ambrosius de Ioseph. patriarcha. cap. 4.  
 3. Propter iniquitates vestras abiecta est mater vestra.  
 4. Responderet.  
 5. Abbreuiando abbreviata sit.  
 6. Siccare.  
 7. Inqui verbum cum lassu. Excitabit, & iusta.  
 8. Doctus.  
 b. Dorsum sive corpus, & maxillas sive genas dicit & vultum, hoc est humani corporis portio ner. Quod cum caro verbi patiebatur, vt manes in carne dei verbum, patiebatur carne, sicut scriptum est i. Petri. 4. Christo in carne passio, in se vsique pro corporis assumptione referebat Ambrosius de incarnato. do cap. 5.  
 9. Ab ignominia ipso.



Hæc dicit dominus: Quis est hic liber repudij matris vestræ, quo dimisi eam? Aut quis creditor meus, cui vendidi vos? Ecce enim in iniquitatibus vestris] venditi estis, & in sceleribus vestris dimisi matrem vestram: quia veni, & non erat vir: vocaui, & non erat qui audiret. Nunquid abbreviata & paruula facta est] manus mea, vt non possim redimere? Aut non est in me virtus ad liberandum? Ecce in increpatione mea desertum] faciam mare, ponam flumina in siccum. Computrescent pisces sine aqua, & morientur in siti. Induam cœlos tenebris, & sacco ponam operimentum eorum. Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt sciam] suscitare eum, qui lassus est verbo. Erigit] mane, mane erigit mihi aurem, vt audiam quasi magistrum. Dominus deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, retrorsum non abij. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus, faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me. Dominus deus auxiliator meus, ideo non sum confusus. Ideo posui faciem meam vt petram durissimam, & scio quoniam non confundar. Iuxta est qui iustificat me. Quis contradicet mihi? Stemus simul.

Quis

† 1. Cor. 6. a  
Sup. 4. 2

† Apoc. 7. d

† Infr. 51. c

† Ibidem;

† 2. q. 6. c. Ad  
Romanam.

† Infr. 60. a

† De per. di.  
1. Ecclesia,  
35. q. 1. §.  
Itaque.

† Infr. 59. a  
† Osee. 4. b

† Matth. 26. g

**Quis** 1º est aduersarius meus? ] Accedat ad me. Ecce dominus deus auxiliator meus. **Quis** est qui cõdemnet me? 2º Ecce omnes quasi vestimentum 3º conterentur, & tinea comedet ] eos. **Quis** ex vobis timens dominum, audiens vocem serui sui? **Qui** ambulauit in tenebris, & non est lumen ei? **Speret** in nomine domini, & innitatur super deum suum. 4º Ecce vos omnes accendentes ignem, accincti flammis. **Ambulate** in lumine ignis vestri, & in flammis quas succendistis. De manu mea factum est hoc vobis. In doloribus dormietis.

*Confortat fideles salutem Abrahæ promissam desiderantes, eos ad pœnitentiam reuocans, qui Christum in passione sua negauerunt. L. I.*



**A** Vdite me qui sequimini quod iustum est, & quæritis dominum. Attendite ad petram vnde excisi estis, & ad cauernam laci de qua præcisi estis. Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Sarã quæ peperit vos. **Quia** vnum vocaui eum, & benedixi ei, & multiplicauit eum. Consolabitur ergo dominus Sion, & consolabitur omnes ruinas eius. Et ponet desertum eius quasi delitias, & solitudinem eius quasi hortum domini. Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis. 5º Attendite ad me popule meus, & tribus mea me audite. **Quia** lex à me exiit, & iudicium meum in lucem populorum 1º requiescet. ] Propè est 2º iustus meus, egressus est saluator meus, ] & brachia mea populos iudicabunt. Me insulæ expectabunt, & 3º brachium meum sustinebunt. ] **Leuate** in cœlum oculos vestros, & videte sub terra deorsum, quia 4º cœli sicut fumus liquefcunt, & terra sicut vestimentum 5º atteretur, & habitatores eius sicut hæc interibunt. 6º **Salus** autem mea in sempiternum erit, & iustitia mea non deficiet. 7º **Audite** me qui scitis iustum, populus meus lex mea in corde eorum. Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuatis. Sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis, & sicut lanam, sic deuorabit eos tinea. 8º **Salus** ] autem mea in sempiternum erit, & iustitia ] mea in generationes generationum. 9º **Consurge**, consurge, induere fortitudinem brachium domini. **Consurge** sicut in diebus antiquis, in generationibus seculorum. Nunquid non tu percussisti superbũ, vulnerasti draconem? 10º **Nunquid** non tu siccasti mare, aquam abyssi vehementis? 11º **Qui** posuisti profundum maris viam, vt transirent liberati. 12º **Et** nunc qui redempti sunt à domino reuertentur, & venient in Sion laudantes, & lætitia sempiterna super capita eorum. Gaudium & lætitiã tenebunt, fugiet dolor & gemitus. Ego ego ipse consolabor vos. 13º **Quis** tu vt timeas ab homine mortali, & à filio hominis, qui quasi fœnum ita arefcet? 14º **Et** oblitus es domini factoris tui? qui tendit cœlos & fundauit terram, & formidasti iurgiter tota die à facie furoris eius qui te tribulabat, & parauerat ad perdendum. 15º **Vbi** nunc est furor tribulantis? 16º **Cito** veniet gradiens ad aperiendum, & non interficiet vsque ad interuentionem, nec deficiet ] panis eius. Ego autem sum dominus tuus, qui conturbo mare, & intumescunt fluctus eius, dominus exercituum nomen meum. 17º **Posui** verba mea in ore tuo, & in vmbra manus meæ protexi te, vt plâtes cœlos & fundes terram, & dicas ad Sion: populus meus es tu. Eleuare, eleuare, consurge Ierusalem, 18º quæ bibisti de manu domini calicem iræ eius. 19º **Vsque** ad fundum calicis soporis bibisti, & potasti vsque ad fœces. Non est qui sustentet eam ex omnibus filiis quos genuit, & non est qui apprehendat manum eius ex omnibus filiis quos enutriuit. 20º **Duo** sunt quæ occurrerunt tibi: quis contristabitur super te? **Vastitas** & contritio, & fames, & gladius, quis consolabitur te? **Filij** tui proiecti sunt, dormierunt in capite omnium viarum sicut 21º **Oryx** illaqueatus. ] **pleni** indignatione domini, increpatione dei tui. 22º **Idcirco** audi 23º hæc paupercula, & ebriã non à vino. Hęc dicit dominator tuus dominus, & deus tuus qui 24º **pugnauit** pro populo suo: ] 25º **Ecce** tuli de manu tua calicem soporis, fundum calicis indignationis meæ. Non adiciēs vt bibas illum vltra. Et ponam illum in manu eorum qui te humiliauerunt, & dixerunt animæ tuæ: incuruare vt transeamus, & posuisti vt terram corpus tuum, & quasi viam transeuntibus.

†Psal.101.d

†Psal.36.e

†Infra.52.a

†Exod.14.c

†Sup.35.b

†Sup.49.

†Sup.47.b

10. Habet causam iuris in me. [c. Vestimentũ ueritate & tinea consumitur. Iudici quoque 42. annis post passionem ad penitentiam vocati sunt, eadem negligentes cõtriti sunt aduentibus Romanis, & mala cõfessionis tinea deuorati. Glord. ibi.]  
 11. Vetera scet & tinea corroder. d. Totũ nãque humanũ genus hoc ordine in penam ruit æternam, quo scriptura memorauit. Premiuẽ enim igne accendit, postea vites ignibus prebet, postremo flammã ingreditur quã parauit. Aeternũ uerò igne accendit, cui primũ peccare incipit: uires ignibus prebet: eum peccata peccatis cumulat: igne uerò eternum intrat, quãdã intermedialem peccatorũ summũ iniquitatem complet. Salua. lib. 4.  
 a. Reprobatis à superiori ca. incedulis rebellibus; Christo lo dicit, nũc electos Iudæos, ad primitiũ ecclesiã, ad Apostolorũ atque p̃ ipsos creditũ euentũ sermo dei dirigitur. Dio. ibid.  
 b. Consolabitur u. ruinas ex diuersis erroribus ortas in populo Iudæorũ, ex mala doctrina doctorum, quos amouit Christus per suã doctriã, propter quod dicit Christus de eis Matth. 25. Cœci sunt, & luce eorum. De Iyca ibid.]  
 c. Quod inditeuarat atque deprecabat nationes quoque illuminandas per euangeliũ legem atque sermonem. Tertul. aduert. Marcio. lib. 4.  
 1. Quiescere faciam.  
 2. Iustitia mea, egressã est salus mea.  
 3. In brachium meũ sperabunt. [d. De sanctis dictũ est, & nos imitabimur, quãro magis ergo de cœlo & stellis erudendũ est, quãdo luna lumẽ solis accipiet & sol septuple fulgere rursũabit Gloh. ordi.]  
 4. Veritate.  
 5. Nõ dicitur audite gentes, nõ dicitur audite Iudæi. Iam est nõ populus dei qui fuerat, populus erroris est factus, & qui populus ex rois erat, populus dei esse cepit, quia in Christo credidit. Ille ergo populus iudicatur, cuius i corde lex diuina est, non humana, lex nõ aramẽto scripta, sed spiritu dei uiui, non in charta exarata, sed i corde signata, lex gratiã, nõ erroris. Amb. Epist. 27. 5. Iustitia. 6. Salus.  
 7. Quia illuc uenies electos suos à claustris inferni ad ecclesiã transire concessit. Greg. Moral. lib. 29. cap. 5.  
 8. Sensus est, nolite timere eos qui corpus occidunt. Dicit se tyrãnia illã potestatem cõcedere ad exercitationem & probationem fidelium. Loricatus. ]  
 h. Ierusalem & Sion pro eadem quã dñs horreatur sibi attendere & suscipere, vt quis prius agnitio ne conuerteret, dicens in die passionis: Crucifige, crucifige eum, nunc sentiat eum sibi offenderit creatorem. Hierony. ibid.  
 7. Festinabit linguatus vt solde rerum, & non morietur in lazi, neque deficiat.  
 i. Ve solas autẽ quia calix pena uel gladius est, audi dicentẽ: Ierusalem quæ bibisti de manu dñi calicẽ iræ eius. Ierusalem mensurã bibit, quæ supra mensurã peccauit. Ecclesiã Christianorũ calicẽ iræ exinanire nõ nouit, sed exinanitũ vnguentũ, propter quã se Christus exinanitũ, vt ubique fragraret. De manu dñi hoc munus accepit, pœuillũ autem mortis ignora. Amb. psal. 37.  
 k. Oryx illaqueatus, hoc est hostis illius.  
 \*Quislo.  
 8. Vnde dicit populum suum.  
 [1. Quãdo redemit eos de Aegypto, vt Exo. 14. dixerit Aegyptiij: Fugiam? Israel dñs cũ pugna pro eis cõtra nos, Christus quoque pugnat pro nobis debellando aereã potestatem, vt scriptũ est: Dñs fortis & potes, dñs potes in prelio. Dio. Cart. ibid.]  
 m. Ac si dicat: O Ierusalem, scito te esse ebriã, nõ uino, sed furoris dñi: idcirco si egeris penitentiam, & eleuata surrexeris, scies calicẽ soporis & ruinã. Hic. ibi.]



Consolatur Iudeos super redemptione sua ab hostium oppressione, à miseria & infirmitate, & Gentes super liberatione sua ab infidelitate & peccatis. LII.

a. Appellator autem ciuitas san-  
ctuacij: hoc enim sonat propter  
templum, quod in ea conditum  
fuit: sicut sancti propter notitiam  
dei, vel sancta, quia sola in orbis  
terrarum legem acceperat. Hie-  
ronymus. ibid.  
1. Sancta.  
b. Ideo pauper factus est domi-  
nus cum diues esset, ut eum om-  
nes emant, & egenos præcipue  
sua paupertate locupletet. Am-  
bro. in Iudæ. virginis cap. 13.  
2. Violare faciunt eum.  
c. Sicut hos qui per suam negli-  
gentiam causam alii præbent  
blasphemiam: tamen poena manet  
ac confusio: ita à diuerso virtu-  
tum studio sit multarum ma-  
teria coronatum. Chry. in 1. ca.  
Gene homil. 7.

\*Ad.  
[d. Quæst. dicat: Non amplius ce-  
gnabit Moyses cum suis cere-  
moniis, sed Christus in ecclesia  
sua in æternum regnabit. Vel  
sic: Si Christum acceperis, ei-  
que dicta obseruaueris, non re-  
gnabit in anima tua peccatum,  
sed ipse Christus per gratiam.  
Hanc gratiam, hoc est, Christi  
regnum petimus cum dicimus:  
Ailrenat regnū tuum. Pintus  
ibidem.]  
3. Denudauit.  
4. Viduerunt.  
e. Vasa. Vasa domini serunt qui  
animas ad celum ducunt. Lu-  
sepunt. Greg. Pastoral. 1. Para.  
cap. 1.  
5. Cum festinatione.  
f. Hic ostenditur præpositum  
in capite nostro Iesu Christo, qd  
sunt humilitas & exaltatus.  
Dionys. ibid.]  
6. Conptus est præter humanū  
morem.  
7. Claudent.  
8. Adiecut quæ non voluerūt  
in animo.



† On surge, cōsurge, induere fortitudine tua Sion. Induere vestimētis gloria tuæ Ierusalem<sup>a</sup> ciuitas<sup>1</sup> sancti,] quia non adiiciet vltra vt pertranseat per te incircuncisus & immūsus. Excutere de puluere, consurge, sede Ierusalem. Solue vincula colli tui captiua filia Sion, quia hæc dicit dominus: b<sup>2</sup> Gratis ve-  
nundati estis, & sine argento redimemini. Quia hæc dicit dominus deus: † In Ægy-  
ptum descendit populus meus in principio, vt colonus esset ibi, & Assur absque vlla cau-  
sa calumniatus est eum. Et nunc quid mihi est hic dicit dominus? Quoniam ablati  
est populus meus gratis. Dominatores eius<sup>2</sup> iniquè agunt,] dicit dominus, † & iugiter  
tota die<sup>c</sup> nomen meum blasphematur. Propter hoc sciet populus meus nomē meum  
in die illa, quia ego ipse qui loquebar, ecce assum. † Quam pulchri super montes pedes  
annuntiantis & prædicantis pacem, annuntiantis bonum, prædicantis salutem, dicen-  
tis<sup>d</sup> Sion: d<sup>4</sup> Regnabit deus tuus. † Vox speculatorum tuorum leuauerunt vocem, simul<sup>c</sup>  
laudabunt, quia oculo ad oculum videbunt eum conuerterit dominus Sion. Gaudete  
& laudate simul deserta Ierusalem: quia consolatus est dominus populū suū, redemit  
Ierusalem: † Parauit] dominus brachiū sanctū suū in oculis omnium gentium, † & † vide-  
bunt] omnes fines terre salutem dei nostri. † Recedite, recedite, exite inde, † pollutum  
nolite tangere. Exite de medio eius, mūdaminī qui fertis vasa domini. Quoniam nō  
in tumultu] exibitis, nec in fuga properabitis. † Præcedet enim vos dominus, & congre-  
gabit vos deus Israel! † Ecce intelliget seruus meus, & exaltabitur, & eleuabitur, & su-  
blimis erit valde. Sicut obstupuerūt super te multi, sic<sup>e</sup> inglorius erit inter viros] aspe-  
ctus eius, & forma eius inter filios hominū. Iste asperget gentes multas, super ipsum<sup>7</sup>,  
continebunt] reges os suum. † Quia quibus non est narratum de eo videbunt, &<sup>8</sup> quæ  
non audierunt, contemplati sunt.]

Christus ob delicta nostra moriturus, post mortem Gentibus promittit libertatem & securitatem. LIII.

a. Brachiū dicitur quia dei vir-  
tus, quia patet operationis ef-  
fectus est: quia sicut de corpore  
brachiū hinc sui separatio  
portigitur sicut per edugnis  
vnicatem extenditur & tenetur  
ita saluare nosse inseparabili  
com parte substantia, & ad ter-  
rena descendit, & ecclesia non  
relinquit: & hic affuit, & inde nō  
desuit. Iulian. Epist. de nativ.  
do. humilit.  
2. Formam de se habemus enim.  
Despectus est & deuotus<sup>2</sup> ab ho-  
minibus, homo doloribus ple-  
nus, & qui expertus est infirmi-  
tatem.  
b. Corporis est igitur, hoc est  
nostrum est qd estur, nostrū est  
qd fleat, quod tristis fuit vique  
ad mortem. Cur ad diuinitatē  
quæ sunt nostra referunt? Cor-  
poris est etiam quod dicitur as-  
ferunt. Ambros. de fide, l. 1. c. 2.  
2. Celum.  
3. Iniquæ castigatione.  
4. Plus ergo in cruce posuit. In-  
uorem eius cernēs lato diligit  
deum. Mira res, plus in cruce la-  
to diligit deum, qd Iudas diligit  
in conuulsio per cibum sup-  
plantat magistrum, hic credidit  
dominum per dolorem. Sicut  
ait propheta: Qui esebat panes  
meos, magnificauit super me  
supplicationem. Ambros. Ser. 4. 4.  
4. Adhuc est & iniquæ tracta-  
tus.  
5. Et dedit apud impios sepul-  
tam eius, & apud diuites inter  
mortuos suos, cum ramentis.  
6. Portionem illi segregabo in  
multis.



† Vis credidit auditui nostro? & † brachium domini cui reuelatum est? Et  
ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitiēti. Nō est  
species ei neque decor. Et vidimus eum, & non erat aspectus, & desidera-  
uimus eum † despectum & nouissimum virorum, virum dolorū & scien-  
tem infirmitatem. ] Et quasi absconditus vultus eius & despectus, vnde nec reputa-  
uimus eum. † b<sup>2</sup> Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. † Et  
nos putauimus eum<sup>2</sup> quasi leprosum, ] & percussū à deo & humiliatum. Ipse au-  
tem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.  
† Disciplina] pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi  
oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinavit, & dominus posuit in eo ini-  
quitatem omnium nostrum. † † Oblatus est quia ipse voluit, ] & non aperuit os suum.  
† Sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet,  
† & non aperiet os suū. De angustia & de iudicio sublatus est. Generationem eius quis  
enarrabit: Quia abscissus est de terra viuentiū, propter scelus populi mei percussus eum.  
† Et dabit impios pro sepultura, diuitē pro morte sua, † eo quod] iniquitatē non fecerit,  
neque dolus fuerit in ore eius, & dominus voluit contere eum in infirmitate. † Si po-  
suerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum, & voluntas domini in  
manu eius dirigitur. Pro eo quod laborauit anima eius, videbit, & saturabitur. In sciē-  
tia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos, & iniquitates eorum ipse portabit.  
Ideo<sup>c</sup> disperiam ei plurimos, ] & fortium diuidet spolia, pro eo quod tradidit in mor-  
tem animam suam, † & cum sceleratis reputatus est. Et ipse peccata multorum tulit, &  
pro transgressoribus rogauit.

† Sup. 31. c.  
15. dist. c. 8.

† Gene. 4. 6. a

† Rom. 10. e  
93. di. c. Dia-  
coni sunt.  
Ezecl. 36. c  
Roma. 2. d  
† Rom. 10. c  
Nahum. 1. d

† Psal. 97. 2. a  
12. Cor. 6. d  
† 45. di. c. Re-  
cedite. 1. q. 4.  
c. Ecce. & ca.  
Recedite.  
1. q. 1. necesse.

† Roma. 15. c

† Ioan. 12. f  
Roma. 10. d  
De cele. mif.  
Cū Marthæ.  
† Mar. 9. b

† Matth. 8. a  
2. Cor. 13. a  
A. 8. f

† Matth. 26. f  
Iere. 11. d  
† A. 8. f  
1. Pet. 2. d  
† De po. di. r.  
ca. Si enim.  
24. q. 1. Non  
turbatur.  
† 1. Pet. 2. d  
1. Ioan. 1. a  
Do po. di. 3.  
c. Talit.  
Marc. 15. e  
Luc. 22. 4

† Luc. 22. 4  
Marc. 15. e



Renocat Iudæos & Gentes ab infidelitate, promittens in temporalibus abundantiam, honorem & prosperitatem. LIIII.

† Luc. 23, d Galat. 4, d Sup. 3, e



† Auda sterilis quæ non parit : decanta laudem & hinni ] quæ non parietas : quoniam multi filij desertæ magis quàm eius quæ habebat virum, dicit dominus. Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas. Longos fac ] funiculos tuos, & clauos tuos consolida.

† Luc. 1, e

Ad dexteram enim & ad læuam penetrabis, ] & semen tuum gentes hæreditabit, & ciuitates desertas inhabitabit. Noli timere, quia non confundèris neque erubesces. Nò enim te pudebit, quia confusionis adolescentiæ tuæ obliuiscèris, & opprobrij viduitatis tuæ non recordaberis amplius. Quia dominabitur tui qui fecit te, ] dominus exercitum nomen eius, & redemptor tuus sanctus Israel, deus omnis terræ vocabitur. Quia vt mulierem derelictam & mœrentem spiritu vocauit te dominus, & vxorem ab adolescentia abiectam. Dixit deus tuus : Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna miserus sum tui. Dixit redemptor tuus dominus. Sicut in diebus Noe istud mihi est, cui iuravi ne inducerem diluuij aquas vltra supra terram, sic iuravi vt non irascar tibi & non increpem te. Montes enim commouebuntur, & colles contremiscent, misericordia autem mea nò recedet à te, & fœdus pacis meæ non mouebitur. Dixit miserator tuus dominus : Pauperula tempestate conuulsa absque vlla consolatione, ecce ego sternam per ordinem ] lapides tuos, & fundabo te in sapphiris. Et ponam iaspidem propugnacula tua, & portas in lapides sculptos, ] & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles : vniuersos filios tuos doctos à domino, & multitudinem pacis filiis tuis, & in iustitia fundaberis. Recede ] procul à calumnia, quia non timebis : & à pauore, quia non appropinquabit tibi. Ecce accola veniet qui non erat mecum, advena quondam tuus adiungetur tibi. Ecce ego creauit fabrum sufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus suu, & ego creauit interfectorem ad disperdendum. Omne vas quod fictum est contra te, non dirigetur : & omnem linguam resistentem tibi in iudicio iudicabis. Hæc est hæreditas seruatorum domini, & iustitia eorum apud me, dicit dominus.

† Gen. 9, b

† Ioan. 6, e

Gentibus ad fidem vocandis promittit dominus gratuitam donorum abundantiam, & Iudæis contra penuriam saturitatem. LV.

† Eccl. 31, d



† Mnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate. Emite & comedite, venite emite absque argento, & absque vlla commutatione, vinum & lac. Quare appenditis argentum non in panibus? & laborem vestrum non in saturitate? Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra. Inclinate aurem vestram & venite ad me, audite, & viuet anima vestra, & feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias David fideles. Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus. Ecce gentem quam nesciebas, vocabis : & gentes quæ non cognouerunt te, ad te current propter dominum deum tuum & sanctum Israel, quia glorificauit te. Quærite dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum propè est. Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad dominum, & miserebitur eius, & ad deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum. Nò enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ, neque viæ vestræ, viæ meæ, dicit dominus. Quia sicut exaltantur cœli à terra, sic exaltatæ sunt ] viæ meæ à viis vestris. & cogitationes meæ à cogitationibus vestris. Et quomodo descendit imber & nix de cœlo, & illuc vltra non reuertitur, sed inebriat terram & infundit eam, ] & germinare eam facit, & dat semen ferenti, & panem comedenti, sic erit verbu meum quod egredietur de ore meo. Nò reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcunque

Apoc. 22, d

† Act. 13, e

† De præd. 1. §. His auctoritatibus.

a. Synagoga nanque legis vinea, quæ vniuersis iungit, per sententiam male factam carnalem in domini passione filios perdidit : ecclesia totum mundum fructu facit generationis impleuit. Euseb. Emite. de S. Io. Bap. homil. 2.

b. Ac ne putemus hoc in terra frivolum Hebræorum contentio nem dici de Sion, quæ in antiquum statum restituta sit, ponit manifestum quod larebat. Et semen tuum Gentes hæreditabit. Quod semen etiam ciuitates desertas facit inhabitari, vel ecclesia gentium in toto orbe confluant. Hiero. ibid.

2. Prolongat. 3. Dilatabis te, Heb. dilataberis Gra.

4. Maritus tuus eris factor tuus. Ex quo innotebit illa non ali ei de terrena illa Ierusalem seu populo Iudæorum. Quamdiu enim sola Iudæa gratiam dei cõsecrata est, non nisi in Iudæa no tu erat deus & in Israel magnu nomen eius : cum vero gentilitia imparrata sunt beneficia Christi, de quibus nunc agitur, Christus saluator Israel non tantum Iudæorum, sed omnium terræ vocatus est deus ab omnibus gentibus Diony. ibid.

5. d. Colloco super carbunculu quia in ea animas sanctoru, meritorum diuersitate distinguit. Greg. Moral. lib. 18. cap. 20.

6. Carbunculos.

7. Recedet.

8. Congregando congregabit se ante me, & qui iuxerat se tibi contra te. cadet.

e. Hoc est, diabolus omnium malorum artificem, non necessitate naturæ, sed mentis arbitrio, à quo omnes fabricati sunt qui ecclesiam impugnant : & propterea non dirigitur, sed & presentes penas sentient & futura Hierony. ibid.

a. Argenti nomine sacra eloquia designantur, quibus gentes tanto auribus potant, quanto dilatus fuerit. Greg. Moral. lib. 6. cap. 3.

b. Dum literæ speciem attenditis, spiritalis intelligentiæ saturitatem amittitis. Greg. Moral. lib. 21. cap. 25.

c. Relinquat ergo impius viam suam quæ peccat, relinquat iniquas cogitationem suam quæ de peccatorum remissione desperat, & secundum prophetæ dictum, conuertatur ad dominum, quia multus est ad ignoscendum. In hoc multo nihil scilicet in quo est omnipotens misericordia, & omnipotentia misericors est. Fulgen. Epist. 7.

1. Abundabit vt parcat.

d. Diuina trinitas sic excedit omne quod cogitare vel sperare possumus, sicut superat omne quod scimus. Hoc nobis diuinitatem scire voluminum veridica prestat. Hæc dicente : Non enim cogitationes meæ cogitationes vestræ, & Fulg. ad Trinitatum lib. 2.

2. Exceliores sunt cœli quàm terra, sic exceliores sunt.

3. Generare eam facit, sicut imprægnat.

e. Verbi dei efficacia ex hoc patet, quia fructum facit vbi cum quæ ceciderit, modo non ponatur obex, vt Hosee. 6. Veniet quæ si imber nobis temporaneus & secuturus terræ. S. Tho.

volui, & prosperabitur in iis ad quæ misi illud. Quia in lætitia egrediemini, & in pace deducemini. Montes & colles cõtabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu. Pro \* faliuncula] ascendet abies, & pro vrtica crescet mirtus. Et erit dominus nominatus in signum æternum, quod non auferetur.

[f. Montes & colles, hoc est angeli superiores & inferiores, eodem modo dicendi quo dicitur psal. 124. Montes in circuitu eius. i. angeli vt dicit glofa Augullini De Lya ibid.]  
4. Kubo.

*Horatur dominus ad obseruationem sabbati & fœderis sui, & praelatos ad vigiliam & custodiam gregis sui.*  
LVI.



**H**æc dicit dominus: <sup>1</sup> Custodite iudicium, & facite iustitiam, quia iuxta est salus mea vt veniat, & iustitia mea vt reueletur. Beatus vir qui facit hoc, & filius hominis qui apprehendet istud, custodiens sabbatum ne polluat illud, custodiens manus suas ne faciat omne malum. Et non dicat filius aduenæ qui adheret domino, dicens: <sup>2</sup> separatione diuidet] me dominus: à populo suo. Et non dicat eunuchus: ecce ego lignum aridum. <sup>3</sup> Quia hæc dicit dominus <sup>b</sup> eunuchis: qui custodierint sabbata mea, & elegerint quæ ego volui, & <sup>2</sup> tenuerint] fœdus meum: dabo eis in domo mea & in muris meis locum, & nomen melius <sup>3</sup> à filiis] & filibus. <sup>1</sup> Nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit. <sup>c</sup> Et filios aduenæ qui adherent domino vt colant eum, & diligant nomen eius, vt sint ei in seruos, omnem custodiẽtem sabbatum ne polluat illud, & tenentem fœdus meum, adducam eos in môtẽ sanctum meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ. <sup>d</sup> Holocausta eorum & victimæ eorum placebunt mihi super altari meo, <sup>1</sup> quia domus mea, domus orationis vocabitur cunctis populis, ait dominus deus qui congregat dispersos Israel. Adhuc congregabo ad eum congregatos eius. Omnes bestiæ agri venite ad deuorandum, <sup>4</sup> vniuersæ bestiæ] saltus, <sup>e</sup> speculatores eius cæci omnes, nescierunt vniuersi, <sup>f</sup> canes muti non valentes latrare, <sup>d</sup> videntes vana, dormientes & amantes somnia, <sup>1</sup> & canes impudentissimi] nescierunt saturitatem. Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam, omnes in viam suam declinauerunt, <sup>1</sup> vnusquisque ad auaritiam suam, à summo vsque ad nouissimum. <sup>1</sup> Venite sumamus vinum, & <sup>6</sup> impleamur ebrietate, & erit sicut hodie, sic & cras, & multo amplius.

a. Hoc est custodire debemus & obseruare discretionis iudicium, expectantes domini aduentum: quod est actus rationis & prudentiæ, iudicando, discutiendo, discernendo, & reprobando nos ipsos vt. Cor. 11. Si nos ipsos iudicauerimus, non vtiq; iudicauerimur.  
1. Separando separabit.

b. Eunuchi sunt qui compressis motibus carnis, affectum in seipso operis abscedunt. Greg. Pastoral. part. 1. admo. 29.  
2. Appreheaderint.  
3. Quam.


c. Post eunuchos ad aduenas tranſſe & premia promittit. Vt sint illi in seruos, qualis Paulus qui de se ait. Paulus seruus Iesu Christi & Moyses famulus dei Gloſa ordinaria.]

d. Cunctis, inquit, populis, non vni genti iudicet, nec in vno loco solymis vrbis loco, sed in toto orbis terrarum, & nequaquam taurorum, & hircorum, & arictum, sed orationis. Beda. Fecit 3. Post inuocauit. ho. 2.

e. Vniuersas bestias.  
f. Non videbãt opere quod professione cerebant. Grego. Moral. lib. 25. cap. 14.  
g. Dormitantes, iacentes, & cãmte dormitationem. Hæc cana illi animo impudenter.

6. Inebriemur sicera.

*Iustis ab iniustis iniuste afflictis promittit dominus quietem, ab iniustis autem euasione aufert spem, & illis ob scelera comminatur reprobationem.*  
LVII.



**V**stus perit, & nemo est qui recogitet in corde suo, & viri misericordiæ colliguntur, quia non est qui intelligat. <sup>1</sup> A facie enim malitiæ] collectus est iustus. <sup>2</sup> Veniat pax: requiescat in cubili suo, qui ambulauit in directione sua. <sup>3</sup> Vos autem accedite huc filij auguratricis, semen adulteræ & fornicariæ. Super quem <sup>3</sup> luxistis:] super quem dilatastis os, & <sup>4</sup> eiecistis] linguam? Nunquid non vos filij scelesti, semen mendax: qui consolamini in diis subter omne lignum frondosum, immolantes paruulos in torrentibus subter eminentes petras? <sup>1</sup> In partibus] torrentis pars tua, hæc est fors tua. <sup>b</sup> Et ipse effudisti libamen, obrulisti sacrificiũ. <sup>c</sup> Nunquid super his <sup>c</sup> non indignabor? <sup>d</sup> Super montem excelsum & sublimem posuisti cubile tuum, & illuc ascendisti vt immolares hostias. Et post ostium & retro postem posuisti memoriale tuum, quia iuxta me disco operuisti & <sup>7</sup> suscepisti aduiterum. <sup>d</sup> Dilatasti cubile tuum, & pepigisti cum eis fœdus. Dilexisti stratum eorum <sup>8</sup> manu aperta, & ornasti te regio vnguento, <sup>e</sup> & multiplicasti pigmenta tua. Misiſti legatos tuos procul, & <sup>9</sup> humiliata es] vsque ad inferos. In multitudine viæ tuæ <sup>10</sup> laboraſti, non dixisti, quiescam. Vitam manus tuæ inuenisti, propterea non <sup>11</sup> rogasti. <sup>f</sup> Pro quo sollicita timuisti, quia mentita es, & mei non es recordata, neque cogitaſti <sup>c</sup> in corde tuo, <sup>12</sup> quia ego tacens, & quasi non videns, & mei oblita es. <sup>g</sup> Ego annuntiabo iustitiam tuam, & opera tua non proderunt tibi. Cùm clamaueris, liberent te congregati tui. Et omnes eos auferet ventus, tollet <sup>13</sup> aura. <sup>h</sup> Qui autem fiduciam habet mei, hæreditabit terram, & possidebit montem sanctum meum, <sup>14</sup> & dicam:] Viam facite, præbere iter, <sup>15</sup> declinate de semita] auferte offendicula de via populi mei.

a. Hæc autem in Abel prædicabantur, in prophetis verò præconizabantur, in domino autem perficiebantur, & in nobis idipsum est, cõsequente corpore sicut caput. Item in lib. 4. cap. 67.

1. Propter malum autem.  
2. Veniet pax, requiescat in cubilibus suis, qui ambulauit iustissime.  
3. Quo oblectari estis.  
4. Proteraxistis.  
5. In politioribus petris.

b. Habes hic quoque & prædicationem & remunerationem martyriorum. A primordio enim iustitia viam patitur, statim vt colligatur euertit, inuidiam religio fortis est. Qui deo placuerat occiditur, & quidem à fratre, &c. Tertullian. Scorpia cum aduersus gnosticos.  
6. Delectabor.  
7. Ascendisti.  
8. In loco quem vidisti, abiisti ad regem cum oleo.  
9. Humiliasti te.  
10. Fatigata es, nec dixisti: deſtuor.  
11. Doluisti.

12. Nonne ego distimulo, sicut & à seculo, & me non timuisti?

13. Vanitas.

14. Et dicet.

15. Purgate viam.

†Sup. 2. a

†Sup. 3. d

†88. di. c. 2.  
†9. c. 6. Saluator.  
Matth. 21. b  
Marc. 11. c  
Luc. 19. g  
†6. q. 7. ca. Et diximus.  
†diff. c. 1.  
†Iere. 6. o  
†Sup. 2. b  
†diff. c. 2.  
†Iere. 6. c

†Sup. 2. b

mei. Quia hec dicit excelsus & sublimis habitans æternitatem, & sanctum est nomen eius in excelsis, & in sancto habitans, & cum contrito & humili spiritu, ut uiuificet spiritum humilium, & uiuificet cor contritorum. Non enim in sempiternum litigabo, neque usque ad finem irascar, quia spiritus à facie mea egredietur, & faciam ego flatus. Propter iniquitatem auaritiæ eius iratus sum, & percussi eum. Abscondi à te faciem meam & indignatus sum. Et abiit in via cordis sui. Vias eius vidi, & sanauit eum, & reduxi eum, & reddidi consolationes ipsi, & lugentibus eius. Creauit fructum labiorum pacem, pacem ei qui longe est, & qui prope, dixit dominus, & sanauit eum. Impij autem quasi mare feruens quod quiescere non potest, & redundat fluctus eius in conculcationem & lutum. Non est pax impijs, dicit dominus deus.


† Dep. dist. 3. ca. Talis.

† Sup. 4. d.

Elidit dominus inanem Iudeorum presumptionem, qua confidebant legis scientia,

LVIII.

† 43. dist. ca. A Sic rector.



Lama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Me etenim de die in diem querunt, & scire vias meas volunt, quasi gens que iustitiam fecerit, & que iudicium dei sui non dereliquerit. Rogant me iudicia iustitiæ, & appropinquare deo volunt. Quare ieiunauimus, & non aspexisti? Humiliauimus animas nostras, & nescisti? Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percussis pugno impij. Nolite ieiunare sicut usque ad hanc diem, ut audiatur in excelsis clamor vester. Nūquid tale est ieiunium quod elegi, per diem affligere hominem animam suam? Nunquid contorquere quasi circulum caput suum? & saccum & cinerem sternere? Nunquid istud vocaui ieiunium, & diem acceptabilem domino? Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi? Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes: Dimitte eos qui contracti sunt liberos, & omne onus dirūpe. Frange ieiunanti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam. Cum videris nudum, operi eum: & carnem tuam ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane iumen tuum, & sanitas tua citius orietur. Et anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria domini colliget te. Tunc inuocabis, & dominus exaudiet te: clamabis, & dicet: ecce assum. Quia misericors sum dominus deus tuus. Si abstuleris de medio tui catenam, & desieris extendere digitum, & loqui quod non prodest. Cum effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies. Et requiem tibi dabit dominus deus tuus semper, & implebit splendoribus animam tuam, & ossa tua liberabit. Et eris quasi hortus irriguus & sicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ. Et edificabuntur in te deserta seculorum, fundamenta generationis & generationis suscitabis. Et vocaberis edificator sepium, auertens semitas in quietem. Si auerteris à sabbato pedem tuum facere voluntatem tuam in die sancto meo, & vocaueris sabbatum delicatum, & sanctum domini gloriosum, & glorificaueris eum dum non facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua, ut loquaris sermonem, tunc delectaberis super domino, & sustollam te super altitudines terræ, & cibabo te hæreditate Iacob patris tui. Os enim domini locutum est.

† Zacha. 7. b B

† Dan. 9. f 14. 11. 6. cap. Authoritate. † Ezech. 18. b † Matth. 25. c

† 17. 11. 2. cap. C Non altimemus.

Potens est deus ad saluandum, benignus ad audiendum, sed veritas, iustitia, iudicium, & pax apud Iudeos hæc impediabant.

LIX.

† Sup. 50. ai. Sup. 1. e Nume. 9. c Job. 15. d Psal. 7. c



Ecce non est abbreviata manus domini ut saluare nequeat, neque aggravata est auris eius ut non exaudiat, sed iniquitates vestra diuiserunt inter vos & deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret. Manus enim vestra polluta sunt sanguine, & digiti vestri iniquitate. Labia vestra locuta sunt mendacium, & lingua vestra iniquitatem fatur. Non est qui inuocet iustitiam, neque est qui iudicet verè, sed confidunt in nihili, & loquuntur.

† Super. 1. d

c. Incepatis vndique idololatrias sub nomine fornicationis, venit ad eos qui cõstitunt in domino, & quibus terram miferique promiserat possidendam, & quorum reuerentiam iter miferat preparari. Hanc dubium, quin Apollolis, ad quorum predicacionem de vtroque populo crediderunt. Hierony. ibidem. 16. In perpetuum.

17. Inuolantur sub corpore. d. Quid enim dicitur, nisi animam que propter peccatum percussa & contrita est? Quid igitur est, omnem statum ego feci? Aug. de Gene. ad literam, libro 7. cap. 7. 18. Auerit.

a. Preconis officium suscipit qui quis ad sacerdotium accendit. Greg. ex Reg. lib. 1. cap. 24. \* In gutture.

b. Et cum peccata eis sua explorari precepisset, cõmte cor facinora pleno indignationis impetu protulisset, dicit. Hoc est nec si actionibus & precibus, & ieiunij reuerentia, existere pro delictis posse. Capitanus de Hieronymo.

c. Pecunia vestra exigitis, in diebus enim ieiuniorum simul conueniebant, & quisque inuenisset debitum, debitum ab eo etiam cum duritia exigebat. 2. Ut erumet caput suum quasi imbecus.

d. Aspice quid secum afferat nobis incommodi voluntas nostra. Operet enim eam obnegare, & appetitum rationi obedientem præbere, si velimus ut deus ad nostra ieiunia, & alia bona opera respiciat. Postquam enim ad voluntatem nostram respiciamus, quomodo ad opus. Et ita ait scripta: Respexit dominus ad Abel & ad munera eius. Pintus ibidem.

e. Nõne ut frangas, vel partiaris. f. Panem esurienti frangimus, cum Christi fidem qui panis viuus est, & temperantiam sacra que spiritus est nobis vitam alicui manifestamus. Glossa ordi.

4. A proximo tuo non te abscõdas.

5. Aurora.

6. Onus, vel iugum.

7. Inutile.

8. Deducet te.

9. Satiabit in siccitatibus.

10. Pinguecit ignis anima tua, virtuteque eius adipe spirituali ieiunij, & fructus tuo multiplicabitur virtute mentis tuae, ut sit in te sibi obiectus. Ambr. Epist. 82.

11. A te.

12. Romarum, & reductorum semitarum ad habitandum.

13. Que beneficia seruicibus dei cultum sequuntur in die sabbati recedendo ab opere seruiti, & abstinendo à prauis cogitationibus & locutionibus, hec sequitur iustitia, & abundantia patris & abundantia ciborum. S. Th. ibi. 12. Delicias.

a. Ideo per prophetam dicitur spiritu & iustitia rei veritas promittitur, terra & manifesta ratio monstratur, homini posse ad dei sapientiam, sed ne illi subueniat merita peccatorum facere. Nunquid, inquit, non valet manus domini, ut saluare nos faciat, aut grauiter auri? & c. Peccata itaque & delicta reuertuntur conscientia, vulnera cogitatur, & definet unusquisque de dno & de nobis cogitari, si quod paritur, intelligat se mereri. Cyprianus Dametri, Tract. 1.

b. Oua aspidum rumpere, est magnorum spirituum contumacia que in cordibus latent, peruersis operibus aperire. Greg. Mora. 13. cap. 8.  
 1. Si comprimentur, egredietur regulus.  
 16. Ex ouis aspidum regulus, qui est basiliscus, ex Iudis Antichristus. Ex eis enim nascitur statu suo. i. sermone venenoso nullos occidens, volentes ad patriam euectem. Glo. ord. ibid. J. d. Quoniam pacem Christi abiecerunt sperantes doctrinam eius & gratiam, vt Paulus Ad. 23. Vobis oportebat, inquit, primum loqui regnum dei, sed quoniam reprobastis illud, & indignos vos iudicatis vite eterne, &c. Dio. ibidem  
 17. Expectauimus lucem. i. Christum, qui dicitur lux, supra. 49. Dehinc in lucem gentium, &c. Et ecce tenebrae. Quoniam aduentum Christi Iudaei pro maiori parte fuerunt execrati. Del. ysa. ibid. 2. Meditando meditabimur.  
 18. Quae sunt enim iniquitates? Peccare & mentiri contra deum, sive vt iuxta Hebraicum, Aquila translit, negare deum, quod ad saluatorem referunt. Et reliquimus, inquit, deum nostrum dicentes: Scimus quod Moyse locutus sit deus, hunc autem nescimus vnde sit Hierony. ibid.  
 19. Retro cedere deo nostro, loqui.  
 20. Veritas defecit, vel ablata est. Ig. Dicit, deo equum spiritum esse ponderatorem, cum in puniendo malos, tum in saluando bonos. Denique professionem catholicam, & gratie sine sacramenta, rata fuisse promittit, ibi. Hoc fecit meum cum eis dicit dominus. Haeretici exotica doctrina sensum communem obtundere conantes, operi ludis. Sacramenta haereticorum sunt immunda, quia non sunt ex tra duce ecclesiae. Lorchius ibid. J.  
 21. Displacuit.  
 22. Admiratus est, quia nemo oraret.  
 23. Quasi indumento.  
 24. Postquam dicit lorica iustitiae, & galea salutis, & vestibus vltionis, zeli que pallio fuerit indutus ad pugnam, & venerit ad certamen, atque vindictam, vt retribuat hostibus suis, tunc alienigenae qui venient ab occidentibus, & orientibus, vt requiescant in sinu Abrahae, timebunt dominum eo timore, qui est initiis sapientiae. Hieron. ibid.  
 25. Iudei de terrena illa Ierusalem interpretantur quae conque hic dicitur in aduentu Moyses adimplenda. Quam autem vnam te nent Christiani, vt nec Christiana haereticorum, sive hominum perfectio sit in hac vita, scilicet voluptatibus carnalibus suis, diuitias possidere, ceteris dominum quoniam opposuit Christus docuit. Dionys. ibid.  
 26. Venient gentes ad lucem tuam.  
 27. Ad Iherusalem.  
 28. Luxa latas tonentur.  
 29. Fulgebis, & oblitus peccatorum.  
 30. Opes gentium venient ad te, abundantia camelorum operiet te, & palli camelorum de.  
 31. Ascendet super altare meum ad placitum.  
 32. Hos Iudaei referunt ad ciuitatem suam ab exilio referentes, nos vero ad gentes, quae ad fidei velociter conuerse sunt, ponendo eius auxilium quod a domino habuerunt. S. Tho.  
 33. Adducant.  
 34. Ex pietate mea.  
 35. Desolando desolabitur.  
 36. Vnde copellimur omnia spiritaliter accipere, vt abies, cyparissus, pinus, & cedrus excellentes quondam Libani arbores, glorificauerunt dei templum & locum pedum illius, & inelyri fecerunt. At ne longo sermone sensum tribuam, vt Iulianus & eloquentissimus martyr Cyprianus, & nostri temporis somniferus Hieronymus, nonne tibi videtur excellere quoniam in seculo arbores edificasse ecclesiam deificam Hieron. ibid.

tur vanitates. † Conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem. † Oua aspidum ruperunt, & telas araneae texuerunt. Qui comederit de ouis eorum, morietur: & quod confotum est, erumpet in regulum. ] Telae eorum non erunt in vestimentum, neque operietur operibus suis. † Opera eorum, opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum. † Pedes eorum ad malum currunt, & festinant, vt effundant sanguinem innocentem. Cogitationes eorum, cogitationes inutiles. Vanitas & contritio in viis eorum, † viam pacis nescierunt, & non est iudicium in gressibus eorum. Semitae eorum incuruae sunt eis, omnis qui calcet in eis, ignorat pacem. Propter hoc elongatum est iudicium a nobis, & non apprehendet nos iustitia. † Expectauimus lucem, & ecce tenebrae: splendorem, & in tenebris ambulauimus. Palpauimus sicut caeci parietem, & quasi absque oculis atrectauimus. Impegimus meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui. Rugiemus quasi vrsi omnes, & quasi columbae meditantem gememus. ] Expectauimus iudicium, & non est: salutem, & elongata est a nobis. † Multiplicatae sunt enim iniquitates nostrae coram te, & peccata nostra responderunt nobis. Quia scelera nostra nobiscum, & iniquitates nostras cognouimus, peccare & mentiri contra dominum, † & auersi sumus, ne iremus post tergum dei nostri, vt loqueremur ] calumniae & transgressionem. Concepimus, & locuti sumus de corde verba mendacii, & conuersum est retrorsum iudicium, & iustitia longe stetit. Quia corruit in platea veritas, & aequitas non potuit ingredi. † Et facta est veritas in obliuione, ] & qui recessit a malo praedae patuit. † Et vidit dominus, & malum apparuit ] in oculis eius, quia non est iudicium. Et vidit deus, quia non est vir: & aporiatu est, quia non est qui occurrat. ] † Et saluabit sibi brachium suum, † & iustitia eius ipsa confirmauit eum. † Indutus est iustitia vt lorica, & galea salutis in capite eius. Indutus est vestimentis vltionis, † & operietus est quasi pallio zeli: sicut ad vindictam quasi ad retributionem indignationis hostibus suis, & vicissitudinem inimicis suis, in solis vicem reddet. † Et timebunt qui ab occidente, nomen domini: & qui ab ortu solis, gloriam eius. Cum venerit quasi fluuius violentus quem spiritus domini cogit, † & venerit Sion redemptor, & eis qui redeunt ab iniquitate in Iacob, dicit dominus. Hoc foedus meum cum eis, dicit dominus. † Spiritus meus qui est in te, & verba mea quae posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, dicit dominus, a modo & vsque in sempiternum.

*Inlauratio nouae Ierusalem promittitur, ad quam Iudaeorum & gentium concursus futurus est, ad posteritatem & iustitiae obseruantiam.* L X.



† Vrge illuminare Ierusalem, ] quia venit lumen tuum, & gloria domini super te orta est. Quia ecce tenebrae operient terram, & caligo populos: super te autem orietur dominus, & gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, ] & Reges in splendore ] ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos & vide, omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. † Filij tui de longe venient, & filiae tuae de latere surgent. ] Tunc videbis, & affluet, & mirabitur, ] & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, † fortitudo gentium venerit tibi. Inundatio camelorum operiet te, dromedarij ] Madiam & Ephra. Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem domino annuntiantes. † Omne pecus cedar congregabitur tibi, arietes Nabaioth ministrabunt tibi. † Offerentur super placabili altari meo, ] & domum maiestatis meae glorificabo. † Qui sunt isti qui vt nubes volant, & quasi columbae ad fenestras suas? Me enim insulae expectant, & naues maris in principio, vt adducam ] filios tuos de longe. Argentum eorum & aurum eorum cum eis, nomini domini dei tui & sancto Israel, quia glorificauit te. Et edificabunt filij peregrinorum muros tuos, & reges eorum ministrabunt tibi. In indignatione enim mea percussit te, & in reconciliatione ] mea misertus sum tui. † Et aperientur portae tuae iugiter, die ac nocte non claudentur, vt afferatur ad te fortitudo gentium, & Reges earum adducantur. Gens enim & regnum quod non seruiert tibi peribit:

† Job. 15. d. Psal. 7. d.

† Prover. 1. d. Rom. 3. c.

† Ephes. 6. o. 1. The. 5. b.

† Rom. 11. d.

† Sup. 9. b.

† 15. dist. c. fin. Marc. 8. a.

† Sup. 49. c.

† Apoc. 49. c.

c peribit: & gentes solitudine vastabuntur.] <sup>9</sup> Gloria Libani ad te veniet, abies & buxus & pinus simul ad ornandum locum <sup>10</sup> sanctificationis meae,] & locum pedum meorum glorificabo. Et venient ad te <sup>11</sup> curui filij eorum qui humiliauerunt te, & adorabunt vestigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi, & vocabunt te ciuitatem domini Sion sancti Israel. Pro eo quod fuisti derelicta & odio habita, & non erat qui per te transiret, ponam te <sup>12</sup> in superbiam] seculorum, gaudium in generationem & generationem. Et fuges lac gentium, & mammilla regum lactaberis. Et scies quia ego dominus saluans te, & redemptor tuus fortis Iacob, pro aere afferam aurum, & pro ferro afferam argentum, & pro lignis aes, & pro lapidibus ferrum. Et ponam <sup>13</sup> visitationem] tuam pacem, & prepositos tuos iustitiam. <sup>14</sup> Non audietur vltra] iniquitas in terra tua, vastitas & contritio in terminis tuis, & <sup>15</sup> occupabit salus] muros tuos, & portas tuas <sup>16</sup> laudatio.] <sup>17</sup> Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor lune illuminabit te: sed erit tibi dominus in lucem sempiternam, & deus tuus in gloriam tuam. Non occidet vltra sol tuus, & luna tua non <sup>17</sup> minuetur,] quia dominus erit tibi in lucem sempiternam, & complebuntur dies luctus tui. Populus autem tuus omnes iusti in perpetuum hereditabunt terram, germen plantationis meae opus manus meae, ad glorificandum. Minimus erit in mille, & paruulus in gentem fortissimam. Ego dominus in tempore eius subito faciam istud.

† Sup. 36. a

† Apoc. 21. g 22. a

*Promittitur Messias mittendus in miserorum solamen, gaudium per predicationes annuntians, & illis predicationem iniungens. L X I.*

† De fac. vnc. c. vnic. Luc. 4 c



† Spiritus domini <sup>\*</sup> super me, eo quod <sup>a</sup> vnixerit me. <sup>\*</sup> Ad annuntiandum mansuetis misit me, vt mederer contritis corde, & predicarem captiuis <sup>1</sup> indulgentiam, & clausis apertionem: <sup>\*</sup> vt predicarem <sup>b</sup> annum <sup>2</sup> placabilem] domino, & diem vltionis <sup>3</sup> deo nostro: ] vt consolarer omnes lugentes, vt ponerem consolationem lugentibus Sion, & darem eis <sup>4</sup> coronam] pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu mæroris. <sup>5</sup> Et vocabuntur in ea fortes] iustitiæ, plantatio domini ad glorificandum. Et edificabunt <sup>6</sup> deserta a seculo,] & ruinas antiquas erigent, & instaurabunt ciuitates desertas, & dissipatas <sup>7</sup> in generationem &] generationem. Et stabunt alieni, & pascet pecora vestra, & filij peregrinorum agricolæ & vitatores vestri erunt. Vos autem sacerdotes domini vocabimini, ministri dei nostri dicetur vobis. <sup>8</sup> Fortitudinem gætium comedetis, & in gloria eorum <sup>8</sup> superbiebitis.] <sup>9</sup> Pro confusione vestra duplici & rubore, laudabunt partem eorum. Propter hoc in terra sua duplicia possidebunt, lætitia sempiterna erit eis. <sup>10</sup> Quia ego dominus <sup>9</sup> diligens iudicium, & odio habens rapinam] in holocaustum. Et dabo opus eorum in veritate, & fœdus perpetuum feriam eis. Et sciatur in gentibus semen eorum, & germen eorum in medio populorum. <sup>10</sup> Omnes qui viderint eos, cognoscent illos, quia isti sunt semen cui benedixit dominus. <sup>11</sup> Gaudens gaudebo in domino, & exultabit anima mea in deo meo. Quia induit me vestimentis salutis, & indumento iustitiæ circumdedit me, quasi sponsum <sup>10</sup> decoratum corona,] & quasi sponsam ornatam monilibus suis. Sicut enim terra profert germen suum, & sicut hortus semen suum germinat, sic dominus deus germinabit iustitiam & laudem coram vniuersis gentibus.

† De ebf. di. 5 c. Non me dicitur. 25. dist. c. fi.

*Dominus ex predicatione Ierosolymis salutem promittit, gloriam & honorem propter saluatoris aduentum, & hostium deiectionem. L X I I.*



Propter Sion non tacebo, & propter Ierusalem non quiescam, donec egrediatur vt splendor iustus eius, & saluator eius vt lampas accendatur. Et videbunt gentes <sup>1</sup> iustum tuum, & cuncti reges inclytum tuum. <sup>a</sup> Et vocabitur tibi nomē nouum,] quod os domini <sup>2</sup> nominauit.] Et eris corona gloriæ in manu domini, & diadema regni in manu dei tui. <sup>3</sup> Non vocaberis vltra derelicta, & terra tua non vocabitur amplius desolata. Sed vocaberis volūtas mea in ea, & terra tua <sup>4</sup> inhabitabitur.] Quia cōplacuit domino in te: & terra tua <sup>4</sup> inhabitabitur.]

† Apoc. 21. g 22. a

9. Desolando desolabuntur. 10. Vnde compellitur omnia spiritualiter accipere, quod abies, cyprillus, pinus, & cedrus excelsæ quoniam Libani arbores, gloriæ fuerunt dei templi & locum pedum illius, & inclytum fecerunt. At ne longo sermone sensum traham, vt sanctus & eloquentissimus martyr Cyprianus, & nostri temporis confessor Hylarius, nonne tibi videntur excelsæ quondam in seculo arbores edificasse ecclesiam dei? Hierony. ibid. 10. Sacerdarii mei. 11. Humiliati, vel humiles. 12. Gloriam, vel magnificentiam. 13. Oppressionem. 14. Iniqua oppressio. 15. Vocabis salutem. 16. Laudem. 17. Hoc etiam mystice pertinet ad statum sancti beatissimi, quando sol licet multo clarior sit quàm modo, & humanum non sanctis, quia eorum splendore non egent. Apocalyp. 21. Et ciuitas non eget sole neque luna, vt luceat in ea, &c. S. Thom. ibidem. 17. Occupabitur.

\* Dei. 1a. Hæc vnctio in baptisate cōpleta est quia spiritus Domini in specie columbe descendit, & mandit in vno vnde post baptismum in Luca inuenitur scriptum. Spiritus domini super me &c. Glosa ordina.] \* Deus. 1. Libertatem. \* Carceris. b. Reuera predicauit annum placabilem, cui non contra dicebatur. Primum enim annum post triginta annos aduentus sui carnalis prædicauit, & omnes ipsum suscipiebant, in quo anno ascendit Ierosolymam. Epi. cōtra 3. hereticum. 2. Volūtatē, vel beneficiarum. 3. Dei nostri. 4. Decorem. 5. Vt vocarem eos arbores. 6. Desolationes fecerunt. 7. A generatione in. 8. Exultabimini. 9. Istud referatur ad tempus prius inuenerunt ecclesie in quo qui populo prelati prædicabatur prius ad tormenta ducebatur, & duplex eis malitia impendebatur, scilicet, sui & populi. De Ilya ibid.] d. Num igitur si quis magnus est dominum dicet, quia iudicium diligit & odit iniquitatem, quasi merces deo pati magnitudo daretur, & virtutis retributio, quia bona diligit, & mala odit. Hyl. contra heretic. lib. 8. cap. 1. 9. Diligo iudicium, & odio rorem. e. Cuius mysterij, incarnationis scilicet, hanc quoque testis fidelis est. qui ex persona Christi loquens hæc dicit: Gaudens gaudebo in domino, & exultabit anima mea in deo, &c. Ecce vnus est sponsum, est & sponsa, qui se etiam animam habere testatur. Quam vt ostendat non sine intellectu susceptam, eor quod proprium est animæ humanæ, simul cum carne in deo exultate ex persona hominis suscepti monstrauit, dicens: Cor meum & caro mea exultauerunt in deum viuū. Fulgen ad Testamundum. lib. 1. 10. Ornauit decore. 1. Iustitiam tuam & omnes te ges gloriam tuam. Et vocabitur te nomine nouo. 1a. Hoc est, appellaberis ecclesia super peccata fundata: ita enim Christus te appellabit: Diuus Marthæ, inquit dixit Christus Petrus: Tu es Petrus & super hæc Petrus edificabo ecclesiam meam. Pater. ibidem.] 2. Nominabitur. 3. Habitata, vel maritata. 4. Marito copulabitur.



5. Sicut gaudet.

\* Sic.

a. Introducitur persona dei loquentis ad Ierusalem. i. ecclesiam primitiuorum, & eam que in apostolis & per apostolos edificata est. Super muros itaque tuos conuicti custodes, quos vel angelos vel apostolos, & omnes principes eius atque doctores accipere possimus, qui custodiunt muros ecclesie, ne aduersarius noster diabolus, qui quasi leo rugiens cunctis querens quomodo possit intrare ad gregem domini deuastet. Hier. ibid.

b. Iurauit dominus in dextera, id est in filio. Vnde psal. 103. omnia in sapientia, fecisti qui & brachium fortitudo patris. Vnde Ioh. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Glossa ordina.

6. Colligunt.

7. Colligite ex eo.

c. Filia Sion ecclesia est fidelium, pertinet ad supernam Ierusalem que est mater omnium nostrum cuius pretio tunc non minima erat in populo Israel, regem Ierusalem manserunt. Beda in fest. Ramis palmarum.

1. Tinctas in vestibus.

2. Copiosus.

a. Nunquid rubicunda vestimenta aqua potest facere, aut in torculari aqua est que pedibus calcatur & prelo exprimitur? Vini vique mentio est, & ideo ponitur ut domini sanguis intelligatur, & quod in calice dominico postea manifestatum est, prophetis annuntiatibus predicatur. Cypri. Epist. lib. 2. Epist. 1.

b. De gentibus adhuc incredulis queritur, quorum vita in ipsa passione quaerebatur. Grego. super Izech. hom. 13.

3. Calebo.

4. Conculcabo.

5. Redemptorum meorum.

6. Et admiratus sum quod non esset.

7. Salutem fecit.

8. Misericordias suas.

9. Vtique populus meus sunt, filij non degenerantes.

c. Quia saltem patres eorum Abraham, Isaac, Iacob, Moyses, &c. meam fidem seruauerunt, & pactum meum seruauerunt, quous multi filij eorum conuersi sunt in arcum peccati. S. Tho. [d. Et conuersus est scilicet dominus, non ex odio sed iustitia puniens eos per viciniam eorum ut patet lib. Iulianum, & postea per reges Aegypti, Assyriorum & Babilonios. ut patet in lib. Regum. Sed recordatur Dominus, quia sicut per Moysen liberauit eos de Aegypto, sic postea liberauit eos de captiuitate Babilonica per Cyrum. De Lyra. ibidem.]

10. Pastore.

11. Sanctum sum.

12. Incedere fecit.

13. Per vallem.

14. Dixisti.

e. Caelum dicitur habitaculum sanctum, & domus glorie eius. Iuxta illud Isa. 66. Caelum mihi sedes est. Non quod omnipotens deus, qui tenet caelum palmo & terram pugillo, vilo claudatur loco, sed quo quae sanctorum sunt, illius loci, & habitaculum sanctum esse dicitur. Hiero. ibid. Sed & basilicas sanctorum nominibus appellatae, velut loca sancta diuino cultui manserunt, sicut in pio & deuotione a seculis credimus. Aug. de dogm. ecclie. c. 73.

15. Ad modicum fuerunt in possessione populi sanctitatis tuae.

16. A seculo cum his quibus non dominatus es, nec nomen tuum inuocatum est super eos.



Vis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus] de Bosra? Iste formosus in stola sua, gradieas in multitudine fortitudinis suae. Ego qui loquor iustitiam, & propugnator] sum ad saluandum. Quare ergo] rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum. Calcaui] eos in furore meo, & conculcaui] eos in ira mea. Et aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinavi. Dies enim ultionis in corde meo, annus redemptionis meae] venit. Circumspexi, & non erat auxiliator: quare] sui, & non fuit] qui adiuuaret. Et saluauit] mihi brachium meum, & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi. Et conculcaui] populos in furore meo, & inebriaui eos in indignatione mea, & detraxi in terram virtutem eorum. Miserationum domini recordabor, laudem domini super omnibus quae reddidit nobis dominus, & super multitudinem bonorum domui Israel, quae largitus est eis secundum indulgentiam suam,] & secundum multitudinem misericordiarum suarum. Et dixit: Veruntamen populus meus est, filij non negantes. Et factus est eis saluator, in omni tribulatione eorum non est tribulatus, & angelus faciei eius saluauit eos. In dilectione sua & in indulgentia sua ipse redemit eos, & portauit eos & eleuauit eos cunctis diebus seculi. Ipsi autem ad iracundiam prouocauerunt, & affligerunt spiritum sancti eius. Et conuersus est eis in inimicum, & ipse debellauit eos. Et recordatus est dierum seculi, Moysi & populi sui. Vbi est qui eduxit eos de mari cum pastoribus] gregis sui? Vbi est qui posuit in medio eius spiritum sancti sui? Qui eduxit ad dexteram Moysen brachio maiestatis suae, qui scidit aquas ante eos ut faceret sibi nomen sempiternum? Qui eduxit] eos per abyssos quasi equum in deserto non impingentem, quasi animal in campo] descendens. Spiritus domini ductor eius fuit. Sic adduxisti] populum tuum ut faceres tibi nomen gloriae. Attende de caelo, & vide de habitaculo sancto tuo, & folio gloriae tuae. Vbi est zelus tuus & fortitudo tua? Multitudo viscerum tuorum & miserationum tuarum super me continuerunt se. Tu enim pater noster, & Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos. Tu domine pater noster & redemptor noster, a seculo nomen tuum. Quare errare nos fecisti domine de viis tuis, indurasti cor nostrum ne timeremus te? Conuertere propter seruos tuos, tribus hereditatis tuae. Quasi nihilum possederunt populum sanctum tuum hostes nostri, conculcauerunt sanctificationem tuam. Facti sumus quasi in principio, cum non dominareris nostri, neque inuocaretur nomen tuum super nos.

Messias aduentu suo ad iustitiam coget & ad misericordiam, expectantibus eum multa pollicitus.

LXIII.

Vtinam

† Sup. 40. e

† Matth. 21. a  
Zach. 9. b  
† Sup. 40. e

A † Apoc. 19. e

† 24. q. 3. cap. Quidam.

† Exod. 14. a  
Dent. 26. d  
Baruch. 2. d

D † Psal. 79. e

† Baruch. 2. d  
† 13. q. 2. e. qui diuina. 5.  
Qui de morte tui.



**A** **V**tinam dirumperes cœlos & descenderes. A facie tua montes defluerent, sicut exustio ignis, tabescerent, aquæ arderent igni,] vt notum fieret nomen tuum inimicis tuis, à facie tua gentes turbarentur. Cum feceris mirabilia, non sustinebimus. ] Descendisti, & à facie tua montes defluerunt.

**† 1. Cor. 2. b** **B** **†** A seculo non audierunt, neque auribus perceperunt. **¶** Oculus non vidit deus absque te, quæ preparasti expectantibus te. ] Occurristi lætanti & facienti iustitiâ, in viis tuis recordabuntur tui. Ecce, tu iratus es & ] peccauimus, in ipsis fuimus semper, & saluabimur. Et facti sumus vt immundi omnes nos, & quasi pannus menstruata ] vniuersæ iustitiæ nostræ. **¶** Et cecidimus quasi filium vniuersi, & iniquitates nostræ quasi vêtus abstulerunt nos. Non est, qui inuocet nomen tuum, qui consurgat & teneat te. ]

**† Psal. 78. b** **C** **¶** Abscondisti faciem tuam à nobis, & allisisti ] nos in manu iniquitatis nostræ. **¶** Et nunc domine pater noster es tu, nos verò lutum, & fictor noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos. **¶** Ne irascaris domine satis, ] & ne vltra memineris iniquitatis nostræ. Ecce respice, populus tuus omnes nos. **¶** **¶** Ciuitas sancti tui facta est deserta. Sion deserta facta est. Ierusalem desolata, domus sanctificationis nostræ ] & gloriæ nostræ, vbi laudauerunt te patres nostri, facta est in exustionem ignis, & omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas. Nunquid super his continebis te domine, tacebis & affliges nos\* vehementer? **†** Quæsierunt me qui antè non interrogabant, inueniunt qui non quæsierunt me.

**† Rom. 10. d**  
**† Infr. 66. c**

*Reddet dominus iustis & iniustis secundum opera eorum, discernens malos à bonis in præcepto promissæ salutis.* L X V.

**A** **D**ixi: Ecce ego, ecce ego, ad gentem quæ nesciebat me, & quæ non inuocabat nomen meum. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui graditur in via non bona post cogitationes suas. Populus qui ad iracundiam prouocat me ante faciem meam semper, qui immolant in hortis & sacrificant super lateres, qui habitant in sepulchris & in delubris idolorum dormiunt, ] qui comedunt carnem suillam, & ius profanum in vasis eorum, qui dicunt: recede à me, non appropinques mihi, quia immundus esisti sumus erunt in furore meo, ignis ardet tota die. Ecce scriptum est coram me: Non tacebo, sed reddam & retribuam in sinu eorum iniquitates vestras, & iniquitates patrum vestrorum simul dicit dominus, qui sacrificauerunt super montes & super colles exprobrauerunt mihi, & remetiar opus eorum

**B** primum in sinu eorum. **¶** Hæc dicit dominus: Quomodo si inueniatur granum ] in botro, & dicatur, ne dissipes illud, quoniã benedictio est, sic faciam propter seruos meos vt non disperdam totum. Et educam de Iacob semen, & de Iuda possidentem montes sanctos meos. Et hæreditabunt eam electi mei, & serui mei habitabunt ibi. Et erunt cæpestria in caulas gregum, & vallis Achor in cubile armentorum populo meo qui requisierunt me. Et vos qui dereliquistis dominum, qui oblitus estis montem sanctum meum, qui ponitis fortunæ mensam, & libatis super eam, ] numerabo vos in gladio, & omnes in cæde corruetis, **†** pro eo quod vocaui & nõ respondistis mihi, locutus sum, & non audistis: & faciebatis malum in oculis meis, & quæ nolui, elegistis. Propter hoc

**† Prou. 1. e**  
**† Iere. 7. c.**  
**† Infr. 66. b**

**C** hæc dicit dominus deus, **¶** Ecce serui mei comedent, & vos esurietis. **¶** Ecce serui mei bibent, & vos sitietis. Ecce serui mei lætabuntur, & vos confundemini. Ecce serui laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus ululabitis, & dimittetis nomen vestrum in iuramentum electis meis. Et interficiet te dominus deus, & seruos suos vocabit nomine alio. **¶** In quo qui benedictus est super terram, benedicetur in domino, amen. ] Et qui iurat in terra, iurabit in deo, amen. **¶** Quia obliuioni traditæ sunt angustia priores, & quia absconditæ sunt ab oculis nostris. **†** Ecce enim ego creo cœlos novos, & terram nouam, & non erunt in memoria priora, & non ascendent super cor, sed gaudebitis & exultabitis vsque in sempiternum in iis quæ ego creo. Quia ecce ego creo Ierusalem exultationem, & populum eius gaudium, & exultabo in Ierusalè, & gaudebo in populo meo, & non audietur in ea

**† Apoc. 21. a**

[a. Sunt verba Hebræorum qui in captiuitate Babylonica detinebantur. Facit propheta eos Deū vehementibus delictis depræcantes, vt veniat ad liberandum eos: & acerbissimis criminis in quibus verabantur exipitulum. Sed ego exipitulum diuinum nostrum vatem, et hæc mandata nominasti, ad Christi in mundum aduentum mentis oculis leuasti. Ideo Ecce Hebræi suspitantes, & humanam redemptionem per Christum inflammatibus verbis in imo pectore eductis perentes. Pintus, ibid.]  
1. Liquetiam, sicut ignis aquæ bullire facient.  
2. Cum faceres mirabilia non sperabamus.  
3. Deum præter te, qui sic faciat expectanti sa.  
4. Quia.  
5. Vestimentum inquinatum, vel sordidum.  
6. Homo in creatione factus est vt arbor, in tentatione vt folium, in deiectione vt stipula. Grego. Moral. 1. c. 24.  
7. Te apprehendat te.  
8. Te apprehendat te.  
9. Ac si dixerit, si consyderemus nostra merita desperandi est, si clementia tua qui Iherusalem omni filium quem recipis, audemus preces fundere. Tu enim pater noster es. Glossa ordina.]  
8. Plurimum.  
9. Ciuitates sanctitatis tuæ factæ sunt vt desertum.  
[d. Ciuitas sancti tui scilicet Ierusalè, uo cultui deputata, facta est deserta per Titum. Et domus sanctificationis nostræ, scilicet templum vbi offerrebat sacrificia pro sanctificatione nostra &c. De Iera ibid.]  
10. Sanctuarij nostri.  
\* Tam.  
a. Iudæi nanque ex initio affore aliquando hunc vicum per quem edicta repararetur, vltissima ratione susceperunt, & quotidie medicos ac prophetas, quosdo eius fuerit aduentus vbi adesse ei viderunt, & signa prodigia, sicut de eo scriptum fuerat, adimplentem, inuidia exæcati agnoscere nequieuerunt presentem, in cuius spe lætabatur absentis. Intellexerunt tantum sancti Apostoli, & qui à deo electi sunt, & nos qui post ab eis electi sumus. Hoc autem dei prouidentia factum est, vt agnitio boni huius etiam gentibus traderetur, & hi qui nunquam audierat de eo nec à prophetis didicerant, agnoscerent eum illi vero qui quotidiana meditationibus eum uenerunt, ignorerent. Clemens, l. 1. j. ad Iacobum fratrem do.  
1. Rebellem.  
2. Deferis pernoctant.  
3. Hanc aquam te, & sic accesserit ad me, ubi sanctior sum.  
4. Mulum. \* In eo.  
5. Erit plantis habitaculum, vel saron erit habitatio.  
6. Exercitum celi mensem, & qui impletis planetis libamen.  
h. Hic est enim cibus in quo vita definitur æterna, quo quisquis fuerit defraudatus, morte morietur. Quidquidem panis viuus atque celestis ipse dominus est, qui vici hac hinc mundus: Unde & ipse ait: Nisi manducaueritis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam æternam. Amb. de paradiso cap. 9.  
7. Qui benedixerit sibi in terra, benedicet sibi in deo vero.  
8. Vero.  
c. Hoc est se erunt quasi nunquam fuerint, quasi nullum letum inducent: eorum recordatio potius erit causa hilaritatis quam ætatis. Non enim beatitudo omnino obliuiscitur mala penæ & culpa quæ passi sunt, vel operati: sed peccatorum memoria inflammabilia eos ad intensiorē diuine pietatis amorē: memoria quoque præteritorum suppliciorum erit eis materia gloriantur de triumpho, & gratias agendi deo. Dionis. ibid.]

d. Et senex, i. habes multos annos in vacuo transactos, sed pie nos meritis, & per hoc a civitate caelesti amovetur defectus nobilitatis & virtutis. Et quod sic debeat hae littera intelligi, patet per hoc quod subditur. Quoniam puer centum annorum, id est qui multum viget puertiter sequens passiones suas, morietur morte aeterna. De Lyra. J. Filius.  
 9. Qui peccat, vt filius.  
 10. Arboris.  
 11. Cum electis meis.  
 12. Id est, filij quos per evangelium genuerunt non erunt geniti in concubinatione, sed in animi quiete & tranquillitate. Ita enim dicebat Apostolus. Per evangelium vos genui. Vntus ibidem. J.  
 f. Per irrationabilium differentiam, offendit vitam hominum cultibus nonnullaque diversam in eandem religionis coitram esse concordiam. Chrysol. in. j. ca. Matt. 10. 10.

vltra vox fletus & vox clamoris. Non erit ibi amplius infans dierum, & senex qui non impleat dies suos, quoniam puer centum annorum morietur, & peccator] centum annorum maledictus erit, & edificabunt domos & habitabunt, & plantabunt vineas & comedent fructus earum. Non edificabunt, & alius habitabit: non plantabunt, & alius comedet. Secundum enim dies ligni] erunt dies populi mei, & opera manuum eorum inueterabunt. Electi mei] non laborabunt frustra, neque generabunt in conturbatione, quia semen benedictorum domini est, & nepotes eorum cum eis. Eruntque antequam clament, ego exaudiam, adhuc illis loquentibus ego exaudiam. Lupus & agnus pascentur simul, & leo & bos comedent paleas, & serpenti pulvis panis eius. Non nocebunt neque occident in omni monte sancto meo, dicit dominus.

*Abiecto Iudeorum errore synagoga, templo, & sacrificiis, novam fundat ecclesiam perpetuae pacis & sacrificij apud Christianos, consolans eos in persecutionibus & tribulationibus suis.*  
 L. X. VI.

2. Deus dicitur in loco esse, & dicitur locus dei, ubi eius manifesta sit operatio, & qui plus participat operationis eius & gratiae. Quapropter caelum eius thronus est, in ipso enim angeli sunt facientes eius voluntatem, & semper glorificantes ipsum. Ita terra scabellum pedum eius, nam in ea percutiunt eum hominibus conuersatiis est, per autem eius sancta caro eius. Dicitur & ecclesia locus dei, in qua ad ipsum intercessionis fundunt. Damasc. li. 1. ca. 16. a. Quietis mea.  
 b. Ilo ergo humilis & quietus, ve in tuo deus requiescat ostendit: qui non requiescit in bestis, multo magis non requiescit in peccatore bestiali. Ambro. Hexameron. lib. 6. cap. 8.  
 c. Obedientiam operibus implem. Chrysol. ad pop. Antioche. homil. 34.  
 d. Immolare bouem, madare arietem, offerre sacrificium, thura succedere, scilicet idolis, quia haec habet deus quasi hominidum, & oblationem canis, & suillum sanguinem, atque blasphemiam qui elegerunt. Hiero. ibidem.  
 2. Iugular.  
 3. Iniquitati et hae.  
 4. Videtur.  
 5. Tu multus.  
 6. Quod de virgine Maria intelligitur. Cum enim neque voluntas, praecelset neque parietur dolor subleuatus est. secundum prophetam dicitur: priusquam dolorem partus senserat, peperit, & priusquam adiret tempus dolorum partus, effugit, & peperit masculum. Damasc. lib. 4. cap. 15.  
 6. Dolor.  
 7. Satiemini.  
 8. Delectemini in splendore gloriae eius.  
 9. Pacem.  
 10. 3. stus.  
 11. Delectabiliter fruabimini.  
 12. Resurgent sanctum corpora sine vilo vitio, sine vlla delictumitate, sicut sine vlla corruptio ne, onere, difficultate in quibus tanta erit facilitas resurgendi, quanta felicitas, propter quod & spiritalia dicta sunt, et proculdubio corpora futura sunt, non spiritus. Curabit artificis providentia ne quid indecens fiat, &c. August. in Enchiridion. cap. 91.  
 12. Vt reddat vel & reddet.  
 13. Adero operibus eorum & cogitationibus cum venerit tempus.  
 14. Omnes gentes & linguas.  
 15. Tharsis, Pul, & Iud, irabentur arcum Tubal & Graecia, & ad insulas remotas, quia.



Ecce dicit dominus: Caelum sedes mea est, & terra scabellum pedum meorum. Quae est ista domus quam edificabitis mihi, & quis iste locus requietionis meae? Omnia haec manus mea fecit, & facta sunt vniuersa ista, dicit dominus. Ad quem autem respiciam: nisi ad pauperculum & contritum spiritu, & tremementem sermones meos? Qui immolat bouem, quasi qui interficiat virum. Qui mactat pecus, quasi qui excerebret] canem. Qui offert oblationem, quasi qui sanguine suillum offerat. Qui recordatur thuris, quasi qui benedicat idolo. Haec omnia elegerunt in viis suis, & in abominationibus suis anima eorum delectata est. Vnde & ego eligam illusiones eorum, & quae timebant, adducam eis: quia vocaui, & non erat qui responderet: locutus sum, & non audierunt. Feceruntque malum in oculis meis, & quae nolui, elegerunt. Audite verbum domini qui tremitis ad verbum eius. Dixerunt fratres vestri odientes vos, & abiicientes propter nomen meum: Glorificetur dominus & videbimus] in latitia vestra, ipsi autem confundentur. Vox populi] de ciuitate, vox de templo, vox domini reddentis retributionem inimicis suis. Antequam parturiret, peperit: antequam veniret] partus] eius, peperit masculum. Quis audiuit vnquam tale? & quis vidit huic simile? Nunquid parturiet terra in die vna, aut parietur gens simul? quia parturiuit & peperit Sion filios suos? Nunquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam, dicit dominus? Si ego qui generationem caeteris tribuo, sterilis ero, ait dominus deus tuus? Latamini cum Ierusalem, & exultate in ea, omnes qui diligitis eam. Gaudete cum ea gaudio vniuersi qui lugetis super eam, vt fugatis, & repleamini] ab vbere consolationis eius, vt mulgeatis, & deliciis affluatis ab omnimoda gloria eius. Quia haec dicit dominus: Ecce ego declinabo super eam quasi fluium] pacis, & quasi torrentem inundantem gloriam gentium quam sugetis. Ad vbera] portabimini, & super genua] blandientur vobis. Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos, & in Ierusalem consolabimini. Videbitis & gaudebit cor vestrum, & ossa vestra quasi herba germinabunt. Et cognoscetur manus domini seruis eius, & indignabitur inimicis suis. Quia ecce dominus in igne veniet, & quasi turbo quadriga eius, reddere] in indignatione furorem suum, & increpationem suam in flamma ignis. Quia in igne dominus diudicabit, & in gladio suo] ad] omnem carnem, & multiplicabuntur interfecti domino. Qui sanctificabantur, & mundos se putabant in hortis post ianuam intrinsecus, qui comedebant carnem suillam & abominationem, & murem, simul consumentur, dicit dominus. Ego autem] opera eorum & cogitationes eorum venio] vt congregem, cum omnibus gentibus & linguis:] & venient, & videbunt gloriam meam. Et ponam in eis signum, & mittam ex eis qui saluati fuerint ad gentes] in mare, in Africam & Lydiam, tenentes sagittam, in Italiam & Graeciam, ad insulas longae,] ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam

† 1. que. 7. c. Paulus, &c. Quinec.

† Psal. 31. b. Sup. 11. b.

† Ado. 7. f.

† 1. q. 1. c. Pea. Iſaiam. Iob. 11. f.

† Prouer. 1. c. Iere. 17. c. Sup. 59. b.

† Iere. 28. a.

gloriam meam. Et annuntiabunt gloriam meam gentibus, & adducent omnes fratres vestros de cunctis gentibus, donum domino, in equis & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis ad montem sanctum meum Ierusalem, dicit dominus: <sup>† Apoc. 21. a</sup> <sup>g</sup> quomodo si inferant filij Israel munus in vase mundo, in domum domini. <sup>†</sup> Et assumam ex eis in sacerdotes & Leuitas, dicit dominus: <sup>h</sup> quia sicut cœli noui, & terra noua, quæ ego facio stare coram me, dicit dominus deus: sic stabit semen vestrum & nomen vestrum. Et erit <sup>16</sup> mensis ex mensibus & sabbatum ex sabbato. Veniet omnis caro, vt adoret coram facie mea, dicit dominus. Et egredientur, & videbunt cadauera virorum qui præuaricati sunt in me. <sup>†</sup> Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt <sup>17</sup> vsque ad satietatem visionis] omni carni.

† Mar. 9. g  
9. qu. j. c  
Quoniam.

fg. Vaticinatur de conuersione gentium infidelium ad fidem & ecclesiam Christi. Per equos, & quadrigas, ceterisque vestitur intellige omnes rationes & modos adducendi infideles ad ecclesiam, quæ per montem sanctum Ierusalem significatur. Pincus. ibid. j

h. Si terra renouatur & cœlum, cur dubitemus hominem posse renouari, propter quem terra facta & cœlum est? Hæc præuaricator seruatur ad poenam, cur iustus non perpetuetur ad gloriam? Vermis non morietur peccatorum, quem ad modum interitibus caro iustorum. Hæc est enim resurrectio, sicut verbi ipsius sono exprimitur, vt quod cecidit, hoc resurgat: quod mortuum fuerit, reuiuifcat. Et hæc est ferries & causa iusticie, vt quoniam corporis animique communis est adus, quæ animus cogitauit, corpus efficit: vtrunque in iudicium veniat, vt sique aut poenæ delatur, aut gloriæ referretur. Ambro. de hie resurrectio- nis.

16. De mense in mensum, & de sabbato in sabbatum.  
17. Nauæa vel opprobrium.

INCIPIT PROLOGVS IN Ieremiam Prophetam.

**I**eremias Propheta, cui hic prologus scribitur, sermone quidem apud Hebræos Isaia & Hoseæ, & quibusdam aliis Prophetis videtur esse rusticior, sed sensibus par est: quippe qui eodem spiritu prophetauit. Porro simplicitas eloquij, à loco ei in quo natus est, accidit. Fuit enim Anathotites, qui est vsque hodie viculus tribus ab Ierosolymis distans milibus, sacerdos ex sacerdotibus & in matris vtero sanctificatus, virginitate sua euangelicum virum Christi Ecclesie dedicans. Hic vaticinari exorsus est puer, & captiuitatem vrbs atque Iudæe non solum spiritu, sed & oculis carnis intuitus est. Iam decem tribus Israel Assyrij in Mædos transfulerant: iam terras earum coloni Gentium possidebant. Vnde in Iuda tantum & in Beniamin prophetauit: & ciuitatis suæ ruinas quadruplici planxit alphabeto: quod nos mensuræ metri, versibusque reddidimus. Præterea ordinem visionum, qui apud Græcos & Latinos omnino confusus est, ad pristinam fidem correximus. Librum autem Baruch notarij eius, qui apud Hebræos nec legitur, nec habetur, prætermisimus: pro his omnibus maledicta ab æmulis præstolantes, quibus me necesse est per singula opuscula respondere. Et hoc patior, quia vos me cogitis. Caterum ad compendium mali rectius fuerat modum furori eorum, silentio meo ponere, quàm quotidie noui aliquid scriptitantem, inuidorum insaniam prouocare.

ALIVS PROLOGVS IN EVNDEM.

**I**oachim filius Iosia, cuius\* tertio decimo anno prophetare orsus est Ieremias, sub quo <sup>\* Eusebius dicit decimo.</sup> & Olda mulier prophetauit, ipse est qui alio nomine appellatur Eliachim, & regnauit super tribum Iuda & Ierusalem, annis vndecim, cui successit in regnum filius Ioachim, cognomento Iechonias, qui tertio mense regni eius die decima, captus à ducibus Nabuchodonosor, ductus est in Babylonem, & in loco eius constitutus est Sedechias filius Iosia patris eius, cuius anno vndecimo Ierusalem capta atque subuersa est. Nemo igitur putet eundem in Danielis principio Ioachim, qui in Ezechielis exordio Ioachim scribitur. Iste extremam syllabam Kim habet, ille chin, & ob hanc causam in Euangelio secundum Matthæum, vna videtur deesse generatio, quia secunda tessaradecas in Ioachim desinit filium Iosia, & tertia incipit à Ioachim filio Ioachin. Quod ignorans Porphyrius calumniam struit ecclesie, suam ostendens imperitiam, dum euangelistam Matthæum arguere nititur falsitatis. Quòdque traditum scribitur Ioachim monstrat, non aduersariorum fortitudinis fuisse victoriam, sed domini voluntatis.

VITA IEREMIÆ PROPHETÆ.

**I**eremias Anathotites, qui est viculus tribus à Ierosolymis distans milibus, apud Thamas in Aegypto à populo lapidibus obrutus occubuit. Iacet vero in eo loco sepultus, quo dudum Pharaon rex habitauerat. Et quoniam postulatione sua defugatis ab eodem loco serpentibus, Aegyptios à tactu aspidum facit securos, magna eum ibi religione Aegyptij venerantur.

# Incipit Ieremias Propheta.

*Ieremias adhuc puer spiritu sancto repletus mittitur ad predicandum Ierusalem destructionem sub nomine virga & olla succensa. Cap. I.*

a Ieremias propheta instantem  
verbi Ierusalem captiuitatem  
Babyloniam, & nostram etiam fe-  
culi clades predictas inuoluit  
litteris. Nec solus ille hinc vari-  
natus est multitudini, sed pro-  
pheta Iezechiel, qui primus  
duos libros hoc argumento scri-  
ptos reliquit. Iosaph. h. 10. c. 61.  
b. Ieremias est adhuc ille puer,  
propheta cepit anno 11. Iosaph.  
filius Amon regis Iudae propheta  
causam in impetio eius annis  
decem, & nouem, & postea sub  
Ioachim filio eius annis vnde-  
cim, & sub Sedechia ultimo re-  
ge Iuda annis vndeim; qui fuit  
41. pater id quod prophetauit  
in Aegyptio. Hiero. ibid.  
c. Decellatur officio quod pro-  
pheta non potest sustinere. Eade  
verecundia qua Moyses gracilis  
& tenuis voris se esse dicit,  
sed ille quasi magna & robusta  
aetate corrigitur, quasi uenia  
hinc pueri datur, qui uerecun-  
dia & pudore decoratur. Glori-  
ordina. ibid. j  
1. Ah, ah.  
2. Non noui.

d. Nisi prius ab auditoru suoru  
cordibus spinar uani amoris e-  
uelleret, frustra in eis uerba  
predicationis plantaret. Greg.  
Pastoral. part. 1. admo. 15.  
3. c. Amygdalinam, quae seiscet  
alio arboribus ceteris floret.  
4. Accelerabo uerbum meum.  
5. Haec est serpens olla quam vi-  
dit Ieremias: in qua decoquan-  
tur omnes principes & pastores  
tenebrarum, seductores hominu  
temporalium, uenturos diu-  
rurum, qui primas cathedras  
aggerunt in synagogis, & salu-  
tari in foro, & uocari Rabbi.  
Hanc ollam succensit diabolus,  
cum corda patrum inlrat ad al-  
tiora. Aug. ad fratres in Eremo.  
Sermo 2.  
5. Iustitiam.  
6. Aperietur.

7. Ne forte perlam te ante.  
g. Quae est tanta fortitudinis  
causa, ut nec reges, nec princi-  
pes, nec sacerdotes, nec populi  
aduersum unum preualeant Se-  
quentur. Quia tecum ego sum di-  
xit deus, ut liberem te. Raba.  
h. Quia ego tecum sum, qui  
sum inlmita uictus, & sic pos-  
sum te in omnibus protegere.  
De Lyra. ibid. j



**V** Erba Ieremiae [Propheta] filij Helchiae de sacerdotibus  
qui fuerunt in Anathot in terra Benjamin. Quod factum  
est uerbum domini ad eum in diebus Iosiae filij Amon re-  
gis Iuda, in tertio decimo anno regni eius. Et factum est in  
diebus Ioachim filij Iosiae regis Iuda, usque ad consumma-  
tionem undecimi anni Sedechiae filij Iosiae regis Iuda, usque  
ad transmigrationem Ierusalem, in mense quinto. Et factum  
est uerbum domini ad me dicens: Priusquam te formarem  
in utero, noui te: & antequam exires de uulua; sanctificaui  
te: & prophetam in gemitibus dedi te. Et dixi: Ah, ah, ah, ]  
domine deus. Ecce nescio loqui, quia puer ego sum. Et dixit dominus ad me: noli di-  
cere, quia puer sum, quoniam ad omnia quae mittam te, ibis: & uniuersa quaecunque  
mandauero tibi, loqueris. Ne timeas a facie eorum, quia ego tecum sum: ut eruum te,  
dicit dominus. Et misit dominus manum suam, & tetigit os meum, & dixit ad me:  
Ecce dedi uerba mea in ore tuo, ecce constitui te hodie super gentes & super regna,  
ut euellas, & destruas, & disperdas, & dissipas, & aedificas, & plantes. Et factum est  
uerbum domini ad me, dicens: Quid tu uides Ieremia? Et dixi: Virgam vigilan-  
tem] ego uideo. Et dixit dominus ad me: Bene uidisti, quia uigilabo ego super uer-  
bum meum, ] ut faciam illud. Et factum est uerbum domini secundum ad me, dicens:  
Quid tu uides? Et dixi: Ollam succensam] ego uideo, & faciam eius a facie aquilo-  
nis. Et dixit dominus ad me: Ab aquilone pandetur] omne malum super omnes  
habitatores terrae. Quia ecce ego conuocabo omnes cognationes regnorum aquilo-  
nis dicit dominus, & uenient, & ponent unusquisque solium suum in introitu por-  
tarum Ierusalem, & super omnes muros eius in circuitu, & super uniuersas urbes Iu-  
da. Et loquar iudicia mea cum eis super omnem iniquitatem eorum qui dereliquerunt  
me, & liberauerunt diis alienis, & adorauerunt opus manuum suarum. Tu ergo accin-  
ge lumbos tuos & surge, & loquere ad eos omnia quae ego praecipio tibi. Ne formi-  
des a facie eorum, nec enim timere te faciam] uultum eorum. Ego quippe dedi te  
hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum aereum super  
omnem terram regibus Iuda, & principibus eius, & sacerdotibus, & omni populo  
terrae: & bellabunt aduersum te, & non praeualebunt, quia ego tecum sum, ait do-  
minus, ut liberem te.

*Incipit increpare sacerdotes & pastores super idolis suis, & Ierusalem super inobedientia sua, quod sit meretrix & obstinata, & crudelis in pauperes. 11.*

1. Misericordiae adolescentia-  
tuz & dilectionis.

a Israel quia prior credidit, do-  
mini promissa dicitur, gentes  
uero postea credentes, fruges  
domini factae sunt. Greg. super  
Ezech. hom. 11.  
b. Dereliquerunt autem patres  
populi peccatis deum, & non  
beneficent, sed longo tempore, &  
pro deo fecerunt uanitatem,  
idola uidelicet quae nihil pro-  
sunt cultoribus suis, & ipsi si-  
miles facti sunt, secundum illud  
quod scriptum est: Similes illis  
qui faciunt ea, & omnes qui co-  
sulant in eis. Rabanus. ibid.  
2. Aridam & uibrantem,

**E**T factum est uerbum domini ad me dicens: Vade, & clama in auribus  
Ierusalem, dicens: Haec dicit dominus: Recordatus sum tui, miserans  
adolescentiam tuam & charitatem] desponsationis tuae, quando secuta  
es me in deserto, in terra quae non seminatur. Sanctus Israel domino,  
primitiae frugum eius. Omnes qui deuorant eum, delinquent, mala uenient super  
eos, dicit dominus: Audite uerbum domini domus Iacob, & omnes cognationes  
domus Israel. Haec dicit dominus: Quid inuenerunt patres uestri in me iniquitatis,  
quia elongauerunt a me, & ambulauerunt post uanitatem, & uani facti sunt? Et non  
dixerunt: ubi est dominus qui ascendere nos fecit de terra Aegypti, qui traduxit nos  
per desertum, per terram inhabitabilem & inuiam, per terram sitis & imaginem]  
mortis,

A Anni ante  
Christu 655.  
Anni mudi.  
3307.

B Infr. 1. 4. b.  
De renuntia.  
c. Nisi.  
8. q. 1. ca. In  
scripturis.

Infr. 1. 8. a.  
10. dist. e.  
Centum.  
c. Nisi.  
8. q. 1. ca. In  
scripturis.

Infr. 2. 4. b.  
86. di. ca. 81  
Imperator.  
2. qu. 7. ca.  
In lauda.  
6. qu. 1. c.  
Beatus.  
De off. lega.  
c. 2.  
Infr. 4. b.

Infr. 2. 5. d.

Infr. 3. d.

mortis, per terram in qua non ambulauit vir neque habitauit homo? Et induxi vos in terram Carmeli, vt comederetis fructum eius & optima illius. Et ingressi contaminastis terram meam, & hereditatem meam posuistis in abominationem. Sacerdotes non dixerunt: vbi est dominus? & tenentes legem nescierunt me, & pastores prauaricati sunt in me. Et prophetae prophetauerunt in Baal, & idola secuti sunt. Propterea adhuc iudicio contendam vobiscum, ait dominus, & cum filiis vestris disceptabo.

Transite ad insulas Cethin, & videte, & in Cedar mittite, & considerate vehementer, & videte si factum est huiusmodi, si mutauit gens deos suos, & certe ipsi non sunt dii. Populus vero meus mutauit gloriam suam in idolum. Obstupescite caeli super hoc, & portae eius desolamini vehementer, dicit dominus. Duo enim mala fecit populus meus. Me dereliquerunt fontem aquae viuae, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quae continere non valent aquas. Nunquid seruus est Israel aut vernaculus? Quare ergo factus est in praedam? Super eum rugierunt leones, & dederunt vocem suam, posuerunt terram eius in solitudinem. Ciuitates eius exustae sunt, & non est qui habitet in eis. Filij quoque Mempheos & Taphneos constuprauerunt te vsque ad verticem. Nunquid non istud factum est tibi, quia dereliquisti dominum deum tuum, eo tempore quo ducebat te per viam? Et nunc quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam? Et quid tibi cum via Assyriorum, vt bibas aquam fluminis? Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Scito & vide, quia malum & amarum est reliquisse te dominum deum tuum, & non esse timorem eius apud te, dicit dominus deus exercituum. A seculo confregisti iugum meum, rupisti vincula mea, & dixisti. Non seruiam. In omni enim colle sublimi, & sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix. Ego autem plantaui te vineam electam, omne semen verum. Quomodo ergo conuersa es mihi in prauum vinea aliena? Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam borith, maculata eis in iniquitate tua coram me, dicit dominus deus. Quomodo dicis: non sum polluta, post Baalim non ambulauit? Vide vias tuas in conualle, scito quid feceris. Cuius for leuis explicans vias suas, Jonager assuetus in solitudine, in desiderio animae suae attraxit ventum amoris sui. Nullus auertat eam. Omnes qui quaerunt eam, non deficient, in mensuris eius inuenient eam. Prohibe pedem tuum a nuditate, & guttur tuum a siti. Et dixisti: desperaui, nequaquam faciam. Adamaui quippe alienos, & post eos ambulabo. Quomodo confunditur fur quando deprehenditur, sic confusi sunt domus Israel, ipsi & reges eorum, principes & sacerdotes, & prophetae eorum, dicentes ligno, pater meus es tu, & lapidi, tu me genuisti. Verterunt ad me tergum & non faciem, & in tempore afflictionis suae dicent: surge, & libera nos. Vbi sunt dii tui, quos fecisti tibi? Surgant, & liberent te in tempore afflictionis tuae. Secundum numerum quippe ciuitatum tuarum erant dii tui Iuda. Quid vultis mecum iudicio contendere? Omnes dereliquistis me, dicit dominus. Frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt. Deuorauit gladius vester prophetas vestros, quasi leo vestator generatio vestra. Videte verbum domini: Nunquid solitudo factus sum Israel, aut terra ferotina? Quare ergo dixit populus meus, recessimus, non veniemus vltra ad te? Nunquid obliuiscetur virgo ornamenti sui, aut sponsa fasciae pectoralis suae? Populus vero meus oblitus est mei diebus innumeris. Quid niteris bonam ostendere viam tuam, ad quaerendam dilectionem? Quae insuper & malitias tuas docuisti vias tuas, & in alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum & innocentium. Non in fossis inueni eos, sed in omnibus quae supra memorauimus. Et dixisti: Absque peccato & innocens ego sum: & propterea auertatur furor tuus a me. Ecce ego iudicio contendam tecum, eo quod dixeris, non peccaui. Quam vilis facta es nimis, iterans vias tuas. Et ab Aegypto confunderis, sicut confusa es ab Assur. Nam & ab ista egredieris, & manus tuae erunt super caput tuum, quoniam obtinuit dominus confidentiam tuam, & nihil habebis prosperum.

22. q. 1. ca. Bonon. Infr. 46. c. Infr. 5. b

Infr. 3. b Jsa. 5. a Matth. 21. d

Infr. 32. f Deut. 32. c

Infr. 11. a

1. Quasi pro labore ducisimiliter, sed vobis abundantia omnium rerum, quod significat Camelus. Qui Hebraice Chermel, Latine vero scientia circosolus. Quomodo autem populus iste terram sanctam & omnium rerum terram idololatria polluit & violauit. sic & nos vere circosolus accepimus sciam, comedimus fructum eius, & si negligenter interpretari, committimus hereditatem Dei, & hereditatem eius abominabilem facimus. Gloia ordina. 3.

2. Quae nihil profuerunt.

3. Inij constantiores sunt in malo quam fideles in bona. Chryso aduers. Iudas, ora. 1.

4. Qui tamen.

5. In eum qui professus non valet. Horretis caeli super hoc, horretis, & desolamini.

6. Pater dicit se fontem, ex quo spiritus sanctus aqua viua procedit. Chry. de sancto spi.

7. Leones, id est Assyriorum & Aegyptiorum crudeliter ipsum inuadentes inde subditur. Posuerunt terra eius in solitudinem. De Lyra. ibid. 7.

8. Noph & Thaphpanhes ceruicem tuam contingentes.

9. Iuxta illud Isa. A planta pilis vsque ad verticem non est in eo sanctorum. Tanta sunt libidinis Aegyptiorum, qui sunt magister carnium vt nulli pateant membro. Iuxta litteram hae ad idola referuntur Aegyptiorum. Spirituales ad magistros peruersi dogmatis qui puritate ecclesiam polluntur turpitudine. Tropologicè castigari est post male operationis vitium, & in ipsa fidei sublimitate corrigi. Cui enim nequissimi spiritus vniuersumque animi impis operibus inuoluit sed integritatem fidei vitare non possunt, quasi adhuc interiora membra possunt. Qui autem in fide corruptus, iam vitare ad verticem constituitur. Malignus enim spiritus quasi ab interioribus membris vsque ad summa peruenit, cum adiuua vita polluit, castam celestis fidei dissoluit morbo corruptis. Gloia ordina. 7.

10. Scit.

11. Scit. Euphratis.

12. Scit. Euphratis.

13. Scit. Euphratis.

14. Scit. Euphratis.

15. Scit. Euphratis.

16. Scit. Euphratis.

17. Scit. Euphratis.

18. Scit. Euphratis.

19. Scit. Euphratis.

20. Scit. Euphratis.

21. Scit. Euphratis.

22. Scit. Euphratis.

nicari, cuius tamè oppositum fecit, vnde subditur: Populus meus, quid feci tibi, &c. Dionys. ibid. 19. 11st. 10. Quia licet malus sit peccator, grauius tamè est peccata perpetrata mendaciter excusare vnde subditur. Ecce ego iudicio contendam tecum cum in eis te ex malitia tua, & puniens non violenter sed rationabiliter. De Lyra. ibidem. 20. Te condemno.

21. Cur tam crebro discursis, vt mutet viam tuam? 22. Abhorruit.



Dominus Iudeis comminatur excidium, quia vocationem suam neglexerunt, atque omnem potestatem & imperium ad penitentiam reuocat, & a pœna captiuitatis promittit eos liberandos. III.

a. Dominus etiam post fornicationem suscipit penitentem: & hortatur vt reuertatur ad se In septuaginta vero non pronocat ad penitentiam, sed arguit impudentiam meretricis, quod post adulterium redcat ad maritum. Rabanus ibid.  
1. Terra.  
b. Cum igitur in vehementem dei charitatem reuertentur, non meminit priorum: non est sicut deus, homo: nec cum exprobrat peccata, neque dicit: Quare in tantis temporibus distulisti, ut penitentiam agam? sed cum accolerimus, diligit, & cum ipsius timore carnes nostras cruciatu excruciat. Chryso. ad pop. Antioche. homil. 40.  
2. In excelsis loca.  
3. Non lucis constuprata.  
4. Arabis in deserto.  
5. An noui deinceps vocabis.  
6. In eternum.  
7. Rebells illa Israel, quæ abiit.

8. Cùmque hoc vidisset, & quæ iudex omnes causas quibus.  
c. Videtur hic deus dimittere peccatorem. Verum dicendum quod deus non dimittit longe aliquem quantum ad se pertinet, sed homo peccans ipsum dimittit. Vnde illa 90. In iniquitatum vestris venisti elis, & in scelibus vestris dimisi matrem vestram. S. Thomas.  
9. Nec illa.

d. Promittit per mediatorum & donum, si obtemperent, vt scilicet pacem habeant. Chryso. de Adam, Sodomitis, Achab, & penitentia.  
e. Cadere faciam in vos iram meam, quia pius.

f. Reuertimini filij rebelles, inquit Dominus, quia ego dominabor vobis, in iudicio vos atque dixerunt, Excipiam autem vos si redire velitis, etiam vnum ex tota urbe, aut duos ex tota alia familia. Tollerius, ibid.]

11. Rebells, & infra.  
12. Dominabor vobis.  
f. Hoc de ecclesia intelligendū: quando congregantur omnes gentes in nomine domini in Ierusalem, in qua est visio pacis, & nequaquam ambulant post prauitatem cordis sui peccati: vt dicant quæ desiderant, nec suos sequuntur errores, sed dicunt eius propheta. Adhæsit anima mea post te Hiero. ibid.

13. Fuleris.  
14. Cum domo.  
15. Hic circa prædicta mouetur questio, scilicet, qualiter habeatur filiorum multiplicatio, & hereditatis celestis adeptio, & dicitur. Quomodo ponz. De Tyra.]

16. Noli à me recedere.  
17. In excelsis.  
18. Depeccationum.  
19. Rebells.  
h. Id est, blasphemias vestras, & ceteraque peccata in Christum, per quæ in infirmitatem delebo. Vnde Petrus dixit Iudæis: Penitentiam agite, & baptizetur vniuersusque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum. Act. 2. f. Dion. ibi. I. Vox Israel est, qui deum suum non audiuit, & hereticis penitentibus. Pars enim est saluti peccata uide, & cõfiteri. Vnde Ista. 4. d. Natura si quid habes veni. f. Ikeris. Glosa. ordina. ibid.]



Vlgo dicitur: Si dimiserit vir uxorem suam, & recedens ab eo duxerit vnum alterum, nunquid reuertetur ad eam vltra? Nunquid non polluta erit & contaminata mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, dicit dominus. Leua oculos tuos in directum, & vide vbi non prostrata sis. In viis sedebas, expectans eos quasi latro in solitudine, & polluisti terram in fornicationibus tuis, & in malitiis tuis. Quamobrem prohibita sunt stilla pluuiarum: & serotinus imber non fuit. Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Ergo saltem à modo voca me: pater meus, dux virginis meæ tu es. Nunquid irascèris in perpetuum, aut perseverabis in finem? Ecce locuta es, & fecisti mala, & potuisti. Et dixit dominus ad me in diebus Iosiae regis: Nunquid vidisti quæ fecerit auersatrix Israel: Abiit sibi met super omnem montem excelsum, & sub omni ligno frondoso, & fornicata est ibi. Et dixi cum fecisset hæc omnia: ad me reuertere, & non est reuersa. Et vidit præuaricatrix soror eius Iuda, quia pro eo quod in mœchata esset auersatrix Israel: dimissem eam, & dedissem ei libellum repudiij, & non timuit præuaricatrix Iuda soror eius, sed abiit & fornicata est etiam ipsa, & facilitate fornicationis suæ contaminauit terram: & mœchata est cum lapide & ligno. Et in omnibus his non est reuersa ad me præuaricatrix soror eius Iuda in toto corde suo, sed in mendacio, ait dominus. Et dixit dominus ad me: Iustificauit animam suam auersatrix Israel comparatione præuaricatricis Iudæ: Vade & clama sermones istos contra aquilonem, & dices: Reuertere auersatrix Israel, ait dominus, & non auertam faciem meam à vobis, quia sanctus I ego sum, dicit dominus, & non irascar in perpetuum. Veruntamen scito iniquitatem tuam, quia in dominum deum tuum præuaricata es. Et dispersisti vias tuas alienis sub omni ligno frondoso, & vocem meam non audisti, ait dominus. Conuertimini filij reuertentes, dicit dominus: quia ego vir vester. Et assumam vos, vnum de ciuitate, & duos de cognatione, & introducam vos in Sion. Et dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia & doctrina. Cùmque multiplicati fueritis, & creueritis in terra in diebus illis ait dominus: non dicent vltra, arca testamenti domini, neque ascendet super cor, neque recordabuntur illius, nec visitabitur, nec fiet vltra. In tempore illo vocabunt Ierusalem solium domini: & congregabuntur ad eam omnes gentes in nomine domini in Ierusalem: & non ambulabunt post prauitatem cordis sui pessimi. In diebus illis ibit domus Iuda ad domum Israel, & venient simul de terra aquilonis ad terram, quam dedi patribus vestris. Ego autem dixi: Quomodo ponam te in filios, & tribuam tibi terram desiderabilem hereditatem præclaram exercituum gentium? Et dixi: Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis. Sed quomodo si contemnat mulier amatorem suum, sic contempsit me domus Israel, dicit dominus. Vox in viis iudata est, ploratus & ululatus filiorum Israel, quoniam iniquam fecerunt viam suam, obliuisci sunt domini dei sui. Conuertimini filij reuertentes, & sanabo auersiones vestras. Ecce nos venimus ad te. Tu enim es dominus deus noster. Verè mendaces erant colles, & multitudo montium. Verè in domino deo nostro salus Israel. Confusio comedit laborem patrum nostrorum ab adolescentia nostra, greges eorum & armenta eorum, filios eorum & filias eorum. Dormiemus in confusione nostra, & operiet nos ignominia nostra, quoniam domino deo nostro peccauimus nos, & patres nostri ab adolescentia nostra vsque ad diem hanc, & non audiuius vocem domini dei nostri.

† 4. Reg. 18  
† Sup. 1. a  
† Sup. a. d

† Inf. 31. e  
† Mat. a. c

Nisi Israel conuertatur ad dominum, & circumcidatur corde, grauis illi imminet ab Aquilone incommoda, de cuius excidio propheta gemit. IIII.

Si re-



† 12. q. 1. c. Et iudicant. De iudicior. c. Si Christus. Osee. 10. d

† De verb. sign. cap. 1.

† Sup. 1. c.

† Sap. 1. b.

† 6. q. 7. c. Et hoc diximus



**S**i reuertēris ad me] Israel, ait dominus, ad me conuertere. Si abstuleris offendicula tua] à facie mea, non commoueberis. Et iurabis, uiuit dominus in veritate, & in iudicio, & in iustitia, & benedicent eum] gentes, ipsūque laudabunt. Hæc enim dicit dominus viro Iuda, & habitatori] Ierusalem: <sup>†</sup> Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas. Circūcidimini domino, & auferite præputia cordium uestrorum viri Iuda, & habitatores Ierusalem, ne fortè egrediatur vt ignis indignatio mea, & succendatur, & nō sit qui extinguat. <sup>†</sup> Omnia autem mala venient,] propter malitiam cogitationum uestrarum. <sup>†</sup> Annuntiate in Iuda, & in Ierusalem auditum facite: loquimini & canite tuba in terra, clamate fortiter, & dicite: Congregamini, & ingrediamur ciuitates munitas, leuate signū in Sion. <sup>†</sup> Confortamini,] nolite stare, quia malum ego adducam ab Aquilone, & contritionē magnam. <sup>†</sup> Ascendit leo de cubili suo, & prædo gentium se leuauit. Egressus est de loco suo, vt ponat terram tuam in solitudinem. <sup>†</sup> Ciuitates tuę vastabuntur, & remanētes] absque habitatore. <sup>†</sup> Super hoc accingite vos ciliciis: plangite & ululate, quia non est auersa ira furoris domini à vobis. Et erit in die illa, dicit dominus: peribit cor regis & cor principum, & obstupescēt sacerdotes, & prophetę consternabuntur. Et dixit: Heu, heu, heu,] domine deus. Ergone] decepisti populum istum, & Ierusalem, dicens, pax erit vobis? Et ecce peruēnit gladius vsque ad animam. In tempore illo dicitur populo huic & Ierusalem: <sup>†</sup> ventus <sup>†</sup> vrens in viis quę sunt in deserto vię] filię populi mei, non ad ventilandum & ad purgandum. <sup>†</sup> Spiritus plenus ex iis venit mihi. Et nunc ego, sed loquar iudicia mea cum eis. Ecce quasi nubes ascendet, & quasi tempestas currus eius. Velociores aquilis equi illius. Væ nobis quoniam vastati sumus. Laua à malitia cor tuum Ierusalem, vt salua fias. Vsquequo morabuntur] in te cogitationes noxię? Vox enim annuntiantis à Dan, & notum facientis] idōlum] de monte Ephraim. <sup>†</sup> Dicite gentibus: Ecce auditum est in] Ierusalem, custodes venire de terra longinqua, & dare super ciuitates Iuda vocem suam. quasi custodes agrorum facti sunt super eam in gyro, quia me ad iracundiam prouocauit, dicit dominus. <sup>†</sup> Vię tuę & cogitationes tuę fecerunt hæc tibi. Ista malitia tua, quia amara, quia tetigit cor tuū. <sup>†</sup> Ventrem meum, ventrem meum doleo, sensus cordis mei turbati sunt in me. Non tacebo, quoniam vocem buccinę audiuit anima mea, clamorem prelij. Contritio super contritionem vocata est, & vastata est omnis terra. Repentē vastata sunt tabernacula mea, subito pelles mea. Vsquequo videbo] fugientem,] audiam vocem buccinę? <sup>†</sup> Quia stultus populus meus me non cognouit: filij insipientes sunt, & videntes. <sup>†</sup> Sapientes sunt vt faciant mala, bene autem facere nescierunt. A] spexi terram, & ecce vacua erat, & nihil,] & ccelos, & non erat lux in eis. Vidi montes, & ecce mouebantur: & omnes colles conturbati sunt. Intuitus sum, & non erat homo, & omne volatile cœli recessit. A] spexi, & ecce] Carmelus] desertus, & omnes vrbes eius destructę sunt à facie domini & à facie irę furoris eius. Hęc enim dicit dominus: <sup>†</sup> Deserta erit omnis terra, sed tamen consummationem non faciam. <sup>†</sup> Lugebit terra, & mœrebunt cœli] desuper, eo quod locutus sum. <sup>†</sup> Cogitauit, & non pœnituit me, nec auersus sum ab eo. A voce equitis & mittentis sagittam fugit omnis ciuitas. Ingressi sunt ardua, & ascenderunt rupes. Vniuersę vrbes derelictę sunt: & non habitabat in eis homo. Tu autem vastata quid facies? <sup>†</sup> Cum vestieris te cocceino, cum ornata fueris monili aureo, & pinxeris stibio oculos tuos, frustra componēris. <sup>†</sup> Contēpserunt] te amatores tui, animam tuam quęrent. Vocem enim quasi parturientis audiui, & angustias vt puerperę. Vox filię Sion] inter morientes expandentē] que] manus suas. Vę mihi, quia defecit anima mea propter interfectos.

a. Si reuertēris ad me Israel, & Ierusalem saluam dicitur, & precalle te dicit, & vocem domini dei tui non audisti, plene conuertere. Raba. ibid.  
 1. Abominaciones tuas.  
 2. Migrabis, scilicet, in exilium. 1. Se in eo.  
 b. Ita & nos qui dei agricultura effeci sumus, qui ipem fructum nostrorum non terge credimus, sed cœlo repositam non nobis sufficere putamus terram corporis nostri vigilarum ecce citis edamare, vel immolatione labore conticere: sed imprimis mentem extirpatione vitiorum mulari contemur, circūcidere mores, excubare passionē, tradidit superbia, plantare humilitatem, effundere iram, iudicare patientiam, amputare inuidiam, inferere benem. Ier. 17.  
 c. Hęc enim dicit dominus Ier. 17.  
 d. Hoc auditum Iuda, hoc Ierusalem in qua confesio filii est, & in qua pax Christi habitat, & cui per Iud. dictum est: In montem excelsum ascende tu qui conuergas Sion, &c. Ier. 40. Hiero. ibidem.  
 4. Congregamini.  
 d. Ico ille est de quo Petrus ait: Aduersarius vester diabolus tū quam leo rugiens. Hier. ibid.  
 e. Aduenientibus hostibus prædicat omnium futurum super rem, & inde terrę & vltis cordi vastationē: & tunc caput alpergant cinere & puluere. S. I. Ho. ibidem.  
 5. Certe decipiēdo.  
 f. Ventum autem vrentem iuxta historiam accipe Nabuchodonosor, qui vniuersam contumax, iuxta tropologiam, aduersariam potestatem. Que ventura de helio & de iudicatio, ubi nullum suspitum dei est, ecce siam dei conetur euectere. Raba. ibid.  
 6. Sicus in locis excelis deserti venit per viam.  
 7. In medio tui cogitationes vastatas tuas.  
 8. Calamitatem.  
 9. Recordamini gentium, ecce auilice facite super.  
 g. Ventrem doleo qui mēris afflictionem sentit. Grego. super Ezech. ho. 10. Quidam dolent ventrem memorie, ubi congeffa est tanta putredine Bernar. de conuer. ad cler. Ser. 3.  
 10. Signum sue vexillum.  
 h. Sapientes porro dicit veteratona veritate & impolluta insignes. De quib. Iere. are. sapientes sone vt facie mala &c. Vel certe sapientes dicit discipulos principum huius seculi, qui obolentur: qui dicentes se esse sapientes stulti facti sunt, quoniam sapientia huius mundi stulticia est apud deum. Basil. in psal. 48 11. Inanis.  
 12. Locus fertilis.  
 i. Mixta ira misericordia dei, omnis terra desecatur, sed non sic consummatio, vt sint qui intelligant elementiam eius. Hiero. ibidem.  
 \*Propter hoc.  
 k. Cū vestieris te cocceino, &c. Loquitur de Iuda sub metaphora meretricis se ornantis ve stibus, & ioculis, & virginitatis meretricis. Cum subditur. Et pinxeris stibio, id est, facina rione: sicut dicitur de Iezabel 4. Reg. 9. Et hoc ad quasendū gratiam. De Iera. ibid.]  
 14. Abominabuntur.  
 l. Ingemiscētis, expendēt, tique.

Querens dominus in magistratu & plebe fidem & non inueniens, minatur illis exitum ob scelerum frequentiam.

1. Scute hinc per plateas, vel vi-  
cos.

a. Vnus quidem homo recte vi-  
uens populum integrum eripe-  
re potest ab ira dei. Civitas au-  
tem integra perit, quæ in sua  
penam & supplicium bene vi-  
uentem, & delicta non potest.  
Chry. de pe. & confat.  
\*Quæro.

2. Veritatem, & infra.

b. Hi flagella ab hæciva incho-  
ant, & in æterna percussione p-  
durant Greg. Moral. li. 18. c. 12.

c. De huiusmodi Iulæorum du-  
ritia supra iam dictum est, & de  
eius incurabilitate legitur Isa.

d. Vultus & lior & plaga ru-  
mens non est circumligata nec  
curata medicamine. Dion. ibi.

3. Quia ignorant.

4. Solitudinum.

5. d. Nunquid super hæc re pro-  
phetas ubi Catalogus peccato-  
rum. c. 10. ubi.

6. Sociabantur simul. Fuerunt  
tanquam equi agnati mane con-  
surgentes.

7. In hoc notat effrenatam eor-  
um luxuriam, eo quod equi per ar-  
dorem libidinis aliquando infan-  
tibus post equas quoniam vnus-  
quisque ad uxorem proximi si-  
gna luxurie præcedebat inue-  
reuerunt. De Lyra. J

7. Mentia.

8. Præuaricando.

9. Negauerunt esse ventura que  
dominus per prophetas minis-  
tus est. Hiero. ibid.

g. Disillis, prophetæ in ventum  
sunt locuti, nec ventura sunt, que  
minantur, propterea, & propheta  
do verba mea in ore tuo, que  
ignis habeant potestatem, & po-  
pulum istum in ligna conuertat,  
ut sermone tuo & propheta in-  
creduli concrementur. Sic deus  
ignis consumens dicitur, ut co-  
sumat in nobis si super funda-  
mentum Christi edificauerimus,  
fenum, ligna, stipulam. Raba. ibi.

h. Vastitatem terræ describit,  
interfectionem multorum, ab-  
actionem pecorum, subuersionem  
verbum & murorum, quod gladi-  
o hostili cuncta capiuntur.

Glosa ordi. ibi. J

i. Grandis stulticia nescire aut  
passi sunt, cum tanta peccauis-  
simo, hæcque ad amigentes  
responsio: sicut seruistis deo a-  
lieno, id est, Baal, vel diis alienis  
cunctarum gentium in terra Iu-  
dea, sic seruietis diis alienis in  
terra non vestra. Hierony. ibid.

\*Nunc.

9. Non contremiscentis.

k. Hoc est, perpetua lege sic fir-  
mani, & mari præcepti, ne termi-  
num sibi præteritum transeat, lu-  
xia illud Salomonis: Certa lege  
& gyro vallabat abyssos. Dion.  
Carthu. ibid.

10. Scruunt procellæ eius & nō  
preualebunt.

l. Pluuiam temporaneam dedit  
dominus, quia electis suis prio-  
ri tempore & legis intellectum  
contulit, serotinam vero quia  
vitiis diabolus incarnationis sue  
mysteria prædicari fecit. Quo d-  
quia facta ecclesia quotidie an-  
hantiarens definit, ora cordis  
audientium velut ex imbre se-  
rotino infundit. Grego. Moral.  
lib. 20. cap. 2.

11. Hebdomadæ statuas pro  
messe custodiet.

12. Facti iudici, & superauerunt  
facta malorum.

13. Nec causam pupilli, & prope-  
rauerunt.

14. Prophetæ enim, ac populi  
doctores quorum partes erant  
his malis mederi eique acriter  
reprehendere, mendaciter atque  
adulenter veluti conuincentes  
hæc comparabant. Et sacerdo-  
tes quos sine primitiis, decimis  
& oblationibus, contentos esse  
describat. Tostrius ibid. J

14. Munera sumebant.



14. **I**rcuite vias Ierusalem, & aspici-  
te, & considerate, & querite in plateis eius  
an inueniatis virum facientem iudicium,  
\* quærentem fidem, & propiti-  
us ero ei. Quod si etiam viuit dominus,  
dixerint, & hoc falso iurabunt:  
Domine, oculi tui respiciunt fidem. b Perculisti  
eos, & non doluerunt: attri-  
uisti eos, & renuerunt accipere disciplinam.

Indurauerunt facies suas supra petram, c &  
noluerunt reuerti. Ego autem dixi: Forsitan pauperes  
sunt & stulti, ignorantes] viam domini, & iudicium  
dei sui. Ibo ergo ad optimates, & loquar eis. f Ipsi  
enim cognouerunt viam domini, iudicium dei sui. Et  
ecce magis hi simul confregerunt iugum, ru-  
perunt vincula. Idcirco percussit eos leo de sylua,  
lupus ad vesperam] vastauit eos, pardus vigilans  
super ciuitates eorum. Omnis qui ingressus fuerit  
ex eis capietur, quia multæ sunt præuaricationes  
eorum: confortatæ sunt auersiones eorum. d Super  
quo propitius tibi esse potero? ] Filij tui dereliquerunt  
me, & iurant in iis qui non sunt dii. Saturauit eos,  
& mœchati sunt, & in domo meretricis e luxuriabuntur. g  
Equi amatores in in fœminas, & emissarij facti sunt, ]  
† vnusquisque ad vxorem proximi sui hinciebat.  
Nunquid super his non visitabo, dicit dominus, & in  
gente tali non vlciscetur anima mea? Ascendite  
muros eius, & dissipate, consummationem autem nolite  
facere. Auferte 7 propagines] eius, quia non sunt  
domini. 8 Præuaricatione] enim præuaricata est in  
me domus Israel & domus Iuda, ait dominus. f  
Negauerunt dominum, & dixerunt: Non est ipse,  
neque veniet super nos malum, gladium & famem  
non videbimus. 8 Prophetæ fuerunt in ventum locuti,  
& responsum non fuit in eis. Hæc ergo d euenient  
illis. Hæc dicit dominus deus exercituum. Quia locuti  
estis verbum istud, ecce ego addo verba mea in ore  
tuo in ignem, & populum istum in ligna, & vorabit  
eos ecce ego adducam super vos gentem de longinquo  
domus Israel, ait dominus, gentem robustam, gentem  
antiquam, gentem cuius ignorabis linguam, nec  
intelliges quid loquatur. Pharetra eius quasi sepulchrum  
patens, vniuersi fortes. h Et comedet leges tuas  
& panem tuum, deuorabit filios tuos & filias tuas,  
comedet gregem tuum & armenta tua, & comedet  
vineam tuam & ficum tuam, & cõteret vrbes munitas  
tuas in quibus tu habes fiduciam gladio. Veruntamen  
in diebus illis, ait dominus, non faciam vos in  
consummationem. † i Quod si dixeris: quare fecit  
dominus deus noster nobis hæc omnia: dices ad eos:  
Sicut dereliquistis me, & seruistis deo alieno in  
terra vestra, sic seruietis diis alienis in terra non  
vestra. Annuntiate hæc domui Iacob, & auditum  
facite in Iuda, dicentes: 8 Audi\* popule stulte, qui  
non habes cor: qui habentes oculos non videtis,  
& aures & non auditis. Me ergo non timebitis,  
ait dominus, & a facie mea 9 non dolebitis? ] Qui  
posui arenam terminum mari, k præceptum sempiternum  
quod non præteribit, & 10 commouebuntur, & non  
poterunt, ] & intumescet fluctus eius, & nō transibunt  
illud. Populo autem huic factum est cor incredulum  
& exasperans. Recesserunt & abierunt, & non  
dixerunt in corde suo: Metuamus dominum deum  
nostrum, qui dat nobis l pluuiam temporaneam &  
serotinam in tempore suo, 11 plenitudinem annuæ  
messis custodientem] nobis. 8 Iniquitates nostræ  
declinauerunt hæc, & peccata nostra prohibuerunt  
bonum a nobis: quia inuenti sunt in populo meo  
impij insidiantes quasi aucupes, laqueos ponentes  
& pedicas ad capiendos viros. Sicut decipula  
plena auibus, sic domus eorū plenæ dolo. Ideo  
magnificati sunt & ditati, in crassati sunt, & 12  
impinguati, & præterierunt sermones meos pessimè. ]  
† Causam viduæ non iudicauerunt, 13 causam pupilli  
non dixerunt, ] & iudicium pauperum non iudicauerunt.  
† Nunquid super iis non visitabo, dicit dominus:  
aut super gentem huiusmodi non vlciscetur anima  
mea? Stupor & mirabilia facta sunt in terra. m  
Prophetæ prophetabant mendacium, & sacerdotes  
14 applaudebant] manibus suis, & populus meus  
dilexit talia. Quid igitur fiet in nouissimo eius?

*Assyriorum in Iudeam aduentus, & populi in Assyriam transmigratione, atque sacrificiorum reiectio propter populi fraudes & auaritiam, dei contemptum, & verbi eius negligentiam, a propheta prænuntiantur.*

VI.

Con-

† Ezech. 22. c  
Iulca. 9. c

† Infra. 16. b

† 112. 1. f  
Zach. 7. c

† Infra. 9. c



1. Faciam vos habitare.  
 b. Quo vitique offenditur, quod  
 sit illa nō facimus superflua, no-  
 bis catholici nominis presump-  
 tione plaudamus, ubi dei iuge  
 iudicium est. Illi cretente quo-  
 tidie, nos decreuimus: illi pro-  
 ficiunt, nos deprecamur: illi do-  
 in nos veniat dicit illud quod  
 Saul & Dauid sermo diui-  
 nus ait: Quia Dauid erat profi-  
 cius, & semper seipio robustior,  
 domus autem Saul decreuens  
 quotidie. Saluā. lib. 7.

2. Benefaciendo benefeceris.  
 \* Faciendo.

3. Habitare faciam vos.  
 4. Nunquid furando, occiden-  
 do, adulterando, falsa iurando,  
 faciendo iuramentum Baal, & am-  
 bulando?

e. Q. d. Si non purgati domum  
 meam intratis, speluncam latro-  
 num eam facies. Vnde Mar. 22.  
 Domus mea, domus orationis  
 vocabitur. Vos autem fecistis  
 eam speluncam latronū. 5. Tho-  
 mas ibidem.

\* Ergo.

\* Vtū ego ecce video.  
 f. d. Non q. ei tempus absque di-  
 luculo sit: sed quia post noctis  
 quietē corporis viribus inflau-  
 ratis anima hominū vegetior sit  
 & non voluptatibus occupata  
 audire & facere ualeat que di-  
 cuntur. Vnde: Mane exaudies  
 vocem meam, mane assabo tibi,  
 & videbo. Glor. ord. 1.

e. Quia peccato ad mortem pec-  
 catur: de quo beatus Ioannes:  
 Est peccatum ad mortem, non  
 dico ut pro illo quis toget Hie-  
 rony. ibid.

5. Neque intercesseris apud me.  
 6. Subiungunt passim.

7. Machinæ cœli.  
 \* Libamina.

f. Deus ipse illi prohibet ro-  
 gari, quos tu vindicandos pu-  
 tas. Ambro. Epist. 19.

g. Non vitique dicitur vel furo-  
 ris capax, nec ceterarum passio-  
 num, sed de hominibus. Ita e-  
 nim & ceteræ passionēs, cū sint  
 affectus & motus animi, & præ-  
 cipue patris sententiæ, insuper  
 simplici deo locum non habent,  
 nec ei proprie ascribuntur, sed  
 metaphoricè per affectus similitu-  
 tudinem. Vnde Sap. 12. Tu autē  
 dominator domine cum tran-  
 quillitate iudicās. Diony. ibid.

h. Quod patet Exod. 19. Si au-  
 dieris vocem meam, & custo-  
 dieris pactū meum, eris mi-  
 hi in peculium. Melius est enim  
 obedientiā q. viciū. 1. Reg. 19.  
 Sciendum tamen quod postea  
 dominus per Moysem holocau-  
 ita & victimas sibi offerri à po-  
 pulo, ne talia offerrent idolis,  
 ad quod erant proni. Del. yra 1.  
 i. Vide domini misericordiam.  
 Prædicit Propheta, vt ne cum  
 post orationem nō exaudiat, ut  
 tribuat hoc suis demeritis, &  
 ideo iam prædicit ei populi ma-  
 litiam, & prohibet ne precetur,  
 vt & ipse scire queat immodicè  
 Iudæorum peruersitatem: & illi  
 sciant, quod nihil eis prodest  
 propheta, nisi & ipsi que sua sunt  
 præferre velint. Chry. in 19. cap.  
 Gene. hom. 44.

Ik. Tonde ergo capillū tuum,  
 vt intra te occidendos luceas, &  
 proice à te omnem decorem ar-  
 que ornatum tuum, atque facito  
 in locis sublimioribus plan-  
 ctum. Nam dominus abiecit &  
 dereliquit generationem hanc  
 impiam, & incredulam, cui non  
 potest nō irasci atque infensior  
 esse. Tostatus ibid.

3. In excelsis.

9. Abominaciones suas.  
 l. illum locum significat, qui si  
 loc fontibus irrigatur, & est a-  
 menius atque nemorosus, ho-  
 dieque præbet horrorem deli-  
 ctis. Hic autē gentilitatis error  
 omnes prouincias occupauit, vt  
 ad capita fontium, locosque a-  
 mentissimos victimas immola-  
 rent: & omnis prauæ supersti-  
 tionis religio seruaretur. Kaba.  
 post Hiero. ibid.

dominus exercituum, deus Israel: † Bonas facite vias vestras & studia vestra, & habi-  
 tabo vobiscum in loco isto. Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes: templum  
 domini, templum domini, templum domini est. Quoniam si benè direxeritis vias ve-  
 stras & studia vestra, \* si feceritis iudicium inter virum & proximum eius, † aduenæ  
 & pupillo & viduæ non feceritis calumniam, nec sanguinem innocentem effuderit-  
 is in loco hoc, & post deos alienos non ambulaueritis in malum vobismetipsis, †  
 † habitabo vobiscum in loco isto, in terra quam dedi patribus vestris à seculo & vs-  
 que in seculum. Ecce vos confiditis vobis in sermonibus mendacij, qui non prode-  
 runt vobis, † furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter, libare Baalim, & ire post  
 deos alienos quos ignoratis. Et venistis, & stetitis coram me in domo hac, in qua in-  
 uocatum est nomen meum, & dixistis: liberati sumus, eo quod fecerimus omnes abo-  
 minationes istas. † Nunquid \* spelunca latronum facta est domus ista, in qua inuoca-  
 tum est nomen meum in oculis vestris? \* Ego ego sum, ego vidi, dicit dominus. Ite  
 ad locum meum in Silo, vbi habitauit nomen meum à principio, & videte quæ fece-  
 rim ei propter malitiam populi mei Israel. Et nunc quia fecistis omnia opera hæc,  
 dicit dominus: & locutus sum ad vos † mane consurgens, & loquens, & non audistis:  
 † & vocaui vos, & non respondistis: † faciam domui huic in qua inuocatum est no-  
 men meum, & in qua vos habetis fiduciam, & loco quem dedi vobis & patribus ve-  
 stris, sicut feci Silo, & proiciam vos à facie mea, sicut proieci omnes fratres vestros  
 vniuersum semen Ephraim. † Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumes  
 pro eis laudem, & orationem, & non obstitas mihi, quia non exaudiam te. Nonne  
 vides quid isti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in platéis Ierusalem? Filij colligunt ligna,  
 & patres succendunt ignem. & mulieres † conspergunt adipem, † vt faciant placen-  
 tas † reginæ] cœli, & libent † diis alienis, & me ad iracundiam prouocent. † Nunquid  
 me ad iracundiam prouocant, dicit dominus? Nonne semetipsos in cōfessionem vul-  
 tus sui? Ideo hæc dicit dominus deus: † Ecce furor meus, & indignatio mea conflatur  
 super locum istum, super viros & super iumenta, & super lignum regionis, & super  
 fruges terræ, & succendetur, & non extinguetur. † Hæc dicit dominus exercituum  
 deus Israel: Holocaustomata vestra addite victimis vestris, & comedite carnes, quia  
 non sum locutus cum patribus vestris, & non præcepi eis in die qua eduxi eos de ter-  
 ra Ægypti de verbo holocaustomatum & victimarum, sed hoc verbum præcepi eis,  
 dicens: † Audite vocem meam, & ero vobis deus, & vos eritis mihi populus, & ambu-  
 late in omni via quam mandauit vobis, vt bene sit vobis. Et non audierunt nec incli-  
 nauerunt aurem suam, sed abierunt in voluptatibus & in prauitate cordis sui mali, fa-  
 ctique sunt retrorsum & nō in antè, à die qua egressi sunt patres eorum de terra Ægy-  
 pti vsque ad diem hanc. † Et misi ad vos omnes seruos meos Prophetas per diem, †  
 consurgens diluculo, & mittens, & nō audierunt me, nec inclinauerunt aurem suam,  
 † sed indurauerunt ceruicem suam, & peius operati sunt quàm patres eorum. Et lo-  
 quēris ad eos omnia verba hæc, & non audient te, & vocabis eos, & non responde-  
 bunt tibi. Et dices ad eos: Hęc est gens que non audiuit vocem domini dei sui, nec re-  
 cepit disciplinam. Perit fides, & ablata est de ore eorum. † Tonde capillum tuum &  
 proice, & sume † in directum] planctum, quia proiecit dominus & reliquit genera-  
 tionem furoris sui, quia fecerūt filij Iuda malum in oculis meis, dicit dominus. † Po-  
 fuerunt † offendicula sua] in domo in qua inuocatum est nomen meum, vt pollue-  
 rent eam, & edificauerunt excelsa Tophet, quæ est in valle filij Hennon, vt descende-  
 rent filios suos & filias suas igni, quæ non præcepi, nec cogitavi in corde meo. Ideo  
 ecce dies veniēt, dicit dominus, & nō dicetur amplius † Tophet, & vallis filij Hennon,  
 sed vallis interfectionis, & sepeliēt in Tophet, eo quod nō sit locus. Et erit morticinū  
 populi eius in cibos volucibus cœli & bestiis terræ, & nō erit qui abigat. † Et quiesce-  
 re faciam de vrbibus Iuda, & de platéis Ierusalem vocem gaudij & vocem lætitiæ: vo-  
 cem sponci & vocem sponsæ. In desolatione enim erit terra.

† Inf. 26. d  
 † 2. Reg. 5. c.  
 Regum.  
 † Inf. 36. e  
 Matr. 21. b  
 Intr. 32. f  
 Mar. 11. c  
 Luc. 19. g  
 † Gene. 28. e  
 Prouer. 1. e  
 † Inf. 65. b  
 † 2. Reg. 4. b  
 Infra. 4. b  
 † Infra. 44. e  
 † Infra. 26. e  
 † Ezech. 26. c

Quo-

Quoniam populus ad prophetarum vocem respicere noluit, comminatur dominus residuis captiuitatem, & ciuitatis afflictionem. VIIII.

**A** N tempore illo, ait dominus, eicient<sup>a</sup> ossa Regum Iuda, & ossa principum eius, & ossa sacerdotum, & ossa Prophetarum, & ossa eorum qui habitauerunt Ierusalum, de sepulchris suis, & expandent ea ad solem & lunam, & omnem militiam cœli quæ dilexerunt, & quibus seruerunt, & post quæ ambulauerunt, & quæ quæsierunt & adorauerunt. Non colligentur, & non sepelientur, & in sterquilinum super faciem terræ erunt. <sup>b</sup> Et eligent magis mortem quam vitam, omnes qui residui fuerint de cognatione hac pessima, in vniuersis locis quæ derelicta sunt, ad quæ eieci eos, dicit dominus exercituum. Et dices ad eos. Hæc dicit dominus: Nunquid qui cadit non resurget, & qui auersus est non reuertetur? Quare ergo auersus est populus iste in Ierusalem auersione<sup>c</sup> contentiosa? <sup>d</sup> Apprehenderunt mendacium, & noluerunt reuerti. Attendi & auscultauit, nemo quod bonum est, loquitur.

**B** Nullus est qui agat pœnitentiam super peccato suo, dicens: Quid feci? Omnes conuersi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens in prælium. <sup>e</sup> Miluus] in cœlo cognouit tempus suum, <sup>f</sup> turtur & hirundo & <sup>g</sup> ciconia] custodierunt tempus aduentus sui, populus autem meus non cognouit iudicium domini. Quomodo dicitis: sapientes nos sumus, & lex domini nobiscum est? Verè mendacium operatus est stylus mendax scribarum. Confusi sunt sapientes, perterriti & capti sunt. <sup>h</sup> Verbum enim domini proiecerunt, & <sup>i</sup> sapientia nulla est in eis.] Propterea dabo mulieres eorum exteris, agros eorum hæredibus. Quia <sup>k</sup> à minimo vsque ad maximum omnes auariciam sequuntur, à propheta vsque ad sacerdotē cuncti faciunt mendacium. Et sanabant <sup>l</sup> contritiones] filiaē populi mei <sup>m</sup> ad ignominiam,] dicētes: pax pax, cum non esset pax. Cōfusi sunt, quia abominationem fecerunt: quinimo confusione non sunt confusi & erubescere nescierunt. <sup>n</sup> Idcirco cadent inter corruentes, in tempore visitationis suæ corruent, dicit dominus. <sup>o</sup> Congregans congregabo] eos, ait dominus. Non <sup>p</sup> est vna] in vitibus, & non sunt ficus in ficulnea,] folium defluit, & dedi eis quæ <sup>q</sup> prætergressa sunt.] <sup>r</sup> Quare sedemus? <sup>s</sup> Conuenite, & ingrediamur ciuitatem munitam, & sileamus ibi, quia dominus deus noster silere nos fecit, & potum dedit nobis aquam fellis. Peccauimus enim domino. <sup>t</sup> Expectauimus pacem, & non erat, bonum tempus medelæ, & ecce formido. <sup>u</sup> A Dan auditus est fremitus equorum eius à voce hinnituum <sup>v</sup> pugnatorum] eius commota est omnis terra. Et venerunt, & deuorauerunt terram & plenitudinem eius, urbem & habitatores eius. Quia ecce ego mittam vobis serpentes regulos, <sup>w</sup> quibus non est] incantatio, & mordebunt vos, ait dominus. <sup>x</sup> Dolor meus super dolorem, in me cor meum mœrens.] Ecce vox clamoris filiaē populi mei de terra longinqua. <sup>y</sup> Nunquid dominus non est in Sion, aut Rex eius non est in ea? Quare ergo me ad iracundiam concitauerunt in sculptilibus suis, & in vanitatibus alienis? Transit messis, finita est æstas: & nos saluati non sumus. Super contritione filiaē populi mei contritus sum & contristatus, stupor obtinuit me. <sup>z</sup> Nunquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? Quare ergo non est <sup>aa</sup> obducta cicatrix] filiaē populi mei?

†1sa. 56.d  
sup. 6.c

†1sa. 54.d  
†1sa. 54.c

Planctus super populi excidio propter eius flagitia: in solo igitur deo gloriandum & cor à superfluis circuncidendum. I X.

**A** Vis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? Et plorabo die & nocte interfectos filiaē populi mei. Quis dabit <sup>a</sup> me] in solitudine diuersorum viatorum? Et derelinquam populum meum, & recedam ab eis, quoniam omnes adulteri sunt, & cœtus preuaricatorum, & extēderunt linguam suam quasi arcum mendacij, & non veritatis. Confortati sunt in terra, quia de malo ad malum egressi sunt, & me non cognouerunt, dicit dominus. <sup>b</sup> Vnufquisque se à proximo suo custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam, quia

a. Olim cōsuetudo erat aurum cum corporibus sepelire, auri-  
tia autem tēporis succellu cœca  
esset, vnde ossa propter aurum  
ē tumulis abscedent, & soli, &  
luna, & stellis patefacient, vt  
qui solem & astrā pro diis colue-  
rant derelicto deo, eorum pate-  
fierent aspectui. Hiero. ibid.  
b. Quasi diceret. Sicut sacrificia  
uerū soli & lune, & ceteris stel-  
lis, sic iustum est vossā eorum  
proiciantur & expandantur ad  
solem & lunam ex tractu de se-  
pulchris. Ideo subditur: Nō col-  
ligentur & nō sepelientur, quia  
habitatores terræ in captiuita-  
tem ducentur, De Lyra.]

c. Perpetua.  
c. Credendo pseudopropheta,  
nec ad vocem verborū propheta-  
rum à vitis suis reuertitur volue-  
runt, Diony. ibid.

d. Creator quippe omnium pec-  
incarnationis mysterium Ieru-  
salem visitare dignatus est, sed  
ipsa timoris & amoris illis re-  
cordata nō est. Vnde etiam per  
prophetam increpatione cordis  
humani aures cœli ad testimo-  
nium, deducitur dum dicitur:  
Miluus in cœlo cognouit, &c.  
Beda, do. 10. post trinitatem.

e. Ciconia.  
e. Turritum vocat omnes cœlis  
ecclesiam, ceteras autē aures pig-  
ras eius, quæ aduentū sponsi  
nuntiauerunt. Chry, de turture,  
homi. 8.  
f. Grus.  
g. Quid proderit eis scientia.  
h. Vulnera.  
i. Ad leuitatem, vel leuissimā.

j. Consumendo consumam.

k. Erunt vix.

l. Erunt.

m. Migrabunt ab eis, hoc est,  
quos hostes comedēt & nō ipsi.  
n. Verbum est habitantium ex-  
tra Ierusalē. q. d. Si tardemus  
fugere in Ierusalē quæ est ci-  
uitas fortis & munita, à Chal-  
dæis capiemur De Lyra ibid.]  
o. Vbi fluius Jordanis oritur,  
Nabuchodonosor describitur  
veniens à Dan per Pheniceum  
cum exercitu suo magno. Gloriosa  
ordinaria.]

p. Fortium scilicet equorum.

q. Contra quos nihil officit.

r. Roborati cupio contra meo-  
rorem, sed cor meum in me do-  
lore affectum est.

s. Hæc vtique dista pœnitentiā  
sapiunt, hæc sententiæ dei vocē  
ad pœnitentiam peccatoris. Pœ-  
nitudo enim necessaria est, sicut  
vulneratis necessaria sunt medi-  
camina. Sed quæta putas & qua-  
lis necessaria pœnitentia, quæ  
aut æquet crimina, aut certè ex-  
cedat? Amb. ad virginē lapsam,  
cap. 8.

t. Procurata sanitas.

u. Sciebat quid deus pœnitenti-  
am querit, & sciebat quid deus  
sciebat quid deus rogantes la-  
tificat, & pœnitentibus prælo-  
est. Chry. de pœnitentia.

v. Milui.  
v. Horatur nos ne simus incau-  
ti in amicorum & consiliario-  
electione, ne vltra modū peruli-  
ter agamus in suscipiendis ami-  
cis, & adhibendis consiliariis: quia  
multi sunt qui facie tenus se ac-  
simulant fidelitatem secutare in  
amicitia, sed dolum excogitant  
animo, & insidias meditantur  
corde. Vnde hic Ieremias de hu-  
iusmodi malo cauendo nos in-  
struit, dicens: Vnufquisque à  
proximo suo, &c. Rab. in 37. 4. Eccl.



3. Circumveniet.  
 4. Qui amici esse veritatis potuerunt sine labore, laborat ut peccent. Greg. in Psal. 3. par. ad. monit. 21.  
 f. d. Quid Tanum dedecus enlpe non debet dimitti sine decore iustitiae. Sagitta vulnerat lingua eorum: quia habebat verba valde nociva, ite subditur, in ore suo pacem, &c. Nulla enim peccatis grauior ad nocendum, quam familiaris inimicus, & iste est amicus fectus. De Lira.]  
 3. Acuta.  
 4. In interioribus suis.  
 5. Amoena loca.  
 6. Ita vt, & infra.  
 7. Pecorum.  
 e. Cui ecclesiastici doctores deficiunt, Ierusalem datur in aceruum arenae, vel in transmigracionem, vt haereticus sermo in ea praueat, & sic cubile draconum, & ciuitates illius desolentur. Glosa orli. ibid.]  
 f. Quirit, de populo suo intelligentem audientem, qui loquuntur influendo quid cauere debent, ne contra se domini excite furorem. Ad hoc enim scriptura sacra manifestat hominibus praeruaracionum species, padeque virtutum feriem, vt sciant cauere mala, & facere bona quatenus iam dñi effugere, & gratiam eius inuenire mereantur. Rab. ibi. g. Combinatur illis dominus speciales penas. Primò, quantum ad angustias à Chaldæis inuigendat: secundò Aegyptiorum auxilium impediendo in quod tanquam confidebant. S. Tho. ibid. fh. Contemplamini, & circumspecte d' Iudei, & vocate lamentatrices feminas, quæ alior ad hunc ptios care solent & sciunt. Diony. Carth. j.  
 i. Qui vidit mulierem ad eceupiscendam eam, mortem per oculorum fenestras admittit eum felliciter per sensus corporis concupiscentia veniens tenet habitaculum mentis. Grego. Moral. 21. cap. 2.  
 8. Manipulus post messorum.  
 k. Nullus Iudæorum præsumit aut superbiat, putans se imminente vastitate vel per legit doctrinam, seu quocunq; scientiam, vel per fortitudinē corporalem, vel per rerum opulentiā euadere, iuxta illud Amos. 1. Peribit fuga à veloce, & fortis nō subleuabit animam suam. Diony. ibid. Nec rament ex his tollitur gloriatio in operibus ostentis hominū. Nam qui ab ipsa opera gloriatur, labores proprios habet quos obtendat: qui ob hoc affertur, ac sibi placet, q' deo sibi addixerit suam, multo maiore gloriandi occasionem ostentat, vt qui dominū glorificet ac magnificet. Chy. Rom. 4. homi. 8.  
 9. Habitantes angulos finitimos.

omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet, & vir fratrem suum deridebit,] & veritatem non loquentur. Docuerunt enim linguam suam loqui mendacium, vt iniquè agerent laborauerunt. Habitatio tua in medio doli, in dolo renuerunt scire me, dicit dominus. Propterea hæc dicit dominus exercituum: Ecce ego conflabo & probabo eos. Quid enim aliud faciam à facie filij populi mei? Sagitta vulnerans] lingua eorum, dolum locuta est. In ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occultè] ponit ei insidias. Nunquid super his non visitabo, dicit dominus, aut in gente huiusmodi non visitetur anima mea? Super montes assumam fletum ac lamentum, & super speciosa] deserti planctum, quoniam incensa sunt, eo quòd] non sit vir pertransiens, & non audierunt vocem possidentis. A volucre cœli vsque ad pecora transmigrauerunt, & recesserunt. Et dabo Ierusalem in acervos arenae, & cubilia draconum, & ciuitates Iuda dabo in desolationem, eò quòd non sit habitator. Quis est vir sapiens, qui intelligat hoc, & ad quem verbum oris domini fiat, vt annuntiet istud? quare perierit terra & exusta sit quasi desertum, eo quòd non sit qui pertranseat? Et dixit dominus: Quia dereliquerunt legem meam quam dedi eis, & non audierunt vocem meam, & non ambulauerunt in ea, & abierunt post prauitatem cordis sui, & post Baalim quod didicerunt à patribus suis, idcirco hæc dicit dominus exercituum deus Israel: Ecce ego cibabo populum istum absynthio, & potum dabo eis aquam fellis, & dispergam eos in gentibus quas non nouerunt, ipsi & patres eorum, & mittam post eos gladium, donec consumantur. Hæc dicit dominus exercituum: Contemplamini & vocate lamentatrices vt veniant, & ad eas quæ sapientes sunt mittite, & properent, festinent, & assumant super nos lamentum. Deducant oculi nostri lachrymas, & palpebræ nostræ defluant aquis, quia vox lamentationis audita est de Sion. Quomodo vastati sumus, & confusi vehementer? Quia dereliquimus terram, quoniam deserta sunt tabernacula nostra. Audite ergo mulieres verbum domini, & assumat auris vestra sermonem oris eius, & docete filias vestras lamentum, & vnaqueque proximam suam planctum, quia ascendit mors per fenestras, ingressa est domos nostras disperdere paruulos deforis, iuuenes de plateis. Loquere: Hæc dicit dominus: & cadet morticinium hominis quasi stercus super faciem regionis, & quasi scenum post tergum metētis,] & nō est qui colligat. Hæc dicit dominus: Nō gloriatur sapiens in sapientia sua, & non gloriatur fortis in fortitudine sua, & non gloriatur diues in diuitiis suis, sed in hoc gloriatur qui gloriatur, scire & nosce me, quia ego sum dominus, qui facio misericordiam & iudicium, & iustitiam in terra. Hæc enim placent mihi, ait dominus. Ecce dies venient, dicit dominus: & visitabo super omnem qui incircuncisum habet præputium, super Aegyptum, & super Iudam, & super Edom, & super filios Ammon, & super Moab, & super eos omnes qui attonsi sunt in comam,] habitantes in deserto: quia omnes gentes habent præputium, omnis autē domus Israel incircuncisi sunt corde.

† Psal. 27. b  
† Sup. 5. g

† Hose. 14. c

† Infra. 23. c

† 1. Cor. b  
2. Cor. 10. d

*Inanis metus constellationum, & aliorum idolorum, cum sint imbecilla, & deus caeli solus & verus deus, hominum vias semper dirigens.*

X.



**A**vdite verbum quod locutus est dominus super vos domus Israel. Hæc dicit dominus: Iuxta vias gentium nolite discere, & à signis cœli nolite metuere, quæ timent gentes, quia leges populorum vanæ sunt. Quia lignum de saltu præcudit opus manus artificis in ascia. Argento & auro decorauit illud, clauis & malleis compegit, vt nō dissoluatur. In similitudinem palme fabricata sunt, & non loquentur: portata tollētur, quia incedere non valent. Nolite ergo timere ea, quia nec male possunt facere, nec bene. Non est similis tui domine, magnus es tu, & magnum nomen tuū in fortitudine. Quis nō timebit te, ô Rex gētium? Tuum est enim decus. Inter cunctos sapientes gētium, & in vniuersis regnis eorum, nullus est similis tui: pariter insipientes & fatui probabuntur. Doctrina vanitatis eorum lignum est. Argentum inuolutum] de Tharsis affertur & aurum de Ophir, opus

† Apoc. 15. b

2. Vt iustam & dignam ostēdat penam Iudæorum ex grauiore culpa, ostendit eorum dignitatē ex diuina maiestate, quæ præ cæteris populis Iudæos elegit, vt eius verbum colerent: quia verò illud pro idolis abiecerunt, illis gratissimam penam comminatur. S. Tho. ibid.  
 b. Quicquid de idolis diximus, ad omnia dogmata que sunt contraria veritati, referri potest. Est ipsi enim ingentia pollicentur, & simulachrorum vani cultus de suo corde constringunt: idēt grandis, & ad decipiendos similes quosque quasi sensibus auribus, & eloquiis argenti splendore fulgentibus imperitorum obstringunt aciem, & à suis inuentoribus sublimatur, in quibus nulla est veritas, & quorum cultura gentium propriè est, & eorum qui ignorant deum. Rabanus ibid.  
 1. Imperium.  
 2. Et in vno desipiunt & stultè agunt.



opus artificis, & manus errarij, hyacinthus, & purpura indumentum eorum. Opus artificum] vniuersa hæc, dominus autem deus verus est. Ipse est deus viuēs & Rex sempiternus. Ab indignatione eius commouebitur terra, & non sustinebunt gentes comminationem eius. Sic ergo dicetis eis: <sup>d</sup> Dij qui cœlos & terram non fecerunt, pereant de terra, & de iis quæ sub cœlo sunt. <sup>f</sup> Qui facit terrā in fortitudine sua, [præparat] orbem in sapientia sua, & prudentia sua extendit cœlos, ad vocem suam dat multitudinem aquarum in cœlo, <sup>f</sup> & eleuat nebulas ab extremitatibus terræ. Fulgura in pluuiam facit, & educit vêtum de thesauris suis. <sup>g</sup> Stultus factus est omnis homo à scientia sua, confusus est artifex omnis in sculptili, quoniam falsum est quod conflauit, & non est spiritus in eis. Vana sunt, & opus eorum risu dignum. In tempore visitationis sue peribunt. Non est his similis pars Iacob. Qui enim formauit omnia, ipse est: & Israel virga hereditatis eius. Dominus exercituum nomen illi. Congrega de terra <sup>h</sup> confusionem tuam, quæ habitas in obsidione: quia hæc dicit dominus: Ecce ego <sup>i</sup> longè] proiciam habitatores terræ in hac vice, & tribulabo eos ita vt <sup>k</sup> non inueniantur. [Vt mihi super contritione mea, pessima plaga mea. Ego autem dixi: Planè hæc infirmitas mea est, & portabo illam. <sup>l</sup> Tabernaculum meum vastatum est, omnes funiculi mei dirupti sunt. Filij mei exierunt à me, & non subsistunt. <sup>m</sup> Non est qui extendat vltra tentorium meum, & erigat pelles meas, quia <sup>n</sup> stultè egerunt] pastores, & dominum non quæsierunt, propterea non intellexerunt, & omnis grex eorum dispersus est. <sup>o</sup> Vox auditionis, ecce venit, & commotio magna de terra aquilonis, vt ponat ciuitates Iuda in solitudinem & habitacula draconum. <sup>p</sup> Scio domine, quia non est hominis via eius, nec viri est vt ambulet, & <sup>q</sup> dirigat] gressus suos. <sup>r</sup> Corripe me domine, verū tamen in iudicio & nō in furore tuo, ne fortè ad nihilum redigas me. <sup>s</sup> Effunde indignationem tuā super gentes quæ nō cognouerūt te, & super prouincias quæ nomen tuum nō inuocarunt, quia comederunt Iacob, & deuorauerūt eum, & cōsumpserunt illum, <sup>t</sup> decus] eius dissipauerunt.

† Gene. 1. a  
Infra. 51. a

† Psal. 74. b

† Psal. 6. a  
† Psal. 78. b

*Dei scdus cum populo in exitu ab Aeg ypto percussum ob oculos ipse reuocat. prauidens eorum conspirationem in Christum, & propter hoc illorum excidium. X I.*

**V**erbum quod factum est à domino ad Ieremiam, dicens: Audite verba pacti huius, & loquimini ad viros Iuda, & ad habitatores Ierusalem, & dicetis ad eos: Hæc dicit dominus deus Israel: Maledictus vir qui nō audierit verba pacti huius, quod præcepi patribus vestris in die qua eduxi eos de terra Ægypti, <sup>b</sup> de fornace ferrea, dicens: Audite vocem meam, & facite omnia quæ præcepi vobis, & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in deum, vt suscitem iuramentum quod iuravi patribus vestris daturum me eis terram fluentem lacte & melle, sicut est dies hæc. Et respondi, & dixi: Amen domine. Et dixit dominus ad me: <sup>c</sup> Vociferare] omnia verba hæc in ciuitatibus Iuda, & <sup>d</sup> foris] Ierusalem, dicens: Audite verba pacti huius & facite illa, quia contestans contestatus sum patres vestros in die qua eduxi vos de terra Ægypti vsque ad diem hanc. <sup>e</sup> Mane consurgens contestatus sum, & dixi: audite vocem meam, & non audierunt, nec inclinauerunt autem suam, sed <sup>f</sup> abierunt] vnusquisque in prauitate cordis sui mali. Et induxi super eos omnia verba pacti huius, quod præcepi vt facerent, & nō fecerunt. Et dixit dominus ad me: Inuenta est coniuratio in viris Iuda, & in habitatoribus Ierusalem. Reuersi sunt ad iniquitates patrum suorum priores, qui noluerunt audire verba mea. Et hi ergo abierunt post deos alienos, vt seruirent eis. Irritum fecerunt domus Israel & domus Iuda pactum meum, quod pepigi cum patribus eorum. Quamobrem hæc dicit dominus: Ecce ego inducam super eos <sup>g</sup> mala, de quibus exire non poterunt, & clamabunt ad me, & non exaudiam eos. Et ibunt ciuitates Iuda & habitatores Ierusalem, & clamabunt ad deos quibus libant, <sup>h</sup> &] non saluabunt eos in tempore afflictionis eorum. <sup>i</sup> Secundum enim numerum ciuitatum tuarum erant dij tui Iuda & secundum numerum viarum tuarū Ierusalem posuisti aras confusionis: aras ad libandū Baalim, <sup>k</sup> Tu ergo

† Sup. 2. f  
† Sup. 7. e

† Infra. 14.

4. Sapientum.  
c. Deus autem dominus est per plenam auctoritatem omnium: solus dominus: ceteri autē non sunt domini, ideo dominus nomen est appropriatum deo omnibus presidenti, iuxta illud Amos 5. Dominus nomen illi. Diony. ibid.  
[3. Quotquot coluntur dij, qui cœlum & terram non fecerunt, ij de terra & de omni qui in cœlo loco est disperant atque disperantur. Verum qui terræ virtute sua facit atque conflat, he, qui orbem ipsius hominum vrbis suis sapientia sua præparauit accomodatitum & boni prudentia sua supra ipsam, suū calidū veluti tabernaculū quoddam extendens. Tostatus.]  
5. Stabilit.  
6. Merces tuas.  
7. In loco nunito.  
8. Funda.  
9. Inueniantur, ab angustiis, sub. vel vt inueniant eos angustia, sub.  
[c. De quo loquitur, templū admodū tabernaculi Moysi, quod funibus extendebatur, & pullib<sup>o</sup> cooperiebatur. De Lyra ibi.]  
10. Inlatuati sunt.  
[f. Hæc omnia quæ præteritis & presens sermo describit, ad peritiam ecclesiasticæ temporis ratiocant, quando tabernacula domini subuertuntur, & habitatio ecclesiæ in solitudine redigunt. Glosa ordi.]  
g. Liberum sic confitemur arbitrium, vt dicamus nos semper dei indigere auxilio. Homo enim liberè cooperatur diuino auxilio preueniente. Hiero. ad Damasum. Tanquam diceret: Scio ad correptionem meam pertinere, quod minus abs te adiuuor, vt perfectè dirigatur gressus mei. Veruntamen hoc ipsum nō sic necum agere, tanquam in furore, quo iniquos damnata statuit, sed tanquam in iudicio quo doctos tuos non superbit.  
Fulg. ad Monimum lib. 7. Hæc dicit dominus deus Israel: Maledictus vir qui nō audierit verba pacti huius, quod præcepi patribus vestris in die qua eduxi eos de terra Ægypti, de fornace ferrea, dicens: Audite vocem meam, & facite omnia quæ præcepi vobis, & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in deum, vt suscitem iuramentum quod iuravi patribus vestris daturum me eis terram fluentem lacte & melle, sicut est dies hæc. Et respondi, & dixi: Amen domine. Et dixit dominus ad me: Vociferare] omnia verba hæc in ciuitatibus Iuda, & foris] Ierusalem, dicens: Audite verba pacti huius & facite illa, quia contestans contestatus sum patres vestros in die qua eduxi vos de terra Ægypti vsque ad diem hanc. Mane consurgens contestatus sum, & dixi: audite vocem meam, & non audierunt, nec inclinauerunt autem suam, sed abierunt] vnusquisque in prauitate cordis sui mali. Et induxi super eos omnia verba pacti huius, quod præcepi vt facerent, & nō fecerunt. Et dixit dominus ad me: Inuenta est coniuratio in viris Iuda, & in habitatoribus Ierusalem. Reuersi sunt ad iniquitates patrum suorum priores, qui noluerunt audire verba mea. Et hi ergo abierunt post deos alienos, vt seruirent eis. Irritum fecerunt domus Israel & domus Iuda pactum meum, quod pepigi cum patribus eorum. Quamobrem hæc dicit dominus: Ecce ego inducam super eos mala, de quibus exire non poterunt, & clamabunt ad me, & non exaudiam eos. Et ibunt ciuitates Iuda & habitatores Ierusalem, & clamabunt ad deos quibus libant, & non saluabunt eos in tempore afflictionis eorum. Secundum enim numerum ciuitatum tuarum erant dij tui Iuda & secundum numerum viarum tuarū Ierusalem posuisti aras confusionis: aras ad libandū Baalim, Tu ergo

a. Mos quoque scripturæ est diuina leges & præcepta, & prophetias verbū appellare. Chry. sol. in 1. cap. Ioan. homilij.  
b. Fornax erat ferrea, quia nullus adhuc in Ægypto opera vitiorum plena iucebant: nullius aurum illic fuerat comprobati nullius plumbū iniquitatis exustum. Dura fornax, fornax mortis perpetua. Quam fornacem nullus poterat euadere, quæ omnes consumeret, in qua solus calor inesse & iustus. Ambro. in Psal. 8. Ser. 20.  
1. Clama vel prædica.  
2. In plateis.  
c. Quid sit autem malle confingere, & dei verba per prophetas eis frequenter ingerere, & educere eos de Ægypto, & sapius admonere, supra dictum est. Ra. ba. ibid.  
3. Ambulauerunt.  
d. Hoc est, tribulationem multiplicem per Chaldaeos, videlicet tamen, pestem, gladium & captiuitatem. Sicut scriptum est Michee 2. Hæc dicit dominus: Ecce ego cogito malum super familiam istam. Vnde non auferetis colla vestra, & non ambulabitis superbi, quoniam reus peccatorum est Diony. ibid.  
4. Sed saluande.  
e. Habent vim pro nobis, & quædam maximam orationes supplicationisque sanctorum, sed tunc profecto cum nos ipsi quoque per penitentiam posuimus, & ad studia meliora conuertimur. Chry. in 1. cap. Matthei, homilij.

1. Propter afflictionem suam.  
 6. Dilectio mea in domo mea cu fecerit abominaciones multas.  
 7. Sanctuarij transeunt a te, & tu cum male facis exaltas?  
 8. Frondosam, pulchram fructu & specie.  
 [Id est, ipseus dei, cuius magnitudinis non est finis: Vel ipseus Nabuchodonosor qui fuit instrumentum dei in destructione templi. De Lyra.]  
 9. Confracti sunt rami.  
 10. Propter malitiam.  
 11. Et quasi hos qui dicitur.  
 g. Lignum in pane mittere, est crucem dominico corpori affigere. Greg. Moral. lib. 12. cap. 1. Vique in corpus lignum missum est, sic enim Christus reuelavit, panem, suum corpus appellans: cuius terro corpus in pane prophetes nuntiavit. Tertul. aduersus Iudaeos.  
 h. Videtur hoc superiori sententia contrarie, in qua quae dicta sunt, personae Christi aptatus, non Jeremiae, qui proprie habitat in viculo Anathoth. Sed per Anathoth (quod obedientia interpretatur) Iudaeos & maxime Ier. solymitas intelligimus, qui quodam praecipis domini obediunt. Gho. ord. ib. j  
 12. Ne uaticineris.

noli orare pro populo hoc, & ne assumas pro eis laudem & orationem, quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me, in tempore afflictionis eorum. Quid est quod dilectus meus in domo mea facit scelera multa? Nunquid carnes sanctae auferent a te malitias tuas, in quibus gloriata es? Oliuam uerberem, pulchram, fructiferam, speciosam] uocauit dominus nomen tuum. Ad uocem loquelae grandis exarsit ignis in ea, & combusta sunt fruteta eius. Et dominus exercituum qui plantauit te, locutus est super te malum, pro malis] domus Israel & domus Iuda, quae fecerunt sibi ad irritandum me, libantes Baalim. Tu autem domine demonstrasti mihi, & cognouit uirtu ostendisti mihi studia eorum, & ego quasi agnus mansuetus qui portatur] ad uictimam. Et non cognoui, quia cogitauerunt super me consilia, dicentes: mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra uiuentium, & nomen eius non memoretur amplius. Tu autem domine sabaoth qui iudicas iuste & probas renes & corda, uideam ultionem tuam ex eis. Tibi enim reuelauit causam meam. Propterea haec dicit dominus ad viros Anathoth, qui quaerunt animam tuam, & dicunt: Non prophetabis] in nomine domini, & non morieris in manibus nostris. Propterea haec dicit dominus exercituum: Ecce ego uisitabo super eos. Iuuenes morientur in gladio, filij eorum morientur in fame, & reliquiae non erunt ex eis. Inducam enim malum super viros Anathoth, annum uisitationis eorum.

† De cōse. di. 2. Qui scelera te.

† Isa. 51. c. 2. Infra. 20. e

† Infra. 17. b  
† Infra. 20. e

*Malorum miratur in hoc mundo prosperitatem, at ob illorum scelera minatur vastationem, & synagoga reprobationem, misericordiam ad se reuerti uolentibus promittens.*

XII.

1. Iudicia.  
 a. Propter hanc sententiam est contra haereticos, qui cum impij sint uia cordi prosperatur, generantque filios eos quos in haereti, deceptur: & praeratiocantur, & iniquè agunt, ita ut ecclesiam spoliarent Hierony. ibid.  
 2. Praeratiocinationem.  
 3. Educa.  
 4. Prepara eos ad diem.  
 b. In die occisionis sanctificatus reprobi, quia tunc sancta quae debuerunt agere contentiant, cum digna praeratiocinatione sua supplicia declinare non possunt. Grego Moral. 27. cap. 18.  
 5. Cucurriti & fatigauerunt te.  
 6. Et si in terra pacis fiduciam habes.  
 7. Elevatione.  
 8. Turmatim.  
 c. Non uique ipsam haereticam se odisse dicit, sed haereticos, qui aduersus eum ingrati & impij existerunt. I. act. lib. 4. ca. 20.  
 9. Dilectionem amicos meos.  
 d. Haereticos Iudaeos dominus negare uoluit, sed sunt haereticos sine te, sunt & cum te. Et dicitur haereticos testamento uiuente qui scripti sunt, sed sine te. Sicut est haereticos paruuli, qui nihil differunt à seruulo, quoniam sub eorum tutoribus sunt & auctoribus. Ergo Iudaeis dedit speciem haereditatis, possessionem negauit. Habent nomen haereditatis, uinum non habent. Ambro. Epist. 73.  
 10. Tincta.  
 11. Per circuitum eius est.  
 12. Ad omnia loca exalta.  
 e. Quod si uis qui sint reuera confessione & reprobatione dignissimi persistere, pauca est multum tibi conabor ostendere. Eos ergo impios qui multiterum formam omni studio addidi sunt, qui pecuniis usque ad insaniam inhaerent, qui potest & gloriae sunt cupidissimi, qui uolunt & inuidia rabeant, qui in fontibus insidiantur, qui semper atram bilem patiuntur, qui uita praesentis commoda summa rabie sectantur. Chry. de prouidentia dei lib. 2.  
 13. Descendo.  
 14. Euellendo & perdendo.

**N**ustus quidem tu es domine, si disputem tecum, ueritamen iusta] loquar ad te. Quare uia impiorum prosperatur? bene est omnibus qui preuaricantur, & iniquè agunt? Plantasti eos, & radicem miserunt, proficiunt, & faciunt fructum. Propè es tu ori eorum, & longè à renibus eorum. Et tu domine nosti me, & probasti cor meum tecum. Congrega] eos quasi gregem ad uictimam, & sanctifica eos in die] occisionis. Usquequo lugebit terra, & herba omnis regionis siccabitur propter malitiam habitantium in ea? Consumptum est animal & uolucres, quoniam dixerunt: non uidebit nouissima nostra. Si cum peditibus] currens laborasti, quomodo contendere poteris cum equis? Cum autem in terra pacis securus fueris, quid facies in superbia] Iordanis? Nam & fratres tui & domus patris tui, etiam ipsi pugnauerunt aduersum te, & clamauerunt post te plena uoce. Ne credas eis, cum locuti fuerint tibi bona. Reliqui domum meam, dimisi haereditatem meam. Dedi dilectam animam meam] in manum inimicorum eius, facta est mihi haereditas mea quasi leo in sylua. Dedit contra me uocem, ideo odiui eam. Nunquid auis] discolor haereditas mea mihi? Nunquid auis tincta per totum? Venite congregamini omnes bestiae terrae, properate ad deuorandum. Pastores multi demoliti sunt uineam meam, conculcauerunt partem meam. Dederunt portionem meam] desiderabilem in desertum solitudinis, posuerunt eam in dissipationem, luxitque super me. Desolatione desolata est omnis terra, quia nullus est qui recogitet corde. Super omnes uias] deserti uenerunt omnes uastatores terrae, quia gladius domini deuorauit ab extremo terrae usque ad extremum eius. Non est pax uniuersae carni. Seminauerunt triticum, & spinas messuerunt, haereditatem acceperunt, & non eis proderit. Confundemini] à fructibus uestris, propter iram furoris domini. Haec dicit dominus aduersum omnes uicinos meos pessimos, qui tangunt haereditatem quam distribui populo meo Israel. Ecce ego euellam eos de terra eorum, & domum Iuda euellam de medio eorum. Et cum euulsero eos, conuertar & miserebor eorum, & reducam eos uirtum ad haereditatem suam, & uirtum in terram suam. Et erit, si] eruditi didicerint uias populi mei, ut iurent in nomine meo, uiuit dominus, sicut docuerunt populum meum iurare in Baal, edificabuntur in medio populi mei. Quod si non audierint, euellam gentem illam] euulsione & perditione, ait dominus.

† Job. 31. a  
Haba. 1. a

Iudaeorum

Iudeorum interitus & dispersio, quauis in populum dei fuerint assumpti: ad penitentiam tamen illi prouocantur. XIII.

**A** Hæc dicit dominus ad me: Vade, & posside tibi<sup>a</sup> lumbare ] lineum, & possides illud super lumbos tuos: & in aquam non inferes illud. Et possides lumbare iuxta verbum domini, & posui circa lumbos meos. Et factus est sermo domini ad me secundò, dicens: Tolle lumbare quod possedisti, quod est circa lumbos tuos, & surgens vade ad Euphrátem,<sup>b</sup> & absconde ibi illud in foramine petrae. Et abij, & abscondi illud in Euphráte, sicut præceperat mihi dominus. Et factum est post dies plurimos, dixit dominus ad me: Surge & vade ad Euphrátem, & tolle in delumbare quod præcepi tibi vt absconderes illud ibi. Et abij ad Euphrátem, & fodi & tuli lumbare de loco vbi absconderam illud. Et ecce computruerat lumbare, ita vt nulli vsui aptum esset. Et factum est verbum domini ad me, dicens: Hæc dicit dominus:<sup>c</sup> Sic putrescere faciam superbiam Iuda, & superbiam Ierusalem multam, populum istum pessimum, qui nolunt audire verba mea, & ambulant in prauitate cordis sui, abieruntque post deos alienos vt seruirent eis, & adorarent eos. Et erunt sicut lumbare istud, quod nulli vsui aptum est. Sicut enim adhæret lumbare ad lumbos viri, sic agglutinaui mihi omnem domum Israel, & omnem domum Iuda, dicit dominus, vt essent mihi in populum, & in laudem, & in gloriam, & non audierunt. Dices ergo ad eos sermonem istum: Hæc dicit dominus deus Israel: Omnis laguncula implebitur vino. Et dicent ad te: Nunquid ignoramus quia omnis laguncula implebitur vino? Et dices ad eos: Hæc dicit dominus: Ecce ego implebo omnes habitatores terræ huius, & Reges qui sedent de stirpe Dauid super thronum eius,<sup>d</sup> & sacerdotes & Prophetas, & omnes habitatores Ierusalem ebrietate, & dispergam eos,<sup>e</sup> virum à fratre suo, & patres & filios pariter, ait dominus. Non paream & non concedam, neque miserebor vt non disperdam eos. Audite, & auribus percipite, nolite eleuari, quia dominus locutus est. Date domino deo vestro gloriam, antequam contenebrescat, & antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos. Expectabit lucem, & ponet eam in vmbra mortis, & in caliginem. Quod si hoc nõ audieritis, in abscondito plorabit anima mea<sup>f</sup> à facie superbia. ] Plorans plorabit, & deducet oculus meus lachrymã, quia captus est grex domini. Dic Regi & dominatrici: Humiliamini, sedete in terra, quoniam descender<sup>g</sup> de capite vestro ] corona gloria vestra: Ciuitates austri clausæ sunt, & nõ est qui aperiat. Translata est omnis Iuda transmigratione perfecta. Leuate oculos vestros, & videte qui venitis ab aquilone. ] Vbi est grex qui datus est tibi, pecus inclytum tuum? ] Quid dices cum visitauerit te? Tu enim docuisti eos aduersum te, & crudisti in caput tuum. Nunquid non dolores apprehendent te quasi mulierem parturientem? Quod si dixeris in corde tuo: quare venerunt mihi hæc? propter multitudinem iniquitatis tuæ ] reuelata sunt verecundiora tua, ] pollutæ sunt plantæ tuæ. ] Si mutare potest ] Æthiops pellem suam, aut pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere<sup>h</sup> cum didiceritis malum. ] Et disseminabo eos quasi stipulam, quæ vento raptatur in deserto. Hæc fors tua parsque mensuræ tuæ à me, dicit dominus: quia oblita es mei, & confisa es in mendacio. Vnde & ego nudaui femora tua ] contra faciem tuam, & apparuit ignominia tua, adulteria tua, & hinnitus tuus, & scelus fornicationis tuæ. Super colles in agro vidi abominationes tuas. Væ tibi Ierusalem. Non mundaberis<sup>i</sup> Post me. Vsq; quo adhuc? ]

† Thres. 1. a. Int. 3. c.

† Int. 3. o. e.

1. a. Palthum, & infra. I umbrae sine cincturam quod dei rebus adhaeret, populus Israel est, in sui similitudine de terra assumptus, & pro peccato ad Assyrios inter plurimos hostes quasi absorptus & absconditus sed tandem ex dei misericordia liberatus. Hiero. ibid.

b. Iudæi indigni extiterunt Deo, & proci di sunt ab eo, nobis pro illis accinctus est Deus. Neque enim putandum est cincturam abiecientem mansisse in cinctum: statim vt alios proiecit, alios contexit, id est, ecclesiam de gentibus quæ ex nigra facta est laetitia. Origenes post Glosam ordina.]

c. Sic post multos annos rediens erat dominus populum vt Eze. 16. Tollam quippe vos de gentibus, & congregabo vos de vniuersis terris, & adducant vos in terram vestram. S. Th. ibid.

d. Neque enim putandum est cincturam abiecientem mansisse accinctum dominum: statim: vt illos proiecit, alios sibi conuexit. Hoc cincturam ecclesia est de gentibus congregata, quæ scire debet, quia si prioribus non pepererit deus, nec tibi pareret si dereliquerit, si non fuerit digna lumbis eius, si non adherens domino vni spiritus fuerit in Christo. Iste Rab. ibid.

e. Est autem laguncula vt terretur ad reponendum vinum: & quia acceperunt verba prophete ad litteram, ideo exponit parabola, dicens. Sicut laguncula materialiter impletur vino, sic totus populus regni Iudæ quæ tunc ad maiores & maiores & mediocres replebitur spirituali ebrietate, id est, mētē & corporis ad resistentem aduersariis, sicut ebrietas auertit sensum & membrorum vsum. De Iyra, ibidem.]

f. Vniuersumque in seate fuit. f. Funde sensum seate propheta sub alio respectu verbi, vt motus est horantibus in dolores grandis lucis: quatenus hi quibus sic sermo, terretur, nã, si que aduerant anque proficiant. Dion. ibid.

g. Grex Domini captus est à diabolo, vel à Nabuchodonosor, vel est contritus. Aliquidò Israel fuit grex Dei sed quia indignus se indicauerunt saluti, conuersus est sermo ad gentes. Causa. Olesit in bono omnia contra naturam inferens, ne & ipse conuertatur. Glosa ordina.]

4. Regiz.

5. Dignitas vestra, &.

6. Gloria tua.

7. Insuper eos doces super te & capitaneos.

8. Reuelate sunt similitudo tua.

9. Nunquid mirabitur.

10. Non potuisti vincere nãrã per se mala, & consuetudine superare, quia natura altera est. Non magis profecto, quani Æthiops sua pellem nigra potest ponere, aut pardus suas maculas. Quod si illi possint, & vos poteris benefacere, qui malo aduersuisti. Proinde disperga vos veluti stipulam quæ vento nec desertum raptatur atque dissipatur. Hæc enim fors vestra erit. Tolarius.

10. Cum docti sitis ad malefaciendum.

11. Similitudo tua.

12. i. Post hæc aliquandiu? Hoc est: Non mundaberis postquam es inquinata, & priusquam in carnitatem docti fueris. Hiero.

Terræ siccitas Iudeorum malitiæ imputanda, contra quam populus infidelis orans non exauditur, quod pseudoprophetis & non veris credit. XIII.

**A** Verbum domini quod factum est ad Ieremiam ] de sermonibus siccitatis. ] Luxit Iudæa, & portæ eius corruerunt & obscuratæ sunt in terra, & clamor Ierusalem ascendit. ] Maiores miserunt minores suos ad aquam, & venerunt ad hauriendum. Non inuenerunt aquam, reportauerunt vasa ]

1. Super verba siccitatum, vel castitatum.

2. Putandumque est obsidionis tempore plurimum non fuisse, vt sterilitatem obfessi fuisse orent aquæ. Vno quippe fonte Siloe, & hoc non perpetuo vitur ex uitas. Hiero. ibidem.

a. Ertubuerunt

b. Superba Iudæorum persecutio designatur ipsi quippe onagri pre mentis elatione, ipsi dracones pro virulenta cogitatione vocati sunt. Grego. Moral. lib. 29. cap. 18.

c. Sæpius est Ex peccatis nostris conuenit nobis immitere supplicia. Obiter Propheta se peccatoribus connumerat. Pius agnoscat culpam ubi culpam non est. Impius crassissima quoque eleuat crimina. Loricatus.

3. Peregrinus.

4. Attonitus. d. Hunc textum Iudæi exponit pro seipis tempore Ieremiæ: quod non qualitat textum, cum iam dominus suum ab eis subtraxisset auxilium. Sed hoc intelligendum est de Christianis post Christi aduentum: ac si diceret. Quoniam tu Christe in terris vilis es, & cum Christianis per silem & sacramenta in habitaculo te quotidie oramus & inuocamus tu non nos carere sinis à fide, ne gratiam tuam amittere, ne promissionibus tuis efficiamur indigni. Dion. ibid. e. Hoc potest dici de Christo, qui habitauit inter homines quasi alienus, Vnde Ioan. 1. In propria venit, & sui eum non receperunt: & quasi viator declinans, qui non habuit proprium domicilium vt Marth. 9. Filius hominis non habet ubi caput suum reclinet. Et ideo declinabat ad domum Marthæ, & aliorum de quorum. Lyræ. ibid.

5. Ah.

6. Vanitatem. f. Cauent pseudopropheta qui prospera promittendo supplantant populum dei, ne ipsi peccant, & deceptus populus simi si deleatur interitus, faciantque in viis Ierusalem, & domini precepta calcantes fame & gladio peccant, & non sit qui sepeliat eos, nec ignominiam exitu operiar puluere ponentis. Raba post Hiero. ibid.

7. Circumcisi.

g. Vt ubi fuerat cultus Dei & tranquillitas, ibi sit sedicio & hostilis fremitus. Si quando nostra Sion, nostreque Iudas abominabilis abiicitur, nequaquam miremur, sed dicamus quod requirit. Cognouimus Domine impietates nostras. Gloria ordi. ibid. e.

h. Quædam est pax falsa. Sap. 14. c. In magno viuentis infestis bello tot & tant magna mala pacem appellat. Quædam fraudulenta. Psal. Qui loquitur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus curat. Quædam transitoria. 1. Thessa. vlt. Cui enim dixerint pax, & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus. Quædam est pax vera. Psal. Fiat pax in virtute tua. S. Tho. ibid. 2. Ne proleat solium glorie tue: recordare &.

9. Vanis diis.

a. Aduerte quo pacto illud duo bus prophetis Ieremiæ & Ezechieli fuerit renuntiatum, qui pro Iudæis ambo compuncti, nihil sunt pro veni consecuti. b. Quia in oblatione Ierusalim aliqui fuerunt mortui infirmitate & peste, aliqui gladio, aliqui fame, & reliqui in captiuitatem ducti. De Lyræ. ibid. 3. Quatuor genera vltionum.

1. Distrahendum, scilicet de loco ad locum.

2. Commotionem.

d. Causæ abiectionis Iudæorum sunt, quia reddiderunt se indignos vt quis eorum mitteretur comparatur, aut mediator pro eis roget. S. Thomas ibidem.

3. Fastigatus sum ad penitendum.

4. Obavi.

sua vacua. Confusi sunt & afflicti, ] & operuerunt capita sua propter terræ vastitatem; quia non venit pluuia in terram. Confusi sunt agricolæ, operuerunt capita sua. Nam & cerua in agro peperit & reliquit, quia non erat herba: & onagri steterunt in rupibus. Traxerunt ventum quasi dracones, defecerunt oculi eorum, quia non erat herba. Si iniquitates nostræ responderint nobis, domine, fac propter nomen tuum, quoniam multæ sunt auersiones nostræ. Tibi peccauius expectatio Israel, saluator eius in tempore tribulationis. Quare quasi colonus ] futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum? Quare futurus es velut vir vagus ] & fortis, qui non potest saluare? Tu autem in nobis es domine, & nomen tuum inuocatum est super nos, ne derelinquas nos. Hæc dicit dominus populo huic, qui dilexit mouere pedes suos, & non quieuit, & domino non placuit. Nunc recordabitur iniquitatum eorum, & visitabit peccata eorum. Et dixit dominus ad me: Noli orare pro populo isto in bonum. Cum ieiunauerint, non exaudiam preces eorum: & si obtulerint holocaustomata & victimas, non suscipiam ea: quoniam gladio & fame & peste ego consumam eos. Et dixi: Ah, ah, ah, ] domine deus. Prophetæ dicunt eis: Non videbitis gladium, & fames non erit in vobis, sed pacem veram dabit vobis in loco isto. Et dixit dominus ad me: Falsò Prophetæ vaticinantur in nomine meo. Non misi eos, & non præcepi eis, neque locutus sum ad eos. Visionem mendacem & diuinationem fraudulentam, ] & seductionem cordis sui prophetant vobis. Idcirco hæc dicit dominus de Prophetis, qui prophetant in nomine meo, quos ego non misi, dicentes: gladius & fames non erit in terra hac. In gladio & fame confluentur prophetæ illi, & populi quibus prophetant erunt proiecti in viis Ierusalem præ fame & gladio, & non erit qui sepeliat eos, ipsi & vxores eorum, filij & filia eorum, & effundam super eos malum suum. Et dices ad eos verbum istud: Deducant oculi mei lachrymam per noctem & diem, & non taceant, quoniam contritione magna contrita est virgo filia populi mei, plaga pessima vehementer. Si egressus fuero ad agros, ecce occisi gladio: & si introiero in ciuitatem, ecce attenuati fame. Prophetæ quoque & sacerdos abierunt ] in terram quam ignorabant. Nunquid proiciens abiicisti Iudam, aut Sion abominata est anima tua? Quare ergo percussisti nos, ita vt nulla sit sanitas? Expectauimus pacem, & non est bonum, & tempus curationis, & ecce turbatio. Cognouimus domine impietates nostras, iniquitates patrum nostrorum, quia peccauius tibi. Ne des nos in opprobrium propter nomen tuum, & neque facias nobis contumeliam. Solij gloriæ tuæ recordare, ] ne irritum facias fœdus tuum nobiscum. Nunquid sunt in sculptilibus gentium qui pluant, aut cœli possunt dare imbres nisi tu volueris? Nonne tu es dominus deus noster quem expectauimus? Tu enim fecisti omnia hæc.

Precibus priscorum patrum inflexibilis dominus quatuor plagis populum afficit: reuertuntamen reuertenti promittit misericordiam. X V.



Dixit dominus ad me: Si steterint Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. Eiice illos à facie mea, & egrediantur. Quod si dixerint ad te: quò egrediemur? dices ad eos: Hæc dicit dominus Qui ad mortem, ad mortem: & qui ad gladium, ad gladium: & qui ad famem, ad famem: & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem. Et visitabo super eos quatuor species, dicit dominus. Gladium ad occisionem, & canes ad lacerandum, ] & volatilia cœli, & bestias terræ ad deuorandum & dissipandum: & dabo eos in feruorem ] vniuersis regnis terræ propter Manassen filium Ezechiæ Regis Iuda, super omnibus quæ fecit in Ierusalem. Quis enim miserebitur tui Ierusalem? Aut quis constabitur pro te? Aut quis ibit ad rogandum pro pace tua? Tu reliquisti me dicit dominus, retrorsum abiisti. Et extendam manum meam super te, & interficiam te. Laborauis rogans. ] Et dispergam eos ventilabro in portis terræ. Interfeci ] & disperdidi populum meum, & tamen à viis suis non sunt reuersi. Multiplicatæ sunt mihi viduæ eius

† Su. 7. c. 11. c. De pecc. di. r. c. Prælixerat

† Sup. a. d

† Infra. 43. d. 27. c. & 29. b

† Thres. 1. f. 2. f.

† Sup. 8. c

† Zach. 11. b

† 4. Re. 21. e

† Sup. 6. c

eius super arenam maris. Induxi eis super matrem adolescentis] vastatorem meridie, <sup>5</sup> Turmam adolescentum; <sup>6</sup> Ruere feci repente super eam terrores ciuitatum. <sup>7</sup> Infirmata est quæ peperit septem, defecit anima eius. Occidit ei sol cum adhuc esset dies, confusa est & erubuit. Et residuos eius in gladium dabo in conspectu inimicorum eorum, ait dominus deus. <sup>8</sup> Væ mihi mater mea. Quare genuisti me virum rixæ, virum discordiæ in vniuersa terra? Non feceravi, nec feceravit mihi quisquam. Omnes maledicunt mihi, dicit dominus. <sup>9</sup> Si non reliquiæ tuæ in bonum, si non occurri tibi in tempore afflictionis, & in tempore tribulationis\* aduersum inimicum. Nunquid <sup>7</sup> fœderabitur seruum ferro] ab aquilone, & æs? Diuitias tuas & thesauros tuos in direptionem dabo gratis<sup>8</sup> in omnibus peccatis tuis, ] & \* in omnibus terminis tuis. † Et<sup>7</sup> adducam inimicos tuos de terra] quam nescis, quia ignis succensus est in furore meo, & super vos ardebit. † Tu scis domine, recordare mei, & visita me, & <sup>10</sup> tuere] me ab iis qui persequuntur me. <sup>11</sup> Noli in patientiâ tua suscipere me. Scito quoniam sustinui propter te opprobrium. Inuenti sunt sermones tui, & comedi eos. Et factum est mihi verbum tuum in gaudium & in lætitiâ cordis mei, quoniam inuocatum est nomen tuum super me, domine deus exercituum. <sup>12</sup> Non sedi in concilio ludentium, <sup>11</sup> & gloriatus sum] a<sup>12</sup> facie manus tuæ. † Solus sedebam, quoniam comminatione replesti me. Quare factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis? Renuit curari. Facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium. Propter hoc hæc dicit dominus: Si conuerteris conuertam te, & ante faciem meam stabis, <sup>13</sup> & si separaueris preciosum à vili, quasi os meum eris. Conuertentur ipsi ad te, & tu non conuertèris ad eos. Et dabo te populo huic in murum areum <sup>12</sup> sortem, ] & bellabunt aduersum te, <sup>14</sup> & non præualebunt: quia ego tecum sum vt saluem te, & eruam te, dicit dominus. Et liberabo te de manu pessimorum, & redimam te de manu fortium.

*Iudei ob Idolorum cultum in graui sunt morituri calamitate, & Babylonica captiuitate, à qua tandem liberandi sunt, & gentes ad fidem vocandi. XVI.*

**B**T factum est verbum domini ad me, dicens: <sup>1</sup> Non accipies vxorem, & non erunt tibi filij & filia in loco isto. Quia hæc dicit dominus super filios & filias qui generantur in loco isto, & super matres eorum quæ genuerunt eos, & super patres eorum de quorum stirpe sunt nati in terra hac: <sup>2</sup> Mortibus ægrotationum morientur. Non plangentur, & non sepelientur, in sterquiliniuin super faciem terræ erunt. Et gladio & fame consumentur, & erit cadauer eorum in escam volatilibus cœli & bestis terræ. Hæc enim dicit dominus: Ne ingrediaris domum conuiuij, ] neque vadas ad plangendum, <sup>3</sup> neque consolèris eos, ] quia abstuli pacem meam à populo isto, dicit dominus, misericordiam & miserationes. <sup>4</sup> Et morientur grandes & parui in terra ista non sepelientur neque plangentur, & non se incident, neque caluitium fiet pro eis. <sup>5</sup> Et non<sup>3</sup> frangent inter eos lugenti panē] ad consolandum super mortuo, & non dabunt eis potum calicis ad consolandum super patre suo & matre. <sup>6</sup> Et domum conuiuij non ingrediaris, vt sedeas cum eis, & comedas & bibas: quia hæc dicit dominus exercituum deus Israel: Ecce ego auferam de loco isto in oculis vestris, & in diebus vestris vocem gaudij & vocem lætitiæ, vocem sponsi & vocem sponsæ. <sup>7</sup> Et cum annunciaueris populo huic omnia verba hæc, & dixerint tibi: † quare locutus est dominus super nos omne malum grande istud? quæ iniquitas nostra, & quod peccatum nostrum quod peccauimus domino deo nostro? dices ad eos: Quia dereliquerunt me patres vestri, ait dominus, & abierunt post deos alienos, & <sup>8</sup> seruiuerunt eis, & adorauerunt eos, & me dereliquerunt, & legem meam non custodierunt. † <sup>9</sup> Sed & vospeius operati estis quàm patres vestri. Ecce enim ambulat vnusquisque post <sup>4</sup> prauitatem] cordis sui mali, vt me non audiat. † <sup>10</sup> Et eiiciam vos de terra hac in terram quam ignoratis vos, & patres vestri, & seruietis ibi diis alienis die ac nocte, <sup>11</sup> qui non dabunt vobis requiem. ] † Propterea ecce dies venient dicit dominus, & non dicetur vltra: viuut dominus qui

† Amos 8. c

† Deut. 32. c  
Roma. 10. c  
† Deut. 32. c

† Infra 10. c  
† 1. quæst. 3. c  
Quædo, ego.

† Supr. 5. c

† Sup. 7. f  
21. quæst. 3. c  
Recedite. &c  
Nimium.  
† Inf. 23. b

† Inf. 23. b

5. Turmam adolescentum;

6. Ruere feci repente super eam terrores ciuitatum.

d. Si igitur sancti viti vitam fugiunt, quorum vita est nobis utilis, tibi tamen inutilis æstimatur, quid nos facere oportet, qui nec aliis prodesse possumus, & nobis vitam hanc quasi rano brem pecuniam vsu facio quodam cumulo transeuntem generari in dies peccatorum cupimus? Ambro. de fide resurr. oratio.

7. Ferrum conteret ferrum.

8. Propter omnia peccata tua.

9. Quæ sunt.

10. Vindicta.

11. Hoc est, ne differas exaudire preces meas, & illis prebere effectum vt ab his tot malis liberer que pro tuo amore patior. Dionys. idem.

12. Nec tibi.

f. Facies manus domini est illa percussio iusti iudicij, qua superbiorem hominem à paradiso repulit, communitio autem eius est terror supplicij sequentis. Greg. Moral. lib. 4. cap. 35. g. Vilius quid est Deo presens mundus, preciosa est Deo munda anima. Qui ergo preciosum à vili separat, quasi os Domini vocatur, quia per eum Domini verba sua exierit, quia ab amore præsentis seculi loquendo que potest, humanam animam euellit. Glo. Cordina. Post Grego. 12. Munitum.

h. Post tot preces promittit dominus auxilium cum consolatione, & tandem liberationem ab eorum malis. S. Tho. ibi. a. Cur autem propheta arceatur vxorem ducere, causa perspicua est, quod oblatione vicina, persilencia, & gladio, & fame vniuersi intererant, & tantus sit numerus morientium, vt sepultura vincatur officium. Raba ibi. b. Aegrotationibus & longa infirmitate tabescere, dei ira est. Hiero. ibidem.

c. Neque vadas ad plangendum mortuorum, cum quia non vacabat alicui plangere amicum mortuum, propter cœtinuum insultum Chaldeorum tū quia præmia angustia melioris conditionis repubatur mortui qui viuent. De Lyra. ibid. j.

1. Ludus.

2. Nec commouebitis propter eos.

3. Applaudent illi propter ludum.

d. Mos fuit apud veteres, & vsque hodie permanet in quibusdam ludicium in casu laceros incidere. Quod etiam legitur Iob fecisse. Glo. Cordina. j.

e. Prohibuit societatem conuiuiorum in consolationem promouit, nunc prohibet candē ad lætitiā, & ad comestionē, de qua. i. Cor. 5. Si is qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruens, aut maledicus, aut ebrius, aut rapax, cum huiusmodi nec cibū sumere. S. Tho. ibid.

f. Curque annunciaueris populo huic omnia verba hæc, illicque te interrogauerit: Cur Dñs tanta, & que graui aduersus eos conceperit mala, argue etiam prolocutus es sit, rogantes item quænam ipsorum iniquitas sit, & que ipsorum scelera quibus in Deo. Deū suum peccatæ ita gā exasperauerint. Iosaf. rias ibidem. j.

g. A quo enim quis vincitur ei? & seruus est. Hiero. ibid.

4. Ducitatem.

h. Pœna condigna sequitur delictum. Ex hoc patet quod si Iudei adorasse deos Chaldeorum in Babylone, illi seruauit, sicut ceperat in Iudæa. Dio. ib. j. Quia non dabo vobis misericordiam.



eduxit filios Israel de terra Aegypti: sed vivit dominus, qui eduxit filios Israel de terra aequilonis, & vniuersis terris ad quas eieci illos, & reducam eos in terram suam quam dedi patribus eorum. Ecce ego mittam piscatores multos, dicit dominus, & piscabuntur eos. Et post haec mittam eis multos venatores & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, & de cauernis petrarum. Quia oculi mei super omnes vias eorum: non sunt absconditae a facie mea, & non fuit occulta iniquitas eorum ab oculis meis. Et reddam primum duplices iniquitates & peccata eorum, qui contaminauerunt terram meam in morticinis idolorum suorum, & abominationibus suis impleuerunt hereditatem meam. Domine fortitudo mea, & robur meum, & refugium meum in die tribulationis. Ad te gentes venient ab extremis terrae, & dicent: Verè mēdacium possederunt patres nostri, vanitate quae eis non profuit. Nunquid faciet sibi homo deos? Et ipsi non sunt dii. Idcirco ecce ego ostendam eis per vicem hanc, ostendam eis magnam meam, & virtutem meam, & scient quia nomen mihi dominus.

*Homini non deo fidentes pertinaciter Iudaei obstinati sunt, in quos propheta imprecatur maledictionem, qui nec deum quarunt, nec eius sabbatum sanctificant.*  
XVII.

1. De quibus dixit Christus, Matth. 4. Venite post me, & faciam vos piscatores hominum. Ibi ergo populus dei quaratur, & inueniatur in Petri & Pauli doctrina gratia disciplina: ut non in conuale sine, vbi stetur sed in montibus, a quibus Christus vniquemque illuminat. Et cum Petrum legimus, Christus illuminat & cum Paulum legimus, Christus illuminat. Ambro. in Psal. 118. Ser. 6. [k. Ad te gētes venient &c. Pōt delectationem iudicium subdit eradicationem gentium subdit hie locus de gentium vocatione illustis. Lactantius. ibid.] l. Ostendam eis potentiam meam in miraculis ad consummationem veritatis praedicat per Apostolos, secundum quod dicitur. Mar. vlti. Ac illi profecti praedicauerunt vbiq; Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. De Lyra.]

2. Potest hoc tam de Iuda proditor & peccato eius quod iniquum dicitur, quam de vniuersa gente Iudaea, & peccato indecibili intelligi. Euseb.

1. Montem meum.  
2. Possessionem tuam.  
3. Propter peccata excelsozum tuorum.

4. Desitueris.  
b. Vides quod talis non solum insipiens, sed etiam maledictus qui relicto domino omnium, ad conferuum currit, qui semet ipsum inuare nequit. Chryl. in 30. ca. Gene. ho. 30.

5. Est.  
6. Luxa riuum.  
7. Videbit.  
8. Super omnia.

9. Ceterum eius.  
10. Id est, quia fuit qui non pepercit, & clamauit quasi ouans suae fraudis effectus. Sed iudit operam, quia impenso labore alios educat, quos ipsa diuina foris sedulitate animauerit.

Amb. Hexameron. lib. 6. cap. 3. a. Sublimitas.  
11. Sanctuarij nostri.

d. Qui enim veraciter metuit dominum, patienter sustinet, & expectat miserationes eius, qui autem per pusillanimitatem, & impatientiam ab illo declinauerit, ruine proximus erit. Raba in cap. 2. Ecce.

\* Nunc.  
22. Longaui me.  
21. Contritionis, vel periculi.

2. Quingue sunt distinctae causae quae ob quibus mollescit corpus, talibus in hac vita assigimur. Aut ad merita augenda per patientiam, ut Job. Tobias. Aut ad intelligenda, & corrigenda peccata nostra, ut Maria (soror Moysi, & Magdalena. Aut ad gloriam dei iustitiam, ut Paulus. Aut ad custodiam virtutum perceptum per dei notitiam ad gloriam eius, ut cecus natus, & Lazarus suscitatus. Aut ad inchoationem damnationis aeternae, ut Pharaon, Antiochus, Herodes. Beda. do. 22. post Trinitatem. Vetus.

Job. Mariam, Paulum. Vt probet, emendet, conseruet, Ceterum.

Et vt videatur. Pharaonem, Herodem. Vt cruciet miseros, virtus diuina flagellat.

Hoc autem postremum reprobatorum est proprium, sicut Antiochus & Herodes qui vtrique suo reperi aduersus deum repugnantes, quod tormentorum in gehena perpetuo passuri essent, praesentium afflictionum miseria cunctis ostendebant: quibus cogit illud propheta: Et duplici contritione cetera eorum dicit. Id est ibi.

**P**eccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in vngue adamnatino, exaratum super latitudinem cordis eorum, & in cornibus ararum eorum. Cum recordati fuerint filij eorum ararum suarum & lucorum suorum, lignorumque frondentium in montibus excelsis, sacrificantes in agro, fortitudinem tuam] & omnes thesauros tuos in direptionem dabo, excelsa tua propter peccata tua in vniuersis finibus tuis. Et relinqueris] sola ab hereditate tua quam dedi tibi, & seruire te faciam inimicis tuis in terra quam ignoras. Quoniam ignem succedisti in furore meo, vsque in aeternum ardebit. Haec dicit dominus: Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & a domino recedit cor eius. Erit enim quasi myricae in deserto, & non videbit cum venerit bonum, sed habitabit in siccitate in deserto in terra falsuginis, & inhabitabili. Benedictus vir qui confidit in domino, & erit] dominus fiducia eius. Et erit quasi lignum quod transplantatur super aquas, quod ad humorem] mittit radices suas, & non timebit] cum venerit aestus. Et erit folium eius viride, & in tempore siccitatis non erit sollicitum, nec aliquando desinet facere fructum. Prauum est cor hominis, & in scrutabile. Quis cognoscerit illud? Ego dominus scrutans cor & probans renes, qui do vnicuique iuxta viam suam, & iuxta fructum] ad inuentionum suarum. Perdix fuit quae non peperit, fecit diuitias, & non in iudicio & in dimidio dierum suorum derelinquet eas, & in nouissimo suo erit insipiens. Solium gloriae altitudinis] a principio: locus sanctificationis nostrae. Expectatio Israel domine, omnes qui te derelinquunt, confundentur, recedentes a te in terra scribentur, quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium, dominum. Sana me domine, & sanabor: saluum me fac, & saluus ero, quoniam laus mea tu es. Ecce ipsi dicunt ad me: Vbi est verbum domini? Veniat. Et ego non sum turbatus] te pastorem sequens, & diem hominis] non desideravi. Tu scis: quod egressum est de labijs meis, rectum in conspectu tuo fuit. Non sis mihi tu formidini, spes mea tu in die afflictionis. Confundantur qui me prosequuntur, & non confundar ego, pauca illi, & non pauca ego. Induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione conterere eos. Haec dicit dominus ad me: Vade, & sta in porta filiorum populi tui, per quam ingrediuntur Reges Iuda & egrediuntur, & in cunctis portis Ierusalem, & dices ad eos: Audite verbum domini Reges Iuda, & omnis Iudaea, cunctique habitatores Ierusalem, qui ingredimini per portas istas. Haec dicit dominus: Custodite animas vestras, & nolite portare pondera in die sabbati, nec inferatis per portas Ierusalem, & nolite eiicere onera de domibus vestris in die sabbati, & omne opus non facietis. Sanctificate diem sabbati, sicut praecipi patribus vestris. Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem suam: sed indurauerunt ceruicem suam, ne au-

† 23. quæst. 3. cap. 1. † Infr. 48. a

† Psal. 11. a

† Psal. 70. a † Apoc. 2. f. 1. Reg. 16. b

† Habac. 3. a



ne audirent me, & ne acciperent disciplinam. Et erit, si\* audieritis me, dicit dominus, vt non inferatis onera propter portas ciuitatis huius in die sabbati: & si sanctificaueritis diem sabbati, ne faciatis in ea omne opus, ingredientur per portas ciuitatis huius reges & principes sedentes super solum Dauid, & ascendentes in curribus & equis, ipsi & principes eorum viri Iuda, & habitatores Ierusalem, & habitabitur ciuitas hæc in sempiternum. Et venient de ciuitatibus Iuda in circuitu Ierusalem, & de terra Beniamin, & de campestribus, & de montuosis, & ab austro, portantes holocaustum, & victimam, & sacrificium, & thus, & inferent<sup>14</sup> oblationem] in domum domini. Si autem non audieritis me, vt sanctificetis diem sabbati, & ne portetis onus, & ne inferatis per portas Ierusalem in die sabbati, succendam ignem in portis eius, & deuorabit domos Ierusalem, & non extinguetur.

\*Audiendo.

[d. Si nostri Iudaicantes epla- nationem vobiscum repudiaverint, aut Iudæ esse cogentur, & cum obseruatione sabbati circuncidere præputia, aut reprehendere saluatorem, qui iussit in sabbato paralytico tollere lectulum suum: pro quo Iudæi magis querebant eum interficere, quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat deum. Glof. ordina.]  
 14. Confessionem.  
 15. Per sabbatum vno modo intelliguntur dies ecclesiæ testium, quibus præcipue vacandum est Deo. Alio modo omne opus vite præsentis dicitur sabbatum, quia semper sabbatizare, à peccatis cessare atque in Deo quiete nos oportet. Dio. Carthus. ibidem.]

*Vt lutum in manu figuli sic homo in manu dei, quem reuertentem deus recipit, obstinatum perdit, atque in Iudeos vititur vltione quod prophetam persequantur. X VII.*

**V**erbum quod factum est ad Ieremiam à domino dicens: Surge, & descende in domum figuli, & ibi audies] verba mea. Et descendi in domum figuli, & ecce ipse faciebat opus super rotam, & dissipatum est vas quod ipse faciebat è luto manibus suis. Conuersusque fecit illud vas alterum, sicut placuerat in oculis eius vt faceret. Et factum est verbum domini ad me, dicens: <sup>1b</sup> Nunquid sicut figulus iste, non potero vobis facere domus Israel, ait dominus? Ecce sicut lutum in manibus figuli, sic vos domus Israel in manu mea. <sup>1</sup> Repente loquar aduersum gentem, & aduersum regnum: vt eradicem & destruam, & disperdam illud. <sup>1</sup> Si penitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum aduersum eam, agam & ego penitentiam super malo quod cogitavi vt facerem ei, & subito loquar de gente & regno, vt ædificem & plantem illud. <sup>1</sup> Si fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam, penitentiam agam super bono quod locutus sum vt facerem ei. Nunc ergo dic viro Iudæ, & habitatori Ierusalem, dicens: Hæc dicit dominus: <sup>1</sup> Ecce ego fingo contra vos malum, & cogito contra vos cogitationem. <sup>1</sup> Reuertatur] vnusquisque à via sua mala, & dirigite vias vestras & studia vestra, qui dixerunt: <sup>1</sup> Desperauimus. Post cogitationes enim nostras ibimus, & vnusquisque <sup>1</sup> prauitatem] cordis sui mali faciemus. Ideo hæc dicit dominus: Interrogate gentes. <sup>1</sup> Quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Israel? Nunquid deficiet de petra agri nix Libani, aut euelli possunt aquæ erumpentes] frigidæ & defluentes? <sup>1</sup> Quia oblitus est mei populus meus, frustra libantes & impingentes in viis suis, & in semitis] seculi, vt ambularent] per eas in itinere non trito,] vt fieret terra eorum in desolationem & in sibilum sempiternum. <sup>1</sup> Omnis qui præterierit per eam, obstupescet, & mouebit caput suum. <sup>1</sup> Sicut ventus] vrens] dispergam eos coram inimicis, dorsum & non faciem ostendam eis in die perditionis eorum. Et dixerunt: Venite, & cogitemus contra Ieremiam cogitationes. <sup>1</sup> Non enim peribit lex à sacerdote, neque consilium à sapiente, nec sermo à prophetis. Venite, & percutiamus eum lingua, & non attendamus ad vniuersos sermones eius. <sup>1</sup> Attende domine ad me, & audi vocem aduersariorum meorum. <sup>1</sup> Nunquid redditur pro bono malum, quia foderunt foueam animæ meæ? Recordare quod steterim in conspectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & auerterem indignationem tuam ab eis. Propterea da filios eorum in famem, & deduc eos in manus gladij. <sup>1</sup> Fiant vxores eorum absque liberis & vidux, & viri earum interficiantur morte. Iuvenes eorum confodiantur gladio in prælio, audiatur clamor de domibus eorum. Adduces enim super eos] latronem] repente, quia] foderunt foueam vt caperent me, & laqueos absconderunt pedibus meis. Tu autem domine scis omne consilium eorum aduersum me in mortem. Ne propitieris iniquitati eorum, & peccatum eorum à facie tua deleatur. Fiant corruentes in conspectu tuo, in tempore furoris tui] abutere eis.]

1. Audire te faciunt.  
 2. Placuit autem deo vt corpus Christi quod mortale & corruptibile suscepit, de sepulchri petra leuatum, & immortale atque incorruptibile effectum, iam non in terrenis, sed in celestibus & in patris dextera collocaret. Cypria. in Symb. Apofstolo.  
 b. Possibile quid deo est non solum de argilla factos per lacrum regenerationis corrigere, sed & spiritus accepta vitio, & lapsos post penitentiam veram ad statum pristinum reuocare. Chrysost. baptizandos. hom. 4.  
 c. Manus dei interdum potestas eius intelligitur, sicut hic. Iterum flagellum dicitur vt Sopho. 1. Excitile manum tuam super Iudam & Ierusalem: Et Job. 19. Manus domini tetigit me. Interdum vero manus] patris dicitur filius, vt Ha. 66. Omnia hæc manus mea fecit. Aug. de essent. diu.  
 2. Reuertatur igitur.  
 d. Hic obstinatio Iudæorum maligna declaratur. Rabanus ex patienti heco ostendit liberum arbitrium nihil esse, nisi accesserit gratia Dei Interrogat gentes. Quis audiuit talia horribilia? Ostendit plus peccasse Iudam, quia libero arbitrio iuxta atque gratia dei sunt abuti. Locutus est Iheremias.  
 3. Cogitationem.  
 4. Extrinsecus.  
 5. Antiqua.  
 6. In semitis & via non calcata.  
 7. Hoc plenus post aduentum Dñi videtur esse completus quod nullus Iudæorum terram & urbem sancti ingredi lege permittebat. Glof. ordina. ibid.]  
 7. Orientalis.  
 8. Dies perditionis Iudæorum omne tempus est post passionem saluatoris, vtque ad consummationem seculi: vt postquam sub intrinseca plenitudo gentium, tunc omnis Israel saluus fiat. Raba. eum Hiero. ibid.  
 9. Ponitur Ieremias deprecatis dicitur: Attende Domine ad me liberatum de manibus inimicorum meorum. De Lyra. ibi. j. h. Planè foderunt in patientia foueam occasionem indignationis plurimas, & per maximas ministrantes. Sed quid horum fouea, ad abyssum magnitudinis ruit? Iherem. ser. 2. heb. penofg. i. Ingredientibus hostibus, & occidentibus eos in propriis domibus, adduces simul latronem, lox Chaldeorum vel Nabucho donosor crudelissimum regem eorum. Rex enim sine iustitia quid est nisi latro magnus? Dionis. Carthusia.]  
 8. Execratur.  
 k. Iustum est vt qui decipere pro vitili laborant, & iusti decipiantur. Psal. Laqueum conauerunt pedibus meis, & incurruerunt animam meam. S. Ths. ibidem.  
 9. Fac eum eis, sub. vindictam.

† Rom. 9. e  
 † 22. q. 4. c  
 In commutabilis.  
 † Ha. 45. b  
 Sup. 5. b  
 † De pecc. di. r. c. Si agamus & e. Quam obrem. j. Ionæ 3. d  
 † Infr. 25. b & 35. c  
 † Ha. 66. c  
 † Infr. 19. c 49. & 50. c  
 † 93. diff. c. Diaconi.

Ierusalem excidium propter idololatriam in Hennon, ac verbi dei, & cultus eius contemptum. XIX.

r. hinc.  
 2. A figulo, & dato tecum de senioribus, &c.  
 a. Vbi figuli operabantur, quæ & porta Sur-porta orientalis, & porta Hercoctaria dicitur.  
 [b. Do. Deus Israelis in hinc modum loquitur: Ecce ego adduco malum horrensumque calamitatem in locum hunc, ita ut quisquis de eo audierit aures eius tinniant multoque horrore concutiantur. Tofartius. ibid.]  
 c. Nulli autem dubium quin in templo dei Baal idolum posuerint, sive in delubro, quod erat in valle filij Hennon, ubi & Isaac Phasi, & ara eius fuit, super quam immolauerunt, & incendunt filios suos, quæ domus nec cogitavit, nec locutus est, nec ascenderunt in cor eius quod deus futurus nescierit, sed quæ indigna sunt, sua nomina ignorare se dicat, iuxta illud. Recedite à me operarij iniquitatis, nescio vos. Tofartius. ibid.  
 [d. Ecce ego inducā afflictionē super locum istum: Non vocabitur locus iste amplius Tophet, & vallis Ennon, sed vallis occisionis, puta ab occisione Iudæorum, hoc est propter exāni multitudinem Iudæorum ab hostibus. Sic cōteram locum istum sicut conteritur vas figuli. Lofichius ibidem.]  
 3. Cadere faciā eos in gladium.  
 e. Hoc est, Chaldei vitam eorum quærentes exstinguere. Ex quo patet durissima famem quæ fuit tempore obsidionis Ierusalem à Chaldeis. Dionysius. ibid.  
 ff. Quod supra dixerat: Non vocabitur locus iste amplius Tophet & vallis filiorum Ennon, sed vallis occisionis hinc aperit, quod ita in ipso solo cædes fuerat, ut ibi acceratum populū sepelatur. Glofa ordina. 1.  
 g. Dei & primæ causæ desiderio sanguis rationalis creatura ad ea quæ oculis cerni possunt, se conuertit, & horum aliquid pessimo errore deum facit. Unde deum faciunt, alij Solem, alij Lunam, alij stellarum cæcum uas, alij caelum ipsum, cum cum stellis ut à motu quatuor prolixitatem quantitate tum qualitate alio atque alio omne generum rerum dependat. Gregorius. Nazian. lib. 2. Theolog.  
 a. Iste autem erat pontifex templi, & data sibi sacerdotij dignitate in peccatum abuteretur non ut doceret & sermone corripit, sed ut cruciatibus terreat. Vnde & Paulus, & saluator noster iussu pontificis verberatur. Hiero. ibid.  
 1. In cippum, sive carcerem qui & inferi.  
 b. Hoc est, cum nomē à proprietate imponatur, pristinum nomen amittens quod oris nigredine interpretatur. Per os autem iudandi iudiciorum, per nigredinem vero potestatis abstinere designatur, quæ si facta erit iustitiam non amplius Phasur, sed pauor vocandus. Dion. ibi.  
 2. Et quicquid periosum eius. [c. Dixit se propheta à Domino deceptū cui supra dictum est: prophetam in gētibz dedi te, & contitini te hodie super gentes, & super regna. &c. Quibus verbis arbitratu est, nihil se contra Iudæos dicitur, sed cōtra gentes, & ideo prophetā libenter assumpsit. nunc autē res in contrariū recidit, ut captiuitatem Ierusalem prædicat persequutiones & angustias sustineat. Glo. ordina. ibid.]  
 d. Quod si propheta sic discernatus est, eo quod natus sit Ierusalem, quæ tandem nos venia digni respiciamus, qui ab exilij illa doctriina cessamus. Chryso. ex l. i. ca. 16. Concio 1.  
 3. Ex quo loquor vocifero.



Hæc dicit dominus: Vade, & accipe] lagunculam figuli<sup>2</sup> testeam, & de senioribus] populi & de senioribus sacerdotum: & egredere ad vallem filiorū Hennon, quæ est iuxta introitū<sup>a</sup> portæ fictilis: & prædicabis ibi verba quæ ego loquor ad te, & dices. <sup>b</sup> Audite verbum domini Reges Iuda, & habitatores Ierusalem: Hæc dicit dominus exercituum deus Israel: <sup>†</sup> Ecce ego inducam afflictionem super locum istum, ita ut <sup>†</sup> omnis qui audierit illam, tinniant aures eius, eo quod dereliquerint me, & alienum fecerint locum istum, <sup>c</sup> & libauerint in eo diis alienis, quos nescierūt ipsi & patres eorum, & reges Iuda, & repleuerunt locum istum sanguine innocentum: & ædificauerunt excelsa Baalim ad comburendos filios suos igni in holocaustum Baalim: quæ non præcepi nec locutus sum, nec ascenderunt in cor meum. Propterea ecce dies veniēt, dicit dominus, <sup>d</sup> & non vocabitur amplius locus iste Tophet, & vallis filij Hennon, sed vallis occisionis. Et dissipabo consilium Iuda, & Ierusalem in loco isto, & subuertam eos gladio] in conspectu inimicorum suorum, & in manu quærentium animas eorum, & dabo cadauera eorum escam volatilibus cæli, & bestiis terræ, <sup>†</sup> & ponam ciuitatem hanc in stuporem & in sibilum. <sup>†</sup> Omnis qui præterierit per eam, obstupescet, & sibilabit super vniuersā plagā eius. <sup>†</sup> Et cibābo eos carnibus filiorum suorum, & carnibus filiarum suarum, & vnusquisque carnem amici sui comedet in obsidione, & in angustia, in qua concludent eos <sup>†</sup> inimici eorum, & qui quærent animas eorum. Et conteres lagunculam in oculis virorum qui ibunt tecum, & dices ad eos: Hæc dicit dominus exercituum: Sic cōteram populum istum & ciuitatem istam, sicut conteritur vas figuli quod non potest vltra instaurari. <sup>†</sup> Et in Tophet sepelientur, eo quod non sit alius locus ad sepeliendum. Sic faciam loco huic, ait dominus, & habitatoribus eius, & ponam ciuitatem istam sicut Thophet. <sup>†</sup> Et erunt domus Ierusalem & domus Regum Iuda, sicut locus Tophet immunda: <sup>†</sup> omnes domus in quarum domatibus sacrificauerunt omni militiæ cæli, libauerunt libamina diis alienis. Venit autem Ieremias de Tophet quod miserat eum dominus ad prophetandum, & stetit in atrio domus domini, & dixit ad omnem populum: Hæc dicit dominus exercituum deus Israel: Ecce ego inducam super ciuitatem hanc, & super omnes vrbes eius vniuersa mala quæ locutus sum aduersum eam, quoniam indurauerunt ceruicem suam, ut non audirent sermones meos.

†Sup. 6.c

†1. Reg. 3.c

†Sup. 18.c  
†Inf. 49.c  
& 50.c

Ieremias ob dei verbum percussus & in carcerem coniectus atque derisus Iudæis Babylonicam gemebundus minatur captiuitatem. XX.



E T audiuit <sup>a</sup> Phasur filius Emmer sacerdos, qui constitutus erat Princeps in domo domini, Ieremiam prophetantem sermones istos, & percussit Phasur Ieremiam Prophetam, & misit eum in neruū, quod erat in porta Benjamin superiori in domo domini. Cūque illuxisset in crastinum, eduxit Phasur Ieremiā de neruo: & dixit ad eum Ieremias: <sup>b</sup> Non Phasur vocauit dominus nomē tuum, sed pauorem vndique: quia hæc dicit dominus: Ecce ego dabo te in pauorem, & omnes amicos tuos, & corruent gladio inimicorum suorum, & oculi tui videbunt. Et omnem Iudā dabo in manu Regis Babylonis, & traducet eos in Babylonem, & percutiet eos gladio. <sup>†</sup> Et dabo vniuersam substantiam ciuitatis huius, & omnem laborem eius, <sup>2</sup> omnēque pretiū,] & cunctos thesauros Regum Iuda dabo in manu inimicorū eorum, & diripient eos, & tollent, & ducent in Babylonem. Tu autē Phasur & omnes habitatores domus tuæ ibitis in captiuitatem, & in Babylonem venies, & ibi morieris, ibique sepelieris, tu & omnes amici tui, quibus prophetaſti mēdaciū. <sup>c</sup> Seduxisti me domine, & seductus sum, fortior me fuisti & inualuisti. <sup>d</sup> Factus sum in derisum tota die. Omnes subſannant me, quia iam olim loquor vociferans iniquitatem, & vastitatem clamito. Et factus est mihi sermo domini in opprobrium & in derisum

†Sup. 18.c

†Inf. 49.c

& 50.c

c derisum tota die. Et dixi: Non recordabor eius, neque loquar ultra in nomine illius. Et factus est in corde meo quasi ignis exarsuans, claususque in ossibus meis, & defecit ferre non sustinens. Audiui enim contumelias multorum, & terrorem in circuitu, persequimini & persequamur eum ab omnibus viris qui erant pacifici mei & custodientes latus meum. Si quo modo decipiatur, & praeualeamus aduersum eum, & consequamur ultionem ex eo. Dominus autem mecum est quasi bellator fortis, idcirco qui persequuntur me, cadent, & infirmi erunt, & confundentur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium sempiternum, quod nunquam delebitur. Et tu domine exercituum, probator iusti, qui vides renes & cor, videam quasi ultionem tuam ex eis. Tibi enim reuelavi causam meam. Cantate domino, laudate dominum, quia liberavit animam pauperis de manu malorum. Maledicta dies in qua natus sum, dies in qua peperit me mater mea, non sit benedicta. Maledictus vir qui annunciauit patri meo, dicens: natus est tibi puer masculus, & quasi gaudio iustificauit eum. Sit homo ille ut sunt ciuitates quas subuertit dominus, & non poenituit eum. Audiatur clamor in mane, & ululatus in tempore meridiano, quia non interfecit a vulua, ut fieret mihi mater mea sepulchrum, & vulua eius conceptus aeternus. Quare de vulua egressus sum, ut viderem laborem & dolorem, & consumerentur in confusione dies mei?

†Psal. 30. d

†Infra. 23. g

†Sup. 11. d

†Iob. 3. a

†Iob. 3. b. & 10. d

1. Istud non competit proprie Christo, sed menti eius. Interdum contingit hae dicere quando videlicet videlicet videntes vident se praedicando nihil proficere. Imo contra ab auditoribus minas, irrationes, aut oblationes, vel ut recipere. Dio. Castalia. ibid. 4. Malignitas, vel detractionis. 5. Annuntiate, & annuntiantes ei. 6. Obiurabat si quo pacto claudicaret, sub in aliquibus verbis. 7. Gigas. 8. Prosper agent. 9. Oblivioni tradent. 10. Solum deus & probat iustitiam, sicut solus est qui cordis videt constantiam, Glosa ordina.

g. Tantum de sua conditio securus est, & se confidit in fortitudine, ut mortem praeferat vitae. Hiero. ibid.

h. Denique exponit causas cur mortem praeferat vitae, & omnino non esse quam male esse, sub iungens. Quare de vulua egressus sum, &c. Raba. ibid.

*Propheta capiendam urbem ac exurendam vaticinatur, ac Sedechiam cum populo suo captiuandum.*  
XXI.

A **E**rbum quod factum est ad Ieremiam a domino, quando misit ad eum Rex Sedechias Phasur filium Melchiae & Sophoniam filium Maasae sacerdotem, dicens: Interroga pro nobis dominum, quia Nabuchodonosor Rex Babylonis praeliatur aduersum nos, si forte faciat dominus nobiscum secundum omnia mirabilia sua, & recedat a nobis. Et dixit Ieremias ad eos: Sic dicetis Sedechiae: Haec dicit dominus deus Israel. Ecce ego conuertam vasa belli quae in manibus vestris sunt, & quibus vos pugnatis aduersum Regem Babylonis & Chaldaeos, qui obsident vos in circuitu murorum, & congregabo ea in medio ciuitatis huius, & debellabo ego vos in manu extenta, & in brachio forti & in furore, & in indignatione, & in ira grandi, & percutiam habitatores ciuitatis huius. Homines & bestiae pestilentia magna morientur. Et post haec ait dominus: dabo Sedechiam regem Iuda & seruos eius, & populum eius, & qui derelicti sunt in hac ciuitate a peste & gladio & fame, in manu Nabuchodonosor Regis Babylonis, & in manu inimicorum eorum, & manu quaerentium animam eorum, & percutiet eos in ore gladij, & non flectetur, neque parceret, nec miserebitur. Et ad populum hunc dices: Haec dicit dominus: Ecce ego do vobis viam vitae, & viam mortis. Qui habitauerit in urbe hac, morietur gladio, & fame, & peste: qui autem egressus fuerit, & transfugerit ad Chaldaeos qui obsident vos, viuet, & erit ei anima sua quasi spoliu, posui enim faciem meam super ciuitatem hanc in malum, & non in bonum, ait dominus. In manu Regis Babylonis dabitur, & exuret eam igni. Et domui Regis Iuda: Audite verbum domini domus Dauid, Haec dicit dominus: Iudicate mane iudicium, & eruite vi oppressum de manu calumniantis, ne forte egrediatur ut ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat propter malitiam studiorum vestrorum. Ecce ego ad te habitatricem vallibus solidae, atque campestris, ait dominus: qui dicitis, quis percutiet nos, & quis ingreditur domus nostras: & visitabo super vos iuxta fructum studiorum vestrorum, dicit dominus: & succendam ignem in saltu eius, & deuorabit omnia in circuitu eius.

†Infra. 42. a

†Infra. 38. a

†Sup. 20. d

†Infra. 22. a

a. Hic Phasur alius est a superiori, verose quia ex alio patre natus. Dionis. ibid.

b. Ex hoc patet quod liber iste non procedit secundum ordinem temporis, quia sequenti capitulo & pluribus alijs scribuntur plura quae ante quam regnaret Sedechias fuerunt facta, vt videbitur infra. De I. y. ibid. j

c. Coniungitur tempus penae & vbiis exordium contra tria, quibus maxime confidantur: scilicet, in armorum munitione, in murorum fortitudine, & in dei protectione: qua semet dominus quantum ad maiores, minores, & mediocres, vniatur vindicaturum. S. Tho. ibid.

1. Arma bellica.

d. Primum de vniuersa urbe propheticatum est, nunc propter Sedechiam praedicitur & populo eius, qui residui fuerunt, post pestem, gladium & famem, quod a Nabuchodonosor Babylonio rege capiendus sit, interficiendusque cum amicis suis gladio nee vltam eius speret misericordiam, cuius factus necessitudinem petiitio deseruit. Raba. ibidem.

e. Sunt qui hunc locum secundum tropologiam sic exponunt: melius est se tradere secularibus disciplinis, & maxime Philosophicis quam in ecclesia illa permanere in qua fames sit sermonis Dei. Et omnis populus hereticorum gladio & doctrinae penuria & peste haeretica moriatur. Glosa ordina. ibid. j

2. Propono.

f. In quibus patet Ieremias constantia, quod non solum regi suam comminatur electionem, sed & populo essit ad aliu regem transmigrationem contra proprii regis decretum. Dion. ibid.

g. Id est, ad te gentem Iudaeam, quae habitas in ierusalem, quae dicitur hic vallis solida, & campestris: quia partim erat sita in valle, & partim in monte, & erat clausa tribus muris. De Ly. ib. j

3. Perros.

4. Descendet ad nos, vel contra nos.

5. Ieremias in capite praedicit occasione petite dicendi contra tyrannidem regis nunc ergo nacta occasione prosequit in institutum. Primo domum regiam instruit in genere. Sapientia & iustitiam comminatur regibus, Sapientibus & iustis promittit securitatem, imperatis & iniuris exterminium comminatur. Lactantius. ibid. j

*Mittitur propheta nunciaturus Regi iudicium, iustitiam, oppressorum liberationem, & Regis loachim confusionem.*  
XXII.

A **E**c dicit Dominus: Descende in domum Regis Iuda, & loqueris ibi verbum hoc, & dices: Audi verbum Domini Rex Iuda, qui sedes super solium David, tu & serui tui, & populus tuus qui ingredimini per portas

b. Monet quid facere Rex debeat ut viter impendentem dei sententiam Regum autem proprium est facere iudicium & iustitiam, & liberare populum de manu calumniatorum ut op pressum: & peregrino pupillo que & vidua, qui facilius opprimuntur à potentioribus, præbere auxilium. Hiero. ibid.

c. Vultis curribus & equis. c. Inter ego deus qui iurat se curus, quem nihil fallit, quem nihil latet, qui omnino fallere ignorat, quia nec falli potest. Cum enim iurat, se adhibet testem. Quomodo tu cum iuras, deum adhibes testem, sic ipse cum iurat, te esse adhibet. Tu quando illum adhibes testem, forte supra mendacium tuum accipis in vanum nomen domini dei tui. Ne mendacium iures, ergo non iurare. Augu. de verbis à postol. serm. 30.

2. Præparabo aduersus te. d. Mihi propriè dicit videtur de Sclach, de quo & presertim, & præterit capitis prophetia est. In quo verè regnum finitum est, sub quo & vbi apta est, & ipse in Babylonem ductus mortuus est. Glia ordina. ]

e. Id est, ad Ioachim, quia omnes filij Iosia dicitur sellum, id est, consummatio: quia in ipso regnum Isracl consummatum est.

3. Absque iudicio: proximo suo abicitur frustra.

4. Perforat.

5. Tabulata.

f. Quomò te eleuas vltra debitum, vel conteres te cedro, i. Salomoni regi potentissimo ad edificandum. De Lyra. ]

6. Immittet te cedris.

7. Et bene fuit illi. An non hoc est agere me? ]

8. Ad hoc enim quod bona innocentium sibi acquireret, crimen dignum morte eis imponebat: & ad cursum mali operis, cupiditas enim impellit ad omnia mala, propter quod dicit Apostolus. 1. Timo. 6. Radix omnium malorum est cupiditas idem. ibid. ]

9. A opprobrium.

10. Plangent eum: heu domine & heu magnificentia eius.

h. Scri, tua sacra hanc habet consuetudinem, ut omnes reges veteris testamenti mortuos reserret & sepultos, præter Ioachim filium Iosia. Hiero. ibid. 20. Iacrus.

i. In iherosolima.

11. Arguit Ierusalem superbia, & quod dimittant magnitudinem abusa sic in contemptum dei, & narrat quod non solum hoc tempore, sed & ab initio quando edificata sit de Aegypto non audierit vocem dei: vnde omnes pastores eius & principes huc illucque dispersi & captiuitati Babylonis colla submisserunt. Raba. ibid.

k. Porro si vivo ego, dicit Dns, Iechonias filium Ioachim regis Iuda, ut in animo mihi sit velut annulus signatorius dextera mee indigibile impostus inde tamen euellam atque duciam eum datus cum in coru manum qui necem illi induentur, & quorum conspectum timeo, & horret, in manum inquam Nabuchodonosor regis Babylonij in manum Chaldæorum. ]

12. Sigillum.

13. Te.

14. Sculptile contemptum.

15. Ad quod nemo afficitur.

l. Iechonias quoniam Zorobabel, in Babylone genuerit, tamen illi Iudæa nulli huius genuit, nec habuit quempiam sibi in regno succedentem. Dion. ibid.

m. Quia superius omnis spes regni Iudæici fuerat amputata, traussit ad principes ecclesie & synagoga cum suis pastoribus deserta atque dæmata ad apostolos sermo sit, de quibus dicitur. Et suscitabo super eos pastores, & pascet eos, & non torridabunt vitu. Hiero. ibid.

istas. Hæc dicit dominus: <sup>†</sup>Facite iudicium & iustitiam, & liberate vi oppressum de manu calumniatoris, & aduenam & pupillum, & viduam nolite contristare, neque opprimatis inique, & sanguinem innocentem ne effundatis in loco isto. Si enim facientes feceritis verbum istud, <sup>†</sup>ingredientur per portas domus huius Reges sedentes de genere Dauid super thronum eius, & ascendentes currus & equos, ipsi & serui & populus eorum <sup>†</sup>Quod si non audieritis verba hæc, <sup>†</sup>in memetipso iuravi, dicit dominus, quia in solitudinem erit domus hæc. Quia hæc dicit dominus super domum Regis Iuda: Galaad tu mihi caput Libani. Si non posuero te solitudinem, vrbes inhabitabiles. Et <sup>†</sup>sanctificabo super te interficientem virum & arma eius, & succident electas cedros tuas, & præcipitabunt in ignem, & pertransibunt gentes multæ per ciuitatem hanc, & dicit vnusquisque proximo suo. <sup>†</sup>Quare sic fecit dominus ciuitati huic grandi? Et respondebunt: eo quod reliquerint pactum domini dei sui, & adorauerint deos alienos, & seruiert illis. <sup>†</sup>Nolite flere mortuum, neque lugeatis super eum fletu. Plangite eum qui egreditur, quia non reuertetur vltra, nec videbit terram natiuitatis suæ. Quia hæc dicit dominus <sup>†</sup>ad Sellum filium Iosia Regem Iuda, qui regnauit pro Iosia patre suo qui egressus est de loco isto. Non reuertetur huc amplius, sed in loco ad quem transfuli eum, ibi morietur, & terram istam non videbit amplius. <sup>†</sup>Væ qui adicat domum suam in iniustitia, & cœnacula sua non in iudicio. Anicum suum opprimet frustra, & mercedem eius non reddet ei. Qui dicit: edificabo mihi domum latam, & cœnacula speciosa, qui <sup>†</sup>aperit] sibi fenestras, & facit <sup>†</sup>laquearia] cedrina, pingitque sinopide. <sup>†</sup>Nunquid regnabis, quoniam <sup>†</sup>conferste cedro? ] Pater tuus nunquid non comedit & bibit, & fecit iudicium & iustitiam, tunc cum bene erat ei? Iudicauit causam pauperis & egeni in bonum suum. Nunquid non idè quia cognouit me, ] dicit dominus? <sup>†</sup>Tui verò oculi & cor ad auaritiam <sup>†</sup>& ad sanguinem innocentem fundendum, & ad calumniam, & <sup>†</sup>ad cursum mali operis. ] Propterea hæc dicit dominus ad Ioachim filium Iosia Regem Iuda: Non plangent eum, vè frater & vè soror: non <sup>†</sup>concrepabunt ei, vè dominæ, & vè inclytæ. <sup>†</sup>Sepultura asini sepelietur, <sup>†</sup>putrefactus] & proiectus extra portas Ierusalem. Ascende Libanum & clama, & in Basan da vocem tuam, & clama ad transeuntes, quia cõtriti sunt omnes amatores tui. Locutus sum ad te <sup>†</sup>in abundantia] tua, dixisti: <sup>†</sup>non audiam. <sup>†</sup>Hæc est via tua ab adolescentia tua, quia non audisti vocem meam. Omnes pastores tuos pascet ventus, & amatores tui in captiuitatem ibunt. Et tunc confundèris & erubesces ab omni malitia tua, quæ sedes in Libano & nidificas in cedris. Quomodo congemuisti cum venissent tibi dolores quasi dolores parturientis? <sup>†</sup>Viuo ego dicit dominus: quia si fuerit Iechonias filius Ioachim Regis Iuda <sup>†</sup>annulus] in manu dextera mea, inde euellam eum. ] Et dabo te in manu quarentium animam tuam, & in manu quorum tu formidas faciem, & in manu Nabuchodonosor Regis Babylonis, & in manu Chaldæorum. <sup>†</sup>Et mittam te & matrem tuam quæ genuit te in terram alienam in qua nati non estis, ibique moriemini: Et in terram ad quam ipsi leuant animam suam, vt reuertantur illuc, non reuertentur. Nunquid <sup>†</sup>vas fictile] atque contritum vir iste Iechonias? Nunquid vas <sup>†</sup>absque omni voluptate? ] Quare abiecti sunt ipse & semen eius, <sup>†</sup>& proiecti in terram quam ignorauerunt? Terra, terra, terra, audi sermonem domini. Hæc dicit dominus: Scribe virum istum sterilem, virum qui in diebus suis non prosperabitur. Nec enim erit de femine eius vir, qui sedeat super solium Dauid, & potestatem habeat vltra in Iuda.

† Sup. 21. d

† Deut. 29. d  
3. Reg. 9. b

† Deut. 29. d  
3. Reg. 9. b

*Comminatio domini in prelatos & prophetas, ob scelera sua dispergendos, quod populum ad malum induxerint per ficta verba, per formia, & per scripturæ deprauationem. XXXIII.*



<sup>†</sup>Væ pastoribus, qui disperdunt & dilacerant gregem pascuæ meæ, dicit dominus. Idè hæc dicit dominus deus Israel ad pastores, qui pascunt populum meum: Vos disperdistis gregem meum, & eiecistis eos, & non visitastis eos. Ecce ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum, ait domi-

† 24. q. 2 ca.  
Transierit.  
Ezech. 34. a

†Infra.33.c  
Ila.4.b.40.c  
45.b.  
Eze.34.c  
Dan.9.g  
Iona.1.g  
†Dent.33.d  
†Sup.16.c

†Sup.9.c

†Sup.14.c  
Infra.27.c.&  
29.c.

dominus.<sup>b</sup> Et ego congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris ad quas eiecero eos illuc, & conuertam eos ad<sup>a</sup> rura sua, ] & crescent & multiplicabuntur, & suscitabo super eos pastores, & pascent<sup>c</sup> eos, non formidabunt vltra, & non pauebunt, & nullus<sup>3</sup> quaeretur ex numero, ] dicit dominus. <sup>†</sup> Ecce dies veniunt, dicit dominus, & suscitabo David germen istum, & regnabit rex, & <sup>4</sup> sapiens erit, ] & <sup>5</sup> faciet iudicium & iustitiam in terra. <sup>†</sup> In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter. <sup>†</sup> Et hoc est nomen quod vocabunt eum, dominus iustus noster. <sup>†</sup> Propter hoc ecce dies veniunt, dicit dominus: & non dicent vltra: viuit dominus, qui eduxit filios Israel de terra Aegypti: Sed, viuit dominus, qui eduxit & adduxit semen domus Israel de terra aquilonis, & de cunctis terris ad quas eieceram eos illuc, & habitabunt in terra sua. <sup>†</sup> Ad prophetas: Contritum est ] cor meum in medio mei, contremuerunt omnia ossa mea Factus sum quasi ebrius, & quasi vir homo madidus a vino, a facie domini, & a facie verborum <sup>6</sup> sanctorum ] eius, quia adulteriis repleta est terra, quia <sup>7</sup> a facie maledictionis ] luxit terra, a refacta sunt arua deserti. Factus est cursus eorum malus, & fortitudo eorum <sup>8</sup> dissimilis. <sup>†</sup> <sup>d</sup> Propheta nanque & sacerdos <sup>9</sup> polluti sunt, ] & in domo mea inueni malum eorum, ait dominus: Idcirco via eorum erit quasi lubricum in tenebris, impellentur enim & corruent in ea. Afferam enim super eos mala, annum visitationis eorum, ait dominus. Et in prophetis Samariae vidi fatuitatem, & prophetaabant in Baal, & decipiebant populum meum Israel. Et in Prophetis Ierusalem vidi <sup>10</sup> similitudinem adulterantium, & iter mendacij: ] & confortauerunt manus pessimorum, vt non conuerteretur vnusquisque a malitia sua. Facti sunt mihi omnes vt Sodoma, & habitatores eius quasi Gomorrha. Propterterea haec dicit dominus exercituum ad Prophetas: <sup>†</sup> Ecce ego cibabo eos absynthio, & potabo eos <sup>11</sup> felle. ] A Prophetis enim Ierusalem egressa est <sup>12</sup> pollutio super omnem terram. Haec dicit dominus exercituum. <sup>†</sup> Nolite audire verba prophetarum qui prophetant vobis, & decipiunt vos. Visionem cordis sui loquuntur, non de ore domini. Dicunt iis qui blasphemant me, locutus est dominus, pax erit vobis: & omnibus qui ambulant in prauitate cordis sui, dixerunt: non veniet super vos malum. Quis enim affuit in consilio domini, & vidit & audiuit sermonem eius? Quis considerauit verbum illius, & audiuit? Ecce turbo dominica indignationis egredietur, & tempestas erumpens super caput impiorum veniet. Non reuertetur furor domini vsque dum faciat, & vsque dum compleat cogitationem cordis sui. In nouissimis diebus intelligetis consilium eius. <sup>†</sup> <sup>13</sup> Non mittebam prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, & ipsi prophetaabant. <sup>†</sup> <sup>14</sup> Si stetitsem in consilio meo, & nota fecissem verba mea populo meo, <sup>15</sup> a uertissem vti que ] eos a via sua mala, & a cogitationibus suis pessimis. Putasne deus <sup>16</sup> a vicino ] ego sum, dicit dominus: & non deus de longe? Si occultabitur vir in absconditis, & ego non videbo eum, dicit dominus? <sup>†</sup> Nunquid non caelum & terram ego implebo, ait dominus? Audiui quae dixerunt prophetae, prophetantes in nomine meo mendacium, atque dicentes: Somniaui, somniaui. Vsquequo istud est in corde Prophetarum vaticinantium mendacium, & prophetantium seductiones cordis sui? Qui volunt facere vt obliuiscatur populus meus nominis mei, propter somnia eorum quae narrant vnusquisque ad proximum suum, sicut obliui sunt patres eorum nominis mei propter Baal. Propheta qui habet somnium, narret somnium: & qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum verè. <sup>†</sup> <sup>17</sup> Quid paleis ad triticum dicit dominus? Nunquid non verba mea sunt quasi ignis, ait dominus? & quasi malleus conterens petram? Propheta ecce ego ad Prophetas ait dominus, <sup>18</sup> qui furantur verba mea vnusquisque a proximo suo. Ecce ego ad Prophetas, ait dominus, qui <sup>19</sup> assumunt ] linguas suas: & aiunt, dicit dominus: Ecce ego ad Prophetas somniantes mendacium, dicit dominus: qui narrauerunt ea, & seduxerunt populum meum in mendacio suo, & in miraculis suis, cum ego non misissem eos, nec mandafsem eis: qui nihil profuerunt populo huic, dicit dominus. Si igitur interrogauerit te populus iste, vel propheta, aut sacerdos, dicens: quod est onus domini? dices ad

[b. Que congregatio non est intelligenda per localem montem, sed per vnitatem fidei ac charitatis nexum, secundum quod dicitur Ioh. 1. Quod Christus mortuus erat pro patre, & vt filios dei qui dispersi erant, congregaret in vnum. i. in vnum ritum fidei & Christianae ecclesiae de variis sedibus Gentium & Iudeorum, in quibus erant dispersi. De Lyra ibid.]  
2. Causas suas.  
3. Immunescent.  
4. Prosperabunt.  
5. Simile habes Ila. 9. Super folium David, & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud & corroboret iudicium & iustitiam. Non dixit in acquisitione gloriæ gazarumque terrestrium, sed in victoria gentium plurimarum, vbi dicitur de bellatione super barbarum, sed iudicio & iustitia. Et de super Euangelium, Misit. Et de super prophetas contritum est.  
6. Sanctitatis.  
7. Propter iuramentum.  
8. Non recta.  
9. Haec & sequentia referri possunt ad Iudeos, qui Christum requirebant moluerunt, sed ipsum blasphemauerunt, tandem occiderunt, nec eum agnouerunt: quos figurat quae tempore terrenae fuerunt, & cum persecuti sunt. Dionys. ibid.  
10. Impie egerunt.  
11. Feditatem. Adulterantur enim & incedunt mendaciter.  
12. Quia decipiebant populum Iudae, sicut illi populum Samariae. In Hebraeo habetur sic. Vidi turpitudinem adulterij, & iter mendacij. Turpitudinem enim adulterij, est quando adultera in eodem lecto recipit adulterum cum marito, & sic isti fecerunt quia in tempore domini idolum posuerunt. De Lyra.  
13. Aquis felis.  
14. Hypocritis, vel iniquis.  
15. Non erant ea falsi prophetis, qui incautos decipiunt auditores. Primo per fida verba: quia cum nihil viderent, dicebant se visionem a domino accepisse. Secundo per somnia vana, dum somnii phantasticis, quasi diuinae reuelationibus adhaerebant, & inde alios ludibant. S. Th. ibid.  
16. Contemplamur hereticos, quomodo semel desperantes salutem se tradant & delictis, vicijsque carnibus, frequenter ad eadem balnea, multo fragent, vnguentis vicijs delibant. Hieron. lib. 1.  
17. Ex reuocant.  
18. Si ego dominus est qui caelum coepit & terram, qui potest spiritum sanctum iudicare dominationis & diuinae potestatis exortem, qui repleuit orbem, & quod vltra totius orbem est, repleuit Iesum totius orbis redemptorem? Ambros. de spiritu sancto lib. 1. cap. 7. Qui implet omnia, videt omnia, in quo monstrat quid sit, videbo eum. Neque enim morte corporali videt: credendus est deus, tanquam alibi sit ipse cum videt, & alibi quod videt. Fulgen. ad Traianum. regem lib. 1.  
19. Paleis in consummatione seculi à tritico separatur: sed quo approbatur dum sumus in corpore istu mortali, mixtos est cum tritico. Hierony. aduert. Pelagii. lib. 1.  
20. Exponere enim inuiscitationes & testamentum domini, & non hoc idem facere quod fecit dominus, quid aliud est quam sermones eius abicere, & disciplinam dominicam contempnere: nec terrena, sed spiritalia sua & adulteria committere, quia quis de euangelica veritate furatur domini nostri verba & facta, & corrumpit atque adulterat praepcepta diuina, sicut apud Ieremiam scriptum est: Qui furatur verba mea, &c. Cypria. Epist. 3.  
21. Mollificans.



16. Quid est Prophetia.  
 1. Quia igitur prophetæ solebat peccantibus tristitia nunciare, & sic ad penitentiam prouocare. Dominus autem sententiam illis ferebat: deo que putabat, quod pleudoprophetae tunc deceptus, non uentura que dominus minabatur. Gloriosa ordi. ibid.  
 m. Incepit iridentem populū comminans illi penam quantum ad interrogantes, & quantum ad colloquentes. Et item protulit iritiones uerborum, uide Ezechiel. 31. Audisti sermones tuos, & non faciunt eos quia in cantu cum oris ueruent illos: ex quibus penam merentur captiuitatis S. Tho. ibid.  
 17. Obluiscat ueluti ut feram.

eos: 16 Vt quid uobis onus? ] Proliciam & quippe ] uos, dicit dominus: 1 & propheta & sacerdos, & populus qui dicit, onus domini, uisitabo super uirum illū, & super domum eius. 2 Hæc dicetis unusquisque ad proximum & ad fratrem suum. Quid respondit dominus? Et quid locutus est dominus? Et onus domini ultra non memorabitur, quia onus erit unicuique sermo suus. Et peruertistis uerba dei uiuentis, domini exercituum dei nostri. Hæc dices ad Prophetam: 3 Quid respondit tibi dominus, & quid locutus est dominus? Si autem onus domini dixeritis, propter hoc hæc dicit dominus: Quia dixistis sermonem istum, onus domini, & misi ad uos, dicens: nolite dicere onus domini, propterea ecce ego 17 tollam uos portans, ] & derelinquam uos & ciuitatē quam dedi uobis & patribus uestris à facie mea, ] dabo uos in opprobrium sempiternum, & ignominiam æternam, quæ nunquam obliuione delebitur.

†Sup. 20. 0

*Visio ficuum bonarum & malarum partem populi reducendam, & partem cum Rege perdendam designat.*  
 XXVIII.

21. Offensio ista quæ subditur, facta est Jeremiæ per imaginariā uisionem: cuius significationē dominus reuelauit prophete. Dionys. ibid.  
 2. Duxit.  
 3. Nos simplices quærentes historiarum calathum bonarum ficuum dicimus Iechoniam, qui Ieremiam consilio tradidit regi Babylonis: cui à dño profeta pollicetur. Malarum autem Sedechiam qui contradicens sententia domini captus est & excauit, & in Babylonem ductus & ibi mortuus. Gloriosa ord. ibi. ]



2. Stendit mihi dominus, & ecce duo calathi pleni ficis positi ante templum domini, postquam transtulit Nabuchonosor rex Babylonis Iechoniam filium Ioaachim regem Iuda, & principes eius, & fabrum & inclusorem de Ierusalem, & 1 adduxit ] eos in Babylonem. 2 Calathus unus ficus bonas habebat nimis, ut solent ficus esse 2 primi temporis. ] Et calathus unus ficus habebat malas nimis: quæ comedi non poterant. 3 eo quod essent malæ. ] 4 Et dixit dominus ad me: 5 Quid tu uides Jeremia? Et dixi: 6 Ficus bonas, bonas valde, & malas, malas valde, quæ comedi non possunt, eo quod sint malæ. Et factum est uerbum domini ad me dicens: Hæc dicit dominus deus Israel: Sicut ficus hæc bonæ, sic cognoscam transmigrationem Iuda quam emisi de loco isto in terram Chaldaeorum in bonum, & ponā oculos meos super eos 4 ad placandum. ] 5 Et reducam eos in terram hanc, & ædificabo eos, & non destruam, & plantabo eos, & non euellam: & dabo eis cor ut sciant me, quia ego sum dominus. 6 Et erunt mihi in populum, & ego ero eis in deum: quia reuertentur ad me in toto corde suo. 7 Et sicut ficus pessimæ quæ comedi non possunt, eo quod sint malæ, hæc dicit dominus: 8 Sic dabo Sedechiam regem Iuda, & principes eius, & reliquos de Ierusalem qui remanserunt in urbe hac, & qui habitant in terra Ægypti. 9 Et dabo eos in vexationem afflictionemque omnibus regnis terræ: in opprobrium, & in parabolam, & 1 in prouerbum, ] & in maledictionem, in uiniferis locis ad quæ eieci eos: & mittam in eis gladium, & famem, & pestem, donec consumantur de terra quam dedi eis & patribus eorum.

†Sup. 1. a

†Infra. 31. f

†Infra. 29. d

†Infra. 29. d

3. Praecoces.  
 4. Propter malitiam, & infra.  
 5. Ambos referam 2 calathos ad eos præcipue qui in aduersu domini saluatoris crediderunt & non crediderunt Simplicem autem sequentes historiam, bonarum ficuum calathum dicunt Iechoniam, qui se Ieremiam consilio & imperio dei tradidit regi Babylonis, cui & profeta dominus pollicetur. Malarum autem Sedechiam, qui contra dicens sententia dei captus sit, excauitque oculis, ductus est in Babylonē, ibique mortuus est. Hierony. ibid.  
 4. In bonum.  
 5. Sic dabo Sedechiam mihi & hominibus abominabilibus: quia postea fuit captus & excauitur, & filij eius & nobiles occisi, & populus partim occisus, & partim captiuatus, & ciuitas combusta De Lyra. ]  
 6. Intelligit præcipue Sedechiam, cum principibus suis, cominans illi afflictionem in terra sua, & confusionem in terra aliena, quantum ad opprobrium, maledictionem, & imprecationem. S. Tho. ibidem.  
 7. Fabulam.

*Septuaginta annorum captiuitas prænuntiata, pastores & magnates ad planctum uocat.*  
 XXV.

4. Mortuo Iosia regnum suscepit filius eius Iozaz, alius Iozaz, anno ætatis 23, regiam habens Ierosolymis. Hic matre natus Ametala impius & impurus fuit moribus. Hunc Ægyptiorum rex à bello reuertens accersit ad se in urbem Syriz Samathan uinxit, & facti eius seniori eodem patre nato Eliachim nomine regnum tradidit. Ioseph. Antiqui. Iuda. lib. 10. cap. 6.  
 b. Ostendit Iudæos inexcusabiles, cum ipse per 23. annos continud illis prædicauerit, & annuntiauerit eis diuina decreta, & eius comminationes. Nec illius solum, sed & plurimorum prophetarum uerba contempserunt. S. Tho. ibid.  
 1. Mane.  
 2. Nunc.



Uerbum quod factum est ad Ieremiam de omni populo Iudæ in anno quarto 1 Ioaachim filij Iosia regis Iuda, ipse est annus primus Nabuchonosor regis Babylonis. Et locutus est Ieremias Propheta ad omnem populum Iuda, & ad uniuersos habitatores Ierusalem, dicens: 2 A tertio-decimo anno Iosia filij Amon regis Iuda, usque ad diem hanc, iste est tertius & uicesimus annus: factum est uerbum domini ad me, & locutus sum ad uos 1 de nocte ] conurgens, & loquens, & nō audistis. Et misi dominus ad uos omnes seruos suos Prophetas, cōurgens diluculo mittensque, & nō audistis neque inclinastis aures uestras ut audiretis, cum diceret: 2 reuertimini \* unusquisque à uia sua mala & à pessimis cogitationibus uestris, & habitabitis in terra quam dedit dominus uobis & patribus uestris à seculo & usque in seculum. 3 Et nolite ire post deos alienos, ut seruiatis eis, adorerisque eos: neque me ad iracundiam prouocetis in operibus manuum uestrarum, & non affligam uos: & non audistis me, dicit dominus, ut me ad iracundiam prouocaretis in operibus manuum uestrarum in malum uestrum. Propterea hæc

Anno ante Christum 643. Anni mundi 3329.

†Sup. 18. b  
 †Infra. 35. c  
 4. Reg. 17. b



hæc dicit dominus exercituum : <sup>c</sup> Pro eò quòd non audistis verba mea, ecce ego mit-  
tam & assumam vniuersas cognationes aquilonis, ait dominus, & Nabuchodonosor  
regem Babylonis seruum meum, & <sup>d</sup> adducam eos super terram istam, & super habi-  
tatores eius, & super omnes nationes quæ in circuitu eius sunt, & interficiam eos, &  
ponam eos in stuporem & in sibilum, & in solitudines sempiternas. Perdámque ex  
eis vocem gaudij & vocem lætitiæ, vocem sponsi & vocem sponsæ, vocem molæ &  
lumen lucernæ, & erit vniuersa terra eius in solitudinem, & in stuporem, & <sup>e</sup> seruient  
omnes gentes istæ regi Babylonis septuaginta annis. <sup>f</sup> Cúmque impleti fuerint anni  
septuaginta, visitabo super Regem Babylonis, & super gentem illam, dicit dominus,  
iniquitatem eorum, & super terram Chaldæorum, & ponam illam in solitudines sem-  
piternas. Et adducam super terram illam omnia verba mea quæ locutus sum contra  
eam : omne quod scriptum est in libro isto, quæcunque prophetauit Ieremias aduer-  
sum omnes gentes, quia seruiert eis cum essent gentes multæ & <sup>f</sup> reges magni. Et  
reddam eis secundum opera eorum & secundum facta manuum suarum. Quia sic di-  
cit dominus exercituum deus Israel. <sup>g</sup> Sume calicem vini furoris huius de manu mea  
& propinabis de illo cunctis gentibus, ad quas ego mittam te, & bibent, & turbabun-  
tur, & insanient à facie gladij quem ego mittam inter eos. Et accepi calicem de manu  
domini, & propinaui cunctis gentibus ad quas misit me dominus : Ierusalem & ciui-  
tatis Iudæ : & Regibus eius, & principibus eius, vt darem eos in solitudinem, & in  
stuporem, & in sibilum, & in maledictionem, sicut est dies ista : & Pharaoni regi Ægy-  
pti, & seruis eius, & principibus eius, & omni populo eius, & vniuersis generaliter ] cun-  
ctis regibus terræ <sup>4</sup> Ausitidis, ] & cunctis Regibus terræ Philistiim, & A scalonis, & Ga-  
zæ & Accaroni, Azoti, & reliquis Idumææ & Moab, & filiis Amon, & cunctis regibus  
Tyri, & vniuersis regibus Sidônis, & regibus terræ insularum qui sunt trans mare, &  
Dedan, & Theman, & Buz, & vniuersis qui <sup>5</sup> attonsi sunt in comam, ] & cunctis regi-  
bus Arabiæ, & cunctis regibus <sup>6</sup> occidentis ] qui habitant in deserto, & cunctis regi-  
bus Zambri, & cunctis regibus Elam, & cunctis regibus Medorum, cunctis quoque  
regibus Aquilonis <sup>7</sup> de prope & de longe, ] vniciuique contra fratrem suum, & omni-  
bus regnis terræ quæ super faciem eius sunt. <sup>h</sup> Et rex Sefac bibet post eos. Et dices ad  
eos : Hæc dicit dominus exercituum deus Israel. <sup>i</sup> Bibite & inebriamini, & vomite,  
& cadite, neque surgatis à facie gladij, quem ego mittam inter vos. Cúmque nolue-  
rint accipere calicem de manu tua vt bibant, dices ad eos : Hæc dicit dominus exerci-  
tuum : ] <sup>j</sup> Bibentes bibetis. Quia ecce in ciuitate in qua inuocatum est nomen meum,  
ego incipio affligere, & vos quasi innocentes & immunes eritis ? <sup>k</sup> Non eritis immu-  
nes. Gladium enim ego voco super omnes habitatores terræ, dicit dominus exerci-  
tuum. Et tu prophetabis ad eos omnia verba hæc, & dices ad illos : <sup>l</sup> Dominus de ex-  
celsò rugiet, & de habitaculo sancto suo dabit vocem suam. Rugiens rugiet super <sup>m</sup> de-  
còrem suum. <sup>n</sup> Celeuma ] quasi calcantium concinetur aduersus omnes habitatores  
terræ. <sup>o</sup> Præuenit sonitus vsque ad extrema terræ, quia iudicium domino cum genti-  
bus. <sup>p</sup> Iudicatur ipse ] cum omni carne. Impios <sup>10</sup> tradidi ] gladio, dicit dominus. Hæc  
dicit dominus exercituum. Ecce afflictio egredietur de gente in gentem, & turbo ma-  
gnus egredietur <sup>11</sup> de summitatibus ] terræ, & erunt interfecti domini in die illa <sup>12</sup> à sum-  
mo terræ vsque ad summum eius. ] <sup>13</sup> Non plangentur, & non colligentur neque sepe-  
lientur, in sterquilinio super faciem terræ iacebunt. <sup>14</sup> Vlulate pastores, & clamate, &  
<sup>15</sup> aspergite vos cinere ] optimates gregis, quia completi sunt dies vestri, vt interficia-  
mini, & <sup>16</sup> dissipationes ] vestræ, & cadetis quasi vasa preciosa. Et peribit fuga à pasto-  
ribus, & saluatio ab optimatibus gregis. Vox clamoris pastorum, & vlulatus optima-  
tum gregis, quia vastauit dominus pascua eorum, & <sup>17</sup> conticuerunt arua pacis ] à fa-  
cie iræ furoris domini. Dereliquit quasi leo vmbraculum suum, facta est terra eorum  
in desolationem à facie iræ columbæ : & à facie iræ furoris domini.

12. Para. 36. d  
1. Ecl. 1. 4  
Daniel. 9. a  
Infra. 29. c

1. Cantic. 3. a

11. Ps. 4. d

1. Hohel. 3. c  
Amos. 1. a

c. Vnde agnoscere possunt  
cuncta quidem quæ affliguntur,  
iudicio dei percussit, sed tamen  
vt sape memorauimus, propter pec-  
cata subterri. Ac per hoc quæ  
quid adsum est peccatis nò duo  
describendum, quia eadè illi rei  
factum acribitur, qui vt ita se-  
ret, exegit. Salua. lib. 7.  
d. Quia Idumæi, Philistiæ & a-  
lij circa Iudæam habitantes fue-  
runt per Nabuchodonosor de-  
predati & captiui, & eorum  
captiuitas hic denotatur cum  
pena Iudæorum, qui sperabant  
eorum adiutorio resistere regi  
Babylonis. De Lyra ibid. j  
e. Sicut Ierusalem post septua-  
ginta annos recipit pristinos ha-  
bitatores, & expletis supplicis  
quia obedierunt sententiæ dei sa-  
licitate pristina fruitur : sic rex  
Babylonis qui status est in su-  
perbiâ, & furoribus arbitrius  
est vitium qd regnavit in gen-  
tibus, & non domini voluntati,  
Medis, Persique venisibus de-  
stituitur. Vtque enim hodie ba-  
bylonis reliquæ tantum manet  
Hierony. ibid.  
f. Reges magni erant in ista  
gentibus, q. d. Non fuerunt sub-  
iuga virtute Chaldæorum, sed  
diuina. Ideo debuerunt puniri  
pro sua superbia, vnde subditur  
vt reddam eis secundum opera  
eorum. De Lyra ibid. j  
g. Vt scias ante quia calix pona  
vel gladius est, audi dicentem,  
Sume calicem vini furoris, &c.  
Ambr. Ps. 37. Sed & in sacra scri-  
ptura multipliciter dicitur : vt  
ps. 115. Calicem salutis acci-  
piam. Hoc loco calix passionem  
Christi nobis declarat, qui ora-  
uit : Pater, si possibile est, tran-  
seat à me calix iste. Et est quidã  
aureus calix babylonis, e quo bi-  
berunt gætes, & inebriati sunt.  
Habet & babylon suam calicem  
aureum, sed bonam potionem  
in calice non habet. Aureus cali-  
x Babyloniæ erat vitior & ele-  
gantia verborum. Gentilis sapien-  
tiæ : quoniam iuxta se habebat  
legitimum pòdulum, idolorum  
dogma. Chry. in psal. 115. ho. 1.  
1. Desolationem.  
2. Promissuæ.  
3. V. z.  
4. Sunt in extremis angulis, sub-  
mundi.  
5. Arabia felix deserta.  
6. Propinquus & temeris.  
7. Allegorici interpretes istum  
omnem locum ad cunctas refe-  
runt nationes, quas inebriaue-  
rit diabolus calice peccatorum  
metastimo : nouissimum etiã  
ipsum bibiturum supplicia ac-  
que cruciatu. Hierony. ibid.  
8. Dicit illis dñm exercituum  
deum Israel ipsis præcipere, vt  
affatim bibant, atque ita se in-  
gurgitent, vt vomat atque cor-  
rumpant non surrecturi, aut pristi-  
num in statũ redituri, aut gladio  
multaque calamitate atque mi-  
seria, quam ego in eos misurus  
sum. Tostatus. j  
9. Hoc est, nequaquam eritis im-  
munes, nec peccata vestra mane-  
bunt inultra : sicut idololatræ  
& idolorum fana habentes Dio-  
ny. ibid.  
10. Habitaculum suum.  
11. Clamor veluti nauarũ, qui v-  
no clamante, respòdent omnes,  
12. Iudicium imit.  
13. Tradet.  
14. A latetibus.  
15. Ab extremo terræ vsque ad  
extremum terræ.  
16. Inter pastores autem & a-  
rrieres hoc interest, quòd pas-  
tores ecclesiastico gregi cum  
sapietia & doctrina præiunt : A-  
rrieres vero principes videtur in  
populo, sed sibi sapietiam, nihil  
doctrinæ habent, & nimia sim-  
plicitate sunt. Gio. ordi. ibid. j  
17. Vlulate vos in puluere.  
18. Disperiones.  
19. Bursæ sunt pascua pacifica.

Ieremias propter dei verbum a sacerdotibus comprehensus, principibus liberatur. XXVI.

a. Hæc prophetia priore superior est, licet sub eodẽ rege sit facta. Illa autẽ in anno quarto regis facta est, hæc verò in principio regni eiusdem regis. Nõ igitur in prophetis historia ordo textus est. Hierony. ibid.

1. Venientes ad adorandum.  
b. Verbum ambiguum fortisimã maiestati domini nõ potest convenire, sed nostro loquenti auditu, vt liberum homini ferretur arbitrium, nec ex pascencia eius quasi ex necessitate cogatur. Non enim ex eo q. deus loci futurum aliquid, idcirco futurum est, sed quia futurum est, deus novit, quia pascens futurorum Ratio. ibid.

2. Nec diminues.  
3. Mala studia.  
4. Mitto ad vos mane.

5. Et hæc quidẽ in ipso domini templo concionante Ieremiam audierunt sacerdotes & prophetae, & vniuersus populus. Certum vt loqui desit, omne id quod domini populo dicebat ipsi mandata, plenẽque satis Ieremias prolocutus esset, sacerdotibus & prophetis simul & omni populo hæc eius concione exacerbatos, continuo ipsam apprehenderunt. Tostato. ibid.

6. Arbitrabantur autẽ Ieremiam hæc loqui non ex inspiratione diuina, sed diabolica aut confusa: sed error eorum inexcusabilis fuit, & ignorantia affectata, grauius potius quam excusans peccatum, quoniam iustitiam renuebant. Dion. ibid.

7. Et tunc abque habitatore. se. Et ait Ieremias: Dominus mihi me, quasi dicat: Non feci de proprio capite. De Lira.]

8. Quasi si irascimini, quod contra templum & urbem locutus sum, & diligo salutem urbis & templi, cur peccata peccatis cumularis, & sanguis mei vbi & habitatores eius reos faciat? Glosa ordi.]

9. Penitere deus dicitur, non quod morte homini pro transactis operibus suis peniteat. Qui enim omnia nouit, antequam fiant, pro peccatis factis suis penitere non potest. Sed penitentia dei est statuta mutare, & quod prius inchoatum fuerit, in aliud mutare, id est, de bono exigentibus culpis in malum. Sicut de Saul legitur penitente dominum prope eum locutus. De malo vero in bonum, sicut accidit in populo gentium: qui ante non populus dei, nunc autẽ per gratiam Christi populus dei effectus est. Aug. de essentia diuinitatis.

10. Et surrexerunt viri nonnulli ex senioribus terræ, vt in scriptis sententia aduersus Ieremiam scriberent illis, & pendulo prophetas subscribentes. Et hi quidam præteritarum rerum multa habentes memoriam ad omnẽ illum qui illic conuenerat populum dixerunt: Quod & supra Ezechia rege Iudico fuisse prophetam Micheas Morasthites, qui propalam eadem sero aut duriora etiam ad omnem populum dicebat Iudicum. Tostato. ibid.]

11. Queritur cur cum Vrias filius Semei de oppido Cariathiarim eadem quæ Ieremias prophetauit, timore perterritus fugerit in Ægyptum, & inde retrahens occisus sit, Ieremias potuerit euadere, qui certe nõ fugerat, sed audacter in sententia persequens priore, liberatus sit. Respondendum quod Vrias in condemnationem accusatorum, & populi trucidatus sit Ieremias autẽ reuerentis iudicio dei, vt reliquii infidelis populi prædicaret, & eos retraheret ad penitentiam Hierony. ibid.

12. Filium populi.



**N** principio regni Ioachim filij Iosæ Regis Iuda, factum est verbum istud à domino, dicens: Hæc dicit dominus: Sta in atrio domus domini, & loqueris ad omnes ciuitates Iuda, de quibus veniunt vt adorent in domo domini, vniuersos sermones quos ego mandauit tibi, loquaris ad eos. <sup>1</sup> Vtoli subtrahere] verbum, si fortẽ audiant, & conuertantur vnusquisque à via sua mala, & pœniteat me mali, quod cogito facere eis, propter malitiam studiorum] eorum. Et dices ad eos: Hæc dicit dominus: <sup>2</sup> Si non audieritis me, vt ambuletis in lege mea, quam dedi vobis, vt audiat sermone seruorum meorum Prophetarum, quos ego <sup>3</sup> misi ad vos de nocte] confurgens & dirigens, & non audistis, <sup>4</sup> dabo domum istam sicut Silo, & urbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terræ. Et audierunt sacerdotes & prophetae, & omnis populus Ieremiam loquentem verba hæc in domo domini. <sup>5</sup> Cumque compleisset Ieremias loquens omnia quæ præceperat ei dominus, vt loqueretur ad vniuersum populum, apprehenderunt eum sacerdotes & prophetae, & omnis populus, dicens: <sup>6</sup> Morte moriatur. Quare prophetauit in nomine domini, dicens <sup>7</sup> sicut Silo erit domus hæc, & vrbs ista desolabitur, <sup>8</sup> eò quod non sit habitator? Et congregatus est omnis populus aduersus Ieremiam in domo domini. Et audierunt principes Iuda verba hæc, & ascenderunt de domo Regis in domum domini, & sederunt in introitu portæ domus domini nouæ. Et locuti sunt sacerdotes & prophetae ad principes, & ad omnem populum, dicentes: Iudicium mortis est viro huic, quia prophetauit aduersus ciuitatem istam, sicut audistis auribus vestris. <sup>9</sup> Et ait Ieremias ad omnes principes, & ad vniuersum populum, dicens: Dominus misit me vt prophetarem ad domum istam & ad ciuitatem hanc: omnia verba quæ audistis. <sup>10</sup> Nunc ergo bonas facite vias vestras, & studia vestra, & audite vocem domini dei vestri, <sup>11</sup> & pœnitebit dominum mali quod locutus est aduersum vos. Ego autem ecce in manibus vestris sum, facite mihi quod bonum & rectum est in oculis vestris. Veruntamen scitote & cognoscite, quod si occideritis me, sanguinem innocentem tradetis contra vosmetipsos, & contra ciuitatem istam & habitatores eius. <sup>12</sup> In veritate enim misit me dominus ad vos, vt loquerer in auribus vestris omnia verba hæc. Et dixerunt principes & omnis populus ad sacerdotes & ad Prophetas: Non est viro huic iudicium mortis, quia in nomine domini dei nostri locutus est ad nos. <sup>13</sup> Surrexerunt ergo viri de senioribus terræ, & dixerunt ad omnem cœtum populi, loquentes: <sup>14</sup> Micheas de Morasthin fuit Propheta in diebus Ezechie regis Iuda, & ait ad omnem populum Iudæ, dicens: <sup>15</sup> Hæc dicit dominus exercituum, Sion quasi ager arabitur, & Ierusalem in acervum lapidum erit, & mons domus domini in excessa sylvarum. Nunquid morte condemnavit eum Ezechias rex Iuda & omnis Iuda? Nunquid non timuerunt dominum & deprecati sunt faciem domini, & pœnituit dominum mali quod locutus fuerat aduersum eos? Itaque nos facimus malum grande contra animas nostras. <sup>16</sup> Fuit quoque vir prophetans in nomine domini, Vrias filius Semei de Cariathiarim, & prophetauit aduersus ciuitatem istam, aduersus terram hanc iuxta omnia verba Ieremias. <sup>17</sup> Et audiuit rex Ioachim, & omnes potentes & principes eius verba hæc, & quæsiuit rex interficere eum. Et audiuit Vrias & timuit, fugitque & ingressus est Ægyptum. Et misit rex Ioachim viros in Ægyptum, Helnathan filium Achobor & viros cum eo in Ægyptum. Et eduxerunt Vriam de Ægypto & adduxerunt eum ad regem Ioachim, & percussit eum gladio, & proiecit cadaver eius in sepulchris vulgi ignobilis. Igitur manus Aichan filij Saphan fuit cum Ieremia, vt non traderetur in manus populi, & interficerent eum.

1. Reg. 4. b

1. Sup. 7. a

1. Mich. 3. d

Rex

Rex Iuda & vicini eius cum populis suis iubentur subici Assyriis, & non credere pseudopphetis. X XVII.

Ca. Jeremias liberatus tursus est tra regē Sedechiā & populū vaticinari iubetur adē vobū qđ prophetā potulerūt dē est, & non prophetatū. Verbo vero signū parabolici addituratone premilla, nepe vt sensus magis moueat, atque animo magis infigatur. Sic tandem salutare fiet. Io. yehus ibid.]

**I**n principio regni Ioachim filij Iosæ regis Iuda factum est verbum istud ad Ieremiam à domino, dicens: Hæc dicit dominus ad me: Fac tibi vincula & catenas, & pones eos in collo tuo, & mittes eas ad regem Edon, & ad regem Moab, & ad regem filiorum Amon, & ad regem Tyri, & ad regem Sidonis, in manu nuntiorum qui venerunt Ierusalem ad Sedechiam regem Iuda: & præcipies eis vt ad dominos suos loquantur. Hæc dicit dominus exercituum deus Israel: Hæc dicetis ad dominos vestros. Ego feci terram & homines, & iumenta quæ sunt super faciem terræ in fortitudine mea magna, & in brachio meo extento, & dedi eam ei qui placuit in oculis meis. Et nunc itaque ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor regis Babylonis serui mei, in super & bestias agrī dedi ei vt seruiant illi, & seruient ei omnes gentes, & filio eius & filio filij eius, donec veniat tempus terræ eius, & ipsius. Et seruient ei gentes multæ, & reges magni: gens autem & regnum quod non seruiert Nabuchodonosor Regi Babylonis, & quicumque nõ curauerit collum suum sub iugo regis Babylonis, in gladio & in fame & in peste visitabo super gentem illam, ait dominus, donec cõsumam eos in manu eius. Vos ergo nolite audire Prophetas vestros, & diuinos, & somniatores, & augures, & maleficos qui dicunt vobis non seruietis regi Babylonis, quia mendacium prophetant vobis, vt longe faciant vos de terra vestra, & eiiciant vos, & pereatis. Porro gens quæ subiecerit ceruicem suam sub iugo regis Babylonis, & seruerit ei, dimittam eam in terra sua, dicit dominus, & colet eam, & habitabit in ea. Et ad Sedechiam regē Iuda locutus sum secundum omnia verba hæc, dicens: Subiicite colla vestra sub iugo regis Babylonis, & seruite ei & populo eius, & viuetis. Quare moriemini tu & populus tuus gladio, fame & peste, sicut locutus est dominus ad gētem quæ seruire noluerit regi Babylonis? Nolite audire verba Prophetarum, dicentium vobis: non seruietis regi Babylonis, quia mendacium ipsi loquuntur vobis. Quia non misi eos, ait dominus, & ipsi prophetant in nomine meo mendaciter, vt eiiciant vos, & pereatis tam vos quam Prophetæ, qui vaticinantur vobis. Et ad sacerdotes & ad populum istum locutus sum, dicens: Hæc dicit dominus, Nolite audire verba Prophetarum vestrorum, qui prophetant vobis, dicentes: ecce vasa domini reuertentur de Babylone nunc citò. Mendacium enim prophetant vobis. Nolite ergo audire eos, sed seruite regi Babylonis, vt viuat. Quare datur hæc ciuitas in solitudinem? Et si prophetæ sunt, & est verbum domini in eis, occurrant domino exercituum, vt non veniant vasa quæ derelicta fuerant in domo domini, & in domo regis Iuda, & in Ierusalem, in Babylonem. Quia hæc dicit dominus exercituum ad columnas, & ad mare, & ad bases, & ad reliqua vasorum quæ manserunt in ciuitate hac, quæ non tulit Nabuchodonosor rex Babylonis cum transferret Iechoniam filium Ioachim regem Iuda de Ierusalem in Babylonem, & omnes optimates Iuda & Ierusalem. Quia hæc dicit dominus exercituum deus Israel ad vasa quæ derelicta sunt in domo domini, & in domo regis Iuda & Ierusalem. In Babylonē transferentur, & ibi erunt vsque ad diem visitationis suæ, dicit dominus. Et afferri faciam ea, & restitui in loco isto.

† Sup. 14. c. 23. d. Infra. 29. b.

† 4. Reg. 25. c.

Hananiah pseudoppheta captiuum populum post duos annos reducendum cum vasis templi predicens, à domino percutitur. X XVIII.

a. b. Iuga vel iora quibus iuga ligantur, vt hi reges sub rege Babyl. subiugentur.  
c. Hi enim quinque reges de quibus in textu nominant, miserunt legatos suos in Ierusalem ad Sedechiā vt tractaret eū eo de modo rebellandi cõtra Nabuchodonosor regē Babylonis. Præcepit itaque dñs Ieremiæ facere catenas ligneas quas per ditos legatos istorū regū miseret ad illos seu etiam ad Sedechiā: vt illi reges aduerterent se per Sedechiā iurari non posse. Dion. ibid.  
d. Nō est per hoc intelligendū quod Nabuchodonosor haberet gratiam gratū facientē, sine sanctificanti eū, esse infidelis & idololatra: sed hoc dicitur quia deus indifferēt bonis & malis dicit bona temporalia prout sibi placet. De Iera. 3.  
e. Nō solum peccates subicit dñs Nabuchodonosor sed & populus qui ait. Timo. 1. Quos tradidi satana, vt discā nō blasphemare in incertū carnis. Glo. ord. 11.  
f. Prout de vobis consultum velitis, ne mihi audieritis prophetas illos vestros, aut diuinos vestros, somniorūque interpretes, aut augures, aut præstigiatores venescite vestros, qui seruo adē, tanquā sedulo suadent, ne Babylonicō regi vos summittatis. Tolstatiū ibid.]  
g. Inducit eos ad obedientiam Chaldeorum ex misero dñi si viuere velint, vt infra 40. Nolite timere formide Chaldæos, habitate in terra, & seruite regi Babylonicō, & bene erit vobis. Sanctus 1. ho. ibid.  
h. Hic cõsequenter ponitur propheta cõtra Sedechiā & eius populum, quā prædicat Ieremias vt patet superius in pluribus locis: sed hic eam repetit loquēdo nuntis regum prædictorū, secundum quod hic dicit Raba. Sal. De Iera. ibid.]  
i. Eiciant vos.  
j. Post genter autē & regē sacerdotibus loquitur & populo: quā iam prophetis supra interitum annuntiauerat, dicitur eiciant vos, & pereatis rē vos qđ phetæ qui vaticinantur vobis. Hic. ibid.  
k. Qui verius propheta est, precib' dño occurrere potest: Sicut Moyses cui dictum est: Dimittite me vt percutiam populum istum, in quo ostenditur posse deū retineri precibus sanctorum. Glo. ord. 1. Prophetæ nō solum dicuntur qui de Christo annuntiauerūt, nec qui omnino futura loquuntur: sed doctores dicuntur prophetæ. Ergo pseudopphetas pseudodoctores appellat Mart. 2. 4. c. Hæresum diuersarū, aut illos quos modo videmus diuersis argumentis religionis specie præcedentes. Chry. Mat. ca. 14. homi. 48.  
\* Precibus.

Anni ante Christū. 622. Anni mundi 3940.

**I**n anno illo in principio regni Sedechiæ regis Iuda, in anno quarto, in mense quinto, dixit ad me Hananiah filius Azur Propheta de Gabaon in domo domini coram sacerdotibus & omni populo, dicens: Hæc dicit dominus exercituum deus Israel: Contrui iugum regis Babylonis. Adhuc duo anni dierum, & ego referri faciam ad locum istum omnia

a. Hoc est, An anno de quo in precedenti capite dictū est, scilicet 4. anno Sedechiæ, quo nũcij regni aduenerunt, & tamē in principio regni eius, quia licet prius regnasset, hoc tamē anno dictū confirmatus d regis Babylonicī auctoritate. Dion. ibid.  
b. Ne credatur anni annorum sicut illud. Ezechiel. 4. diem pro anno. Diem pro anno dedi tibi. Et primo quantum ad reportationem vobis de quorū captione Thronotur. 1. Manum suam misit hostis ad omnia desyderabilia eius. S. Tho. ibid.

\*Domus.  
[c. Desiderabat Ieremias reditū  
transmigrationis, & valentū quē  
cum Iechonia transmigrāte fue-  
runt deportata, supposita tamē  
super hoc voluntate diuina. scilicet  
quia sciebat hoc non euenturū,  
ideo subdit, verū tamen, &c. De  
I. ysa.]

d. Opus est Ieremias feci quod  
ille pseudopropheta mentitur.  
Hoc enim significat Amē. Quo  
verbo virtus dominus in euan-  
gelio. Et cupit pro rectū prospere  
facere magis illum quā se ve-  
ra dicere. At ne videatur pseu-  
dopropheta probare veritatem  
sub alienorū exemplo absque ini-  
uria mentientis aliter veritatem  
Hierony. ibid.  
1. Continetur.  
2. Pelle.  
\*Tunc.

[c. Consideranda Ieremias pruden-  
tia, humilitas & patientia,  
pseudopropheta rebus facit ini-  
uriam, conuenit de eius conuice  
furcam, quod non fecisset si fer-  
rea esset. Ieremias tacet & dolo-  
rem dissimulat. Glos. ord.]  
In quo patet Ieremias patientia  
& humilitas: quia quantūvis il-  
li facta sit iniuria, sine murmu-  
re abiit, iuxta doctrinam Psal.  
Factus sum sicut homo non au-  
diens, & non habens in ore suo  
redargutiones. S. Tho.

[g. Obtenedit quod minorem  
penam recinens maioris suppli-  
cij causa sit. Et in hoc loco desi-  
gnat allegoricus interpret fur-  
ca & catenas ligneas appellans  
aethera & aerea corpora. d. amo-  
num scilicet, & aduersariarum  
porellatum, ferreas verō nostrā  
corpora grossiora, quae neruis  
ossibus carnibusque & venis co-  
secta sunt, &c. Glosa ord.]

h. Quod dicit in mente septimo  
mortuus est, qui semper interpre-  
tari solet requiem, sub hoc nu-  
mero demonstrari forsitan con-  
i. Ieremio mente septimo mortuo-  
rum mentitur, vt de malis cor-  
poris liberaretur, iuxta illud Ec-  
clesia. 2. Mortis verō requies. Ra-  
banus ibid.

vasa\* domini, quae tulit Nabuchodonosor rex Babylonis de loco isto, & transtulit ea in Babylonem. Et Iechoniam filium Ioachim regem Iudae, & omnem transmigratio- nem Iudae qui ingressi sunt in Babylonem, ego conuertam ad locum istum, ait domi- nus. Conuertam enim iugum regis Babylonis. Et dixit Ieremias Propheta ad Hana- niam Prophetam in oculis sacerdotum, & in oculis omnis populi qui stabat in domo domini, & ait Ieremias Propheta: Amen, Sic faciat dominus. Suscitet dominus ver- ba tua quae prophetaffi, vt referantur vasa in domum domini, & omnis transmigratio de Babylone ad locum istum. Veruntamen audi verbum hoc quod ego loquor in au- ribus tuis, & in auribus vniuersi populi: Prophetę qui fuerunt ante me & te ab initio, & prophetauerunt super terras multas & super regna magna de prelio, & de afflictio- ne, & de fame. Propheta qui vaticinatus est pacem cum venerit verbum eius, scie- tur Propheta quem misit dominus in veritate. Et tulit Hananias Propheta catenam de collo Ieremias Prophetae: & confregit eam. Et ait Hananias in conspectu omnis populi, dicens: Haec dicit dominus: Sic confringam iugum Nabuchodonosor regis Babylonis post duos annos dierum de collo omnium gentium. Et abiit Iere- mias Propheta in viam suam. Et factum est verbum domini ad Ieremiam postquam confregit Hananias Propheta catenam de collo Ieremias Prophetae, dicens: Vade, & dices Hananiae: Haec dicit dominus, Catenas ligneas contriuisi, & facies pro eis ca- tenas ferreas, quia haec dicit dominus exercituum deus Israel, iugum ferreum posui su- per collum cunctarum gentium istarum, vt seruiant Nabuchodonosor regi Babylo- nis, & seruient ei, in super & bestiis terrae dedit ei. Et dixit Ieremias Propheta ad Ha- naniam Prophetam: Audi Hanania, Non misit te dominus, & tu confidere fecisti po- pulum istum in mendacio. Idcirco haec dicit dominus: Ecce ego mittam te a facie ter- rae. Hoc anno morieris. Aduersum enim dominum locutus es. Et mortuus est Hana- nias propheta in anno illo mense septimo.

Ieremias captiuus Babylonis post septuaginta annos reducendus consolatur scripturis, & vt pseudoprophetas deuent hortatur. X X I X.

a. Egressus Ieremias a facie Ha-  
naniae & Sedechiae, & in domū  
sua regressus, scripsit literas co-  
solatorias ad seniores & egeros  
qui cum Iechonia transmigra-  
uerant in Babylonem: promit-  
tens eis liberationem post 70.  
annorum, tempus a domino co-  
stitutum. Dion. ibid.  
1. Literarum quar.  
2. Regina.



Haec sunt verba libri quem misit Ieremias Propheta de Ierusalem ad reliquias seniorum transmigrationis, & ad sacerdotes, & Prophetas, & ad omnem populum quem traduxerat Nabuchodonosor de Ierusalem in Babylonem, postquam egressus est Iechonias rex, & domina, & eunuchi, & principes Iudae, & Ierusalem, & faber, & inclusor de Ierusalem in manu Elasa filij Saphan, & Gamelie filij Helchiae, quos misit Sedechias rex Iudae ad Nabuchodonosor regem Babylonis in Babylonem, dicens: Haec dicit dominus exercituum deus Israel, omni transmigratio- ni quam transtuli de Ierusalem in Babylonem. Aedificate domos, & habitate, & plantate hortos, & comedite fructum eorum. Accipite vxores, & generate filios & filias, & date filiis vestris vxores, & filias vestras viris date, & pariant filios & filias, & multiplicabimini ibi, & nolite esse pauci numero, & querite pacem ciuitatis ad quam transmigrare vos feci, & orate pro ea ad dominum, quia in pace illius erit pax vobis. Haec dicit dominus exercituum deus Israel: Non vos seducant prophetae vestri, qui sunt in medio vestrum, & diuini vestri: & ne attendatis ad somnia vestra quae vos somnatis, quia falso ipsi prophetant vobis in nomine meo, & non misi eos, dicit dominus. Quia haec dicit dominus: Cum coeperint impleri in Babylone septuaginta anni, visitabo vos, & suscitabo super vos verbum meum bonum, vt reducam vos ad locum istum. Ego enim scio cogitationes quas cogito super vos, ait dominus, cogitationes pacis, & non afflictionis, vt dem vobis finem & patientiam, & inuocabitis me, & viuetis: & orabitis me, & ego exaudiam vos: & queretis me, & inuenietis. Cum quaesieritis me in toto corde vestro, inueniar a vobis, ait dominus. Et reducam captiuitatem vestram, & congregabo vos de vniuersis gentibus, & de cunctis locis ad quae expuli vos, dicit dominus. Et reuertenti

[b. Hic consequenter ponitur e-  
pistolae narratio, quae Ieremias  
inlerit primo transmigratis sal-  
sam confidentiam. De I. ysa. ibid.]

3. Non minuatini.  
c. Orate dominum pro Babylone, vt deo illi temporalem tran-  
quillitatem, internae enim veraz,  
spiritualisque pacis non erant ea  
pax, cum essent idololatraz.  
Diony. ibid.

d. Non lauit sanctos & ante ad-  
uentum saluatoris deum super  
mortalium genus cogitare co-  
gitationes pacis. Bernard. super  
Cant. Ser. 2.  
e. Sicut Iudae per Ieremias Pro-  
phetam ante diuina verba deus  
praedixerat, quod postquam ser-  
uierit Nabuchodonosor & e-  
ius posteris per annos 70. tunc  
eos restitutus esset in patriam,  
& aedificato templo rediituri es-  
sent ad felicitatem pristinam,  
ita eis omnia praestitit. Joseph.  
Antiquit. Iuda. lib. ix. cap. 1.  
4. Expectationem.

Infra eodem.

† Sup. 14. e.  
De per d. 1. e.  
Prædixerat.  
e. Denique.  
† Sup. 14. e. &  
25. e.  
2. Para. 16. d.  
1. B. d. r. a. 1.  
Dan. 9. a

† Luc. 1. b

uerti vos faciam <sup>1</sup> de loco ad quem ] transmigrare vos feci, quia dixistis: Suscitauit nobis dominus Prophetas in Babylone. <sup>2</sup> Quia hæc dicit dominus ad regem qui sedet super solium David, & ad omnem populum habitatorem vrbis huius, ad fratres vestros qui non sunt egressi vobiscum in transmigrationem. Hæc dicit dominus exercituum: <sup>3</sup> Ecce mittam in eos gladium, & famem, & pestem, & ponam eos quasi ficus malas quæ comedi nõ possunt, eò quòd pessime sint: & persequar eos in gladio, & in fame, & in pestilentia. Et dabo eos in vexationem vniuersis regnis terræ in maledictionem, & in stuporem, & in sibilum, & in opprobrium, cunctis gentibus ad quas ego eieci eos, eò quòd non audierint verba mea, dicit dominus, quæ misi ad eos per seruos meos Prophetas <sup>4</sup> de nocte ] confurgens & mittens, & nõ audistis, dicit dominus. <sup>5</sup> Vos ergo audite verbum domini omnis transmigratio quam emisi de Ierusalem in Babylonem: Hæc dicit dominus exercituum deus Israel ad Achab filium Chulix, & ad Sedechiam filium Maasix, qui prophetant vobis in nomine meo mendaciter. Ecce ego tradam eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonis, & percutiet eos in oculis vestris. Et assumetur ex eis maledictio omni transmigratio in Iudæ, quæ est in Babylone, dicentium: Ponat te dominus sicut Sedechiam, & sicut Achab, quos frixit rex Babylonis in igne, pro eo quòd fecerint <sup>6</sup> stultitiam ] in Israel, <sup>7</sup> & mœchati sunt in vxores amicorum suorum, & locuti sunt verbum in nomine meo mendaciter, quod non mandauit eis. <sup>8</sup> Ego sum Iudex & ] testis, dicit dominus. Et ad Semeiam Neelamiten, dices: Hæc dicit dominus exercituum deus Israel: Pro eo quòd misisti in nomine <sup>9</sup> meo libros ] ad omnem populum qui est in Ierusalem, & ad Sophoniam filium Maasix sacerdotem, & ad vniuersos sacerdotes dicens: dominus dedit te sacerdotem pro Ioiada sacerdote, vt sis dux in domo domini super omnem virum arreptitium, & prophetantem, vt mittas eum in neruum, & in carcerem. Et nunc quare non increpasti Ieremiam Anathotiten, qui prophetat vobis: <sup>10</sup> Quia <sup>11</sup> super hoc misit in Babylonem ad nos, dicens: Longum est, ædificate domos, & habitate, & plântate hortos, & comedite fructus eorum. Legit ergo <sup>12</sup> Sophonias sacerdos <sup>13</sup> librum istum ] in auribus Ieremix Prophetæ. Et factum est verbum domini ad Ieremiam, dicens: Mitte ad omnem transmigrationem, dicens: Hæc dicit dominus ad Semeiam Neelamiten: Pro eò quòd prophetauit vobis Semeias, & ego non misi eum, & facit vobis confidere in mendacio, idcirco hæc dicit dominus: <sup>14</sup> Ecce ego visitabo super Semeiam Neelamiten, & super semen eius. Non erit ei vir sedens in medio populi huius, & non videbit bonum quod ego faciam populo meo, ait dominus: quia <sup>15</sup> præuarricationem ] locutus est aduersus dominum.

1 Sup. 24. d

E

F

G

Sup. eodem.

5. Ad locum vnde. 6. Hic consequenter hæc fiduciæ remouet à Sedechia rege & eius populo, qui nõ transmigrarunt in Babylonem, denotando quòd passuri sint multo grauiora. 7. Hoc subditur. Hæc dicit dominus, &c. Ecce ego mittam in eos gladium, & famem, & pestem. De Lyra ibid. 8. Committitur illis penam suis peccatis debitam, sed & primo quòd in obsequio patientiam, & pestem, & gladium, & secundo his qui effugere poterunt maledictionem, & super, sibi illi opprobrium, quòd omnes nationes ad quas auferuntur. S. Tho. ibid. 6. Mane. 9. Aiunt Hebraei hos esse profyteros quos meminit Daniel vni eorum dicens: Inuenerat diu-rum malorum, &c. Alteri, Semen Chanaan, & nõ Iudæ ipse de cepit te, &c. Qui prophetant in nomine meo mendacii, quia, vt aiunt, mulierculis iactabant se esse de tribu Iudæ, & Christi per eandem de tribu sua & progenie, vnde quædam cupidine allegetur tanquam Christo matrem futuræ Glor. ardi. 10. Abominacionem. 11. Adertur Hebræi hos duos senes accusasse Susannam, & cum aliis pluribus mulieribus fuisse fornicatos, dices his mulieribus: Nos sumus de tribu Iudæ, ideo Christus de femine nostra nascetur: seque mulierculæ cõsentiebant, quasi mater Christi iurata. Diony. ibid. 12. Ego cognosco & sum. 13. Tuo literas vel epistolam. 14. In primis ad Sophoniam Maasix filium sacerdotis summi, reliquosque sacerdotes alios, dicens quòd dominus ipsum pro Ioiada summi sacerdotis constituit: vtque vna eorum esset presertim se sciant in domo domini. Iosarius ibid. 15. Idcirco. 16. Sophonias prophetam latere accusat, dum legit epistolam mentientis: & accusatione eius habere se iactat: quanto magis rei sceleris sunt qui defendunt pseudo prophetas, & mentienter fuent, & aliorum male inueta, sua faciunt esse peccata. Hic. ibid. 17. Epistolam illam. 18. Dei penam recenser vnus, Semeias nimirum Neelamitha, qui non solum pseudo fuit propheta, sed etiam veritatis osor. Obsecra igitur dei aduersus pseudo prophetas. Nominis presertim expresse penæ hæreticorum grauitatem adumbrat. August. ait penam Arrij necesse esse desinam. Lorychius ibid. 19. Auersionem.

*Dominus Israelis liberationem, non solum à captiuitate seruitutis, sed à vastatione populo consueta prædicit. XXX.*

**H**oc verbum quod factum est ad Ieremiam à domino dicens: Hæc dicit dominus deus Israel: Scribe tibi omnia verba, quæ locutus sum ad te, in libro. <sup>2</sup> Ecce enim dies veniunt, dicit dominus, & conuertam <sup>3</sup> conuersionem ] populi mei Israel, & Iudæ, ait dominus, & <sup>4</sup> conuertam ] eos ad terram quam dedi patribus eorum, & possidebunt eam. Et hæc verba quæ locutus est dominus ad Israel & Iudam, quoniam hæc dicit dominus: vocem terroris audiimus, formido, & non est pax. Interrogate, <sup>5</sup> & videte, si generat masculus. Quare ergo vidi omnis viri manum supra lumbum suum quasi parturientis? Et conuersæ sunt vniuersæ facies in auriginem? <sup>6</sup> Væ quia magna dies illa, nec est similis eius, tempusque tribulationis est Iacob, & ex ipso saluabitur. <sup>7</sup> Et erit in die illa, ait dominus exercituum, conteram iugum eius de collo tuo, & vincula eius dirumpam. Et non <sup>8</sup> dominabuntur ei amplius alieni, sed seruient domino deo suo, & David regi suo, quem suscitabo eis. <sup>9</sup> Tu ergo ne timeas serue meus Iacob, ait dominus, neque paucas Israel, quia ecce ego saluabo te de terra longinqua, & semen tuum de terra capti-

† Ioh. 2. c. Amos. 5. c. Soph. 1. d

† Isa. 44. a. Infr. 46. g. Luc. 1. g

a. Mos est sacre scripturæ diuinas leges & præcepta, & prophetas verbum appellare. Chry. in 1. cap. 10. hom. 1. b. Annunciat Ieremias verè Iudæcum per Christum liberationem, cuius fuerunt signa: educio Israelis ab Aegypto, & à Babylone redemptio. Omnium enim prophetarum opus, finis & consummatio Christus est. Vnde dicit. Aposto. Finis legis est Christus in salutem omni credenti. Diony. ibid. 1. Captiuitatem. 2. Reducam, vel reduci faciam. \*Nunc. c. Mos est sacre eloquij, si quòd tristitia lætæque cõmemoratio, tristitia lætis in ordine præponera. Fructio enim boni efficiuntur: tunc dicitur tribus iam exactis. Bene facium penam est postterius. Quæ nos afficiant præcurunt, quòd maiore eum constantia multiplicem gratiam nobis collatam conferuemus, quòd in ista nobis mala presertim tuentur consecutam gratiam. Basilus in Psal. 29. 3. Seruient vltra in ea alienis.



Id. Reuertetur Iacob, scilicet ad Christum quod non solum intelligitur, de Iudis tunc cõuertendis, sed etiam de Christianis ab Antichristo deceptis, qui postea poenitebunt. De Lysa ibid.]  
 4. In securitate erit.  
 5. Etiam si te non sim innocenter facturus.  
 6. Ad sanationem, medicamẽ & curatio.  
 7. Quingentos soles habere amicos, hi nunc plures obliui sunt tui, neque de te querunt, aut quicquam te non morantur. Tofatius ibidem.]  
 7. Præualuerunt.  
 8. Vnde oportuit magnam fuisse plagam quæ omnia comprehendere apostemata, & peccata adeo dura, quæ obstinationem induxissent. Vnde constat eam fuisse profundam, quæ usque ad intima penetraret. Thren. 2. factus est dominus velut inimicus, præcipitavit Iacob, præcepitavit omnia membra eius. Discepitavit munitiones eius, & repleuit in sibi Iuda humilitatem & humiliatam S. Tho.  
 8. Inualuerunt.  
 9. Procurabo eum sanitate tua. 10. Super acetum suum, & panaria ibid.]  
 10. Non secundum illud: Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere, secundum illud, 1. Par. 15. b. I. debebant ante arcam domini, sive elangebant tubis coram arca dei. Glo ordi. latium.  
 11. Honorabo.  
 h. Quomodo atrox non potest intelligi nisi opere cõpleto, nec medicum in lustris nisi postquam fuerit sanitas consecuta: ita cum merito fuerit Ierusalem, & prioris populi abieccio, tunc intelligitur credentes quod in pulso Iudæorum hoste salutis occasio sit. Iero. ibid.  
 12. Permanens.  
 13. Ipsum.

uitatis eorum. <sup>d</sup> Et reuertetur Iacob & quiescet, & <sup>4</sup> cunctis affluet bonis,] & non erit quem formidet, quoniam tecum ego sum, ait dominus, vt saluem te. Faciam enim consummationem in cunctis gentibus in quibus dispersi te, te autem non faciam in consummationem, sed castigabo te in iudicio, <sup>5</sup> vt non tibi videaris innoxius,] quia hæc dicit dominus: insanabilis fractura tua, pessima plaga tua. <sup>6</sup> Non est qui iudicet iudicium tuum, <sup>6</sup> ad alligandam curationem tuam vtilitas] non est tibi. <sup>6</sup> Omnes amatores tui obliui sunt tui, teque non querent. <sup>7</sup> Plaga enim inimici percussit te, castigatione crudeli. Propter multitudinem iniquitatis tuæ, <sup>7</sup> dura facta sunt] peccata tua. <sup>8</sup> Quid clamas super contritione tua? Insanabilis est dolor tuus. <sup>8</sup> Propter multitudinem iniquitatis tuæ, <sup>8</sup> & dura peccata tua,] feci hæc tibi. Propterea omnes qui comedunt te, deuorabuntur, & vniuersi hostes tui in captiuitatem ducentur. Et omnes qui te vastant, vastabuntur, cunctosque prædatores tuos dabo in prædam. <sup>9</sup> Obducam enim cicatricem tibi,] & à vulneribus tuis sanabo te, dicit dominus. Quia ciecctam vocauerunt te Sion, hæc est quæ non habebat requirentem. Hæc dicit dominus: Ecce ego cõuertam cõuersionem tabernaculorum Iacob, & tectis eius miserebor. <sup>9</sup> Et edificabitur ciuitas <sup>10</sup> in excelso suo, & templum] iuxta ordinem suum fundabitur. Et egredietur de eis laus, <sup>10</sup> voxque ludentium: & multiplicabo] eos, & nõ minuentur: & <sup>11</sup> glorificabo] eos, & non attenuabuntur, & erunt filij eius sicut à principio, & cæcus eius coram me permanebit. Et visitabo aduersum oranes, qui tribulant eum, & erit dux eius ex eo, & princeps de medio eius producet. Et applicabo eum, & accedet ad me. Quis enim iste est, qui applicet cor suum vt appropinquet mihi, ait dominus? Et eritis mihi in populum, & ego ero vobis in deum. <sup>11</sup> Ecce turbo domini furor egrediens, procella <sup>12</sup> ruens] in capite impiorum conquiescet. Non auertet iram indignationis dominus, donec faciat & compleat cogitationem cordis sui. In nouissimo dierum intelligetis <sup>13</sup> ea.]

† Sup. 14. d  
 † Sup. 15. d

*Iudeorum reuocatio in Ierusalem, gentium uocationem ad Christianismum figurat, qui autem venire contempserit, in peccato suo morietur, & Ierusalem reedificabitur. XXXI.*



**N**tempore illo, dicit dominus: <sup>a</sup> ero deus vniuersis cognationibus Israel, <sup>a</sup> & ipsi erunt mihi in populum. Hæc dicit dominus. Inuenit gratiam in deserto populus qui remanserat gladio. <sup>1</sup> Vadet ad requiem suam Israel.] <sup>1</sup> Longe dominus apparuit mihi, <sup>1</sup> Et in charitate perpetua dilexi te, idem attraxi te miserans. Rursusque ædificabo te, & ædificaberis virgo Israel. Adhuc ornaberis tympanis tuis, & egrediens in choro ludentium. Adhuc plantabis vineas in montibus Samariæ. Plantabunt plantantes, & <sup>2</sup> donec tempus veniat non vindemiant,] quia erit dies in qua clamabunt custodes in <sup>c</sup> monte\* Ephraim. Surgite, & ascendamus in Sion ad dominum deum nostrum, quia hæc dicit dominus: Exultate in lætitia Iacob, & <sup>3</sup> hinnite cõtra caput gentium, personate, & canite,] & dicite: Salua domine populum tuum reliquias Israel. <sup>3</sup> Ecce ego adducam eos de terra Aquilonis, & congregabo eos <sup>4</sup> ab extremis] terræ: <sup>d</sup> inter quos erunt cæcus & claudus, & prægnans & pariens simul, cæcus magnus reuertentium huc. In fletu venient, & in misericordia reducam eos. Et adducam eos per torrentes aquarum in via recta, & non impingent in ea, quia factus sum Israeli pater, & Ephraim primogenitus meus est. Audite verbum domini gentes, & annuntiate in insulis quæ procul sunt, & dicite: Qui dispersit Israel, congregabit eum, & custodiet eum sicut pastor gregem suum. Redimet enim dominus Iacob, & liberabit eum <sup>e</sup> de manu potentioris. Et venient, & laudabunt in monte Sion, & confluent ad bona domini super frumento, & vino, & oleo, & fœtu pecorum & armentorum: eritque anima eorum quasi hortus irriguus, & ultra nõ <sup>f</sup> esurient.] <sup>5</sup> Tunc lætabitur virgo in choro, iuuenes & senes simul. Et conuertam luctum eorum in gaudium, & consolabor eos, & latificabo à dolore suo

a. Qui hoc homo melius? quid hæc felicitate felici? vivere deo apud quem est fons vite, & in cuius lumine videbimus lumẽ, Aug. de spiritu & litera. cap. 2.  
 b. Hoc est, post longum tempus implebitur quæ mihi dominus ostendit, videlicet saluatio Iudeorum per Christum: quæ in primo Christi aduentu fieri crederetur, atque in fine seculi plenius fiet. Dion. ibid.  
 c. In monte Ephraim. i. in ecclesia. Ephraim enim cretens vel frugifer, interpretatur, & etiam ad hieram in partibus illis prædicantur Christiani, & etiam Apostoli. De Lysa.]  
 d. Samaria: & in monte.  
 e. Exultate in capite gentium, annuntiate, laudate.  
 f. A lætibus.  
 g. Q. d. Nullus erit inter eos qui etiam abiqua corporis imædiatur debilitate vel infirmitate redditor. & hoc quia secum veniẽt. Vnde Ier. 35. Erat saluus sicut cæcus & claudus. Quorum quidam in fletu deplorabant terrę vastitatem, alij lætabantur propter reuersionem, vt i. E. 1. Nee poterat quisquam cognoscere vocem clamoris Ierusalem, & vocem fletus populi. S. Tho. ibid.  
 h. Aduersarie partes quæ natura fortiores aut sile fortiores si tamen liberantur ab eo qui allegit forem, & donum eius deripiunt. Glo ordi. ibid.]  
 i. Dolentur.

† 1. Cor. 6. d  
 † 18. q. quæ. 1. c. Iudæorum.

suo. Et inebriabo animam sacerdotum pinguedine, & populus meus bonis meis ad-  
 implebitur, ait dominus. Hæc dicit dominus. †<sup>f</sup> Vox in excelsis audita est <sup>6</sup> lamenta-  
 tionis. ] luctus & fletus, Rachel plorantis filios suos, & nolentis consolari super eis, quia  
 non sunt. Hæc dicit dominus: Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis,  
 quia est merces operi tuo, ait dominus: Et reuertentur de terra inimici, & est spes no-  
 uissimis tuis, ait dominus, & reuertentur filij tui ad terminos suos. Audiens audiui E-  
 phraim <sup>7</sup> transaigantem. ] Castigasti me domine, & <sup>8</sup> eruditus ] sum quasi <sup>9</sup> iuuentu-  
 lus ] indomitus. <sup>10</sup> Conuerte me, & conuertar, quia tu dominus deus meus. <sup>11</sup> Postquam  
 enim conuertisti me, egi pœnitentiam: & postquam ostendisti mihi, percussi scemur  
 meum. Confusus sum, & erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ. Si  
 filius honorabilis mihi Ephraim, si puer delicatus, quia ex quo locutus sum de eo, ad-  
 huc recordabor eius. Idcirco conturbata sunt viscera mea super eum, miserans mise-  
 rebor eius, ait dominus. Statue tibi <sup>12</sup> speculam, ] pone tibi <sup>13</sup> amaritudines. ] Dirige  
 cor tuum in viam rectam, in qua ambulasti. Reuertere virgo Israel, reuertere ad ciui-  
 tates tuas istas. Vsq̄uequo <sup>14</sup> delitiis dissoluêris ] filia vaga? Quia creauit dominus <sup>15</sup> no-  
 uum super terram, fœmina circumdabit virum. Hæc dicit dominus exercituum deus  
 Israel. Adhuc dicent verbum istud in terra Iuda & in vrbibus eius, cum conuertero ca-  
 ptiuitatem eorum. <sup>16</sup> Benedicat tibi dominus pulchritudo iustitiæ, mons sanctus. Et ha-  
 bitabunt in eo Iudas & omnes ciuitates eius simul, agricolæ & minantes greges, quia  
 inebriauit animam lassam, & omnem animam <sup>17</sup> esurientem saturauit. ] Ideo quasi de  
 somno suscitatus sum, & vidi, & somnus meus dulcis mihi. Ecce dies venient, dicit do-  
 minus: & feminabo domum Iuda, & domum Israel, semine hominum, & semine iu-  
 mentorum. Et sicut vigilauit super eos vt euellerem, & demolirer, & dissiparem, & dis-  
 pergerem, & affligerem: sic vigilabo super eos vt ædificem & plantem, ait dominus.  
 † In diebus illis non dicent vltra: <sup>18</sup> patres comederunt vnam acerbam, & dentes filio-  
 rum obstupuerunt, sed vnusquisque in iniquitate sua morietur. Omnis homo qui co-  
 mederit vnam acerbam, obstupescunt dentes eius. <sup>19</sup> Ecce dies venient, dicit dominus,  
 & feriam domui Israel & domui Iuda <sup>1</sup> fœdus nouum. Non secundum pactum quod  
 pepigi cum patribus vestris in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos  
 de terra Ægypti, pactum quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum, dicit  
 dominus: sed hoc erit pactum quod feriam cum domo Israel. Post dies illos dicit do-  
 minus, <sup>2</sup> dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam,  
 † & ero eis in deum, & ipsi erunt mihi in populû. Et non docebit vltra vir proximum  
 suum, & vir fratrem suum, dicens: cognosce dominum. Omnes enim cognoscent me  
 à minimo eorum vsque ad maximum, ait dominus: † quia propitiabor iniquitati eo-  
 rum, & peccati eorum non ero memor amplius. <sup>3</sup> Hæc dicit dominus: qui dat solem  
 in lumine diei, <sup>4</sup> ordinem ] lunæ & stellarum in lumine noctis, qui turbat mare, & so-  
 nant fluctus eius, dominus exercituum nomen illi. Si defecerint leges istæ coram me,  
 dicit dominus, tunc & semen Israel deficiet, vt non sit gens coram me cunctis diebus.  
 Hæc dicit dominus: <sup>5</sup> Si mensurari potuerint cœli sursum, & inuestigari fundamenta  
 terræ deorsum: & ego abiiciam vniuersum semen Israel propter omnia quæ fecerunt,  
 dicit dominus. Ecce dies venient, dicit dominus <sup>6</sup> & ædificabitur ciuitas domino, à tur-  
 re Hananehel, vsque ad portam anguli. <sup>7</sup> Et exhibit vltra normam mensuræ in conspe-  
 ctu eius super collem Gareb, & circuibit Goatha, & omnem vallem cadauerum & ci-  
 neres, & vniuersam regionem <sup>8</sup> mortis ] vsque ad torrentem Cedron & vsque ad an-  
 gulum portæ equorum orientalis. Sanctum domini non euellatur, & non destruetur  
 vltra in perpetuum.

† Math. 2. d  
Sup. 3. g.

† 37. dist. c. 1.  
Ezech. 18. a

† Sup. 24. c  
Luc. 1. g.  
† Heb. 8. d.

† Act. 10. g.

G

6. Hic manifestè denuntiat la-  
 ctum sancte ecclesie, quæ de in-  
 iusta membrorum suorum nec  
 gemit: non vt hostes garrunt  
 in vacuum erodere, sed vtique  
 ad solium ascendere superi iu-  
 dicii: & sicut protomartyris A-  
 bel, ita etiam sanguinem cyero-  
 rum martyrum de terra elama-  
 re ad dominum, iuxta illud viri  
 sapientis. Non despicias preces  
 pupilli nec viduam si effunder  
 loqueliam gemitus. Beda, in Na-  
 tali San. lun. octucentum.  
 6. Amaritudinum.  
 7. Plangentium.  
 8. Castigatur.  
 9. Vitulus.  
 10. Postquam incipit quis spe-  
 rari viuere, tanto inchoat infe-  
 ricius interire. Greg. Moral. libro  
 24. cap. 26.

10. Signa.  
11. Aceruos.

12. Vagaberis.  
 13. Verè nouum, & omni um no-  
 uitatum supereminens nouitas  
 virtutum, quando deus sic in-  
 gressus est hospitium ventris, sic  
 que gustatus, vt totus deus in eo  
 esset, & sic exiit inde, vt esset  
 porta omnino clausa. Hiero. de  
 Assumptione b. Mariæ Ser.

13. Mesam impleui.

C. 1. Omnes huiusmodi per  
 promissiones iuxta iudæos, &  
 nostros Judæizætes in nullo an-  
 norum regno expectantur. Nos  
 autem in primo aduentu Chri-  
 sti spirititaliter ex parte cõpleta  
 defendimus: quia nunc in spe-  
 culo videmus, & nescimus sicut  
 oportet nos scire aut in seculum  
 da credimus, cum Dominus in  
 manifestate sua apparebit, & pleni-  
 tudo genis subintrauerit, & om-  
 nis Israel saluus sit, & non ex  
 parte per singulos sed sic Deus  
 omnium omnibus. Glosa ord. I  
 K. Carnalis generatio etiam popu-  
 li dei perueniens ad testamen-  
 tum vetus quod in seruitutem  
 generat, patitur peccatis obli-  
 gata filios. Spiritalis autem ge-  
 neratio, sicut hereditatem, ita  
 penam atque premiũ com-  
 minationes promissionesque  
 mutauit, vt hic aperit Jeremias  
 Aug. contra Iulian. Pelagia li.  
 6. c. 12.

l. Ecce super duos populos testa-  
 mentum nouum, non sicut tes-  
 tamentum vetus quod statuit  
 cum patribus eorum, cum edu-  
 ceret eos de terra Ægypti. Chri-  
 stus in Pentecost. Sermon.  
 m. O vere testator æternus, qui  
 nostris cordibus leges affligit  
 suas, & scribit sensibus, vt nihil  
 aliud cogitate nisi diuina prece-  
 pta possimus, nihil aliud senti-  
 re nisi dei oracula debeamus.  
 Dedit gratiam reformauit natu-  
 ram, subiecit committens qui  
 obliuisci nihil sicut, memoriam  
 meorum abstulit peccatorum,  
 nihilque dedit, præceptorum  
 suorum. Amb. in Psal. 118. Ser-  
 mo. 14.  
 14. Leges.

n. Id est, sicut non possunt men-  
 surari, sic non abiciant omne  
 semen Israel, quia aliqui sunt illi  
 vocati ad fidem à tempore Chri-  
 sti, & plenius vocabuntur circa  
 finem mundi. De Lyra.  
 o. Ciuitas dei ecclesie est: Han-  
 nehel vero dei gratia: Porta an-  
 guli, & coniunctio vtriusque po-  
 puli gentiliũ & Iudæici dicitur.  
 Greg. Moral. li. 25. cap. 11.  
 p. Hæc autem sic reparata Ieru-  
 salem omnibus ligaturum ac ita-  
 tionum capax ciuitas, sacrosan-  
 ta erat Domino nunquam de-  
 ienda aut extirpanda, neque in-  
 ærnum ditenda. Tostartius  
 ibidem.

Ieremias in vincula & carceres coniectus Sedechiam captiuandum, à quo  
 eiectus populum ad agros suos reducendum designat. XXXII.

Y

1. Non solum verba, sed & opera prophetarum nobis expressa sunt ad virtutem. Poterat Ieremias prospera regi nunciare, & regis Sedechie sui amicitiam sed malenat deo obedire quod hominibus & ei qui potest & corpus & animam occidere in gehennâ, quam illi qui tantum in corpus habere poterat potestatem. Hic ron. ibidem.

2. ut lo dicitur, quæ.

3. b. Graviter est terror ante incertitudinem verborum quam penatum sustinere cruciatum, & videre quem timeas. Glosa ordinaria ibidem.]

\* Tradendo.

4. c. Hic Ieremias refertur suam prophetiam dicens quod liberatio facta per eum sunt signa & signa liberationis hinc de per Ch. hinc. De Lyra.]

5. d. Ne tribus commiserentur, præcepit dominus vt possessiones venderentur illis qui essent de eadem tribu & cognatione, vt Num. 18. Quod præcipit in possessionibus Levitarum observatur. S. Tho. ibidem.

6. e. Anathot viculus est in terra Beniamin distans ab Ierusalem. 3. miles. unde natus erat Ieremias propheta. Et ideo coactus est venire à nepote suo agrum eius, secundum dei præceptum. Dio. ibidem.

7. a. hinc redemptionis.

8. b. Tuus est iure hereditario, & tua est redemptio, eme igitur pro te.

9. c. Emptionis.

f. Expofitio venditionis in conspectu eorum qui venerant ad consolandum Ieremiam & consulendum: quia res ad omnes pertinebat, vt Ezech. 12. Egredietur vespere cotam eius, sicut egredietur migrans. S. Tho. ibid.

3. Lamentur.

[g. Ter ponitur ad exprimentum dolorem prophetæ, de destructione templi civitatis & populi. In quoniam sententiam exprimit ad maiorem dolorem expressionem hinc verbus in fortitudine sua magna, &c. De Lyra.]

h. Ideo filius dei patris brachium esse dicitur, quia omnis creatura electa ab ipso continetur. Hic ibidem.

6. I. Ita velle tibi abscondita.

7. Gran hie. entra creatoris, misericordiam suam in mille generationes suas extendere, & iustitiam suam statim in altera generatione monstrare, quæ tamen & ipsa est mixta misericordia. Rabanus ibid.

8. Magnificus opere.

9. k. Brachia dei patris, filius eius & spiritus sanctus intelligitur. Sic in Isaia, g. b. Et brachia mea populo iudicabunt. Brachium dei patris singulariter filius eius accipitur, de quo Ieremias hinc. Ideo autem filius dei patris brachium eius dicitur, quia omnis creatura electa ab ipso continetur. Aug. de essentia divinitatis.

1. l. Decimus annus Sedechie erat, & civitas obsessa, vt supra dictum est, & Ieremias in atriis carceris. Vnde subditur: Ecce munitiones extructæ sunt, &c. Glosa ordinaria ibid.]

m. Quia curia meæ est omnia regere, vniuersa disponere, & redde singulis iuxta vias suas: idcirco ego tradam civitatem istam, &c. Primum enim vallatur exercitu, & absente capitur Nabuchodonosor. Sedechiasque ducitur in Reblati & ibi regi Babylonis traditur hinc.

\* Nabuchodonosor.

8. Ingredientur.

n. Adolefcentia populi Israel dicitur in exitu de Aegypto: & extitit fuerunt idololatæ, vt patet in vituli adoratione, vt Exod. 32. Lyra. ibid.

**V**erbum quod factum est ad Ieremiam à domino in anno decimo Sedechie regis Iuda, ipse est annus octauusdecimus Nabuchodonosor. Tunc exercitus regis Babylonis obsidebat Ierusalem, & Ieremias Propheta erat clausus in atrio carceris, qui] erat in domo regis Iuda. Claufert enim eum Sedechias rex Iuda, dicens: <sup>b</sup> Quare vaticinaris, dicens: hæc dicit dominus: ecce ego dabo civitatem istam in manus regis Babylonis, & capiet eam, & Sedechias rex Iuda non effugiet de manu Chaldæorum, sed \* tradetur in manus regis Babylonis, & loquetur os eius cum ore illius, & oculi eius oculos illius videbunt, & in Babylonem ducet Sedechiam, & ibi erit donec visitem eum, ait dominus: si autem dimicaueritis aduersum Chaldæos, nihil prosperum habebitis? Et dixit Ieremias: Factum est verbum domini ad me, dicens: Ecce Hananel filius Sellum patruelis tuus veniet ad te, dicens: <sup>d</sup> Eme tibi agrum meum, qui est in <sup>e</sup> Anathot. <sup>f</sup> Tibi enim competit ex <sup>2</sup> propinquitate] vt emas. Et venit ad me Hananel filius patru mei secundum verbum domini ad vestibulum carceris, & ait ad me: Posside agrum meum qui est in Anathot in terra Beniamin, <sup>3</sup> tibi competit hæreditas, & tu propinquus es vt possideas. ] Intellexi autem, quod verbum domini esset. Et emi agrum ab Hananel filio patru mei, qui est in Anathot. Et appendi ei argentum septem stateres, & decem argenteos, & scripsi in libro, & signavi, & adhibui testes. Et appendi argentum in statera, & accepi librum <sup>4</sup> possessionis] signatum, & stipulationes, & rata, & signa forinsecus. Et dedi librum possessionis Baruch filio Neri, filij Maasæ in oculis Hananel patruelis mei, & in oculis testium qui scripti erant in libro emptionis, & in oculis omnium Iudæorum, <sup>f</sup> qui sedebant in atrio carceris. Et præcepi Baruch coram eis, dicens: Hæc dicit dominus exercituum deus Israel: <sup>g</sup> Sume libros istos, librum emptionis hunc signatum, & librum hunc qui apertus est, & pones illos in vase fictili, vt permanere possint diebus multis. Hæc enim dicit dominus exercituum deus Israel: Adhuc <sup>h</sup> possidebuntur] domus & agri, & vineæ in terra ista. Et oravi ad dominum postquam tradidi librum possessionis Baruch filio Neri, dicens: <sup>i</sup> Heu heu domine deus. Ecce, tu fecisti cælum & terram in fortitudine tua magna, <sup>h</sup> & in brachio tuo extento. Non <sup>e</sup> erit tibi difficile omne verbum,] qui facis misericordiam in milibus, <sup>i</sup> & reddis iniquitatem patrum in signum filiorum eorum post eos, fortissime, magne, & potens, <sup>†</sup> dominus exercituum nomen tibi, magnus in consilio, & <sup>7</sup> incomprehensibilis in cogitatu,] cuius oculi aperti sunt super omnes vias filiorum Adam, vt reddas vnicuique secundum vias suas, secundum fructum adinventionum eius, qui posuisti signa & portenta in terra Aegypti vsque ad diem hanc, & in Israel & in hominibus, & tibi fecisti nomen sicut est dies hæc. <sup>g</sup> Et eduxisti populum tuum Israel de terra Aegypti in signis & portentis, & in manu robusta, <sup>k</sup> & in brachio extento, & in terrore magno, & dedisti eis terram hanc quam iurasti patribus eorum, vt dares eis terram fluentem lacte & melle, & ingressi sunt & possederunt eam. Et non obedierunt voci tuæ: & in lege tua non ambulauerunt, omnia quæ mandasti eis vt facerent, non fecerunt, & euenerunt eis omnia mala hæc. <sup>l</sup> Ecce munitiones extructæ sunt aduersum civitatem vt capiatur, & vrbs data est in manus Chaldæorum, & in manus regis Babylonis, qui præliantur aduersum eam à facie gladii, & famis, & pestilentie, & quæcunque locutus es, acciderunt, vt tu ipse cernis. Et tu dicis mihi: domine deus, eme agrum argento, & adhibe testes, cum vrbs data sit in manus Chaldæorum? Et factum est verbum domini ad Ieremiam, dicens: Ecce ego dominus deus vniuersæ carnis: nunquid mihi difficile erit omne verbum? <sup>m</sup> Propterea hæc dicit dominus <sup>m</sup> Ecce ego tradam civitatem istam in manus Chaldæorum, & in manus <sup>\*</sup> regis Babylonis, & capient eam, & <sup>8</sup> venient] Chaldæi præliantes aduersum urbem hanc, & succendent eam igni, & comburent eam, & domos in quarum domatibus sacrificabant Baal, & libabant diis alienis libamina ad irritandum me. <sup>n</sup> Erant enim filij Israel & filij Iuda iugiter facientes malum in oculis meis ab adolescentia sua, filij Israel qui vsque nunc exacerbant me in opere manuum suarum, dicit dominus: quia

An. 5te Chri  
stum. 616.  
Anni mundi  
3346.

† Exod. 34. a  
† Luc. 1. d

† Sup. 2. f. & 7. b. † 4. Reg. 21. a P

† Ezech. 11. c

quia in furore & in indignatione mea facta est mihi ciuitas hæc, <sup>n</sup> à die qua ædificauerunt eam vsque ad diem istam, qua auferetur de conspectu meo propter \* malitiam filiorum Israel & filiorum Iuda quam fecerunt, ad iracundiam me prouocantes, ipsi & reges eorum, & principes eorum, & sacerdotes, & Prophetæ eorum viri Iuda, & habitatores Ierusalem. <sup>o</sup> † Et verterunt ad me terga, & non facies, cum docerem eos, & erudirem diluculo, & <sup>p</sup> nollent ] audire vt acciperent disciplinam. <sup>†</sup> † Et posuerunt <sup>p</sup> idôla sua in domo in qua inuocatum est nomen meum vt polluerent eam, & ædificauerunt excelsa Baal quæ sunt in valle filij Hennon, vt <sup>10</sup> iniciarent ] filios suos & filias suas Moloch, quod non mandauit eis, nec ascendit in cor meum vt facerent abominationem hanc, & in peccatum deducerent Iudam. Et nunc propter ista, hæc dicit dominus deus Israel ad ciuitatem hanc, de qua vos dicitis: quod tradatur in manus regis Babylonis in gladio, & in fame, & in peste. Ecce ego congregabo eos de vniuersis terris ad quas eieci eos in furore meo, & in ira mea, & in indignatione grandi, & reducam eos ad locum istum, & habitare eos faciam confidentes, † & erunt mihi in populum, & ego ero eis in deum. Et dabo eis cor vnum & viam vnam, vt timeant me vniuersis diebus, & bene sit eis & filiis eorum post eos. <sup>†</sup> † Et feriam eis pactum sempiternum, & non <sup>11</sup> desinam eis benefacere, ] & timorem meum dabo in corde eorum, vt non recedant à me, & lætabor super eis, cum bene eis fecero: Et plantabo eos in terra ista in veritate in toto corde meo, & in tota anima mea: <sup>†</sup> quia hæc dicit dominus: Sicut adduxi super populum istum omne malum hoc grande, sic adducam super eos omne bonum, quod ego loquor ad eos. Et possidebuntur agri in terra ista de qua vos dicitis quod deserta sit, eo quod non remanserit homo & iumentum, & data sit in manus Chaldæorum. Agri ementur pecunia, & scribentur in libro, & imprimetur signum, & testis adhibebitur in terram Benjamin, & in circuitu Ierusalem in ciuitatibus Iuda, & in ciuitatibus campestribus, & in ciuitatibus quæ ad austrum sunt, quia <sup>12</sup> conuertam ] captiuitatem eorum, ait dominus.

*Ad orationem Ieremie pro populo remittit dominus peccata, qui se postea nasciturum promittit, cuius regni non erit finis.* X X X I I I.

**F**actum est verbum domini ad Ieremiam secundò, cum adhuc clausus esset in atrio <sup>†</sup> carceris, ] dicens: Hæc dicit dominus: qui <sup>2</sup> facturus est & formaturus illud, & paraturus tibi grandia, & <sup>3</sup> firma ] quæ nescis. Quia hæc exaudiam te, & annuntiabo tibi grandia, & <sup>3</sup> firma ] quæ nescis. Quia hæc dicit dominus deus Israel ad domos vrbs huius, & ad domos Regis Iuda quæ destructæ sunt, <sup>†</sup> & ad munitiones, & ad gladium venientium ] vt dimicent cum Chaldæis, & impleant eas cadaueribus hominum, quos percussit in furore meo, & in indignatione mea, abscondens faciem meam à ciuitate hac propter omnem malitiam eorum. Ecce ego <sup>4</sup> obducam eis cicatricem ] & sanitatem, & curabo eos, & reuelabo eis <sup>6</sup> deprecationem ] pacis & veritatis. Et conuertam conuersionem Iuda, & conuersionem Ierusalem, & ædificabo eos sicut à principio, & emundabo eos ab omni iniquitate sua in qua peccauerunt mihi, & propitius ero cunctis iniquitatibus eorum in quibus deliquerunt mihi, & spreuerunt me. <sup>†</sup> † Et erunt mihi in nomen, & in gaudium, & in laudem, & in exultationem, cunctis gentibus terræ, quæ audierint omnia bona quæ ego facturus sum eis, & pauebunt & turbabuntur in vniuersis <sup>7</sup> bonis, ] & in omni pace quam ego faciam eis. Hæc dicit dominus: <sup>6</sup> Adhuc audietur in loco isto, quem vos dicitis esse desertum, eo quod non sit homo & iumentum in ciuitatibus Iuda, & <sup>8</sup> foris ] Ierusalem, quæ desolatæ sunt absque homine, & absque habitatore, & absque pecore, vox gaudii & vox lætitiæ, vox sponsi & vox sponsæ, vox dicentium: confitemini domino exercituum, quoniam bonus dominus, quoniam in æternum misericordia eius, & portantium vota in domo domini. <sup>†</sup> † Deducam enim <sup>9</sup> conuersionem ] terræ sicut à principio, dicit dominus.

Y ij

[ n. Et hoc fuit tempore Salomonis, qui Ierusalem prius ædificauit & non faciem: Mane tamē ac tempore exurgēs eos [ semper docui, & que premonui. Tolarius ibid.]

\* O nient. [ n. Obuertunt enim mihi ceruicem & non faciem: Mane tamē ac tempore exurgēs eos [ semper docui, & que premonui. Tolarius ibid.]

†. Noluerunt. [ n. Quod aliud est idolorum cultor? An non & ipse auarus viciosa mentis affectionem sepeuero adorat, dum illam non cohibet vt exempli gratia, cum illi dicimus, quod simulachra adorat. Non inquit, simulachra, sed Venerem, sed Marcm. Et cū rogauerit, quæ est illa. Venust qui gratiores inter eos sunt, respondēt: volupras est. Et quis est Mars? animis masculus, & vehemens ad eum modum, & tu mammonam adoras qui dicitur auaricia, quam tu adoras Chrystost. in cap. 5. Ephef. homilia 18.

10. Traducerent, sub. per ignem inter brachia Idoli Moloch. q. Hæc tanta promissio videtur excedere tempus & beneficia post reditum à Babylone, nisi ad Christi tempus referantur: quando electis Iudæis data sunt beneficia ampliora quàm antea vnquam partim etiam pro tunc fuit impletum Dionys. ibid.

11. Auertam me ab eis benefaciendo. [ n. Supradictum est quod Sedechiar clausit Ieremiam in atrio carceris, quia vaticinabatur dicens: Hæc dicit dominus: Ecce ego dabo ciuitatem istam in manu regis Babylonis, &c. Vbi etiam clausus erat agcum à filio fratris patris sui. Ibi etiam nunc secundo verbum consolationis datur eadem de reditu populi. Glosa ordinaria ibidem post Rabanum.

12. Reducam.

2. Specialis ad duas tribus Iudæ & Benjamin consolatione & præcipue quantum ad Ierusalem, vbi erat sedes regni & sacerdotii. S. Tho. ibid.

3. Custodiam. 4. Fecit ipsam Ierusalem, dominus est qui formauit eam vt præparat eam, dominus est nomen eius.

5. Reconcordia. b. Ostendit quod per orationē prophetarum & sanctorum, qui fuerunt in plebe dominus placatus sit pro delictis populi, & reuelauit eis reditum illius ad terram suam. Quæ tamen reuerſionis gratia adhuc occulta latebat, quia nondum prolata fuerat. Rabanus ibidem.

4. Per munitiones atque per gladium, eo quod venerunt. 5. Adducam ei reparationem. 6. Abundantiā.

7. Locis. c. Tanta erit securitas habitantibus in Iudæa, quod oves suas liberè numerare poterint pax tranquillitate pacis. Ezech 34. In pascuis vberibus pascentur oves, & in montibus excelsis Israel erit pasca eorum S. Tho. ibidem.

8. Placis. d. Hoc est statum synagoga reparaio in his qui crediderunt in Christū, quorum maior fuit excellētia in domo spiritus sancti quàm omnium precedentium Iudæorum. Vnde adverbium sicut non æqualitatem, sed similitudinem quandam designat. Dionys. ibid.

9. Captiuitatem.

Hæc dicit dominus exercituum : Adhuc erit in loco isto deserto absque homine & absque iumento, & in cunctis ciuitatibus eius, <sup>o</sup> habitaculum pastorum accubarium <sup>c</sup> gregum, in ciuitatibus montosis, & in ciuitatibus campestribus, & in ciuitatibus quæ ad austrum sunt, & in terra Benjamin, & in circuitu Ierusalem : & in ciuitatibus Iuda, adhuc transibunt greges ad manum numerantis, ait dominus. † Ecce dies venient dicit dominus, <sup>f</sup> & sulcabo verbum bonum quod locutus sum ad domum Israel, & ad domum Iuda. In diebus illis & in tempore illo germinare faciam Dauid germen iustitiæ, & faciet iudicium & iustitiam in terra. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter. † Et hoc est <sup>o</sup> nomen quod vocabit eum, dominus iustus noster. Quia hæc dicit dominus: Non interibit de Dauid vir qui sedeat <sup>s</sup> super thronum domus Israel, & de sacerdotibus & de Leuitis non interibit vir à facie mea qui offerat holocaustomata, & incendat sacrificium & cædat victimas omnibus diebus. <sup>o</sup> Et factum est verbum domini ad Ieremiam, dicens: Hæc dicit dominus. Si <sup>o</sup> irritum potest fieri <sup>h</sup> pactum meum cum die, & pactum meum cum nocte, vt non sit dies & nox in tempore suo, & pactum meum irritum esse poterit cum Dauid seruo meo, vt non sit ex eo filius qui regnet in throno eius, & Leuitæ & sacerdotes ministri mei. Sicuti enumerari non <sup>o</sup> possunt stellæ cæli, & metiri arenæ maris, sic multiplicabo semen Dauid serui mei, & Leuitas ministros meos. Et factum est verbum domini ad Ieremiam, dicens: Nunquid non vidisti quid populus hic locutus sit, dicens: duæ cognationes quas elegerat dominus abiectæ sunt: Et populum meum despexerunt, eo quod non sit vltra gens coram eis. Hæc dicit dominus: Si pactum meum inter diem & noctem, & leges cælo & terræ non posui, equidem & semen Iacob & Dauid serui mei proieciam, vt non assumam de semine eius <sup>o</sup> principes feminis] Abraham, & Isaac, & Iacob. Reducam enim <sup>o</sup> conuersionem] eorum, & miserebor eis.

f. e. Greges ecclesiæ scilicet de gentibus cõgregata, quæ in culmine virtutum cõsistunt, & tamen humilitatem non deserunt sed per feruorem spiritus sancti exercet studiu bonæ operationis, & dilectionis inuis seruati.]

[f. Promittit femini Abraham verum hominem nempe germen Dauid. Nomen & officium daturato ris enarrat, dicens: Et hoc est nomen quod vocabunt eum Dominus iustus noster. Loricus ibid.]

g. Thronum dei scriptura dicit regiam dignitatem. Psal. 44. Thronus tuus deus in seculum seculi. Et hæc. Vidi dominum sedentem super thronum sublimem Chrysol. in sermo. contra heretic.

h. Dissoluere potestis.

h. Superius dixerat de solis creatione, lunæ & stellarum, & cursu eorum, vt leges illæ siue statuta minui non possint: nunc simili modo pactum diei & noctis irritum fieri non posse, & neque pactum domini cum die & nocte suo irritum esse potest. Vnde dicitur: vt non sit ex eo filius qui regnet in throno eius, & Leuitæ, & sacerdotes ministri domini. quod luce clarius extat: quia sunt sacerdotes legali, Christi regnum & sacerdotium perpetuo sit manurum. Raba. nus ibidem.

i. Potest exercetur.

13. Dominantes feminis.

14. Captiuitatem.

*In obsidione Ierusalem Ieremias ad Sedechiam, mittitur, exitium eius prædicaturus.*

X X X I I I I.

a. Iudei adeo obstinati erant, vt nec tribus tererentur, nec lætis steterentur, omnemque cõminationem negligere: & i deo indigni essent consolatione. Primo quia transfuges ostendit, quod initium eius deo pactum non seruauerant. Secundo quia cõminationem pacti violati non curabant. Vide Thren. 2. Non fuit in die futuris domini qui effugeret aut reliquerent. Et Psal. 118. Vidi prauaricantes & tæstebam, quia eloquia tua non custodierunt s. Tho. ibid.

[b. Quia exercitus Chaldeorum comprehendit Sedechiam fugientem, & adduxit eum ad regem Babylonis in Babelata, vt habetur infra. 39.]

\*. His libertatem.

c. Confidentissimum est quod scribitur Exod. 21. Si emeris seruu Hebraeum, sex annis seruiet tibi, in anno autem septimo egredietur liber gratis. Hoc autem præceptum tempore Sedechie Iudei transgressi fuerant, obfessi vero à Chaldeis implere ceperunt, discedentibus vero Chaldeis contra Aegyptios, ceperunt rursus transgredi præceptum: & seruos dimissos in libertatem præ nimia auaritia re petere: quod illis in hoc capitulo improperatur. Dionys. ibid.

d. Venerunt propter. d. Paret hoc loco quod nihil proficiat cuiuslibet boni inchoate, si non studuerit illud ad bonum finem perducere: quorum qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit. Præceptum ergo fuerat legis, vt filij Israel fratres suos non inuenirent ad ditionem seruorum, nec affligerent per potentiam, sed i tempore cõstituto reuerterentur ad cognationem & possessionem patrum suorum. Raba. ibid.



Verbum quod factum est ad Ieremiam à domino, quando Nabuchodonosor rex Babylonis, & omnis exercitus eius vniuersaque regna terræ quæ erant sub potestate manus eius, & omnes populi bellabant contra Ierusalem, & contra omnes vrbes eius, dicens: Hæc dicit dominus deus Israel: Vade, & loquere ad Sedechiam regem Iuda, & dices ad eum: Hæc dicit dominus: † Ecce ego tradam ciuitatem hanc in manus regis Babylonis, & succendet eam igni. <sup>b</sup> Et tu non effugies de manu eius, sed comprehensione capièris, & in manu eius tradèris, & oculi tui oculos regis Babylonis videbunt, & os eius cum ore tuo loquetur, & Babylonem introibis. Attamen audi verbum domini Sedechia rex Iuda: Hæc dicit dominus ad te: Non morièris in gladio, sed in pace morièris, & secundum combustiones patrum tuorum regum priorum qui fuerunt ante te, sic comburent te, & vā domine plangent te, quia verbū hoc ego locutus sum, dicit dominus. <sup>o</sup> Et locutus est Ieremias Propheta ad Sedechiam regem Iuda vniuersa verba hæc in Ierusalem, & exercitus regis Babylonis pugnabat contra Ierusalem, & contra omnes ciuitates Iuda quæ reliquæ erant, contra Lachis, & contra Azécha. Hæ enim supererant de ciuitatibus Iuda vrbes munitæ. Verbum quod factum est ad Ieremiam à domino, postquam percussit rex Sedechias fœdus cum omni populo in Ierusalem, prædicans <sup>\*</sup> vt dimitteret vnusquisque seruum suum, & vnusquisque ancillam suam, Hebræum & Hebræam liberos, & nequaquam dominarentur eis, id est, in Iudæo & in fratre suo. <sup>c</sup> Audierunt ergo omnes principes & vniuersus populus qui <sup>o</sup> inierunt] pactum, vt dimitteret vnusquisque seruum suū, & vnusquisque ancillā suam liberos, & vltra non dominarētur eis. Audierunt igitur, & dimiserunt. <sup>d</sup> Et conuersi sunt deinceps, & retraxerunt seruos suos & ancillas suas quos dimiserunt liberos, & subiugauerunt in famulos & famulas. Et factum est verbum ad Ieremiam à domino, dicens: Hæc dicit dominus deus Israel: <sup>o</sup> Ego percussi fœdus cum patribus

†Sup. 23. a

†Sup. 23. a

An. 5re. chti. Rum. 516. Anni. mudi. 3346.

†Sup. 32. a

B

c



† Exod. 21. a  
Deut. 15. c

patribus vestris, in die qua eduxi eos de terra Ægypti, de domo seruitutis, dicens: <sup>†</sup> Cum cōpleti fuerint septem anni, dimittat vnusquisque fratrem suum Hebręum, qui venditus est ei, & seruiet tibi sex annis, & dimittes eum à te liberum. Et non audierunt patres vestri me, nec inclinauerunt aurem suam. Et conuersi estis vos hodie, & fecistis quod rectum est in oculis meis, vt prædicaretis libertatem vnusquisque ad <sup>2</sup>amicum] suum, & in istis pactum in conspectu meo in domo in qua inuocatum est nomen meum super eam. Et reuersi estis, & <sup>3</sup>commaculastis] nomen meum, & reduxistis vnusquisque seruum suum, & vnusquisque ancillam suam quos dimiseratis, vt essent liberi <sup>4</sup> & suę potestatis, ] & subiugastis eos vt sint vobis serui & ancillæ. Propterea hæc dicit dominus: <sup>f</sup> Vos non audistis me, vt prædicaretis libertatem vnusquisque fratri suo, & vnusquisque amico suo. Ecce ego prædico libertatem, ait dominus ad gladium, ad pestem, & ad famem: & dabo vos in commotionem cunctis regnis terræ. <sup>g</sup> Et dabo viros qui præuaricantur fœdus meum, & non obseruauerunt verba fœderis quibus assensi sunt in conspectu meo: vitulum quem conciderunt in duas partes, & transferunt inter diuisiones eius, principes Iuda: & principes Ierusalem, eunuchi & sacerdotes, & omnis populus terræ qui transferunt inter diuisiones vituli, & dabo eos in manus inimicorum suorum, & in manus quærentium animam eorum, & erit morticinum eorum in escam volatilibus cœli, & bestiis terræ. Et Sedechiam Regem Iuda, & principes eius dabo in manus inimicorum suorum, & in manus quærentium animas eorum, & in manus exercituum regis Babylonis, qui recesserunt à vobis. Ecce ego præcipio, dicit dominus, & reducam eos in ciuitatem hanc, & præliabuntur aduersum eam, & capient eam, & incendunt igni. Et ciuitates Iuda dabo in solitudinem, s̄ eo quod non sit habitator.]

*Rechabitis paternum obseruantibus mandatum filij Israel diuinum præceptum neglexerunt.* XXXV.

**A** **V** <sup>a</sup> Erbum quod factum est ad Ieremiam à domino in diebus Ioachim filij Iosia regis Iuda, dicens: Vade ad domum Rechabitarum, & loquere eis, & introduces eos in domum domini <sup>1</sup> in vnã <sup>b</sup> exedram thesaurorum, ] & dabis eis bibere vinum. Et assumpsi <sup>2</sup> Iechoniam] filium Ieremiæ filij Abiam, & fratres eius, & omnes filios eius, & vniuersam domum Rechabitarum, & introduxi eos in domum domini <sup>3</sup> ad <sup>c</sup> gazophylacium] filiorum Hanan filij Iezedelie hominis dei, quod erat iuxta gazophylacium principum super thesaurũ Maaſia filij Sellum, qui erat custos vestibuli. Et posui coram filiis domus Rechabitarum scyphos plenos vino & calices, & dixi ad eos: Bibite vinum. Qui responderunt: <sup>d</sup> Non bibemus vinum, quia <sup>e</sup> Ionadab filius Rechab pater noster præcepit nobis, dicens: <sup>B</sup> Non bibetis vinum vos & filij vestri vsque in sempiternũ. Et domum non edificabitis, & sementem non seretis, & vineas non plantabitis nec habebitis, sed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus vestris, vt viuatis diebus multis super faciẽ terræ in qua vos peregrinamini. Obediuimus ergo voci Ionadab filij Rechab patris nostri in omnibus quæ præcepit nobis, ita vt non biberemus vinum cunctis diebus nostris, nos & mulieres nostræ, filij & filia nostræ, & non edificaremus domos ad habitandum, & vineam & agrum & sementem non habuimus: sed habitauimus in tabernaculis, & obedientes fuimus iuxta omnia quæ præcepit nobis Ionadab pater noster. <sup>f</sup> Cum autem ascendisset Nabuchodonosor rex Babylonis ad terram nostram, diximus: <sup>C</sup> Venite, & ingrediamur Ierusalem à facie exercitus Chaldæorum, & à facie exercitus Syriæ, & mansimus in Ierusalem. Et factum est verbum domini ad Ieremiam, dicens: Hæc dicit dominus exercituum deus Israel: Vade, & dic viris Iuda, & habitatoribus Ierusalem: <sup>†</sup> Nunquid non recipietis disciplinam, vt obediatis verbis meis, dicit dominus? <sup>4</sup> Præualuerunt] <sup>g</sup> sermones Ionadab filij Rechab quos præcepit filiis suis, vt non biberent vinum, & non biberunt vsque ad diem hanc, quia obedierunt præcepto patris sui. Ego autem locutus sum ad vos de mane confurgens & loquens, &

† 32. q. 4. v.  
Hic ita.

[c. Tunc quid Dñs alloquens Ieremiam dixit. Ita quidem inter nos cõuenit Dominus vt ad septimum annũ quique fratrem suum Hebræum, qui sibi venditus esset, & sex iam annos ipsi seruiisset, iam à se liberum dimitteret: Sed patres vestri pro suo ingenio duro & rebellis, nõ paruerunt mihi, neque pãctis seruerunt. Vos autem hodie cõuenisti eratis, & reddidit meo iudicio feceratis dum pronulgabatis libertatem quique proximo suo, quique in domo mea, quæ meo de nomine vocatur, eam me pacto inito, vt quod tacum firmum, atque inuolabile foret. Tofarius ibid.]

2. Proximum.  
3. Pro fanatistis.  
4. Pro anima sua.  
5. Iuxta tropologiam verno hoc locus docet, vt cum susceperimus fratres nostros sub cura nostra, & propter deum subiecti fuerint nobis, non opprimamus eos per potentiam, nec iniuste seruitutis violentiam eis imponamus, sed magis fraterno affectu eos tractemus, & adiuuemus verbo atque exemplo: quatenus vero domino qui eos sanguine suo redemit, possint dignum seruitum exhibere, nõ nec veteris iudicis veniat, & vnusquisque propriæ constituitur dignitati, atque possessioni. De quibus. Petri 5. Seniores qui in vobis sunt obsecro, cõcientor & ipse, & Pascite qui in vobis est gregem dei, &c. Raba. ibid.

5. Et absque habitatore.

[a. Propheta in superiori cap. egit de Sedechia, & de rebus quæ sub eo actæ sunt, nunc ad Ioachim filij Iosia tempora narrationem conuertit. Et tamẽ quæ hic recensentur quantum ad edẽpus, præcedentia præcederunt, quæ d. videri super cap. 31. Ieremias ibidem.]  
1. In vnũ trichlinium.  
2. Exedra trichlinium est valde amplum, quod aulam dicitur, cuius aspectus occidentem versus esse solebat.  
3. Iezoniam.  
4. In trichlinium & infra.  
5. Gazophylacium vox composita à Gaza nomine Syro, vel Persico, & Phylaxe Græco: theca est diuitiarum sive thesaurorum templi.  
6. Quatuor præcepta filiis suis Ionadab in iunxit, quibus obediatur magis quam Israelitæ patri suo ezechi.  
7. Ionadab filius Rechab præcepit filiis suis vt non biberent vinum vsque in æternũ. Quibus cum offerret Ieremias vinum vt biberent, & illi biberere noluit, sent, loquitur dominus per prophetam. Quia obedistis præcepto Ionadab patris vestri, non defecit vir de stirpe Ionadab filij Rechab stans in conspectu meo cunctis diebus. Hieron. aduersus Iouinia. lib. 2.  
[f. Hoc dixerunt ad suam executionem, de eo quod pro tunc manebant infra domum in Ierusalem, vt dicitur in principio huius capituli: quasi diceret: nos fecimus hoc necessitate cõpulsis, quæ nõ habet legem. De Lyra. ibidem.]  
4. Confirmati sunt.  
5. Maiorem efficaciam habuerunt sermones patris casualis quæ patris spiritualis, quia carnales patri obedierunt, spiritualis non obedierunt. vide Heb. 12. Patres quidem carnis nostræ eruditores habuimus, & reuerbamur eos. Num multo magis obtemperabimus patri spirituum & viuemus. Th. ibid.]

non obedistis mihi. Misique ad vos omnes seruos meos Prophetas, confurgens diluculo, mittensque, & dicens: <sup>a</sup> <sup>b</sup> Conuertimini vnusquisque a via sua pessima, & bona facite studia vestra, & nolite sequi deos alienos, neque colatis eos, & habitabitis in terra quam dedi vobis & patribus vestris. <sup>c</sup> Et non inclinastis aurem vestram, neque audistis me. Firmauerunt igitur filij Ionabab, filij Rechab preceptum patris sui quod preceperat eis, populus autem iste non obediuit mihi. Idcirco hæc dicit dominus exercituum, deus Israel. Ecce ego adducam super Iudam & super omnes habitatores Ierusalem, vniuersam afflictionem quam locutus sum aduersum illos, eo quod locutus sum ad illos & non audierunt, vocaui illos, & non responderunt mihi. Domui autem Rechabitarum dixit Ieremias: Hæc dicit dominus exercituum deus Israel: Pro eo quod obedistis precepto Ionadab patris vestri, & custodistis omnia mandata eius, & fecistis vniuersa quæ precepit vobis, propterea hæc dicit dominus exercituum deus Israel: Non deficiet vir de stirpe Ionadab filij Rechab stans in conspectu meo cunctis diebus.

(h. Non magnum est si ab illis abstineamus, sed si ab illis propter reuerentiam eius qui ea nobis propter infirmitatem nostram permisit. Non enim præcipiendum generaliter erat quod ab omnibus apprehendi non poterat. Qui enim magni sunt perfectione virtutum potest sunt coronari, qui autem parui sunt, nec implent mensuram caritatis plenitudinis corporis Christi, licet fulgore maiorum latere videantur, à tenebris tamen maledictionum quæ in lege sunt, alieni nec presentibus malis adiciuntur, nec supplicio plectuntur æterno. Glor. ordi. i. Quod in prædestinatis atque saluatis ex illa familia constar impletum, qui in ecclesia triplant in ætenuum stant. Iudicet deum & obsequentes, sicut & Christiani diuinis præceptis obediunt, impj vero inobedientes confunduntur & reprobandantur. Dion. ibid.

† sup. 18. b & 25. b

*Jeremias carceri mancipatus librum mittit ad Regem, quem rex statim combussit, alterum vero Jeremias mox illi conscripsit. XXXVI.*

a. Hæc eadem verba supra scribuntur cap. 25. Vltra quæ narrat propheta quomodo fuerit propter iustitiam passus. Et item quæ de longanimitate, & eius benignitate contra Iudæorum obstinationem. Dion. ibidem.

b. Tempore enim Iosifæ cepit Jeremias propheta, ut dictum est supra in principio huius libri. De Lya. ibidem.

c. Prompta obedientia prophetæ concordat diuinæ clementiæ: quoniam licet ille consilij humane instituti per admonitionem conuersionis, ita ille obediendo ad salutem proximum exerceret officium prædicationis. Qui est clausus carceris per semetipsum id perficere non valuit, per interpretem tamen omnia iuxta id quod sibi iussu fuerat, explere curauit. Rab. ib. Ed. Dicunt illud ieiunium fuisse publici populo tunc impossibile quia auditum fuerat in Ierusalem quod rex Babilonis se dirigeret ad veniendum contra Iudæos & humiliter sicut Ninuiter prædicauerunt ieiunium audito verbo Iona prophete de futura subuersione Ninive. De Lya. ]

e. Ex indignatione ieiunij ad omnem plebem nactus est Baruch prædicandi opportunitatem verba quæ ex hoc ieiunio innotuit habet. Vt patet cum dies esset penitentiæ, abstinentiæ & deuotionis. Vnde quia audiuit populus legem ex ore Baruch, ex eodem principio audire voluerunt, ut principi nunciaretur quæ audiret, præ timore obstupuerunt, & regi insinuauerunt, ne Rex legis prædiceret ignorantiam. S. Tho. ibid.

f. Hoc hominibus sit nemine contradicere. Sacerdotes catholici præsertim eisdem pueri paruli Lutherani præcones in cathedra loca substituitur quod certe est Jeremiam & Baruch perire velle. Hic iuxta Dacherorum, Sedechiarum Phaschorum, & hoc genus latronum vndique regibus aquæ frigidi suffundit: nullus vero Heluthan, nullus Dalaias, nullus Gamarias vique apparer. Lotichij ibidem. ]

g. Nunciando nunciabimus. g. Nulla quippe in addiscendo est difficultas aut mora, quando mentem illuminat spiritus sanctus: cuius nescit gratia tarda molimina, seu diuturnos moræ conatus. Vnde & plurimi in discendo, & scribendo, seu exponendo, ita iuuantur à spiritu sancto, ut promptius quam legendo ex quadam plenitudine mentis omnia promant. Dion. ibid.

**R** factum est in anno quarto Ioachim filij Iosifæ Regis Iuda, factum est verbum hoc ad Jeremiam à domino, dicens: Tolle <sup>a</sup> volumen libri & scribes in eo omnia verba quæ locutus sum tibi aduersum Israel & Iudam, & aduersum omnes gentes à die qua locutus sum ad te <sup>b</sup> ex diebus Iosifæ vsque ad diem hanc, si fortè audiente domo Iuda, vniuersa mala quæ ego cogito facere eis, reuertatur vnusquisque à via sua pessima, & propitius ero iniquitati & peccato eorum. <sup>c</sup> Vocauit ergo Jeremias Baruch filium Nerix, & scripsit Baruch ex ore Ieremiæ omnes sermones domini quos locutus est ad eum in volumine libri. Et precepit Jeremias Baruch, dicens: Ego clausus sum, nec valeo ingredi in domum domini. Ingredere ergo tu, & lege de volumine in quo scripsisti ex ore meo verba domini, audiente populo in domo domini <sup>d</sup> in die ieiunij, insuper & audiente vniuerso Iuda qui veniunt de ciuitatibus suis. <sup>e</sup> Leges eis, si forte cadat oratio eorum in conspectu domini, & reuertatur vnusquisque à via sua pessima, quoniam magnus furor & indignatio est, quam locutus est dominus aduersum populum hunc. Et fecit Baruch filius Nerix iuxta omnia quæ preceperat ei Jeremias Propheta, legens ex volumine sermones domini in domo domini. <sup>f</sup> Factum est autem in anno quinto Ioachim filij Iosifæ regis Iuda, in mense nono prædicauerunt ieiunium in conspectu domini omni populo in Ierusalem, & vniuersæ multitudini quæ confluxerat de ciuitatibus Iuda in Ierusalem. Legitque Baruch ex volumine sermones Ieremiæ in domo domini gazophylacio Gamariæ filij Saphan scribæ, in vestibulo superiori in introitu portæ nouæ domus domini, audiente omni populo. <sup>g</sup> Cùmque audisset Michæas filius Gamariæ filij Saphan omnes sermones domini ex libro, descendit in domum Regis ad gazophylacium scribæ. Et ecce ibi omnes principes sedebant, Elisama scriba, & Dalaias filius Semeix, & Helnathan filius Achobor, & Gamarias filius Saphan, & Sedechias filius Hananiæ, & vniuersi principes. <sup>h</sup> Et nunciauit eis Michæas omnia verba quæ audiuit, legentem Baruch ex volumine in auribus populi. Miserunt itaque omnes principes ad Baruch Iudi filium Nathaniæ filij Selemæi filij Chusi, dicentes: volumen ex quo legisti audiente populo sume in manu tua, & veni. Tulit ergo Baruch filius Nerix volumen in manu sua, & venit ad eos. Et dixerunt ad eum: Sede, & lege hæc in auribus nostris. Et legit Baruch in auribus eorum. Igitur cum audissent omnia verba, obstupuerunt vnusquisque ad proximum suum, & dixerunt ad Baruch: <sup>i</sup> Nunciare debemus] Regi omnes sermones istos. Et interrogauerunt eum, dicentes: Indica nobis quomodo scripsisti omnes sermones istos ex ore eius. Dixit autem eis Baruch: <sup>k</sup> Ex ore suo loquebatur quasi legens ad me omnes sermones istos, & ego scribebam in volumine atramento. <sup>l</sup> Et dixerunt principes ad Baruch.

A Anni ante Christū. 641. Anni mundi 3119.

ad Baruch.<sup>b</sup> Vade & abscondere tu & Ieremias, & nemo sciat vbi sitis. Et ingressi sunt ad Regem in atrium. Porrò volumen commendauerunt in gazophylacio Elisamæ scribæ, & nunciauerunt audiente Rege omnes sermones. Misitque rex Iudi, vt sumeret volumen, qui tollens illud de gazophylacio Elisamæ scribæ, legit audiente Rege, & vniuersis principibus qui stabant circa regem: Rex autē sedebat in domo hyemali in mense nono, & posita erat arula coram eo plena prunis. Cùmque legisset Iudi tres pagellas vel quatuor, scidit illud scalpello scribæ, & proiecit in ignem qui erat super arulam, donec consumeretur omne volumen igni qui erat in arula. Et non timuerunt neque sciderunt vestimenta sua Rex, & omnes serui eius, qui audierunt vniuersos sermones istos.<sup>c</sup> Veruntamen Elnathan, & Dalaias, & Gamarias, contradixerunt Regi, ne combureret librum, & non audiuit eos. Et præcepit Rex Hierameel filio Hamallech, & Saraia filio Ezrihel, & Selemia filio Abdehel, vt comprehenderent Baruch scribam, & Ieremiam Prophetam. Abscondit autem eos dominus. Et factum est verbum domini ad Ieremiam Prophetam postquam combusserat Rex volumen, & sermones quos scripserat Baruch ex ore Ieremiæ, dicens: Rursum tolle volumen aliud, & scribæ in eo omnes sermones priores, qui erant in primo volumine quod combussit Ioachim rex Iuda. Et ad Ioachim Regem Iuda dices: Hæc dicit dominus: Tu combussisti volumen istud, dicens: Quare scripsisti in eo annúcians, festinus] veniet Rex Babylonis & vastabit terram hanc, & cessare faciet ex illa hominem & iumentum? Propterea hæc dicit dominus deus cõtra Ioachim Regem Iuda: Non erit ex eo qui sedeat super solium Dauid, & cadaver eius præicietur ad æstum per diem, & ad gelu per noctem. Et visitabo contra eum & contra seruos eius iniquitates suas, & adducam super eos, & super habitatores Ierusalem, & super viros Iuda omne malum quod locutus sum ad eos, & non audierunt. Ieremias autem tulit volumen aliud, & dedit illud Baruch filio Neriæ scribæ: qui scripsit in eo ex ore Ieremiæ omnes sermones libri quem combusserat Ioachim Rex Iuda igni: & insuper additi sunt sermones multo plures quàm antea fuerunt.]

24. q. 1. c. No afferamus.

B

F

*Recedentibus à Ierosolymorum obsidione Ieremias ad diuidendam hereditatem egressus, regressus ad carcerem sed à Rege extractus quotidiano pane à Rege in vestibulo donatus.*  
 XXXVII.

[h. Significat quòd Apostoli & Prophete nullam necessitatem tradidit vel penuriam loquentium parabantur et prophete & facile omnia profertabant. vnde, Math. 10. b. Nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini. Gloriosa ordinat.]

i. Vase est quod illam ferreum mobile in quo accenduntur carbones.

k. O miranda cæcitas humane mentis, & stupenda nequitia indurati cordis. Qui debuerant monitis salutariibus compingi ad peccatorum suorum penitentiam, verba domini in libro scripta, in ignis studebant consumere sicut in super & prophetam, quem per gratiam doctrinæ atque correptionis merito honorare debebant, contumelia afflicte contemdebant. Rabi. ibid.

l. Hic confescenter Ieremias restitit suam prophetiam, non solum loquendo, sed etiam scribendo, & hoc de Domini mandato ad confirmationem veritatis libri combusti: Et primo ponitur hoc mandatum, vt patet. Secundo scribitur ipse loquentis prout de libro combussione, cum dicitur. Hæc dicit Dominus &c. De Lyra.]

2. Veniens.

m. In libro dierum legimus. 2. Paral. 6. 2. Hunc Ioachim vinctum carceris, & ductum in Babylonem: nec vltra quid referatur de eo. Pulchreque sepultura a fini dicitur sepelientium, vt alius verbis significat in sepulchrum, hoc est, à heliis autibusque lacrandum. Hæc est enim aini sepultura. Hic. in Iere. 22. cap.

n. Per hoc quod Ieremias alii librum, & cum maiore scripsit priore, & quod regi & omnibus illi. adhaerentibus facum trille est mutans, dogma esse dicitur doctores veritatis cõtra audientis ite oportere, & profissionem catholicam literis esse commendandam, potissimum vero sanctorum patrum monumenda asserenda. Leticianus. ib. 3. Multi similes.

Anni ante Christu. 625. Anni mundi 3377.

**E**T regnavit Rex Sedechias filius Iosia pro Iechonia filio Ioachim, quem constituit regem Nabuchodonosor Rex Babylonis in terra Iuda, & non obediuit ipse & serui eius & populus terræ verbis domini, quæ locutus est in manu Ieremiæ Prophetæ. Et misit Rex Sedechias Iuchal filium Selemia, & Sophoniam filium Maasia sacerdotem ad Ieremiam Prophetam, dicens: Ora pro nobis dominum deum nostrum. Ieremias autem liberè ambulabat in medio populi. Non enim miserant eum in custodiam carceris. Igitur exercitus Pharaonis egressus est de Ægypto, & audientes Chaldæi qui obsidebant Ierusalem huiuscemodi nuncium, recesserunt ab Ierusalem. Et factum est verbum domini ad Ieremiam Prophetam, dicens: Hæc dicit dominus deus Israel. Sic dicetis Regi Iuda, qui misit vos ad me interrogandum: Ecce exercitus Pharaonis qui egressus est vobis in auxilium, reuertetur in terram suam in Ægyptum, & redient Chaldæi, & bellabunt contra ciuitatem hanc, & capient eam, & succendent igni. Hæc dicit dominus: Nolite decipere animas vestras dicentes: Euntes abibunt, & recedent à nobis Chaldæi, quia non abibunt. Sed & si percusseritis omnem exercitum Chaldæorum, qui præliantur aduersum vos, & derelicti fuerint ex eis aliqui vulnerati, singuli de tentorio suo consurgent, & incendunt ciuitatem hanc igni. Ergo cum recessisset exercitus Chaldæorum ab Ierusalem propter exercitum Pharaonis, egressus est Ieremias de Ierusalem, vt iret in terram Benjamin, & diuideret ibi possessionem in conspectu ciuium. Cùmque peruenisset ad portam Benjamin, erat ibi custos portæ

† Infr. 42. a

B

C

a. Hic itaque Ioachim filio Iosia successit Ieconias filius eius, qui tamen post tres menses in voluntarium profectus est exilium: post quem Nabuchodonosor constituit Machaniam filium Iosia, quem vocauit Sedechiam. 4. Reg. 24. Qui videns Ieremiam vacillare in fratre suo Ioachim eiusque filio Iphera, Ieremiam pro vero dei famulo, propheta & amico habuit: iudicis orationum eius postulat suffragium. Dicitur etiam & factis ex sequentibus patet, quod Sedechias iste ex se factus pius fuit, & misit ad Ieremiam flexus & factis benignus, veruntamen prauis aliorum consiliis subuersus Dionis. ibid.

i. Venit, & egressus est in medium populi.

cb. Quomodo Chaldæi soluerunt hanc obsidionem aduentibus Ægyptiis Iosephus manifestat Vastrem regem Ægypti in auxilium venisse Iudais. Gloriosa ordinat. ibidem.]

c. Igitur eum Ieremie placuit, sed ad patriam propere quæ dicitur Anathor, inueniens est in itinere quidam principum, comprehensum detinuit, calumniam illi faciens quasi ad Babylonios iret. Ille vero meriti quæ de illam & calumniam sibi crimen fallaciter inferre: se vero ad patriam propere dicebat. Rabanus ibid.

2. Vt segregaret se illic de medio populi.

per vices] nomine Ierias filius Selemiae filij Hananiae: & apprehendit Ieremiae Propheta[m], dicens: Ad Chaldaeos profugis. Et respondit Ieremias: Falsum est, non fugio ad Chaldaeos. Et non audiuit eum, sed comprehendit Ierias Ieremiam, & adduxit eum ad principes. Quamobrem irati Principes contra Ieremiam, caesum eum miserunt in carcerem qui erat in domo Ionathae scribae. Ipse enim praepositus erat super carcerem. Itaque ingressus est Ieremias in domum laci, & in ergastium, & sedit ibi Ieremias diebus multis. Mittens autem Sedechias Rex tulit eum, & interrogavit eum in domo sua abscondite, & dixit: Putasne] est sermo a domino? Et dixit Ieremias: Est. Et ait: In manus Regis Babylonis tradetur. Et dixit Ieremias ad Regem Sedechiam: Quid peccavi tibi & servis tuis, & populo tuo, quia misisti me in domum carceris? Vbi sunt Prophetae vestri, qui prophetabant vobis & dicebant: non veniet Rex Babylonis super vos & super terram hanc? Nunc ergo audi obsecro domine mi Rex: Valeat] deprecatio mea in conspectu tuo, & ne me remittas in domum Ionathae scribae, ne moriar ibi. Praecepit ergo Rex Sedechias ut traderetur Ieremias in vestibulum carceris, & daretur ei torta quotidie panis, excepto pulmento, donec consumerentur omnes panes de ciuitate. Et mansit Ieremias in vestibulo carceris.

3. Hic autem Ierias apprehendens Ieremiam Propheta[m] dixit eum ad Chaldaeos transfigere. Cui respondit Ieremias: Falsum id est: quippe qui ad Chaldaeos non transfigeret, sed non credidit hoc ille ei. Vnde apprehensum Ieremiam prophetam adduxit ad viros principes. *Tofarius. ibidem.]*  
 3. e. Carcerem, vbi dicitur Hebr. fuisse lacu[m] in quo detentus fuit Ieremias donec veniret ad Sedechiam.  
 4. Hic porro videt se penumero reges ipsos strapis suis ad omne malum illigiti. Excepit Roboam & Ios. 1. Reg. 12. & 4. Reg. 12. Item vide quid tibi de aula pullicearis. *Lotharius ibidem.]*  
 4. Est ne.  
 5. Ieremias sanctificatus in vtero antequam natus, virgo propheta veteris testamenti, peritiosus Sedechias sibi illius obsecrat, sicut: Nunc ergo audi obsecro domine mi Rex, &c. *Hic. aduers. Pelagia. li. 2.*  
 5. Cadat nunc.  
 6. In atrium custodit, & infra.  
 7. De platea pilorum.

Sup. 20. a

*Jeremias ex carcere clam a Rege vocatus ad colloquium, aperuit Regi sub iuramento pericula eius.*  
 XXXVIII.

**A**udiuit autem Saphatias filius Mathan, & Gedelias filius Phassur, & Iuchal filius Selemiae, & Phassur filius Melchiae sermones quos Ieremias loquebatur ad omnem populum, dicens: Haec dicit dominus: Quicumque manserit in ciuitate hac, morietur gladio, & fame, & peste: qui autem profugerit ad Chaldaeos, viuet, & erit anima eius [sospes] & viuens. Haec dicit dominus: Tradendo tradetur ciuitas haec in manu exercitus Regis Babylonis, & capiet eam. Et dixerunt principes regi: Rogamus ut occidatur homo iste. De industria enim dissoluit manus virorum bellantium, qui remanserunt in ciuitate hac, & manus vniuersi populi, loquens ad eos vniuersa verba haec. Siquidem homo iste non querit pacem populo huic, sed malum. Et dixit Rex Sedechias: Ecce ipse in manibus vestris est. Nec enim fas est Regem vobis quicumque negare. Tulerunt ergo Ieremiam, & proiecerunt eum in lacum Helchiae filij Hamalech, qui erat in vestibulo carceris, & summisserunt Ieremiam in funibus in lacum in quo non erat aqua, sed lutum. Descendit itaque Ieremias in caenum. Audiuit autem Abdemelech Aethiops, vir eunuclus qui erat in domo regis, quod misissent Ieremiam in lacum. Porro Rex sedebat in porta Benjamin. Et egressus est Abdemelech de domo Regis, & locutus est ad Regem, dicens: Domine mi Rex, male fecerunt viri isti omnia quaecumque perpetrarunt contra Ieremiam Prophetam, mittentes eum in lacum, ut moriatur ibi fame. Non sunt enim panes ultra in ciuitate. Praecepit itaque Rex Abdemelech Aethiops, dicens: Tolle tecum hinc triginta viros, & leua Ieremiam Prophetam de lacu antequam moriatur. Assumptis ergo Abdemelech secum viris, ingressus est domum Regis quae erat sub cellario, & tulit inde veteres pannos, & anti- qua quae computtuerant, & summisit ea ad Ieremiam in lacum per funiculos. Dixitque Abdemelech Aethiops ad Ieremiam Prophetam: Pone veteres pannos, & haec scissa & putrida sub cubitu manuum tuarum, & super funes. Fecit ergo Ieremias sic. Et extraxerunt Ieremiam funibus, & eduxerunt de lacu. Mansit autem Ieremias in vestibulo carceris. Et misit Rex Sedechias, & tulit ad se Ieremiam prophetam ad ostium tertium in domo domini: & dixit Rex ad Ieremiam: Interrogo ego te sermone[m], ne abscondas a me aliquid. Dixit autem Ieremias ad Sedechiam: Si annunciuero tibi, nunquid non interficies me? Et si consilium dedero tibi, non me audies? Iurauit ergo rex Sedechias Ieremiae clam, dicens: Viuit dominus qui fecit nobis animam hanc, si occidero te, & si tradidero in manus virorum istorum qui quaerunt

a. Poterant enim Iudaei & eun- chi incolae Ierusalem vestibulo carceris vbi erat Ieremias, appropinquare, & imminetia vbi mala quae praedixit Ieremias audire. Vnde scandalum patit principes, regis facultate impetrant, ut eum occidant, ut rem in lacum demittant, vbi ei moriatur, iuxta illud. Sapient. 2. Circumueniamus iustum iniuste, quoniam contrarius est operibus nostris. *Dion. ibid.]*  
 a. In ipso iuramento.  
 b. De industria denunciat falsa tanquam hostis republicae. Ideo subditur concessio, ecce ipse, &c. De Lira ibidem.]  
 c. Rex vero superius quidem ingenio non exacebatur, sed ne in principum inuidiam tali tempore incurreret, voluntati eorum resistens, permittit ei de propheta quicquid libere faceret, quo impetrato contestem carcerem perentem, exipsum inde in quocumque conuoluit puteo, ut non demitteret, vbi perlocutus morietur. Ille vero vique ad collum mensuram inuoluit, quae extractis lacu Aethiops quidam regis famulus peruenit obire liberum Ios. Antiquit. Iudaic. lib. 10. cap. 10.  
 a. In atrio custodit.

Sup. 21. a

fd. Praecepit itaque rex Aethiops huic Abdemelech, ut illi triginta leui acciperet viros, atque horum stipendia faceret, eduxerunt Ieremiam Prophetam de lacu antequam moreretur. Ac sumptis itaque secum viris illis, descendit Abdemelech in domum regis, ad locum qui sub cellario est. Vnde acceptos aliquot pannos detritos, ac laceros, demisit eos per funes ad Ieremiam in puteo, volens nimirum ut pannos hos veteres ac detritos propheta sub axillis brachiorum suorum collocaret. *Tofarius. ibid.]*  
 e. Ille Aethiops eunuclus, qui timore & amore dei compunctus studuit prophetam cupere, significat sanctos praedicatorum de gentibus, quos euangelium dicit semetipsum castrale prope regnum caelorum, qui vere charitatis infundunt, inique oppressos student verbo & exemplo de foua perditionis ertere, quod & nomen ipsius eunuchi testatur. *Kabanus ibid.]*

Infra eod.

quærent animam tuam. Et dixit Ieremias ad Sedechiam: Hæc dixit dominus exercituum deus Israel: Si profectus exieris ad principes Regis Babylonis viuet anima tua, & ciuitas hæc non succedet igni, & saluus eris tu & populus tuus, & domus tua. Si autem non exieris ad principes regis Babylonis, tradetur ciuitas hæc in manus Chaldaeorum, & succendent eam igni, & tu non effugies de manu eorum. Et dixit Rex Sedechias ad Ieremiam: Sollicitus sum propter Iudæos, qui transfugerunt ad Chaldeos ne forte tradar in manus eorum, & illudant mihi. Respondit autem Ieremias: Non te tradent. Audi quæso vocem domini quam ego loquor ad te, & bene tibi erit, & viuet anima tua. Quod si nolueris egredi, iste est sermo quem ostendit mihi dominus: Ecce omnes mulieres quæ remanserunt in domo Regis Iudæ, educentur ad principes Regis Babylonis, & ipsi dicent: Seduxerunt te & preualuerunt aduersum te viri pacifici tui, demerserunt in cœnum & in lubricum pedes tuos, & recesserunt à te. Et omnes vxores tuæ, & filij tui educentur ad Chaldaeos, & non effugies manus eorum, sed in manu Regis Babylonis capieris, & ciuitatem hanc comburet igni. Dixit ergo Sedechias ad Ieremiam: Nullus sciat verba hæc, & non moriêris, Si autem audierint principes quia locutus sum tecum, & venerint ad te, & dixerint tibi: indica nobis quid locutus sis cum Rege, ne celes, & non te interficiemus: & quid locutus est tecum Rex, dices ad eos: Prostravi ego preces meas coram Rege, ne me reduci iuberet in domum Ionathan, & ibi morerer. Venerunt ergo omnes principes ad Ieremiam, & interrogauerunt eum. Et locutus est eis iuxta omnia verba quæ præceperat ei rex. Et cessauerunt ab eo. Nihil enim fuerat auditum. Mansit verò Ieremias in vestibulo carceris vsque ad diem quo capta est Ierusalem. Et factum est vt caperetur Ierusalem.

Sup. eodem.

Ierolyma capta & incensa Rex fugiens capitur, in cuius conspectu filij trucidantur, ipse exoculatur, atque in captiuitatem ducitur. XXXIX.

14. Reg. 25. a  
Infra. 25. c  
Anni ante  
Christi. 617.  
Anni mundi  
3145.  
Infr. 25. a  
Anno ante  
Christi. 615.  
Anni mundi  
3146.

**A** Nno nono Sedechiæ Regis Iudæ mense decimo venit Nabuchodonosor Rex Babylonis, & omnis exercitus eius ad Ierusalem, & obsidebant eam. Vndecimo autem anno Sedechiæ, mense quinto, quinta mensis aperta est ciuitas, & ingressi sunt omnes principes Regis Babylonis, & sederunt in porta media Neregel, Seréfer, Semegar, Nabufarsachim, Rapsares, Neregel, Seréfer, Rebmag, & omnes reliqui principes Regis Babylonis. Cùmque vidisset eos Sedechias Rex Iudæ, & omnes viri bellatores, fugerunt, & egressi sunt nocte de ciuitate per viam horti Regis, & per portam quæ erat inter duos muros, & egressi sunt ad viam deserti. Persecutus est autem eos exercitus Chaldaeorum, & comprehenderunt Sedechiam in campo solitudinis Ierichontinæ, & captum adduxerunt ad Nabuchodonosor Regem Babylonis in Reblátha, quæ est in terra Hemath: & locutus est ad eum iudicia. Et occidit Rex Babylonis filios Sedechiæ in Reblátha in oculis eius, & omnes nobiles Iudæ occidit Rex Babylonis. Oculos quoque Sedechiæ eruit, & vinxit eum compedibus, vt duceretur in Babylonem. Domum quoque Regis & domum vulgi succenderunt Chaldaei igni, & murum Ierusalem subuerterunt. Et reliquias populi quæ remanserant in ciuitate, & perfugas qui transfugerant ad eum, & superfluos vulgi qui remanserant, transtulit Nabufardan magister militum in Babylonem, & de plebe pauperum qui nihil penitus habebant, dimisit Nabufardan magister militum in terra Iudæ, & dedit eis vineas & cisternas in die illa. Præceperat autem Nabuchodonosor Rex Babylonis de Ieremia Nabufardan magistro militum, dicens: Tolle illum, & pone super eum oculos tuos, nihilque ei mali facias, sed vt voluerit sic facies ei. Misit ergo Nabufardan princeps militiæ, & Nabu, & Seiban, & Rapsares, & Neregel, & Seréfer, & Rebmag, & omnes optimates Regis Babylonis miserunt & tulerunt Ieremiam de vestibulo carceris, & tradiderunt eum Godolix filio Aichan filij Saphan: vt intraret in domum & habitaret in populo. Ad Ieremiam autem factus fuerat sermo domini cum clausus fuisset in vestibulo carceris, dicens: Vade, & dic Abdemélech Æthiopi, dicens: Hæc dicit dominus exercituum

f. Constat ex responsione prophetæ vera sua verba esse, veram prophetiam, qui nec formidine pœnyel etiam mortis, in prioribus suis dictis constanter persistit, dicens: Si exieris ad principes Babylonis, saluus eris tu & domus tua, & ciuitas hæc non succedet igni. Si non exieris ciuitas succedet igni, & tu & domus tua non effugies manus eorum Comestor.

15. Significat quod fluxa cogitatio, & voluptuosi consiliatores in lubrico carnalium delectatio & cœno vitiorum gressus nostrorum operum demergunt, & cum demeris videant, à nobis recedunt: quia perditur nullum consilium dare possunt: quia hoc solum studebant vt in peccati voraginem precipitarent. Si ergo consilio diuinitus scripturarum peccata corrigere, & animas nostras à perditione per penitentiam liberare noluissent, ad Chaldaeos, id est demones educentur. Glo. ordi. ibid.

3. Incitauerunt.  
4. Conuicti sunt retrorsum.  
h. Rex iubet Ieremiam occultare consilium: opera autem dei teuelare & edisserere honorificum est. Verum si debito modo celebratur, veritate tædæ & fastidium non dicendo, non improbat, vt Prover. 10. Qui moderatur haec sua prudentissimus est. S. Tho. ibid.

11. In hoc verum dixit rex, alias Ieremias non obediisset ei mandando. Itaque notes ex eo quod non interfecerat eum, nec traxerat eum in manus principum qui miserant eum intra lacum. Da Lira.]

a. Interea à Babylonia rege obfessa est ciuitas anno a mēse 10. Regis Sedechiæ: idque certam durauit per mēses 18. donec eadem succubere, partim inedia vidit, partim superne è turribus telorum multitudine oppressi, capta est autem vrbs 11. anno Sedechiæ, quare, mensis die quinta. Ioseph. Antiquita. Iudæ. lib. 10. cap. 11.

1. Præca.  
b. Cùmque vidisset eos Sedechias inter duos muros, qui contigebantur muro ciuitatis iuxta domum regis, & cingebant hortum regis: inter quos erat & viam ab vtroque, fugere cepit. Vnde Thren. facti sunt principes eius velut atteret non inuenientes pasca, abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis. S. Tho. ibid.

2. Campes tribus Iericho.  
c. Captus Sedechias à Chaldaeis, ductus vinctus ad Nabuchodonosor in Reblátha, quam putant Antiochiam Syriæ vbi post multas oburgationes & inpropria addidit Nabuchodonosor, Magnus deus tuus, qui te habet odio, & iniquitatem tuam, te tradidit in manus meas. Comestor.  
3. Duabus catenis.  
4. Residuum.

5. Agros.  
6. Sicariorum vel laniozum, aut coquorum, & infra.  
d. Iustus est dominus & rectum iudicium eius, qui reddit singulis secundum opera eorum. Denique sicut per ministros flagellat superbis & contemptoribus dignas irrogat penas, sic mansuetus & obediens per eodem miserationis & solati debitas impedit curas. Quod & nunc patet factum est in Sedechia Rege, & Ieremia propheta, per Nabuchodonosor regis sententiam Raha. ibid.  
7. Atrio custodia, & infra.  
8. Educeret eum.



re. Qui sperant in domino non confundentur. Confundetur omnes iniqua agentes. Ecce principes qui animam Ieremiæ querant, captiuantur. Eunuchus qui eum liberauerat, perfectus potius est libertate. Glo. ordi. 9. in spolum.

deus Israel: ecce ego inducam sermones meos super ciuitatem hanc in malum, & non in bonum, & erunt in conspectu tuo in die illa, & liberabo te in die illa, ait dominus: Et nõ tradèris in manus virorum quos tu formidas, sed erues liberabo te, & gladio nõ cades, sed erit tibi anima tua<sup>9</sup> in salutem,] quia in me habuisti fiduciam, ait dominus.

*Ieremias mittitur liber ad Godoliam prefectum reliquiarum Israel, qui Iohanam super cæde sua pr. emonitus audire noluit.*

X L.

a. Propheta quoque Ieremiæ è carcere exempto fuisse Nabuzardan ve Ieremiam Babyloniem, iustum enim se à rege, vt ei omnia necessaria præbeat. Quod si sequi nolit, dicitur vbi in habitate cuperet, vt de hoc regem per literas certiorum possit edere. Propheta verò neque ducem sequi voluit, neque aliud habitandum re, contentus habitare in ruinis patriæ, & eius miseris reliquiis colere. At dux voluntate eius cognita, Godoliam quem ibi relinquebat, commendauit hominẽ, mandans ne quid ei decesse pareretur: donatoque vate magis pretij muneribus, ipse quoque dominum profectus est. Ieremias autẽ domicilium elegit apud oppidum Masphat, impetrata prius à Nabuzardane gratia, vt lecti è carcere dimittente ferret, etiam Baruch Neri filius insigni familia natus, & patris linguis egregie doctus. Iosephi. Antiquit. Iuda. c. lib. 10. cap. 1. a. Ipso autem nõ reuertente, ait.

b. Qui dispersi fuerant in prouincis Iudææ vicinis, ad quas timore Chaldaeorum aufugerat, auerterunt Godoliam reliquiis Iudæorum profectum, venerunt ad eum quibus iurauit quod securè habitarent in Iudæa, dummodo seruirent Chaldaeis, Dion. ibid.

2. Item coram Chaldaeis.  
c. Misericordies domini multæ sunt nimis, & iudicia eius abyssus multæ: qui sicut peccatores & peccatores leges suis in se corrigunt, ita humilibus & obediens sibi misericorditer solati sui apem extulit. Per ipsos enim hostes, per quos perhibuit regem & rebelles eius miseros puniunt, per hos etiam & reliquis populi sui promissore Godoliam constituit: vt eius prudentia cultus vellent exerceatur, & qui dispersi fuerat recolligerentur: habitarentque si malis domini obedire vellent, in terra sua absque timore hostium & calumnia. Raba ibi. 3. Inter filios.  
d. Per ipsos enim hostes per quos perhibuit regem, & rebelles eius miseros puniunt per hos etiam reliquis populi sui promissorem Godoliam constituit, vt eius prudentia cultus vellent exerceatur, & qui dispersi fuerant, colligerentur, habitarentque si malis domini obedire vellent, in terra sua absque timore hostium & calumnia. Raba ibi. 4. Hanc rem.

a. In mense septimo qui apud nos Ochober appellatur, occisus est Godolias, & Iudæi tribus ac Ierusalẽ reliquiis dispersæ sunt Hierony in Zacha. cap. 8.  
b. Ismael sub simulatione pacis, dolum in pectore gerens, cui de regio sanguine offer, inuidia erit Godoliam mouere quæ videt Iudæis prepositum, & se à regno exclusum. Hunc itaque cum suis nihil mali suspicantẽ Godoliam Ismael occidit. S. Tho. ibidem.



Ermo qui factus est ad Ieremiam à domino: postquam dimissus est à Nabuzardan magistro militiæ de Rama, quando tulit eum vinctum catenis in medio omnium qui migrabant de Ierusalem & Iuda, & ducebantur in Babylonem. Tollens ergo princeps militiæ Ieremiam, dixit ad eum: Dominus deus tuus locutus est malum hoc super locum istum, & adduxit & fecit dominus sicut locutus est, quia peccastis domino, & non audistis vocem eius, & factus est vobis sermo hic. Nunc ergo ecce solui te hodie de catenis quæ sunt in manibus tuis. Si placet tibi vt venias mecum in Babylonem, veni, & ponam oculos meos super te. Si autem displicet tibi venire mecum in Babylonem, reside. Ecce omnis terra in conspectu tuo est. Quod elegeris, & quod placuerit tibi vt vadas, illuc perge, & mecum noli venire, sed] habita apud Godoliam filium Aicham filij Saphan quem præposuit Rex Babylonis ciuitatibus Iudæ. Habita ergo cum eo in medio populi, vel quocunque placuerit tibi vt vadas, vade. Dedit quoque ei magister militiæ cibaria & munuscula, & dimisit eum. Venit autem Ieremias ad Godoliam filium Aicham in Masphat, & habitauit cum eo in medio populi, qui relictus fuerat in terra. Cùmque audissent

omnes principes exercitus, qui dispersi fuerant per regiones, ipsi & socij eorum, quod præfecisset Rex Babylonis Godoliam filium Aicham terræ: & quod commendasset ei viros & mulieres, & paruulos, & de pauperibus terræ qui non fuerant translati in Babyonem, & venerunt ad Godoliam in Masphat, & Ismael filius Nathaniæ & Iohanam filius Careæ, & Ionathan, & Sareas filius Thenohemeth, & filij Ophi qui erant de Nethophati, & Iechonias filius Maachati, ipsi & viri eorum. Et iurauit eis Godolias filius Aicham filij Saphan, & comitibus eorum, dicens: Nolite timere seruire Chaldaeis, habitate in terra, & seruite regi Babylonis, & bene erit vobis. Ecce ego habito in Masphat, vt respondeam præcepto Chaldaeorum] qui mittuntur ad nos. Vos autem colligite vindemiam, & messem, & oleum, & condite in vasis vestris, & manete in vrbibus vestris quas tenetis. Sed & omnes Iudæi qui erant in Moab, & in finibus] Amon, & in Idumæa, & in vniuersis regionibus, audito quod dedisset rex Babylonis reliquias in Iudæa, & quod præposuisset super eos Godoliam filium Aicham filij Saphan, reuersi sunt inquam omnes Iudæi de vniuersis locis ad quæ profugerant, & venerunt ad terram Iuda ad Godoliam in Masphat, & collegerunt vinum & messem multam nimis. Iohanam autem filius Careæ, & omnes principes exercitus qui dispersi fuerant in regionibus, venerunt ad Godoliam in Masphat, & dixerunt ei: Scito quod Bahalis Rex filiorum Amon misit Ismael filium Nathaniæ percutere animam tuam. Et non credidit eis Godolias filius Aicham. Iohanam autem filius Careæ dixit ad Godoliam seorsum in Masphat loquens: Ibo & percutiam Ismael filium Nathaniæ nullo sciente, ne interficiat animam tuam, & dissipentur omnes Iudæi qui congregati sunt ad te, & peribunt reliquiæ Iuda. Et ait Godolias filius Aicham ad Iohanam filium Careæ: Noli facere verbum hoc. Falsum enim tu loqueris de Ismael.

*Ismael occidit Godoliam reliquiis Israel à Chaldaeorum Rege profectum: & inde fugit ad Amonitas.*

X L I.



Factum est in mense septimo venit Ismael filius Nathaniæ filij Elifama de semine regali, & optimas Regis, & decem viri cum eo ad Godoliam filium Aicham in Masphat, & comederunt ibi panes simul in Masphat. Surrexit autem Ismael filius Nathaniæ, & decem viri qui cum eo erant,

Infra. 43. d. Anni ante Christũ 615. Anni mundi 3347.

Gene. 13. b

4. Reg. 25. f

Anni ante Christũ. 614. Anni mundi 3348. 76. d. h. cap. Ieiunium.

rant, & percusserunt Godoliam filium Aicham filij Saphan gladio, & interfecerunt eum, quem præfecerat Rex Babylonis terræ. Omnes quoque Iudæos qui erant cum Godolia in Masphat, & Chaldæos qui reperti sunt ibi, & viros bellatores percussit Ismael. Secundo autem die postquam occiderat Godoliam nullo adhuc sciente, venerunt viri de Sichem, & de Silo, & de Samaria, octoginta viri <sup>d</sup> rasi barba, & scissis vestibus & <sup>e</sup> squalentes, & munerâ & thus habebant in manu, vt offerrent in domo domini. <sup>B</sup> Egressus ergo Ismael filius Nathaniæ in occursum eorum de Masphat, incedens & plorans ibat. Cum autem occurrisset eis, dixit ad eos: Venite ad Godoliam filium Aicham. Qui cum venissent ad medium ciuitatis, interfecit eos Ismael filius Nathaniæ circa medium lacu, ipse & viri qui erant cum eo. Decem autem viri reperti sunt inter eos, qui dixerunt ad Ismael: <sup>c</sup> Noli occidere nos, quia habemus Thesaurus in agro frumenti, & hordæi, & olei, & mellis. Et cessauit, & non interfecit eos cū fratribus suis. <sup>f</sup> Lacus autem in quem proiecerat Ismael omnia cadauera virorum quæ percussit propter Godoliam, ipse est quem fecit Rex Afa propter Baasa Regem Israel. Ipsum repleuit Ismael filius Nathaniæ occisis. <sup>g</sup> Et captiuas duxit Ismael omnes reliquias populi qui erant in Masphat, filias Regis, & vniuersum populum qui remanserant in Masphat, quos commédauerat Nabufardan princeps militiæ Godoliæ filio Aicham. Et cepit eos Ismael filius Nathaniæ: & abiit, vt transiret ad filios Amon. Audiuit autem Iohanan filius Careæ, & omnes principes bellatorum qui erant cum eo, omne malum quod fecerat Ismael filius Nathaniæ: & assumptis vniuersis viris profecti sunt, vt bellarent aduersum Ismaelem filium Nathaniæ, & inuenerunt eum ad aquas multas quæ sunt in Gabaon. Cūque vidisset omnis populus qui erat cū Ismael, Iohanan filium Careæ, & vniuersos principes bellatorum qui erant cum eo, lætati sunt. Et reuersus est omnis populus quem ceperat Ismael in Masphat, reuersusque abiit ad Iohanā filium <sup>D</sup> Careæ. <sup>h</sup> Ismael autem filius Nathaniæ fugit cum octoviris à facie Iohanan, & abiit ad filios Amon. <sup>i</sup> Tulit ergo Iohanan filius Careæ, & omnes principes bellatorum qui erant cum eo, vniuersas reliquias vulgi, quas reducerant ab Ismael filio Nathaniæ, de Masphat, postquam percussit Godoliam filium Aicham, fortes viros ad prælium, & mulieres, & pueros, & eunuchos quos reducerat de Gabaon, & abierunt & sederunt peregrinantes in Chanaham, quæ est iuxta Bethlehem, vt pergeret & introirent Ægyptum à facie Chaldæorum. Timebant enim eos, quia percusserat Ismael filius Nathaniæ Godoliam filium Aicham quem præposuerat Rex Babylonis in terrâ Iuda.]

[c. Quia aliquando de Babylone mirebantur ad Godoliam, vt responderent de officio sibi commissio, vt habetur cap. præcedenti. Ecce ego habito in Masphat, vt respondeam præcepto Chaldæorum. De Lyra ibid.]  
[d. Barbam quippe radunt, qui sibi de propriis viribus sicutiam subtrahunt. Vestes scindit, qui sibi incipit in exteriori decoris laceratione non patitur. Oblaturi in domo domini thus & munerâ veniunt, qui exhibere se in dei sacrificio orationem cum operationibus pollicentur. Greg. Moral. lib. 1. cap. 38. 1. Lacerati.]  
[e. Quasi diceret, tibi erit nefario, & inuenire nō poteris, nisi tibi indicauerimus. De Lyra, ibid.]

[f. Narrae liber Regum. 1. Reg. 5. Quod Baasa rex Israel aedificauit Rama, vt non possit quisquam ingredi vel egredi de parte Afa Regis Iudæ. Quod audiens Afa rex Iudæ, misit ad Benadab Regem Syriæ offentes illi munerâ multa in auro & argento, vt disrumperet fedus quod habuit cum Baasa rege Israel, & ferret sibi auxilium contra eum. Qui misit principes exercitus sui in ciuitates Israel: & percusserunt Achion & Dan, & Abel & Hoc est, quod nunc dicit lacum fecisse Afa, propter Baasa Regem Israel, quem Ismael repleuit occisis. Potuit enim fieri vt inter cetera aedificia, quæ Afa Rex construxit in Masphat, fecerit hæc lacum quem scriptura commemorat, propter opus aliquod necessarium. Raba. ibid.]

[g. Populus timet remanere in Iuda, ne propter intersectionem Godoliæ Chaldæi innocentes iuxta arque noctes interimerent, ita hæretici inquietant Ecclesiâ non solum fidem sollicitantes, sed ipsos bonos mores abolendo. Pugam hæc reliquiarum Iudæarum quoque longè ante prædixit ca. 30. Vbi ait: Vx filij desereret, vt faceretis consilium, & non eme. Lozychiu ibid.]

*Reliquie Iudæorum per Ieremiam dominum consulunt quod fugere debeant, quas prohibuit dominus fugere Ægyptum. XLII.*

† Sup. 21. a. 27. a. Infr. eodem.



**E**T accesserunt omnes principes bellatorum, & Iohanan filius Careæ, & Iezonias filius Osai, & reliquum vulgus à paruo vsque ad magnum, dixeruntque ad Ieremiam Prophetam: <sup>†</sup> Cadat oratio nostra in conspectu tuo, & ora pro nobis ad dominum deum tuum pro vniuersis reliquiis istis, quia derelicti sumus pauci de pluribus, sicut oculi tui nos intuentur, & annuntiet nobis dominus deus tuus viam per quam pergamus, & verbum quod faciamus. Dixit autem ad eos Ieremias propheta: Audiui. Ecce ego oro ad dominum deum vestrum secundum verba vestra, omne verbum quodcunque responderit mihi, indicabo vobis, nec celabovos quicquam. Et illi dixerunt ad Ieremiam: <sup>b</sup> Sit dominus inter nos testis veritatis & fidei, si non iuxta omne verbum in quo miserit te dominus deus tuus ad nos, sic faciemus, siue bonum est siue malum. <sup>g</sup> Voci domini dei nostri ad quem mittimus te, obediemus, vt bene sit nobis cum audierimus vocem domini dei nostri. Cum autem completi essent decem dies, factum est verbum domini ad Ieremiam. Vocauitque Iohanan filium Careæ, & omnes principes bellatorum qui erant cum eo, & vniuersum populum à minimo vsque ad magnum, & dixit ad eos: Hæc dicit dominus deus Israel, ad quem misistis me, vt prosternerem preces vestras in cō-

[a. Relicti à ceteris Ismaelitis prius cōsiliū Ieremias rati, quam fugā arripere, accedentes eum rogauerunt, vt hæsitantibus oculum expediret quidnam faciendum sit: irari se facturos quicquid illo iusserit. Cūque propheta operâ suam esset pollicitus, decima demum die deus apparet, iussit vt Iohani & ceteris ducibus diceret, si manserint in ea regione, auxilio futurum, & profuturum ne quid incommodi à Babyloniis quos timebant, acciperent. Sin in Ægyptum mallet iter facere, curam eorum relinquitur, infestumque tali calamitate affecturum eos, quali paulo ante fratres eorum castigato esse viderint. Ioseph. Antiquit. Iudæe. lib. 10. cap. 11. \*Quæsumus.]  
[b. Et ipsi vicissim hic dixerunt Ieremie, dominum inter ipsos iustitiam capientes verum ac fidelem, quod per omnia ita facturi essent: quem ad modum dominus deus eo ad nos misisset, fieri se velle significaret, siue bonum & commodum, siue ita tum atque a sperum id fuerit. \*Tofarius.]

1. Panitet me mali.

2. Cuius faciem.

c. Supr. 23. cap. Nunquid nō e-  
lum inquit dominus, & terram  
ego impleo? Cur tamen cuncta  
impleat, ipse declarat dicens:  
Quia vobiscum sum, & saluos  
vos faciam. Ecce enim non mo-  
do regnum suum dominus &  
impletionem, sed etiam vin &  
beneficium ipsius adimpletio-  
nis ostendit. Hunc enim modū  
in se habet diuinitatis impletio  
vt saluet ea quae impleantur. Sal-  
uianus lib. 2.

d. Ecce propheta habito à domi-  
no responso super futura reser-  
uata uide dispositione, quā  
mediator inter illos & deum, re-  
fert quā à domino audierit re-  
sponsum. Sicut Moyse Deu-  
te. 4. Igo sciret et benedictus fui  
inter deum & vos vt annuntia-  
re vobis verba eius. S. Tho. ibi.  
e. Praecipue tēpus respōsi diui-  
ni indicat quod facit ad rei cer-  
titudinē explicand. Primo pro-  
mirat bonā, si in terra promissā  
manserint. Deū cōmūnat ma-  
lā, si inde pedem mouerint fugi-  
turi. Ioychus ibid.]

3. Effatus, & intra.

4. Locutus est dominus contra

vos.  
f. Cum talia Jeremias retulisset,  
responderunt viri superbi, rē-  
tes ad Jeremiam, Mendacium  
loqueris. Non misit te dominus  
deus noster, dicens: Ne ingredia-  
mini Aegyptū vt habitetis ibi:  
sed Baruch filius Neris incita-  
uit te aduersum nos, vt tradat  
nos in manus Chaldeorum,  
vt interficiant nos & transfici  
faciat in Babylonem. Rabanus  
ibidem.

specu eius: Si quiescentes manseritis in terra hac, aedificabo vos, & nō destruo: plan-  
tabo, & non euellam. Iam enim <sup>1</sup> placatus sum super malo] quod feci vobis. Nolite ti-  
mere à facie regis Babylonis, <sup>2</sup> quem vos pauidi] formidatis. Nolite metuerere eum, di-  
cit dominus, <sup>3</sup> quia vobiscum sum ego, vt saluos vos faciam, & eruam de manu eius,  
& dabo vobis misericordias, & miserebor vestri, & habitare vos faciam in terra ve-  
stra. <sup>4</sup> Si autem dixeritis vos, non habitabimus in terra ista, nec audiemus vocem do-  
mini dei nostri, dicentes, nequaquam, sed ad terram Aegypti pergemus, vbi non vide-  
bimus bellum, & clangorem tubae non audiemus, & famem non sustinebimus, & ibi  
habitabimus: propter hoc nunc audite verbum domini reliquiae Iuda: Hec dicit do-  
minus deus exercituum, deus Israel: Si posueritis faciem vestram <sup>5</sup> vt ingrediamini  
Aegyptum, & intraueritis vt ibi habitetis, gladius quem vos formidatis, ibi comprehē-  
det vos in terra Aegypti: & fames pro qua estis solliciti, adhaerebit vobis in Aegypto,  
& ibi moriemini. Omnesque viri qui posuerint faciem suam vt ingrediatur Aegyptū,  
vt habitent ibi, morientur gladio, & fame, & peste. <sup>6</sup> Nullus de eis remanebit, nec effu-  
get à facie mali quod ego afferā super eos: quia hec dicit dominus exercituum, deus  
Israel: <sup>7</sup> Sicut <sup>8</sup> conflatus] est furor meus, & indignatio mea super Ierusalem: sic con-  
flabitur indignatio mea super vos cum ingressi fueritis Aegyptū, & critis in iurandū,  
& in stuporem, & in maledictum, & in opprobrium, & nequaquam ultra videbitis lo-  
cum istum. <sup>9</sup> Verbum domini super vos] reliquiae Iuda: <sup>10</sup> Nolite intrare Aegyptū. Scien-  
tes scietis quia obtestatus sum vobis hodie, quia decepistis animas vestras. Vos enim  
misistis me ad dominum deum nostrum, dicentes: Ora pro nobis ad dominum deum  
nostrum, & iuxta omnia quaecunque dixerit tibi deus noster sic annuncia nobis, & fa-  
ciemus. Et annunciaui vobis hodie, & non audistis vocem domini dei vestri super v-  
niuersis pro quibus misit me ad vos. Nunc ergo scietis, quia gladio & fame,  
& peste moriemini in loco ad quem voluistis intrare, vt habitaretis ibi.

*Reliquiae Iudeorum contra praeceptum domini fugerunt in Aegyptum: unde minatur  
illis dominus ruinam.*

X L I I I.

a. Contempto igitur dei cōsilio  
quod per prophetam dederat,  
Iohannes & reliqua multitudo  
in Aegyptum abiit, abducto si-  
mul Baruch & Jeremia. Quōd  
postquam percutus fore vt Ba-  
bylonius exercitum ducat in  
Aegyptum: multaque praedicate  
populo quōd caperetur Aegyptus.  
& ibi partim interficerentur, par-  
tem caperent Babylonem addu-  
centur. Id quod etiam factū est.  
Quinto enim post exilium Ie-  
rosolymitanum anno, qui tunc  
regna ipsius Nabuchodonosor  
vigessimūtertius. Ioseph. Anti-  
quit. Iudae. lib. 10. cap. 11.

1. Contumaces.

b. Jeremias enim erat magnē fa-  
mae, & auctoritatis, & ideo di-  
ctum Jeremiae quod dicebant  
fallum retorquebat in malitia  
Baruch, qui tamen innocens e-  
rat. Lysa ibid.

c. Ibi enim ibant voluntarie, sed  
coactē à principibus bellatorū,  
& populo: Et venerunt usque ad  
Taphnis: nomen est ciuitatis ta-  
phnis in Aegypto. De Lysa ib.]

2. Taphnis, vel Thaphpanches,

& infra.

3. Furto somacis lateritiae.

d. Misit quidem dominus ad eū  
quia diuina prouidentia factū  
est, quod venisset contra Aegy-  
ptum, in quantum diuina iustitia  
voluit per eum Aegyptiorū  
punire peccata. Dionys. ibid.

e. Succendit ignem in delubris,  
i. in templis eorum. Et delubra  
à deo fumendo, vel à diluendo,  
quod ibi sacrificia dicebantur.  
De Lysa.]



**A**ctum est autem cum compleisset Jeremias loquens ad populum vniuersū  
eos sermones domini dei eorum, pro quibus miserat eum dominus deus  
eorum ad illos, omnia verba haec: dixit Azarias filius Ozia, & Iohanan fi-  
lius Carea, & omnes viri <sup>1</sup> superbi, dicentes ad Jeremiam: Mendacium tu  
loqueris: Non misit te dominus deus noster, dicens: Ne ingrediamini Aegyptum, vt  
habitetis illic, <sup>2</sup> sed Baruch filius Neris incitat te aduersum nos, vt tradat nos in manus  
Chaldeorum, & interficiat nos, & traduci faciat in Babylonem. <sup>3</sup> Et non audiuit Ioh-  
hanam filius Carea & omnes principes bellatorum, & vniuersus populus vocem do-  
mini, vt manerent in terra Iuda, sed tollens Iohanan filius Carea & vniuersi principes  
bellatorum vniuersos reliquiarum Iuda, qui reuerfi fuerant de cunctis gentibus ad  
quas fuerant antē dispersi, vt habitarent in terra Iuda, <sup>4</sup> viros & mulieres, & paruulos  
& filias Regis, & omnem animam quam reliquerat Nabufardan princeps militie cum  
Godolia filio Aicham filio Saphan, & Jeremiam Prophetam, & Baruch filium Neris,  
& ingressi sunt in terram Aegypti, quia non obedierunt voci domini, & venerunt  
vsque ad <sup>5</sup> Taphnis.] Et factus est sermo domini ad Jeremiam in Taphnis, dicens: Su-  
me tibi lapides grandes in manu tua, & absconde eos in <sup>6</sup> crypta quae est sub muro la-  
teritio] in porta domus Pharaonis in Taphnis, cernētibus viris Iudeis, & dices ad eos:  
Hec dicit dominus exercituum, deus Israel: <sup>7</sup> Ecce ego mittam, & assumam Nabu-  
chodonosor Regem Babylonis seruum meum, & ponam thronum eius super lapi-  
des istos quos abscondi, & statuet solium suum super eos. Veniēsq̄ue percutiet ter-  
ram Aegypti, quos in mortem in mortem, & quos in captiuitatem in captiuitatem, &  
quos in gladium in gladium. <sup>8</sup> Et succendet ignem in delubris deorum Aegypti, & cō-  
buret ea, & captiuos ducet illos. Et amicietur terra Aegypti, sicut amicitur pastor pal-  
lio

† Sup. 10. a

lio suo, & egredietur inde in pace. Et conteret statuas domus solis quæ sunt in terra Aegypti, & delubra deorum Aegypti comburet igni.

*Iud. ei à Ieremia super Idololatria in Aegypto reprehensi, malunt idolis quàm deo sacrificare: quamobrem minatur illis dominus famem, pestem, & gladium. X LIIII.*

**V**erbum quod factum est ad Ieremiam, ad omnes Iudæos qui habitabant in terra Aegypti, habitantes in <sup>a</sup>Magdalo, & in Taphnis, & <sup>1</sup>in Memphis, & in terra Phatures, dicens: Hæc dicit dominus exercituum, deus Israel: Vos vidistis omne malum istud quod adduxi super Ierusalem, & super omnes vrbes Iuda, & ecce deserta sunt hodie, & non est in eis habitator propter malitiam quam fecerunt, vt me ad iracundiam prouocarent, & irent & sacrificarent, & colerent deos alienos, quos nesciebant & illi, & vos & patres vestri. Et misi ad vos omnes seruos meos Prophetas <sup>2</sup> de nocte] consurgens, mittensque, & dicens: <sup>b</sup>Nolite facere verbum abominationis huiuscemodi. Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem suam, vt conuerterentur à malis suis: & non sacrificarent diis alienis. <sup>c</sup> Et conflata est indignatio mea & furor meus, & succensa est in ciuitatibus Iuda & in plateis Ierusalem, & versa sunt in solitudinem & vastitatem secundum diem hanc. Et nunc hæc dicit dominus exercituum, deus Israel: Quare vos facitis malum grande contra animas vestras, vt <sup>3</sup>intereat] ex vobis vir & mulier, paruulus & lactens medio Iudæ, nec relinquatur vobis quicquam residuum, prouocantes me in operibus manuum vestrarum, sacrificando diis alienis in terra Aegypti, in quam ingressi estis, vt habitetis ibi, & dispereatis, & sitis in maledictionem, & in opprobrium cunctis gētibus terræ? <sup>d</sup> Nunquid obliti estis mala patrum vestrorum, & mala Regum Iuda, & mala vxorum eius, & mala vestra, & mala vxorum vestrarum, quæ fecerunt in terra Iuda, & <sup>e</sup> in regionibus] Ierusalem? Non sunt <sup>f</sup>mundati] vsque ad diem hanc, & non timuerunt, & non ambulauerunt in lege mea, & in præceptis meis, quæ dedi coram vobis & coram patribus vestris. <sup>g</sup> Ideo hæc dicit dominus exercituum, deus Israel. <sup>h</sup> Ecce ego ponam faciem meam in vobis in malum, & disperdam omnem Iudam. Et assumam reliquias Iudæ, qui posuerunt facies suas vt ingrederentur in terram Aegypti vt habitarent ibi, & consumentur omnes in terra Aegypti, & cadent in gladio & in fame, & consumentur à minimo vsque ad maximum, in gladio & in fame morientur, & erunt in <sup>i</sup>iussurandum, & in miraculum,] & in maledictionem, & in opprobrium. Et visitabo habitatores terræ Aegypti, sicut visitavi super Ierusalem in gladio, & in fame, & in peste, & non erit qui effugiat, & sit residuus de reliquiis Iudæorum, qui vadunt vt peregrinentur in terra Aegypti, reuertantur in terram Iuda, ad quam ipsi eleuant animas suas, vt reuertantur & habitent ibi. Non reuertantur illuc, nisi qui fugerint. <sup>k</sup> Respondent autem Ieremia omnes viri scientes quòd sacrificarent vxores eorum diis alienis, & vniuersæ mulieres quarum stabat multitudo grandis, & omnis populus habitantium in terra Aegypti, in Phatures, dicentes: Sermonem quem locutus es ad nos in nomine domini, non audiemus ex te, sed facientes faciemus omne verbum quod egredietur de ore nostro, vt sacrificemus <sup>l</sup>reginæ] cœli, & libemus ei libamina, sicut fecimus nos & patres nostri, Reges nostri, & principes nostri, in vrbibus Iuda & in plateis Ierusalem, & saturati sumus panibus, & <sup>m</sup>bene nobis erat,] malumque non vidimus. Ex eo autem tempore quo cessauimus sacrificare <sup>n</sup>reginæ cœli, & libare ei libamina, indignimus omnibus, & gladio & fame consumpti sumus. <sup>o</sup> Quòd si non sacrificamus reginæ cœli, & libamus ei libamina, nunquid sine viris nostris faciemus ei placentas ad <sup>p</sup>colendam] eam, & liba ad libandum? Et dixit Ieremias ad omnem populum, aduersum viros & aduersum mulieres, & aduersum vniuersam plebem qui responderant ei verbum, dicens: Nunquid non sacrificium quod sacrificastis in ciuitatibus Iuda & in plateis Ierusalem, vos & patres vestri, Reges vestri, & principes vestri, & populus terræ, horum recordatus est dominus, & ascendit super cor eius? Et non poterat dominus vltra portare propter malitiam studiorum vestrorum, & propter

<sup>a</sup> Magdali ciuitas est Aegypti, in quam Iudæi post Godoliam necem abierunt. Cæsi ibidem à Nabuchodonosor plurimi, cæteri autem capti, & Babylonem abduçti secundum Ieremiam vaticinium. Distans autem à Pelusio 12000. passuum. Est etiam eiusdem nominis castrum iuxta mare Galilee, vnde Magdala cognomen accepit. Alius etiam Magdali meminit Moyses Exo. 14. iuxta Phihairot in monte Sini, iuxta quod castrametati sunt Iudæi fugientes Aegyptios ad mare Rubrum.

<sup>1</sup> In Noch.

<sup>2</sup> Mane.

<sup>b</sup> Ostendit immensam clementiam domini, & vigilantiam ac strenuitatem prophetarum eius, qui non ignaue sed studiosè verbum dei, ad quos missi sunt, predicabant, arguēs tepidos doctores, qui nunc in ecclesia dormiant, ocio & voluptatibus desertiunt scilicet, nec curant populo dei vtilitatem eius annuntiare, & conuertere à peccatis, ad exercitium boni operis. Rab. ibid.

<sup>3</sup> Exirparetur.

<sup>c</sup> Nihil obliuisti, & c. q. d. bene debetis esse memores de pena quæ eis intulit, vt si in peccatis eos non imitarentur. Nota enim sunt mundati vsque ad diem hanc, quia macula remanet in vobis, qui estis eorum filij imitantes eos in malis & peccatis eorum. De Lyra ibid.]

<sup>4</sup> In plateis.

<sup>5</sup> Contriti.

<sup>d</sup> Sed neque silendum arbitror quod Iudæi eisdem Iudæos, cap. iumentis austeri appellauerunt, propter stulticiam sensus, quæ delecto dei consilio, ad Aegypti simulachra confugerunt, spemque habentes in Pharaone, cui qui iniuxit fuerit, quasi si in hoc bacurudini, quæ fracta manu vulnerecinnitenti. Terram autem per quam transferunt tribulationis & angustie terram vocat, per quam reliquit Ierusalem Iohanna filio Careæ, & filius eius Sedechiæ subleuatis omnibus quæ habere poterant, ad Aegyptum transfugerunt. Hic, in 30. cap. Isaie.

<sup>e</sup> Execrationem & stuporem.

<sup>f</sup> O generatio praua & peruersa filij in quibus non fides sed malitia dominatur, gens fatua & non sapiens quæ semper contraria beneficiis domini temperans, irritauit eum per mala opera sua. Rab. ibid.

<sup>7</sup> Machina, vel exercitui celesti, & infra.

<sup>8</sup> Dicunt Hebræi quandam esse stellam insignem sic vulgo vocatam, quod quasi regina sit inter alia sydera: quæ ereditur sydas Veneris, interdum sero lucidum, & dicitur heperus, interdum mano, & dicitur stella matutina.

<sup>9</sup> Puius quieti.

<sup>g</sup> Ecce quanta fuit istorum cæcitas atque peruersitas. Istorum quoque erroris similis fuit Romanorum olim peruersitas, qui vrbem suam cernentes vastari, contra Christianos clamare ceperunt & dicere: Ex quo sacra dærorum omnia sunt in vrbe Roma celebrata, & Christi seruum inualuit, ciuitas ipsa perierit. Et hoc dedit Augustino libri de ciuitate dei scribendi occasione, vt ipse in eodem libro testatur, Diony. ibid.

<sup>h</sup> Lætificandam.

† Amos. 9. b

† Sup. 7. d

† Apoc. 7. d

h. Neque aliunde profecto vobis id mali proficiscitur, nisi quod idolis vestris sufficit istos faciendo: domino deo nostro peccatis, & spreto domini voce in lege atque statutis eius, atque his que dominus prescripsit non ambulastis, sed ad id quod cerebro vestro videbatur. Tofarius. J. i. Audire pro obtemperare, obedire & intelligere sepe sumitur Deute. Vos vultis tentationes magnas, quas viderit oculi tui: & non dedit vobis dominus cor intelligens, & oculos videntes, & aures que possint audire, ut que in presentem diem. Aug. super Deut. quæst. 50.

k. Quoniam qui contra diuini præcepti illic perrexerant, profectionem domini ibidem habere non metuerunt sed eorumque aduersariis gladio & fame pauci qui effugere poterant gladium, reuertuntur de terra Aegypti in terram Iuda, ut posteritas stirpis antiquæ seruaretur. Raba ibid.

20. Festino, vel vigilo. J. Fornax sacrificant qui bonis fortunæ nimis indormiunt. Obserua prophetam sic comminari Iudæ, ut ipsum ad penitentiam prouocet. Sic & Apostolus Corinthios contulit. Itæ ut illa sceta perueniat istas corporales infanti penas significati, quas omnes incurunt peccatores, sed per presentes qui cœueruntur, infernaliter euadunt. Loricatus ibid.]

abominaciones quas fecistis: & facta est terra vestra in desolationem, & in stuporem, & in maledictum, eo quod non sit habitator, sicut est dies hæc. <sup>b</sup> Propterea quod sacrificaueritis idolis, & peccaueritis domino, & non audieritis vocem domini, & in lege, & in præceptis, & in testimoniis eius non ambulaueritis, idcirco euenerunt vobis mala hæc, sicut est dies hæc: <sup>d</sup> Dixit autem Ieremias ad omnem populum, & ad vniuersas mulieres: <sup>i</sup> Audite verbum domini omnis Iuda, qui estis in terra Aegypti: Hæc inquit dominus exercituum deus Israel, dicens: Vos & vxores vestræ locuti estis ore vestro, & manibus vestris implestis, dicentes: Faciamus vota nostra quæ vouimus, ut sacrificemus reginæ cæli, & libemus ei libamina. Implestis vota vestra, & opere perpetrastis ea. Ideo audite verbum domini omnis Iuda qui habitatis in terra Aegypti. <sup>†</sup> Ecce ego iuravi in nomine meo magno, ait dominus, <sup>k</sup> quia nequaquam ultra vocabitur nomen meum ex ore omnis viri Iudæi, dicentis: viuit dominus deus in omni terra Aegypti. <sup>†</sup> Ecce ego <sup>10</sup> vigilabo] super eos in malum, & non in bonum, & consumentur omnes viri Iuda qui sunt in terra Aegypti gladio, & fame, donec penitus consumantur. <sup>†</sup> Et qui fugerint gladium, reuertentur de terra Aegypti, in terram Iuda viri pauci, & scient omnes reliquiæ Iuda ingredientium terram Aegypti ut habitent ibi, cuius sermo compleatur, meus, an illorum. Et hoc vobis signum, ait dominus, quod visitem ego super vos in loco isto, ut sciatis, quia verè complebuntur sermones mei contra vos in malum. Hæc dicit dominus: Ecce ego tradam Pharaonem Hephreen Regem Aegypti, in manu inimicorum eius, & in manu quærentium animam illius, sicut tradidi Sedechiam Regem Iuda in manu Nabuchodonosor Regis Babylonis inimici sui, & quærentis animam eius.

*Deus per Ieremiam arguit Baruch pusillanimitatis, cui tamen promittit salutem super ceteros.*

X LV.

a. Neque hic historice ordo seruatur, neque in hoc Ieremias libro ordinem temporis in descriptionibus rerum seruare cõuenit. Vnde quæ hic narrantur 18. annis facta fuisse cõstat ante verbum excidium. Diony. ibid.

b. Ex quo mihi videtur in illo typum fieri eorum qui in pressura persecutionis, quibus in presentem tempore ecclesiæ grauius pusillanimitate tribuunt, habere volentes in presentem, quæ in futura vita bene certantibus reuertuntur. Raba. ibid.

2. In spoliis.

**V**erbum quod locutus est Ieremias propheta ad Baruch filium Nerie cum <sup>a</sup> scripsisset verba hæc in libro ex ore Ieremie, anno quarto Ioachim filij Iosie Regis Iuda, dicens: Hæc dicit dominus deus Israel ad te Baruch: Dixisti: <sup>b</sup> Vae misero mihi, quoniam addidit dominus <sup>1</sup> dolorem] dolori meo. Laboraui cum gemitu meo, & requiem non inueni. <sup>†</sup> Hæc dicit dominus: Sic dices ad eum: Ecce quos <sup>2</sup> ædificauimus, ego destruo: & quos plantaui, ego euello, & vniuersam terram hanc. Et tu quæris tibi grandia? Noli querere: quia ecce ego adducam malum super omnem carnem, ait dominus, & dabo tibi animam tuam <sup>2</sup> in salutem] in omnibus locis ad quæcunque perrexeris.

*Desolationem dominus Pharaoni & Aegypto promittit, Israeli verò & amicis eius consolationem, miserationem, & liberationem.*

X LVI.

a. Mos erat prophetis eorum gentium quæ Iudæis populo molestiam intulissent, vultuque prænutiare, postquam ea quæ ipsos Iudæos concernebat, descripsissent: quod tunc Ieremias profecit, vel potius spiritus sanctus per Ieremiam. Et primo contra Aegyptios qui Iosiam intertulerunt, deinde filium eius, qui Regem post patrem designauerat in Aegyptum captiuum duxerunt, & Iudæos graui afflixerunt tributo. Diony. ibid.

b. Propter multitudinem populorum Aegyptum flumini comparat: quæ se per arrogantiam frustra terram Israel, & ciuitatem Ierusalem, siue etiam terræ Chaldaeorum, & urbem Babylonis operire, & disperdere habitatores eius laboratur: quia iuxta Iosæ vaticinium traditur Aegyptus in manus dominatorum eius delum, & Rex foris dominabitur eorum: & arefcer aqua de mari, & flumens desolabitur atque sicabitur, & desiccabitur flumina, & enubuntur & sicabitur riuus aggerum, & calamus & iuncus marcescet. Raba. ibid.

2. Tendentes arcum,

**V**od factum est verbum domini ad Ieremiam Prophetam <sup>a</sup> contra gentes, ad Aegyptum, aduersum exercitum Pharaonis Nechao Regis Aegypti, qui erat iuxta fluuium Euphraten in Charchamis, quæ percussit Nabuchodonosor Rex Babylonis in quarto anno Ioachim filij Iosie Regis Iuda: Preparate scutum & clypeum, & procedite ad bellum. Iungite equos, & ascendite equites, stete in galeis, polite lanceas, induite vos lorice. Quid igitur? Vidi ipsos pauidos & terga vertentes, fortes eorum cæcos. Fugerunt conciti, nec respexerunt. <sup>†</sup> Terror vndique, ait dominus. Non fugiet velox, nec saluari se putet foris. Ad Aquilonem iuxta flumen Euphraten victi sunt, & ruerunt. Quis est iste, qui quasi flumen ascendit, & velut fluuiorum intumescunt gurgites eius? <sup>b</sup> Aegyptus fluminis instar ascendit, & velut flumina mouebuntur fluctus eius, & dicet: Ascendens operiam terram, perdam ciuitatem & habitatores eius. Ascendite equos, & exultate in curribus, & procedant fortes Aethiopiæ & Lybiæ tenentes scutum, & Lydi arripientes & iacentes sagittas. Dies autem ille domini dei exercituum dies ultionis, ut sumat vindictam de inimicis suis. <sup>†</sup> Deurabit gladius & saturabitur, & inebriabitur sanguine eorum. <sup>c</sup>

Vi-



victima enim domini exercituum in terra aquilonis, iuxta flumen Euphraten. Ascende in Galaad, & tolle resinam virgo filia Aegypti. Frustra multiplicas medicamina, sanitas non erit tibi. Audierunt gentes ignominiam tuam, & ululatus tuus replevit terram. Quia fortis impedit in fortem, & ambo pariter conciderunt. Verbum quod locutus est dominus ad Ieremiam Prophetam super eo quod veterus esset Nabuchodonosor Rex Babylonis, & percussurus terram Aegypti: <sup>e</sup> Annuntiate Aegypto, & auditum facite in Magdalo, & resonet in Memphis, & in Taphnis dicite: Sta, & prepara te, quia deorabit gladius ea quae per circuitum tuum sunt. Quare computruit fortis tuus? Non stetit, quoniam dominus subvertit eum. Multiplicavit ruentes, ceciditque vir ad proximum suum. Et dicent: Surge, & revertamur ad populum nostrum & ad terram natiuitatis nostrae a facie gladii columbae. Vocate nomen Pharaonis Regis Aegypti, multum adduxit tempus: <sup>f</sup> Vivo ego, inquit Rex, dominus exercituum nomen eius, quoniam sicut Thabor in montibus, & sicut Carmelus in mari veniet. Vasa transmigrationis fac tibi habitatrix filia Aegypti, quia Memphis in solitudine erit, & deseretur & inhabitabilis erit. Vitula elegans & atque formosa Aegyptus, Stimulator ab Aquilone veniet ei. Mercenarij quoque eius, qui versabatur in medio eius, quasi vituli saginati versi sunt, & fugerunt simul nec stare potuerunt, quia dies interfectionis eorum venit super eos, tempus visitationis eorum. <sup>h</sup> Vox eius quasi aris sonabit, quoniam cum exercitu properabunt, & cum securibus venient ei. Quasi cadentes ligna succiderunt saltum eius, ait dominus, qui supputari non potest. Multiplicati sunt super locustas, & non est eis numerus. Confusa est filia Aegypti, & tradita in manus populi Aquilonis, dicit dominus exercituum deus Israel. <sup>†</sup> Ecce ego visitabo super eum tumultum Alexandriae, & super Aegyptum, & super deos eius, & super Reges eius, & super Pharaonem, & super omnes qui confidunt in eo, & dabo eos in manus quaerentium animam eorum, & in manus Nabuchodossor Regis Babylonis, & in manus seruatorum eius. <sup>k</sup> Et post haec habitabitur sicut diebus pristinis, ait dominus. Et tu ne timeas serue meus Iacob, & ne paueas Israel. Quia ecce ego saluum te faciam de longinquo, & semen tuum de terra captiuitatis tuae. Et reuertetur Iacob & requiescet & prosperabitur, & non erit qui exterreat eum. Et tu noli timere serue meus Iacob, ait dominus, quia ego tecum sum, quia ego consumam cunctas gentes ad quas eieci te. Te vero non consumam, sed castigabo te in iudicio, nec quasi innocenti parcam tibi.

† sup. 30. b  
 Isa. 44. a

e. Describitur belli grauis, quia vultu furore interfecti, alij vulnerati pro magna parte in stabiliore, inde dicitur: Ascende in Galaad ubi abundante medicinalia. De Lyra ibid. ]  
 d. Naturale est, vt cu per res dei captiuitas venerit, indignatione eius pestilentia subsequatur: & aduersum eos qui offendere deum cuncta simul elementa desolant. Vnde in alio propheta scriptum est: Et volucres caeli desicere, & pisces in aquis, & omnia humano vsu subtrahant Hierony. in 19. cap. Isaia. ]  
 2. In Noph. ]  
 3. Propulsatus est. ]  
 e. Quasi vos qui audistis vaticinium meum, nuntiate Pharaoni, quia prope est tempus & tumultus belli. Glo. ordi. ibid. ]  
 f. Opprimetur. Clamauerunt ibi: Pharo rex Aegypti, cum multum transire fecit tempus. ]  
 h. Hoc est tempus a deo constitutum adduxit multitudinem halae drosi ad destruentem. Lyra ibi. ]  
 g. Memphis dicta Hebraei Noph & Magdol, ab Ogdoce rege edificata ante ingressum Achaiae in Aegyptum, cuius filia Memphis ei nomen dedit. Omnium vrbium Aegypti clarissima, regia antiquitus regum Aegyptiorum, procul ultra Delta magnum ad occidentales partes flumij, 1016 passuum, ambitu stadia 150. hoc est, 1209 passuum: quam incoluerunt iudei fugientes excedium Ierosolymitanum. ]  
 i. Exterminium. ]  
 h. No sicut historici Aegyptum iusto dei iudicio vindicta superuenit, sed & spiritali in die iudicij superuentura est, quae nunc scriptura in toto orbe clara futuram pronuntiat. Glo. ordi. ]  
 6. Regem vel vulgus. ]  
 i. Alexandria primo dicta No, olim populosa, longo vero post tempore ab Alexandro magno Macedoniae nomen accepit, sed sub nomine No semper metropolis Aegypti fuit. Cuius situs super Nilum describitur, & super Mare, hinc inde fluminibus & aquis ambitur. Hierony. in 3. cap. Nahum. ]  
 k. Hic conuentione miratur, promittens etiam Aegypti reparationem. Aliter tamen sentit vt glo. habet ordinata. Christi descriptio tempore. Vastissime est etiam hic posse intelligi reparationem mundi quam faciet Enoch & Helias. Loti. ibi. ]  
 7. Innocentem te habebo.

Vastatio Palaestinarum & consinium eius cum incolis suis praedicitur. XLVII.

**V**od factum est verbum domini ad Ieremiam Prophetam contra Palaestinos, antequam percuteret Pharaon Gazam. Haec dicit dominus: Ecce aquae ascendent ab aquilone, & erunt quasi torrens inundans, & operient terram & plenitudinem eius, urbem & habitatorem eius. <sup>a</sup> Clamabunt homines, & ululabunt omnes habitatores terrae, a strepitu pompae armorum & bellatorum] <sup>b</sup> Jeius, a commotione quadrigarum eius, & multitudine rotarum illius. Non respexerunt patres filios manibus dissolutis, ] <sup>c</sup> pro aduentu diei in quo vastabuntur omnes Philistim, & dissipabitur Tyrus & Sydon, cum omnibus reliquis auxiliis suis. Depopulatus est enim dominus Palaestinos, reliquias insule Cappadoxie. Venit caluitium super Gazam, conticuit] <sup>d</sup> Afcalon, & reliquiae vallis earum. <sup>e</sup> Vsquequo concides o microdomini, vsquequo non quiesces? Ingredere in vaginam tuam, refrigerare & sile. Quo modo quiescet, cum dominus preceperit ei aduersus Afcalonem, & aduersus maritimas eius regiones, ibique condixerit illi?

Vastatio Moab & vrbium eius praenuntiatur. XLVIII.

**M**oab haec dicit dominus exercituum deus Israel: Vae super Nabo, quoniam vastata est & confusa. Capta est Cariathaim, confusa est fortis, & tremuit. ] Non est ultra exultatio in Moab, contra Hesebon cogitauerunt malum. Venite, & disperdamus eam de gente. <sup>3</sup> Ergo silens conticesces, ]

a. Ieremias sicut Isaias & Ezechiel singulis nationibus quae confines fuerant terrae Iudaeae, praedicit plagas debite futurae, quod fuerint hostes populi dei, & in illis aduersitate gauderent. Vnde nunc Palaestini sicut ante Aegyptis praenuntiat calamitatem i viciniam, & quodam modo denotat tempus, hoc est antequam Pharaon percuteret Gazam. Hanc igitur historiam ferunt Hebraei facta 10. anno Sedechiae, cum Chaldaei urbem Ierosolymam ante obsideret Gazam vastationem. Raba. ibid. ]  
 1. Incessus vngularum fortium, sub equorum. ]  
 2. Propter dissolutionem manus. ]  
 3. Excisa est. ]  
 b. Dirigitur ad gladium regis Babylonis, qui dicitur microdomini, eo quod erat executor diuinae iustitiae. De Lyra ibid. ]  
 a. Moab est vrbis quam praenunciatae nomen est: a Moab filio Loti dicta: quam illi dominus dedit possidendam, expulsis in eo populis Emim. Sita est in finibus Arabiae Petrae: ad orientem terrae Edon, aequae inde super Alphalidem lacum vsque protensa, & vsque ad flumem Ammon. Missab, & contracia. ]  
 1. Gloriano. ]  
 2. Glo. ordi. ]  
 3. Sed & tu Madine tradicabere.



**C** Capta est Carioth, & munitiones comprehensæ sunt. <sup>1</sup> Et erit cor fortium Moab in die illa, sicut cor mulieris parturientis. Et cessabit Moab esse populus, quoniam contra dominum gloriatus est. Pauor & laqueus super te o habitator Moab, ait dominus. Qui fugerit à facie pauoris, cadet in foueam, & qui conscenderit de fouea capietur laqueo. Adducam enim super Moab annum visitationis eorum, dicit dominus. <sup>k</sup> In umbra Hesebon steterunt <sup>2o</sup> de laqueo ] fugientes, quia ignis egressus est de Hesebon, & flamma de medio Seon, & deuorauit <sup>21</sup> partem ] Moab, & verticem filiorum tumultus. Væ tibi Moab. Peristi popule Chamos, quia comprehensi sunt filii tui & filiar tuæ in captiuitatem. Et conuertam captiuitatem Moab in nouissimis diebus, ait dominus. Hucusque iudicia Moab.

Infr. 23. c

Desolatio Ammon, Idumææ, & Damasci prædicitur. XLIX.

**A** **D** filios <sup>a</sup> Ammon: Hæc dicit dominus: Nunquid non filii sunt Israel, aut hæres non est ei? Cur ergo hæreditate possedit <sup>1</sup> Melchom ] Gad, & populus eius in urbibus eius habitauit? Ideo ecce dies venient — in te ] dicit dominus, & auditum faciam super Rabbath filiorum Ammon fremitum prælii. Et erit in tumultum dissipata, filiarque eius igni succendentur, & possidebit Israel possessores suos, ait dominus. Vlula Hesebon, quoniam vastata est Hai. <sup>b</sup> Clamate filiar Rabbæ: accingite vos ciliciis. Plangite & circuite per sepes, quoniam Melchom in transmigrationem ducetur, sacerdotes eius & principes eius simul. Quid gloriaris in vallibus? Defluxit vallis tua filia <sup>2</sup> delicata, ] quæ confidebas in thesauris tuis, & dicebas: **B** Quis veniet ad me? <sup>3</sup> Ecce ego inducam super te terrorem, ait dominus deus exercituum, ab omnibus qui sunt in circuitu tuo, & dispergemini singuli à conspectu vestro, nec erit qui congreget fugientes. Et post hæc reuerti faciam <sup>3</sup> fugientes & captiuos ] filiorum Ammon, ait dominus. Ad Idumæam: Hæc dicit dominus exercituum: Nunquid non vltra est sapientia in <sup>c</sup> Theman? Perit consilium à filiis. <sup>4</sup> Inutilis facta ] est sapientia eorum. Fugite, & terga vertite, descendite in voraginem habitatores Dedan, quoniam perditionem Esau adduxi super eum, tempus visitationis eius. <sup>d</sup> Si vindemiatores eius venissent super te, non reliquissent racemum: si fures in nocte, <sup>5</sup> rapuissent quod sufficeret sibi. ] Ego verò discooperui Esau, reuelauit abscondita eius, & celari non poterit. Vastatum est semen eius, & fratres eius, & vicini eius, & non erit. Relinque pupillos tuos, & ego faciam illos vivere, & viduæ tuæ in me sperabunt, quia hæc dicit dominus: <sup>e</sup> Ecce quibus non erat iudicium, vt biberent calicem, bibentes bibent, & tu <sup>e</sup> quasi innocens relinquæris? ] Non eris innocens, sed bibens bibes. Quia per memetipsum iuravi, dicit dominus, quod in solitudinem, & in opprobrium, & in desertum, & in maledictionem erit Bosra, & omnei ciuitates eius erunt in solitudines sempiternas. <sup>f</sup> Auditum audiui à domino, & legatus ad gentes missus sum. Congregamini, & venite contra eam, & <sup>7</sup> confurgamus ] in prælium. Ecce enim paruulum dedi te in gentibus, contemptibilem inter homines. Arrogantia tua decepit te, & superbia cordis tui, qui habitas in cauernis petrar, <sup>8</sup> & <sup>8</sup> apprehendere niteris ] altitudinem collis. Cum exaltaueris quasi aquila nidum tuum, inde detraham te, dicit dominus. <sup>9</sup> Et erit Idumæa deserta, <sup>1</sup> Omnis qui transibit per eam stupebit, & sibilabit super omnes plagas eius; <sup>1</sup> sicut subuersa est Sodoma & Gomorrhæ, & vicinar eius, ait dominus. Non habitabit ibi vir, & non incolet eam filius hominis. Ecce quasi leo ascendet de superbia Iordanis <sup>2</sup> ad pulchritudinem robustam, ] <sup>1o</sup> quia subito ] currere faciam eum ad illam. <sup>f</sup> Et quis erit electus quem præponam ei? Quis est similis mei? Et quis <sup>11</sup> sustinebit me? ] <sup>†</sup> Et quis est iste pastor, qui resistat vultui meo? Propterea audite consilium domini quod iniit de Edom, & cogitationes eius quas cogitauit de habitatoribus Theman. Si non deiecerint eos paruuli gregis, nisi dissipauerint cum eis habitaculum eorum: A voce ruinæ eorum commota est terra, clamor in mari rubro auditus est vocis eius. <sup>9</sup> Ecce quasi aquila ascendet, & euolabit, & expandet alas suas super Bosram. Et erit cor fortium Idumææ in die illa quasi cor mu-

i. Recte cor Moab cordi comparatur mulieris parturientis: quia de magna luxuria ad magnam penuriam tristitiam: etiam cessauit esse populus: quia superbum in sua potentia contra dominum est gloriatus. Vnde pauor mentis & fouea deceptionis, & laqueus captiuitatis eum comprehendit. Rabanus. ibidem.  
k. Hesebon enim erat ciuitas fortis, propter quod multi ne caperentur à Chaldeis confugerant ad eam, vt ibi quasi in umbra proceperunt: propter quod Nabuchodonosor iratus illam succendit, & similiter Seon, ad quam similiter aliqui confugerant propter eius fortitudinem. De Lira. ibidem. j.  
20. Propter vim.  
21. Fines.

A



† Abdie 1. a  
Isa. 47. c  
Abdie. 1. b.

† Sup. 18. c  
19. c  
Infr. 50. e  
† Gene. 19. a

† Job. 41. a

a. Ammon filius Loth ex filia sua iunior, de quo Genes. 19. A quo Ammonita gens Atabiz. Petreæ. Moabit enim septentrionalior ab ortu habet Idumæos super Asphaliten vsque protensa. Amorrhæos quosdam habebat ad occidentem, deinceps duas tribus Gad & Ruben, & dimidium tribum Manasse habuit. Successu autem temporis à Pholemeo Philadelpho sub iugata, & ab illo Philadelpia nuncupata hætenus nomen retinet.  
b. Rex eorum, & infra.  
c. Theman ciuitas montis Seir regia principum Edom: Gabæna, regionis, procul à Petra vrbis 1200. pass.  
d. Corrupta.  
e. Hoc est. Si fures & latrones, qui nocte domos suffodere consueverunt, & rapere que in domibus sunt, introissent ad te, & absconditi tenebris circumissent domus tuæ angulos, vtique hoc tulissent quod tibi putabatur posse sufficere, & aliquid in adib, vel per fatieram, vel per ignorantiam seliquissent. & vindemiatores introissent vineæ tuæ, & eam vel hostiliter vastate, vel à te conducti demerere cuperent: quamuis diliges eorum tulisset vindemia, tamen racemos vicibus solisque estatos inter palmas reliquissent. Hæc verba tui & Chaldei inquam, omnia lustrabunt, nihilque tibi penitus relinquunt: Hæc in Abdiam.  
f. Vastatum quod opus esse, illis.  
g. Nonne innocens & immunis eris?  
h. Confurgite.  
i. Altitudine collis, i. Indebiti tibi honoris: sed magis deiciaris, ideo subdit. Cum exaltaeris quasi aquila nidum tuum, De Lira. ibidem. j.  
k. A.prehendit.  
l. Ad habitaculum forte.  
m. Ecce enim quiescere fecero: s. igitur sicut dominus castigauit superbiam Iudæorum, quos Iordanis nomine vocat, ita etiam & Idumæorum perfidiam atque inuidiam quam exercebant inter fratres suos per ministros iræ suæ plene vindicta corripiet, nec est vltus qui eius consilio ac voluntati resistere possit. Rabanus ibidem.  
n. Prescribet mihi tempus.

g. Nōmina sunt ciuitatum Sy-  
ria, quæ auditum pessimum au-  
dierunt scilicet captiōnem Da-  
masci, quæ erat metropolis Sy-  
ria. De Lyra ibidem.]  
h. Damascus urbs insignis est,  
atque omnium quæ in ea sunt  
regione nobilissima, in parte  
Nephtalim: iure dicitur circi-  
ter duodecim ab Ierosolyma di-  
stans. Sita in agro fertilis, aquis  
limpidissimis illustrata, fluvio  
Farkat præter labete ditata. Vn-  
de Syroium sedes regalis sēper  
fuit, atque adeo principatum re-  
nuit, vt post eam Syriæ pars non  
modica Damascena cognomi-  
natur. Procul ab vrbe ad primū  
lapidem locus ostenditur, vbi  
Paulus consternatus nimis spi-  
rare desit, indeque ad Anania  
domum ductus intra muros, ex-  
pelleatore Christiane fidei  
propugnator egregius repento  
factus est.  
i. Non est derelicta ciuitas lau-  
di, vrbis laticæ mee.  
ii. Nullas habent portar, neque  
vestes quæ hostem arceant, sed  
habitāt spatium in solitudine,  
de bello ac rebus bellicis, ne co-  
gitantes quidem. Quare & nul-  
lo labore camelū eorum vobis  
cessuri sunt in prædam & multi-  
llorum pecora vobis cedent in  
rapinam. Tolozius.]  
aj. Exultantes in angulo, sub-  
mundi.  
k. Elam esse Hieronymo, est re-  
gio Persidis, vnde & Elamitæ nū-  
cupantur, qui despicentes siue  
tenentes interpretantur. Raba-  
nus, ibidem.  
l. Principium fortitudinis.  
l. Id est, aduersarius à quatuor  
ventis & finibus terre, l. yca  
Nuit enim. Nilus hominis an-  
gelos suos à quatuor ventis cœ-  
li, vt colligant omnia scandala  
de regno eius. Glōsa ordina. ex  
Matr. 2. 4. cap.  
m. Elam est regio Persidis, in-  
terpretantur despicentes vel istant;  
& significat persecutores ecclē-  
siae superbos. Arcus eorum est  
lingua blasphema, in nouissi-  
mis diebus silio perditionis in  
medio sublato, reuerti faciet re-  
liquias hæreticorum, & infide-  
lium omnium. Lotie. ibidem.]

lieris parturientis. Ad Damascum. Confusa est Emath & Arphad, quia auditum pes-  
simum audierunt. Turbati sunt in mari, præ solitudine quietere non potuit. Dissol-  
uta est Damascus, versa est in fugam, tremor apprehendit eam. Angustia & dolores  
tenuerunt eam, quasi parturientem. Quomodo dereliquerunt ciuitatem laudabi-  
lem, vrbem laticæ? Idem cadent iuuenes eius in platéis eius, & omnes viri prælij con-  
ticescent in die illa, ait dominus exercituum. Et succendam ignem in muro Damasci,  
& deuorabit incenia Benadab. Ad Cedar & ad regna Hasor, quæ percussit Nabucho-  
donosor Rex Babylonis, hæc dicit dominus: Surgite, & ascendite ad Cedar, & vastate  
filios orientis. Tabernacula eorum & greges eorum capient, pelles eorum & omnia  
vasa eorum, & camelos eorum tollent sibi, & vocabunt super eos formidinem in cir-  
cuitu eius. Fugire, abite vehementer, in voraginibus sedete qui habitatis Hasor, ait do-  
minus. Iniit enim contra vos Nabuchodonosor Rex Babylonis consilium, & cogita-  
uit aduersus vos cogitationes. Consurgete & ascendite ad gentem quietam, & habi-  
tantem confidenter, ait dominus. Non ostia nec vestes eis: soli habitabunt. Et erūt ca-  
meli eorum in direptionem, & multitudo iumentorum in prædam. Et dispergam eos  
in omnem ventum: qui sunt attonsi in comam, & ex omni confinio eorum addu-  
cam interitum super eos, ait dominus. Et erit Hasor in habitaculum draconum, deserta  
vsque in æternum. Non manebit ibi vir, nec incolet eam filius hominis. Quod fa-  
ctum est verbum domini ad Ieremiam Prophetam aduersus Elam in principio re-  
gni Sedechiæ regis Iuda, dicens: Hæc dicit dominus exercituum: Ecce ego confrin-  
gam arcum Elam: & sumam fortitudinem eorum, & inducam super Elam quatuor  
ventos à quatuor plagis cœli, & ventilabo eos in omnes ventos istos, & non erit  
gens ad quam non perueniant profugi Elam. Et pauere faciam Elam coram inimicis  
suis, & in conspectu quærentium animam eorum. Et adducam super eos malum, iram  
furoris mei, dicit dominus. Et mittam post eos gladium, donec consumam eos, & po-  
nam solum meum in Elam, & perdam inde Reges & principes, ait dominus. In nouis-  
simis autem diebus reuerti faciam captiuos Elam, dicit dominus.

*Dominatrix omnium nationum Babylon, post ceteras à se subiectas à Persis &  
Medis destruetur.*

L.

a. Quomodo à Medis & Persis  
vrbs Babylon subiecta sic hilio-  
ria prouidit & libri prophetarū  
non tacent, vt infra patebit. ex  
Xenophonte. Raba. ibid.



b. Merodach cum. 12. annos in  
Babylone regnauer, omnem Af-  
syciorum potentiam ad Chal-  
dæos transfudit: & ibidem postea  
regnavit annis. 46. In de regnū  
Babylonia hic Propheta vocat  
Merodach, quod primū in ipso  
excellisset, & illud in imperiū  
erexisset, donec Cyrus occiso re-  
ge Balchazar regnum illud de-  
struxisset, & transfuisset ad Per-  
sas & Medos.

c. Constricta.  
Cyrus Babylonem obsidens  
fossas fecit, in quas Euphratem  
deriuare. Ac quoniam audisset  
fessum esse Babylone: in quo  
Babyloni omnes vniuersam no-  
ctem bibunt, & laetiui caemi-  
nibus salrationibusque indul-  
gent: cum primum hæc nocte  
tenebræ siccæ sunt, acceptis mul-  
tis hominibus aperitis fossas que  
tendebant ad flumen. Quod vbi  
factum est, aqua in fossas nocte  
ecclēstie, alius autem fluminis  
qui tendebat per vrbem, roldi-  
tus est hominibus perambulabilis,  
& ita per siccam vrbem ingressi  
illam cepērūt, Balchazar regem  
occiderunt, iuxta Danielis præ-  
sagium Danie. 5. Xenophon in  
pædia. Cyril lib. 7.  
a. Exultabit quoniam gaude-  
bit.

Verbum quod locutus est dominus de Babylone & de terra Chaldæorum  
in manu Ieremiæ Prophetæ. Annuntiate in gentibus, & auditum facite.  
Leuate signum, prædicate, & nolite celare, Dicit: Capta est Babylon, con-  
fusus est Bel, victus est Morodach. Confusa sunt omnia sculptilia eo-  
rum, superata sunt idola eorum. Quoniam ascendet contra eam gens ab aquilone,  
quæ ponet terram eius in solitudinem, & non erit qui habitet in ea ab homine vsque  
ad pecus. Et moti sunt, & abierunt. In diebus illis & in tempore illo ait dominus: ven-  
ient filii Israel, ipsi & filii Iuda simul. Ambulantes & flentes properabunt, & domi-  
num deum suum quærent. In Sion interrogabunt viam, huc facies eorum venient: &  
apponentur ad dominum fœdere sempiterno, quod nulla obliuione delebitur. Grex  
perditus factus est populus meus, pastores eorum seduxerunt eos, feceruntque vagari  
in montibus. De monte in collem transferunt, oblitus sunt cubilis sui. Omnes qui in-  
uenerunt, comederunt eos, & hostes eorum dixerunt: Non peccauimus, pro eo quod  
peccauerunt domino decori iustitiæ: & expectationi patrum eorum domino. Recedite  
de medio Babylonis, & de terra Chaldæorum egredimini, & estote quasi hædi  
ante gregem. Quoniam ecce ego suscitabo & adducam in Babylonem congregationem  
gentium magnarum de terra aquilonis, & præparabuntur aduersus eam, &  
inde capietur. Sagitta eius quasi viri fortis iutersectoris, non reuertetur vacua. Et erit  
Chaldæa in prædam, omnes vastantes eam replebuntur, ait dominus. Quoniam  
exultatis & magna loquimini, diripientes hæreditatem meam, quoniam effusi es-  
tis sicut vituli super herbam, & mugitis sicut tauri. Confusa est mater vestra nimis,  
& ad-

16. q. 4. cap.  
Sciendum.

<sup>3</sup> & adæquata pulveri, quæ genuit vos. <sup>d</sup>] Ecce nouissima erit in gētibus, deserta, inuia, & arens. Ab ira domini non inhabitabitur, sed redigetur tota in solitudinem. <sup>†</sup> & Omnis qui transibit per Babylonem, stupebit & sibilabit super vniuersis plagis eius. Præparamini contra Babylonem per circuitum. Omnes qui intenditis arcum, debellate eam, nō parcatis iaculis, quia domino peccauit. Clamate aduersus eam. <sup>†</sup> Vbique dedit manum. \* Ceciderunt fundamenta eius, destructi sunt muri eius, quoniam ultio domini est. Vltionem accipite de ea: Sicut fecit, facite ei. Dispergite satorem de Babylone, & tenentem falcem in tempore messis: a facie gladii <sup>4</sup> columbæ, ] vnusquisque ad populum suum conuertetur, & singuli ad terram suam fugient. Grex dispersus Israel: leones eiecerunt eum. Primus comēdit eum Rex Assur, <sup>5</sup> iste nouissimus exossauit eum Nabuchodonosor Rex Babylonis. Propterea hæc dicit dominus exercituum deus Israel: Ecce ego visitabo Regem Babylonis & terram eius, sicut visitauit Regem Assur & reducam Israel ad habitaculum suum. <sup>6</sup> Et pascetur Carmelus, & Basan, & in monte Ephraim & Galaad saturabitur anima eius. In diebus illis & in tempore illo ait dominus: quæretur iniquitas: Israel, & non erit: & peccatum Iuda, & nō inuenietur: quoniam propitius ero eis quos reliquero. Super terram <sup>7</sup> dominantium] ascende, & super habitatores eius visita. Dissipa & interfice quæ post eos sunt, ait dominus: & fac iuxta omnia quæ præcepi tibi. Vox belli in terra, & contritio magna. <sup>8</sup> Quomodo cōfractus est & contritus malleus vniuersæ terræ: Quomodo versa est desertum Babylon in gentibus: Illaqueauit te & capta es Babylon & nesciebas, inuenta es & apprehensa, quoniā dominum prouocasti. Aperuit dominus thesaurum suum, & protulit vasa iræ suæ quoniam opus est domino deo exercituum in terra Chaldæorum. Venite ad eam <sup>9</sup> ab extremis terræ sinibus, aperite vt exeant qui conculcent eam. Tollite de via lapides, & redigite in aceros, ] & interficite eam, nec sit quicquam reliquum. <sup>10</sup> Dissipate vniuersos fortes eius, descendant in occisionem. Væ eis, quia venit dies eorum, tempus visitationis eorum, Vox fugientium, & eorum qui euaserunt de terra Babylonis, vt annuntient in Sion vltionem domini dei nostri, vltionem templi eius. <sup>11</sup> Annuntiate in Babylonem plurimis omnibus] qui tendunt arcum. Consistite aduersus eam per gyrum, & nullus euadat, <sup>12</sup> Reddite ei secundum opus suum, iuxta omnia quæ fecit facite illi, quia contra dominum erecta est, aduersum sanctum Israel. Idcirco cadent iuvenes eius, in platéis eius, & omnes viri bellatores eius conticescent in die illa, ait dominus. Ecce ego ad te superbe, dicit dominus deus exercituum, quia veniet dies tuus, tempus visitationis tuæ. Et cadet superbus & corruet, & non erit qui suscitet eum. Et succendam ignem in vrbibus eius, & deuorabit omnia in circuitu eius. Hæc dicit dominus exercituum: Calumniam sustinent Elia Israel & filii Iuda simul. <sup>13</sup> Omnes qui cœperunt eos, tenent, nolunt dimittere eos. Redemptor eorum fortis, dominus exercituum nomen eius. Iudicio defendet causam eorum, vt exterreat terram, & commoueat habitatores Babylonis. Gladius ad Chaldæos, ait dominus, & ad habitatores Babylonis, & ad principes & ad sapientes eius. Gladius ad diuinos eius, qui stulti erunt. Gladius ad fortes illius, qui timebunt. Gladius ad equos eius, & ad currus eius, & ad omne vulgus eius quod est in medio eius, & erunt quasi mulieres. <sup>14</sup> Gladius ad thesauros eius, qui diripientur. Siccitas super aquas eius erit, & arescent, quia terra sculptilium est: & in portantis gloriantur. Propterea habitabunt dracones cum fatuis ficariis, & habitabunt in ea struthiones. Et non inhabitabitur vltra vsque in sempiternum, nec extructur vsque ad generationem & generationem. <sup>†</sup> Sicut subuertit dominus Sodomam & Gomorram & vicinas eius, ait dominus. Non habitabit ibi vir, & non incolet eam filius hominis. <sup>15</sup> Ecce populus veniet ab aquilone, & gēs magna & Reges magni cōsurgent a sinibus terre. Arcum & scutum apprehendent, crudeles sunt & immiseri cordes. Vox eorum quasi mare sonabit, & super equos ascendent, sicut vir paratus ad prælium contra te filiam Babylon. Audiuit Rex Babylonis famam eorum, & dissolute sunt manus eius. Angustia apprehendit eum, dolor quasi parturientem. Ecce quasi leo ascendet de superbia Iordanis <sup>16</sup> ad pulchritudinem robustam, quia subito]

† Sup. 18. c  
19. c. & 48. c

Infr. eodem

D

E

F

G

† Gene. 19. c  
Isa. 13. d.  
Sap. 15. d

3. Erubuit genitrix vestra.  
[d. Tropologni. In fine mundi à morte cuiusque, omnis gloria & superbia Chaldæorum, & cōfusio mundi recedet à nobis, & ita omnia subuertentur, sicut subuertit deus Sodomam & Gomorram. nec vltra voluimus vel mundi finem esse statum. Glosi ordinaria. ibidem.]  
\* Per circuitum,  
\* Suam.

e. Hoc est, ob nimiam ferocitatem ac eadem Babyloni regis qui columba forte nunciatur ob stoliditatem, seu veram sapientiam defectum, præsertim in idolatria apparentem. Dion. ibid. 4. Grassantis.  
ff. Qui destruxit Ierusalem & templum domini ubi erat fortitudo populi temporaliter & spiritaliter, sicut corporis est in ossibus. Propter ea ego visitabo regem Babylonis, debitam illi penam inferendo. De Lyra. ibidem.]  
5. Exasperantium, sive rebellantium.

g. Nam quia appellatione mallei antiquus hostis exprimitur, proph. era restatur, est super eum vim extremi iudicii contemplantur, dicens: Quomodo contractus est, & contritus malleus vniuersæ terræ? Ac si diceret: Et per quem vasa sua dominus in ministris vsum formanda percussit, quis perpendat quo turbine veniente extremo iudicio, in arena damnatione confragit? Cirgo. Moral. lib. 34. cap. 7.  
6. Cum venerit finis eius referat thesar eius, calcant super eam sicut calcant super aceros.  
7. Conuocate contra babel multos.

h. Retribuere illi secundum operi eius. Secundum omnia quæ fecit facite ei, qui domino resistit, & aduersum sanctum deum Israel. Quod habes in te cogitationes nequam resistentes patri, & veræ fidei, habes in te habylonios: sed fac vindictam, & interfice omnes peccatores terre, qui in te sunt babylonios vt postea mandatus Ierusalem trans gredi euacuem dei, in Christo Iesu. Origenes. ibidem.  
i. Liberacionem Iudæorum ferunt verbo ille proloquitur: Iuxta litteram, mysterium vero catholicis promittit omnia in bonum prouentura. Resit in sine capitis rursus ad deuastrationem Chaldæorum explicat per quos sunt delendi, nempe per Perfas & Medos: Ibi Ecce populus veniet ab Aquilone. Loricatus.  
k. Quia virtute belli obtinuerit Perse & Medi omnes babylonis diuitias, nec obstat quod dominus per Ithiam ait: Ecce ego suscitabo super eos Medos qui argentum non quarant, nec aurum velint. Nepe hoc dicitur quod principaliter querebant Chaldæorum interitum, & babylonis ruinam. Dion. ibid.  
l. Hic ponitur destructum editio & primo ex regione, secundo ex statuta. Homines enim Aquilonares sunt maioris corporis quam Australes, tertio à multitudine, ibi & reges multo ab animositate & crudelitate cum dicitur Arcum & scutum. Quæso enim homines sunt magis Aquilonares, tanto plus habent de sanguine, & sunt magis animosi & iracundi. De Lyra. ibidem.]  
8. Ad habitaculum forte, & eum quiescere fecero.

Z ij



currere faciam eum ad illam. Et quis erit electus quem proponam ei? Quis enim similis mei, & quis sustinebit me? Et quis est iste pastor qui resistat vultui meo? Propterea audite consilium domini quod mente concepit aduersum Babylonem, & cogitationes eius quas cogitauit super terra Chaldaeorum. Nisi detraxerint eos paruuli gregum, nisi dissipatum fuerit cum ipsis habitaculum eorum. A voce captiuitatis Babylonis commota est terra, & clamor inter gentes auditus est.

1 Job. 41. 2.

9. Praferibet mihi tempus.

m. Cogitationes dei dicuntur etiam in scripturis sanctis, sed eo locutionis modo, quo ibi & o. huiusmodi dei dicitur, que vniuersae ad proprietatem in deo nulla est. Aug. d. Trinit. lib. 15.

Mala imminencia Babylonis & incolis eius super Idola sua.

L I.

[ a. Denasationem eam parabolice nunc praedicat. Dicit enim parabolas detribit, altera de vento pestilentiae, altera de Jecis aurei Babylonis in manu Domini. Parabolis virtus ut no. his attentionem ingereret parabolis enim in loco praedicti nihil est effectus. Locus ibi. 1. Disij. autem. 2. Et non aduersus eam vndeque in die mala. b. Hoc est, Sagittarum & armati, seu loricatorum Babylonii contra Medos & Persas resistere non valebunt, nec iacula mittere atque conturbare. Dionys. ibid. 3. Confusio in plateis. 4. Propter sanctum. 5. Ne disperdamini propter. c. Calix ergo aureus contutus est, quia babilon contrita est, quae est calix aureus. Sed quantum ad se rades & precium, in domini & ipsa est potestate. Denique diuina indignatione conturbitur. Ambros. de Liba ca. 15. d. Infamietur gens. e. Mens vitis dedit corruptio nis verba audit, flagella percipit & tamen ad recta saluta iocunda redire contemnit. Grego. Pastoral part. 1. Admo. 14. 7. Expolite sagittas, & congregate fenu. f. Sequitur dictionum paraboliarum explanatio. Prima parabola significabat exercitum Medorum & Periarum Babyloniam destruentem. hoc autem fuit maxime per artem sagittandi, & ideo explanans modum destructionis, dicit. Acuite sagittas, & c. De 1. ysa. ibidem. 8. Constituite. 9. Finis auaritia. f. Et nos igitur in nostra terra necessariam habemus tortuositatem dei, quia absque ea impossibile est exequi nobis id quod eam repugnat. Hieron. de trib. vltur. g. Nubes enim prophetas accipiebant scriptura testatur, dicit: Mandauit nubibus meis ne pluuia super eam pluuia. Sequitur: Fulgura in glauiam fecit. Praedictiones itaque prophetae sunt fulgura sunt eum percuteunt inimicos: pluuia, cum deuotos & peccatis diluunt, & iherusa eis sicutis infundunt, vnde spiritu germinant fructus, & in maturam messem domino prestante coalescant. Rabanus, ibidem. h. Ceterum tu Babylone ut malens quoniam tu miseres, & vni instrumentum bellicum, debellabis ille qui me spernit accedendum. Per te contundo gentes mihi immorigeras, & deperdo regna contra me, aut meos infurgentia. i. Ita apud Iudaeos haec erat sanctitas, ut idolorum leges abicerent, & pul nos autem, ut sancti sint inquit, & corpore & spiritu pacem prosequimini & sanctificationem, sine qua nemo videt hunc, & perficientes sanctificationem in timore dei. Vides hanc esse sanctificationem quod interius seus radicem habet & fontem? Non enim hoc nomen sanctus, in omnibus eadem habet significationem. Nam & deus sanctus dicitur, sed non quem admodum nos. Chrys. in 1. cap. Joan. homil. 11. 10. Insuper contra eam principem. k. Bruchos horripilantes.



Ecce dicit dominus: Ecce ego suscitabo super Babylonem & super habitatores eius, qui cor suum leuauerunt contra me, quasi ventum pestilentem, & mittam in Babylonem ventilatores, & ventilabunt eam. Et demolientur terram eius, quoniam venerunt super eam vndique in die afflictionis eius. Non tendat qui tendit arcum suum, & non ascendat loricatorum. Nolite parcere iuuenibus eius, interficite omnem malitiam eius. Et cadent interfecti in terra Chaldaeorum, vulnerati in regionibus eius. Quoniam non fuit viduatus Israel, & Iuda a domino deo suo domino exercituum. Terra autem eorum repleta est delicto a sancto Israel, Fugite de medio Babylonis, ut saluet vnusquisque animam suam. Nolite tacere super iniquitatem eius, quoniam tempus ultionis eius est a domino, vicissitudinem ipse retribuet ei. Calix aureus Babylon in manu domini, inebrians omnem terram. De vino eius biberunt gentes, & ideo commota sunt. Subito cecidit Babylon, & contrita est. Vlulate super eam, tollite resinam ad dolorem eius, si forte sanetur. Curauimus Babylonem, & non est sanata. Derelinquamus eam, & eamus vnusquisque in terram suam. Quoniam peruenerit vsque ad caelos iudicium eius, & eleuatum est vsque ad nubes. Protulit dominus iustitias nostras, venite & narremus in Sion opus domini dei nostri. Acuite sagittas, & implete pharetras. Suscitauit dominus spiritum Regum Medorum, & contra Babylonem mens eius est, ut perdat eam. Quoniam ultio domini est, ultio templi sui. Super muros Babylonis leuate signum, augete custodiam. Leuate custodes, praeparate insidias, quia cogitauit dominus, & fecit quaecunque locutus est contra habitatores Babylonis. Quae habitas super aquas multas locuples in thesauris, venit finis tuus pedalis praecisionis tuae. Iurauit dominus exercituum per animam suam, quoniam replebo te hominibus quasi bruchis, & super te celeuma cantabitur. Qui fecit terram in fortitudine sua, praeparauit orbem in sapientia sua, & prudentia sua extendit caelos. Dante eo voces, multiplicentur aquae in caelo. Qui leuat nubes ab extremo terrae: fulgura in pluuiam fecit, & produxit ventos de thesauris suis. Stultus factus est omnis homo a scientia confusus est omnis conflator in sculptili. Quia mendax est conflatio eius, nec est spiritus in eis. Vana sunt opera & risu digna, in tempore visitationis suae peribunt. Non sicut haec pars Iacob. Quia qui fecit omnia ipse est, & Israel sceptrum hereditatis eius, dominus exercituum nomen eius. Collidis tu mihi vasa belli, & ego collidam in te gentes, & disperdam in te regna. Collidam in te equum & equitem eius, & collidam in te currum & ascensorem eius, & collidam in te virum & mulierem. Et collidam in te semen & puerum, & collidam in te iuuenem & virginem. Et collidam in te pastorem & gregem eius, & collidam in te agricolam & iugales eius. Et collidam in te duces & magistratus, & reddam Babylonem & cunctis habitatoribus Chaldaeorum omne malum suum quod fecerunt in Sion in oculis vestris. ait dominus. Ecce ego ad te mons pestifer, ait dominus, qui corrumpis vniuersam terram. Et extendam manum meam super te, & euoluam te de petris, & dabo te in montem combustionis. Et non tollam de te lapidem in angulum, & lapidem in fundamenta, sed perditus in aeternum eris, ait dominus. Leuate signum in terra, clangite buccina in montibus. Sanctificate super eam gentes, annuntiate contra illam Regibus Ararath, Menni & Escenez, numerate contra eam Tapfar. Adducite equum quasi bruchum aculeatum. Sanctificate contra eam gentes, Reges Mediae, duces eius, & vniuersos magistratus eius, cunctamque

A

1 Isa. 21. 2. Apoc. 1. 2. 1 ibidem.

B

1 Amos. 6. 4

1 Sup. 10. b

1 Psal. 134

C

que

**D** que terram potestatis eius. <sup>8</sup> Et commouebitur terra & conturbabitur, quia euigilauit contra Babylonem cogitatio domini, vt ponat terram Babylonis desertam & inhabitabilem. <sup>9</sup> Cessauerunt fortes Babylonis a praelio, habitauerunt in praesidiis. Deuortum est robur eorum, & facti sunt quasi mulieres. <sup>1</sup> Incensa sunt tabernacula eius, contriti sunt vestes eius, Currens obuiam currenti veniet, & nuntius obuius nuntianti, vt annuntiet Regi Babylonis, quia capta est ciuitas eius <sup>12</sup> a summo vsque ad summum,] & vada praecoccupata sunt. Et paludes incensa sunt igni, & viri bellatores conturbati sunt: quia haec dicit dominus exercituum deus Israel: Filia Babylonis quasi areia, tempus triturae eius. Adhuc modicum: & veniet tempus messonis eius. <sup>13</sup> Comedit me, deuorauit me Nabuchodonosor Rex Babylonis. Reddidit me quasi vas inane. Absorbuit me quasi draco, repleuit ventrem suum teneritudine mea, & eiecit me. Iniquitas aduersum me, & caro mea super Babylonem, dicit habitatio Sion, & sanguis meus super habitatores Chaldaea, dicit Ierusalem. Propterea haec dicit dominus: <sup>14</sup> Ecce ego <sup>15</sup> iudicabo causam tuam, ] & vliscar vltionem tuam. <sup>o</sup> Et desertum faciam mare eius, & siccabo venam eius. Et erit Babylon in tumulos, habitatio draconum, stupor, & sibilus, eo quod non sit habitator. Simul vt leones rugient, & excutient comas veluti catuli leonum, <sup>8</sup> In calore eorum ponam <sup>14</sup> potus ] eorum, & inebriabo eos, vt <sup>15</sup> sopiantur ] & dormiant somnum sempiternum, & non confurgant, dicit dominus. Deducam eos quasi agnos ad victimam, & quasi arietes cum haedis. <sup>9</sup> Quomodo capta est Sefach, & comprehensa est <sup>16</sup> incluta ] vniuersa terra: Quomodo facta est in stuporem Babylon inter gentes? Et ascendit super Babylonem mare, multitudine fluctuum eius operata est. Factae sunt ciuitates eius in stuporem, terra inhabitabilis & deserta, terra in qua nullus habitet, nec transeat per eam filius hominis. Et visitabo super Bel in Babylone, & eiiciam quod absorbuerat de ore eius, & non confluent ad eam vltra gentes. Siquidem & murus Babylonis corruet. <sup>1</sup> Egredimini de medio eius populus meus, vt saluet vnusquisque animam suam ab ira furoris domini. Et ne forte mollescat cor vestrum, & timeatis auditum qui audietur in terra. Et veniet in anno auditio, & post hunc annum auditio & iniquitas in terra, & dominator super dominatorem. Propterea ecce dies veniunt, & visitabo super sculptilia Babylonis, & omnis terra eius confundetur, & vniuersi interfecti eius cadent in medio eius. Et laudabunt super Babylonem caeli & terra, & omnia <sup>2</sup> quae in eis sunt, quia ab aquilone venient ei praedones, ait dominus. <sup>3</sup> Et quomodo fecit Babylon vt caderent occisi in Israel, <sup>17</sup> sic de Babylone cadent occisi in vniuersa terra. ] <sup>1</sup> Qui fugistis gladium, venite, nolite stare. Recordamini procul domini, & Ierusalem ascendat super cor vestrum. Confusi sumus, quoniam audiuimus opprobrium. Operuit ignominia facies nostras, quoniam venerunt alieni super sanctificationem domus domini. <sup>2</sup> Propterea ecce dies veniunt, ait dominus, & visitabo super sculptilia eius, & in omni terra eius mugiet vulneratus. Si ascenderit Babylon in caelum, & firmauerit in excelsis robur suum, ad me venient vastatores eius, ait dominus. Vox clamoris de Babylone, & contritio magna de terra Chaldaeorum, quoniam vastauit dominus Babylonem, & perdidit ex ea vocem magnam, & sonabunt fluctus eorum quasi aquae multae. Dedit sonitum vox eorum, quia venit super eam, id est, super Babylonem praedo. Et apprehensi sunt fortes eius, & <sup>18</sup> emarcuit ] arcus eorum, quia fortis vltor dominus reddens retribuet. Et inebriabo principes eius, & sapientes eius, duces eius, & magistratus eius, & fortes eius. <sup>4</sup> Et dormient somnum sempiternum, & non expergiscuntur, ait Rex, dominus exercituum nomen eius <sup>5</sup> Haec dicit dominus exercituum: Murus Babylonis ille latissimus suffossione suffodiatur, & portae eius excelsae igne comburentur, & labores populorum ad nihilum & gentium in ignem erunt, & disperibunt. <sup>1</sup> Verbum quod precepit Ieremias Propheta Saraie filio Nerie filij Maasie, cum pergeret cum Sedechia Rege in Babylonem, in anno quarto regni eius. Saraias autem erat princeps <sup>19</sup> prophetie. ] Et scripsit Ieremias omne malum quod venturum erat super Babylonem in libro vno, om-

11. Veniente Cyro & Dario cessauit robur Babylonis, & principum eius. Gloia ordinaria. Victoriam enim facerent virtute diuina, & ideo ipsa terrae, non solum cessauerunt a victoria sed etiam tuerent deuicti ab alijs. Et ideo subditur. Et facti sunt quasi mulieres que sunt imbelles. De Lira. ibidem.]  
12. Habacula Babylonis contremabuntur, & vestes portatae eius confurgentur. Occurte et eulcor eulcori & nuncio nuncio, ad nunciandum regi Babylonis captam esse ipsius urbem. Tofarius ibidem.]  
13. Ab extemitate.  
14. Hoc est, populum Ierusalem varijs modis consumpsit, ac spoliavit, & ciuitatem reddidit inaneam & inhabitabilem. Dion. ibidem.  
15. Hoc loco diuinam vates declarat iustitiam aduersus omnes superbos & tyrannos. Pharaoni ait: Glorificabor in te, quod etiam hoc loco dicit. Lotichius.]  
16. Contendo in causa tua.  
17. Persequum est quod desertum mare Babylon appellatur: Mars autem propter multitudinem inhabitantium dicitur: quum dominus per exercituum Melord & Periarum, quos hic leonibus comparat & catulis leonum, destruxit, & redegit in tumulos arenarum, vt postmodum fieret habitatio draconum, & stupor & sibilus videntium Kabanus, ibidem.  
18. Coniuria.  
19. Exultent.  
20. Sefach byssus facie, vel manus facie interpretatur, sicut Babylon conuulsa capta est ergo Sefach, & in honore facta est Babylon: quia idololatres & inuisi vitijs sentientes fluctibus futuri iudicij subuertentur: & sero penitentem cum Bel, qui interpretatur ventus, cum antiquo hoste confessionem in infernum parientur perpetuam. Gloia ordinaria.]  
21. Latus.  
22. Quodni periclitetur castitas in delictis, humilitas in diuitiis, pietas in negotijs, veritas in multiloquio, charitas in hoc seculo nequam! Fugite de medio Babylonis, fugite & saluate animas vestras. Ceuolate ad verbes refugit, vbi possitis & de praeteritis agere penitentiam, & in presentibus obijete gratiam, & futurum gloriam fiducialiter praesertiam. Bernar. de conuersione ad clericos. 30.  
23. Etiam propter babel ceciderunt interfecti vniuersa terra.  
24. Sermo ad Iudaeos dirigitur, qui Chaldaeorum gladium eundem potuerunt: quoniam destruxit Babylonem reuerturi sunt in terram suam: quoniam dominus Ierusalem sibi in habitacionem elegit, in qua suos elegit cultores Iudaeos Dionys. ibidem.  
25. Haec omnia ruinae pestiferae pronuntiant ciuitatis, quam diabolus ab initio costruxit: & per quam contra ciuitatem dei sedulo pugnavit, quod eruit de morte sanctis & electis dei, impleta ciuitas in aeternum supplicium demergatur. Raba. ibidem.  
26. Contriti sunt.  
27. Sedechias ad Nabuchodonosor Regem profectus est in Babylonem pacifice 4. anno regni eius, vt eis ferret eamiam, & de quibusdam secum traferet ac responderet. Saraias autem erat princeps prophetie, quod quidam exponedo affirmant, quod fuit inter Leuitas. diuina preconiatio, psalmos & vaticinia prophetarum in templo canentes principibus, vel princeps prophetiae vocatur, tanquam principum executor prophetiae sermonis in sibi commissis. Dionys. ibidem.  
28. Quiescit.

† psal. 75. a.

nia verba hæc quæ scripta sunt cōtra Babylonem. Et dixit Ieremias ad Saraïam: Cum veneris in Babylonem, & videris & legeris omnia verba hæc, dices: Domine, tu locutus es contra locum istum, vt disperderes eum, ne sit qui in eo habitet, ab homine vsque ad pecus, & vt sit perpetua solitudo. Cūque compleueris legere librum istum, ligabis ad eum lapidē, & proiicies illum in medium Euphratē, & dices: Sic submergetur Babylon, & non confurget à facie afflictionis, quam ego adduco super eam, & dissoluetur. Hucusque verba Ieremiæ.

Ierusalem capitur, templum spoliatur, Sedechias excæcatur, & Ioachim à carcere liberato cibaria à Rege constituuntur. LII.



**N** Ilius viginti & vnus anni erat Sedechias cū regnare cœpisset, & vndecim annis regnavit in Ierusalem. Et nomē matris eius Amithal, filia Ieremiæ de Lobna. Et fecit malum in oculis domini iuxta omnia quæ fecerat Ioachim quoniam furor domini erat in Ierusalem, & in Iuda, vsquequo proiiceret eos à facie sua. Et recessit Sedechias à rege Babylonis. Factum est autem in anno nono regni eius in mense decimo, decima die mensis, vênit Nabuchodonosor Rex Babylonis, ipse & omnis exercitus eius aduersus Ierusalem, & obsederunt eam, & ædificauerunt contra eam munitiones in circuitu, & fuit ciuitas obsessa vsque ad vndecimum annum regni Sedechiæ. Mense autem quarto, nona die mensis obtinuit fames ciuitatem, & non erant alimenta populo terræ. Et dirupta est ciuitas, & omnes viri bellatores eius fugerunt: exieruntque de ciuitate nocte per viam portæ quæ est inter duos muros, & ducit ad hortum Regis, Chaldæis obsidentibus urbem in gyro, & abierunt per viam quæ ducit in erēmum. Persecutus est autem Chaldæorum exercitus Regem, & apprehenderunt Sedechiam in deserto quod est iuxta Iericho, & omnis comitatus eius diffugit ab eo. Cūque comprehendissent Regem adduxerunt eum ad Regem Babylonis in Reblátha, quæ est in terra Emath, & locutus est ad eum iudicia. Et iugulauit Rex Babylonis filios Sedechiæ in oculis eius, sed & omnes principes Iuda occidit in Reblátha. Et oculos Sedechiæ eruit, & vinxit eum compedibus. Et adduxit eum Rex Babylonis in Babylonem, & posuit eum in domo carceris vsque ad diem mortis eius. In mense autem quinto, decima mensis, ipse est annus decimus nonus Nabuchodonosor Regis Babylonis, vênit Nabuzardan princeps militiæ, qui stabat coram Rege Babylonis in Ierusalem, & incendit domum domini & domum regis, & omnes domos Ierusalem, & omnem domum magnam igne combussit, & totum murum Ierusalem per circuitum destruxit exercitus Chaldæorum, qui erat cum magistro militiæ. De pauperibus autem populi & de reliquo vulgo quod remanserat in ciuitate, & de profugis qui transfugerant ad Regem Babylonis, & cæteros de multitudine transtulit Nabuzardan princeps militiæ, de pauperibus verò terræ reliquit Nabuzardan princeps militiæ vitatores, & agricolas. Columnas quoque æreas quæ erant in domo domini & bases, mare æneum quod erat in domo domini, confregerunt Chaldæi, & tulerunt omne æs eorum in Babylonem. Et lebetes & creagras & psalteria & phialas & mortariola & omnia vasa ærea, quæ in ministerio fuerant, tulerunt: & hydrias & thymiamatheria & vrceos & pelues & candelabra & mortaria & cyathos. Quorquot aurea, aurea: & quotquot argentea, argentea. Tulit magister militiæ columnas duas, & mare vnum, & vitulos duodecim æreos, qui erant sub basibus, quas fecerat Rex Salomon in domo domini. Non erat pondus æris omnium vasorum horum. De columnis autem, decem & octo cubiti altitudinis erant in columna vna, & funiculus duodecim cubitorum circuibat eam. Porrò grossitudo eius quatuor digitorum, & intrinsecus caua erat, & capitella super vtranque ærea. Altitudo capitelli vnus quinque cubitorum, & retiacula & malogranata supra coronam in circuitu, omnia ænea, similiter & columnæ alterius. Et fuerunt malogranata nonaginta sex dependentia, & omnia malogranata centum retiaculis circundabantur. Et tulit magister militiæ Saraïam sacerdotem primum, & Sophoniam sacerdotem

f. Et videns diligenter ea quæ sunt scripta in hoc libro: & legeris omnia verba hæc coram Iudeis, qui illuc transfati fuerant cum Iechonia rege Iuda: Dices coram eisdem. Domine tu locutus es, &c. De Iyra. ibi. f. Non secundum hystoriam Babylon an Euphraten merla est, quamuis in solitudinem redacta, sed spiritalis Babylonis a tenum interitū prædicat: quæ in profundum inferni cū principe diabolo lubmergetur. Gloriosa ordinaria.]

a. Pro Ioachimo autem Sedechiam eius patrum regem cōstituit Rex Babylonis, iurando aliquid quod nihil in ea regione esset innovaturus, nec Aegyptios adiuturus. Ierat annorum viginti & vnus, cum principatum accepisset: et nos eadem matre qua frater Ioachimus, sed iustitiae decori negligens vt qui æquales quoque vitia se haberet impio, qui & totus populus in eandem solutus est licentiam. Quamobrem sepenumero Ieremias propheta illum adit, obtestans vt omnia impietates in se excusaret, & reuerteret, neque aut ducibus metem adhiberet, quod essent mali plerique, aut falsis prophetis crederet eum decipientibus & pollicentibus non oppugnantem amplius urbem Iudæam vincendamque bello peritum ab Aegyptio. Iosephus antiq. Iud. lib. 10. cap. 10. 2.

2. Quæ est iuxta. Ib. Si ergo quaratur quomodo rex & bellatores potuerunt exire. Dicendum quod erat via subterranea, cuius introitus erat intra ciuitatem inter duos muros, & exitus erat longè à ciuitate ultra locum vbi erant Chaldæi, & per istam fugerunt rex & filii eum eo. De Iyra. ibidem. c. Congruit ergo temporis ratio cum ratione vniuersæ, mense quinto legitur vallata ciuitas, que pentateuchum legis despecta, & decima die mensis: quoniam decalogum legis violando omnia contraria diuinis preceptis egit: frustra sibi blandiens de securitate, pro sanctorum locorum habitatione. Vnde in suis periculis per eundem Ieremiam dominus dicit. Nolite confidere in verbis mendacii, dicentes: Templum domini, templum domini, templum domini, &c. R. banus ibidem.

2. Sacerdotum, vel sanctorum, & iuxta. d. Nabuzardan igitur princeps militiæ Regis Babylonis mense quinto, & 13. die mensis lunaris, solans vero quinto calendas Augusti lunæ. 30. quam Iudei decimum diem quinti mensis vocant, destruxit sunt muri ciuitatis, & templum pariter in se sum atque vastatum est, anno ex quo fundari cepit, 430. Eucher. 4. Reg. vii.

f. Quia omnia vasa aurea ponebant ad vnâ partem & argentea ad aliam, & ærea similiter ad aliam. De Iyra. ibi.]

f. David namque constituit viginti quatuor ordines sacerdotum in ministerio te npli, vt legitur: Paral. 36. & tres custodias vestibuli templi, & de ciuitate Ierusalem eorum vnum, & septem viros qui familiares iungerent Sedechiæ regi alitabant, licet 4. Reg. vii. legatur solum quinque fuisse, sed numerus minor non excludit maiorem, nisi cum signo adiungatur. Dion. ibidem.

A. Anni ante Christū 625. Anni mundi 3317. 1. 4. R. c. 24. d. 2. Par. 10. b. & 36. d.

1. Sup. 30. 2. 4. Reg. 25. 2.

A. Anni ante Christū 616. Anni mundi 3347. 4. 4. dist. c. 1. & 6. dist. c. 16. iunium.

H

tcn


**F** tem secundum, & tres custodes vestibuli. **E** Et de ciuitate tulit eunuchum vnum, qui erat prepositus super viros bellatores, & septem viros de iis qui videbant faciem Regis, qui inuēti sunt in ciuitate, & scribam principem militum qui probabat tyrones, & sexaginta viros de populo terræ qui inuenti sunt in medio ciuitatis. Tulit autem eos Nabuzardan magister militiæ, & duxit eos ad Regem Babylonis in Reblátha. Et percussit eos Rex Babylonis, & interfecit eos in Reblatha in terra Emath. Et translatus est Iuda de terra sua. **H** Iste est populus quem transtulit Nabuchodonosor: In anno septimo Iudæos tria milia & viginti tres. In anno octauodecimo Nabuchodonosor transtulit de Ierusalem animas octingentas triginta duas. In anno vicesimotertio Nabuchodonosor transtulit Nabuzardan magister militiæ animas Iudæorum septingētas quadragintaquinque. **G** Omnes ergo animæ quatuor milia sexcentæ. Et factum est in tricesimo septimo anno transmigrationis Ioaachim Regis Iuda duodecimo mense, vicesima quinta mensis eleuauit Euilmerodach Rex Babylonis ipso anno regni sui caput Ioaachim Regis Iudæ, & eduxit eum de domo carceris, & locutus est cum eo bona. Et posuit thronum eius super thronos Regum, qui erant post se in Babylone, & mutauit vestimenta carceris eius, & comedeat panem coram eo semper cunctis diebus vitæ suæ. Et cibaria eius cibaria perpetua dabantur ei à Rege Babylonis statuta per singulos dies, vsque ad diem mortis suæ, cunctis diebus vitæ eius.

Anni ante  
Christi 615.  
Anni mundi  
3347.  
Anni ante  
Christi 589.  
Anni mundi  
3371.

[g. Continentes scilicet oleum gratiæ & misericordie sicut fatæ virgines in pedore suo non habentes qui frustra supra viros bellatores constituntur, cū arrogantiam vitæ non peccant. Glosa ordina. ibidem.

h. Tribus vicibus, vt scriptura Regum & Paralipomenon testatur, Nabuchodonosor vallauit terram Iuda, hoc est primo cum Ioaachim qui & Eliachim nominatus est, filium Iosie regis Iuda superatum, & vinculum carnis duxit in Babylone, cū vasis domus domini, que posuit in templo suo. Secundo cū Ioaachim cognomento Iechoniam filium eius simul cū matre & eunuchis, principibus atque seruis eius transtulit in Babylone, asportatis simul pretiosissimis vasibus domus domini. Tertio, cum Selechiam cepit, oculisque priuauit, filios eius interfecit, ac meliores quosque occidit, nec est miseris adolecentis & virginis, tenis & decrepiti, & incendit domum domini, mixtosque Ierusalem destruxit, & quemlibet pretiosum fuerat, demolit. Et si quis autem euaserat gladium, dicitur est in Babylone, & seruus Regi & filiis eius. Rabanus ibid.

Incipiunt <sup>Sp̄yvor</sup> Threni, id est, lamentationes Ieremias, quæ קינות Cinoth Hebraicè inscribuntur.



† 15. di. c. f.  
† De inuul.  
ecclie. c. Non  
minus.  
† Ier. 13. c.

**T** factum est postquam in captiuitatem redactus est Israel, & Ierusalē deserta est, sedit Ieremias propheta flens, & plangit lamētatione hac super Ierusalē, & amaro animo suspiras & eiulās, dixit. **ALEPH.** **†** Quomodo sedet sola ciuitas plena populo: **†** Facta est quasi vidua domina gentium: princeps prouinciarum facta est sub tributo: **BETH.** **†** plorans plorauit in nocte, & lachrymæ eius in maxillis eius. Non est qui consoletur eam, ex omnibus charis eius. Omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici. **GIMEL.** **†** Migravit Iudas propter afflictionem & multitudinem seruitutis. **Habitauit inter gentes, nec inuenit requiem. Omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias. DALETH.** **†** Via Sion lugent, eo quod non sint qui veniant ad solennitatem. Omnes portæ eius destructæ, sacerdotes eius gementes: Virgines eius [squalidæ,] & ipsa oppressa amaritudine. **HE.** **†** Facti sunt hostes eius in capite, inimici eius locupletati sunt, quia dominus locutus est super eam propter multitudinem iniquitatum eius. **Paruuli eius ducti sunt in captiuitatem, ante faciem tribulatis. VA V.** **†** Et egressus est à filia Sion omnis decor eius. Facti sunt principes eius velut **arietes** non inuenientes pascua, & abierunt absque fortitudine ante faciem subsequen-  
**c** **tis. ZAIN.** **†** Recordata est Ierusalem dierum afflictionis suæ, & **prauaricationis omnium desiderabilium suorum, quæ habuerat à diebus antiquis, cum caderet populus eius in manu hostili, & non esset auxiliator. Viderunt eam hostes, & deriserunt sababata eius. HETH.** **†** Peccatum peccauit Ierusalem, propterea instabilis facta est. Omnes qui glorificabant eam, spreuerunt illam, quia viderunt ignominiam eius. Ipsa autem gemens, & conuersa est retrorsum. **TETH.** **†** Sordes eius in pedibus eius, nec recordata est finis sui. Deposita est **vehementer,** non habens consolatorem.  
**D** **†** Vide domine afflictionem meam, quoniam **erectus est** inimicus. **IOTH.** **†** Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius, quia vidit gentes ingressas sanctuarium suum, de quibus præceperas ne intrarent Ecclesiam tuam. **CAPH.** **Om-**

a. Hæc præfatiuncula Hebræi non habet. Septuaginta autem legit pro proœmio libri: in quo non aut tempus, adorem, materiam, & affectum. S. Tho.  
b. Verbum est admirantis atque dolentis, non igneantis aut scilicantis Dion. ibid.  
c. v. axilla ecclesiæ sancti sunt prædicatores, qui infirmitati eius compassionem, & in aduersitate ecclesiæ amplius plangunt, qui vnam carnalium continentem predicando noverunt. Peccatores quippe sanctæ ecclesiæ iniquos à vitis conterit, & quasi glutient in membra sua conuertit. G. re. Moral. lib. 13. ca. 7.  
d. Iudaideo de terra sua migravit, quia peccando dominum irritauit, & iniquitatibus suis eum ad vniuersam prouocauit. De quo ipse per Iaiam locutus ait 47. Seruic me fecisti in peccatis tuis præbui mihi laborem in iniquitatibus tuis, &c. Raba. ibidem.  
1. Afflictus.  
2. Afflictus.  
3. Paruos luget ductos, Rudes Christianos luget prædam fieri hæreticorum, atque omne populum gentem & quærentem pacem hæretici auferunt sensu notium catholicorum, quem sub nomine papifico faciunt plebi abominabilem. Loricatus ibidem. ]  
3. Catul.  
4. Rebellionis.  
5. Ob magnitudinem enim ferulum Ierusalē promouit transmigrationem, & excidium, ipsaque eam deridebant, nec condolentes illi gemitui eius consolationem vllam præbebant. Hiero. ibidem.  
6. In similitudine.  
7. Mirabiliter.  
g. Quod est aperte dicere: Quoniam inimicus insequens certum superbie coram tuos humiles, atollit, tuo nos auxilio conditor omnipotens subleuare videtur ac repulsi hostibus nostros semper agones vidisse, tibi hoc placuisse comproba. Beda in domi tubilare, homilia.  
7. Inualuit.

nis populus eius gemens & querens panem. Dederunt pretiosa quaeque pro cibo, ad refocillandam animam. Vide domine & considera, quoniam facta sum vilis. L A M E D. O vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus. Quoniam vindemiauit me. — vt locutus est dominus, in die irae furoris sui M E M. De excelsis misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me. Expandit rete pedibus meis, conuertit me retrorsum. Posuit me desolatam tota die mœre confectam. N V N. Vigilauit iugum iniquitatum mearum in manu eius, conuolutæ sunt & impositæ collo meo. Infirmata est virtus mea, dedit me dominus in manum de qua non potero surgere. S A M E C H. Abstulit omnes magnificos meos dominus de medio mei, vocauit aduersum me tempus, vt contereret electos meos. Torcular calcavit dominus virgini filia Iuda. A I N. Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquas, quia longe factus est à me consolator, conuertens animam meam. Facti sunt filij mei perdit, quoniam inualuit inimicus. P H E. Expandit Sion manus suas, non est qui consetetur eam. Mandauit dominus aduersum Iacob, in circuitu eius hostes eius, facta est Ierusalem quasi polluta menstruis inter eos. S A D E. Iustus est dominus, quia os eius ad iracundiam prouocauit. Audite obsecro vniuersi populi, & videte dolorem meum. Virgines meæ & iuuenes mei abierunt in captiuitatem. C O P H. Vocauit amicos meos, & ipsi deceperunt me. Sacerdotes mei & senes mei in vrbe consumpti sunt, quia quasi erunt cibum sibi vt refocillarent animas suas. R E S. Vide domine, quoniam tribulor, conturbatus est venter meus. Subuersum est cor meum in memetipsa, quoniam amaritudine plena sum. Fors interficit gladius, & domi mors similis est. S I N. Audierunt quia ingemisco ego, & non est qui consetetur me. Omnes inimici mei audierunt malum meum, lætati sunt quoniam tu fecisti. Adduxisti diem consolationis, & fient similes mei. T A V. Ingredietur omne malum eorum coram te, & vindemia eos sicut vindemiauisti me propter omnes iniquitates meas. Multi enim gemitus mei, & cor meum mœrens.

8. Vilis plebs dei efficitur quando non celestia, sed terrena scatur. Grego. Moral. libro 13. cap. 26.  
 8. Notte ad vos omnes spectat qui transitis per viam  
 \* Quem intulerunt mihi.  
 9. Atlixie.  
 10. castigauit ea, vel dominat est eis, sub ignis.  
 11. Ligatum est.

12. Conenlatit.  
 h. Non abstulit omnes Iudæe fortes dominus quando in Babiloniam regionem captiuus ductus est populus Iudæorum, sed quando Christus a Iudeis & libertatem anime suæ captiuus non vidit, neciens gemitibus inueniatis peccatis, mentis suæ e-  
 rigere ceruicem, & quæ sunt fidei colla ad lucem cognitionis strullere. Ambrosio in Psl. 118. ser. 13.

i. Oculi mei non solum corporis, sed etiam mentis hebetati sunt, & qualem exortate omnis sensus obducus est, quoniam creptus est mihi qui conuertit animam meam, & ad spem maximam de summa tecum desperatione reuocauit. Ambrosio de obitu Valentini imperat.

k. Dignam remunerationem recepit, vt quæ expandentem manus auidit neglexit, & sub alas eius succedere, ipsi postea expi-  
 dere manus, & consolationem in uenire non possit. Ambrosio in Psl. 118. Ser. 17.

13. In abominacionem.  
 l. Os dei filius dei patris est, id est, Christus dominus de quo Ieremias ex persona Iudæorum effatus ait: Quia os eius ad iracundiam prouocauit. Aug. de essentia diuinitatis.

14. Cõturbata sunt viscera mea.  
 15. Rebellans rebellauit.  
 16. Quem uocasti.  
 17. Fac eis sicut fecisti mihi.

ALEPH.

II.

a. Miratur propheta super excidio urbis tam celebris, quo ad diuinam dignationem, quæ præter ceteras urbes eam elegerat. Quo ad regiam dignitatem supra cetera regna sublimem, & quo ad diuinum cultum, ob quæ scabellum pedum suorum tecum saltem facit. S. Theobaldus.  
 1. Decorum, sine gloriâ.  
 2. Tabernacula.  
 3. Filia.  
 h. Decreta enim significat præcipuam partem prosperam, hinc etiam fortunam, illam uirtutem est filia, quæ dominus præstantibus coniecte quando victoriam donare dignatur. Hieron. ibidem.  
 4. Palatia.  
 5. Multiplicauit in filia Iuda suum, & lamensum.  
 6. Testimonium suum, scilicet arcem & propitiatorium.  
 7. Executus est iudicium suum.  
 c. Cogitatio dei & recogitatio eius est mutatio rerum inmutabilis ratio. Neque enim sicur hominem, ita & deum, cuiusquam facti sui penitet, cuius est omnibus omnino rebus tam fixa sententia, quam cetera presentia Aug. de ciuit. dei li. 15. ca. 25.



Q uomodo obtexit caligine in furore suo dominus filiam Sion? Projecit de caelo in terram inclutam Israel, & non est recordatus scabelli pedum suorum in die furoris sui. B E T H. Præcipitauit dominus nec pepercit omnia speciosa Iacob, destruxit in furore suo munitiones virginis Iuda, & deiecit in terram: polluit regnum & principes eius. G I M E L. Confregit in ira furoris sui omne cornu Israel, auertit retrorsum dexteram suam à facie inimici, & succendit in Iacob quasi ignem flammæ deuorantis in gyro. D A L E T H T. Terendit arcum suum quasi inimicus, firmavit dexteram suam quasi hostis, & occidit omne quod pulchrum erat visu in tabernaculo filia Sion, effudit quasi ignem indignationem suam. H E. Factus est dominus velut inimicus, præcipitauit Israel. Præcipitauit omnia mœnia eius, dissipauit munitiones eius, & repleuit in filia Iuda humiliatum & humiliatam. J V A V. Et dissipauit quasi hortum tentorium suum, & demolitus est tabernaculum suum. Obluioni tradidit dominus in Sion festiuitatem & sabbatum, & in opprobrium, & in indignationem furoris sui Regem & sacerdotem. Z A I N. Repulit dominus altare suum, maledixit sanctificationi suæ. Tradidit in manus inimici muros turrium eius. Vocem dederunt in domo domini, sicut in die solenni. H E T H. Cogitauit dominus dissipare murum filia Sion, tetendit funiculum suum, & non auertit manum suam à perditione. Luxit quæ antemurale, & murus pariter dissipatus est. T E T H. Defixæ sunt in terra portæ eius, perdidit & contriuit vectes eius, Regem eius & principes eius in gentibus. Non est lex, & Propheta eius non inuenerunt uisionem à domino. I O T H. Sederunt in terra, conticuerunt senes filia Sion, consperserunt cinere capita sua. Accincti sunt ciliciis, abiecerunt in terram capita sua virgines Ierusalem. C A P H. Defecerunt prælachrymis oculi mei, cõturbata sunt viscera mea. Effusum est in terra iecur meum super contritione filia populi mei, cum deficeret paruulus & la-

8. Saccis.  
 d. Quod enim maius dolendum fuit, quàm quid natiuanti qua, & fomen patriarcharum argue amicum dei diuinis legibus erudita, & prophetarum oraculis sepius conuicta, in tantam apostasiam uenerit, vt dei sui obliuisceret propter immanitatem fecerum traheretur in manus hostium dei nomen blasphemantium. Rabanus ibid.

9. Propter.

† Iere. 4. c.



& lactens in plateis oppidi. L A M E D. Matribus suis dixerunt: ubi est triticum & vinum? cum deficerent quasi vulnerati in plateis civitatis, cum exhalarent animas suas in sinu matrum suarum. MEM. <sup>10</sup> Cui comparabo te? ] vel cui assimilabo te filia Ierusalem? Cui exaquoabo te? & consolabor te virgo filia Sion? Magna est enim velut mare contritio tua. Quis medebitur tui? N V N. <sup>11</sup> Prophetae tui viderunt tibi falsa & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad poenitentiam prouocarent. & Viderunt autem tibi <sup>11</sup> assumptiones falsas ] & eiectiones. S A M E C H. <sup>12</sup> Pulsauerunt super te manibus omnes transeuntes per viam, sibilauerunt & mouerunt capita sua super filiam Ierusalem, haecine est vrbs, <sup>12</sup> dicentes, perfecti decoris, ] gaudium vniuersae terrae? P H E. Appuerunt super te os suum omnes inimici tui, sibilauerunt, & fremuerunt dentibus suis, & dixerunt: deuorabimus. En ista est dies quam expectabamus, inuenimus, vidimus. A I N. <sup>13</sup> Fecit deus quae cogitauit, compleuit sermonem suum <sup>13</sup> quae praeceperat a diebus antiquis. Destruxit & non pepercit, latificauit super te inimicum, & exaltauit cornu hostium tuorum. S A D E. Clamauit cor eorum ad dominum, <sup>13</sup> super muros filiae Sion. <sup>14</sup> Deduc quasi ] torrentem lachrymas per diem & noctem, non des requiem tibi, neque taceat pupilla <sup>14</sup> oculi tui. C O P H. Consurge, <sup>14</sup> lauda ] in nocte, in principio vigiliarum, effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum domini. <sup>15</sup> Leua ad eum manus pro anima paruulorum tuorum, qui fame pereunt in capite omnium compitorum. R E S. Vide domine & <sup>15</sup> considera, quem vindemiaueris ita. ] <sup>16</sup> Ergone comedent mulieres fructum suum, paruulos <sup>16</sup> ad mensuram palmae? Sic occiditur ] in sanctuario domini sacerdos & Propheta. S I N. Iacuerunt in terra foris puer & Senex, virgines meae & iuuenes mei ceciderunt in gladio. Interfecisti in die furoris tui, percussisti, nec misertus es. T A V. <sup>17</sup> Vocasti quasi diem solennem qui terreret me de circuitu, & non fuit in die furoris domini qui effugeret & relinqueretur. Quos educaui & enutriui, inimicus meus consumpsit eos.

† 43. dist. c. 1.

† Leuit. 26. b  
† Deut. 28. b

† Tere. 13. c  
† 14. c. & sup.  
† 21. c

10. Decimus questionis locus, in quo infirmitas & inopia deplo-  
ratur. Iuges & deploiat paru-  
los defecere, matribus suis dice-  
re, ubi est triticum? Lyra intelligit  
defectum nutrimenti sacre  
doctrinae triticum solum tibi, &  
vinum correctionis graui. L. 10. 7.  
11. Quale tibi fecit testimoniu-  
m. f. Prophetae quippe in sacro elo-  
quio nonnunquam doctores vo-  
cantur, qui diu fugiua esse pre-  
sentia indicant, quae sunt veta-  
ra manifestant. Greg. Pastoral.  
par. 2. cap. 4.  
12. Prophetias vanas.  
13. Passionem dñi Saluatoris p-  
phetari liquet, & deseri ab Iere-  
mia, non excidium Iudaeorum  
quod cum ex aliis, tum ex illo  
intelligi potest, quia in postero  
tribus habet infra 4. Spiritus an-  
te faciem nostram Christus do-  
minus comprehensus est in iure-  
ritu nostro, sub cuius vmbra di-  
ximus, viuimus inter gentes.  
Amb. in Psal. 118. Ser. 15.  
14. Quam dicebat coronam pul-  
chritudinis.  
15. O mure filiae Sion deduc qua-  
si, &c.  
16. Oculi igitur qui torretes de-  
ducant lachrymas suis, ipse du-  
ctus aquarum descendunt, hoc  
est, cumulantur ut faciant eos  
suis augentes flexibus impetu ex-  
tindere torrentium. Ambro. in  
Psal. 118. Ser. 17.  
17. Vociferare.  
18. Nonne & aperte conclusionis  
ostendit angustias, & monet ut  
intentione cordis, in quo est o-  
culi melioris obtutus, remediū  
sibi salutare prouideat. Ambro.  
in Psal. 118. Ser. 19.  
19. Apice cui sic feceris.  
20. In antile. Nonne occidit?  
21. Quasi diceret: Sicut ad solen-  
nitatem prompte & libenter co-  
sumunt homines, sic gentes in cir-  
cuito Iudae habitares prouocant  
& gaudentes venerunt cum Chal-  
dais ad destructionem vrbs. De  
Lyra. ibid. 7

A L E P H.

III.

**A** <sup>1</sup>Go vir videns <sup>1</sup>paupertate[m] meam, in virga indignationis eius. A L E P H. Me <sup>2</sup>minauit ] & adduxit in tenebras: & non in lucem. A L E P H. Tan-  
tum in me <sup>3</sup>vertit: ] conuertit manum suam tota die. B E T H. Verustam  
fecit pellem meam & carnem meam, contriuit ossa mea. B E T H. <sup>4</sup>Aedi-  
ficauit <sup>4</sup>in gyro meo, ] & circumdedit me felle & labore. B E T H. <sup>5</sup>In tenebrosis col-  
locauit me: quasi mortuos sempiternos. G I M E L. Circumædificauit aduersum me  
ut non egrediar, aggrauauit compedem meum. G I M E L. <sup>6</sup>Sed & cum <sup>6</sup>clamaue-  
ro, & cum rogauero, ] exclusit orationem meam. G I M E L. Conclufit vias meas la-  
pidibus quadris, semitas meas subuertit. <sup>7</sup>D A L E P H. Virus insidians factus est  
mihi, <sup>8</sup>leo in abscondito. D A L E P H. Semitas meas subuertit & confregit me,  
posuit me desolatam. D A L E P H. Tetendit arcum suum, & posuit me quasi signum  
ad sagittam. H E. Misit in renibus meis filias pharetrae suae. H E. Factus sum in deri-  
suum omni populo meo, canticum eorum tota die. H E. Repleuit me amaritudi-  
nibus, inebriauit me absinthio. V A V. Confregit <sup>6</sup>ad numerum dentes meos, cibauit  
me cinere. ] V A V. Et repulsa est a pace anima mea, oblitus sum bonorum. V A V. Et  
dixi: perit <sup>7</sup>finis meus, ] spes mea a domino. Z A I N. Recordare paupertatis & <sup>8</sup>trans-  
gressionis ] meae; absinthij & fellis. Z A I N. <sup>9</sup>Memoria memor ero, & tabescet ] in  
me anima mea. Z A I N. Haec recolens in corde meo, in deo sperabo. H E T H. <sup>10</sup>Mi-  
sericordiae domini quia non sumus consumpti, quia non defecerunt miserationes  
eius. H E T H. <sup>10</sup>Noui ] diluculo, multa est fides tua. H E T H. Pars mea dominus,  
dixit anima mea, propterea expectabo eum. T E T H. <sup>11</sup>Bonus est dominus speran-  
tibus in eum, anime quærenti illum. T E T H. Bonum est prestolari cum silentio sa-  
lutare domini. T E T H. Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. ]  
I O T H. Sedebit solitarius & tacebit, quia leuaui se super se. I O T H. Ponet in pul-

1a. In hoc cap. Ieremias suis  
miseriam lamentatur & populi, in-  
de querit videt paupertatem  
suam in spoliatioe ciuitatis, &  
captiuatione populi. In virga  
vindictae & correctionis dei. De  
Lyra. ibid. 7  
1. Afflictionem.  
2. Deducit.  
3. Conuertetur.  
4. Aduersum me.  
5. In tenebrosis collocat, quasi  
mortuos sempiternos: quando  
omni fudo defecit, nullam  
sunt de praesenti vita consolati-  
onem sperare afflicti. Raba.  
ibidem.  
6. Omnipotens deus quid nobis  
profuturum est valde sciens,  
disimulat exaudire dolentium  
vocem, ut augeat vilitatem, ut  
purgetur vita per penam: &  
quietis tranquillitas, quia hic in-  
ueniri non valet, alibi quaeratur  
Hierony. ibid.  
7. Clamarem & rogarem.  
8. Ita.  
9. Lapidibus dentes meos, versauit  
me in puluere.  
10. Robur meum.  
11. Aertum.  
12. Recordando recordabor, &  
incuruabitur.  
13. Hic propheta confitetur di-  
uinam misericordiam quae sem-  
per comitatur iustitiam suam,  
propter quod pena infusa, est  
patienter toleranda. De Lyra. ib. 7  
14. Nonne misericordiae sunt,  
sub.  
15. Hæc utique quid aliud astruit  
nisi bonae exclusionis hanc in-  
terpretationem videt? Quis et-  
nim sustinet dominum, nisi ita  
diu charitatis? Quis est qui spe-  
rat, nisi qui quod sperat, optat  
& diligit? Ambro. in Psal. 119.  
Sermo. 9.

f. Ex his, vel ceteris quae sequuntur, aduertimus quia ideo humiliter sub pedes suos omnes viros teret, & iudicium eius deueniunt. Ambr. de psal. l. c. 4. 11. Dolore affectus.

12. Dolore affectus.

g. In regno senis & stulti diaboli natus est Christus puer sapiens & ideo dicitur: regnum meum non est de hoc mundo. De quibus dicit Jeremias in lamentationibus: Ut contereret sub pedibus eius omnes viros teret, & sub sua potestate haberet caelestia simul & terrena: ut post resurrectionem suam ait: Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Rab. in 15. cap. Eccl. [h. Qui enim potestas non piguit, & nouis peccatis prouocant deum, quotidie deum delinquendo inexorabiliter cedunt. Glosa ord. ibid.]

13. Non pepericisti.

\* Nolli.

14. Vilitatio.

15. Ruor.

16. Oculi mei affectus est in magnitudine peris, nec tacuit, nec flere cessauit, eo quod non esset requies, sed labor & miseria. De Iera. ibid.]

17. Diluit & non cessat.

18. Concluserunt in lacum vitae meam.

k. Euidetissima haec sepulturae eius indicia prophetae vocibus designata sunt Cypria. in Symbolo. Apoll.

l. Quid enim lacum nouissimum, nisi infernum inferos, scilicet limbum partum intelligere debeamus? De quo in Plat. scriptum est: Eruiit animam meam ex inferno inferos inuocauit ergo redemptor noster nomen domini de lacu nouissimo, cum in virtute diuinitatis descendit ad inferos, & suos reuocauit ad superos. Hieron. ibid.]

19. De carcere inferno.

20. Incarnationem meam.

Im. Inuitando enim & subfornando non minus contra caput sequitur quam contra corpus, quasi iudice: & doctores in cathedra pestilentiae sedentes, quorum nullus fouerit medicamine. Glosa ord. ibid.]

21. Maledictionem.

uere os suum, si forte sit spes. IOTH. Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobriis. CAPH. Quia non repellet in sempiternum dominus. CAPH. Quia si abiecit & miserebitur, secundum multitudinem misericordiarum suarum. CAPH. Non enim humiliavit in corde suo, & abiecit filios hominum. LAMED. Ut declinaret iudiciu viri, in conspectu vultus altissimi. LAMED. Ut peruerteret hominem in iudicio suo, dominus ignorauit. MEM. Quis est iste qui dicit ut fieret, domino non iubente? MEM. Ex ore altissimi non egrediuntur, nec mala, nec bona. MEM. Quid murmurauit homo viuens, vir pro peccatis suis? NVN. Scrutemur vias nostras & quaramus, & reuertamur ad dominum. NVN. Leuemus corda nostra cum manibus, ad dominum in caelos. NVN. Nos inique egimus, & ad iracundiam prouocauimus, idcirco tu in exorabilis es. SAMECH. Operuisti in furore & percussisti nos, occidisti nec pepericisti. SAMECH. Opposuisti nubem tibi, ne traseat oratio. SAMECH. Eradicacionem & abiectionem posuisti me in medio populorum. PHE. Aperuerunt super nos os suum omnes inimici. PHE. Formido & laqueus facta est nobis vaticinatio] & contritio. PHE. Diuisiones aquarum deduxit oculus meus in contritione filiae populi mei. AIN. Oculus meus afflicus est, nec tacuit, eo quod non esset requies. AIN. Donec respiceret & videret deus de caelis. AIN. Oculus meus deprædatus est] animam meam, in cunctis filiabus urbium mearum. SADE. Venatione ceperunt me, quasi auem inimici mei gratis. SADE. Lapsa est in lacum vita mea, & posuerunt lapidem super me. SADE. Inundarunt aquae super caput meum, dixi: perij. COPH. Inuocaui nomen tuum domine, de lacu nouissimo. COPH. Vocem meam audisti, ne auertas aurem tuam a singultu meo & clamoribus. COPH. Appropinquasti in die quando inuocaui te, dixisti: ne timeas. RES. Iudicasti domine causam anime meae, redemptor vitae meae. RES. Vidisti domine iniquitatem illorum aduersum me, iudica iudicium meum. RES. Vidisti omnem furorem, vniuersas cogitationes eorum aduersum me. SIN. Audisti opprobrium eorum domine, omnes cogitationes eorum aduersum me. SIN. Labia insurgentium mihi, & meditationes eorum aduersum me tota die. SIN. Sessionem eorum & resurrectionem eorum vide, ego sum psalmus eorum. TAV. Reddes eis vicem domini, iuxta opera manuum suarum. TAV. Dabis eis scutum cordis, laborem tuum. TAV. Persequeris in furore tuo, & conteres eos sub caelis domine.

Amos. 5. b  
16. 45. a

A L E P H.

IIII.

a. Aurum nuncque obscuratum est, quia in eis ille antiquus si dei atque innocentiae splendor irruere perfidia malitiae se nocte fufcauit. Greg. Moral. libro. 18. cap. 20.

b. Filij illius speculationis, filij superbiae Ierusalem, inelysi per dignitatem conditionis, amicti auro primo per diuinitatis imaginem. Quomodo ergo ex his reputati sumus inter vasa testea, lutea, & fragilia? Bern. de verb. apo. ser. 2.

c. Obrizo, vel puro.

d. Razones extraxerunt.

e. Hoc est, in doli quatuor et pabulum verbi dei, quo ad virtutem bonae operationis consulescerent reficere, nec erat, magister deficientibus, qui eis aeterna scripturarum patefaceret, eosque ad viam veritatis institueret. Be. la. homil. do. 7. post Trinit.

f. Cocco.

g. Timuerunt.

h. Aspectu qui gemmae, ex Saphyro est lectus eorum.

i. Supra nigredinem.

k. Propter peccata enim scribarum & Pharisaeorum, necnon & publicanum Iudaeorum, qui sanguinem iustorum & prophetarum atque Apostolorum eius effuderunt, captiuitas Ierusalem atque deuastatio maxime euenit. Rab. ibi.



Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum? BETH. Filij Sion incliti & amicti auro primo, quomodo reputati sunt in vasa testea, opus manuum figuli? GIMEL. Sed & laminae nudauerunt] mammam, lactauerunt catulos suos. Filia populi mei crudelis quasi struthio in deserto. DALETH. Adhaesit lingua lactentis ad palatum eius in siti, paruum petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. HE. Qui vescebantur voluptuose, interierunt in viis: qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora. VAV. Et maior effecta est iniquitas filiae populi mei peccato Sodomorum, quae subuersa est in momento, & non ceperunt in ea manus. ZAIN. Candidiores Nazarei eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores. HETH. Denigrata est super carbones] facies eorum, non sunt cogniti in plateis. Adhaesit cutis eorum ossibus, aruit & facta est quasi lignum. TETH. Melius fuit occisis gladio quam interfectis fame, quoniam isti extabuerunt, consumpti a sterilitate terrae. IOTH. Manus mulierum misericordiarum coxerunt filios suos, facti sunt cibus earum in contritione filiae populi mei. CAPH. Compleuit dominus furorem suum, effudit iram indignationis suae. Et succendit ignem in Sion, & deuorauit fundamenta eius. LAMED. Non crediderunt reges terrae, & vniuersi habitatores orbis, quoniam ingrederetur

Gen. 19. c

Judith. 7. e

4. Reg. 6. f

<sup>c</sup> grederetur hostis & inimicus per portas Ierusalem. <sup>g</sup> M E M. <sup>o</sup> Propter peccata Prophetarum eius, & iniquitates sacerdotum eius, qui effuderunt in medio eius sanguinem iustorum. N V N. <sup>7 f</sup> Errauerunt ] cæci in plateis: polluti sunt sanguine. Cumque non possent & intrare, ] tenuerunt lascinias suas. S A M E C H. Recedite polluti clamauerunt eis, recedite, abite, nolite tangere. Iurgati quippe sunt, & commoti, dixerunt inter gentes, non addet vltra vt habitet in eis. P H E. <sup>8 v</sup> Facies ] domini diuisit eos, non addet vt respiciat eos. Facies sacerdotum non <sup>9</sup> erubuerunt, ] neque senum miseri sunt. A I N. Cum adhuc subsisteremus: defecerunt oculi nostri ad auxilium nostrum vanum, cum respiceremus attenti ad gentem quæ saluare nos non poterat. <sup>d</sup> <sup>9</sup> S A D E. <sup>10</sup> Lubricauerunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum, ] appropinquauit finis noster, completi sunt dies nostri, quia venit finis noster. C O P H. Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis cæli, super montes persecuti sunt nos, in deserto insidiati sunt nobis. R E S. <sup>b</sup> Spiritus oris nostri, Christus dominus captus est <sup>11</sup> in peccatis nostris, ] cui vidimus: in <sup>1</sup> vmbra tua viuemus in gētibus. S I N. Gaude & lætare filia Edom quæ habitas in terra Hus. Ad te quoque perueniet calix, inebriaberis atque nudaberis. T A V. Completa est iniquitas tua filia Sion, non addet vltra vt transmigret te. <sup>12</sup> Visitabit ] iniquitatem filia Edom: <sup>13</sup> discooperiet ] peccata tua.

<sup>6</sup>. Tangitur predictæ miseris causa duplex. Prima est occisio innocētum in Ierusalem, & maxime tempore Manassæ. 4. Reg. 24. De Lira ibid. ]  
<sup>7</sup> Moti sunt.  
<sup>8</sup>. Per meretriciam ergo doctorem tenebris ignorantie ex cecitate errauerunt in plateis turmæ plebium: quia dicitur ad illecebras tradunt voluptatum, rectum calcem non tenent diuinitatis præceptorum. Hierony. ibid.  
<sup>9</sup>. Ita.  
<sup>10</sup>. Quasi quia facies sacerdotum non erubuerunt, imo deum in eis contemserunt: nec deum in suis sacerdotibus reueriti sunt, ideo diuisi sunt à facie domini, quia extendit manum suam in retribuendo. Diuisi sunt: quia alij per orbem dispersi sunt, alij ad fidem conuersi sunt. Glofa ordi. ]  
<sup>9</sup>. Reueriti sunt.  
<sup>10</sup>. Insidiati sunt grexibus nostris, ne ambulauerunt in preteritis nostris.  
<sup>11</sup>. Audis quomodo propheta dicit Christum dominum cōprehensum esse, & p̄o nobis, peccatis nostris corruptioni traditum. Cypr. de Symbolo Apost. 21. In rebus eorum.  
<sup>12</sup>. Vmbra alarum, vmbra crucis, vmbra ad passionis in fuis mors vita est, ipse vultus vita est, ipse sanguis vita est, ipse sepulchra vita est, ipse resurrectio vita est vniuersorum. Ambr. in Psal. 26.  
<sup>13</sup>. Visitabit.  
<sup>13</sup>. Discooperit.  
<sup>a</sup>. Recordare quid acciderit nobis in calumnia vastationis: inuete & respice opprobrium nostrum quod passi sumus ab his qui duxerunt nos quasi seruos captiuos, in terram alienam, & abusi sunt nostri ad teruitium suum. Hierony. ibid.  
<sup>1</sup>. In seuitice nostra passi sumus persecutione, lassati sumus, &.  
<sup>b</sup>. Ideo iniquitates eorum portauerunt, quia imitatores eorum in nequitia existerunt, iuxta illud quod scriptum est Ier. 31. Patres nostri comedebant vana acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt. Raba. ibi.  
<sup>2</sup>. P̄a horrore.  
<sup>3</sup>. Venerati sunt.  
<sup>4</sup>. Ad molendum sustulerunt.  
<sup>c</sup>. Cœcliditur miseria in qua est uitas desolata tandem capta & destruda est: hoc quædam ad defectum personarum iustitiam regni & templi. S. Tho. ibid.  
<sup>d</sup>. Deiectionem regni Iudæorum designat, quorum in & honor perierit, & gloria vnde supra, Dicitur regi, & dominatrici: Humilissimi & federe. Regnum enim Iudæorum usque ad Iobabim patrum descendit, in Sodechia omnino cecidit: vnde vox captiuorum Iudæorum additur: Vnde nos quia peccauimus. Glo. ord. ]  
<sup>5</sup>. Ab antiquo.

ORATIO IEREMIÆ. V.

**R**ecordare domine quid acciderit nobis, intuere & respice opprobrium nostrum. Hæreditas nostra versa est ad alienos, domus nostræ ad extraneos. pupilli facti sumus absque patre, matres nostræ quasi viduæ. Aquam nostram pecunia bibimus, lingua nostra pretio comparauimus. <sup>1</sup> Ceruicibus nostris minabamur, lassus ] non dabatur requies, Ægypto dabimus manum & Assyriis, <sup>b</sup> vt saturaremur pane. <sup>2</sup> Patres nostri peccauerunt, & nō sunt, & nos iniquitates eorum portauimus. Serui dominati sunt nostri, non fuit qui redimeret de manu eorum. In animabus nostris afferebamus panem nobis, à facie gladij in deserto. Pellis nostra quasi clibanus exusta est, <sup>2</sup> à facie tempestatum ] famis. Mulieres in Sion humiliauerunt, & virgines in ciuitatibus Iuda. Principes manu suspensi sunt, facies senum non <sup>c</sup> erubuerunt. ] <sup>3</sup> Adolescentibus <sup>4</sup> impudicè abusi sunt ] & pueri in ligno corruerunt. Senes defecerunt de portis, iuuenes de choro psallentium. <sup>5</sup> Defecit gaudium cordis nostri, versus est in luctū chorus noster. <sup>d</sup> Cecidit corona capitis nostri. Væ nobis quia peccauimus. Propterea mœstum factum est & in dolore ] cor nostrum, ideo contenebrati sunt oculi nostri. Propter montem Sion quia disperit, vulpes ambulauerunt in eo. <sup>6</sup> Tu autem domine in æternum permanebis, folium tuum in generationem & generationem. Quare in perpetuum obliuisceris nostri, derelinques nos in longitudine dierum? Conuerte nos domine ad te, & cūuertemur, in noua dies nostros sicut <sup>7</sup> à principio. ] Sed proiciens repulisti nos, iratus es contra nos vehementer.

INCIPIIT PRÆFATIO IN  
 Librum Baruch.

**L**iber iste qui Baruch nomine prenotatur, in Hebræo canone non habetur, sed tantum in vulgata editione: similiter & epistola Ieremiæ. Propter notitiam autem legentium, hæc scripta sunt, quia multa de Christo, nouissimisque temporibus indicant.

# Incipit Baruch Prophetia.

*Iudei à Babylone in Ierusalem mittunt librum Baruch ad reliquos fratres, vt pro ipsis rogent.*  
Cap. I.

a. A ברך bezech benedice-

re verbo Hebraeo fit ברך Baruch, benedictus, & ברך beracha, benedictio. Baruch propheta insigni familia natus, & in patria lingua egregie doctus, & Ieremie prophete scriba diligentissimus. Is magistrus semper secutus, & tribulationis eius particeps effectus, cum illo in carceres à Sedechia coniectus, sed à Nabufardan liberatus: domum suam in Aegyptum comitatus. Vbi cum post paucos dies magister eius occisus est, Babylonem petiit, vbi hunc librum scripsit.

b. Vbi que prophete patet in principio prophete & titulo ponitur, ipse etiã propheta fuit, & de genere sacerdotali: & eadem videtur ratio de aho, abano, eritao, &c. Hierony. ibid. & in principio Iere.

c. An in Palestina occulta sunt filius negotia? An in medico orbis angulos? Non audisti prophetam dicentem: Quonia omnes cogitauerunt me à paruo vsque ad magnam. Quomodo ergo veniam habebunt illi, cõ ueniat doctrinam expositam videant, & manifestant, & tamen nec fatigant nec curant quo illi discent. Chryso. in 14. cap. Rom. homi. 26.

d. Sul, & fleuerunt & ieiunauerunt, & orationes.

e. Sibani vel Suan secundum priscos Hebraeos incipientes anni à Marcio, tertius mensis erat. Secundum uero nouos Hebraeos annum, incipientes à Septembri nonus erat. Ac secundum Latinos à Ianuario annus incipientes, quintus est, nostro maio respondens: & in eo semper erat festum Pentecostes.

f. Cunctos vel vidos.

g. Et pro peccato.

h. Balthasar rex babylonis regna cepit 65. anno captiuitatis Iudaeorum, sub cuius anno quinto & ultimo est capta Babylonia 70. quidem anno captiuitatis à Cyro rege Persarum. Unde nõ facile conicio quo pacto orant pro eo, nisi fuerit alter Balthasar filius Nabuchodonosor, quẽ regnaturum spectarent post patrem suum, quo morte perempto regnauit frater eius Eui merodach. 31. annos. Post quẽ Regasâr 3. an. Labassadach. 6. an. & Balthasar 5. an.

i. Primum ergo confitetur peccata sua & populi propheta, vt orantur, discant se humiliare. Non orant, sed orationem simulant & dupliciter peccant, qui uolunt uideri oratores, cum intem domos per textu longæ orationis deuorent. Lorychius ibid. j.

k. Et ita.

l. Maledictiones pro diuinorũ transgressionem mandatorum, sicut & benedictiones pro eorum obseruatione Deu. 28. legimus: quæ postea dictæ sunt populo in monte Garizim & Hebaliti per iustos & peccatores. Hierony. Danie. 9. & Gala. 3. 3. in die qua.



**B** hæc uerba libri quæ scripsit Baruch<sup>b</sup> filius Neriae filij Mahasae filij Sedechiae filij Sedei, filij Helchie in Babylonia in anno quinto, in septima die mensis, in tempore quo ceperunt Chaldaei Ierusalem, & succenderunt eam igni. Et legit Baruch uerba libri huius ad aures Iechoniae filij Ioachim regis Iuda, & ad aures uniuersi populi uenientis ad librum, & ad aures potentium filiorum regum, & ad aures presbyterorum, & ad aures populi, à minimo usque ad maximum eorum omnium habitantium in Babylonia ad flumen Sodi. Qui audientes plorabant & ieiunabant, & orabant in conspectu domini. Et collegerunt pecuniam in conspectu domini, secundum quod potuit uniuscuiusque manus. Et miserunt in Ierusalem ad Ioachim filium Helchiae, filij Salon sacerdotem, & ad sacerdotes, & ad omnem populum qui inuenti sunt cum eo in Ierusalem, cum acciperent uasa templi domini quæ ablata fuerant de templo, reuocare in terram Iuda, decima die mensis Sibani, uasa argentea quæ fecit Sedechias filius Iosiae rex Iuda, posteaquam accepisset Nabuchodonosor rex Babyloniae Iechoniam & principes, & uinctos & potentes, & populum terræ à Ierusalem, & eduxit eos uinctos in Babylonem. Et dixerunt: Ecce misimus ad uos pecunias, de quibus emite holocaustum, & thus, & facite manna, & offerite pro peccato ad aram domini dei nostri. Et orate pro uita Nabuchodonosor regis Babyloniae, & pro uita Balthasar filij eius, ut sint dies eorum sicut dies caeli super terram, & ut det dominus uirtutem nobis, & illuminet oculos nostros, ut uiuamus sub umbra Nabuchodonosor regis Babyloniae, & sub umbra Balthasar filij eius, & seruiamus eis multis diebus, & inueniamus gratiam in conspectu eorum. Et pro nobis ipsis orate ad dominum deum nostrum, quia peccauimus domino deo nostro, & non est aduersus furor eius à nobis usque in hunc diem. Et legite librum istum quem misimus ad uos recitari in templo domini in die solenni, & in die opportuno. Et dicetis: Domino deo nostro iustitia, nobis autem confusio faciei nostrae, sicut est dies hæc, omni Iuda & habitantibus in Ierusalem, regibus nostris, & principibus nostris, sacerdotibus & Prophetis nostris, & patribus nostris. Peccauimus ante dominum deum nostrum, & non credidimus, & diffidentes in eum, & non fuimus subiectibiles illi, & non obaudiuimus uocem domini dei nostri ut ambularem in mandatis eius quæ dedit nobis. A die qua eduxit patres nostros de terra Aegypti, usque ad diem hanc, eramus incredibiles ad dominum deum nostrum, & dissipati recessimus ne audiremus uocem ipsius. Et adhererunt nobis multa mala, & maledictiones, quæ constituit dominus Moyse seruo suo, qui eduxit patres nostros de terra Aegypti, dare nobis terram fluentem lac & mel, sicut hodierna die. Et non audiuimus uocem domini dei nostri, secundum omnia uerba Prophetarum quos misit ad nos, & ad iudices nostros, & abiimus unusquisque in sensum cordis nostri maligni, operari diis alienis, facientes mala ante oculos domini dei nostri.

Anni ante Christum 625. Anni mundi 3374.

† Infr. a. b.

† Danie. 9. a

† Deute. 28. b

*Iudei peccata sua captiui agnoscetes deo gratias agunt, quod uini & non mortui dant gloriam deo, propterea deus illis aeternum pollicetur testamentum.*  
11.

Propter

**P**ropter quod <sup>a</sup> statuit dominus deus noster verbum suum quod locutus est ad nos, & ad iudices nostros, qui iudicauerunt in Ierusalem, ] & ad reges nostros, & ad principes nostros, & ad omnem Israel & Iuda, vt adduceret dominus super nos mala magna quæ non sunt facta sub cælo, quemadmodum facta sunt in Ierusalem ] secundum quæ scripta sunt in lege Moyli, vt manducaret homo carnes filij sui, & carnes filie suæ. Et dedit eos <sup>\*</sup> in manu regum omnium, qui sunt in circuitu nostro, in improperium & in desolatione, & in omnibus populis <sup>\*</sup> in quibus nos disperfit dominus. Et facti sumus subditi, & non supra, quia peccauimus domino deo nostro, non obaudiendo voci ipsius. <sup>†</sup> **D**omino deo nostro iustitia, nobis autem & patribus nostris confusio faciei, sicut est dies hæc. Quia locutus est deus super nos omnia mala hæc quæ venerunt super nos, <sup>b</sup> & non sumus deprecati faciem domini dei nostri, vt reuerteremur vnusquisque nostrum à viis nostris pessimis. Et vigilauit dominus in malis, & adduxit ea super nos, <sup>c</sup> quia iustus est dominus in omnibus operibus suis quæ mandauit nobis, & non audiuius vocem ipsius vt iremus in præceptis domini quæ dedit ante faciem nostram. <sup>†</sup> Et nunc domine deus Israel, quia eduxisti populum tuum de terra Ægypti in manu valida, <sup>d</sup> & in signis & in prodigijs, & in virtute tua magna, & in brachio excelso, & fecisti tibi nomen sicut est dies iste: peccauimus, impiè gessimus, iniquè egimus, domine deus noster in omnibus iustitijs tuis. Auertatur ira tua à nobis, quia derelicti sumus pauci inter gentes, vbi dispersisti nos. Exaudi domine preces nostras, & orationes nostras, <sup>d</sup> & educ nos propter te, & da nobis inuenire gratiam ante faciem eorum qui nos abduxerunt, vt sciat omnis terra, quia tu es dominus deus noster, & quia nomen tuum inuocatum est super Israel, & super genus ipsius. <sup>†</sup> **R**espice domine de domo sancta tua <sup>\*</sup> in nos, & inclina aurem tuam & exaudi nos. <sup>†</sup> **A**peri oculos tuos & vide, <sup>e</sup> quia <sup>†</sup> non mortui qui sunt in inferno, quorum spiritus acceptus est à visceribus suis, dabunt honorem & iustificationem domino, sed anima quæ tristis est super magnitudinem mali, & incedit curua & in infimis, & cuius oculi deficientes, & anima esuriens, dat tibi gloriam & iustitiam <sup>2</sup> domino, ] quia non secundum iustitias patrum nostrorum <sup>\*</sup> nos fundimus preces, & petimus misericordiam ante conspectum tuum domine deus noster, sed quia misisti iram tuam & furorem tuum super nos, sicut locutus es in manu puerorum tuorum Prophetarum, dicens: Sic dicit dominus: Inclinate <sup>3</sup> humerum vestrum & ceruicem vestram, ] & operam facite regi Babylonis, & sedebitis in terra quam dedi patribus vestris. <sup>†</sup> <sup>†</sup> **Q**uod si non feceritis: nec ] audieritis vocem domini dei vestri operari regi Babylonie, defectionem vestram faciam de ciuitatibus Iuda, & à foris Ierusalem, & auferam à vobis vocem iucunditatis, & vocem gaudij, & vocem sponsi, & vocem sponsæ: & erit omnis terra sine vestigio ab inhabitantibus eam. Et non audierunt vocem tuam, vt operarentur regi Babylonis, & statuisti verba tua quæ locutus es in manibus puerorum tuorum Prophetarum, vt transferrentur ossa regum nostrorum, & ossa patrum nostrorum de loco suo. Et ecce sunt proiecta in calore solis & in gelu noctis, & mortui sunt in doloribus pessimis, in fame & in gladio & in emissione. <sup>†</sup> **E**t posuisti templum in quo inuocatum est nomen tuum in ipso, sicut hæc dies, <sup>†</sup> propter iniquitatem domus Israel & domus Iuda. Et fecisti in nobis domine deus noster secundum omnem bonitatem tuam, & secundum omnem miserationem tuam illam magnam. <sup>†</sup> sicut locutus es in manu pueri tui Moyli, in die qua præcepisti ei scribere legem tuam coram filiis Israel, dicens: Si non obaudieris vocem meam, multitudo hæc magna conuertetur in minimam <sup>4</sup> gentem, quoniam eos dispergam, ] quia scio quod me non audiet populus. ] <sup>†</sup> **P**opulus est enim dura ceruice. <sup>†</sup> **E**t conuertetur ad cor suum in terra captiuitatis suæ: & scient quia ego sum dominus deus eorum. Et dabo eis cor, & intelligent, & aures, & audient. Et laudabunt me in terra captiuitatis suæ, & memores erunt nominis mei. Et auertent se à dorso suo duro, & à malignantibus suis, quia reminiscuntur ] viam patrum suorum, qui peccauerunt in me. Et reuocabo

† Deut. 28. f

† Sup. 1. e

† Dan. 9. d

† Deut. 26. d

† Isa. 63. d  
† Psal. 113. d

† Iere. 9. b

† Leuit. 26. b  
Deut. 28. b

<sup>a</sup> Statuit dñs & quod decernit obferuadū, & quod minatur puniendum, nisi statim seueretur. Nec enim homo peccato suo, domini potius periturbare consilium, quasi deum quod statuerat, mutare compulerit. Deus enim est dicitur statuta mutare vnde tropica locutione in scripturis factis etiam penitus legitur deum. Iuxta id dicitur qd homo sperauerat, vel nantatum auulsum ordo gellabat, non iuxta id quod se omnipotens facturum esse præfuerat. Aug. de ciuit. del. lib. 1. 4. ca. 11. 1. Israel.

<sup>\*</sup> Mancipia.  
<sup>†</sup> Qui in circuitu nostro sunt. <sup>†</sup> Frequenter enim legitur in prædictis libris qd Iudæi pro peccatis suis à deo percussij, per penam, non reuertebantur ad deum per penitentiam. De Lyræ.]

<sup>c</sup> Iustus est dominus, & in viis suis, & iustus & sanctus in operibus suis: iustus quidem in viis est, cum infirmitatē nostram in æternum regnum suum confirmata donorum spirituum est munione dedit. Sicut autē in operibus suis, cum vniuersis fructus in temporum opportunitate suppeditat: funditatem suam in omnium alimonia docens, iustitiam verd in repledis beneplacite animis conseruans Hilarius in Psal. 144.

<sup>d</sup> Educ nos de inuisibili & visibili captiuitate propter tuam propiam bonitatem & pietatem, & ad tuam ipsius honorem: & da nobis inuenire gratiam inter Chalæos, ne nos valde grauet, vt soliti sunt, Dionysibid.

<sup>e</sup> Et cogita.  
<sup>†</sup> Mortuus autem si paulo altius cōsideres, intelligas eos esse, qui ante naturalem corporis mortē virtutum operationibus mortui sunt, occisi scilicet à peccatis: viuent verò eos, qui conite viuent virtute, & ab hæc vita ad altiorē etiam atque diuiniōrē transeunt. Neque enim peccatores in presenti vita deū laudant, cum scriptum sit Eccl. 1. 2. Non est speciosa laus in ore peccatoris. Neque etiam in futura, vbi perpetuis affligēdi sunt cruciatibus, Ezech. in Psal. in fi.

<sup>2</sup> Domine.  
<sup>†</sup> Et regum nostrorum.

<sup>3</sup> Legem vestram.  
<sup>†</sup> Vides ergo orationis varias esse formas & genera. Orat qui stat. Itē orat qui suas deo aduertit: sicut ostendit, vt in oratione Ieremie Threnorū vltimo. Orat item qui deū laudat: quod hoc Ioan. luce. c. 13. vides. Quæ ergo est vanitas hominum temeritas, qui salutaris an-gelicam orationem dominicæ misme subdendam contēdunt, dicentes orationem nō esse, sed salutationem. Lory. ibid.]

<sup>4</sup> Non propter generis priuilegia, nō propter circūcisionis iniuriam, vel ocium sabbati: sed propter obedientiam, & deus est scilicet populi Israel, & Israel populus eius. Hiero. in 11. ca. Jerem. 4. In generibus quo disperdam eos illic.

<sup>†</sup> Vultis vt ad vos pertineat ipsa pax quam loquitur deus? Converterite cor ad ipsum, non ad me aut ad illum, aut ad quemlibet hominē, cadite cum ipsis. Quid est melius vt cadas cum illo ad quē conuertis, an vt fles cum illo cū quo contereris? Gaudij nostrum, pax nostra, requies nostra, suis omnium molcliarum non est nisi deus. Beati qui conuertunt cor ad ipsum. August. in Psal. 134.

<sup>†</sup> Retum suarum, quia seminis fecer.



si. Scitum testamentum alterum  
i. legem nouam per Christum, &  
sempiternum, tum quia legi no  
ua altera non succedet, id quia  
habet effectum sempiternum, in  
troducendo statum ad gloriam sem  
piternam, quod lex uetus facere  
non poterat, secundum quod de  
ducit Apostolus satis diffuse in  
Epistola ad Hebraeos. De Lyra  
ibidem.]

illos in terram: quam iuravi patribus illorum, Abraham, Isaac & Iacob, & dominabū  
tur eius. Et multiplicabo eos, & non minorabuntur. Et statuam illis testamentum al  
terum sempiternum, ut sim illis in deum, & ipsi erunt mihi in populum. Et non mo  
uebo amplius populum meum—filios] Israel à terra quam dedi eis.

*Quoniam Iudei uiam sapientiae & prudentiae deseruerunt, angustia pressi sunt: deus  
enim humiles elegit, quibus omnem uiam disciplinae tribuit.* 111.

a. Clamare ad deum nō est tan  
tum uoce, sed corde. Multi enī  
siles labiis, corde clamauerūt.  
Verbum enim est quicquid corde  
concepit, clamor autem cum  
procedit in factum. Aug. super  
Exod. lib. 2. cap. 4.

b. Ne memineris iniquitatum  
inobedientis, transgressionis  
mandatorum, idololatricae, & o  
mnium iniquitatum, quas eo  
siquē commiserat. Euthy. in  
Psal. 78.

c. Oranti itaque cum primis  
opus est sapientia. Sapientia etiā  
diuinorum rerum, cuius initiū  
timor domini est, ante omnia  
petenda, quod & Ethicus fa  
tetur dicens. Opto mihi sanam  
cum sano corpore mentem. Lo  
rychius ibid.]

d. Auertimus super eos nostrū  
iniquitatem.

e. Quorum praesertim obserua  
tia uiam dirigat ad gloriam, &  
ex uita gratia procedit, & gra  
tia incrementum meretur. Unde  
saluator, si uis ad uitam ingre  
di, serua mandata. Diony. ibid.

f. Cū itaque sic appellatur deus,  
consequens est ut eum fonte sa  
pientiae simul sint, quae ex ipso  
profluunt. Non enim erit sans  
nis aquas emittat. Cynillus cō  
tra haereticos. lib. 2. cap. 5.

g. In aeternum.

h. Est itaque in rationis quiddā  
ad superna & caelestia intendē,  
& id dicitur sapientia: & est quid  
dam ad transitoria & caduca re  
spiciens, & id prudentia voca  
tur. Haec duo ex ratione sunt, &  
in ratione consistunt, & diuidit  
se ratio in duo scilicet, in futurū  
& deorsum, sursum in sapientia  
& deorsum in prudentiam. Aug.  
quod de Spiritu & anima. ca. 11.

i. Filij eorum à uia ipsorum lon  
ge facti sunt.

k. Nomen est terra de qua fuit  
Elyphaz Themanites, qui non  
potebat nisi praesentem uiam,  
ut dictum fuit supra lib. 1. cap. 10.  
Et idem uidetur fuisse de aliis  
habitantibus illius terra. Nam  
iste fuit de maioribus & prae  
toribus illius terra. Propterea  
exclusus erat à sapientia diuina  
quae sollicitatem ponit in uita  
futura. De Lyra ibid.]

l. Meram.]

m. Maiorem domum tu habes  
pauper in qua tu exaudiris. Do  
mus dei communis est diuici &  
pauperi. Difficile tamen est di  
uitem intrare in regnū dei. Am  
bro Hexameron lib. 6. cap. 8.

n. Est enim dei filius sempite  
nus, quia sempiterni dei uirtus  
est, atque diuinitas. ER immen  
sus, quia de ipso Ieremias dicit:  
Magnus est, & nō habet finem,  
excelsus & immensus. Et paulo  
post, ut hęc de filio se dixisse de  
mōstraret, allicet. Hic deus no  
ster, & non aestimabitur alius ad  
eum, & c. Fulgentius ad Trasimundum  
lib. 2.

o. Eo quōdā.

p. Bipeditibus, uel inuentis.

q. Quid dicitur es de quo  
dicit tantus propheta? Sanctus  
spiritus dicit quod ad eum non  
possit alius aestimari. Quis enim  
poteat esse alia aestimatio ubi di  
uinitatis uarietas est? Ambrosius  
de si lib. 2. cap. 2.

r. Si ipse legē dedi Iacob puero  
suo, & Israel dilecto suo, ipse est  
qui dedit legem Moysi, & idem  
postea in terris uisus est. Chryl.  
de Trinitate. sermo.



T nunc domine omnipotens deus Israel, anima in angustiis & spiritus  
anxius clamat ad te. Audi domine & miserere, quia deus es misericors,  
& miserere nostri, quia peccauimus ante te. Quia tu sedes in sempiter  
num, & nos peribimus in aërum? Domine deus omnipotens deus Israel,  
audi nunc orationem mortuorum Israel, & filiorum ipsorum, quia peccauerunt ante  
te, & non audierunt uocem domini dei sui, & agglutinata sunt nobis mala. Noli me  
minisse iniquitatis patrum nostrorum, sed memento manus tuæ & nominis tui in  
tempore isto, quia tu es dominus deus noster, & laudabimus te domine, quia pro  
pter hoc dedisti timorem tuum in cordibus nostris. Et ut inuocemus nomen tuum,  
& laudemus te in captiuitate nostra, quia conuertimur ab iniquitate] patrum nostro  
rum, qui peccauerunt ante te. Et ecce nos in captiuitate nostra sumus hodie, quo  
nos dispersisti in improperium & in maledictionem & in peccatum, secundum om  
nes iniquitates patrum nostrorum, qui discesserunt à te domine deus noster. Audi Is  
rael mandata uitæ, auribus percipe ut scias prudentiam. Quid est Israel quod in terra  
inimicorum es? Inueterasti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis. Deputatus  
es cum descendantibus in infernum, dereliquisti fontem sapientiae. Nam si in uia dei  
ambulasses, habitasses utique in pace super terram. Disce ubi sit prudentia, ubi sit  
virtus, ubi sit intellectus, ut scias simul ubi sit longiturnitas uitæ & uictus, ubi sit lumen  
oculorum & pax. Quis inuenit locum eius? Et quis intrauit in thesauros eius? Ubi sunt  
principes gentium, & qui dominantur super bestias quæ sunt super terram? Qui in a  
uibus cœli ludunt, qui argentum thesaurisunt & aurum, in quo confidunt homines,  
& non est finis acquisitionis eorum. Qui argentum fabricant & solliciti sunt, nec est  
inuentio operum suorum. Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, & alij loco  
eorem exsurrexerunt. Iuuenes uiderunt lumen & habitauerunt super terram. Uiam  
autem disciplinae ignorauerunt, neque intellexerunt semitas eius, neque filij eorum]  
susceperunt eam. A facie ipsorum longe facta est. Non est audita in terra Chanaan  
& neque uisa est in Theman. Filij quoque Haggar qui exquisierunt prudentiam quæ  
de terra est, negotiatores terræ] & Theman, & fabulatores & exquisitores pruden  
tia & intelligentia,] uiam autem sapientiae nescierunt, neque commemorati sunt se  
mitas eius. O Israel quam magna est domus dei, & indigens locus possessionis eius.  
Magnus & non habens finem, excelsus & immensus. Ibi fuerunt Gigantes nomina  
ti, illi qui ab initio fuerunt statura magna scientes bellum. Non hos elegit dominus,  
neque uiam disciplinae inuenerunt, propterea perierunt. Et quoniam] non habue  
runt sapientiam, perierunt propter suam insipientiam. Quis ascendit in cœlum & ac  
cepit eam, & eduxit eam de nubibus? Quis transfretauit mare & inuenit illam & at  
tulit illam super aurum electum? Non est qui possit scire uias eius, neque qui exqui  
rat semitas eius. Sed qui scit uniuersa nouit eam, & inuenit eam prudentia sua. Qui  
præparauit terram in aeterno tempore, & repleuit eam pecudibus & quadrupedi  
bus. Qui emittit lumen & vadit & uocauit illud, & obedit illi in tremore. Stellæ autē  
dederunt lumen in custodiis suis, & lætatae sunt. Vocatae sunt, & dixerunt: Assumus.  
Et læxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illas: Hic est deus noster, non aestimabitur  
alius aduersus eum. Hic adinuenit omnem uiam disciplinae, & tradidit illam Iacob  
puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris uisus est, & cum hominibus conuer  
satus est.

*Discrimen*

76. di. c. Non autem. 22. quæst. r. c. Exemplum. De conse. di. 5. c. Ieiunij.

**H**ic liber mandatorum dei, & lex quæ est in æternum. Omnes qui tenent eam peruenient ad vitam: qui autem dereliquerunt eam, in mortem. Conuertere Iacob & apprehende eam, ambula <sup>1</sup> per viam ad splendorem eius contra lumen eius. Ne tradas alteri gloriam tuam, & <sup>2</sup> dignitatem tuam] genti alienæ. Beati sumus Israel, quoniam quæ deo placent, manifesta sunt nobis. Animæquior esto populus dei, memorabilis Israel. Venundati estis gentibus, non in perditionem, sed propter quod in ira <sup>b</sup> ad iracundiam prouocastis dominum, traditi que estis aduersariis.

**B** <sup>3</sup> Exacerbastis enim eum qui fecit vos, & deum æternum, ] immolantes dæmoniis & non deo. Obliti enim estis eum qui <sup>3</sup> nutriuit vos, ] & contristastis nutricem vestram Ierusalem. <sup>c</sup> vidit enim iracundiam à deo venientem vobis, & dixit: Audite <sup>4</sup> ciuitates] Sion. Adduxit enim mihi deus luctum magnum. Vidi enim captiuitatem populi mei, filiorum meorum & filiarum, quam superdixit illis æternus. Nutriui enim illos cum iucunditate, dimisi autem illos cum fletu & luctu. Nemo gaudet super me viduam & desolatam, à multis <sup>d</sup> derelicta] sum propter peccata filiorum meorum, quia <sup>c</sup> declinauerunt à lege dei. <sup>e</sup> Iustitias autem ipsius nescierunt, nec ambulauerunt per vias mandatorum dei, neque per semitas veritatis eius cum iustitia ingressi sunt. Veniant confines Sion, & memorentur captiuitatem filiorum & filiarum mearum, quam superdixit illis æternus. Adduxit enim super illos gentem de longinquo, gentem improbam & alterius linguæ <sup>d</sup> qui non sunt reueriti senem, neque puerorum miseri. Et abduxerunt dilectos viduæ, & à filiis vnicam desolauerunt. Ego autem quid possum adiuuare vos? <sup>e</sup> Qui enim adduxit super vos mala, ipse vos eripiet de manibus inimicorum vestrorum. <sup>e</sup> Ambulate, filij ambulate, ego enim derelicta sum sola. Exui me stola pacis, indui autem me sacco <sup>e</sup> obsecrationis, & clamabo ad altissimum in diebus meis. Animæquiores estote filij, clamate ad dominum, & eripiet vos de manu principum inimicorum. Ego enim speravi in æternum salutem vestram, & venit mihi gaudium à sancto super misericordia, quæ veniet vobis\* ab æterno saluatore vestro.

**E** <sup>f</sup> Emisi enim vos & luctu & ploratu, reducet autem vos mihi deus cum gaudio & iucunditate in æternum. Sicut enim viderunt vicinæ Sion captiuitatem vestram à deo, sic videbunt & in celeritate salutem vestram in deo, quæ superueniet vobis cum honore magno, & splendore æterno. <sup>f</sup> Filij patienter sustinete iram quæ superuenit vobis. Persecutus est enim te inimicus tuus, sed cito videbis perditionem ipsius, & super certices ipsius ascendes. Delicati mei ambulauerunt vias asperas, ducti sunt enim vt grex <sup>e</sup> direptus ab inimicis. Animæquiores estote filij, & proclamate ad dominum. <sup>g</sup> Erit enim memoria vestra ab eo qui ducit vos. Sicut enim fuit sensus vester vt erraretis à deo, <sup>h</sup> decies tantum iterum conuertentes requiretis eum. Qui enim induxit vobis mala, ipse rursus adducet vobis sempiternam iucunditatem cum salute vestra. Animæquior esto Ierusalem. <sup>g</sup> Exhortatur] enim te, qui te nominauit. <sup>h</sup> Nocentes parentur qui te vexauerunt, & qui gratulati sunt in tua ruina, punientur. ] Ciuitates quibus seruerunt filij tui <sup>g</sup> punientur, ] & quæ accepit filios suos. <sup>h</sup> Sicut enim gauisa est in tua ruina, & lætata est in casu tuo, sic contristabitur in sua desolatione. Et amputabitur exultatio multitudinis eius, & <sup>h</sup> gaudimonium] eius erit in luctum. <sup>h</sup> Ignis enim superueniet ei ab æterno in longiturnis diebus, & habitabitur à dæmoniis in multitudine temporis. <sup>h</sup> Circumspice Ierusalem ad orientem, & vide iucunditatem à deo tibi venientem.

Infra eodem.

Infra 5. b

Ierusalem desolata bono esse animo iubetur, quia Christus & ecclesia designatur. V.

**H**ic enim veniunt filij tui: quos dimisisti dispersos, veniunt collecti ab oriente vsque ad occidentem, in verbo sancti gaudentes in honorem dei. Exue te Ierusalem stola luctus & vexationis tuæ, & indue te decore & honore]

a. Precepta dei hoc in libro tanguntur vt feruentur, & lex dei per Moysen data quod ad moralia, & figura preueniunt ad ea, & manet in euangelica lege. Dionysius ibid.  
1. Ad splendorem eorum lumine eius.  
2. Quæ sunt vitia tibi.

b. Quia peccauimus iratus nobis er domine, propterea errauimus & reliquimus viam, qui semper fuimus in peccatis, tua tantum saluabimur misericordia: qui per nos immundi sumus, & quequid videmus habere iustitiam, panno sedentis sive mulieris menstruatæ comparatur. Hiero. in 64. ca. I. I. I. I.

3. Genitri vos deum æternum. [c. Vidit enim Ieremias sicut & ceteri prophete penam à deo venientem super populum, unde consequenter consolatur populum in persona Ierusalem: & vniuersa iuxta se posita magis elucescant, primo recitatur materia desolationis, secundo consolationis, ibi ego autem circa primum. Et dicit, si per prophetas & alios sanctos, desolationem Ierusalem lamentaret. De Lira ibid.]

4. Confines.  
5. Desolata.  
6. Qui nec senes quib' debetur reuerentia, nec pueros quibus debetur copatio, reueriti sunt. Cum tamen præcipere Romanus pueros non occidi in bello. Hinc Thre. 4. habetur: facies sacerdotum non cubuerunt, neque senum miseri sunt. Dion. ibid.

c. Hoc est, semper, non semel dum taxat, sed perpetuo. Quamuis dum necessarii nobis est vt ambulemus, ita quoque vt redire viamur. Atque hoc semper desolationis vocat: & merito, declarans talem nobis præcipit esse vitam, sed modica talis est. Chry. in 1. ca. Coloss. h. a.

6. Deprecationis. mes.  
7. Velociter.  
[f. Hic consequenter ponitur consolatio in plona dei. Primo ponit aduersarium, deinde fideliū patientium consolationem. Patientia hoc loco commendatur tanquam certa materia in qua animas nostras possidere possimus. Committitur item crudelibus crudelia. Quia mensura mentium eadem illis reuertitur. Locius ibid.]

g. Decies enim requiretis eum post reditum enim captiuitatis Babilonica: non legatur Iudei fuisse idololatras, nisi aliqui pauci tempore Antiochi Epiphanis, ducti tamen ad hoc magis timore quam infidelitate. De Lira ibid.]

7. Consolabitur.  
8. Miseri erunt qui te affligit, & qui supergaudent tua ruina.  
9. Miseri erunt.  
10. Superbia.

h. Babilon, à deo æterno & sic ab æterno prauitum est à deo, qui per Dariū Medum, & Cyrum Persarū Reges fecit pro bona parte Babilonem cōburi. Dionysius ibid.

a. Quid nobis videtur de infirma ratione Sion & Ierusalem, & cunctis que ei propheta ratione premituntur, hic pauci perstringam. Veniet enim redemptor Sion, & eorum qui redescit ab impietate Iacob: hoc est, veniet Christus, qui redimet Sion sanguine suo. Hierony. in cap. 69. I. I. I.

b. Hoc est, tanta erit pax tua, et pietatis & deuotionis tue honorificentia, quod deo ordinante ac precipiente vocaberis pax iustitiae & honor pietatis. Diony. ibid.

c. Ostendit & humiles sublimandos, & diuerso sublimandi, ac difficultate legis dei facilitate mutandam. Chry. in ca. 3. Marc. homil. 10.

1. Exultauerunt. [d. Possimus etiam per motes & colles intelligere peccata. De quibus ait: Mittit angelum parare viam eius. Rupes hic signi fiant obstinatos, quos etiam malus Iesus uerbi potest dissindere. Lo. rychius ibid.]

eius, quae à deo tibi est in gloria sempiterna. <sup>a</sup> Circundabit te deus diploide iustitiae, <sup>b</sup> & imponet mitram capiti tuo honoris aeterni. Deus enim ostendet splendorem suum in te, qui sub caelo est. <sup>b</sup> Nominabitur enim tibi nomen tuum à deo in sempiternum, pax iustitiae & honor pietatis. Exurge Ierusalem & sta in excelsis, <sup>†</sup> & circumspece ad orientem, & vide collectos filios tuos ab oriente sole usque ad occidentem, in verbo sancti gaudentes dei memoria. <sup>a</sup> Exierunt enim abs te pedibus ducti ab inimicis, adducet autem illos dominus ad te portatos in honorem sicut filios regni. <sup>c</sup> Constituit enim deus humiliare omnem montem excelsum, & rupes perennes, & conualles replere inaequalitatem terrae, ut ambulet Israel diligenter in honorem dei. <sup>a</sup> <sup>d</sup> Obumbrauerunt autem syluae, & omne lignum suauitatis Israel mandato dei. Adducet enim deus Israel cum iucunditate in lumine maiestatis suae, cum misericordia & iustitia quae est ex ipso.

†Sup. 4. g.

Incipit exemplum epistolae eiusdem, quam misit Ieremias ad abductos captiuos in Babyloniam à Rege Babyloniorum, ut annuntiaret illis secundum quod preceptum est illi à deo.

Epistola.

*Hortatur Ieremias Iudeos ut sibi à deorum mortuorum & insensibilium cultu caueant, sub nomine epistolae.*

VI.

4. Quomodo propinquos vel liberos tuos non fortuita nec irrationabili coeres ita, sed per uerba reducere cupis ab errore in quem incubuerant. Sic deus eos, qui non poterunt sermone conuerti, ablotibus, tormentis, ad id retrahit quod fuerit. Rabai. in 13. cap. Ieremias.

[b. Idololatria omnia in se continent flagitia, potissimum uero feoriationem, iuxta hoc quod infra dicitur: Mulieres circumdatae funibus in uis sedent. Ligabant se funibus mulieres, tanquam peccatis deuinctae, nec uisquam illis expedirent, nisi si quis uir cum illis rem habuerit. Lo. rychius ibid.]

3. Valentes turbam ante & post eos adorantes.

e. Idola ex auro formantur ac decorantur, ac si optarent sic fieri aut ornari: quemadmodum puellae cupienti ornamenta sibi adhiberi, acquirunt ea. Dio. ibid.

2. Et his quae sub teo meretricibus, ornantque eos quasi homines uelut in deos argenteos & aureos & ligneos. [d. Non liberantur ab erugine, i. rubigine quantum ad aurum & argentum, & alia metalla ex quibus sunt, & uestes quibus operiuntur, quae uermibus corroduntur. De Lya. ibid.]

3. Super

e. Namque plures eorum numerosis in eorum deorum similitudine introducebant, & uisum ac uulsum fecerunt in diuinis naturis agere existimantes, ortus ac successiones ex diis eorum asserbant. Alij minores ac maiores, & differentes pro potestate deos praedicabant. Hila. de Trinit. lib. 1.

4. Noti sunt non esse dij.

5. Timueritis.

6. Plures quam sibi ipsi.

7. Serpentes namque corredebant interiora latrosum deorum. Serpentum quippe est terram rodere & comedere, iuxta illud Gene. 3. Terram comedens euntes diebus uita tua. Diony. ibid.

gg. Consequenter ponitur tertia deductio ad idem, & incipit à deturpatione suae speciositatis, cum dicitur: Aurum etiam, &c. ad decorem. De Lya. ibid.]

7. Specimen.

h. Erubescant cum tetae & talia opera à deo sint facta. Vel, Erubescant, dum de idololatriae errore redarguuntur. Euthymius in Psal. 96.



<sup>†</sup> Propter peccata quae peccastis ante deum, abducemini in Babyloniam captiuam à Nabuchodonosor Rege Babyloniorum. Ingressi itaque in Babylonem, eritis ibi annis plurimis & tempus longum usque ad generationes septem, post hoc autem educam vos inde cum pace. <sup>b</sup> Nunc autem uidebitis in Babylonia deos aureos & argenteos & lapideos & ligneos in humeris portari, ostentantes metum gentibus. Videte ergo ne & vos similes efficiamini factis alienis & metuatis, & metus vos capiat in ipsis. <sup>†</sup> Visa itaque turba de retro & ab ante, adorantes, dicite in cordibus uestris: Te oportet adorari domine. Angelus autem meus uobiscum est. Ipse autem exquiram animas uestras. Nam ligna ipsorum polita à fabro, ipsa etiam inaurata & inargentata falsa sunt, & non possunt loqui. <sup>c</sup> Et sicut uirgini amanti ornamenta, ita accepta auro fabricata sunt. Coronas certe aureas habent super capita sua dij illorum, unde subtrahunt sacerdotes ab eis aurum & argentum, & erogant illud in semetipsis. Dant autem & ex ipso <sup>2</sup> prostitutis, & meretrices ornant, & iterum cum receperint illud à meretricibus, ornat deos suos. <sup>d</sup> Hi autem non liberantur ab erugine & tinea. Opertis autem illis ueste purpurea, extergent faciem ipsorum propter puluerem domus, qui est plurimus <sup>3</sup> inter eos. Sceptrum autem habet ut homo sicut iudex regionis, qui in se peccantem non interficit. Habet etiam in manu gladium & securim, se de bello & à latronibus non liberat. <sup>e</sup> Unde <sup>†</sup> uobis notum sit, quia non sunt dij. Non ergo <sup>5</sup> reueremini eos. Sicut enim & vas hominis con fractum inutile efficitur, tales sunt & dij illorum. Constitutis illis in domo, oculi eorum pleni sunt puluere à pedibus introeuntium. Et sicut aliqui qui Regem offendit, circumsepti sunt ianuae, aut sicut ad sepulchrum adductum mortuum, ita tutantur sacerdotes ostia clausuris & feris, ne à latronibus expolientur. Lucernas accendunt illis, & quidem <sup>6</sup> multas, ex quibus nullam videre possunt. Sunt autem sicut trabes in domo. <sup>f</sup> Corda uero eorum dicunt elingere serpentes qui de terra sunt, dum comedunt eos & uelut in puluere ipsorum, & non sentiunt. Nigrae fiunt facies eorum à fumo, qui in domo fit. <sup>g</sup> Supra corpus eorum & supra caput eorum volant noctuae & hirundines & aues, etiam similiter & cartae. Unde sciatis, quia non sunt dij. Ne ergo timueritis eos. <sup>g</sup> Aurum etiam quod habet <sup>7</sup> ad speciem est, nisi aliquis exterferit eruginem, non fulgebunt. Neque enim dum conflarentur, sentiebant. <sup>†</sup> Ex omni pretio empta sunt, in quibus spiritus non est in ipsis. <sup>†</sup> Sine pedibus in humeris portantur ostentantes ignobilitatem suam hominibus. <sup>h</sup> Confundantur etiam qui colunt ea. Propterea si ceciderint in terram, à semetipsis non consurgunt, neque si quis eum statuerit,

†Sup. 13. 14.

†Isa. 44. b.

†Isa. 46. b.

†Isa. 4. b.

tuērit rectum, per semetipsum <sup>8</sup> stabit, ] sed sicut mortuis humeri eorum illis apponentur. <sup>1</sup> Hostias illorum vendunt sacerdotes ipsorum & abutuntur, similiter & mulieres <sup>2</sup> eorum decerpentes, ] neque infirmo, neque mendicanti aliquid impertunt, de sacrificiis eorum facta & menstruata contingunt: Sciens itaque ex his, quia non sunt dii, ne timeatis eos. <sup>k</sup> Vnde enim vocantur dii? Quia mulieres apponunt diis argenteis & aureis & ligneis, & in domibus eorum sacerdotes sedent, habentes tunicas scissas, & capita & barbam rasam, quorum capita nuda sunt. <sup>8</sup> Rugiunt autem clamantes contra deos suos: sicut in cœna mortui. Vestimenta eorum auferunt sacerdotes, & vestiunt uxores suas & filios suos. Neque si quid mali patiuntur ab aliquo, neque si quid boni, poterunt retribuere: neque regem constituere possunt, neque auferre. Similiter neque dare diuitias possunt, neque malum retribuere. Si quis illis votum uerit, & non reddiderit, neque hoc requirunt. Hominem à morte non liberant, neque infirmum à potentiore eripiunt. Hominem cæcum ad visum non restitunt, de necessitate hominem non liberabunt. Viduæ non miserebuntur, neque orphanis beneficient. <sup>1</sup> Lapidibus de monte similes sunt dii illorum, lignei, & lapidei, & aurei, & argentei: qui autem colunt ea, confundentur. Quomodo ergo æstimandum est aut dicendum illos esse deos? Adhuc enim ipsis Chaldæis non honorantibus ea, qui cum <sup>10</sup> audierint ] mutum non posse loqui offerunt illum ad Bel, postulantes ab eo loqui, quasi possint sentire qui non habent motum. Et ipsi cum intellexerint, <sup>11</sup> relinquent ] ea. Sensum enim non habent ipsi dii illorum. <sup>m</sup> Mulieres autem circumdatae funibus in viis sedent, succedentes <sup>12</sup> ossa oliuatum. ] Cum autem aliqua ex ipsa abstracta ab aliquo transeunte dormierit cum eo, proximæ suæ exprobrat quod ea non sit digna habita sicut ipsa, neque funis eius diruptus sit. Omnia autem quæ illis fiunt, falsa sunt. Quomodo æstimandum aut dicendum est illos esse deos? A fabricis autem & aurificibus facta sunt. Nihil aliud erunt, nisi id quod volunt esse <sup>13</sup> sacerdotes. ] Aurifices etiam ipsi qui ea faciunt, non sunt multi temporis. Nunquid ergo possunt ea quæ fabricata sunt ab ipsis esse dii? Reliquerunt autem falsa & opprobrium postea futuris. Nam cum superuenerit illis prælium & mala, cogitant sacerdotes ubi se abscondant cum illis. Quomodo ergo <sup>\*</sup> sentiri debeant quoniam dii sunt, qui nec de bello se liberant, neque de malis se eripiunt? Nam cum sint lignea, & inaurata, & inargentata, <sup>n</sup> scietur postea quia falsa sunt ab vniuersis gentibus & regibus, quæ manifesta sunt, quia non sunt dii, sed opera manuum hominum, & nullum opus dei cum illis. Vnde ergo notum est quia non sunt dii, & sed opera manuum hominum: & nullum dei opus in ipsis est? <sup>8</sup> Regem regioni non suscitant, neque <sup>o</sup> pluuiam hominibus dabant. Iudicium quoque non discernent, neque <sup>14</sup> regiones ] liberabunt ab iniuria, quia nihil possunt sicut corniculæ inter medium cœli & terræ, Etenim cum inciderit ignis in domum deorum ligneorum, & argenteorum, & aureorum, sacerdotes quidem ipsorum fugient & liberabuntur, ipsi vero sicut trabes in medio comburentur. Regi autem & <sup>15</sup> bello ] non resistent. Quomodo ergo æstimandum est aut recipiendum, quia dii sunt? Non à furibus neque à latronibus se liberabunt dii lignei. & lapidei, & inaurati, & inargentati, <sup>16</sup> quibus iniqui fortiores sunt. Aurum ] & argentum & vestimentum quo operati sunt, auferent illis, & abibunt, nec sibi auxilium ferent. Itaque melius est esse Regem ostentantem virtutem suam, aut vas in domo vtile in quo gloriabitur qui possidet illud, vel ostium in domo quod custodit quæ in pace sunt, quam falsi dii. <sup>\*</sup> Sol quidem & Luna ac sidera cum sint splendida & emissa ad vtilitates, obaudiunt: similiter & fulgur cum apparuerit, perspicuum est. Id ipsum autem & spiritus in omni regione spirat, & nubes quibus cum imperatum fuerit à deo perambulare in vniuersum orbem, perficiunt quod imperatum est eis. <sup>17</sup> Ignis etiam missus desuper vt consumat montes & sylvas, facit quod præceptum est ei. Hæc autem neque speciebus neque virtutibus vni eorum similia sunt. Vnde neque æstimandum est, neque dicendum illos esse deos, quando non possunt, neque iudicium iudicare, neque quicquam facere hominibus.

8. Mouebitur, & si inclinatus fuerit non eriget se.   
 9. Nam idola manducare non possunt hostias sibi oblata, ideo sacerdotes illorum vendere coguntur, & abuti precio illorum ad illicitos vsus De Lira, ibid. ]   
 9. Ab eis condientes.   
 k. Quantum igitur de diis vestris, nomina solummodo videlicet quorum, veterum mortuorum fabulas audio, & sacra de fabulis recognosco.   
 Quantum autem de simulacris ipsi nil aliud reprehendo, quæ matres sorores esse vasculorum, instrumentorumque communis, vel ex eisdem vasculis, & instrumentis quasi factum consecratio ne mutant, licentia artis transfigurante, & quidem contumaciter, in iplo opere sacrilegè: vt reuera nobis, maxime qui propter deos ipsos plectimur, saluti penarum esse possit, quod eadem & ipsi pariter vt hanc. Tertul Apologeti aduersus gentes cap. 12.   
 1. Lapidibus de monte similes sunt, qui inde se mouere non possunt, neque aliquid agere, ideo cœcloditur in fine, Quomodo ergo æstimandum est, aut dicendum illos esse deos: vnde ponitur delectio quinta, quæ in epist. à Chaldeo quæ vniuersionet ui cum essent cultores idolorum, tamen quando non habebant intantum vilipendebant ea. De Lira, ibid. ]   
 10. Videant.   
 11. Non possunt relinquere.   
 m. Solebant enim femine quædam idololatras se cingere fune quasi magni criminis eæ, & in viis sedere per quas erat iter ad idola, donec cõ transeunte quodam dormirent à via abstractæ. Nam qui cognouisset illi forum abstractam, dirumpere & præscindere funem illius, & per hoc putabat se à crimine vinculo liberatam. Eum enim à quo cognita fuit credebatur vel deum sanum, vel sibi directum à deo suo. Idcirco improperabat vicinæ suæ, quod ipsa non fuerit similiter visitata, nec eius funis diruptus. Dionys. ibidem.   
 12. Furibiles.   
 13. Artifices.   
 \* Non.   
 n. Hic videtur esse prophetia de tempore Christi. In quo per totum orbem deiecta sunt idola, per prædicationem Apostolorum & aliorum Christi discipulorum. De Lira. ]   
 o. Hoc est, quia quomodo similitudo non possunt imbre suam, nec cœli per se dare imbrem suum. Dicuntur & hoc contra hereticos, qui pluuiam doctrinarum tribuere non possunt: cum cœlos esse pronuntiat, & de se feripram gloriantur. Cœli enarrant gloriam dei, tamen non possunt imbres dare doctrinæ. Solum est enim deus qui sibi in situat populum, & diuersitates gratiarum tribuat expectantibus se. Kaba. post Hier. in 14. cap. lxxviii.   
 14. Impotentia.   
 15. Hostibus.   
 16. Quorum fortes auferentes aurum.   
 \* Et lignea columna quam falsi dii.   
 p. At si ignis à cœlo cecidit, nō est tribuenda virtuti eius, aut vitæ dæmonis, sed quicquidque prius occiderit virtute diuina, vel Sodomæ & Gomorrahæ, & vicinas vrbes cõsumpsit: aut oratione Elieholocustis absumpsit: & item illo orante descendit ignis de cœlo, & combussit quinque generarios binos à principio missos. Inde Deut. 32. ignis succedit est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima: deorabitque terram cum germine suo, &c. Vnde quantumuis lignem mittant è cœlo in terras, hoc nisi deo permittente facere non possunt. Dionys. ibidem. ]

*Eq. Quia non apparet in eis virtus aliqua, nec per consequens in aliquo sunt timendi, unde sequitur deductio noua, quæ accipitur ex defectu diuinae proprietatis, quia scilicet neque regibus maledicent, neque benedicunt bonis, quod est proprium dei. De Lyra. ibidem.]*  
*17. Marmore.*  
*18. Putrefacto.*

Scientes itaque quia non sunt dii, ne ergo timueritis eos. Neque enim regibus maledicent, neque benedicent. Signa etiam in cælo gentibus non ostendunt: neque vt sol lucerent, neque illuminabunt vt luna. Bestiæ meliores sunt illis, quæ possunt fugere sub tectum, ac prodesse sibi. Nullo itaque modo nobis est manifestum quia sunt dii, propter quod ne timeatis eos. Nam sicut in cucumerario formido nihil custodit, ita sunt dii illorum lignei, & argentei, & inaurati. Eodem modo & in horto spina alba, supra quam omnis auis sedet. Similiter & mortuo proiecto in tenebris, similes sunt dii illorum lignei, & inaurati, & inargentati. A purpura quoque & 17 murice] quæ supra illos 18 teneant,] scietis vtique quia non sunt dii. Ipsi etiam postremo comeduntur, & erit opprobrium in regione. Melior est homo iustus qui non habet simulachra, nam erit longe ab opprobriis.

INCIPIIT PROLOGVS IN EZECHIE-  
lem Prophetam.

**E**zechiel Propbeta cum Ioachim rege Iuda captiuus ductus est in Babylonem, ibique iis qui cum eo capti fuerant, prophetauit, pœnitentibus quoddam ad Ieremiam vaticinium se vltro aduersarius tradidissent: & viderent adhuc urbem Ierosolymam stare, quam ille casuram esse prædixerat. Tricesimo autem etatis sue anno, & captiuitatis quinto, exorsus est ad captiuos loqui. Et eodem tempore, licet posterior, hic in Chaldaea, Ieremias in Iudæa prophetauerunt. Sermo eius nec satis disertus, nec admodum rusticus est, sed ex vtroque mediè temperatus. Sacerdos & ipse fuit, sicut Ieremias principia voluminis & finem magnis habes obscuritatibus inuoluta. Sed & vulgata eius editio non multum distat ab Hebraico. Vnde satis miror, quid causæ extiterit, vt si eosdem in vniuersis libris habemus interpretes, in aliis eadem, in aliis diuersa translulerint. Legite equur & hunc iuxta translationem nostram: quoniam per cola scriptus & commata, manifestiore legentibus sensum tribuit. Si autem amici mei & hunc subsannauerint, dicite eis, quoddam nemo eos compellat vt scribant. Sed vereor ne illud eis eueniat, quoddam Græcè significantius dicitur, vt vocentur Philoladori,] quod est conuitiis gaudentes.

*1. Phagoladori.*  
*2. Ezechiel sacerdos filius Buzi genitus in terra Sataza, in 1790 Christi filius hominis nuncupatus. Hic captiuus cum Ioachim in Babyloniam ductus ad edocipiendos prophetauit, corripiens eorum offensiones, & zelo dei motus cœca eorum crimina turpitudinèque arguens: quem rex populi Israel interfecit, pro eo quod seueritate pontificali corripere ab eo ob impietatem sacrilegii. Sepultus est à populo in agro M. hurim in sepulchro Semetraphaxat, Iudæus de vicia & morte quorundam sanctorum cap. 39.*  
*h. A duodecesimo anno fuisse regis Iuda, quando inuentus est liber Dæronomii in templo, vsque ad quintum annum captiuitatis. Ioachim cognomen Iechonia, qui cum matre ductus est in Babylonem, & cum Daniele, tribus pueris & Ezechiele quæ est tribus Iudæ secunda captiuitas. Hiero. ibidem.*  
*c. Et quoniam Ezechiel fuit de tribu sacerdotali, eliciunt quiddam fuerit de tribu regali: quia hæc duæ tribus tanquam ceteris principales matrimonialiter iunctæ fuerunt. Dionysius. ibidem.*  
*2. Scintillabant.*  
*a. Politi.*  
*d. Manus operatio, & penna contemplatio. Manus igitur sub pennis sunt, quando ad actionem contemplationi inniuntur, & actionis suæ opera vitæ contemplationis videntur. Grego. Moral. lib. 7. cap. 28.*  
*e. Iuncta sibi sunt euangelia, hæc tenentur mutuo, & in toto orbe volitantia, huc illucque discunt, nec habent finem volutus, nec aliquando superantur & recedunt, sed semper ad vltiora procedunt. Hieron. ibidem.*  
*f. In quolibet siquidem animali erant quatuor alæ, quarum duæ fuerunt ad corpus texendum deorsum preffæ, aliæ vero duæ ad uolandum extensæ: & illæ alterius animalis pennas extensas tangebant. Dion. ibidem.*

Incipit Ezechielis Prophetia.

Ezechieli in captiuitate apparent visiones throni dei, yotarum, animalium, & imaginis dei. Cap. I.



T factum est in b tricesimo anno, in quarto, in quinto die mensis, cum essem in medio captiuorum iuxta fluuium Chobar, aperti sunt cœli & vidi visiones dei. In quinta mensis, ipse est annus quintus transmigrationis regis Ioachim: factum est verbum domini ad Ezechielem filium Buzi c sacerdotem in terra Chaldæorum secus flumen Chobar. Et facta est super eum ibi manus domini. Et vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone, & nubes magna & ignis inuoluens. Et splendor in circuitu eius, & de medio eius quasi species electri, id est, de medio ignis. Et in medio eius similitudo quatuor animalium, & hic aspectus eorum. Similitudo hominis in eis. Et quatuor facies vni, & quatuor pennæ vni. Et pedes eorum pedes recti, & planta pedis eorum quasi planta pedis vituli, & scintillæ] quasi aspectus æris candentis.] Et d manus hominis sub pennis eorum in quatuor partibus, e & facies & pennas per quatuor partes habebant, f iunctæque erant pennæ eorum alterius ad alterum. Non reuertebantur cum incederent, sed vnumquodque ante faciem suam gradiebatur. Similitudo autem vultus eorum, facies hominis & facies leonis à dextris ipsorum quatuor, facies autem bouis à sinistris ipsorum quatuor, & facies aquilæ de super ipsorum quatuor, & facies eorum & pennæ eorum extensæ de super. Duæ pennæ singulorum iungebantur, & duæ tegebant corpora eorum.

An. dte Christi  
 Rom. 621.  
 Anni mundi  
 A 3741.

† De penn. d. c.  
 Pennata. &c. Non reuertebantur c. p. rest. d. c. uelut.]

Et



Et vnumquodque eorum coram facie sua ambulabat. Vbi erat impetus spiritus illuc gradiebantur nec reuertebantur cum ambularent. Et similitudo animalium & aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum. <sup>3</sup> Hæc erat visio discurrens in medio animalium & splendor ignis, & de igne fulgur egrediens. Et animalia ibant & reuertebantur, in similitudinem fulguris & coruscantis. Cùmque aspicerem animalia, apparuit rota vna super terram iuxta animalia habens quatuor facies. Et aspectus rotarum & opus earum quasi visio maris, & vna similitudo ipsarum quatuor: & aspectus earum & opera quasi sit rota in medio rotarum. <sup>6</sup> Per quatuor partes earum euntes ibant, & non reuertebantur cum ambularent. <sup>7</sup> Statura quoque erat rotis & altitudo & horribilis aspectus: & totum corpus oculis plenum in circuitu ipsarum quatuor. Cùmque ambularent animalia ambulabant pariter & rotæ iuxta ea: & cum eleuantur animalia de terra, eleuantur simul & rotæ. Quocùmque ibat spiritus, illuc eunte spiritu & rotæ pariter eleuantur sequentes eum. Spiritus enim vitæ erat in rotis. <sup>10</sup> Cum euntibus ibant, & cum stantibus stabant, & cum eleuatis à terra pariter eleuantur & rotæ sequentes ea, quia spiritus vitæ erat in rotis. <sup>11</sup> Et similitudo super capita animalium firmamenti quasi aspectus crystalli horribilis, & extenti super capita eorum desuper. Sub firmamento autem pœnæ eorum erectæ alterius ad alterum. Vnumquodque duabus aliis velabat corpus suum, & alterum similiter velabatur. Et audiebam sonum alarum, quasi sonum aquarum multarum, quasi sonum sublimis dei. Cum ambularent, quasi sonus erat multitudinis, vt sonus castrorum. Cùmque starent, dimittebantur pennæ eorum. Nam cum fieret vox super firmamentum quod erat super caput eorum, stabant & submittebant alas suas. <sup>9</sup> Et super firmamentum quod erat imminens capiti eorum, quasi aspectus lapidis saphiri, similitudo throni, & super similitudinem throni similitudo quasi aspectus hominis desuper. <sup>1</sup> Et vidi quasi speciem electri, velut aspectum ignis intrinsecus per circuitum eius, à lumbis eius, & desuper, & à lumbis eius vsque deorsum, vidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu, velut aspectum arcus cum fuerit in nube in die pluuie. Hic erat aspectus splendoris per gyrum: hæc visio similitudinis gloriæ domini.

Fig. Qui stantiam atarri tener, non apicem retro, non imitetur vocem Lothi ne peccet sicut Helii qui filiorum vitio Deum offendit. Quanto magis ergo aumalia que sit plena lumine atque pennata, que sequuntur præcedentem spiritum sanctum, que sic per orbem volant & ad excelsum se sustollant, vt corpora sua protegant pennis tribusque pleuionibus aspectum tribusque pleuionem quod secunda dicitur, nec reuertebantur eum ambularet. Glor. ord. Post Hieron. ibidem. 3. Hic ignis discurrebat. 4. Etæque igni splendor. 5. Throni sub lapidis. 6. Ad quatuor latera. 7. Et erga illis erant. 8. Pauca inerat eis, & terga eorum plena oculis erant. h. Corpora quippe animalium ideico plena oculis describuntur, quia sanctorum actio ab omni parte circumspicere est bona desiderabiliter providens, mala foletur cauens. Beda do. 11. post Trinita. 9. Animalis, & infra. 10. Cùmque ibant animalia ibant & rotæ, & cum starent stabant, & cum eleuantur à terra. 11. Similem visionem vidit Ioannes Apocaly 4. ca. in qua throni, animalia, seniores, & agnus qui occisus est, ecclesia est cum capite suo, quæ pro Christo moritur, vt cõ Christo viuat. Aug. in 4. cap. Apoca. 11. Extenta. 12. Omnipotentis. k. Hoc est, machinarum bellicarum, tenentorum ac similitum, que cum bellatoribus deserunt, & in scripturis castra vocantur. Quorum etiam maximum est sonus ex armorum collisione, incessu turbarum, fremitu bestiarum. Vt. Macha 6. confertur de sono exercitus regis Antiochi. Dio. ibid. l. Id est species illius hominis videbatur de electo, val talis coloris sicut est color electri, tamè differenter in parte superiori, si à lumbis eius & sursum, & in parte inferiori, à lumbis eius & deorsum. De Lyra.]

Mittitur propheta impiam domum Israel renocaturus ab erroribus suis. II.

† Infr. 3. f. A  
† eo. dist. in. c. Quid est hoc

**E**T vidi & cecidi in faciem meam, & audiui vocem loquentis. Et dixit ad me. <sup>1</sup> Fili hominis, sta super pedes tuos, & loquar tecum. Et ingressus est in me spiritus postquam locutus est mihi, & statuit me supra pedes meos. Et audiui loquentem ad me, & dicentem: Fili hominis, mitto ego te ad filios Israel, ad gentes apostatricas quæ recesserunt à me. <sup>2</sup> Patres eorum præuaricati sunt pactum meum vsque ad diem hanc, & filii dura facie & indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te. Et dices ad eos: <sup>3</sup> Hæc dicit dominus deus: si fortè vel ipsi audiant, & si fortè quiescant, quoniam domus exasperans est, & scient quia Propheta fuerit in medio eorum. <sup>4</sup> Tu ergo fili hominis ne timeas eos, neque sermones eorum metuas, quoniam <sup>5</sup> increduli & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. Verba eorum ne timeas, & vultus eorum ne formides, quia domus exasperans est. Loquæris ergo verba mea ad eos, si fortè audiant & quiescant, quoniam irritatores sunt. <sup>6</sup> Tu autem fili hominis audi quæcunque loquar ad te, & noli esse exasperans, sicut domus exasperatrix est. <sup>7</sup> Aperi os tuum, & comede quæcunque ego do tibi. Et vidi, & ecce manus missa ad me in qua erat inuolutus liber, & expandit illum coram me qui erat scriptus intus & foris, & scriptæ erant in eo lamentationes, & carmen, & væ.

† 23. quæ 4. e Nabuchod. notor. 40. 40. dist. e. Qualiter.

† Apoc. 5. a.

a. Est & aliud quod de Propheta fidei considerari in nobis. Propheta enim mox vt gloriæ domini similitudinem vidit, in faciem suam cecidit. Cuius similitudinem gloriæ quia nos per spiritum prophetiæ videre non possumus, hanc assistit cognoscere, & solite contemplantur in sacro eloquio, in celestibus montibus, in præceptis spiritalibus debentur. Greg. in Ezech. homil. 8. 1. Rebelles quæ resistunt mihi. b. Ne timeas tormenta que tibi inferre minantur, iuxta illud: Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere Diony. ibid. 2. Rebelles & spinæ. 3. Sicut audire desistant. 4. Commendatur prophetæ tunc prædicandi munus per libri ostensionem. Obserua prophetæ librum, non solum exhibitum ad videndum, sed & ad comedendum. Non sufficit audisse uerbum oportet & corde comitici auditum. Hæretici mysteria hęc ordinationis sacerdotalis non curant. Loricatus. ibid. 4. Volumen libri. 5. Genitur.

Ne sanguis impiorum requiratur de manibus prophete, inbetur eos ad penitentiam vocare, peccata eorum annuntians, ne in ipsis moriantur.

a. Verba facta scriptura & cibus & potus sunt. In rebus enim obsecutoribus que non capiuntur nisi exponantur, facta scriptura cibus est, in rebus vero apertioribus potus est. Greg. in Ezech. ho. 10.

b. Vnde comedit librum scriptum in rebus & foris lamentationibus, carmine, & vt. Lamentationibus, super penitentibus, carmine, super laude iustorum; & vt. super his de quibus scriptum est. Cum videret impius in profum lum malorum contemnit. Hier. ad Rulicum.

c. Non ad populos multos & fortes mitteris, qui eruditione prestant, aut ignora lingue sint quorum verba non intelligas, ad quos profecto si te misissent illi te audisset. Dominus vero Israel, ea te audire dicitur: si quidem nec me audit. Tolacti. ibidem J

d. Si dura fronte sunt, durato & tu e contra tuam. Nil tam durum, quod durior non celet. Bonar. de Considera. lib. 4.

e. Iste est cibus voluminis, & hinc sunt verba quibus pro diuinitate audientium, vel lamenta, vel carmen, vel vt. hominibus loquitur. Et tamen notandum quod ante sermones dei in nostro corde cecidendi sunt audientes, & intelligendi diligentius, & sic ad populum profecti. Hiero. ibidem.

f. Amarus propter duritiam & rebellionem populi mei à Deo audiam: quia sicut dictum est, licet verbum diuinum dulce sit audientibus in quantum à Deo procedit, tamen ratione alicuius cōsuetudinis potest esse causa amaritudinis. De Lyra. ibidem. J

g. Quem dominus ad predicandum mittit, speculatores esse denuntiat. Cui enim aliena cura committitur, speculator vocatur: vt in mentis altitudine se deat, atque vocabulum nominis, ex virtute actionis trahat. Non est enim speculator qui in simo est. Speculator quippe semper in altitudine stat, vt quicquid venturum est, longe prospiciat. Greg. in Ezech. ho. 11.

h. Fecerit iniquitatem, quia non distinxit ei, hoc est, non dixit si quid se cauendum, non retinebitur memoria eius, & sanguinem eius de manu tua requirat. Tu autem si distinxeris iustum non peccet, & ipse non peccauerit, iustus vita viuet, quia dixisti ei: & tu animam tuam liberabis. Amb. E. p. 1. 19.

i. Quando autem egredietur in campum, sic quidem super eum manus domini: quia absque illius adiutorio exire non poterat. Hiero. ibidem.

k. Hoc in campo de propheta agitur, quia etiam electis gentium spiritus sanctus dandus erat, qui eos assumeret, & peius à statu superbis deliceret, & post super pedes, in bona opera solidaret. Glosa ordin. J

l. Hiero. predicationis sermo tibi tollitur, quia dicit me in suis actibus plebs exspectat, non est digna cui veritatis exhortatio fiat. Gr. ho. 17. super Euangelia.

a. Propheta nunc verbis, nunc rebus aut factis prophetat. Vnde in huius iam exponendi ea principio, dominus quod facta iubet propheta per quos vastitas Ierusalem prophetat. Di. lib. b. Munitiones dicuntur quibus vrbis clauditur, ne quis obsessum possit aufugere. Corporati aggeres quibus vallum fossamque copletur. Ultra munitio, custodiz per circuitu Arietes, quibus munitio fundamenta quatitur, & lapidum iunctura soluitur. Hoc autem dicitur, vt firmetur vrbis Ierusalem. lib. Sedechia rege vicina captiuitas: cuius anno vndecimo, & rex, & ciuitas capta est. Hiero. ibidem.

z. Fundes contra eam.

**E**T dixit ad me: Fili hominis, quodcumque inueneris comede. <sup>a</sup> Comede volumen illud, & vadens loquere ad filios Israel. <sup>b</sup> Et aperui os meum, & cibus me volumine illo. Et dixit ad me: Fili hominis, venter tuus comedet, & viscera tua complebuntur volumine isto, quod ego do tibi. <sup>†</sup> Et comedi illud, & factum est in ore meo sicut mel dulce. Et dixit ad me: Fili hominis, vade ad domum Israel, & loqueris verba mea ad eos. <sup>†</sup> Non enim ad populum profundi sermonis & ignora lingue tu mitteris ad domum Israel, <sup>†</sup> neque ad populos multos profundi sermonis & ignora lingue, quorum non possis audire sermones. <sup>c</sup> Et si ad illos mittereris, ipsi audirent te. Domus autem Israel nolunt audire te, quia nolunt audire me. Omnis quippe domus Israel attrita fronte est, & duro corde. Ecce dedi faciem tuam valentiorum faciebus eorum, <sup>d</sup> & frontem tuam duriorum frontibus eorum, vt adamantem. <sup>e</sup> & vt silecem <sup>f</sup> dedi faciem tuam: Ne timeas eos, neque metuas à facie eorum, quia domus exasperans est. Et dixit ad me: <sup>†</sup> Fili hominis, omnes sermones meos quos ego loquor ad te, assume in corde tuo, & auribus tuis audi, & vade, ingredi ad transmigracionem ad filios populi mei, & loqueris ad eos, & dices eis: Hæc dicit dominus deus, si forte audiant <sup>†</sup> & quiescant. <sup>†</sup> Et assumpsit me spiritus, & audiui post me vocem commotionis magna, benedicta gloria domini de loco suo, & vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram, & vocem rotarum sequentium animalia, & vocem commotionis magna. <sup>†</sup> Spiritus quoque leuauit me & assumpsit me, <sup>f</sup> & abii amarus in indignatione spiritus mei. Manus enim domini erat mecum confortans me. Et venit ad transmigracionem <sup>†</sup> ad aceruum nouarum frugum, <sup>†</sup> ad eos qui habitabant iuxta flumen Chobar, & fedi vbi illi sedebant, & mansi ibi septem diebus moerens in medio eorum. Cum autem pertransissent septem dies, factum est verbum domini ad me, dicens: <sup>†</sup> Fili hominis, <sup>†</sup> speculatorem dedi te domui Israel, & audies de ore meo verbum, & annuntiabis eis ex me. Si dicente me ad impium: morte morieris, non annuntiaueris ei, neque locutus fueris, vt auertatur à via sua impia, & viuat: <sup>†</sup> ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem tu annuntiaueris impio, & ille non fuerit conuersus ab impietate sua & à via sua impia, ipse quidem in impietate sua morietur, tu autem animam tuam liberaisti. Sed & si <sup>†</sup> conuersus iustus à iustitia sua fuerit, <sup>†</sup> & fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo. Ipse morietur, quia non annuntiasti ei. In peccato suo morietur, & non erunt in memoria iustitiæ eius quas fecit, sanguinem vero eius de manu tua requiram. <sup>†</sup> Si autem tu annuntiaueris iusto vt non peccet iustus, & ille non peccauerit, viuens viuet, quia annuntiasti ei, & tu animam tuam liberaisti. Et facta est super me manus domini, & dixit ad me: <sup>†</sup> Surgens egredere in campum, & ibi loquar tecum. Et surgens egressus sum in campum, & ecce ibi gloria domini stabat quasi gloria <sup>†</sup> quam vidi iuxta fluuium Chobar, & cecidi in faciem meam. Et ingressus est in me spiritus, <sup>†</sup> & statuit me super pedes meos, & locutus est mihi, & dixit ad me: Ingredere, & includere in medio domus tuæ. <sup>†</sup> Et tu fili hominis, ecce data sunt super te vincula, & ligabunt te in eis, & non egredieris in medio eorum, <sup>†</sup> & <sup>†</sup> linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans, quia domus exasperans est. Cum autem locutus fuero tibi aperiam os tuum, & dices ad eos: Hæc dicit dominus deus: Qui audit, audiat: & qui quiescit, quiescat: quia domus exasperans est.

Ierusalem obsidio lingua paratur, & decem tribuum captiuitas diuturna in angustia & fame signatur. 1111.

**E**T tu fili hominis, <sup>a</sup> sume tibi laterem, & pones eum coram te, & describes in eo ciuitatem Ierusalem. Et ordinabis aduersus eam obsidionem, & ædificabis <sup>b</sup> munitiones, & <sup>†</sup> comportabis <sup>†</sup> aggerem, & dabis contra eam castra, & pones arietes in gyro. Et tu sume tibi sartagine ferream, & pones eam in murum ferreum inter te & inter ciuitatem: & obfirmabis faciem tuam

† Apo. 10. a

† 12. quæ 4. b His ita.

D 26. quæ 5. c Episcopi.

† Infra. 33. b

† Sup. 4

† De renuntia. c. Nisi 5 Propter malitiam.



Id. Prodest Ierusalem. in ca-  
 via desolati, & in deserto redi-  
 gi, & sua peccata cognoscere  
 quæ ceteris gentibus in exem-  
 plum esse debuerat virtutum, sic  
 exemplum miseriarum, vt qui  
 dicit psal. 38. aduena ego sum apud  
 te, & peregrinus sicut om-  
 nes patres mei. vnde alibi pro-  
 uerbi. 10. Et non dixerant qui  
 præceperunt. Benedictio Domini  
 super vos, vt videant opprobri-  
 um eius, & doleant. Glo. or.]  
 4. Correctio,  
 5. In corruptionem.  
 [e. Serpentes, & animalia vene-  
 nofa, ad vos intociant, & in-  
 terficiendum sunt, & motu  
 De Lira. ibidem.]

meo, cum implevero omnem indignationem meam in eis, <sup>d</sup> Et dabo te in desertum <sup>B</sup>  
 & in opprobrium gentibus quæ in circuitu tuo sunt, in conspectu omnis prætereun-  
 tis. Et eris opprobrium & blasphemia, <sup>4</sup> exemplum ] & stupor in gentibus quæ in cir-  
 cuitu tuo sunt, cum fecero in te iudicia in furore, & in indignatione, & in increpatio-  
 nibus iræ, quæ ego dominus locutus sum, quando † misero sagittas famis pessimas in <sup>† Sup. 4. d</sup>  
 eos, quæ erunt <sup>1</sup> mortiferæ, ] & quas mittam vt disperdam vos. Et famem congrega-  
 bo, super vos, & conteram in vobis baculum panis, † & immittam in vos famem & <sup>† Infra. 14. d</sup>  
 bestias pessimas vsque ad interuentionem. Et pestilentia & sanguis transibunt per te,  
 & gladium inducam super te. Ego dominus locutus sum.

*Propter peccatum Idololatriæ populus plagis grauius percussus est. VI.*

a. Mores autem Israel qui simi-  
 lachris de nouum fecerant oc-  
 cupati, no auribus, sed imperio  
 ac potentia conditoris, sumo au-  
 diunt & intelligunt conuulsi.  
 Ad quos propheta loquitur, in-  
 ducens idola destruentia & aras,  
 vniuersique exremontas qui-  
 bus prius idolis seruiebant con-  
 terentur. Hieron. ibidē.  
 1. Riota.

**F**T factus est sermo domini ad me dicens: Fili hominis, † pone faciem tuam <sup>† Infra. 36. a</sup>  
 ad <sup>a</sup> montes Israel, & prophetabis ad eos, & dices: Montes Israel audite ver-  
 bum domini dei. Hæc dicit dominus deus motibus, & collibus, rupibus, ]  
 & vallibus. Ecce ego inducam super vos gladium, & disperdam excelsa ve-  
 stra, & demoliar aras vestras, & confringentur simulachra vestra, & deiciam interfe-  
 ctos vestros ante idola vestra. Et dabo cadauera filiorum Israel ante faciem simula-  
 chrorum vestrorum, & dispergam ossa vestra circum aras vestras in omnibus habita-  
 tionibus vestris. <sup>b</sup> vrbes desertæ erunt, & excelsa demolientur <sup>2</sup> & dissipabuntur, & <sup>B</sup>  
 interibunt ] aræ vestræ, & confringentur, & cessabunt idola vestra, & conterentur de-  
 lubra vestra, & debentur opera vestra, & cadet interfectus in medio vestri, & scientis  
 quia ego sum dominus. Et relinquam in vobis eos qui fugerint gladium in gentibus,  
 cum disperfero vos in terras, & recordabuntur mei liberati vestri in gentibus ad quas  
 captiui ducti sunt, quia <sup>3</sup> contriui ] conuulsi <sup>c</sup> fornicans & recedens à me, <sup>d</sup> & ocu-  
 los eorum fornicantes post idola sua, & displicebunt sibi met super malis quæ fece-  
 rant in vniuersis abominationibus suis, <sup>d</sup> & scient quia ego dominus non frustra locu-  
 tus sum, vt facerem eis malum hoc. Hæc dicit dominus deus: Percute <sup>4</sup> manum tuam,  
 & allide pedem tuum, ] & dic: heu ad omnes abominationes malorum domus Israel,  
 quia gladio, fame, & peste ruituri sunt. <sup>f</sup> Qui longè est peste morietur: qui autem pro-  
 pè, gladio corruet: & qui relictus fuerit & obsessus, fame morietur. <sup>g</sup> Et complebo  
 indignationem meam in eis, & scietis quia ego dominus, cum fuerint interfecti vestri <sup>B</sup>  
 in medio idolorum vestrorum, in circuitu ararum vestrarum, in omni colle excelsio, &  
 in cunctis summitatibus montium, & subtus omne lignum nemorosum, & subtus v-  
 niuersam quercum frondosam, locum ubi accenderunt thura redolentia vniuersis i-  
 dolis suis. Et extendam manum meam super eos, & faciam terram eorum desolatam  
 & destitutam à deserto Deblatha in omnibus habitacionibus eorum, & scient quia e-  
 go dominus.

*Israelis excidium propter peccata sua instare, ac omni ipsam auxilio destitui, hostibus  
 latè peruagantibus manifestatur. VII.*

b. Chaldei namque non ipsam  
 Ierusalem castrum, sed etiam ca-  
 teras vrbes Iudææ destruxerunt:  
 sed & contriuerunt loca volu-  
 ptatis in quibus idola coleban-  
 tur, imo & idola, & omnia eoru  
 gesta iniqua rediguntur in nihi-  
 lum. Dion. ibid.  
 2. Vt desolentur & deuantent.

3. Contritus sum propter  
 e. Interius hominatus est exterius  
 vultus delectari. Greg. Moral.  
 lib. 25. cap. 10.

d. Dicit enim philof. 5. Ethico.  
 quod pœne sunt quædam medi-  
 cinæ ad peccati correctionem, &  
 ideo sicut medicina dicitur esse  
 frustra quando non inducit effi-  
 citatem, sic pena iniusta dicitur  
 esse frustra, quando ad eam  
 non sequitur correctio sicut di-  
 citur Iere. 2. frustra percussit fili-  
 os vestros disciplinam non rece-  
 perunt. De Lira. ibidē.]

4. e. Manu tua sub fenestram tuam,  
 & extende pedem tuum, sicut  
 mos est turbati hominis & mor-  
 ti.

f. Qui aduersariorum manus e-  
 uaserit, in manus dei incidet, vt  
 qui longe distat ab hostibus, spe-  
 ste & fame morietur: nec pro-  
 pterea se credat tutum qui ho-  
 stes longè fugerit. Dion. ibidem.  
 g. Arque ita quidem animam  
 necum aram ex ipse explicio,  
 & cognosces quod ego si Do-  
 minus, quodque idola ipsi, &  
 fictici Di nihil sunt, cum ipse  
 ex vobis idololatriæ erit videre  
 inter ipsa idola interfectos in  
 circuitu ararum vestrarum in om-  
 ni colle excelsiore, & montium  
 pæculis verticibus, sub omni tē-  
 thore stibulo, & qualibet que  
 eu condensa, & vbiunque redo-  
 lentia thura. Tost. ibidē.]

a. Nos autem explanandum pu-  
 ramus, quod post comminatio-  
 nem montium Israel, ad omnē  
 terram Israel sive decē sive duo-  
 decim tribuum, sermo propheticus  
 dicitur, & nequaquam  
 propheta ventura prænuiciat,  
 sed iam ingruentem, videat ca-  
 pitur. Quinto enim anno  
 Sedechiz cepit Ezechiel in Ba-  
 bylone prophetare captiuus, &  
 anno nono venit Nabuchodon-  
 osor, & obsedit Ierusalem, &  
 cepit eam anno vni decimo Sede-  
 chiz. Hieron. ibidem.

b. Hoc est, supinaria qua cuncta  
 intus, vel clementia qua cle-  
 ctos præsertim contemplant non  
 habet te à castigationibus sup-  
 portatum. Dion. ibidē.  
 1. Erat clamor.

2. Pōnam super te omnes abo-  
 minationes tuas.

**F**T factus est sermo domini ad me, dicens: Et tu fili hominis, hæc dicit do-  
 minus deus terræ Israel: <sup>a</sup> Finis venit, venit finis super quatuor plagas ter-  
 ræ. Nunc finis super te: & immittam furorem meum in te. Et iudicabo te  
 iuxta vias tuas: Et ponam contra te omnes abominationes tuas, † <sup>b</sup> Et non <sup>† Infra. 9. b</sup>  
 parceret oculus meus super te, & non miserebor, sed vias tuas ponam super te, & abomi-  
 nationes tuæ in medio tui erunt, & scietis quia ego dominus. <sup>B</sup> Hæc dicit dominus  
 deus: Afflictio vna, afflictio ecce venit. Finis venit, venit finis. Euigilauit aduersum  
 te, ecce venit. Venit cōtritio super te qui habitas in terra. Venit tempus, propè est dies  
 occisionis, & non <sup>1</sup> gloriæ ] montium. Nunc de propinquo effundam iram meam su-  
 per te, & complebo furorem meum in te. Et iudicabo te secundum vias tuas, & <sup>2</sup> im-  
 ponam tibi omnia scelera tua. ] Et non parceret oculus meus, nec miserebor, sed vias  
 tuas imponam tibi, & abominationes tuæ in medio tui erunt, & scietis quia ego sum  
 dominus

† Sup. 4. d

† Infra. 14. d

† Infra. 36. a

Infra eodem

† Infra. 9. b

**C** dominus percutiens. <sup>9</sup> Ecce dies, ecce venit. Egressa est <sup>3</sup> contritio, <sup>7</sup> floruit virga, germinavit superbia, iniquitas surrexit <sup>4</sup> in virga] impietatis. Non est ex eis, & non ex populo, neque ex <sup>5</sup> fonitu] eorum, & non erit <sup>6</sup> requies] in eis. Venit tempus, appropinquavit dies. Qui emit, non lætetur: & qui vendit, non lugeat: quia ira super omnem populum eius. <sup>11</sup> qui] qui vendit, ad id quod vendidit non reuertetur, & adhuc in viuentibus vita eorum. <sup>8</sup> Visio enim ad omnem multitudinem eius non regredietur, & vir in iniquitate vitæ suæ non confortabitur. Canite tuba, præparentur omnes, & non est qui vadat ad prælium. Ira enim mea super omnem multitudinem eius. Gladius foris, pestis & fames intrinsecus. Qui in agro est, gladio morietur: & qui in ciuitate, pestilentia & fame deuorabuntur, & saluabuntur qui fugerint ex eis. Et erunt in montibus quasi columbæ cõualium omnes trepidi, vnusquisque in iniquitate sua. <sup>6</sup> Omnes manus dissoluentur, & omnia genua fluent aquis. <sup>1</sup> Et accingent se ciliciis, & operiet eos formido, & in omni facie confusio, & in vniuersis capitibus eorum caluitium. <sup>8</sup> Argentum eorum foris proicietur, & aurum eorum in sterquilinum erit. Argentum eorum & aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris domini. Animam suam non saturabunt, & ventres eorum non implebuntur, quia scandalum iniquitatis eorum factum est, <sup>11</sup> & ornamentum monilium suorum in superbiam posuerunt, & imagines abominationum suarum & simulachrorum fecerunt ex eo. <sup>8</sup> Propter hoc dedi eis illud in immunditiam, & dabo illud in manus alienorum ad diripiendum, & impiis terræ in prædã: & contaminabunt illud. Et auertam faciem meam ab eis, & violabunt <sup>1</sup> arcanum meum, & introibunt in illud emissarii, & contaminabunt illud. Fac <sup>7</sup> cõclusionem,] quoniam terra plena est iudicio sanguinum, & ciuitas plena iniquitate. Et adducam pessimos de gentibus, & possidebunt domos eorum. <sup>8</sup> Et quiescere faciam superbiam potentium, & <sup>8</sup> possidebunt] sanctuaria eorum. Angustia superueniente requirerent pacem, & non erit. Conturbatio super cõturbationem veniet, & auditus super auditum. Et quærens visionem de Propheta, & lex peribit à sacerdote, & consilium à senioribus. Rex lugebit, & princeps induetur mœnore, & manus populi terræ conturbabuntur. Secundum viam eorum faciam eis, & secundum iudicia eorum iudicabo eos, & scient quia ego dominus.

† Ma. 15. a  
Iere. 48. f.  
Prou. 11. a  
† Sopho. 1. d  
Eccle. 5. c

<sup>1</sup> Aures.  
c. Id est, rex Babilonis Inuadit, qui est virga ad percutionem ludam, & germinauit superbia, qui videtur quod habebat virtute Dei, ex superbia attribuebat proprie virtuti: Unde iniquitas surrexit in via impietatis, quia superatos & captos crudeliter tractabat. De Lyra.]  
<sup>4</sup> virgam.  
<sup>5</sup> Opulentia.  
<sup>6</sup> Luctus.  
<sup>8</sup> Quinquagesimus annus qui dicitur iubilus, quo omnia vedita hereditaria ad priorem dominum reuertebantur, non viderit illis. Per quod designatur eorum captiuitas ante iubilem aduersum nec ante iubilem liberationem illorum. Dionysius ibidem.  
<sup>9</sup> Percipitur nunc vt omnes ad signum elangoris & buccinae præparentur ad bella. Hierony. ibidem.  
[f. In nostra quoque Iudæa ecclesia, in qua est Dei confessio cum iniquitas abundat, & refrigerat charitas, omnes manus bonorum operum dissoluantur, & genua fluunt aquis eorum. Glosa ordi. post Hieron.]  
<sup>11</sup> Fuga & captiuitate cogente diuitias, & argenti & auri pondera proiciunt in plateas, suas tantum animas seruare cupientes ne respondeant fugientibus, qui fuerunt luxuriosi ociosi. Hiero. ibidem.  
[h. Laiciure enim atque superbe sese extollere ceperunt suis monilibus ac reliquo ornatu precioso ac pulchro, ita vt imagines, & quæ tam abominanda adorant idola ex eis fecerint. Toftarius. ibid.]  
<sup>1</sup> Arcanum dei Iudæi dicebant sanctuarium vel sanctum scõtorum, in quod nullus ingredi deuit nisi solus summus p̄fex, sed hoc semel in anno. In quod tamen ingressi sunt Chaldaei: ipsum in honoreauerunt, & posuerunt illud intrando, & sibi vitiosa & inhonesta agendo, ipsamque tandem adificium funditus euertendo, de quo placebat Ieremias, Thren. 1. Quia vidit gētes ingressas sanctuarium suum, de quibus præceperas ne intrarent ecclesiam tuam. Dio. ibidem.  
<sup>7</sup> Catenam.  
<sup>8</sup> Violabuntur.

*Raptus propheta in Ierusalem pessimas videt Iudæorum abominaciones, in figura parietis, idoli, thuribuli, & ramorum. VIII.*

An. ante Christum. c. 20.  
Anni mundi 3342.

† Dani. 15. c

**A** T factum est in anno sexto, in sexto mense, in quinta mensis: ego sedebam in domo mea, & <sup>2</sup> senes Iuda sedebant coram me. Et cecidit ibi super manus domini dei. Et vidi, & ecce similitudo quasi aspectus ignis. Ab aspectu lumborum eius & deorsum ignis, & à lumbis eius & sursum quasi aspectus splendoris, & visio electri. <sup>1</sup> Et emissã similitudo manus apprehendit me in circinno capitis mei, & eleuauit me spiritus inter cælum & terram, & adduxit me in Ierusalem <sup>1</sup> in visione] dei iuxta ostium <sup>2</sup> interius,] quod respiciebat ad aquilonem, vbi erat staturum idolum zeli <sup>3</sup> ad prouocandum amulationem. Et ecce ibi gloria dei Israel secundum visionem quam videram in campo, & dixit ad me: Fili hominis, leua <sup>4</sup> oculos tuos ad viam aquilonis. <sup>5</sup> Et leuaui oculos meos ad viam aquilonis, & ecce ab aquilone portæ altaris, Idolum zeli in ipso introitu. Et dixit ad me: Fili hominis, putasne vides tu quid isti faciunt, <sup>6</sup> abominaciones magnas quas domus Israel facit hic: vt procul recedam à sanctuario meo? Et adhuc conuersus videbis abominaciones maiores. Et introduxit me ad ostium atrii. Et vidi, & ecce foramen vnum in pariete. Et dixit ad me: Fili hominis, <sup>7</sup> fode parietem. <sup>8</sup> Et cum perfodissem parietem, apparuit ostium vnum. Et dixit ad me: Ingredere, & vide abominaciones pessimas quas isti faciunt hic. Et ingressus vidi, & ecce omnis similitudo reptilium & animalium abominatio, & vniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete in circuitu per totum. Et septuaginta viri de senioribus domus Israel, & <sup>1</sup> Iezanias] filius Saphan stabat in medio eorum stantiũ ante picturas, & vnusquisque habebat thuribulum

<sup>1</sup> Significanter dicitur senes Iudæ: nihil ad Israel, hoc est, ad decem tribus que prius capti fuerant, sed ad eos qui de tribu Iuda cum Iechonia ducti erant in captiuitatem, dici intelligamus. Hiero. ibidem.  
<sup>1</sup> In visionibus.  
<sup>2</sup> Portæ atrii interioris.  
<sup>3</sup> Ad amulationem prouocans, sub deum.  
<sup>4</sup> Nunc.  
<sup>5</sup> Atque vtiã vel quærat iam inter dispenatores vt fidelis quis inueniatur. Si sanctus est & minime sibi conuicius, cõgratulatur ei, doleat & ipse nobiscum in pluribus hæc inuenit. Nec enim reuelamus nunc ocula delectoris, nec parietem fodimus, vt abominatio maior appareat. Betnar. Declinatio. Ecce nos reliquimus omnia.  
<sup>6</sup> Hoc est, cordis duritiam crebris persecutionum iustis rãpe. Parierem enim fodere, est asperis correptionibus duritiam cordis aperire. Et tunc apparet ostium quia cum cordis duritia asperis correptionibus aperitur, quasi quadam ianua ostenditur: ex qua omnia in eo qui corrumpitur, cogitationum in interiora videntur. Greg. Moral. lib. 26. cap. 4.  
<sup>1</sup> Iechonias.



d. Nam & pro istis meritis vestris cladem vestram futuram Ezechiel nunciat, & non solum in isto seculo, que iam euenit sed in die tribulationis que subsequetur. Qua clade nemo liberabitur, nisi qui passione Christi, quam respicit fuerit obsequatus. Sic enim scriptum est, Et dixit dominus ad me: Certè vidisti fili hominis que seniores Israel faciunt in tenebris, &c. Tertul. aduersus Iudæos.

5. In penetralibus piscine fuit. [e. Dicunt enim expostores hinc quod iste Adonides dicebat amarus Veneris, cuius mortem mulieres plangebant: Ita quod ritus illius Idoli erat in planctu & lacu mulierum, in Hebræo habetur plangentes thammuz. De Lyra.]

6. Thammuz. 7. Solem ad orientem. 8. Extorem. f. Qui non intelligunt quod si bi profic, & orant iteque inter cetera, expedit eis vt non exaudiantur à domino. Vnde & in oratione dominica dicitur: si voluntas tua, non voluntas nostra que errare cõsuevit, sed voluntas tua, que futura cognoscit. Hieron. ibidem.

in manu sua, & vapor nebulæ de thure confurgebat. Et dixit ad me. Certè vidisti fili hominis quæ seniores domus Israel faciunt in tenebris, vnusquisque in abscondito cubilis sui. ] Dicunt enim: Non videt dominus nos: Dereliquit dominus terram. Et dixit ad me: Adhuc conuersus videbis abominationes maiores, quas isti faciunt. Et introduxit me per ostium portæ domus domini quod respiciebat ad aquilonem. Et ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem. ] Et dixit ad me: Certè vidisti fili hominis: Adhuc conuersus videbis abominationes maiores his. Et introduxit me in atrium domus domini interioris. Et ecce in ostio templi domini inter vestibulum & altare, quasi viginti quinque viri dorso habentes contra templum domini, & facie ad orientem, & adorabāt ad ortum solis. ] Et dixit ad me: Certè vidisti fili hominis. Nunquid leue est hoc domui Iuda, vt facerent abominationes istas quas fecerunt hic? Quia replentes terram iniquitate conuersi sunt ad irritandum me. Et ecce applicant ramū ad nares suas. Ergo & ego faciam in furore, non parcat oculus meus, nec miserebor, & cum clamauerint ad aures meas voce magna, non exaudiam eos.

Apparent sex viri missi ad vastandum Ierusalem: in qua saluantur soli signo Tau signati. IX.

r. Præfati. 2. Atrium, & infra. a. Sex mundi atates, per sex dei ministros & angelos in forma virorum. Dion. ibid. b. Christus humana carne operatus, septimus inter illos. Hieron. ibid. [e. Atramentarium Græcè calamarium, quia iudeo calami reponuntur: Atramentarium significans thecas vocant, quia scriptorum calamos tegant. Symmachus dicit tabulas scriptoris habebat in renibus suis. Glosa ord. post hie.] d. Et quod ad passionem & sanguinem Christi pertinet hoc signum, & ille sanguis arguit in eorum reuerentia, quibus in hoc signo inuenitur, item de te similitudo comprobatur dicitur: Exod. 12. Et erit signum in signum vobis super domos in quibus eritis, & videbo sanguinem & protegam vos, & non erit in vobis plaga diminutionis cum percussam & conteram terram Aegypti. Cyprianus contra Demetria Tracta. 1. e. Occidantur autem viri seniores de quibus supra legitur quod habebant thuribula, & adolerent Idolis incensam. Nec erat vlla templi religio, quia offensus religionis deo contaminata sunt omnia: vt vnde peccatum inde iudicium sit. Omnis enim qui peccato mortuus est, contaminat atria templi, & vias vrbis domini, in quibus viuit, qui cum Christo resurgens mortuus esse desistit. Hieron. ibid. 3. Ah, ah. f. Decem viri quibus præceptum erat transire per ciuitatem, nihil tale renunciant quia non latitæ sed meritis, implere sententiam, quæ non sermone sed opere probatur. Glosa or.]

Et clamauit in auribus meis voce magna, dicens: Appropinquauerunt visitationes] vrbis, & vnusquisque vas] interfectionis habet in manu sua. Et ecce sex viri veniebant de via portæ superioris, quæ respicit ad aquilonem, & vnus cuiusque vas interitus in manu eius. Vir quoque vnus in medio eorum vestitus erat lineis, & atramentarium scriptoris ad renes eius. Et ingressi sunt, & steterunt iuxta altare æneum. Et gloria domini Israel assumpta est de Cherub, quæ erat super eum ad limen domus. Et vocauit virum qui indutus erat lineis, & atramentarium scriptoris habebat in lumbis suis. Et dixit dominus ad eum: Transi per mediam ciuitatem in medio Ierusalem, & signa Tau super frontes virorum gementium & dolentium, super cunctis abominationibus quæ sunt in medio eius. Et illis dixit audiente me: Transite per ciuitatem sequentes eum, & percutite. Non parcat oculus vester, neque misereamini. Senem, adolefcentulum, & virginem, paruulum, & mulieres interficite vsque ad internecionem. Omnem autem super quem videritis Tau, ne occidatis: & à sanctuario meo incipite. Cœperunt ergo à viris senioribus, qui erant ante faciem domus. Et dixit ad eos: Contaminate domum, & implete atria interfectis. Egredimini. Et egressi sunt, & percutiebant eos qui erant in ciuitate. Et cæde completa, remansi ego, ruique super faciem meam, & clamans aio: Heu, heu, heu, domine deus: Ergo ne disperdes omnes reliquias Israel, effundens furorem tuum super Ierusalem? Et dixit ad me: Iniquitas domus Israel & Iuda magna est nimis valde, & repleta est terra sanguinibus: & ciuitas repleta est auersione. Dixerunt enim: Dereliquit dominus terram, & dominus non videt. Igitur & meus non parcat oculus: neque miserebor. Viam eorum super caput eorum reddam. Et ecce vir qui erat indutus lineis, qui habebat atramentarium in dorso suo, respondit verbum, dicens: Feci sicut præcepisti mihi.

Videns propheta Cherubim & quatuor rotas, videt pariter virum carbonem de medio rotarum accipientem. X.

a. Omnia autem hæc se habent in visione imaginaria per similitudines rerum interioribus sensibus prophetæ representatis, quarum significacionem deo in rus illuminante veraciter intellexit: vt pote ad Ierusalem incendendam essent hæc omnia præparata. Dion. ibid. b. Cherubim in lingua nostra, scientiæ multitudo est, notitia sacramentorum dei, & thronus eius ac requies. Vnde & in psal. dicitur: Qui sedet super Cherubim, manifestare. Semper enim gloria domini sedet in scientiæ multitudine, & tunc manifestatur, quando cuncta dei providentiâ demonstrantur. Hieronymus ibidem in sin. capite.

Et vidi, & ecce in firmamento quod erat super caput Cherubim, quasi lapis sapphirus, & quasi species similitudinis folii, apparuit super ea. Et dixit ad virum qui indutus erat lineis, & ait: Ingredere in medio rotarum quæ sunt subtus Cherubim, & imple manum tuam prunis ignis quæ sunt inter Cherubim, & effunde super ciuitatem. Ingressusque est in conspectu meo. Cherubim autem stabant à dextris domus cum ingrederetur vir, & nubes impleuit atrium interioris. Et eleuata est gloria domini de super Cherubim ad limen domus, & repleta est domus nube. Et atrium repletum est splendore gloriæ domini,

† 23. quæ. 4. c Non potest. Exod. 12. e Apoc. 7. a

† Sup. 7. a Iudith. 2. b

† 50. di. c. Et purgabit. † Sup. 2. f

domini, & sonitus alarū Cherubim audiebatur vsque ad atrium exterius, quasi vox loquentis dei omnipotentis. <sup>8</sup> Cūque praecepisset viro qui indutus erat lineis, dicens: fume ignem de medio rotarum quæ sunt inter Cherubim, ingressus ille stetit iuxta rotam. Et extēdit Cherubim manū de medio Cherubim ad ignem qui erat inter Cherubim, & sumpsit, & dedit in manus eius qui indutus erat lineis, qui accipiens egressus est. Et apparuit in Cherubim similitudo manus hominis subtus pennas eorum. Et vidi, & ecce quatuor rotæ iuxta Cherubim. Rota vna iuxta Cherub vnum, & rota alia iuxta Cherub vnum. Species autem rotarum erat quasi visio lapidis chrysoliti, & aspectus earum similitudo vna quatuor, <sup>4</sup> quasi si sit rota in medio rotæ. <sup>5</sup> Cūque ambularent, in quatuor partes gradiebantur, & non reuertebantur ambulantes, sed ad locum ad quem ire declinabat, quæ prima erat, sequebantur & cæteræ, nec reuertebantur. <sup>†</sup> Et omne corpus earum & colla, & manus & pennæ, & circuli, plena erant oculis in circuitu quatuor rotarum, & rotas istas vocauit volubiles audicte me. Quatuor autem facies habebat vnum. <sup>†</sup> Facies una facies Cherub, & facies secunda facies hominis, & in tertio facies leonis, & in quarto facies aquilæ. Et eleuata sunt Cherubim, ipsum est animal quod videram iuxta fluuiū Chobar. Cūque ambularet Cherubim, ibant pariter & rotæ iuxta ea, & cū eleuarent Cherubim alas suas vt exaltarentur de terra, non residebant rotæ, sed & ipse iuxta erant. <sup>8</sup> Stantibus illis stabant, & cum eleuatis eleuabantur. <sup>9</sup> Spiritus enim vitæ erat in eis. Et egressa est gloria domini à limine templi, & stetit super Cherubim. Et eleuati Cherubim alas suas, exaltata sunt à terra coram me, & illis egredientibus, rotæ quoque subsecutæ sunt. Et stetit in introitu portæ domus domini orientalis, & gloria dei Israel erat super ea. Ipsum est animal quod vidi subter deum Israel iuxta fluuium Chobar. Et intellexi quia Cherubim essent. Quatuor vultus vni, & quatuor alæ vni, & similitudo manus hominis sub alis eorum. Et similitudo vultuum eorum: ipsi vultus quos videram iuxta fluuium Chobar, & intuitus eorum, & impetus singulorum ante faciem suam ingredi.]

†Sup. l. c

†Sup. l. c

*Fulgura lebetis & carnum signat Israelis enterfectionem & dispersionem, sed & congregationem transmirationis & eiusdem consolationem.* XI.

**A** T eleuauit me spiritus, & introduxit me ad portam domus domini orientalem, quæ respicit ad solis ortum. Et ecce in introitu portæ vigintiquinque viri, & vidi in medio eorum Iezoniam filium Azur, & Pheltiam filium Banaia, principes populi. Dixitque ad me: Filij hominis, hi sunt viri qui cogitant iniquitatem, & tractant consilium pessimum in vrbe ista, dicentes: Nonne dudum ædificatæ sunt domus? Hæc est lebes, nos autem carnes. Idcirco vaticinare de eis, vaticinare filij hominis. Et irruit in me spiritus domini, & dixit ad me: Loquere: Hæc dicit dominus: Sic locuti estis domus Israel, & cogitationes cordis vestri ego noui. Plurimos occidistis in vrbe hac, & impletis vias eius interfectis. Propterea hæc dicit dominus deus Israel: <sup>8</sup> Interfecti vestri quos posuistis in medio eius, hi sunt carnes, & hæc lebes: & educam vos de medio eius. <sup>b</sup> Gladium metuistis, & gladium inducam super vos, dicit dominus deus. Et eiiciam vos de medio eius. Daboque vos in manū hostium, & faciam in vobis iudicia. Gladio cadetis. In finibus Israel iudicabo vos, & scietis quia ego dominus. Hæc non erit vobis in lebetem, & vos non eritis in medio eius in carnes. In finibus Israel iudicabo vos, & scietis quia ego dominus. <sup>c</sup> Quia in præceptis meis non ambulastis, & iudicia mea non fecistis, sed iuxta iudicia gentium quæ in circuitu vestro sunt, estis operati. Et factum est cū prophetarem, Pheltias filius Banaia mortuus est. Et cecidi in faciem meam: clamans voce magna. Et dixi: Heu, heu, heu, domine deus, consummationem tu facis reliquiarum Israel. <sup>8</sup> Et factum est verbum domini ad me, dicens: <sup>d</sup> Fili hominis, fratres tui, viri propinqui tui, & omnis domus Israel vniuersi quibus dixerunt habitatores Ierusalem, longè recedere à domino, nobis data est terra in possessionem, propterea hæc dicit dominus deus: Quia longè feci eos in gentibus, & quia dispersi eos in terris, ero eis in sanctificationem modicam in terris

[c. Hic dicit virum qui indutus erat lineis de igne eo qui inter Cherubim erat, sumpsit, & egressus ad effundendū eum, supra ciuitatem, ad significandā ciuitatem postea comburendā. Recte ignis concupiscētia carnis per ignem iudicij dei plectitur. Velle nostrum auctor est. At det opus præuim, quanto iudicemus velle nostrum perficere. At det ergo dei quoque iudicium contra dātem, carnis ardorem. Lorychius.]

1. Lapis Tbaris.

d. Quid est quod cum vna rota diceretur, paulo post adiungitur, quasi si sit rota in medio rotæ, nisi quoddam in testamento veteris litera testamentum noui lauit per allegoriam? Vnde & rota eadē quæ iuxta animalia aperuit, quatuor facies habere describitur, quia scriptura facta per veraque testamenta in quatuor partes est distincta, veteris enim testamenti in legem, & prophetas: Noui verò in euangelia atque Apostolorum acta & dicta Grego. in Ezech. ho. 6.

2. Lateribus suis.

3. Cum ambularent.

4. & cetera.

5. Vnumquodque eorum.

6. In altum.

[c. Omnia viuunt deo, & sum sententiæ creatoris: Non est deus mortuorū sed viuentium. Vnde & omnia corpora rotarum plena sunt oculis: & in psal. dicitur Celi enarrant gloriam dei, & opera manuum eius annuntiant firmamentum. Dies diei erudiat verbū, & nox nocti indicat scētiam. Sol quoque & luna, & mare & flumina, & mōtes & colles laudant dominum. Glo. ordi.]

6. Animalis.

7. Vnusquisque à regione vultus sui procedebat.

a. Quia egressa est gloria domini à limine templi, & stetit super Cherubim: postea quæ uolantibus Cherubim stetit ipsa gloria in introitu portæ domus domini orientalis: & propheta qui per se ad eam ire nō poterat, eloquens est à spiritu, & ductus ad eandem portam domus domini orientalem: qui respicit solem iustitiæ, de quo scriptum est Za. ch. 6. Ecce viri, Orientis nomen eius. Vt nequaquam remaneret in templo, quod erat ignoratiæ nube cõfusus: sed stans in portam domus domini orientalis, quæ sequuntur sacramēta cognosceret. Hierony. ibid.

1. Iezoniam.

b. Gladium Chaldaeorū metuistis quando pro auxilio ad regē Aegypti misistis, & inducam super vos gladium quæ formidastis, vt quem metuistis timoristis nec vos uenturū. Diony. ibid.

c. Tota equidē vita hæc vita est, & ambulatio quadam ad aliam vitam, scilicet in futurū. Diony. ibid.

2. Ah Ah.

d. Ex his discimus nō esse insultandum his, qui dei iudicio patris traditi sunt: nec exprobrandum homini conuerso à peccatis suis: nec penitentibus & egressis de ecclesia dicendū. Longe recessistis à domino, nobis data est terra in possessionem. Quia hæc dicit dominus: Licet eos parumper à mea ecclesia separauerim, & inter gētes disperserim: tamen eis erō in sanctificationem modicā, dum meminerint peccatorum suorum: vt qui propter vitia recesserunt de loco suo, propter penitentiam ad sales pristinas redire festinent. Hierony. ibid.

re. Hæc sub Zorobabel & Iesu filio Iosedech, & Esira, & Nehemia, tribui Iuda, & his qui eis reuersi sunt pleciue accidit se autumant. Habitatores quoque qui sub Sedechia rege Iuda capti sunt, vel qui fugerunt cum Jeremia in Aegyptum, & omnes terras dispersos, & non reuersos in urbem Ierusalem. Plena autem conuersio eorum qui capti erant, & reliquias Israel intelligitur in Christo, quod loquitur salus facta sunt, & crediderunt vna die tria milia. Glo. ordi. j

3. Omnia idola.  
f. Hic ultimo ponitur huius visionis relatio, & nunciatio tam recessus diuinae protectionis à Ierusalem, cui dicitur: Et eleuauerunt Cherubim alas suas ad volandum extra templi in quo erant. De Lyra. j

ad quas venerunt. Propterea loquere: Hæc dicit dominus deus: Congregabo vos de populis, & adunabo de terris in quibus dispersi estis, daboque vobis humum Israel. Et ingredientur illuc, & auferent omnes offensiones, & cunctasque abominationes eius de illa. Et dabo eis cor vnum, & spiritum nouum tribuam in visceribus eorum. Et auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum, vt in præceptis meis ambulent, & iudicia mea custodiant, faciântque ea, & sint mihi in populum, & ego sim eis in deum. Quorum autem cor post offendicula & abominationes suas ambulat, horum viam in capite suo ponam, dicit dominus deus. Et eleuauerunt Cherubim alas suas, & rotæ cum eis, & gloria dei Israel erat super eos. Et ascendit gloria domini de medio ciuitatis, stetitque super montem qui est ad orientem vrbis. Et spiritus leuauit me, adduxitque in Chaldæam ad transmigrationem in visionem spiritus dei. Et sublata est à me visio quam videram. Et locutus sum ad transmigrationem omnia verba domini, quæ ostenderat mihi.

*Videt Prophetæ instantem obsidionem Ierusalem & direptionem, regisque captiuitatem.*  
XII

a. Hoc est, inter rebelles Iudæos qui iniquitatum suarum excessibus iusticiam dei ita offendunt, & deum naturaliter dilectum & elementem, ad tam distictam vltionem & castigationem inducunt, vt quasi indigna, exasperatus, iratus, & crudelis appareat. Dion. ibid.

2. Rebellis, & infra.

b. Sed & Ezechiel apud Babylonem eodem tempore quo Jeremias apud Ierosolimam vastationem templi prædicabat, eamque prædicationem etiam Ierosolymam transmisit. Quibus variis Sedechias hæc possumit de causa noluit credere. In eorum enim omnibus inter se concinebant, quod & vrbs vi caperetur, & Sedechias ipse captiuus abduceretur: in hoc vero videbatur differre Ezechiel, qui negaret, Sedechiam visurum in Babylonem, cum Jeremias asseueraret omnino futurum vt captiuum eum Babylonius rex fecit abduceret. Quare cum hic dicitur dicere eos videret, ne illa quidem vera putabar, in quibus consentirent. Ioseph. lib. 10. ca. 10. se. Intellige ducem, regem Sedechiam. Exponit enim parabola regem fugam inuicem parabolice. Non possunt consistere qui in via mandatorum cessant pergere. Lorychius ibid. j

d. Per quod designatur exaceratio Sedechie: vel quia quando fuit captus à Chaldæis velauerunt oculos eius, sicut solent fieri hominibus morte dignis. De Lyra ibid. j

e. Hoc dicitur propter Iohannam filium Chitæ, & alios qui fugerunt in Aegyptum contra consilium Jeremie, vt patet Iere. qui & ibi fuerunt occisi per Chaldæos, qui ceperunt Aegyptum. Lyra.

f. Post principis & sociorum eius prophetiam, quæ sub corporali imagine monstrabatur, venit ad populum: & quæquid prophetie dicitur ad prophetam, referretur ad habitatores Ierusalem quod in obsidionis malo panem suum comedant in angustia & egestate: & aquam suam nequam in abundantia, sed cum tormento bibant, & tribulatione. Hieron. ibid.

2. In terrore.

g. Hoc est, quia breuiati sūt dies non mensura, sed numero. Sicut enim longitudinem dierum dicit psalmista, non per 1000 dies intelligimus, sed multos: sic & breuiati dies, non breues dies sunt intelligendi, sed pauci. Chrysostomus in 24. cap. Mat. homi. 49.

**F**actus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, in medio domus exasperantis] tu habitas, qui oculos habent ad videndum, & non vident: & aures ad audiendum, & non audiunt: quia domus exasperans est. Tu ergo fili hominis fac tibi vasa transmigrations, & transmigrabis per diem coram eis. Transmigrabis autem de loco tuo ad locum alterum in conspectu eorum, si fortè aspiciant, quia domus exasperans est. Et efferes foras vasa tua, quasi vasa transmigrantis per diem in conspectu eorum. Tu autem egrediêris vespere coram eis sicut egredietur migrans, ante oculos eorum. Perfode tibi parietem, & egredieris per eum in conspectu eorum. In humeris portaberis, in caligine efferêris. Faciem tuam velabis & non videbis terram, quia portentum dedi te domui Israel. Feci ergo sicut præceperat mihi dominus. Vasa mea protuli quasi vasa transmigrantis per diem, & vespere perfodi mihi parietem manu, & in caligine egressus sum, & in humeris portatus in conspectu eorum. Et factus est sermo domini mane ad me, dicens: Fili hominis, nunquid non dixerunt ad te domus Israel, domus exasperans, quid tu facis? Dic ad eos: Hæc dicit dominus deus: Super ducem onus istud qui est in Ierusalem & super omnem domum Israel quæ est in medio eorum. Dic: Ego portentum vestrum. Quomodo feci, sic fiet illis. In transmigrationem & in captiuitatem ibunt, & dux qui est in medio eorum, facies eius operietur, vt non videat vultus terram. Et extendam rete meum super eum, & capietur in sagena mea, & adducam eum in Babylonem in terram Chaldæorum, & ipsam non videbit, ibique morietur, & omnes qui circa eum sunt. Præsidium eius & agmina eius dispergam in omnem ventum, & gladium euaginabo post eos, & scient quia ego dominus, quâdo disperfero illos in gentibus, & disseminauero eos in terris. Et relinquam ex eis viros paucos à gladio, & fame, & pestilentia, vt enarrent omnia scelera eorum in gentibus ad quas ingredientur, & scient quia ego dominus. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, panem tuum in conturbatione] comede, sed & aquam tuam in festinatione & mœrore bibe, & dices ad populum terræ: Hæc dicit dominus deus ad eos qui habitant in Ierusalem in terra Israel: Panem suum in solitudine comedent, & aquam suam in desolatione bibent, vt desoletur terra à multitudine sua propter iniquitates omnium qui habitant in ea, & ciuitates quæ nunc habitantur, desolatæ erunt terræque deserta, & scietis quia ego dominus. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, quod est prouerbum istud vobis in terra Israel dicentium, in longum differentur dies, & peribit omnis visio: Ideò dic ad eos: Hæc dicit dominus deus: Quiescere faciam prouerbum istud, neque vulgò dicetur vltra in Israel. Et loquere ad eos quòd appropinquaerint dies, & sermo omnis visionis. Non enim erit vltra om-

† Iere. 23. f  
Infra. 3. f

A

B

C

† Inf. 17. f &  
32. a

D

† Infra. 17. f  
& 32. a

E

F

om-

omnis visio cassa, neque diuinitio ambigua in medio filiorum Israel, quia ego dominus loquar, & quodecunque locutus fuero verbum, fiet. <sup>h</sup> Non prolongabitur amplius, sed in diebus vestris domus exasperans, loquar verbum, & faciam illud, dicit dominus deus. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, ecce domus Israel dicentium: Visio quam hic videt in dies multos, & in tempora longa iste prophetat. \* Propterea dic ad eos: Hæc dicit dominus deus: Non prolongabitur ultra omnis sermo meus. Verbum quod locutus fuero complebitur, dicit dominus deus.

[h. Aduertendū est quod duplici existente propheta, videlicet predestinationis, quia aliqui pronuntiantur, secundum quod est in predestinatione diuina: & comminationis. Ita quæ dicta sunt de prophetis imbeciles potissime intelligenda sunt de prophetia predestinationis. Prophetia verò comminationis nō semper implatur, sedem remota non remota videtur, nō tamē falsa est neque cassatur. Diony. Carth. ibid.] \*Eam.

Propheta domini in Pseudopphetas populi seductores.

XIII.

† Insa. 14. c.

**A** T factus est sermo domini ad me, dicens: † Fili hominis, <sup>a</sup> vaticinare ad Prophetas Israel qui prophetant, & dices prophetantibus de corde suo: Audite verbum domini: Hæc dicit dominus deus: <sup>b</sup> Vt prophetis insipientibus qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident. Quasi vulpes in desertis Prophetæ tui Israel erant. † Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murum pro domo Israel, ut staretis in prælio in die domini. Vident vana, & diuinant mendacium, dicentes, ait dominus, cum dominus non miserit eos, & <sup>2</sup> perseverauerunt confirmare sermonem. Nunquid non visionem cassam vidistis, & diuinationem mendacem locuti estis? Et dicitis, ait dominus, cum ego non sim locutus. Propterea hæc dicit dominus deus.

† 43. di. c. 1. 2. quæst. 3. c. Saluator. 7. quæst. 1. c. Scitificatis.

**B** Quia locuti estis vana, & vidistis mendaciū, idēd ecce ego ad vos ait dominus deus, & erit manus mea super prophetas qui vident vana, & diuinant mendacium. In consilio populi mei non erunt, & in scriptura domus Israel non scribentur, nec in terram Israel ingredientur, & scietis quia ego dominus deus. Eo quod decepterint populum meum, dicentes: pax, & non est pax, & ipse <sup>†</sup> edificabat parietem, illi autem lineabant cum luto absque paleis. Dic ad eos qui liniunt absque temperatura quod casurus sit. Erit enim imber inundans, & dabo lapides prægrandes desuper eruentes, & ventum procellæ dissipantem. Siquidem ecce cecidit paries. Nunquid non dicitur vobis: ubi est litura quam liuistis? Propterea hæc dicit dominus deus: Et erumpere faciam spiritum tempestatum in indignatione mea, & imber inundans in furore meo erit, & lapides prægrandes in ira in consummationem. <sup>g</sup> Et destruiam parietem quem liuistis absque temperamento, & adæquabo eum terræ, & reuelabitur fundamentum eius, & cadet & consumetur in medio eius, & scietis quia ego sum dominus. Et complebo indignationem meam in pariete, & in iis qui liniunt eum absque temperamento, dicamque vobis: Non est paries, & non sunt qui lineunt eum. Prophetæ Israel qui prophetant ad Ierusalem, & vident ei visionem pacis, & nō est pax, ait dominus deus.

† 46. d. e. Sct nonnulli.

Et tu fili hominis, pone faciem tuam contra <sup>f</sup> filias populi tui quæ prophetant de corde suo, & vaticinare super eas, & dic: Hæc dicit dominus deus: <sup>†</sup> Vt his qui consuunt puluiles sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas animas. Et cum caperent animas populi mei, viuificabant animas eorum, & violabant me ad populum meum propter pugillum hordei, & fragmen panis, <sup>†</sup> vt interficerent animas quæ non moriuntur, & viuificarent animas quæ non uiuunt, mentientes populo meo <sup>†</sup> credenti mendaciis. ] Propter hoc dicit dominus deus: Ecce ego ad puluillos vestros quibus vos capitis animas volantes, & dirumpam eos de brachijs vestris, & dimittam animas quas vos capitis, animas ad volandum. Et dirumpam ceruicalia vestra, & liberabo populum meum de manu vestra, neque erūt ultra in manibus vestris ad prædandum, & scietis quia ego dominus. <sup>k</sup> Pro eo quod mcerore fecistis coriuisti mendaciter, quem ego non contristauī, & confortastis manus impij, vt non reuerteretur à via sua mala, & viueret, propterea vana non videbitis, & diuinationes non diuinabitis amplius, & eruam populum meum de manu vestra, & scietis quia ego dominus.

† 46. d. e. Sct nonnulli.

† 11. q. 3. Ple. tanque.

**C** Et tu fili hominis, pone faciem tuam contra <sup>f</sup> filias populi tui quæ prophetant de corde suo, & vaticinare super eas, & dic: Hæc dicit dominus deus: <sup>†</sup> Vt his qui consuunt puluiles sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas animas. Et cum caperent animas populi mei, viuificabant animas eorum, & violabant me ad populum meum propter pugillum hordei, & fragmen panis, <sup>†</sup> vt interficerent animas quæ non moriuntur, & viuificarent animas quæ non uiuunt, mentientes populo meo <sup>†</sup> credenti mendaciis. ] Propter hoc dicit dominus deus: Ecce ego ad puluillos vestros quibus vos capitis animas volantes, & dirumpam eos de brachijs vestris, & dimittam animas quas vos capitis, animas ad volandum. Et dirumpam ceruicalia vestra, & liberabo populum meum de manu vestra, neque erūt ultra in manibus vestris ad prædandum, & scietis quia ego dominus. <sup>k</sup> Pro eo quod mcerore fecistis coriuisti mendaciter, quem ego non contristauī, & confortastis manus impij, vt non reuerteretur à via sua mala, & viueret, propterea vana non videbitis, & diuinationes non diuinabitis amplius, & eruam populum meum de manu vestra, & scietis quia ego dominus.

a. Nunc contra falsos prophetas itam dei prædicare incipit. Primo contra vitium sextum prophetarum culpam eorum retegendo. I. Orchijs ibid.] b. Nihil enim præter illa parit velle concedimus, quæ gloriam eius conferunt, & reditu suum dogmatum stabilunt. Cyrill. in Ioh. lib. 9. c. 17. c. Ex aduerso quippe ascendere, est pro defensione gregis voce libera huiusmodi potestatis contra ire: & in die domini in prælio stare, est prauis deceptibus ex iusticiæ amore resistere. Pastor enim ita simul dicit: cetera, quia est aliud quàm tacere de rege præuulsa. Grego. Pastora. 2. part. ead. 4. 1. In nuptiis nec sepius iun. 2. Spectare fecerunt vt testimonio confirmarent. [d. Redcentes enim de Babylone habuerunt genealogias suas descipras, vt sic singuli rediret ad hereditates patrum suorum, vt haberet i. Eisdæ. De Lyra.] e. Est enim pax que non habet offendiculum, & que simulatione non habet. Reliquius ergo pacem peccatorum: conspiciunt enim aduersus innocentes, eorum vt iustos opprimant. Ambros. de inerp. lib. 3. cap. 3. f. Grandis & infia. g. Paries nomine peccati duritia designatur. Adificare ergo parietem, est contra se quæpiam obacula peccati cõstruere. Sed parietes liniunt, qui peccata perpetranti bus adulantur, vt quod illi peruerse agentes ædificant; ipsi adulantes quasi nitidi reddant. Grego. Moral. lib. 18. ca. 3. Vel qui ad gratiam loquuntur, & arguunt peccata populi tantum in superficie, peccata populi liniunt veluti quendam parietem. Theophil. in Luc. 3. cap.

Uitio domini per Danielem, Iob, & Noe non potuit ab Israelitis auerti propter illorum immunditias, nec à plagis per prophetas liberari. XIII.

a. Quod est, isti viri veniunt ad seiscitandum domini sermonē: sed cum cogitationibus pristinis, ne hoc quidem tempore impietatis suae seclera relinquētes, sed eredentes idōlis, & huiusmodi iniquitatis contra faciem suam atque cōmētum, dī meliora desuper, & parati sunt ad supplicium, & sic mea per te cupiunt verba percipere. Quia igitur peruerso ad te corde veniunt, responde eis non ex persona tua, ne leuis sit auctoritas respondentis, sed ex meo imperio Hierony. ibid.

1. Quisquis, & intra.

2. Secūdo homo homo dicitur, ut interior & exterior homo intelligatur. Multi enim corpora sem faciem habentes dicitur hēbitatō alligant imagines. Vide Plal. 72. Domine in civitate tua imaginem ipsorum ad nihilū redige. 1. Pl. 48. Homo enim in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis in insipientibus, & similis factus est illis. Illi non sunt homines, sed homines iumenta. Et in euangēlio Mat. 23. Gemina viperarū &c. nō sunt homines homines, sed hominis viperarū. Glo. ordi.)

\* Ponere.

a. Seclusus fuerit.

c. Longē enim à veritate aberrant qui non erubescunt deum seductorem appellare: qui merito audiunt. Vt qui dicitur bonū malum, & malū bonum: qui putatū cecitas lucem, & lucē tenebras. Cyril. super Ioh.

c. 7. Sed hoc permittit, non effectū intelligitur: ut pseudo-prophetarum fortitudinē ascribatur q̄ populus fallitur, sed q̄ ita dei sit, quia populus peruersus manū audire talis apparet. 3. veros. Dion. post Hie. ib. d. Neque isti quibus apud deū tanta fiducia est, poterūt nobis tunc aliquid prodesse, si nunc desider fuerimus. Vide minarū grauitatem, & quales iustos in medium adduxerit. Quoniam & illis suis temporibus etiam aliis salutis causa fuerunt. Cyril. in Gene. ho. 43.

3. Desolata.

se. Quod si gladium induxero, & dixerō gladio, hoc est, bellatoribus ventibus gladio. De Iyra ibidem.)

11. Vni opera & fide eorum habent. Frustra ergo dicant Iudei: Pater noster Abraham est, cum eius opera non habeant. Glo. ordi.)

g. Quis prohibet igitur nos orare sanctos, ipsosque pro nobis orare? Paratum est hic Christianis auxilium, Ecclesia videlicet martirum, exercitus triumphantium, chorus laudantium deū. Vbi enim sunt duo vel tres in nomine domini congregati, ibi deus est. Qui aliquā precatur angustia, ad sanctos conuolat, qui turtius latant, hos orat. Hic ut à malis liberetur, ille ut ducet in rebus laetis. Hic mulier orans pro filio auditur: peregrinanti vero reditum incolumem, agrotanti vero salutem imporat. Cum his ergo martiribus nostras effundamus preces: Basilii in sermone quadraginta martirum.




**E**T venerunt ad me viri seniorum Israel, & sederunt coram me. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Filij hominis, viri isti posuerunt immunditias suas in cordibus suis, & scandalum iniquitatis suae statuerunt contra faciem suam. Nunquid interrogatus respondebo eis? Propter hoc loquere eis, & dices ad eos: Hæc dicit dominus deus: Homo] homo de domo Israel qui posuerit immunditias suas in corde suo, & scandalum iniquitatis suae statuerit contra faciem suam, & venerit ad Prophetam & interrogans per eum me, ego dominus respondebo ei in multitudine immunditiarum suarum, ut capiat domus Israel in corde suo quo recesserunt à me in cunctis idōlis suis. Propterea dic ad domū Israel: Hæc dicit dominus deus: Conuertimini, & recedite ab idōlis vestris & ab vniuersis contaminationibus vestris auertite facies vestras. Quia homo homo de domo Israel, & de profelytis quicumque advena fuerit in Israel, si alienatus fuerit à me, & posuerit idōla sua in corde suo, & scandalum iniquitatis suae statuerit contra faciem suam, & venerit ad Prophetam, ut interrogaret per eum me: ego dominus respondebo ei per me, & ponam faciem meam super hominem illum, & faciam eum in exemplū & in prouerbium, & disperdam eum de medio populi mei, & scietis quia ego dominus. Et propheta cū errauerit & locutus fuerit verbū, ego dominus decepi prophetā illū. Et extendam manum meam super illum, & delebo eum de medio populi mei Israel, & portabunt iniquitatem suam. Iuxta iniquitatem interrogantis, sic iniquitas Prophetæ erit, ut non erret vltra domus Israel à me, neque polluatur in vniuersis preuaricationibus suis, sed sit mihi in populū, & ego sim eis in deum, ait dominus exercituum. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, terra cum peccauerit mihi ut preuaricaretur preuaricans, extendam manum meam super eam, & conteram virgam panis eius, & immittam eam in famem, & interficiam de ea hominem & iumentum. Et si fuerint tres viri isti in medio eius, Noe, Daniel, & Iob, ipsi iustitia sua liberabunt animas suas, ait dominus exercituum. Quod & si bestias pessimas induxero super terram, ut vastem eam, & fuerit in via, eo quod non sit pertrāsens propter bestias, tres viri isti si fuerint in ea, viuo ego dicit dominus deus, quia nec filios nec filias liberabūt sed ipsi soli liberabuntur, terra autem desolabitur. Vel si gladium induxero super terram illam, & dixerō gladio, transi per terram, & interfecero de ea hominem & iumentum, & tres viri isti fuerint de medio eius viuo ego, dicit dominus deus, non liberabunt filios neque filias, sed ipsi soli liberabuntur. Si autem & pestilentiam immiserō super terram illam, & effudero indignationem meam super eam in sanguine, ut auferam ex ea hominem & iumentum, & Noe, Daniel, & Iob fuerint in medio eius, viuo ego, dicit dominus deus: quia filium & filiam non liberabunt, sed ipsi iustitia sua liberabunt animas suas: quoniam hæc dicit dominus: Quod & si quatuor iudicia mea pessima, gladium & famem ac bestias malas, & pestilentiam immiserō in Ierusalem, & interficiam de ea hominem & pecus, tamē relinquetur in ea saluatio educentium filios & filias. Ecce ipsi egredientur ad vos, & videbitis viam eorum & adinventiones eorum, & consolabimini super malo quod induxi in Ierusalem in omnibus quæ importauī super eam, & consolabuntur vos cum videritis viam eorum, & adinventiones eorū, & cognoscetis quod nō frustra fecerim omnia quæ feci in ea, ait dominus deus.

*Sermo domini contra Ierusalem tanquam vitem infructuosam comburendam. XV.*

a. Hoc enim modo de infructuosis arboribus solet fieri. Excidentur enim ne terram fructa occupent, ut de sicca insiduositate Luc. 13. Vult ergo hæc similitudine quantum sit detrimenti eius animæ ostendere quæ ab eo decessit est. Inutilis enim cum sit, cūque nullum edat fructū prohibita, æternæ punitioni tradita perpetuo cruciabitur igitur. Cyril. in Ioh. lib. 10. cap. 14.

1. Prae omni ligno labrusca quæ est.

2. In deuotionem, duas extremitates.



**E**T factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum quæ sunt inter ligna sylvarum? Nunquid tolletur de ea lignum ut fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus ut depēdeat in eo quodcunque vas? Ecce igni datum est in escam, utranque partem eius consumpsit ignis, & medietas eius reducta est in fauillā. Nunquid utile erit ad opus? Etiam cum esset integrum, non erat aptum ad opus, quanto magis cum illud ignis deuorauerit

1 Sup. 13. a

1 Sup. 4. d 5. d.

A



uerit & combusserit, nihil ex eo fiet operis? Propterea hæc dicit dominus deus: <sup>b</sup>Quo modo lignum vitis inter ligna sylvarum quod dedi igni ad deuorandum, sic tradam habitatores Ierusalem, & ponam faciem meam in eos. De igne egredientur, & ignis cõsumet eos. Et scietis, quia ego dominus: cum posuero faciem meam in eos, & dederò terram inuiam & defolatam, eo quod præuaricatores extiterint, dicit dominus deus.

Ingratitudo Ierusalem exprobratur, quæ comparata Sodomæ & Samariæ peior inuenitur. XVI.

**A** factus est sermo domini ad me, dicens: <sup>a</sup>Fili hominis, notas fac Ierusalem abominationes suas, & dices: Hæc dicit dominus deus Ierusalem: <sup>b</sup>'Radix tua ] & generatio tua de terra Chanaan, <sup>b</sup> pater tuus Amorrhæus: & mater tua Cethæa. Et quando nata es <sup>c</sup> in die ortus tui non est præcisus umbilicus tuus, & in aqua non es lota in salutem, nec sale salita, nec inuoluta <sup>d</sup> pannis. ] Non pepercit super te oculus vt faceret tibi vnum de his misertus tui, sed proiecta es super faciem terræ in abiectione animæ tuæ, in die qua nata es. Transiens autem per te vidi te conculcari in sanguine tuo. Et dixi tibi, cùm esses in sanguine tuo: Viue. Dixi, inquam, tibi <sup>e</sup> in sanguine tuo: Viue. ] Multiplicatã quasi germen agri dedi te, & multiplicata es, & grandis effecta, & ingressa es, & peruenisti <sup>f</sup> ad mundum muliebrem. ] Vbera tua intumuerunt, & pilus tuus germinauit, & eras nuda & <sup>g</sup> confusionis plena. ] Et <sup>d</sup> transiui per te, & vidi te, & ecce tempus tuum tempus amantium. Et expandi amictum meum super te, & operui ignominiam tuam. <sup>h</sup> Et iuravi tibi, ingressus sum pactum tecum, ait dominus deus. Et facta est mihi, & laui te aqua, & emundavi sanguinem tuum ex te Et vnxi te oleo, & vestiui te discoloribus, & calciaui te hyacintho. <sup>i</sup> Et cinxi te bysso, & indui te <sup>e</sup> subtilibus, ] & ornavi te ornamento. Et dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuum, & dedi in aurem super os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decõris in capite tuo. <sup>o</sup> Et ornata es auro & argento, & vestita es bysso & polymito, & multis coloribus. Similam & mel & oleum comedisti, & decõra facta es vehementer nimis. Et profecisti in regnum, & egressum est nomẽ tuum in gentes propter speciem tuam, quia perfecta eras in decõre meo quem posueram super te, dicit dominus deus. <sup>f</sup> Et habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo, & exposuisti fornicationem tuam omni transeunti, vt eius fieres. Et sumens de vestimentis tuis, <sup>g</sup> fecisti tibi excelsa <sup>h</sup> hincinde confuta, ] & fornicata es super eis, sicut non est factum, neque futurum est. Et tulisti vasa decõris tui de auro meo & argento meo quæ dedi tibi, & fecisti tibi imagines masculinas, & fornicata es in eis. Et sumpisti vestimenta tua multicoloria, & <sup>i</sup> operuisti illas. ] Et oleum meum & thymiana meum posuisti coram eis, & panem meum quem dedi tibi, similam & oleum & mel quibus enutriui te, posuisti in conspectu eorum in odorem suauitatis. <sup>c</sup> Et factum est, ait dominus deus, & tulisti filios tuos & filias tuas quas generasti mihi, & immolasti eis ad deuorandum. Nunquid parua est fornicatio tua? Immolasti filios meos. Et dedisti illos <sup>o</sup> consecrans ] eis. Et post omnes abominationes tuas & fornicationes non es recordata dierum adolescentiæ tuæ, quando eras nuda & <sup>o</sup> confusione plena, ] conculcata in sanguine tuo. Et accidit post omnem malitiam tuam, vae vae tibi, ait dominus deus. Et ædificasti tibi lupanar, & fecisti tibi <sup>o</sup> prostibulum ] in cunctis platæis. Ad omne caput viæ ædificasti <sup>o</sup> signum prostitutionis tuæ, ] & abominabilem fecisti decõrem tuum. <sup>h</sup> Et diuifisti pedes tuos omni transeunti, & multiplicasti omnes fornicationes tuas. <sup>h</sup> Et fornicata es cum filiis Ægypti vicinis tuis magnarum carnum, & multiplicasti fornicationem tuam ad irritandum me. Ecce ego extendam manum meam super te, & auferam <sup>o</sup> iustificationem tuam. ] Et dabo te in animas odientium te filiarum Palæstinarum, quæ erubescunt in via tua scelerata. Et fornicata es in filiis Assyriorum, eo quod necdum fueris expleta. <sup>h</sup> Et postquam fornicata es, nec sic es satiata, & multiplicasti fornicationem tuam in terra Chanaan cum Chaldæis, &

† De iurejurando. Et si Chittus.

† De cõ. di. s. c. Nunquam.

[b. Quomodo lignum vitis. Hæc exponit parabola vitis palmiti. Vides dedi aut semper clare nobisum agere, aut quæ obsecrat protulit per gnomas ipsum dicitur. Loryehus.]  
[c. Cetera ligna sylvarum succi. Plurimum præbe vilitate: & in omnem agriculturam & in vnum armorum profectum, dum at tenuantur in seuta, raduntur in hastilia, claudat foribus, continent armatis, tunc oculis, omnemque domus tribuunt supellectilem. Vitis autem si semel vvas asserit cessauerit, in tantum inutilis est, vt ne paxillus ex ea possit fieri, de quo aliquid pendat. Hierony. ibid.]  
[d. Peccata populi Iuda sub metaphorâ mulieris pauperimæ in obscuro loco nata, per portem & illustrat heros maritum, cui tamen fidem nõ seruauerit, sacramento cõnubij honorificatæ & loenpletæa deseribit. Loryehus ibid.]  
[e. Habitationes tuas.]  
[f. Cõsuetudinis illi sacre scripturæ ex imitatione vel similitudine filios appellare, vt hic. Quia enim Iudæi imitari fœcerunt pietates Amorrhæi & Cethæorum, inde parentes eos habuisse dicuntur, de quibus per seclerũ propagiõẽ nascetur, & cõ quibus pro simili seclere dicitur Cyril. super Ioh. lib. 6. cap. 6.]  
[g. Hoc est, in conuersionis tuæ tempore non recessisti carnis luxuriam. Grego. Mor. lib. 32. c. 11.]  
[h. Fascia.]  
[i. In sanguine tuo viua.]  
[j. Ad præcipuũ ornamentum.]  
[k. Discooperita.]  
[l. Loquitur nõque propheta de deo, quasi de homine per viam pergente, & peruenit à mare reditum ceruente ac miserante, suscipiente ac confortante: & ecce ad tempus nuptiarũ venisti, quo vir & vxor matrimonio iunguntur, ita quod eras disposita suscipere legem à deo & ei in sponsam vincti. Diony. ibidem. 6. Serico.]  
[m. Vt comedat Ierusalẽ vel per partes, vt plerique putant, vel cõmixture tricum dulcorat panẽ qui de celo descendit, & sub tribus nominibus, vt quidã putat, sacramentum trinitatis non p̃ alia & cetera subtilitate, sed dicitur fr̃. similes & mellis, & olei nominibus patris, & filij, & spiritus sancti vna dulcedo monstratur. Glo. ordi. ibid.]  
[n. Fiduciam pulchritudinis sua anima habet, cum in sapia de iusta actione præsumit. Grego. Epist. 12. 6.]  
[o. Propheta nefandas idololatricas superstitiones quibus obamminata erat Ierusalem, commemorat, dicens: Et habes fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo, & exposuisti fornicationem tuam omni transeunti, vt eius fieres, &c. Cyril. in Ioh. lib. 6. cap. 5.]  
[p. Discooperita.]  
[q. Et vestita es eis.]  
[r. Traducens, sub. per ignem.]  
[s. Discooperita.]  
[t. Excelsum.]  
[u. Excelsa tua.]  
[v. Egregie satis adulteram vocat generationẽ Iudeorũ, quia legitimum virum dimiserat, iuxta Ezechielis vaticiniũ nullis se amatores copulauerat. Beda feria 3. post inuocauit.]  
[w. Stareum tuum.]  
[x. Secundum tropologiam de aliis peccatis ad alia peccata sepe transitus. Cõmque nõ egerimus priorum seclerum penitentiam, augemus delicta delictis, nullo errore satiamur, sed quasi fune longo, & corrigia iugis vituli trahimus peccata, & te flamentum nostrum, siue fornicationem multiplicamus in terra Chanaan: hæreticorum quoque præuaricatio subicitur qui habent similitudinem dæmonum. Hierony. ibid.]

14. Quam obstinatum est. In quo mundabo cor tuum, q. d. tanta est immundicia tua, non oportet via mundandi te, quia fabricasti lupanar, tēpla pro cultu idolorum. De Lyra.]

15. Spermis. Hoc quoque ad ecclesiam, & ad animas fidelium sunt referenda, quæ munera maritalia, aurum scilicet in sensu, argentum in eloquentia, & vestes quibus curpido nostra atque fœditas velatur, dant amatoribus suis, id est monibus vel peruersorum dogmatum doctoribus. Glosa ordi. post Hierony. ibid.]

16. Hoc est, tanta est idololatricæ tuæ impietas, ut eius respectu, iuramentum idololatricarum perierit, sicut minor, aut quasi indigna nomine supplicatōis videbitur. Simili modo quantum ad malitiam de populo isto scriptum est in Hāia. 1. ca. Ad gerat horribilem, & diuulsam postquam non est altera. Diony. ibid.]

17. Prostituta est pubes tua. In id est, cū Philistinis, qui semper fuerunt odiosi Iudais, & conuerso, Iudæi Philistinis. De Lyra ibid.]

18. Est autē & alia fornicatio spiritibus, quādo derelinquentes ecclesiam hæreticis iunguntur, & a iustis lupanar uolunt in capite omnis uis, quibus precipue sermo dicitur, l. ca. 6. Nā te in uis, & quærite semitas domini sempiternis, & uideat quæ sit uia bona, & ambulat in ea. In omnibus uis, p̄ncipis fabricæ lupanar suum, qui ad peruersitatem doctrinæ testimonis male abutitur scripturæ. Hierony. ibid.]

19. Disconperam. Cohibeo te ne sit meretrix. 20. Fecisti cogitatum. Hic arguitur nequitia populi Iudæ sub nomine Ierusalem, q. d. Sotyræ factæ sunt omnis idololatricæ radix, quæ profanarium esse debuit, & iustæ religionis sanæ. Sic etiam tero pro uerbis dicitur. Lory. ibid.]

21. Sorores Ierusalem Samariam & Sodomam uocat, quoniam altera à dextris, altera à sinistris eorum secundum corporalem intelligentiam, si de templo Ierusalem ad orientem aspicias cōprobabit. Glosa ordi.

22. Imo. Ne enim homo sane moreretur, omnia ad esum deus creauit: sed ne mensuram e sensu excederet, & abstinētiā imperauit. Nā inter cetera sua mala saturitate panis maxime Sodomam petiit, domino aeternitatis, qui ad Ierusalem per prophetā loquitur, dicens: Hæc est iniquitas Aig. de consil. uisio. c. 10. 21. In uera.

23. Mihi uisum fuit. Fornicatio Ierusalem cōparata fornicationi Samariæ sceleratior inuenitur, sed tamen ambegit, sicut sunt mores: sicut in euangelio peccatum Iudæ cōparatum peccato Sodomorum praecipuus esse ipsius domini ore pronuntiat. Raba. in 20. cap. Ecclē.

24. Captiuitatem eorum nempe captiuitatem Sodomæ & filiarum eius, & captiuitatem transmigrationum eorum.

25. Ostenditur inde perisse Sodomam: quia cum uisio superbia mensuram moderatæ refectiois excessit. Grego. Moral. lib. 30. cap. 27.

26. Iste confusio adducens peccatum, de qua ipsa ueritas ait Lu. 4. c. Nam qui me conuerit & sermones meos &c. Est q. idem & alia confusio quæ adducit gratiam & gloriam, cum quis pro peccatis suis cōpungitur, & penitentiam agit. De qua dominus per Ezechiēlem ait: Suscipite uos pactum sempiternum, & recordaberis uiarum tuarum, &c. Raba. in 4. ca. Ecclē.

nec sic satiata es. <sup>14</sup> In quo mundabo ] cor tuum, ait dominus deus, cum facias omnia hæc opera mulieris meretricis & procacis? <sup>15</sup> Quia fabricasti lupanar tuum in capite omnis uis, & excelsum tuum fecisti in omni platēa. Nec facta est quasi meretrix fastidio <sup>16</sup> augens ] precium, sed quasi mulier adultera quæ super virum suum inducit alienos. <sup>17</sup> Omnibus meretricibus dantur mercedes, tu autem dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis, & dona donabase eis, ut intrarent ad te undique ad fornicandum tecum. Factumque est in te contra consuetudinem mulierum in fornicationibus tuis, & post te non erit fornicatio. In eo enim quod dedisti mercedes, & mercedes non accepisti, factum est in te contrarium. Propterea meretrix audi uerbum domini: Hæc dicit dominus deus: Quia <sup>18</sup> effusum est æs tuum, ] & reuelata est ignominia tua in fornicationibus tuis super amatores tuos, & super idōla abominationum tuarum in sanguine filiorum tuorum quos dedisti eis, ecce ego congregabo omnes amatores tuos quibus commixta es, & omnes quos dilexisti cum uniuersis quos oderas. Et congregabo eos super te undique, & nudabo ignominiam tuam coram eis. <sup>19</sup> Et uidebunt omnem turpitudinem tuam, & <sup>20</sup> iudicabo te iudiciis adulterarum & effundentium sanguinem. Et dabo te in sanguinem furoris & zeli, & dabo te in manus eorū. <sup>21</sup> Et destruent lupanar tuum, & demolientur prostibulum tuum. Et denudabunt te uestimentis tuis, & auferent uasa decōris tui. Et derelinquent te nudam <sup>22</sup> plenamque ignominia, ] & adducent super te multitudinem. Et lapidabunt te lapidibus, & trucidabunt te gladiis suis. <sup>23</sup> Et comburent domos tuas igni, & facient in te iudicia in oculis mulierum plurimarum. Et <sup>24</sup> desines fornicari, ] & mercedes ultra non dabis. Et requiescet indignatio mea in te, & auferetur zelus meus à te. Et quiescā, nec irascar amplius, eo quod non fueris recordata dierum adolescentiæ tuæ, & prouocasti me in omnibus his. Quapropter & ego uias tuas in capite tuo dedi, ait dominus deus, & non <sup>25</sup> feci iuxta scelera tua ] in omnibus abominationibus tuis. <sup>26</sup> Ecce omnis qui dicit uulgō prouerbum, in te assumet illud, dicens: Sicut mater, ita & filia eius. Filia matris tuæ es tu, quæ proiecit virum suum, & filios suos, & soror sororum tuarum es tu, quæ proiecerunt uiros suos & filios suos. Mater uestra Cethæa: & pater uester Amorrhæus. <sup>27</sup> Et soror tua maior Samaria, ipsa & filia eius, quæ habitant ad sinistram tuam. Soror autem tua minor te, quæ habitat à dextris tuis, Sodoma & filia eius. Sed nec in uis earum ambulasti, neque secundum scelera earum fecisti. Paucillam minus <sup>28</sup> penē ] sceleratiora fecisti illis in omnibus uis tuis. Viuo ego dicit dominus deus, quia non fecit Sodoma soror tua ipsa & filia eius, sicut fecisti tu & filia tuæ. <sup>29</sup> Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & <sup>30</sup> abundantia, ] & ocium ipsius & filiarum eius: & manum egeno & pauperi non porrigebant, & eleuatae sunt, & fecerunt abominationes coram me, & abstuli eas sicut <sup>31</sup> uidiisti. ] Et <sup>32</sup> Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccauit, sed uicisti eas sceleribus tuis, <sup>33</sup> & iustificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis quas operata es. Ergo & tu porta confusione tuā, quæ uicisti sorores tuas peccatis tuis, sceleratius agens ab eis. Iustificatae sunt enim à te. Ergo & tu confundere, & porta ignominiam tuam, quæ iustificasti sorores tuas. Et conuertam <sup>34</sup> restituens eas conuersione Sodomorum cum filiabus suis, & conuersione Samariæ & filiarum eius. <sup>35</sup> Et conuertam reuersionem tuam ] in medio earum, ut portes ignominiam tuam, & confundaris in omnibus quæ fecisti, consolans eas. Et soror tua Sodoma & filia eius reuertentur ad antiquitatē suam, & Samaria & filia eius reuertentur ad antiquitatem suam, & tu & filia tuæ <sup>36</sup> reuertimini ad antiquitatem uestram. Non fuit autem Sodoma soror tua audita in ore tuo in die <sup>37</sup> superbię tuæ antequam reuelaretur malitia tua, sicut hoc tempore in opprobrium filiarum Syriæ, & cunctarum in circuitu tuo filiarum Palæstinarum quæ ambiunt te per gyrum. Scelus tuum & ignominiam tuam portasti, ait dominus deus. Quia hæc dicit dominus deus: Et faciam tibi sicut despexisti iuramentum ut irritum faceres pactum, & recordabor ego pacti mei tecum in diebus adolescentiæ tuæ, <sup>38</sup> & suscitabo tibi pactum sempiternum. Et recordaberis uiarum tuarum, & confundēris cum re-

† Infra 32. b

† 4. Reg. 23. a

Sup. eodem.

† Gene. 19. f

† 1. q. 1. cap. Nonne.

† 50. dist. 27. Dominus.

peris sorores tuas te maiores cum minoribus tuis. Et dabo eas tibi in filias, sed non ex pacto tuo: & suscitabo ego pactum meum tecum. Et scies quia ego dominus, ut recorderis & confundaris, & non sit tibi ultra aperire os præ confusione tua, cum placatus tibi fuero in omnibus quæ fecisti, ait dominus deus.

[x. Quia oēs sunt filij ecclesie in Apollonio inchoata, sed non ex pacto tuo, hoc est, ex virtute legis veteris, sed nouæ. Ideo subditur: Et suscitabo ego pactum nouum tecum: quod dicitur pactum nouum non secundum pactum in Horeb initū. De Lyræ.]

*Ioachim in Babylone captiuo Sedechias Rex Ierusalem cum vrbe sua captiuus, & sub figuris aduentus Christi prædicatur.*

XVII.

**A** T factum est verbum domini ad me, dicens: Fili hominis, propone <sup>a</sup> ænigma, & narra parabolam ad dominum Israel, & dices: Hæc dicit dominus deus: <sup>b</sup> Aquila grandis magnarum alarum, <sup>1</sup> longo membrorum ductu] plena plumis & varietate, venit ad Libanum, & tulit <sup>2</sup> medullam] cedri. Summitatem <sup>3</sup> frondium] eius auulsit, <sup>c</sup> & transportauit eam in terram Chanaan, in urbem negotiatorum posuit illam. Et tulit de semine terræ, & posuit illud in terra pro semine, ut firmaret radicem super aquas multas. <sup>d</sup> In superficie] posuit illud. Cùmque germinasset, creuit in vineam latiore, humili statura respicientibus ramis eius ad eam, & radices eius sub illa erant. Facta est ergo vinea, & fructificauit in palmites, & emisit propagines. Et facta est <sup>d</sup> aquila altera grandis, magnis alis, multisque plumis. Et ecce vinea ista quasi mittens radices suas ad eam, palmites suos extendit ad illam, ut irrigaret eam de areolis germinis sui, quæ in terra bona super aquas multas plantata est, ut faciat frondes, & portet fructum, ut sit in vineam grandem. <sup>e</sup> Dic: Hæc dicit dominus deus: Ergone prosperabitur? Nonne radices eius eueller, & fructus eius distringet? Et siccabit omnes palmites germinis eius, & arefcet, <sup>e</sup> & nõ in brachio grandi neque in populo multo, ut euelleret eam radicibus? Ecce plantata est: Ergone prosperabitur? Nonne cum tetigerit eam ventus vrens siccabitur, & in areis germinis sui arefcet. Et factum est verbum domini ad me, dicens: Dic ad domum exasperantem: <sup>d</sup> Nescitis quid ista significant? <sup>f</sup> Dic: ecce venit Rex Babylonis in Ierusalem, <sup>g</sup> & assumet Regem & principes eius, & adducet eos ad semetipsum in Babylonem. Et tollet de semine regni, ferietque cum eo fœdus, & ab eo accipiet iuramentum. Sed & fortes terræ tollet ut sit regnum humile, & non eleuetur, sed custodiat pactum eius, & seruet illud. Qui recedens ab eo, misit nuntios ad Ægyptum, ut daret sibi equos & populum multum. Nunquid prosperabitur vel cõsequetur salutem qui fecit hæc? Et qui dissoluit pactum, nunquid effugiet? <sup>h</sup> <sup>g</sup> Vivo ego dicit dominus deus, quoniam in loco Regis qui constituit eum Regem cuius fecit irritum iuramentum, & soluit pactum quod habebat cum eo, in medio Babylonis morietur. Et non in exercitu grandi neque in populo multo faciet contra eum Pharao <sup>1</sup> prælium] in iactu aggeris, & in extructione vallorum, <sup>h</sup> ut interficiat animas multas. Spreuerat enim iuramentum ut solueret fœdus, & ecce dedit manum suam, & cum omnia hæc fecerit, non effugiet. Propterea hæc dicit dominus deus. <sup>h</sup> Vivo ego, quoniam iuramentum <sup>\*</sup> quod spreuit, & fœdus <sup>\*</sup> quod præuaricatus est, ponam in caput eius: Et expandam super eum rete meum, & comprehendetur in fagina mea, & adducam eum in Babylonem, <sup>i</sup> & <sup>6</sup> iudicabo eum ibi in præuaricatione] qua despexit me, & omnes profugi eius cum vniuerso agmine suo, gladio cadent: residui autem in omnem ventum dispergentur, & scietis quia ego dominus locutus sum. Hæc dicit dominus deus: <sup>k</sup> Et sumam ego de <sup>7</sup> medulla] cedri sublimis, & ponam de vertice ramorum eius. <sup>l</sup> Tenerum distringam, & plantabo super montem excelsum & eminentem. In monte sublimi Israel plantabo illud, & erumpet in germen, & faciet fructum, & erit in cedrum magnam. Et habitabunt sub ea omnes volucres, & vniuersum volatile sub vmbra frondium eius nidificabit. Et scient omnia ligna regionis, quia ego dominus humiliavi lignum sublime, & exaltaui lignum humile: & siccaui lignum viride, & frondere feci lignum aridum. Ego dominus locutus sum & feci.

[a. Aenigma & parabola idem sunt, ut pote sermo habens obsecrationem, quo aliquid præterit verbis aliud tenetur in sententia, ita quod per rem verbis significatam res alia designatur. Diony. Car.]

[b. Rex est Babyloniorum, per quæ cetera potestas designatur. Grego. Moral. lib. 31. cap. 1.]

[1. Longa in membris.]

[2. Summitatem.]

[3. Surrelorum.]

[c. Chanaa enim in Hebræo, est nomen proprium & appellatiuum: & prout est nomen proprium significat Iudæam, eo quod habitauerunt eam Chanaanæ ante filios Israel: prout verò est nomen appellatiuum sic significat mercationem. Et feculum hoc terra Babylonis dicitur hic terra Chanaan, eo quod multi metea rores frequenter eam propter diuitias terræ, & populū multitudinem. De Lyræ ibid.]

[4. Veluti salicem.]

[d. Rex est Ægypti, grandis & magnis alis, multisque plumis, & c. Mox addit: Ergone prosperabitur, scilicet rex Ægypti, hoc est, iuramentum seruabit vineæ, & fœdera, & hæc poterit manere & saluari, & non eade- ret Mox demonstrans quod hoc nõ erit, sed omnino propter iuramentum peribit, de pena ip- sa dicitur, & causam eius ponit: Nonne radices eius eueller & c. Chrey ad popul. Antio. ho. 19.]

[e. Fugiens enim Sedechias rex Ægypti auxilio destitutus, a duobus Nabuchodonosor in campis Ierichontinis comprehensus est, & socij eius huc illucque dispersi. Glosa ordi. ibid.]

[f. Enarratio parabole præcedentis: quod sub duabus aquilis & vinea, duos reges Babylonis & Ægypti scriptura monstrat, & regem Sedechiam, qui contra iuramentum, deserta amicitia Nabuchodonosor, se ad regem Ægyptum transfudit. Ferret, inquit, cum eo fœdus, & accipiet ab eo iuramentum, ut esset fœderatus eius, & seruet illud. Qui dissoluit, aut pactum, nunquid effugiet? Hierony. ibid.]

[g. Hic describitur ipse rex regis perditionis captiuitas & pena. Statim itaque exponit Prophetæ ænigma atque parabolam. Vides aculeum eum de retributione honorum, & de animaduersione malorum, omnium esse planissimum. Lorychius ibid.]

[h. In prælio.]

[i. Per malam enim voluntatem, hoc est per peccatum mortale, quis neciat animam mortuam per ad monium lib.]

[\* Meum.]

[\* Meum.]

[j. Nã ego certè ne quis me inquietatis accuset, vnumquilibet vestrum secundum sua via, suave facta sum iudicatusus domus Israelis scelerata & improba dicit dominus deus. Tofarius ibid.]

[k. Iudicio contendam eum eo propter præuaricationem suam.]

[l. Sumam de semine nobiliore regie tribus Iuda, atque educet Christum, qui secundum carnem natus est de semine David. Quæ plantabo super montem excelsum, scilicet ecclesiam, cui illi prædicam, secundum quod illi.]

[m. habetur: Super solium David, & super regnum eius sedebit.]

[Diony. ibid.]

[7. Summitate.]

Vnusquisque onus suum portabit, neque enim filius pro patre, neque pater pro filio in peccatis respondebit: sed ubi quis inuenietur, ibi iudicabitur. X VII.

r. Parabolice iactatis parabola hanc. a. Qui presentia mundi delectatione pascitur, spiritualia manducare ligatis sensibus excreto-ribus nequid Greg. Moral. li. 11. cap. 18.

b. Non quidem talis qualis est corporis, sed multo grauior est mors animæ. Chry. ad Ephe. 5. homil. 18.

c. Hic porro parabola exponit. Parabolice dicit se iustus habere, in iustis damnare. Olfendit hic quos iustos habeat & quot inuitos. Lortychius ibid. § 8 num.

d. Dominus dicit Ihu. § 8. Frange esurienti panem tuum, & hietis vir iustus esurienti panem suum dederit, & vita uiuet. Tu dicit: Tollam pauperi domum suam. Dominus autē dicit ut egenos non habentes celum, inducas in domum tuam. Quomodo vis ut deus te audiat, cum tu deum non pater audieris? Ambro. de Naburhe c. 10.

e. Adesse se promittit deus, & ad dire & protere se ens dicit qui inuitat. nol. 18. de eride folu-entes, & elemosinas circa do- meliores des secum. h. eius præ- cepta facientes, dum audiunt quod deus præcepit fieri, ipsi quique à deo merentur audiri. Cypri. de orat. do. ser. 6.

f. Pecuniam si quam crediderit non accipiat uitam, ut & be- neficium molime sit, quod facerent necessitati, & ablu- uat se prolixius alicui. In hoc enim genere officij debet suo ef- se contentus, quē oportet alias ne proprio quidem parere, ut bonum faciat: plus autem acci- pere quā dederit, iniustus est. Quod qui facit infidiat quod- dammodo, ut ex alterius neces- sitate præsumat. Lactanz. de ve- ro cultu lib. 6. cap. 13.

g. Prædam.

h. Verum ipse pater eius, si ille proximum suum calumniatur, atque opprimat, & que fratris sui sunt rapto tollat, atque in medio populi sui reliquit, ma- lorum suam, suam ipsius iniqui- tatem pateretur, atque morietur est. Tofarrius ibid. § 8. Calumniando.

h. Cūque dominus habeat in potestate vindictā, mauult diu tenere patientiam, sustinens se licet clementer & disticens, ut si fieri potest, multā malitia pro- tracta aliquando imitetur, & ho- mo in errorum & scelerum cogi- tatione volutatus vel sero ad dominum cōuertatur, ipso mouente & dicente, Si impius egerit penitentiam, &c. omnium iniquitatum eius quas operatus est, non recordabor. Nolo enim mortem morientis, &c. Cypria. de bono patientia.

i. Non equidē volentis dei an- tecedens mors est peccatoris, se- cus de consequente. Non enim ad puniendos hos gloriatur, sed ut efficiat nos bonitatis sue par- ticipes ut bonus, peccatis autē puniri vult ut iustus. Dicitur igitur prima præcedens voluntas, & receptio ex ipso existens: secunda vero voluntas sequens & permissio, ex nostra causa exi- stens. Eorum autem quæ in no- bis sunt, si bona equidem præ- fertim, antecedentēque vult & accipiat, sin mala & te vera ma- la, neque præsertim vult, neque consequenter vult. Damasc. li. 2. cap. 29.

3. Desiderando desiderio morit impij.

4. Domus.



Factus est sermo domini ad me, dicens: quid est quod inter vos<sup>1</sup> para-  
bolam vertitis in proverbium istud in terra Israel, dicentes: <sup>2</sup>† patres comederunt vnam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt: † Viuo ego dicit dominus deus, si erit vltra vobis parabola hæc in proverbium in Is-  
rael. Ecce omnes animæ meæ sunt. Vt anima patris, ita & anima filij mea est. <sup>3</sup>† Ani-  
ma quæ peccauerit, ipsa morietur. <sup>4</sup>† Et vir si fuerit iustus, & fecerit iudiciū & iustitiam, in montibus non comederit, & oculos suos non leuauerit ad idōla domus Israel, & vxorem proximi sui non violauerit, & ad mulierem menstruatam non accesserit, <sup>5</sup> & <sup>6</sup>†  
hominem non contristauerit, pignus <sup>7</sup> debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit, <sup>8</sup>†  
† panem suum esurienti dederit, & nudum operuerit vestimento, † ad vsuram non  
commodauerit, & amplius non acceperit, ab iniquitate auerterit manum suam, & iu-  
diciū verum fecerit inter virum & virum, & in præceptis meis ambulauerit & iu-  
dicia mea custodierit ut faciat veritatem, hic iustus est. <sup>9</sup>† Vita uiuet, ait dominus deus.  
Quod si genuerit filium latronem effundentem sanguinem, & fecerit vnum de istis, &  
& hæc quidem omnia non facientem, sed in montibus comedentem, & vxorem pro-  
ximi sui polluentem, <sup>10</sup> † egenum & pauperem contristantem, rapientem rapinas, pi-  
gnus non reddentem, & ad idōla leuantem oculos suos, abominationem facientem, <sup>11</sup>†  
† ad vsuram dantem, & amplius accipientem, nunquid uiuet? Non uiuet. Cum vniuer-  
sa hæc detestanda fecerit, morte morietur. Sanguis eius in ipso erit. Quod si genuerit  
filium qui videns omnia peccata patris sui quæ fecit, timuerit, & non fecerit simile eis,  
super montes non comederit, & oculos suos non leuauerit ad idōla domus Israel, &  
vxorem proximi sui non violauerit, & virum non contristauerit, pignus non retinuerit, <sup>12</sup>†  
& <sup>13</sup>† rapinam non rapuerit, <sup>14</sup>† panem suum esurienti dederit, & nudum operuerit  
vestimento, a pauperis iniuria auerterit manum suam, † vsuram & superabundantiam  
non acceperit, & iudicia mea fecerit, & in præceptis meis ambulauerit, hic non  
moriatur in iniquitate patris sui, sed vita uiuet. <sup>15</sup>† Pater eius quia <sup>16</sup>† calumniatus est, &  
vim fecit fratri, & malum operatus est in medio populi sui, ecce mortuus est in ini-  
quitate sua. Et dicitis: Quare non portabit filius iniquitatem patris? Videlicet, quia fi-  
lius iudiciū & iustitiam operatus est, omnia præcepta mea custodiuit, & fecit illa,  
vita uiuet. <sup>17</sup>† Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. <sup>18</sup>† Filius non portabit iniquitatem  
patris, & pater non portabit iniquitatem filij. Iustitia iusti super eum erit, & impietas  
impij erit super eum. Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis  
quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudiciū & iustitiam  
vita uiuet, & non morietur. <sup>19</sup>† Omnium iniquitatum eius quas operatus est, non recor-  
dabor. In iustitia sua quam operatus est, uiuet. <sup>20</sup>† Nunquid <sup>21</sup> voluntatis meæ est mors  
impij, ] dicit dominus deus: & non ut conuertatur à viis suis & uiuat? <sup>22</sup>† Si autem auer-  
terit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem secundum omnes abominationes  
quas operari solet impius, nunquid uiuet? <sup>23</sup>† Omnes iustitiæ eius quas fecerat, nō recor-  
dabuntur. In præuaricatione qua præuaricatus est, & in peccato suo quod peccauit, in  
ipsis morietur. Et dixistis: <sup>24</sup>† Non est æqua via domini. Audite ergo domus Israel: Nū-  
quid via mea non est æqua, & non magis viæ vestræ prauæ sunt? Cū enim auerterit  
se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, morietur in eis. In iustitia quam opera-  
tus est, morietur. Et cū auerterit se impius ab impietate sua quam operatus est, & fe-  
cerit iudiciū & iudiciū, ipse animam suam viuificabit. <sup>25</sup>† Considerans enim & auer-  
tens se ab omnibus iniquitatibus suis quas operatus est, vita uiuet & non morietur. Et  
dicunt <sup>26</sup>† filij ] Israel: Non est æqua via domini. Nunquid viæ meæ non sunt æquæ do-  
mus Israel, & non magis viæ vestræ prauæ? Idcirco vnumquemque iuxta vias suas iu-  
dicabo domus Israel, ait dominus deus. <sup>27</sup>† Conuertimini & agite pœnitentiam ab om-  
nibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitatis. <sup>28</sup>† Proiicite à vobis  
om-

† 17. dist. c. Vito. † Iere. 31. e

† De conf. di. 4. c. Querit. 24. q. 3. c. Si habet. 1. q. 3. c. Iudei De pe. di. 4. c. Quid est hoc.

† Hic. § 8. b. Math. 25. c. † 14. q. 3. cap. Purant.

† 14. que. 1. c. Plerique, &c. Purant. De viis. c. Conuult.

† Deut. 14. c. 4. Reg. 14. b. 2. Para. 2. b. 1. q. 7. c. Con- uentibus.

De pœni. di. 4. c. Interim- tentes. 50. di. c. Ponderet. † Hic. 29. a. Infr. 33. c. † De pœni. di. 4. c. Hanc so- cietatem. c. 51. auerent. Infr. eod. † Infr. d.

† Infr. 33. c. Math. 3. a. † Infr. 33. c.

omnes iniquitates vestras in quibus prauaricati estis, & facite vobis cor nouum & spiritum nouum. Et quare moriemini domus Israel? Quia nolo mortem morientis, dicit dominus deus. Reuertimini, & viuite.

b. Non vult in mortem deduci hominem, quem in vitam conuertit. Chryl. ex variis in Matt. locis, ho. 7.

† 3. q. 4. c. Hi qm. 2. q. 1. c. His à quib. De heret. c. Ad abolend.

Ioachim, Ioabaz & Iechonia captiui leonibus comparantur, & ateri vero rege carentes vagantur vndique. XIX.

A **E**T tu [fili hominis] assume planctum super principes Israel, & dices: Quare mater tua iehana inter leones cubauit? In medio leunculorum enutriuit catulos suos. Et eduxit vnum de leunculis suis, leo factus est, & didicit capere prædam hominemque comedere. Et audierunt de eo gentes, & non absque vulneribus suis ceperunt eum, & adduxerunt eum in catenis in terram Ægypti. Quæ cum vidisset quoniam infirmata est, & periit expectatio eius, tulit vnum de leunculis suis, leonem constituit eum. Qui incedebat inter leones, & factus est leo, & didicit prædâ capere, & homines deuorare, didicit viduas facere, & ciuitates eorum in desertum adducere, & desolata est terra & plenitudo eius à voce rugitus illius. Et conuenerunt aduersus eum gêtes vndique de prouinciis, & expanderunt super eum rete suum. In vulneribus earum captus est, & miserunt eum in caueam. In catenis adduxerunt eum ad regem Babylonis, miseruntque eum in carcerem, ne audiretur vox eius vltra super montes Israel. Mater tua quasi vinea in sanguine tuo super aquam plantata est. Fructus eius & frondes eius creuerunt ex aquis multis, & factæ sunt ei virgæ solidæ in seceptra dominantium, & exaltata est statura eius inter frondes. Et vidit altitudinem suam in multitudine palmitum suorum, & euulsa est in ira, in terramque proiecta, & ventus vrens siccauit fructum eius, marcuerunt & arefactæ sunt virgæ roboris eius. Ignis comedit eam. Et nunc transplantata est in desertum in terra inuia & sitienti, & egressus est ignis de virga ramorum eius qui fructum eius comedit, & non fuit in ea virga fortis, seceptrum dominantium. Planctus est, & erit in planctum.

Beneficia educationis Ægyptiacæ ingratissimè Iudæis improperantur propter eorum blasphemias & scelera, vnde illorum sacrificia & legem reprobant. XX.

† Ofec. 13. d

Anni ante Christ. 619 Anni mundi 3743.

A **E**T factum est in anno septimo, in quinto, in decima mensis, venerunt viri de senioribus Israel vt interrogarent dominum, & sederunt corâ me. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, loquere senioribus Israel, & dices ad eos: Hæc dicit dominus deus: Num ad interrogandum me vos venistis? Viuo ego, quia non respondebo vobis, ait dominus deus. Si iudicas eos, si iudicas filii hominis. Abominationes patrum eorum ostende eis, & dices ad eos: Hæc dicit dominus deus: In die qua elegi Israel, & eleuavi manum meam pro stirpe domus Iacob, & apparui eis in terra Ægypti, & leuavi manum meam pro eis dicens: ego dominus deus vester, in die illa leuavi manum meam pro eis, vt educerem eos de terra Ægypti, in terram quam prouideram eis, fluentem lacte & melle, quæ est egregia inter omnes terras. Et dixi ad eos: Vnusquisque offensiones oculorum suorum abiiciat, & in idôlis Ægypti nolite pollui. Ego dominus deus vester. Et irritauerunt me, nolueruntque me audire. Vnusquisque abominationes oculorum suorum non proiecit, nec idola Ægypti reliquerunt. Et dixi vt effunderem indignationem meam super eos, & implem iram meam in eis in medio terræ Ægypti. Et feci propter nomen meum, vt non violaretur coram gëtibus, in quarum medio erant, & inter quas apparui eis, vt educerem eos de terra Ægypti. Eieci ergo eos de terra Ægypti, & eduxi eos in desertum, & dedi eis præcepta mea, & iudicia mea ostendi eis, quæ faciens homo viuet in eis. Insuper & sabbata mea dedi eis, vt esset signum inter me & eos, & scirent quia ego dominus sanctificans eos. Et irritauerunt me domus Israel in deserto, in præceptis meis non ambulauerunt, & iudicia mea proiecerunt, quæ faciès homo viuet in eis, & sabbata mea violauerunt vehementer. Dixi ergo vt effunderem furem meum super eos in deserto, & consumerem eos. Et feci propter nomen meum

a. Septimo anno transmigrationis Iechonia, in quinto mense & decima die mensis, seniores Iudæorum pro more quo peperunt a deo quærebant quæ scire optabant, venerunt ad Ezechielem, vt per eum dominum interrogarent, quibus ad votum nec dicitur illis respondit, quia nec intentione sincera, nec lideli ac humili mente ad interrogandum veniant. Quoniam illis congrue quærentibus dominus respondit, sed increpatio datur. Dionys. ibidem.

1. Nomen iudicabis eos, nomen iudicabis? (b. Primò increpat interrogantes senes, hoc est superstitios, exprobando illis sua beneficia et ipsos & patres eorum, interini etiam dum sua erga maiores beneficia enumerat: patrum quoque errata increpat post legum digressionem, tandem redit ad increpationem synagoge sui seculi.

2. Desiderabilis, vel elegans, (c. Et fecit, i. misericorditer et eis mortem illam non inferendo, propter nomen meum, vt non violaretur, i. non vilificaretur. De Lira. i. q. idem.)

d. In signum ergo data sunt hæc, non autem sine argumento, nec otiosa tanquam quæ à sapientie artifices darentur. Sabbata enim perseuerantiam rotius dei erga deum seruientis edocebant.

Aestimari enim sumus aut Pfal. sicut oues occisionis scilicet consecrati & ministrantes omni tempore fidei nostræ, & in ea perseuerantes & abfluentes ab omni auaritia. Irenæus lib. 4. cap. 20. 3. Rebellerunt in me, & infra.

† Lepit. 18. a Roma 10. a † Exod. 20. b. 11. a Deut. 5. b



Te. Ego leuau manum meam, i. vindictam super eos in deserto; hoc fuit quando territi verbis exploratorum voluerunt reuertari in Aegyptum, vt patet, Num. 14. De Lyra, ibidem. j. f. Sabbati nomine requies est de signata, interdum tamen crapula & ebrietas significatur. Quia hæc erat, sicut & nunc est, iudiciorum pessima consuetudo, illo die deliciis affluere, dum spirituale sabbatum ignorant. Augu. de consensu Euang. lib. 1. ca. 77.

g. Nam & dominus sanctificauit diem sabbati, hoc est, segregauit ab illis, iam hic ab initio doctrinam hanc nobis intinuat deus, erudiens in circulo hebdomadis diem unum integrum se preparandum, & reponendum in spiritualem operationem. Chri. in 2. cap. Gencl. homil. 10.

h. Vbi in veteri testamento Dominus contra filios eorum qui in deserto conuertunt leuauerit manum volens eos dispergere, terra non dicit, sed ex hoc quod hic dicitur, factum esse credendum est, vt hoc significat quia postquam in terram promissionis peruenerunt peccata existeribus, diuersis gentibus & regibus traditi sunt. Glosa or. j. i. Mala quasi mala non sunt comparationis priorum, & bona quasi bona non sunt comparatione meliorum. Greg. Moral. lib. 28. cap. 17.

k. Non aie: cui obtulerint: ideo quidam exponunt, quod intelligendum sit eos hæc idolis obtulisse: quod fuit euidenter nefarium. Alii quod deo obtulerint ea, & tamen polluti monstrantur: quia per talia sacrificia peccata virtute sacrificii non auferantur, sed ex deuotione, si deique offerentium. Dionys. ibidem.

l. Traducerent, sub per ignem. Vt densarent eos.

m. Loca sublimia & arboribus constituta ad exercendum idololatiam apta elegerunt. Porro distributio illa collium, & lignorum accommodata est pro generibus singulorum, quemadmodum mortis est in prophetia, Dionys. ibidem.

n. Nonne.

o. Abominaciones. n. Hunc habet sensum: Ne putetis cogitationes vestras, quibus contra me blasphematis, posse compleri. Dicitis enim: Nolumus esse sub domino, nec populus eius appellari: sed sicut cunctæ in toto orbe sunt nationes, & vnaquæque gens suo viuit arbitrio, vt colat ligna, & lapides, & idolis seruiat: etiam nos vna gens erimus de pluribus. Ad quæ respondet deus, iurisque per te me ipsum & dicit: non vor relinquam neque contemnam, vt filios seruis domini negligenter solent contemnere, sed ad meum retraham impetum, & brachio extento ac percutiente ac furor effusus in pristinâ vos redigam seruitutem, & regnabo super vos: vt velitis nolitis me habeatis regem & sentiatis regem iratum, cuius clementiam neglexistis. Hiero. ibidem.

p. Rebelles & prouocantes in me.

q. Primitias munerum vestrorum.

r. Hæc est recordatio bona prius impietatis, dum quis priora mala ad animam reuocat, vt salutare penitentiam agat. Hæc est displicentia bona, & beata humilitatis magistra, patientiæ mater, mansuetudinisque origo, quæ dei iram extinguit, eisdemque displicentiam tollit & pauperem peccatorem deo conciliat. Dio. ibidem.

ne violaretur coram gentibus, de quibus eieci eos in conspectu earum. <sup>c</sup> Ego igitur leuau animam meam super eos in deserto, ne inducerem eos in terram quam dedi eis, fluentem lacte & melle, præcipuam terrarum omnium, quia iudicia mea proiecerunt, & in præceptis meis non ambulauerunt, <sup>f</sup> & sabbata mea violauerunt. <sup>g</sup> Post idola enim <sup>c</sup> cor eorum gradiebatur. Et pepercit oculus meus super eos vt non interficerem eos: nec consumpsi eos in deserto. Dixi autem ad filios eorum in solitudine: In præceptis patrum vestrorum nolite incedere, nec iudicia eorum custodiatis, nec in idolis eorum polluamini. Ego dominus deus vester. In præceptis meis ambulate, & iudicia mea custodite & facite ea: & sabbata mea <sup>h</sup> sanctificate, vt sit signum inter me & vos, & sciatis quia ego dominus deus vester. Et exacerbauerunt me filii, & in præceptis meis non ambulauerunt, & iudicia mea non custodierunt vt facerent ea, quæ cum fecerit homo, viuet in eis, & sabbata mea violauerunt. Et comminatus sum vt effunderem furorem meum super eos, & implerem iram meam in eis in deserto. Auerti autem manum meam, & feci propter nomen meum, vt non violaretur coram gentibus, de quibus eieci eos in oculis earum. <sup>h</sup> Iterum leuau manum meam in eos in solitudine vt dispergerem illos in nationes, & ventilarem in terras, eo quod iudicia mea non fecissent, <sup>g</sup> & <sup>d</sup> præcepta mea reprobaissent, & sabbata mea uiolassent, & post idola patrum suorum fuissent oculi eorum. Ergo & ego dedi eis <sup>i</sup> præcepta non bona, & iudicia in quibus non viuent, & pollui eos in muneribus suis, <sup>k</sup> cum <sup>l</sup> offerrent ] omne quod aperuit vuluam <sup>j</sup> propter delicta sua, ] & scient quia ego dominus. Quamobrem loquere ad domum Israel fili hominis, & dices ad eos: Hæc dicit dominus deus: Adhuc & in hoc blasphemauerunt me patres vestri, cum spreuissent me contemnes, & induxissent eos in terram, super quam leuau manum meam vt darem eis. <sup>l</sup> Viderunt omnem collem excelsum, & omne lignum nemorosum, & immolauerunt ibi victimas suas, & derunt ibi irritationem oblationis suæ, & posuerunt ibi odorem suauitatis suæ, & libauerunt libationes suas. Et dixi ad eos: Quid est excelsum ad quod vos ingredimini? Et vocatum est nomen eius excelsum vsque ad hæc diem. <sup>m</sup> Propterea dic ad domum Israel: Hæc dicit dominus deus: <sup>c</sup> Certe ] in via patrum vestrorum vos polluimini, & post <sup>o</sup> offendicula ] eorum vos fornicamini. Et in oblatione domorum vestrorum, cum traducitis filios vestros per ignem, vos polluimini in omnibus idolis vestris vsque hodie, & ego respondebo vobis domus Israel? <sup>p</sup> Viuo ego dicit dominus deus, quia non respondebo vobis, <sup>m</sup> neque cogitatio mentis vestræ fiet, dicentium: Erimus sicut gentes & sicut cognationes terræ vt colamus ligna & lapides. Viuo ego dicit dominus deus, quoniã in manu forti, & in brachio extento, & in furore effuso regnabo super vos. Et educam vos de populis, & congregabo vos de terris in quibus dispersi estis. In manu valida & in brachio extento, & in furore effuso <sup>q</sup> regnabo super vos, & ] adducam vos in desertum populorum, & iudicabor vobiscum ibi facie ad faciem. <sup>r</sup> Sicut <sup>n</sup> iudicio contendi aduersum patres vestros in deserto terræ Aegypti, sic iudicabo vos dicit dominus. Et subiiciam vos scepro meo, & inducam vos in vinculis fœderis. Et eligam de vobis <sup>s</sup> transgressores & impios, ] & de terra incolatus eorum educam eos, & terram Israel non ingredientur, & sciatis quia ego dominus. Et vos domus Israel, hæc dicit dominus deus: Singuli post idola vestra ambulate, & seruite eis. <sup>t</sup> Quod si & in hoc non audieritis me, & nomen meum sanctum pollueritis vltra in muneribus vestris & in idolis vestris, in monte sancto meo, in monte excelso Israel, ait dominus deus, ibi seruiet mihi omnis domus Israel, omnes, inquam, in terra in qua placebunt mihi. Et ibi quæram primitias vestras, & <sup>u</sup> initium decimarum vestrarum ] in omnibus sanctificationibus vestris. In odorem suauitatis suscipiam vos, cum eduxero vos de populis, & congregauero vos de terris, in quas dispersi estis, & sanctificabor in vobis in oculis nationum. Et sciatis quia ego dominus cum induxero vos ad terram Israel, in terram pro qua leuau manum meam, vt darem eam patribus vestris. <sup>v</sup> & Et recordabimini ibi viarum vestrarum, & omnium scelerum vestrorum quibus polluti estis in eis, & displicebitis vobis in conspectu vestro in omnibus malitiis vestris quas

quas fecistis, & scietis quia ego dominus, cū benefecero vobis propter nomē meum & non secundum vias vestras malas, neque secundum scelera vestra pessima domus Israel, ait dominus deus. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis<sup>p</sup> pone faciem tuam contra viam austri, & stilla ad aphricum, & propheta ad saltum agri meridiani, & dices saltui meridiano: Audi verbum domini: Hæc dicit dominus deus: Ecce ego succendam in te ignem, & comburam in te omne lignum viride, & omne lignum aridum. Non extinguetur flamma succensionis. Et comburetur in ea omnis facies ab austro vsque ad aquilonem, & videbit vniuersa caro, quia ego dominus succēdi eam, nec extinguetur. Et dixi: † Ah, ah, domine deus. Ipsi dicunt de me: Nunquid non per parabolas loquitur iste?

† Sup. 4.2

*Minatur dominus Israeli & Ammonitis gladium duplicatum, sed & triplicatum.*  
X XI.

**A** T factus est sermo domini ad me, dicens: <sup>a</sup> Fili hominis, pone faciem tuam ad Ierusalem, & stilla ad sanctuaria, & propheta contra humum Israel: & dices terræ Israel: Hæc dicit dominus deus. Ecce ego ad te, & eiiciam gladium meum de vagina sua, & occidam in te iustum & impium. <sup>b</sup> Pro eo autem quod occidi in te iustum & impium, idcirco egredietur gladius meus de vagina sua ad omnem carnem, ab austro vsque ad aquilonem, vt sciat omnis caro, quia ego dominus eduxi gladium meum de vagina sua irreuocabilem. <sup>c</sup> Et tu fili hominis ingemisce in contritione lumborum, & in amaritudinibus ingemisce coram eis. Cūque dixerint ad te: quare tu gemis? dices: <sup>d</sup> Pro auditu, quia venit, & tabescet omne cor, & dissoluentur vniuersæ manus, & <sup>e</sup> infirmabitur omnis spiritus, & per cuncta genua fluent aquæ. Ecce venit, & fiet ait dominus deus. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, propheta, & dices: Hæc dicit dominus deus, Loquere: Gladius gladius exacutus est & <sup>f</sup> limatus. Vt cædat victimas, exacutus est: vt splendeat limatus est. <sup>g</sup> Qui moues sceptrum filii mei, succidisti omne lignum. <sup>h</sup> Et dedi eum ad læuigandum, vt teneatur manu. Iste exacutus est gladius, & iste limatus est vt sit in manu interficientis. Clama & vlula fili hominis, quia hic factus est in populo meo, hic in cunctis ducibus Israel qui fugerant. Gladio traditi sunt cum populo meo: Idcirco plaude super femur, quia probatus est, & hoc cum sceptrum subuerterit, & non erit, dicit dominus deus. Tu ergo fili hominis propheta, & percute manu ad manum, & duplicetur gladius, ac triplicetur gladius interfectorum. Hic est gladius occisionis magnæ, qui obstupescere eos facit, & corde tabescere, & multiplicat ruinas. In omnibus portis eorum dedi conturbationem gladii <sup>i</sup> acuti & limati ad fulgendum, amici ad cædem. <sup>j</sup> & Euacuere, vade ad dexteram siue ad sinistram, quocunque faciei tuæ est appetitus. Quin & ego plaudam manu ad manum, & implebo indignationem meam. Ego dominus locutus sum. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Er tu fili hominis, pone tibi duas vias, vt veniat gladius Regis Babylonis. De terra vna egredientur <sup>k</sup> ambo. Et manu capiet coniecturam, in capite viæ ciuitatis coniciet. Viam pones, vt veniat gladius ad <sup>l</sup> Rabbath filiorum Ammon, & ad Iudam in Ierusalem rounitissimam. Stetit enim Rex Babylonis in biuio in capite duarum viarum, diuinationem quærens, <sup>m</sup> commiscens sagittas. Interrogauit idola, exta consuluit. Ad dexteram eius facta est diuinationis super Ierusalem, vt ponat arietes, vt aperiat os in cæde, vt eleuet vocem in vllatu, vt ponat arietes contra portas, vt comportet aggerem, vt ædificet munitiones. Eruntque quasi consulens frustra oraculum in oculis eorum, & <sup>n</sup> sabbatorum ocium. imitans. Ipse autem recordabitur iniquitatis ad capiendum. Idcirco hæc dicit dominus deus: Pro eo quod recordati estis iniquitatis vestræ, & reuelastis prauaricationes vestras, & apparuerunt peccata vestra in omnibus <sup>o</sup> cogitationibus vestris. Pro eo inquam quod recordati estis, manu capiementi. Tu autem profane impie dux Israel, cuius venit dies <sup>p</sup> in tempore iniquitatis præfinita: Hæc dicit dominus deus, Aufer cidarium, tolle coronam, Nōne hæc est quæ humilem subleuauit, & sublimem humilia-

<sup>a</sup>. Scietis quia ego Dominus per experientiam beneficiorum meorum, propter nomē meum, id est, ex mea misericordia, & ex vestra iustitia. De Lyra. ibi.] [p. Observatione vultus, & duritia frontis opus est. vt hæc propheta loquatur intrepidus, maxime cum ad totū populi multitudinem tristitia nūnciantur. Glosa ordinaria ibidem.]

<sup>a</sup>. Querebatur seniores eius propheta per parabolas non obsecrante illis loqueretur: cum inuicem quærentem narrationem idcirco clare nunc exponit quod prius metaphoricè prædixit. Dion. ibidem.

[b. Etiam iustus temporaliter parcendo multominus parcem aliis gentibus, idololatriæ deditis, quia valde multa fuerit occisa per exercitum regis Babylonis. De Lyra.]

<sup>c</sup>. Inbetur propheta vt recitaret illis nec interrogatibus eius ista vaticinatus sit, faciat quæ interrogetur, & respondeat quæ dominus locutus est. Ingemisce, inquit, euilare, non leri voce, nec dolore moderato: sed in contritione lumborum, vt gemitus tuus ex inuis visceribus & amaritudine nimis profatur. Hierony. ibidem.

<sup>d</sup>. Propter timorem.

<sup>e</sup>. Maiore afficietur.

<sup>f</sup>. Polius, & infra.

<sup>g</sup>. Letabimur ne scepro filii mei quod reprobet omne lignum.

<sup>h</sup>. Timores gladii fuerunt populo meo.

<sup>i</sup>. Nam regia dignitas & vntio in Sedechia suum habuit, quauis quidam Machabæorum impo fuerint sibi diadema: hoc autem non fuit per sacrum vntionem, nec per fixam & permanentem successione. Dion. ibidem.

<sup>j</sup>. Percutit eos in interioribus vt dissoluantur eor, & multiplicentur ostendicula.

<sup>k</sup>. Hæc factus est quasi fulgur cæditus ad cædem. Secede.

<sup>l</sup>. Ambi, & locum elige, in capite viæ ciuitatis elige.

<sup>m</sup>. Rabbath ciuitas metropolis est filiorum Ammon, & hodie Philadelphia nominatur: que si nistra via per quam Babylonis exercitus venturus erat in Iudæam, formidans declinare ad dexteram scilicet Ierusalem, uenit illius interfectionis quæ 183000. de exercitu Assyriorum vna nocte cæsa sunt. Hieron. ibid.

<sup>n</sup>. Expuluit.

<sup>o</sup>. Quibus fuerunt iumenta multa.

<sup>p</sup>. Studiis, vel operibus.

<sup>q</sup>. Tu inquam Sedechia propheta in deum fuisi, cultum eius relinquens, & in Regem Babylonis impius per pacti eius transgressionem. Dion. ibidem.

<sup>r</sup>. Vt in tempore opportuno finis sit iniquitatis, & infra.

<sup>s</sup>. Cidaris in signe pontificis est, corona autem regis iudæorum.

Nōne hæc est cidaris, & hæc est corona que nihil fecit iudæis, sed ad imitationem regis Babylonis quos volebat exaltabat & quos volebat humiliabat: propterea non semet, nec bis tantis, sed tertio iniquitatem tibi ponam in perpetuum: que nō staret tibi reputata est, sed donec veniat Christus, cuius est iudicium, & tradat ei pater regnum & sacerdotium, vel ecclesiam de gentibus cōgregatam. Hic. ibid.

uit: Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem, ponam eam. Et hoc non factum est donec veniret cuius est iudicium, & tradam ei: Et tu fili hominis propheta, & dic: Hæc dicit dominus deus ad filios Ammon, & ad opprobrium eorum, Et dices: Mucro, mucro, cuagina te ad occidendum, lima te, vt interficias, & fulgeas, cum tibi viderentur vana, & diuinarentur mendacia, vt daretis super colla vulneratorum impiorum, quorum veniet dies in tēpore iniquitatis præfinita. Reuertere ad vaginam tuam in locum in quo creatus es. In terra natiuitatis tuæ iudicabo te, & effundam super te indignationē meā. In igne furoris mei sufflabo in te, dabóque te in manus hominum insipientium, & fabricantium interitum. ] Igni eris cibus. Sanguis tuus erit in medio terræ, obliuioni tradèris, quia ego dominus locutus sum.

[ h. Gladiū Babyloni regis fecit incompito dextra & sinistra, quam dextra dicebat in Ierusalē, sinistra vero in Rabbar filiorum Ammon, & exisse scilicet vt pergeret Ierusalē in prædictum est, quia expugnata & capta regnum quoque & sacerdotum perisse prænuñciat. Restat ergo & diuisionis ordo exponit quid de sinistra factū sit demonstrare. Imperatur ergo propheta vt loquatur ad filios Ammon. Glosa ordinaria. ]  
 si. Hic conueniunt agitur de destructione Chaldaeorum, cum dicitur: Reuertere in vaginam tuam, id est, in Chaldaam post multorum peccatum stragem. De Lyr. ibidem. ]  
 c. Artificium perditionis.

*Abominaciones & scelera Ierosolymis perpetrata in sanguinis effusione, parentum in-honoracione, & sanctuarij à sacerdotibus pollutione.* X XII.

- 1. Nōne iudicabis, nōne iudicabis.
- 2. Quoniam, sanguis propter vitalem quandam corpulentiam animam significat, in sacramentis anima dicitur est. Scriptū est etiam: Effundit sanguinem qui trahat mercedem mercedarii. Mercedē sanguinem dicit, quoniam in ea sustentatur vita, quæ nomine sanguinis appellantur. Augu. q. 57. super Genit. Plurati ter vero, licet minus Latine, peccati intellegi volunt, quæ ex corruptione carnis & sanguinis veniunt vt hæc Viri sanguinum & dolosi & Libera me de sanguinibus. Item in Psal. 20.
- 2. Apud.
- 3. Substantiunt te quod pollutio sit nomine, ac in magna calamitate.
- 4. Delatores.
- 5. Atque abominacionem.
- 6. Nouegas suas carnaliter cognoscendo, & ad mulieres mentuatas accedendo, & adultera indifferenter committendo, illos subditur. Et vnusquisque in vxorem proximi sui, &c. Cōsequenter relinquitur vitium cupiditatis, & emulicatus simul. De Lyr. ibidem. ]
- 6. Pollutam mentuatis affixerunt.
- 7. Vnusquisque.
- 8. Conueniunt tuum cum iniuria extensibili proximo tuo. sc. An cor animique tui subfiliat, ac tendis in quas oblige iures, penis par erit, ita vt robu sit futura sit manibus, tunc tēporis, quando ego te pro tuis meritis si tradaturus Ego Dominus locutus sum hæc atque quæ te maneat pena prædixi. Tolat. ibidem. ]
- 9. Subfiliat.
- 10. Et eris tibi hereditas, sub & non ego.
- 11. Hoc est, purgare eos per ignem tribulationis volui, & argentum vel aurum illos fieri quæriti, sed in fornace in imperfecta metalla versi sunt, hoc est, ad vitam etiam in tribulatione proruperunt. Greg. Pasto. 4. par. Admoni. 14.
- 12. Scoria argenti facti sunt, non suscipientes correctionem, sed peiorationem & sequitur pena correspondens, cui dicitur, Eo quod versi estis omnes in scoria De Lyr. ibidem. ]
- 11. Requirere faciam.
- 12. Dies autem furoris est, quem sibi vnusquisque conciliat multitudine peccatorum. Hier. ibidē.
- 13. Fuerunt enim in vrbe hæc falsi prophete & iustos aliquando conuincunt, sicut & contra Ieremiam dixerunt. Iere. 26. iudicium mortis vico huc. Dion. ibid.
- 14. Quicquid pretiosum erat.
- 15. Discreuerunt.
- 16. Reputatus sum profanus.
- 17. Principes autem quos inferis gradus homines intelliguntur lupentes imitari rapinam, vt effundant sanguinem non corporum, sed animarum & avaritē sectantur lucrū, nequam illo contenti, hæc. ibi.

**E**T factum est verbum domini ad me, dicens: Et tu fili hominis nōne iudicabis] ciuitatem sanguinum, & ostendis ei omnes abominaciones suas? Et dices: Hæc dicit dominus deus: Ciuitas effundens sanguinem in medio sui vt veniat tempus eius, & quæ fecit idōla contra semetipsam vt pollueretur. In sanguine tuo qui à te effusus est, deliquisti: & in idōlis tuis quæ fecisti, polluta es. Et appropinquare fecisti dies tuos, & adduxisti tempus annorum tuorum. Propterea dedi te opprobrium gentibus, & irrisionem vniuersis terris quæ iuxta sunt, & quæ procul à te. Triumphabunt de te, sordida, nobilis, grandis interitu. ] Ecce principes Israel singuli in brachio suo fuerunt in te, ad effundendum sanguinem: patrem & matrem contumeliis affecerunt in te. Aduenam calūniati sunt in medio tui, pupillum & viduam cōtristauerunt apud te, sanctuaria mea spreuisti, & sabbata mea polluisti. Viri detractores] fuerunt in te ad effundendum sanguinem, & super montes comederunt in te, scelus] operati sunt in medio tui. Verecundiora patris discooperuerunt in te, impudicitiam menstruata humiliauerunt] in te. Et vnusquisque in vxorem proximi sui operatus est abominacionē, & focer] nurum suū polluit nefariē, frater sororē suam filia patris sui oppressit in te. Munera acceperunt apud te ad effundendum sanguinem, vsuram & superabundantiam accepisti, & avaritē proximis tuis calumniabis,] meique oblita es, dicit dominus deus. Ecce complosi manus meas super avaritiā tuam quam fecisti, & super sanguinem qui effusus est in medio tui. Nunquid sustinebit] cor tuum, aut præualebunt manus tuæ in diebus quos ego faciam tibi: Ego dominus locutus sum, & faciam. Et dispergam te in nationes, & ventilabo te in terras. Et deficere faciam immunditiam tuam à te, & possidebo te] in conspectu gentium, & scies quia ego dominus. Et factum est verbum domini ad me, dicens: Fili hominis, versa est mihi domus Israel in scoriam. Omnes isti æs, & stannum, & ferrum, & plumbum, in medio fornacis, scoria argenti facti sunt. Propterea hæc dicit dominus deus: Eo quod versi estis omnes in scoriam, propterea ecce ego cōgregabo vos in medio Ierusalem, congregatione argenti, & æris, & stanni, & ferri, & plumbi, in medio fornacis, vt succendam in ea ignem ad conflandum. Sic congregabo in furore meo & in ira mea, & requiescam. ] Et conflabo vos, & congregabo vos, & succendam vos in igne furoris mei, & conflabimini in medio eius, vt conflatur argentum in medio fornacis, sic eritis in medio eius. Et scietis quia ego dominus, cum effuderim indignationem meam super vos. Et factum est uerbum domini ad me, dicens: Fili hominis, dic ei: Tu es terra immunda, & non compluta in die furoris. Coniuratio Prophetarum in medio eius. Sicut leo rugiens rapiensque prædam animas deuorauerunt, opes & pretium] acceperunt, viduas eius multiplicauerunt in medio illius. Sacerdotes eius contempserunt legem meam, & polluerunt sanctuaria mea. Inter sanctum & profanum non habuere distantiam, inter pollutum & mundum non intellexerunt,] & à sabbatis meis auerterunt oculos suos, & coinquinabar] in medio eorum. Principes eius in medio illius quasi lupi rapientes prædam, ad effundendum sangu-

A  
 Hæc. 5. c.  
 14. q. 3. ca.  
 Putane cap.  
 De vlt. 63.  
 & 4. & 6.  
 Constituit.  
 Mich. d.  
 Sopho. 3. d.

fanguinem, & ad perdendas animas, & <sup>h</sup> auarè sectanda lucra. Prophetæ autem eius li-  
niebant eos\* absque temperamento videntes vana, & diuinantes eis mendacium, di-  
centes, hæc dicit dominus deus, cum dominus non sit locutus. Populis terræ calumnia-  
bantur calumniam & rapiebant violenter, egenum & pauperem affligebant, & adue-  
nam opprimebant calumnia absque iudicio. <sup>1</sup> Et quæsiui de eis virum qui interponere-  
ret sepem, & stare<sup>15</sup> oppositus] contra me pro terra, ne dissiparem eam, & non inue-  
ni. Et effudi super eos indignationem meam, & in igne iræ meæ consumpsi eos. Viam  
eorum in caput eorum reddidi, ait dominus deus.

*Domus Israel duabus meretricibus comparatur, propter quarum immunditias vltio  
diuina paratur.*

X X I I I.

**A** factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, <sup>a</sup> duæ mulieres fi-  
liæ matris vnus fuerunt, & fornicatæ sunt in Ægypto. In adolescentia sua  
fornicatæ sunt. Ibi subacta sunt vbera earum, & fractæ sunt mamme <sup>b</sup> pu-  
bertatis ] earum. <sup>b</sup> Nomina autem earum Oholla maior, & Oholiba soror  
eius minor. Et habui eas, & pepererunt filios & filias. Porro earum nomina, Samaria  
Oholla, & Ierusalem Oholiba. Fornicata est igitur super me Oholla, & infaniuit in a-  
matore suos in Assyrios propinquantes, vestitos hyacintho, principes & magistratus,  
iuuenes <sup>2</sup> cupidinis ] vniuersos, equites, ascensores equorū: & dedit fornicationes suas  
super eos, electos filios Assyriorum vniuersos, & in omnibus in quos infaniuit, in <sup>3</sup> im-  
munditiis ] eorū polluta est. Insuper & fornicationes suas quas habuerat in Ægypto,  
non reliquit. Nam & illi dormierunt cū ea in adolescentia sua, & illi confregerunt vbe-  
ra pubertatis eius, & effuderunt fornicationē suam super eam. <sup>4</sup> Propterea tradidi eam  
in manus amatorum suorum, & in manus filiorū Assur, super quorum infaniuit libidi-  
ne. <sup>5</sup> Ipsi discooperuerunt ignominiam eius, filios & filias eius tulerunt, & ipsam occi-  
derunt gladio. Et <sup>6</sup> factæ sunt famosæ mulieres, ] & iudicia perpetrarunt in ea. <sup>c</sup> Quod  
cum vidisset soror eius Oholiba, plusquā illa infaniuit libidine, & fornicationem suam  
super fornicationem fororis suæ ad filios Assyriorum præbuit impudenter, ducibus &  
magistratibus ad se venientibus indutis veste varia, equitibus qui vectabatur equis, &  
adolescentibus forma cunctis egregia. Et vidi quod polluta esset, <sup>7</sup> via vna ambarum,  
& auxit <sup>8</sup> fornicationes suas. Cūque vidisset viros depictos in pariete, imagines Chal-  
dæorum expressas coloribus, & accinctos balteis renes, & thyaras tinctas in capitibus  
eorum, formam ducum omnium, similitudinem filiorum Babylonis terræque Chal-  
dæorum in qua orti sunt, infaniuit super eos concupiscentiā oculorum suorum, <sup>9</sup> &  
misit nuntios ad eos in Chaldæam. Cūque venissent ad eam filii Babylonis ad cubi-  
le <sup>10</sup> mammaram, ] polluerunt eam in stupris suis, & polluta est ab eis, & <sup>11</sup> saturata est ]  
anima eius ab illis. <sup>12</sup> Denudauit quoque fornicationes suas, & discooperuit ignomi-  
niam suam. Et recessit anima mea ab ea, sicut recesserat anima mea à sorore eius. Mul-  
tiplicauit enim fornicationes suas, recordans dies adolescentiæ suæ, quibus fornicata  
est in terra Ægypti, & infaniuit <sup>13</sup> libidine super concubitum ] eorum, quorum carnes  
sunt vt carnes alinorum, & sicut fluxus equorum, fluxus eorum. Et <sup>14</sup> visitasti ] sce-  
lus adolescentiæ tuæ, quando subacta sunt in Ægypto vbera tua, & contractæ  
sunt mammarum pubertatis tuæ. Propterea Oholiba, hæc dicit dominus deus: Ecce  
ego suscitabo omnes amatores tuos contra te, de quibus <sup>15</sup> saturata ] est anima  
tua, & congregabo eos aduersum te in circuitu, filios Babylonis & vniuersos Chal-  
dæos, nobiles, tyrannosque, & principes, omnes filios Assyriorum, iuuenes for-  
ma egregia duces, & magistratus, vniuersos principes principum, & nominatos a-  
scensores equorum. <sup>16</sup> Et venient super te instructi curru & rota, & multitudo po-  
pulorum. Lorica, & clypeo, & galea, armabuntur contra te vndique. Et dabo co-  
ram eis iudicium, & iudicabunt te iudiciis suis. Et ponam zelum meum in te, quem  
tecum exercent in furore. <sup>17</sup> Nasum tuum & aures tuas præcident, & <sup>18</sup> quæ remanse-  
runt, gladio cōcident. ] Ipsi filios tuos & filias tuas capient, & nouissimum tuum

[h. Non contenti eo. Qui alia-  
rio seruare de altario viuunt  
sed postquam ad altaris mini-  
sterium accesserunt, crederi cogit  
gati diuitias, & Aleyndi dicitur.  
Glosa ordinaria.]  
\* Cemento.  
[i. Quasi virum qui stare op-  
positus contra me ad impedi-  
dum irigorem iustitiæ meæ. Et  
non inueni viros, sicut innume-  
ro sufficienti, vtro illis parce-  
re deberem ciuitati. De Lyra.]  
15. Interruptione.

a. Duæ istæ mulieres Samaria &  
& Ierusalem, filia fuerunt ma-  
tris vnus, de Israel sicut gene-  
ratæ & fornicatæ sunt in Ægy-  
ptum in adolescentia sua. Neque  
enim acceperunt legem edictæ  
de Ægypto in monte Sina pro-  
hibentem eos venerari idola, ni-  
si in Ægypto fuissent Ægyptia  
potentia venerata. Postea autem  
mater ambarum fuisse Cethas,  
de qua legitur supra 16. Pater  
vester Amorthæus, & mater ve-  
stra Cethas. Hieron. ibidem.  
b. Dicitur autem Samaria Ohol  
la soror maior propter plurali-  
tatem plebis ac tribuum & quo-  
niam primus dux populi Israel  
fuit Israhel de tribu Ephraim per-  
tinentem ad decem tribus: Re-  
gnum vero Iudæ est Oholiba.  
& dicitur soror minor, quia di-  
taxat duas habuit tribus.  
Diony. ibidem.  
2. Desiderabiles.  
3. Idolis.  
4. Factum est nomen mulieris.  
c. Quod cum vidisset soror eius  
Oholiba, id est, Ierusalem sicut  
regnum Iuda punitio nemregni  
Israel propter cōsiderationem  
sui cum gentibus ex disiden-  
tia diuini adiutorii: ex qua cō-  
federatione secuta est commu-  
nicatio idololatriæ: debuisse  
regnum Iuda eam esse quod non  
fecit, sed peius operatum est. De  
Lyra, ibidem.]  
\* Et quod esset.  
d. Iudæi cum Christo super ge-  
neris nobilitate condebant,  
dicentes: Nos ex fornicatione  
non sumus nati, nos patrem v-  
num habemus deum. Legeant  
vique in scripturis fornicatio-  
nem spirituales appellat idola-  
triam, per quam misera ani-  
ma deuonibus, quasi profectu-  
a subicitur. Nempe Ezechiel  
refandas idololatriæ supersti-  
tiones, quibus contaminata erat  
Ierusalem, commemorans, in-  
quit. 16. cap. Et habes seduciam  
in pulchritudine tua, fornicata  
es in nomine tuo, & exposuisti  
fornicationem tuam omni trās-  
eunti, vt eius scires, &c. Et rur-  
sum cap. 23. Duæ mulieres filia  
matris vnus fuerunt, & fornicata  
sunt in Ægypto in adolescen-  
tia sua fornicatæ sunt. Cyril.  
Ioan. lib. 6. cap. 5.  
5. Amorum.  
6. Recessit.  
7. In concubitoras.  
8. Reuocasti.  
9. Auulsi.  
c. Vnde & nasus ei præceditur, &  
aures amputantur, quia odorem  
bonæ fragrantia veterat in se-  
rorem, & audierat iudicium san-  
guinis, quod non solum de odo-  
re & audierat, sed de visu quoque  
intelligimus: quo quia male fue-  
rat abusi Sampson & Sedechias,  
priuatur. Surdum quoque  
mutum deus fecit, ne lingua e-  
orum perirentur vsque ad terram:  
& tactus omnis auferatur, in his  
qui vitam penitus perdidit.  
Et hæc sent, vt igni cuncta pur-  
gentur, & perat Ægypti forni-  
catio, nec vltra oculos suos ad  
mala possit artollere. Hic. ibid.  
10. Nouissimū tuū gladio cadet

† Sup. 16. e

† Isa. 47. a  
Nahū. j. b

17. Quasi hæc omnia fieri vt per-  
dita pulchritudine & vultu ve-  
nitico, deturpato requiescere fa-  
ciam scelus tuum. Glosa ordina.  
Vniuersi hæc dicuntur sub traf-  
tatione adultere, & propterea  
dulcecinim deturpata, vt vltra  
non gloriatur in decore suo, sed  
erubescit in fuditate quam me-  
ritur voluptatum magnitudine.  
Hieron in glosa ordinaria.]  
21. Auulsa.  
22. Disceperam.  
Eg. In via fororis tua, id est, Sa-  
maria, ambulasti multipliciter.  
Idololatrando De Iera, ibid. j.  
h. Hoc est, panitionem Samarię  
exercentiam, acutam, & vehemen-  
tem possabis. Quomodo modum  
enim a medico quædam amara  
dantur peccata, vniuersis humor  
corporum egerantur. Ideo dicitur  
calicem tormentorum meo, acif-  
simum, vt quicquid tellis & a-  
maritudinis est vitiorum, a pec-  
catoribus auferatur, & trillima  
cor restituatur sanitati. Dionysius  
ibidem.  
23. Quod multæ sit capacitatis,  
scilicet calice.  
24. Stuporis & desolationis.  
25. Tellas.  
i. Hic conuincit agitur, de-  
traque culpa & pena. Culpa  
est idololatria. Pena est excedit  
& captiuitas Babylonica. Quod  
si auaritia est idololatrię, idola  
idola episcopi, Priapus & A-  
do nis idola: hec quod idolis ec-  
clesia est plena? Meminerimus  
ergo ea que scripta sunt, no-  
bis scripta esse. Lucæ, ibid.  
26. Et ecce sic.  
27. Præterea.  
k. Itaque nunc se iactant Iudei  
quod ex his qui idololatrię ac-  
dit fuerint, non descendunt.  
Sed vana & trivialis est eorum ia-  
ctantia. Nam & garrus eorum a-  
dosauerunt vitulum consiliis,  
& cum a iudicibus regerentur,  
sepius abierunt post deos alie-  
nos, & traditi sunt in man<sup>u</sup> per-  
sequentium. Denique cum prin-  
cipatu regum gubernaretur, fre-  
quenti admodum prolapsi sūt  
in cultum idololatrię, vt eadem  
Babylonicam, perpepsi sine cap-  
ticitatem in fecerunt suorum  
panam. Cyril. in Ioan. libro 6.  
cap. 5.  
27. Propter quos.  
28. Pacifici.  
29. Aduersi sunt Aethiopes &  
Sabbai  
30. Inuenerata erat.  
l. Quæ ierusalem legem conse-  
nauerit ad mortem. Et hoc iudo  
Chaldei iudicauerunt regni  
Iuda ei. Assyrii regnum Itah,  
vt frequenter dictum est supra.  
Ideo subditur. Adduc ad eam  
multitudinem scilicet exercitu-  
um, ad eam rotatiter disperden-  
dae. De Iera, ibid. j.  
21. A congregatione.

deuorabitur igni. Et denudabit te vestimentis tuis, & tollent vasa glorię tuę. Et re-  
quiescere faciam scelus tuum de te, & fornicationem tuam de terra Ægypti. Nec leua-  
bis oculos tuos ad eos, & Ægypti non recordaberis amplius: quia hæc dicit dominus  
deus. Ecce ego tradam te in manus eorum quos odisti, in manus de quibus <sup>14</sup> fatiata]   
est anima tua, & agent tecum in odio. Et tollent omnes labores tuos, & dimittent te nu-  
dam, & <sup>12</sup> ignominia plenam,] & reuelabitur ignominia fornicationū tuarum. <sup>8</sup> Sce-  
lus tuum, & fornicationes tuę fecerunt hæc tibi, quia fornicata es post gentes, inter  
quas polluta es in idolis earum. <sup>5</sup> In via fororis tuę ambulasti, & dabo calicem eius in  
manu tua. Hæc dicit dominus deus: <sup>11</sup> Calicem fororis tuę bibes, profundum & latum. <sup>4</sup>  
Eris in derisum & in subannationem <sup>13</sup> quæ es capacissima,] ebrietate & dolore reple-  
beris, calice <sup>14</sup> mceroris & tristitię,] calice fororis tuę Samarię. Et bibes illum, & epo-  
tabis <sup>15</sup> v s que ad feces,] & <sup>15</sup> fragmenta] eius deuorabis, & vbera tua lacerabis, quia  
ego locutus sum, ait dominus deus. Propterea hæc dicit dominus deus: Quia oblita es  
mei, & proiecisti me post corpus tuum, tu quoque porta scelus tuum & fornicationes  
tuas. Et ait dominus ad me, dicens: Fili hominis, <sup>1</sup> nūquid iudicas Ohollam & Oholi-  
bam, & annuntias eis scelera earum, quia adulteratę sunt, & sanguis in manibus earū,  
& cum idolis suis fornicatę sunt? <sup>6</sup> Insuper & filios suos quos genuerunt mihi, obtule-  
runt eis ad deuorandum. Sed & hoc fecerunt mihi: Polluerunt sanctuarium meum in  
die illa, & sabbata mea prophanauerunt. Cūque immolarent filios suos idolis suis,  
& ingrederentur sanctuarium meum in die illa, vt polluerent illud, <sup>16</sup> etiam hæc] fece-  
runt in medio domus meę: Miserunt <sup>\*</sup> ad viros venientes de longē, ad quos nuntium  
miserant. <sup>k</sup> Itaque ecce venerūt <sup>17</sup> quibus] te lauisti, & circumliuisti stibio oculos tuos,  
& ornata es mundo muliebri. Sediti in lecto pulcherrimo, & mensa ornata est ante te.  
Thymiana meum & vnguentum meum posuisti super eam, & vox multitudinis <sup>18</sup> e-  
xultantis] erat in via. Et in viris qui de multitudine hominum adducebantur, & <sup>19</sup> ve-  
niebant de deserto, posuerunt armillas in manibus eorum, & coronas speciosas in capi-  
tibus eorum. Et dixi ei quæ <sup>20</sup> attrita est] in adulteriis: <sup>8</sup> Nunc fornicabitur in fornicatione  
sua, etiam hæc. Et ingressi sunt ad eam, quasi ad mulierem meretricem, sic ingre-  
diebantur ad Ohollam & ad Oholibam mulieres nefarias. Viri ergo iusti <sup>9</sup> sunt. <sup>9</sup> Hi  
iudicabunt eas <sup>1</sup> iudicio adulterarum, & iudicio effundentium sanguinem, quia ad-  
teratę sunt & sanguis in manibus earum. — & cum italis suis fornicatę sunt. <sup>10</sup> Hæc enim  
dicit dominus deus: Adduc ad eas multitudinem, & trade eas in tumultum & in rapi-  
nam, & lapidentur lapidibus <sup>21</sup> populorum,] & confodiantur gladiis eorum. Filios &  
filias earum interficient, & domos earum igne succendent. Et auferam scelus de terra,  
& discent omnes mulieres ne faciant secundum scelus earum. Et dabunt scelus vestrū  
super vos, & peccata idolorum vestrorū portabitis, & scietis quia ego dominus deus.

4. Reg. 14. b

18

9

*Ex parabola ollę ossibus plena, & igni admota Ierusalem incendium, & populi exitium designatur. X X I I I I.*

a. Nono anno captiuitatis Ioa-  
chim siue Iechoniz, quinto e-  
nim anno captiuitatis euident  
exorsus est propheta. Et hoc iudo  
Chaldei iudicauerunt regni  
Iuda ei. Assyrii regnum Itah,  
vt frequenter dictum est supra.  
Ideo subditur. Adduc ad eam  
multitudinem scilicet exercitu-  
um, ad eam rotatiter disperden-  
dae. De Iera, ibid. j.  
21. A congregatione.



**E**T factum est verbum domini ad me <sup>a</sup> in anno nono, in mense decimo,  
decima die mensis, dicens: Fili hominis, scribe tibi nomen diei huius, in  
qua <sup>c</sup> confirmatus est] rex Babylonis aduersum Ierusalem hodie, & dices  
per prouerbiū ad domum irritatricem parabolam, & loquēris ad eos:  
Hæc dicit dominus deus: Pone ollam, pone, inquam, & mitte in eam aquam: Conge-  
re frustra eius in eam, omnem partem bonam, & fœmur, & armum, <sup>2</sup> electa, & ossibus  
plena. ] Pinguissimū pecus assume, compone quoque strues ossium sub ea. <sup>3</sup> Efferbuit  
coctio eius, & discocta sunt] ossa illius in medio eius. Propterea hæc dicit dominus  
deus: <sup>d</sup> Væ ciuitati sanguinum, <sup>b</sup> ollę cuius <sup>4</sup> rubigo] in ea est, & rubigo eius nõ exiuit  
de ea. Per partes & per partes suas eiice eam. Non <sup>e</sup> cecidit] super eam fors. Sanguis e-  
nim eius in medio eius est, super <sup>f</sup> lympidissimam] petrā effudit illum. <sup>8</sup> Non effudit  
illum super terram vt possit operiri puluere, vt superinducere indignationem meā, &  
vindi-

Anni ante  
Christū. 6174  
Anni mundi  
3345.

† Nahū j. d  
Habac. 2. c

Sup. eodem



vindicta vlciferer. Dedi sanguinem eius super petram lympidissimam, ne operiretur. Propterea hæc dicit dominus deus: <sup>6</sup> Væ ciuitati sanguinum, cuius ego grandē faciam pyram. <sup>7</sup> Congere ossa quæ igne succendam. Consumuntur carnes, & concoquetur vniuersa compositio, & ossa tabescent. ] Pone quoque eam super prunas vacuam vt incaleseat & liquefiat æ eius, & conflatur in medio eius inquinamentum eius, & consumatur rubigo eius. <sup>8</sup> Multo labore sudatum est, ] & non exiuit de ea nimia rubigo eius, <sup>9</sup> neque per ignem. ] Immunditia tua execrabilis, quia mundare te volui, & non es mundata à fordibus tuis. Sed nec mundaberis prius, donec quiescere faciam indignationem meam in te: Ego dominus locutus sum. <sup>10</sup> Venit, & faciam, <sup>11</sup> non transeam, ] <sup>C</sup> neque parcam, <sup>12</sup> nec placabor. ] Iuxta vias tuas, & iuxta <sup>13</sup> adinventiones tuas iudicabo te, ] dicit dominus. Et factum est verbum domini ad me, dicens: <sup>14</sup> Fili hominis ecce ego tollo à te desiderabile oculorum tuorum in plaga, & non planges neque plorabis neque fluent lachrymæ tuæ. Ingemisce tacens, <sup>15</sup> mortuorum luctum non facies. <sup>16</sup> Corona ] tua circumligata sit tibi, & calceamenta tua erunt in pedibus tuis, nec amictu ora velabis, nec cibos lugentium comedes. Locutus sum ergo ad populum mane, & mortua est vxor mea vesperi. Fecique mane sicut præceperat mihi. Et dixit ad me populus: Quare non indicas nobis quid ista significant quæ tu facis? Et dixi ad eos: Sermo domini factus est ad me, dicens: Loquere domui Israel: <sup>17</sup> Hæc dicit dominus deus: <sup>18</sup> Ecce ego polluam <sup>19</sup> sanctuarium meum, superbiam imperii vestri, & desiderabile oculorum vestrorum, & <sup>20</sup> super quo pauet anima vestra, ] & filii vestri & filia vestra quas reliquistis gladio cadent, & facietis sicut feci. Ora amictu non velabitis, & cibos lugentium non comedetis. Coronas habebitis in capitibus vestris, & calceamenta in pedibus. Non plangetis neque flebitis, sed tabescetis in iniquitatibus vestris, & vnusquisque gemet ad fratrem suum. Erítque Ezechiel vobis in portentum. Iuxta omnia quæ fecit, facietis cum venerit istud, & scietis quia ego dominus deus. Et tu fili hominis, <sup>21</sup> ecce in die qua tollam ab eis fortitudinem eorum, & gaudium <sup>22</sup> dignitatis, ] & desiderium oculorum eorum, super quo requiescunt animæ eorum, filios & filias eorum, in die illa cū venerit <sup>23</sup> fugiens ad te vt annuntiet tibi. ] in die, inquam, illa aperietur os tuum cum eo qui fugit, & loqueris & non silebis vltra, erísque eis in portentum, & scietis quia ego dominus.

*Ammoni, Moab, Seir, & Palestinis minatur dominus vltionem, quia afflictos Ierusalem affligebant, & de eorum afflictione gaudebant.* XXV.

Anni ante Christo 615.  
Anni mundi 3347.  
724. q. 4. c.  
Nabuchodonosor. 4.  
De Tyriis.

**A**T factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, <sup>1</sup> pone faciem tuam contra filios Ammon, & prophetabis de eis, & dices filiis Ammon: Audite verbum domini dei. Hæc dicit dominus deus <sup>2</sup> Pro eo quòd dixisti, euge euge super sanctuarium meum, quia <sup>3</sup> pollutum ] est, & super terram Israel, quoniam desolata est, & super domum Iuda, quoniam ducti sunt in captiuitatem: idcirco ecce ego tradam te filiis orientalibus in hereditatem, & collocabunt <sup>4</sup> caulas suas ] in te, & ponent in te tentoria sua. Ipsi comedent fruges tuas, & ipsi bibent lactuum. Dabóque Rabba in habitaculum camelorum, & filios Ammon in cubile peccorum; <sup>5</sup> & scietis quia ego dominus: quia hæc dicit dominus deus: <sup>6</sup> Pro eo quòd plausisti manu, & percussisti pede, & gaudia es ex toto affectu super terram Israel: idcirco ecce ego extendam manum meam super te, & tradam te in direptionem gentiú, & interficiam te de populis, & perdam de terris & cõteram, & scietis quia ego dominus. Hæc dicit dominus deus: Pro eo quòd dixerunt Moab & Seir, ecce sicut omnes gentes domus Iuda, idcirco ecce ego aperiam <sup>7</sup> humerum ] Moab de ciuitatibus, de ciuitatibus, inquam, eius, & de finibus eius inclytas terræ. <sup>8</sup> Beth, Iesimoth & <sup>9</sup> Beelmon & Carriathaim <sup>10</sup> filiis orientis cum filiis Ammon. ] Et dabo eam in hereditatem, vt non sit vltra memoria filiorum Ammon in gentibus. Et in Moab faciã iudicia, & scient quia ego dominus. Hæc dicit dominus deus: Pro eo quòd fecit Idumæa vltionẽ, vt se vindicaret de filiis Iuda, peccauitque delinquens, & vindictam expetiuit de eis: idcirco

<sup>6</sup> Id est, Ierusalem, que effudit prophetaum, & iustorum multum sanguinem. De Iyca ibid. ]  
<sup>7</sup> Multiplicando ligas, vt tendendo signem, & conuoluto carnem, vt perpendendo aromata, vt & ossa ipsa comburantur.

<sup>8</sup> Molestiis te fatigasti.  
<sup>9</sup> Per ignem consumetur summa eius.

<sup>10</sup> Non desillam.  
<sup>11</sup> Nec permittebit.  
<sup>12</sup> Scitia tua iudicabunt.  
[Id est, ponitur secunda parabola contra prauitatem populi. Expolitio subditur illi. Quare non indicas nobis? Dicit vbiq; quando de culpa & pena prauitatis agit clarissime loquitur. Lotichus ibid. ]  
<sup>13</sup> Mortuorum itaque vocabulo non est nisi quòd amittit animam, de cuius facultate vivebat. Cuius est quod amittit animam, & amittendo fit mortuum ita mortui vocabulum corpori competit. Tertulianus Marci. lib. 3.

<sup>14</sup> Mitra, infra.  
[Hæc dicit Dominus, qui mitteri non potest. Ecce ego pollui ] polui perimetram sanctuarium meum, i. templum meum, & per Chaldaeos destruendum. De Iyca. ]

<sup>15</sup> Hoc est, iam nunc pollui sanctuarium meum, vt incendatur templum, & euntes alienigenis peccate profanis: & in quo habebatis superbiam, id est, confidentiam & ipem ac desiderium salutis vestra, & ad cuius obliuionem vestra anima formidabant: filios quoque & filias quos vobis famæ ac pestilentia reliquias rececunt, consumam gladio. Hæc ibid.

<sup>16</sup> Misericordiam anime vestre. Ceterum tu fili hominis, ac non eo die quo perdidero eis tẽplum, de quo potissimũ gloriam tuæ, ac robusti sibi visisti, quo maxime fidisti, gauderent, ac sibi placent: que etiam id perdidit ro eis liceros, de quibus solliciti sunt & curant: an neque temporis, ad te in Chaldaeam venturus est aliquis qui euasit. Tofarius. ibid. ]

<sup>17</sup> Decoris eorum.  
<sup>18</sup> Qui euasit ad te per aurium aurium.

a Consuetudo est prophetis primo vacinari de populo Iudeorum, eius vitia arguere, iupplicia predicando, & viciis prospera promittendo: deinde de ceteris gentibus, que Iudæis mala inuolunt, vel de eorum aueritate gaudere. Ita & nunc postquam S. Ezechiel. 3. cap. huius vsque ad hunc locum de Iudæis locutus est, de aliis nationibus non nisi pauca interitum admittens, nunc contra persecutores & hostes Iudeorum prophetat in hoc cap. orditur. præfertim contra quatuor gentes, Ammonitas, Moabitas, Idumæos, & Philistæos. Dionysius. ibid.

1. Palatia sua.  
2. Palatia sua.  
b. Nec est lætandum super malo alicuius aut tribulatione. Hæc enim ecclesia cultoribus suis letitiam non promittit, nisi ex magna tribulatione, neque in præfenti seculo securitatem, quia reuera omnis lætitia periculosa est, omnis securitas casibus plenis, omnis iudicium laqueis impeditur. Chryso. de Iepthæ. homil.

3. Latus.  
c. Beelmon vsque hodie in Morb vicus maximus est, traditus est autem est Bethlesimoth & Carriathairin, & filii Ammon filii orientis scilicet Babylonis. Hieron. ibidem

4. Et filios orientis vocabo contra filios Ammon.

[Id. Sciendum autē quod in Hēbrao nunquam scribitur Idumæa, sed semper Aedom, quomodo Idumæam expresse Graeca translatio. Duae legiones David altera Philei altera Cereti. 1. Interfectorum vocabantur. Glossa ordinaria.]  
 [e. Hic vacinatur omnis philiſteus, qui semper fuerunt inimici Iudæorum, ut patet ex libris Josue, Judicium & Regum Palæstini significat contentiones odio. Contra quos dictum est Iaco. 2. Iudicium sine misericordia fiet ei qui non fecerit misericordiam. Loric. ibi.]  
 5. Cum contemptu animæ suæ ad desolationem in inimicitias perpetuas.  
 6. Chæteus.  
 7. Littoris maris.

hæc dicit dominus deus: <sup>d</sup> Extendam manum meam super Idumæam: & auferam de ea hominem & iumentum, & faciam eam desertam ab austro. Qui sunt in Dedan, gladio cadent, & dabo vltionem meam super Idumæam per manum populi mei Israhel. <sup>e</sup> Et facient in Edom iuxta iram meam & furorem meum, & scient vindictam meam. dicit dominus deus. Hæc dicit dominus deus: <sup>e</sup> Pro eo quod fecerūt Palæstini vindictam, & vlti se sunt <sup>f</sup> toto animo, interficientes & implētes inimicitias veteres,] propterea hæc dicit dominus deus: Ecce ego extendam manum meam super Palæstinos, & interficiam <sup>e</sup> interfectores. Et perdam reliquias <sup>g</sup> maritimæ regionis,] faciámque in eis vltiones magnas arguens in furore, & scient quia ego dominus, cum dederò vindictam meam super eos.

*Tyri inclytæ vrbis prædicatur interitus, quia super Ierusalem contritiones exultavit.* X XVI.

2. Nunc ciuitas omnium quas habet Phœnicia maxima & celeberrima, domina maris, & totius navigationis propter negotiationes, quas cum insulis maris omnibus exercebat, (orbis enim legitur quasi emporium) veluti ex prophetis liquet. Fuit olim insula septuaginta passibus præ alto mari diuisa à continenti, quam obrem in corde maris sita dicit Ezech. cap. 26.  
 Postea per Alexandrum magnū aggere ducentorum pedum, quæ ex lapidibus Tyri veteris multitudine hominum millibus compotraverat, continenti iuncta est ab ortu. Diodorus in vita Alexandri, Anno 4.  
 2. Cum procellis suis.  
 2. Attilam, & infra.  
 3. Expansio, & infra.  
 4. Villa.



**E**T factum est in vndecimo anno prima mensis, factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, pro eo quod dixit <sup>a</sup> Tyrus de Ierusalem, euge <sup>a</sup> contractæ sunt portæ populorum, conuersa est ad me, implebor, deserta est, propterea hæc dicit dominus deus: Ecce ego super te Tyre, & ascendere faciam ad te gentes multas, sicut ascendit mare <sup>b</sup> fluctuans] & dissipabunt muros Tyri, & destruent turres eius. Et radam puluerem eius de ea, & dabo eam in <sup>2</sup> lympidissimam] petram. <sup>3</sup> Siccatio] sagenarum erit in medio maris, quia ego locutus sum, ait dominus deus, & erit in direptionem gentibus. <sup>4</sup> Filia] quoque eius quæ sunt in agro, gladio interficientur, & scient quia ego dominus: quoniam hæc dicit dominus deus. <sup>5</sup> Ecce ego adducam ad Tyrum Nabuchodonosor Regem Babylonis ab aquilone, regem regum, cum equis & curribus, & equitibus, & cætu populoque magno. Filias tuas quæ sunt in agro, gladio interficiet, & circumdabit te munitionibus, & comportabit aggerem in gyro. Et eleuabit contra te clypeum, & <sup>b</sup> vineas & arietes temperabit in muros tuos,] & turres tuas destruet in <sup>c</sup> armatura sua. Inundatione eorum eius operiet te puluis eorum, à sonitu equitum & rotarum, & curruum mouebuntur muri tui. Cum ingressus fuerit portas tuas quasi per introitum vrbis dissipatæ, ungulis equorum suorum conculcabit omnes platæas tuas, populum tuum gladio cædet: & <sup>c</sup> statua <sup>7</sup> tuæ nobiles] in terram corruent. Vastabunt opes tuas, diripient negotiationes tuas, & destruent muros tuos, & domos tuas præclaras subuertent, & lapides tuos & ligna tua & puluerem tuum in medio aquarum ponent. <sup>8</sup> † Et quiescere faciam multitudinem canticorum tuorum, & sonitus cithararum tuarum non audietur amplius. <sup>d</sup> Et dabo te in lympidissimam petram, siccatio sagenarum eris, nec ædificaberis vltà, quia ego dominus locutus sum, dicit dominus deus. Hæc dicit dominus deus de Tyro: Nunquid non à sonitu ruinæ tuæ, & gemitu interfectorum tuorum cum occisi fuerint in medio tui, commouebuntur in sulcæ, & descendent de sedibus suis omnes principes maris, & auferent exuias suas, & vestimenta sua varia abiicient, & induentur stupore? In terra sedebunt, & <sup>e</sup> attoniti super repentino casu tuo admirabuntur,] & assumentes super te lamentum dicent tibi: <sup>e</sup> Quomodo peristi quæ habitas in mari <sup>d</sup> vrbis inclyta, quæ fuisti fortis in mari cum habitatoribus tuis, quos formidabāt vniuersi? <sup>8</sup> Nunc stupebunt <sup>9</sup> naues in die pavoris tui,] & turbabuntur in sulcæ in mari, eo quod nullus egrediatur ex te, quia hæc dicit dominus deus: <sup>f</sup> Cum dederò te vrbem desolatam sicut ciuitates quæ non habitantur, & adduxero super te abyssum, & operuerint te aquæ multæ, & detraxero te cum iis qui descendunt in lacum ad populum sempiternum, & collocauero in terra <sup>10</sup> nouissima] sicut solitudines veteres cum iis qui deducuntur in lacum: vt non habitêris, porrò cum dederò gloriam in terra viuentium, in nihilum redigam te, & non eris, & requisita non inueniêris vltà in sempiternum, dicit dominus deus.

5. Virgens arietem suum ponet contra muros eius.  
 b. Vineæ hoc loco accipiuntur pro bellico instrumento, quo munitur vrbium destruantur, quod dicitur vinea, quoniam iungitur muro, & iomnet murum perforat ut sulcus later, secundum quod vinea muro adhaeret, & homines sub ea vrbem accipiunt. Dio. ibidem.  
 6. Malleis suis.  
 [e. Id est, idola tui, vel dicitur hic statuas nobiles imagines nobilissimi personarum, quæ antiqutis in ciuitatibus erigebantur ad honore ipsarum. De Tyra ibidem.]  
 7. Per tuos muros tuos.  
 d. Abiitum enim ruinae exemplum in forma sua, dom omnes muros & interitus locum, distans inque vestigio in illo seculo commemorantur: & nunquam est nolla certa secuti que victoria, quando egrediatur ex te qui prius steterant: vel in exitu tuo, in fine & consummatione tua. Hiero. ibid.  
 8. Pariebunt ad momenta, & id mirabuntur super te.  
 e. Qualiter deuicta es à Chaldæis. Tyrus vrbis nobilis, & quæ ad ob fortis fuisti, vt te formidarent vniuersi fines terræ: sed & nauis & negotiatores vnde qua que ad te venientes.  
 Diony. ibidem.  
 9. In sulcæ à die ruinæ tuæ.  
 [i. Hoc ad eos refertur potest qui in huiusce angustis seculi constituti deducuntur ad inferos, & abyssi fluctibus operiuntur penarum. scilicet extrahuntur ad interiora terræ, & copulatur his qui in veteri solitudine sunt, vt non habitentur à spiritu sancto de quibus prouerb. 18. a. Impius cum veteris in profundum peccatorum contemnit.  
 Glossa ordin. ibid.]  
 10. Inferiori cum his quæ aboliæ sunt à mundo.

Tyri

*Tyri urbis opulentissima ruina defsetur, cuius negotiationes plurimae describuntur.*  
XXVII.

**A** factum est verbum domini ad me, dicens: Tu ergo filij hominis, assu-  
me super Tyrum lamentum, & dices Tyro, <sup>a</sup> quæ habitat in introitu ma-  
ris, negotiationi populorum ad Insulas multas. Hæc dicit dominus deus:  
O Tyre tu dixisti: Perfecti decõris ego sum, & in corde maris sita. Finiti-  
mi tui qui te ædificauerunt, impleuerunt decõrem tuum, abietibus de Sanir extruxe-  
runt <sup>b</sup> te cum omnibus tabulatis maris. Cedrum de Libano tulerunt vt facerent tibi  
malum, quercus de Basan dolauerunt in remos tuos, transtra tua fecerunt tibi ex ebo-  
re <sup>c</sup>. Indico, & prætoriola de insulis Italia. <sup>d</sup> Byssus varia de Ægypto texta est tibi in  
velum, vt poneretur in malo, hyacinthus & purpura de insulis Elifa facta sunt operi-  
mentum tuum. <sup>e</sup> Habitatores Sidõnis & Aradij fuerunt remiges tui, sapientes tui Tyre  
facti sunt gubernatores tui, senes <sup>f</sup> Biblij & prudentes eius <sup>g</sup> præbuerunt nautas ad  
ministerium variæ supellectilis tuæ. Omnes naues maris & nautæ earum fuerunt <sup>h</sup> in  
populo negotiationis tuæ. Perse & Lydi, & Lybyes erant in exercitu tuo viri bella-  
tores, clypeum & galeam suspenderunt in te pro ornatu tuo. Filij Aradij cum exer-  
citu suo super muros tuos in circuitu, <sup>i</sup> sed & Pigmæi qui erant in turribus tuis phare-  
tras suas suspenderunt in muris tuis per gyrum. <sup>k</sup> Ipsi compleuerunt pulchritudinem  
tuam. <sup>l</sup> Carthaginenses negotiatores tui. A multitudine cunctarum diuitiarum ar-  
gento, ferro, stanno, plumbõque, repleuerunt nundinas tuas. Græcia & Thubal, &  
Mofoch ipsi institores tui. <sup>m</sup> Mancipia & vasa ærea adduxerunt populo tuo de domo  
Thõgorma, equos & equites & mulos adduxerunt ad forum tuum. Filij Dedan ne-  
gotiatores tui. Insulæ multæ negotiatio manus tuæ. <sup>n</sup> Dentes eburneos & hebeninos  
commutauerunt in pretio tuo. Syrus negotiator tuus. Propter multitudinem operu-  
tuorum <sup>o</sup> guttam, & purpuram, & scutulata, & byssum, & sericum, & chodchod po-  
suerunt in mercatu tuo. <sup>p</sup> Iuda & terra Israel ipsi institores tui, in frumento <sup>q</sup> primo,  
balsamum & mel & oleum & resinam posuerunt in nundinis tuis. Damascenus ne-  
gotiator tuus in multitudine operum tuorum, in multitudine diuersarum opum, <sup>r</sup> in  
vino pingui, in lanis coloris optimi. <sup>s</sup> Dan & Græcia & Mozel in nundinis tuis, pro-  
posuerunt ferrum fabrefactum, stacten & calamum in negotiatione tua. Dedan in-  
stitores tui <sup>t</sup> in tapetibus ad sedendũ. Arabia & vniuersi principes Cedar ipsi nego-  
tiatores manus tuæ, cū agnis & arietibus & hœdis venerunt ad te negotiatores tui. <sup>u</sup> Vẽ-  
ditores Saba & Rema ipsi negotiatores tui, cum vniuersis primis aromatibus & lapide  
pretioso & auro quod proposuerunt in mercatu tuo. Aran & Chane & Eden negotia-  
tores tui. Sabba, Assur <sup>v</sup> & Chelmach veditores tui. Ipsi negotiatores tui <sup>w</sup> multipha-  
riam inuoluchris hyacinthi & polymitorum gazarumque pretiosarum, quæ obuol-  
lutæ & astrictæ erant funibus, <sup>x</sup> cedros quoque habebant in negotiationibus tuis.  
Naues <sup>y</sup> maris, principes tui in negotiatione tua, & repleta es, & glorificata nimis in  
corde maris. In aquis multis adduxerunt te <sup>z</sup> remiges tui. Ventus <sup>aa</sup> auster contri-  
uit te. In corde maris diuitiæ tuæ, & thesauri tui & <sup>ab</sup> multiplex instrumentum tuum.  
Nautæ tui & gubernatores tui qui <sup>ac</sup> tenebant supellectilem tuam, & populo tuo  
preperant, viri quoque bellatores tui qui erant in te cum vniuersa multitudine tua, quæ  
est in medio tui, cadent in corde maris in die ruine tuæ. A sonitu clamoris <sup>ad</sup> guberna-  
torum tuorum conturbabuntur <sup>ae</sup> classes, & descendet de nauibus suis omnes qui  
tenebant remum. Nautæ & vniuersi gubernatores maris in terra stabunt, & eiulabunt  
super te voce magna, & clamabunt amarè. Et superiacent puluerem capitibus suis,  
& cinere conspergentur, & radent super te caluitium, & accingentur <sup>af</sup> ciliciis. Et  
plorabunt te in amaritudine animæ ploratu amarissimo, & affument super te carmen  
lugubre, & plangent te. <sup>ag</sup> Quæ est vt Tyrus, quæ <sup>ah</sup> obmutuit in medio maris? Quæ  
in exitu negotiationum tuarum de mari implesti populos multos, in multitudine  
diuitiarum tuarum & <sup>ai</sup> populorum tuorum distasti reges terræ. Nunc contrita

a. Habitat ergo iuxta litora Ty-  
rus sine Sor in introitu maris,  
vel q̄ prius insula fuit, vel quid  
portu tutissimo de alto venien-  
tes recipit naues, & est negotia-  
tio populorum ad insulas oul-  
tas, siue de insulis multis. Quod  
quidem vique hodie perseverat  
vt omnium prope gentium in  
illa exerceantur cõmercia. Hier-  
ony. ibid.  
1. Tibi omnia tabulata dupli-  
cia  
2. Filij Assyriorum de insulis  
Cethim.  
[b. Sidonij venatores, Aradij de  
põnentes. Dicitur Tyrum su-  
perbissimam ciuitatem, quæ ven-  
to flante postea, contendenda est  
habere ciues siue principes ve-  
natores, de quibus psal. 131. Ani-  
ma nostra sicut passer erepta est  
de laqueo venantium. Vbi nos le-  
gimus venantium. In Hebræo  
habetur Sidoniorum. Hi incau-  
tas animas venantur, & remiges  
efficiuntur, vt deducant eas ad  
naufragia. Hic. en Glo. ord. ib. j  
3. Gebal, vel giblij.  
4. Inlauraturæ in te ruinas  
tuas.  
5. Tui ad negociandum nego-  
tiationem tuam.  
[c. Pigmæi homines sunt cubi-  
talis magnitudinis. Dicitur ta-  
men hic expostores aliqui ex  
eis optime legitarij, licet esse  
parui, & ideo ad detensionem  
ciuitatis in turribus ponbantur.  
De Tyra ibid.]  
6. Tharshenes.  
7. In anima hominis & vasis æ-  
reis promouerunt negotiatio-  
nem tuam.  
8. Cornua eburnea & pauones  
tibi pro munere reddiderunt.  
9. Sinaragum, & purpuram, po-  
lymitam, byssum, corallum, &  
margaritum dederunt tibi mer-  
ces.  
10. Terra Minnith & pannag,  
melle atque oleo, & resina, quæ  
11. In vino Helbon & lana can-  
dida.  
[d. Dan ex nomine patriarchæ  
Dan, & tribus: & locus in quo  
habituauit non accepit, vbi ho-  
die paucis quæ quondam Cas-  
sarea Philippi vocabatur, vnde Ier-  
danis. i. fluius Dan qui fluit  
de Libano. Glo. ord. ibid.]  
12. In pannis nobilibus pro eue-  
ribus.  
[e. Et illæ gentes diuersorũ lo-  
corum nominata continentur,  
Hierony. ibid.]  
13. Quasi loci mercature tuæ.  
14. In multis generibus, in pol-  
lij hiacinthi & polymitis,  
in feminis vestium.  
15. Torques.  
16. Tharis excellentiores habu-  
it.  
17. Qui tibi aduertantur.  
18. Orientalis.  
19. Mercatura tua, remiges tui  
& nautæ tui.  
[f. Primum autem locum apud  
te tenebant nautæ Tharis, quæ  
turmatim magnis classibus ad  
te confluebant, varisque rebu-  
te adimplebant, ita vt maci vni-  
di que iuncta præsentissima tra-  
torque mundo celestis facta  
fuerit. A nunc in multas sine  
aquis atque afflictiones te ad-  
duxerunt tui depredatores ho-  
stes nimirum Babylonij, qui te  
quoniam mari iunctam vntro  
Orientali, Iudaico scilicet exer-  
citu confregunt atque deua-  
sarunt. To. Arrius ibid.]  
20. Inlaurant ruinam tuam.  
21. Naurarum.  
22. Suburbia.  
23. Saccis.  
g. Sicut antea non fuit glorio-  
sior ea in diuitiis, potestate, ho-  
minumque frequentia, sic mo-  
do non est miserabilior ea. Dio-  
ny. ibid.  
24. Euerfa est.  
25. Mercium tuarum.

A6. Mercatura tua.

a. 7. Conculsi sunt horrore sub-  
bat que facie.  
a. 8. Terrores facta es.

es à mari, in profundis aquarum <sup>a</sup> opes tuas, ] & omnis multitudo tua que erat in medio tui ceciderunt. Vniuersi habitatores insularum obstupuerunt super te, & Reges earum <sup>a</sup> omnes tempestate perculli mutauerunt vultus. ] Negotiatores populorum sibilauerunt super te. <sup>a</sup> Ad nihilum deducta es, ] & non eris vsque in perpetuum.

*Contra superbum principem Tyri, & contra Sidonem inuebitur, quia filios  
Israel in sua ruina afflixit.* XXVIII.

A. Prophetæ sæpius loquuntur quasi percutit de diabolo, & reprobis hominibus, quæ sunt membra eius. Scriptura enim in eundem transit à diabolo ad membra eius, & e conuerso. Itaque quædam in hoc capite scripta sunt, quæ verè proprie & literaliter de rege Tyri dicuntur. Quædam verò, quæ verè, proprie ac literaliter de diabolo sunt sumenda, sicut patet: quædam illa, & de diabolo & de rege Tyri accipi aliquo modo possunt. Dionys. ibid.  
1. Diuitias, & in sta.  
2. In diuitiis tuis.  
b. His verbis debemus hyperbolen accipere, quod in tantum intumuerunt, & hescierunt principes mensura suam, vel elati felicitate seculi, & regni potentia, dum presentia bona putant esse perpetua, homines se esse deos esse, & æternum sibi imperium vindicant. Hierony. ibid.  
3. In foueam deducant te.  
c. Quid boni non habuit, si similitudinem fuit. Prophetæ sub typo & nomine regis Tyri, qui membrum erat diaboli, dicit de eo: Tu signaculum Cytis. in Iohann. lib. 6. cap. 6.  
4. Tympanorum tuorum, ac fistularum tuarum est in te. Id. Cherubin in templo existentes, extendebat alas suas, ita rex Tyri extendebat potentiam suam, & gloriam ad regiones alias per fame diffusionem. De Lyra. ib. J. V. n. c. s. sub. in Regem.  
\* Fuit.  
e. Hic angelus qui decidit, magnam prius habuisse naturam & donorum dei excellentiam in principio sue creationis liquido demonstratur. Postquam verò inuenta est in eo iniquitas, omnia hæc diuine largitatis munera ei subtrahenda fuisse, & grauem exinde eius secutam ruina. Bonus igitur fuit diabolus cui à deo creatur, sed illam bonitatem non seruauit, neque custodit inde mutaciam. Cytis. in Ioh. lib. 6. cap. 6.  
6. Prostratus.  
7. Terrores fuit.  
f. Sidonij venatores: Sunt autem & boni venatores. Vnde Iere. 16. Ecce ego mittam piscatores & venatores, qui venentur vos de omni colle: ita de piscatoribus piscium facti sunt piscatores animarum. Vnde viculus Petri & Andree Berhsaida, id est, domus venatorum dicitur. Imperatur ergo propheta vt ponat faciem suam contra Sidonem, vt scilicet confisteret tales venatores interficiat. Glo. ordinaria. post Hierony. J.  
\* Super eam.  
8. Spina pungens.  
9. Ex omnibus qui sunt.  
g. Cum autem fecisset dominus iudicium contra eos qui aduersantur sibi contumeliosi affecerunt Israel in circuitu, tunc omnis creatura cognosceret quod ipse sit dominus, cuius vera iudicia sunt, & iust. facta in semetipsis. Hierony. ibid.  
10. Confidenter.

**F**T factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, dic principi Tyri: **H**æc dicit dominus deus: <sup>a</sup> Eo quod eleuatum est cor tuum, & dixisti: deus ego sum, & in cathedra dei sedi in corde maris, cum sis homo & non deus, & dedisti cor tuum quasi cor dei. Ecce sapientior es tu Daniele, omne secretum non est absconditum à te. In sapientia & prudentia tua fecisti tibi fortitudinem, ] & acquisisti aurum & argentum in thesauris tuis, in multitudine sapientiæ tuæ, & in negotiatione tua multiplicasti tibi fortitudinem, & eleuatum est cor tuum <sup>a</sup> in robore tuo. ] Propterea hæc dicit dominus deus: <sup>b</sup> Eo quod eleuatum est cor tuum quasi cor dei, idcirco ecce ego adducam super te alienos robustissimos gentium. Et nudabunt gladios suos super pulchritudinem sapientiæ tuæ, & polluent decorem tuum. <sup>c</sup> Interficiet & detrahent te, ] & morieris in interitu occisorum in corde maris. <sup>d</sup> Nunquid <sup>e</sup> dicens loqueris, deus ego sum coram interficientibus te, cum sis homo, & non deus, in manu occidentium te? Morte incircumcisorum morieris, in manu alienorum, quia ego locutus sum, ait dominus deus. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, leua plactum super Regem Tyri, & dices ei: Hæc dicit dominus deus. <sup>f</sup> Tu signaculum similitudinis plenus sapientia, perfectus decore, in deliciis paradisi dei fuisti. Omnis lapis preciosus operimentum tuum, sardius, thopasius, & iaspis, chrysolitus, & onix, & beryllus, saphyrus, & carbunculus, & smaragdus. Aurum opus <sup>g</sup> decoris tui, & foramina tua ] in die qua conditus es preparata sunt. <sup>h</sup> Tu Cherub <sup>i</sup> extentus ] & protegens, & posui te in monte sancto dei. <sup>k</sup> In medio lapidum ignitorum ambulasti, perfectus in viis tuis à die conditionis tuæ, donec inuenta est iniquitas in te. <sup>l</sup> In multitudine negotiationis tuæ repleta sunt interiora tua iniquitate, & peccasti, <sup>m</sup> & <sup>n</sup> eieci] te de monte sancto dei, & perdidisti te, o Cherub, protegens de medio lapidum ignitorum. Et eleuatum est cor tuum in decore tuo. Perdidisti sapientiam tuam in decore tuo, in terram proieci te, ante faciem regum dedi te, vt cernerent te. In multitudine iniquitatum tuarum, & iniquitate negotiationis tuæ polluisti sanctificationem tuam. Producam ergo ignem de medio tui qui comedat te, & dabo te in cinerem super terram in conspectu omnium videntium te. Omnes qui viderint te in gentibus, obstupescunt super te. <sup>o</sup> Nihil factus es, ] & non eris in perpetuum. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, pone faciem tuam contra <sup>p</sup> Sidonem, & prophetabis de ea, & dices: Hæc dicit dominus deus: Ecce ego ad te Sidon, & glorificabor in medio tui. <sup>q</sup> Et scient quia ego dominus, cum fecero in ea iudicia, & sanctificatus fuero in ea. Et immittam ei pestilentiam & sanguinem in platéis eius, & corruent interfecti in medio eius gladio <sup>r</sup> per circuitum ] & scient quia ego dominus. Et non erit vltra domui Israel <sup>s</sup> offendiculum amaritudinis, ] & spina dolorem inferens <sup>t</sup> vndique ] per circuitum eorum qui aduersantur eis: & scient quia ego dominus deus: Hæc dicit dominus deus: <sup>u</sup> Quando congregabo domum Israel de populis in quibus dispersi sunt, sanctificabor in eis coram Gentibus, & habitabunt in terra sua quam dedi seruo meo Iacob, & habitabunt in ea <sup>v</sup> securi. ] Et ædificabunt domos, & plantabunt vineas, & habitabunt confidenter cum fecero iudicia in omnibus qui aduersantur eis per circuitum, & scient quia ego dominus deus eorum.

1 De pecc. d. z.  
ca. Principiis.  
cap. Si enim.  
De conf. d. i.  
c. li. duo.

*Contra Aegyptum & regem eius inflatur, quia tandem in solitudinem redigetur.* XXIX.

In





1. Terrendam.

b. Ve autem sciremus quis esset iste gladius qui vastaret Aegyptum & terreret Aethiopiam, liquitur in misseffius: Et cessare faciam multitudinem Aegypti in manu Nabuchodonosor regis Babylonis: qui non solum veniet sed veniet multis comitatus nationibus: ita ut omnis Aegyptus interfectorum sanguine copuletur: tantumque erit ira domini, ut siccentur alvei fluminum usque ad solum: & in manu pestilentium, sive hominum pessimorum plenitudo Aegypti desoletur. Hieron. ibid.

c. Quia Chaldaei inde accipiebant aurum & argentum, & elestruebant res suas. Et de Memphis que est civitas Aegypti, que vique hodie metropolis est superfluitatis Aegypti. De Lyra ibid.]

d. Pelusium civitas magna Aegypti, ambitu 20. Stadium. Hoc tempore dici videtur Damiat, qua hostium primus Nili versus palestina dicitur Pelusiacum. Iuxta autem Pelusium & mare varago est & vique ad Casium montem per studia amplius 20. Habetque Aegyptus ab ea parte difficilem aditum.

3. Per diem, sub. venient.

4. Ventes. se. Hic porro agit contra ipsum regem ratione praehicta, ostendens culpam & peccata regis excedere culpam & peccata populi. Hieron. ibid.]

f. Per hoc quod dicit brachium Pharaonis confregit, & contra eum brachia regis Babylonis corroborant, datur intelligi, quod deas frequenter vinum iniquum per astra punit, atque vicissim malos peiores ac pessimos tribulas & affligit, ut minus mali corrigantur & deum agnoscat, pessimi autem penitus pereant. Dionys. ibid.]

g. Profectus virtutis est scire quod ipse sit deus. Unde per contrarium de filiis Iherosolimae pestilentes nescientes dominum. De regibus autem qui recte fecerunt, in conspectu dei, scriptum est quod novenerunt dominum. Glosa ordi.]

atriti fuerint omnes auxiliores eius. In die illa egredietur nuntij a facie mea in tribus ad conterendam] Aethiopiae confidentiam, & erit pauor in eis in die Aegypti, quia absque dubio veniet. Haec dicit dominus deus: Et cessare faciam multitudinem Aegypti in manu Nabuchodonosor regis Babylonis. Ipse & populus eius cum eo, fortissimi gentium adducuntur ad disperendam terram. Euaginabunt gladios suos super Aegyptum, & implebunt terram interfectis, & faciam alveos fluminum aridos, & tradam in terram manus pessimorum, & dissipabo terram & plenitudinem eius in manus alienorum. Ego dominus locutus sum. Haec dicit dominus deus. Et disperdam simulachra, & cessare faciam idola de Memphis, & dux de terra Aegypti non erit amplius. Et dabo terrorem in terram Aegypti, & disperdam terram Phatures, & dabo ignem in Taphnis, & faciam iudicia mea in Alexandria, & effundam indignationem meam super Pelusium, robur Aegypti, & interficiam multitudinem Alexandriae & dabo ignem in Aegypto. Quasi parturiens] dolebit Pelusium, & Alexandria erit dissipata, & in Memphis angustiae quotidiana. Iuvenes Heliopoleos & Bubasti gladio cadent, & ipsae captivae ducentur. Et in Taphnis nigrescet dies cum contriue-ro ibi scepra] Aegypti, & defecerit in ea superbia potentiae eius. Ipsam nubes operiet, & filiae autem eius in captiuitatem ducentur. Et iudicia faciam in Aegypto, & scient quia ego dominus. Et factum est in vndecimo anno, in primo mense, in septima mensis, factum est verbum domini ad me, dicens: Fili hominis, brachium Pharaonis regis Aegypti confregi, & ecce non est obuolutum, ut restitueretur ei sanitas, ut ligaretur panis, & fasciretur linteolis, & recepto robore possit tenere gladium. Propterea haec dicit dominus deus: Ecce ego ad Pharaonem regem Aegypti, & comminuam eius brachium forte, sed contractum, & deiciam gladium de manu eius. Et disperdam Aegyptum in gentibus, & ventilabo eos in terris. Et confortabo brachia regis Babylonis, daboque gladium meum in manu eius. Et confringam brachium Pharaonis, & gement gemitibus interfecti coram facie eius, & confortabo brachia regis Babylonis, & brachia Pharaonis concident. Et scient quia ego dominus, cum dedero gladium meum in manu regis Babylonis, & extenderit eum super terram Aegypti. Et dispergam Aegyptum in nationes, & ventilabo eos in terras, & scient quia ego dominus.

† Zach. 13. d

Vt Assur sublimis deiectus est, ita Pharao Aegyptius rex humiliatus est. XXXI.

a. Nec de regibus Babylonis in praesenti sermone vlla sit mentio, ne videatur contra captiuum populum positum in Chaldea de minoribus atque regnantium pro vocare iracundiam, sed dicitur de rege Assyriorum, qui eo iam tempore captus fuerat a ludaeis & omne robur Assyriorum Babylonio subiacebat imperio. Hieron. ibid.]

b. Hoc est opulencia eius vndique circumdedit eum, ita quod germinavit & floruit in arboribus, quae copiosissime irrigantur, atque de sua opulencia multos vicinos ditauit. Dionys. ibid.]

2. Campi.

3. Ramis eius.

4. Obieuerunt eam.

5. Assimilatae sunt ramis eius.

6. Edgno, & infra.

**D**T factum est in anno vndecimo, tertio mense, vna mensis, factus est verbum domini ad me, dicens: Fili hominis, dic Pharaoni regi Aegypti & populo eius: Cui similis factus es in magnitudine tua? Ecce Assur quasi cedrus in Libano pulcher ramis, & frondibus nemorosus, excelsusque altitudine, & inter condensas frondes eleuatum est cacumen eius. Aquae nutrierunt illum, abyssus exaltauit illum. Flumina eius manabant in circuitu radicum eius, & riuos suos emisit ad vniuersa ligna regionis. Propterea eleuata est altitudo eius super omnia ligna regionis, & multiplicata sunt arbuta eius, & eleuati sunt rami eius praequis multis. Cumque extendisset umbram suam, in ramis eius fecerunt nidos omnia volatilia caeli, & sub frondibus eius genuerunt omnes bestiae saltuum, & sub umbraculo illius habitabat coetus gentium plurimarum. Eratque pulcherrimus in magnitudine sua, & in dilatatione arbustorum suorum. Erat enim radix illius iuxta aquas multas. Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso dei. Abietes non adhaeruerunt summitatem eius, & platani non fuerunt aquae frondibus illius. Omne lignum paradisi dei non est assimilatum illi & pulchritudini eius, quoniam speciosum feci eum, & multis condensisque frondibus. Et aemulata sunt eum omnia ligna voluptatis, quae erant in paradiso dei. Propterea haec dicit dominus deus: Pro eo quod sublimatus est in altitudine, & dedit summitatem suam virentem atque condensam, & eleuatum est cor eius in altitudine sua, tradidi eam in manus fortissimi gentium.

Anni ante Christum 615. Anni mundi 3347.

† De pe. dist. 2. cap. Primipium.

tium. Faciens faciet ei, <sup>4</sup> iuxta impietatem eius eieci eum: & succident eum alieni, & crudelissimi nationum. <sup>5</sup> Et proiciet eum super montes, & in cunctis cōuallibus corruent rami eius. Et confringentur arbuta eius in vniuersis rupibus terræ: & recedēt de vmbraculo eius omnes populi terræ, & relinquent eum. In ruina eius habitauerūt omnia volatilia cœli: & in ramis eius fuerunt vniuersæ bestię <sup>7</sup> rationis. ] <sup>8</sup> Quamobrem non eleuabuntur in altitudine sua omnia ligna aquarum, nec ponent sublimitatem suam inter <sup>9</sup> nemorosa atque frondosa, ] nec stabunt in sublimitate sua omnia quæ irrigantur aquis, quia omnes traditi sunt in mortem ad terram <sup>9</sup> vltimam ] in medio filiorum hominum, ad eos qui descendunt in lacum. Hæc dicit dominus deus: In die quando descendit ad inferos iudicium, operui eum abyſſo & prohibui flumina eius, & coercui aquas multas. <sup>10</sup> Contristatus est super eum libanus, & omnia ligna agri concussa sunt. A sonitu ruinæ eius commouit gentes, cum deducere eum ad infernum cum iis, qui descendebant in lacum. Et consolata sunt in terra infima <sup>11</sup> omnia ligna voluptatis egregia atque præclara in Libano, vniuersa quæ irrigabantur aquis. Nam & ipsi cum <sup>10</sup> eo ] descendunt ad infernum ad interfectos gladio, & brachium <sup>11</sup> vniuscuiusque sedebit sub vmbraculo ] eius in medio <sup>12</sup> nationum eius. ] <sup>13</sup> Cui assimilatus es o in clypeo atque sublimis inter ligna voluptatis: Ecce ductus es cum lignis voluptatis ad terram vltimam. In medio incircuncisorum dormies, cum eis qui interfecti sunt gladio. Ipse est Pharaon & omnis multitudo eius, dicit dominus deus.

Pharaonis ruinam multi obstupuerunt, & eius ad inferos descensum. XXXII.

Anni ante  
Christi. 614.  
Anni mundi  
3148.



**F**actum est <sup>a</sup> duodecimo anno in mensē duodecimo, in vna mensis, factum est verbum domini ad me, dicens: Fili hominis assume lamentum super Pharaonem regem Ægypti, & dices ad eum: Leoni gentium assimilatus es, & draconi qui est in mari. Et <sup>b</sup> ventilabas cornu in fluminibus tuis, ] & conturbabas aquas pedibus tuis, & cōculcabas flumina earum. Propterea hæc dicit dominus deus: Expandam super te rete meum in multitudine populorum multorum, & <sup>c</sup> extraham te ] in fagina mea, <sup>d</sup> proiciam te in terram. Super faciē agri abiciam te, & habitare faciā super te omnia volatilia cœli, & saturabo de te bestias vniuersæ terræ. Et dabo carnes tuas super montes & implebo colles tuos <sup>e</sup> sanie tua. ] <sup>f</sup> Et irrigabo terram <sup>f</sup> fœtore ] sanguinis tui, super montes & valles implebuntur ex te. <sup>g</sup> Et operiam cum extinctus fueris cœlos, & nigrescere faciam stellas eius. <sup>h</sup> Solem nubetegam, & luna non dabit lumen suum. Omnia luminaria cœli mœrere faciam super te, & dabo tenebras super terram tuam, dicit dominus deus. <sup>i</sup> Cum ceciderint vulnerati in medio terræ, ait dominus deus. ] Et irrigabo cor populorum multorum, cum induxero contritionem tuam in gentibus super terras quas nescis, & stupefcere faciam super te populos multos. Et reges eorum horrore nimio formidabunt super te <sup>k</sup> propter vniuersas iniquitates quas operatus es, ] cum volare cœperit gladius meus <sup>l</sup> super facies eorum, <sup>m</sup> & obstupescant repente singuli pro anima sua in die ruinæ tuæ, <sup>n</sup> quia hæc dicit dominus deus: Gladius regis Babylonis veniet tibi, in gladiis fortium deiiciam multitudinem tuam. Inexpugnabiles omnes gentes hæc. Et vastabunt superbiam Ægypti, & dissipabitur multitudo eius. Et perdam omnia iumenta eius, quæ erant super aquas plurimas, ] & non conturbabit eas pes hominis vltra, neque vngula iumentorum turbabit eas. Tunc <sup>o</sup> purissimas reddam ] aquas eorum, & flumina eorum quasi oleum adducam, ait dominus deus, cum dederō terram Ægypti desolatā. Deseretur autem terra à plenitudine sua, quando percussero omnes habitatores eius, <sup>p</sup> & scient quia ego dominus. <sup>q</sup> Planctus est, & plangent eum filii gentium super Ægyptum, & super multitudinem eius plangent eum, ait dominus deus. Et factum est in duodecimo anno, in quintadecima mensis, factum est verbum domini ad me, dicens: Fili hominis, <sup>r</sup> cane carmen lugubrē ] super multitudinem Ægypti. Et detrahe eam, ipsam & filias gentium cobustarū, ad terram <sup>s</sup> vltimam, ] cum iis qui descendunt in lacum. <sup>t</sup> Quo pulchrior es, descende, & dormi cum incircuncisis. In medio interfe-

† Sup. 12. d.  
& 17. d.

† Isa. 13. b  
Matth. 24. a  
Ioc. 1. c.

[d. Impietas propriè est peccatū contra deum, sicut pietas est cultus diuinus. Rex autem Altyronum ex nimia superbia proturperat in diuinam blasphemiam, & contempitum, dicens 4. Reg. 19. scribens Ezechie. Non te seducet deus tuus in quo habes fiduciam, &c. Et ideo meruit deici a regno. De Lira ibid.]  
7. Agri.  
8. Cūque viderit cetera ligna sylvarū sine paradisi Altor cyparissimū sententia dei corruisse, nō eleuabuntur in superbiam nec se aliquid estimabunt, nec irrogationem aquarū suarum proprias arbitrabuntur diuitias, eo qd omnes rami eius & volatilia cœli & bestie terræ quæ erant sub imperio Altor, deducuntur in mortem ad terram vltimam. Hiero. i. q. d.  
9. Infimam.  
10. Ea.  
11. Eius & sederunt sub vmbrata. Gloſt ordi.]  
12. Gentium.  
13. Exemplū de rege Altor adductum hic adaptatur ad regem Ægypti. Obſerua hic prop. etā nō solum temporale extremum, sed & æternam damnationē regi Ægyptiorum cum suis satellitibus imitari omnibus. Loci. ibid.]

a. Prima die, 12. mēſis anni duodecimi transmigrationis Ioaachim filii Iechonia regis Iude, iubetur propheta assumere lamentū ex cōpatione, non ex irrisione super Pharaonem regē Ægypti, & dicere ad eum: Tu assimilatus es cuius regi in superbia, potestate, fama & gloria, leonis comparatione: & draconis propter tuam calliditatem, crudelitatem, & voracitatem, vnde multos sufficit. Dion. ibi.  
1. Enormiſſi in fluminibus tuis  
2. Ascendere te faciam.

3. Timore tuo.

4. Inundatione.

b. Sol iniquitatis qui cōtrarius est soli iustitiae, cum obſcuratus fuerit, iustas, quam sententias hereticorum ecclesiam, & quæ a sole iniquitatis lumen putabat accipere, non dabit lumen suū, nec decipiet cœceteros falsi nominis scientia. Omnia quoque luminaria, & quicquid videtur in hereticis esse doctrinæ, extrō dracone cecabitur, siue morebone principe perditio: ita vt ipse dominus testam hereticorum operat tenebris, in ignorantia veritatis Hierony. ibid.

[c. Hic cōsequēter ponitur causa effectiua dictæ deiictionis in strumetalitatem: nam quia rex Babylonis in hoc erat instrumentum dei, vt dictū est: ideo dicitur: Gladius regis Babylonis veniet tibi, id est ad destructionē tuam. De Lira ibid.]  
5. Ab aquis multis.  
6. Profundas faciam.

7. Lamentare.

8. Inferiorem.

d. Omnis enim qui fedditatem suæ infirmitatis considerare negligit, sed per altionis factum victoris sue gloriam acerbissime pulchrior est, inde deſcēdit: quia extollendo se de suis meritis, inde in ima deterius corruit, vnde glorioſum se iudicauit. Qui descendens cum incircuncis dormit, quia in æterna morte cum cæteris peccatoribus deſcit. Greg. Moral. lib. 24. c. 4.

b. Gladio data est, detrahite igitur.

d. Cum interfectis, & infra. e. Quis angelorum atque hominum longe sit natura dissimili, una tamen pena implicat quos vnus in crimine reatus ligat. Quod bene ac breuiter innuat propheta, cui ait Ibi Assur & omnis multitudo eius, & in circuitu eius sepulchra illius. Quis namque Assur superbi regis nomine, nisi ille per elationem cadens antiquus hostis extem ad culpam pertrahit, eum vnuerfa multitudo sua ad inferni claustra descendit. Greg. Moral. lib. 9. cap. 50. \* Qui sunt. 21. Lateribus. 12. Inferiorum, sub. partium. f. Mosoch. i. Capadoecæ, & Thubal. i. Hiberi qui similiter morte violenta detestati sunt ad inferni, idem concluduntur: omnes hi incircuncisi interfectique, & cadentes gladio. De Lyra ibi.]

g. Hi qui hæreticorum principum extiterunt, ad tantum malitiam peruenere culmen atque emicatarum, vt nec cum fortibus qui à principio corruerunt, similitudinem eorum forte supplicia. Hæret. ibidem. h. Arma peccantium sunt membra eorum quibus peruersa que concipiunt, desideria exequuntur. Greg. Moral. lib. 9. cap. 49. \* Belliis.

i. Consequenter precipit dominus vito peccato vt Pharaonis & Aegypti deplangat ruinas, i. principum mundi & eorum subditorum, qui omnes pariter in infernum descendunt, dum seculariter cõuersantes terrena magis quam caelestia expetunt. Dionys. ibid. 21. Sidonij. f. k. Videns quod alij reges cum exercitibus suis erant in simili pena: quoddam enim solacium miseris est habere socium in pena, vt preclara est. De Lyra ibi.]

etorum gladio cadent. <sup>9</sup> Gladius datus est. Et attraxerunt Ieum & omnes populos eius. Loquentur ei potentissimi robustorum de medio inferni, qui cum auxiliatoribus eius descenderunt & dormierunt incircuncisi <sup>10</sup> interfectique gladio. <sup>11</sup> Ibi Assur & omnis multitudo eius, in circuitu illius sepulchra eorum, <sup>12</sup> omnes interfecti, & qui ceciderunt gladio, quorum data sunt sepulchra in nouissimis Jaci. Et facta est multitudo eius per gyrum sepulchri eius, vnuerfi interfecti cadentesque gladio, qui dederant quondam formidinem suam in terra viuentium. Ibi Elam, & omnis multitudo eius per gyrum sepulchri sui. Omnes hi interfecti ruentisque gladio, qui descenderunt incircuncisi in terram <sup>13</sup> vltimam. Qui posuerunt terrorem suum in terra viuentium, & portauerunt ignominiam suam cum iis qui descenderunt in lacum. In medio interfectorum posuerunt cubile eius in vnuerfis populis eius, in circuitu eius sepulchrum illius. <sup>14</sup> Omnes hi incircuncisi interfectique gladio. Dederunt enim terrorem suum in terra viuentium, & portauerunt ignominiam suam cum iis qui descendunt in lacum. In medio interfectorum positi sunt. <sup>15</sup> Ibi Mosoch & Thubal & omnis multitudo eius, in circuitu eius sepulchra illius. Omnes hi incircuncisi interfectique & cadentes gladio, quia dederunt formidinem suam in terra viuentium, & non dormient cum fortibus cadentibusque & incircuncisis qui descenderunt ad infernum <sup>16</sup> cum armis suis. <sup>17</sup> Et posuerunt gladios suos sub capitibus suis, & fuerunt iniquitates eorum in ossibus eorum, quia terror fortium facti sunt in terra viuentium. Et tu ergo in medio incircunciforum contereis, & dormies cum interfectis gladio. <sup>18</sup> Ibi Idumæa & reges eius, & omnes duces eius, qui dati sunt cum exercitu suo cum interfectis gladio, & qui cum incircuncisis dormierunt, & cum iis qui descenderunt in lacum. Ibi principes Aquilonis omnes, & vnuerfi <sup>19</sup> venatores, qui deducti sunt cum interfectis, pauentes & in sua fortitudine confusi, quia dormierunt incircuncisi cum interfectis gladio, & portauerunt confusionem suam cum iis qui descenderunt in lacum. Vidit eos Pharao, & consolatus est super vnuerfa multitudinem suam quæ interfecta est gladio, Pharao & omnis exercitus eius, ait dominus deus, quia dedit terrorem suum in terra viuentium, & dormiuit in medio incircunciforum cum interfectis gladio, Pharao & omnis multitudo eius, ait dominus deus.

Pastoris officium est plagis domini occurrere, & misericordiam populo reuertenti promittere, & impunitatem, sin autem perseueret in peccatis, pœnam. XXXIII.

**F**actum est verbum domini ad me, dicens: <sup>1</sup> Fili hominis, loquere ad filios populi tui, & dices ad eos: <sup>2</sup> Terra cum induxero super eam gladium, & tulerit populus terræ virum vnum de nouissimis suis, & constituerit eum super se speculatorem, & ille viderit gladium venientem super terram, & cecinerit buccina, & annuntiauerit populo: audiens autem quisquis ille est, sonitum buccinæ, & non se obseruauerit, veneritque gladius & tulerit eum, sanguis ipsius super caput eius erit. Sonum buccinæ audiuit, & non se obseruauit, sanguis eius in ipso erit. Si autem se custodierit, animam suam saluabit. <sup>3</sup> Quod si speculator viderit gladium venientem & non insonuerit buccina, & populus se non custodierit, veneritque gladius, & tulerit de eis animam, <sup>4</sup> ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram. <sup>5</sup> Et tu fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel. Audiens ergo ex ore meo sermonem, annuntiabis eis ex me. Si me dicente ad impium: impie morte morieris, non fueris locutus vt se custodiat impius à via sua, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Sin autem annuntiante te ad impium, vt à viis suis conuertatur, non fuerit conuersus à via sua, ipse in iniquitate sua morietur, porrò tu animam tuam liberaisti. <sup>6</sup> Tu verò fili hominis, dic ad domum Israel: Sic locuti estis, dicentes: Iniquitates nostræ & peccata nostra super nos sunt, & in ipsis nos tabescimus. Quomodo ergo viuere poterimus? <sup>7</sup> Dic ad eos: Viuo ego, dicit dominus deus: <sup>8</sup> nolo mortem impij, sed vt conuertatur impius à via sua, & viuat. Conuertimini

a. Si speculator constitutus fuerit in populis vt annuntiet gladium dñi iramque venientem: & annuntians eo populus audire noluerit, speculator liber erit: & ille qui oppressus est gladio, ipse sanguinis sui sustinebit reatum. Quid si audierit, gl uabit animam suam. Si autem speculator non sonuerit buccina, & populus ignoras uentum gladium nequaquam se obseruauerit, populus morietur in sua iniquitate, & sanguinem de manu speculatoris requiram. Hieron. ibid.

b. Ad hoc est speculatores, hoc est, populorum prepositi constituti sunt in ecclesijs, vt non parant oburgando peccata. Nec ideo tamē ab huiuscemodi culpa penitus alienus est, qui licet prepositus non sit, in eis tamen vix huius necessitate conuincitur, multa monēda vel arguēda mouit, & negligit deuitans eorum offensiones propter illa quibus in hac uita non indebitis uerit, sed plusquam debuit delectatur. Aug. de ciuit. dei, libro 1. cap. 9.

1. Propter iniquitatem suam, & infra. c. Non enim quia nouit occulta vt deus, propterea illico puniunt, sed elementer ferens multum reuocat modis. Cyril. in Ioan. lib. 9. cap. 7.

A Hæret. 5. e

† Sup. 3. d

C † 23. quæst. 8. c. Hæret. 26. q. 6. cap. Agnomimus. † Sup. 18. g. Sup. 18. t

uertimini\* à viis vestris pessimis. Et quare moriemini domus Israel? Tu itaque fili hominis dic ad filios populi tui: d Iustitia iusti non liberabit eum in quacunque die peccauerit, & impietas impij non nocebit ei, † in quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua. e Et iustus non poterit viuere in iustitia sua, in quacunque die peccauerit d Etiam si dixero iusto quod vita uiuat, & confusus in iustitia sua fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius obliuioni tradentur: & in iniquitate sua quam operatus est, in ipsa morietur. Si autem dixero impio: morte morieris, & egerit pœnitentiam à peccato suo, feceritque iudicium & iustitiam, & pignus restituerit ille impius, rapinamque reddiderit, in mandatis vitæ ambulauerit, nec fecerit quicquam iniustum, vita uiuet, & non morietur. Omnia peccata eius quæ peccauit, non imputabuntur ei. Iudicium & iustitiam fecit, vita uiuet. Et dixerunt filij populi tui: Non est æqui pöderis] f via domini. Et ipsorum via iniusta est. Cùm enim recesserit iustus à iustitia sua, feceritque iniquitates, morietur in eis. g Et cùm recesserit impius ab impietate sua, feceritque iudicium & iustitiam, uiuet in eis. Et dicitis: † Non est recta via domini. Vnumquæque iuxta vias suas iudicabo de vobis domus Israel. Et factum est in duodecimo anno, in decimo mense, in quinta mensis transmigrations nostræ: venit ad me qui fugerat de Ierusalem, dicens: Vastata est ciuitas. Manus autem domini facta fuerat ad me vespere antequam veniret qui fugerat, aperuitque os meum donec veniret ad me mane, & aperto ore meo non silui amplius. Et factum est verbum domini ad me, dicens: Fili hominis, qui habitant in ruinosis his, super humum Israel loquentes aiunt: f Vnus erat Abraham, & hæreditate possedit terram. g Nos autem multi sumus, nobis data est terra in possessionem. Idcirco dices ad eos: Hæc dicit dominus deus: h Qui in sanguine comedetis, & oculos vestros leuatis ad i immunditias vestras, ] & sanguinem funditis, nunquid terram hæreditate possidebitis? Stetistis in gladiis vestris, fecistis abominationes, & vnusquisque vxorẽ proximi sui polluit, & terram hæreditate possidebitis? Hæc dices ad eos: Sic dicit dominus deus: Viuo ego, quia qui in ruinosis habitabant, gladio cadent: & qui in agro est, bestiis tradetur ad deuorandũ: qui autem in præfidijs & in speluncis sunt, peste morientur. Et dabo terram in solitudinem & in desertum, & deficiet i superba fortitudo] eius, & desolabũtur montes Israel, eo quod nullus sit qui per eos transeat. g Et scient quia ego dominus, cùm dederõ terram eorum desolatam & desertam: propter vniuersas abominationes suas quas operati sunt. Et tu fili hominis, filij populi tui qui loquuntur de te iuxta muros, & in ostijs domorũ, & dicunt vnus ad alterum, vir ad proximum suum loquentes: venite & audiamus quis sit sermo egrediens à domino: & veniunt ad te quasi si ingrediatur populus. Et sedet coram te populus meus, & audiunt sermones tuos, & non faciunt eos, quia i in canticum oris sui vertunt illos. ] Et avaritiam suam sequitur cor eorum, k & es] eis quasi carmen musicum ] quod suauiter dulcique sono canitur. l Et audiunt verba tua & non faciunt ea, & cùm venerit m quod prædictum est, ] ecce enim venit, tunc scient quia Prophetes fuerit inter eos.

\*Conuertimini.

d. Admonet ne quis impatienter in operatione deficiat, ne quis tentationibus aut auocatus aut victus, in medio laudis & gloriæ intire desinat, & perat præterita, dum quæ expectant delinunt esse perfecta, sicut scriptum est: Iustitia iusti non liberabit eum, &c. Cyp. de lapsis.

e. Aspice ipsam creaturam paulatim ad fructum promouet: Sic & iustitia primò fuit in iudicantibus, natura dei merens, deo hinc per legẽ & prophetas promouit in iustitiam: dehinc per euangelium in inuenturam, nunc per paracetum in maturitatem Tertul. de virg. velandis.

f. Quæ fuerint viæ dei & præcepta eius, nec ambiguum, nec obsecrum est. Deus enim cum videret malitiam & falsorũ cultor deorum per terram inuoluisse, vt iam nomen eius ex hominũ memoria fuisset penè sublaturũ, siquidem Iudæi quibus solis ac canum dei creditum fuerat, restitit deo ad colenda signemta ierteti dæmonũ fraudibus oberrassent, nec inter epopi per polles venerat ad deum velle, filij sum principem angelorum legauit ad homines, vt eos cõuerteret ab impijs & vanis cultibz, ad cognoscendum & colendum verum deum. Lacti. lib. 4. c. 14.

g. Si ille qui vnus erat tantum habuit possessionem terre pro suo semine, nos qui multi sumus multo fortius debemus eã possidere. De Lya. ibid.

h. Capta Ierusalem temploque subuerfo, pauperes terre de quibus scribit Iere. c. 39. soliti relictũ fuerat in Ierusalem, qui vineas & agros colebant, & in ruinis inuentis vrbis habitarent: & cum deberent agere pœnitentiam super his propter quæ captiuitas venerat, scriptis casã spe decipit tes loquelantur: eã multo plures finis quã patet nosser Abraham qui hanc terram possedit, quare nõ possidebitis eã? Quibus respondit dominus, Abraham vnũ sile possedit terram repositiõis, illos autẽ ineredulitate, & sceleribus occupatos, etiam si plures sint possidere non posse. Similique enumerat quid facientes offendant deum: sex videlicet peccatorũ genera. Qui in sanguine comeditis, & oculos vestros leuatis ad immunditias, hoc est, ad idola vestra, & sanguinem funditis, hæc est homicidium perpetratis, &c. Hiero. ibid.

i. Idola vestra.

k. Magnificientia fortitudinis.

l. Ludibria faciunt ore Iuo.

m. Ecce tu es.

n. Ludibriorum.

o. Tales hodie sunt multi in ecclesia qui aiunt: Venite audiamus illum vel illum, mira prædicationis suæ verba volentẽs, plausuque ei commouent, & vocationem ferant, & iactant manus. Glo. la ordi. ibid. j.

p. Illud.

q. Nonne nobis vel negligentia segnis, vel duritia crudelis ascribatur in die iudicij, quod pastores creditas & commisit nobis oues, nec curate in pace, nec in acie voluerimus armare? Nonne nobis ingeretur à dño, quod per prophetam suum clamauit: Lac comedebatis, &c. Cyp. lib. 1. Epi stol. epist. 2.

r. b. Pinguedinẽ, vt pote caesũ, butyrum, quæ ex lacte trahuntur.

s. Saulia vel tyrannide.

t. Audi quid sequitur de ista negligentia malorum: imò fallorũ pastorum. Et dispersæ sunt oues meæ, &c. Furantur lupi insidiores, capiunt leones fremensẽs eã oues non habent pastores. Aug. de pastorib. cap. 8.

u. Abique pastore.

Væ pastoribus seipos neglecto grege domini pascentibus: in quos dominus gregem visitans dure animaduertet, & grege pacem afferet. XXXIIII.

† 27. q. 1. c. 6.

† Sep. 18. g. Anni auct. Christi. 614. Anni mundi 3148.

† Iere. 23. c.

† 23. q. 4. cap. Displicet, & q. 6. c. Quod errauerat. 146. dist. c. 3.

**A**T factum est verbum domini ad me, dicens: † Fili hominis propheta de pastoribus Israel, propheta, & dices pastoribus: Hæc dicit dominus deus: Væ pastoribus Israel qui pascebant semetipsos. Nonne greges à pastoribus pascentur? b Lac ] comedebatis & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis, gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit non consolidastis: & quod ægrotum, non sanastis. † Quod contractum est non alligastis, & quod abiectum est non reduxistis, & quod perierat non quæristis, sed cum austeritate imperabatis eis, & cum i potentia. ] Et dispersæ sunt oues meæ, eo quod non esset pastor, ] & factæ sunt in deuorationem omnium bestiarum agri, & dispersæ

[d. Errauerunt in cunctis montibus, i. in locis omnibus, in quibus colebantur diuersa idola. De Lyrā ibid.]  
 e. Cum ergo pastoribus talibus per quos dominice oues negliguntur & perentur, sic committitur quilibet nos aliud facere oportet colligendis & resonandis Christi ouibus exhibere diligentiam plenam & c. Cyp. Epist. 13 lib. 1.  
 f. Magnum quiddam dilectissimi, magnum, inquit est ecclesie prelatio, & quæ multa indiget sapientia, & fortitudine: qualis Christus præposuit, ut nunquam oues deseramus, ut lyro genero se resistamus. Hæc enim inter pastorem est, & mercedarium differencia. Alter propter contemptum ouibus, alter facti contemptum semper saluti inuigilat. Chrys. c. Ioan. ho. 59.  
 g. Sacerdotij legis abrogatione ipse deus comminatur sacerdotibus, sequi gregem suum caritarum. Filij huius sacerdotum & vitam amiserunt eadem culpa. Regni sceptum à sacerdotibus ablatum est culpis filiorum Samuels. Viderit nolite an in punè quiduis delinquere possint. Sacerdotium ecclesie secundum ordinem Melchisedech æternum esse fateor, nec vlla hæresis abolens, sed impune sacerdos nouæ legis posse peccare, nego. I. u. i. h. u. s. ibid.]  
 4. Inuestigabo, & inuestigabo.  
 5. Inuestigabo.  
 6. In hab. cauto ameno.  
 7. Disperdam, quod videlicet ab eis opprimis, illisque est nocuimento.  
 h. Oues rationabiles, & diuersitate inter pecus & pecus for. prophetæ autoritate demonstrat. Hieron. aduersus Iouin. l. 2. i. Hoc est, quod vobis superstiti, non pariter, & erogasti, neque viliiter expeditis, sed impiè dilapidasti. Vitam ipsam penitentem ministri ecclesie. Quæ quid est de bonis ecclesie simplici victi atque vestitui super est, debetur egenis. Sed prohi dolor putaminum Christi in deliciis deuoratur. Dion. ibi.  
 k. Seruum meum David, i. regem de semine David, ut dicit Rab. Sal. Per quæ intelligit Melchisedech venturum, secundum errorem summos autem Christum qui iam venit in mundum factus ex semine David. Secundum carnem. De Lyrā ibid.]  
 l. Ita circumdantes collæ meum in benedictionem.

l. Non illud lignum in paradiso, quod mortem dedit protoplastis, sed lignum passionis Christi, unde vita pendens à vobis Indis credita non est. Tertul. aduersus Iudæos.

m. Postremo quod omnia iam ducta sub nomine ouium, gregum, seu pecorum, de hominibus intelligantur, pandit dominus alicuius, vos autem greges mei. Dion. ibid.  
 n. Si semper in prophetis esset sermo dei, & iuge in pectore eorum haberet hospitium, nunquam crebro Ezechiel poneret: Et factus est sermo domini ad me dicens. Sed quia ob humanam fragilitatem, & vitæ huius necessitates interdum recedebat ab eis. Propterea Ioannes Baptista loquitur. Qui misit me baptizare te, ipse dixit mihi. Super quem videns spiritum sanctum in specie columbe descendentem, & manentem in eo, ipse est. Nunquam enim proprium esse in Christo quod additur: & manentem in eo, nisi ab aliis nunquam recederet. Alioquin & ad Moysen loquitur. Aufer a de spiritu qui est in te, quæ vix que non haberet, nisi ad eum à domino descendisset. Hier. ibi. 1. Quod finit erit iniquitatis.

sunt. <sup>d</sup> Errauerunt greges mei in cunctis montibus, & in vniuerso colle excelsio, & super omnem faciem terræ dispersi sunt greges mei, & non erat qui requireret. Non erat, inquam, qui requireret. Propterea pastores audite verbum domini: <sup>e</sup> Viuo ego, dicit dominus deus, quia pro eo quod facti sunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuoratioem omnium bestiarum agri, eo quod non esset pastor: neque enim quaesierunt pastores gregem meum: sed pascebant pastores semetipsos, & greges meos non pascebant: <sup>f</sup> propterea pastores audite verbum domini: Hæc dicit dominus deus: Ecce ego ipse super pastores, <sup>f</sup> requiram gregem meum de manu eorum, & cessare eos faciam, ut vltra non pascant gregem meum, nec pascant amplius pastores semetipsos. Et liberabo gregem meum de ore eorum, & non erit vltra eis in escam: quia hæc dicit dominus deus: <sup>g</sup> Ecce ego ipse requiram oues meas, & <sup>h</sup> visitabo] eas, sicut <sup>i</sup> visitat] pastor gregem suum, in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum. Sic visitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis in quibus dispersæ fuerant in die nubis & caliginis. <sup>h</sup> Et educam eas de populis, & congregabo eas de tetris, & inducam eas in terram suam, & pascam eas in montibus Israel in ruinis & in cunctis sedibus terræ. In pascuis vberimis pascam eas, & in montibus excelsis Israel erunt pascua earum. Ibi requiescent <sup>i</sup> in herbis virentibus,] & in pascuis pinguibus pascentur super mōtes Israel. Ego pascam oues meas, & ego eas accubare faciam, dicit dominus deus: Quod perierat requiram, & quod abiectum erat reducam, & quod contractum fuerat alligabo, & quod infirmum fuerat consolidabo, & quod pingue & forte <sup>k</sup> custodiam,] & pascam illas in iudicio. <sup>h</sup> Vos autem greges mei: hæc dicit dominus deus: <sup>h</sup> Ecce ego iudico inter pecus & pecus arietum & hircorum. Nonne satis vobis erat pascua bona depasci? Insuper & reliquias pascuarum vestrarum conculcastis pedibus vestris, & cum purissimam aquam biberetis, reliquam pedibus vestris turbabatis. <sup>i</sup> Et oues meæ iis quæ conculcata pedibus vestris fuerant pascebantur, & quæ pedes vestri turbauerant, hæc bibebant. Propterea hæc dicit dominus deus ad eos: Ecce ego ipse iudico inter pecus pingue & macilentum. <sup>h</sup> Pro eo quod lateribus & humeris impingebatis, & cornibus vestris ventilabatis omnia infirma pecora, donec dispergerentur foras, saluabo gregem meum, & non erit vltra in rapinam, & iudicabo inter pecus & pecus. <sup>i</sup> Et suscitabo super ea pastorem vnum qui pascat ea, <sup>k</sup> seruum meum David, ipse pascat ea, & ipse erit eis in pastorem. Ego autem dominus ero eis in deus, & seruus meus David princeps in medio eorum. Ego dominus locutus sum. Et faciam cum eis pactum pacis, & cessare faciam bestias pessimas de terra. Qui habitant in deserto, securi dormient in saltibus: & ponam eos <sup>h</sup> in circuitu collis mei benedictionem,] & deducam imbrem in tempore suo, & pluuiæ benedictionis erunt. <sup>h</sup> Et dabit <sup>l</sup> lignum agri fructum suum, & terra dabit germen suum, & erunt in terra sua absque timore. Et scient quia ego dominus, cum contriuero catenas iugi eorum, & eruero eos de manu imperantium sibi. Et non erunt vltra in rapinam in gentibus, neque bestia terræ deuorabunt eos, sed habitabunt confidenter absque vlllo terrore. Et suscitabo eis germen nominatum, & non erunt vltra imminuti fame in terra, neque portabunt vltra opprobrium gentium. Et scient quia ego dominus deus eorum cum eis, & ipsi populus meus domus Israel, ait dominus deus. <sup>m</sup> † Vos autem greges mei, greges pascuæ meæ homines estis, & ego dominus deus vester, dicit dominus deus.

*Idumæa vastabitur, quoniam populum domini hæctenus affluerit. XXXV.*



**D** factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, pone faciem tuam aduersum montem Seir, & prophetabis de eo, & dices illi: Hæc dicit dominus deus: Ecce ego ad te mons Seir, & extendam manum meam super te, & dabo te desolatam atque desertum. Vrbes tuas demoliar, & tu desertus eris, & scies quia ego dominus, eo quod fueris inimicus sempiternus, & concluderis filios Isaael in manus gladij in tempore afflictionis eorum, in tempore iniquitatis extremæ.]

† Ioh. 10. b. g. 11. 40. c. 45. b. Daniel. 9. g.

† Ioh. 10. b



extremæ.]<sup>g</sup> Propterea viuo ego dicit dominus deus,<sup>b</sup> quoniam sanguini tradam te,<sup>B</sup> & sanguis te persequetur. Et cum sanguinem oderis, sanguis persequetur te. Et dabo montem Seir desolatam & desertum, & auferam de eo euntem & redeuntem, & implebo montes eius occisorum suorum. In collibus tuis & in vallibus tuis, atque in torrentibus interfecti gladio cadent. In solitudines sempiternas tradam te,<sup>c</sup> & ciuitates tuæ non habitabuntur. Et scietis, quia ego dominus deus, eo quod dixeris: duæ gētes & duæ terræ meæ erunt, & hæreditate possidebo eas, cum dominus esset ibi. Propterea viuo ego, dicit dominus deus:<sup>d</sup> quia faciam iuxta iram tuam, & secundum zelum tuum quem fecisti odio habens eos, & notus efficiar per eos cum te iudicauero, & scies quia ego dominus. Audiui vniuersa opprobria tua, quæ locutus es de montibus Israel, dicens:<sup>D</sup> Deserti nobis ad deuorandum dati sunt. Et insurrexistis super me ore vestro, & derogastis aduersum me. Verba vestra] ego audiui. Hæc dicit dominus deus: Lætante vniuersa terra, in solitudinem te redigam, sicuti gauisus es super hæreditatem domus Israel, eo quod fuerit dissipata, sic faciam tibi. Dissipatus eris mons Seir, & Idumæa omnis: & scient, quia ego dominus.

[b. Id est filii Israel tibi cōtra quibus. Et hoc fuit impletum tempore Machabeorum, quādo Iudas expugnat filios Edom. Mach. 5. Et cum sanguinem oderis, quia odio habuisti Iudeos tibi contanguinos. Sanguis persequetur te. Iudæus populus tibi contanguinus. De Ly.] [c. Vt desinat in malum pacem habere contentum, & diuidatur lingua eorum, & turē blasphemie contra Deum possint extorere. Glosa ordi.] [d. Docentur autem ex hoc capite, quod super terrenos, cupidus & carnales, qui per mētem Seir, Edom & Idumæam signantur, diuina veniunt, ea quæ filii Israel, religiosi, & spiritalibus insistentur, aduersentur & nocent, eorumque opes dissipare cupiant. Ideo sicut sacra iustitia moluntur, ita licet eis à deo. Dion. ibidem.] [2. Magnificis contra me es vestrum, & multiplicatis aduersis me verba vestra.]

*Iudæa à gentibus vsurpata, tandem vero non suis meritis, sed dei misericordia restituetur, vt in præceptis eius ambulet.* XXXVI.

† Sup. 6. a

**V** autem filii hominis, propheta super<sup>a</sup> montes Israel, & dices: † Montes Israel audite verbum domini. Hæc dicit dominus deus: Eo quod dixerit inimicus de vobis, euge altitudines sempiternæ in hæreditatem data sunt nobis, propterea vaticinare, & dic: Hæc dicit dominus deus: Pro eo quod<sup>1</sup> desolati estis, & conculcati] per circuitum,<sup>2</sup> & facti] in hæreditatem reliquis gentibus, & ascendistis super labium linguæ & opprobrium populi, propterea montes Israel audite verbum domini dei. Hæc dicit dominus deus montibus, & collibus, torrentibus, vallibusque, & desertis,<sup>3</sup> parietinis,] & vrbibus derelictis, quæ de populo lata sunt, & subsannatæ à reliquis gentibus per circuitum. Propterea hæc dicit dominus deus:<sup>B</sup> Quoniam in igne zeli mei locutus sum de reliquis gentibus, & de Idumæa vniuersa quæ dederunt terram meam sibi in hæreditatem cum gaudio & toto corde<sup>4</sup> & ex animo,] & eiecerunt eam vt vastarent, idcirco vaticinare super humum Israel, & dices montibus, & collibus, iugis<sup>5</sup> & vallibus: ] Hæc dicit dominus deus: Ecce ego in zelo meo & in furore meo locutus sum, eo quod confusionem gentium sustinueritis. Idcirco hæc dicit dominus deus: Ego leuavi manum meam, vt gentes quæ in circuitu vestro sunt, ipsæ confusionem suam portent, vos autem montes Israel ramos vestros germinetis, & fructum vestrum afferatis populo meo Israel. Prope<sup>C</sup> enim est vt veniat. Quia ecce ego ad vos, & conuertar ad vos, & arabimini, & accipietis sementem, & multiplicabo in vobis homines omnemque domum Israel. Et habitabuntur ciuitates, & ruinosæ instaurabuntur, & replebo vos hominibus & iumentis, & multiplicabuntur & crescent. Et habitare vos faciam<sup>6</sup> sicut à principio,] bonisque donabo maioribus quàm habuistis ab initio, & scietis quia ego dominus. Et adducam super vos homines populum meum Israel, & hæreditate possidebunt te. Et eris eis in hæreditatem, & non addes vltra vt absque eis sis. Hæc dicit dominus deus:<sup>D</sup> Pro eo quod dicunt de vobis, deuoratrix hominum es, & suffocans gentem tuam, propterea homines non comedes amplius, & gentem tuam non necabis vltra, ait dominus deus. Nec auditam faciam in te amplius confusionem gentium, & opprobrium populorum nequaquam portabis, & gētem tuam non amittes amplius, ait dominus deus. Et factum est verbum domini ad me, dicens: Filii hominis, domus Israel habitauerunt in humo sua, & polluerūt eā in viis suis & in studiis suis. Iuxta immunditiam menstruatæ facta est via eorum coram me, & effudi indignationem meam super eos pro sanguine quem fuderunt super terram. Et in idōlis suis polluerunt eam, & dispersi eos in gentes, & ventilati sunt in terras, iuxta vias eorum & adiuentiones eorum iudicauī eos. † Et ingressi sunt ad gentes ad quas introierunt, & polluerūt nomen

a. Montes Israel nota maiore digni præter colles & monticulos, sunt quindecim insigniores, Laban, Libanus, Bahalgad, Hermon maior, Hermon minor, Thracæni montes, Galaad, Habarim, Petrus mons Seir, Ephraim montana Samaria siue Sion. Gelboe montes, Acabite ne montes, & hoc quinque montes in circuitu Ierusalem. De quibus Hieron. in locis Hebræicis, & post eum Zieglerus in sua Palestina. [1. Deuallant & absorbent vos. 2. Vt vos sitis. 3. Desolatis. [b. Totum siquidem caput describit liberationem iudicam & eorum consolationem. Interim etiam vocationem gentium & regnum ecclesiæ inferit in consolationem idumæorum & totius mundi. Prima causa relaxationis populi Iudæi est humilitas in insulatio, & Chaldeorum aggrauatio. Leu. 26. 41.] [c. Cum contempu animi. 4. Propterea loquitur dominus conculcatis montibus, & desolatis, & non solum montibus, sed & inferioribus, ac per singulos gradus in terra Iudæa, hoc est in monte ecclesiæ constituitis, de qua scribitur: Non potest ciuitas abscondi supra montē p̄ficta, & collibus arque torrentibus: quorum hyeme persecutio num & tempestate preduæ augetur. fides. Vallibus quoque his qui in humilitate depressi sunt, & desertis ecclesiis & parietinis, atque in toto orbe ecclesiæ in cancellibus derelictis: qualis sub Diocletiano & Maximo in toto orbetractat persecutio fuit per quam proscriptæ sunt ecclesiæ atque vastatæ quando subsannauerunt ecclesiæ omnes gentium, & hereticorum gentes per circuitum: quod in igne zeli furoris sui locutus sit Hieron. ibidem. 5. Aluerit. 6. Iuxta antiquitates vestras. [d. Quasi d. non vltra persecuta cum patiens opprobria, nec insultabunt iugulatum, populum tuum sicut omnes occisionis pace enim reddita omnia opprobria cessauerunt. Glosa ordi. ibid.] [e. Consequenter ostenditur quod filii Israel suis demeritis propriam terram perdidit, & ex sola dei misericordia eandē receperunt. Habentes enim in terra sua, nomen dei in honoreauerunt, nec illud sanctum crediderunt. Neque deus Israel blasphemauerunt, quia gentes hæc gentes reputabant deum. Israel ministrum, qui tam malum habebat populum. Dio. ibidem.]

† Isa 52 c. Romæ. a. d.

sanctum meum, cum diceretur de eis, populus domini iste est, & de terra eius egressi sunt. Et peperci nomini sancto meo, quod polluerat domus Israel in gentibus ad quas ingressi sunt. Idcirco dices domui Israel: Hæc dicit dominus deus: Non propter vos ego faciam domus Israel, sed propter nomen sanctum meum quod polluistis in gentibus ad quas intraistis. Et sanctificabo nomen meum magnum quod pollutum est inter gentes, quod polluistis in medio earum, vt sciant gentes, quia ego dominus, dicit dominus exercituum, cum sanctificatus fuero in vobis coram eis. Tollam quippe vos de gentibus, & congregabo vos de vniuersis terris, & adducam vos in terram vestram. Et effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & ab vniuersis idolis vestris mundabo vos. Et dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri. Et auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum, & spiritum meum ponam in medio vestri. Et faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis & operemini. Et habitabitis in terra quam dedi patribus vestris, & eritis mihi in populum; & ego ero vobis in deum. Et saluabo vos ex vniuersis inquinamentis vestris, & vocabo frumentum & multiplicabo illud, & non imponam vobis famem. Et multiplicabo fructum ligni, & genimina agri, vt non portetis vltra opprobrium famis in gentibus. Et recordabimini viarum vestrarum pessimarum, studiorumque non bonorum & displicebunt vobis iniquitates vestrae & scelera vestra. Non propter vos ego faciam, ait dominus deus, notum sit vobis, confundimini & erubescite super vis vestris domus Israel. Hæc dicit dominus deus: In die qua mundauero vos ex omnibus iniquitatibus vestris, & inhabitari fecero vrbes, & instaurauero ruinosas, & terra deserta fuerit ex-culta, quæ quondam erat desolata in oculis omnis viatoris, dicent: Tertia illa inculta facta est vt hortus voluptatis, & ciuitates desertæ & destitutæ atque suffocæ munitæ sederunt. Et scient gentes quæcunque derelictæ fuerint in circuitu vestro, quia ego dominus ædificauit dissipata, plantauitque inculta, ego dominus locutus sum & fecerim. Hæc dominus deus: Adhuc in hoc inuenient me domus Israel, vt faciã eis. Multiplicabo eos sicut gregem hominum, vt gregem sanctum, vt gregem Ierusalem in solennitatibus eius. Sic erunt ciuitates desertæ plenæ gregibus hominum, & scient quia ego dominus.

f. Recta de deo doctrina animam sanctificat, nomen autem domini apud homines pollui dicitur, cum per falsam doctrinam, hæresim vel idolatriam, sacrificia vana offeruntur domino, qui vera sacrificia offert & sancta, nomen suum sanctificare dicitur. Sacrificia enim ista que deo dedicata sunt. Chylos. in Ioannem. hom. 81.

g. Oportet verò aquam mundam prius & sanctificari à sacerdote: vt possit baptismo suo peccata hominis qui baptizatur abluere, quia per Ezechielem prophetam dominus dicit: Et aspergam super vos aquam mundam, &c. Cyria. Epist. 12.

h. Cor lapideum tollit, cum à nobis superbi duritiam liberauit. & cor carneum tribuit, cum eandem duritiam ad sensum reducit. Greg. Moral. lib. 10. ca. 13.

i. Non carnaliter sicut carnalis Israel, sed spiritaliter sicut spiritalis Israel dchenus accipere. Ecclesia quippe sine macula & ruga ex omnibus gentibus congregata, æque in æternum regnatura cum Christo, ipsa est terra beatorum, terra viuicium. Ipsa est intelligenda pariter dicitur, quando eis certa & immutabili dei voluntate promissa est: quoniam ipsa promissionis vel prædestinationis firmitate iam data est, quæ danda suo tempore à patribus erehta est. Augu. de doctrina Christi. lib. 3. cap. 34.

7. Iudicabitur vos exilio dignos in oculis vestris propter iniquitates vestras.

8. Eden.

9. Manserunt.

k. Multiplicabo eos quantum ad bonos mores, qui prius erant tanquam bestialiter viuere: vt gregem sanctum per interceptionem hie iustificantis. Vt gregem Ierusalem in solennitatibus eius: In quo designatur multitudo credentium de gentibus sicut in solennitatibus maxime pasche pentecostes, & tabernaculum conueniebat in Ierusalem populus iustus. De Lyra ibid. 1.

† Sup. 11. d

† De conf. di. 4. cap. Nec quenquam. † Sup. 11. d

† Rom. 6. d

*Reducenda tandem duodecim tribus Israel aridis ossibus prædicantur: quarum vnicus erit pastor Christus, finale iudicium executurus. XXXVII.*



Acta est super me manus domini, & eduxit me in spiritu domini, & dimisit me in medio campi qui erat plenus ossibus, & circumdixit me] per ea in gyro. Erant autem multa valde super faciem campi, siccaque vehementer. Et dixit ad me: Fili hominis, putasne viuent ossa ista? Et dixit Dominus deus, tu nosti. Et dixit ad me: Vaticinare de ossibus istis. Et dices eis: Ossa arida, audite verbum domini. Hæc dicit dominus deus ossibus his: Ecce ego intromittam in vos spiritum, & viuetis, & dabo super vos nervos, & succrescere faciam super vos carnes, & superextendam in vobis cutem, & dabo vobis spiritum & viuetis: & scietis, quia ego dominus: Et prophetaui sicut præceperat mihi. Factus est autem sonitus prophetante me, & ecce commotio. Et accesserunt ossa ad ossa, vnumquodque ad iuncturam suam. Et vidi, & ecce super ea nerui & carnes ascenderunt, & extensa est in eis cutis desuper, & spiritum non habebant. Et dixit ad me: Vaticinare ad spiritum, vaticinare fili hominis, & dices ad spiritum: Hæc dicit dominus deus. A quatuor ventis veni spiritus, & insuffla super interfectos istos, & reuiuifcant. Et prophetaui sicut præceperat mihi. Et ingressus est in ea spiritus, & reuixerunt: steteruntque super pedes suos exercitus grandis nimis valde. Et dixit ad me: Fili hominis, ossa hæc vniuersa, domus Israel est. Ipsi dicunt: Aruerunt ossa nostra, & periit spes nostra, & abscissi sumus. Propterea vaticinare, & dices ad eos: Hæc dicit dominus deus:

a. Resurrectio martirum futura propheta sub figura ostenditur.

b. Transire me fecit.

c. Vtique cum spiritum suum dixerit, nunquid alium præter spiritum sanctum nuncupauit? Neque enim facilem spiritum suum diceret, nec hic spiritus à quatuor mundi partibus venire cardinibus: quia ventorum status hic quem videmus, variis, non vniuersitatis est. Et hic spiritus quo viuimus, singulorum non vniuersorum est. Spiritus autem sanctus est, vt & super omnes, & in omnibus sit. Ambro. de spiritu sancto lib. 1. cap. 20.

a. Coniunxerunt se ossa, & ad os suum.

c. Vide nunc quemadmodum & auditum in ossibus & motus prius ostendat esse, quam viæ spiritus refundatur. Nam & supra ossa arida subentur audite, quasi sensum habeant audientis: & hic crederet vnumquodque eorum ad suam compagine prophetice sermone signatur. Magna domini gratia quod futuræ resurrectionis propheta testis adhibetur: vt nos quoque ea oculis videremus. Amb. de sid. resurrect.

deus: Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris populus meus, & inducam vos in terram Israel. Et scietis quia ego dominus, cum aperuero sepulchra vestra, & eduxero vos de tumulis vestris popule meus, & dederō spiritū meū in vobis, & vixeritis. Et requiescere vos faciam super humum vestram, & scietis quia ego dominus locutus sum & feci, ait dominus deus. Et factus est sermo domini ad me, dicens: <sup>c</sup> Et tu fili hominis sūme tibi lignum vnum, & scribe super illud, Iudæ & filiorū Israel & sociorum eius. Et tolle lignum alterum, & scribe super illud, Ioseph lignum Ephraim, & cunctæ domus Israel sociorumque eius. Et adiunge illa, vnum ad alterum tibi in lignum vnum, & erunt in vnionem in manu tua. Cum autem dixerint ad te filii populi tui loquentes: nōne indicas nobis quid in his tibi velis? loquēris ad eos: Hęc dicit dominus deus: Ecce ego assumam lignum Ioseph quod est in manu Ephraim, & tribus Israel quæ sunt ei adiunctæ, & dabo eas pariter cum ligno Iudæ, & faciam eas in lignum vnum, & erunt vnum in manu eius. Erunt autem ligna super quæ scipseris in manu tua in oculis eorum, & dices ad eos: Hęc dicit dominus deus: Ecce ego assumā filios Israel de medio nationum ad quas abierunt, & congregabo eos vndique, & adducam eos ad humum suam. Et faciam eos in gentē vnā in terra in montibus Israel, <sup>d</sup> & rex vnus erit omnibus imperans. <sup>e</sup> Et non erunt vltra duæ gentes, nec diuidentur amplius in duo regna. Neque polluentur vltra in idōlis suis, & abominationibus, & cunctis iniquitatibus suis, & saluos eos faciam de vniuersis sedibus suis in quibus peccauerunt, & emundabo eos & erunt mihi populus, & ego ero eis deus, & seruus meus Dauid rex super eos, & pastor vnus erit omnium eorum. In iudiciis meis ambulabunt, & mandata mea custodient, & facient ea. Et habitabunt super terram, quam dedi seruo meo Iacob, in qua habitauerunt patres vestri, & habitabunt super eam ipsi & filii eorum, & filii filiorum eorum vsque in sempiternum, & Dauid seruus meus princeps eorum in perpetuum. <sup>f</sup> Et percutiam illis fœdus pacis, pactum sempiternum erit eis. <sup>g</sup> Et fundabo eos & multiplicabo, & dabo sanctificationem meam in medio eorum in perpetuum. Et erit tabernaculum meum in eis, & ero eis deus, & ipsi erunt mihi populus. Et scient gentes quia ego dominus sanctificator Israel, cum fuerit sanctificatio mea in medio eorum in perpetuum.

† Ioh. 10. G. D

Infraco dem. † Sup. 14. f. Ioh. 1. g. 10. b. 11. 4. o. c. Iere. 23. a. Danic. 9. g.

† Ioh. 12. e. Psal. 16. a. 109. b. supra. codem

d. Hęc quoque prædicationem scio qualiter concipiunt in allegoria argumentationem: quia dicendo ista ista omnis dominus est Israel, in imaginem ea fecerit Israel, sed propria conditione transiit: atque ita figuratam esse non veram resurrectionis prædicationem. Statum enim Iudæorum deformari quod dammodo enormium & exardum & dispersum in campo orbis. Itaque & imaginem reserretionis in illi allegorizari quia recolligi habeat, & recompingi os ad os, id est, tribus ad tribum, & populus ad populum, & corporari carnis facultate, necuis regni: atque ita de sepulchris, id est, de habitaculis captiuitatis tristicis, atque teterrimis educi, & refrigerii nomine respirari & viuere exinde in terra sua Iudæ. Et quid post hæc mortetur sine dubio. Et quid post mortem. Nulla opinor, resurrectionis, si non hæc erit ipsa, quæ si zechioli reuelatur. Terrul. de resurrectione carnis.

e. Si Iudæi & Christiani Iudæantes, admittent annorum regnū hæc referre voluerint, necessitate cogentur vt suscipiant omnes qui salui fuerunt in habitaculis in terra Israel, & edificandā Ierusalem extruendum templum, omnes legis ceremonias obseruandas, & sabbarum, & circumcissioni iniuriam, & mandata & bibendam, & diuitiarū abundantiam pro summa beatitudine, & cunctis operibus estimandum. Glosi ord. ibidem. j. f. Quomodo autem in typo resurrectionis superior sermo propheticus restitutionem Iudæi populi demonstrat, non carnalis, sed spiritalis: & ita propheta, nequaquā ad carnem, sed ad animam pertinet facultatem, & ad Christi fidem qua mundatur in baptisate, cuius regnū in perpetuum est, vt non expectemus veniunt quæ transiit sunt, & quotidie transiit nouimus. Hieron. ibidem. j. Et ponam.

Gog & Magog in gregem domini sciētes ab ouili repellentur & occidentur. XXVIII.

**E**T factus est sermo domini ad me dicens: <sup>a</sup> Fili hominis, pone faciem tuam contra <sup>a</sup> Gog, & terram Magog, principem capitis Mosoch & Thubal, & vaticinare de eo, & dices ad eum: Hęc dicit dominus deus: Ecce ego ad te Gog principem capitis Mosoch & Thubal. Et <sup>b</sup> circumagam te, & ponam frænum in maxillis tuis, & educam te & omnem exercitum tuū, equos & equites vestitos <sup>c</sup> loriceis vniuersos, ] multitudinem magnam, hastam & clypeum arripientium & gladium. Persæ, Æthiopes, & Libyes cum eis, omnes scutati & galeati. <sup>d</sup> Gomer & vniuersa agmina eius, domus Tógorma latera aquilonis, & totum robur eius, populique multi tecum. Præpara & instrue te & omnem multitudinem tuā, quæ coaceruata est ad te, & esto eis in <sup>e</sup> præceptum. ] Post dies multos visitaberis, <sup>f</sup> In nouissimo annorum venies ad terram quæ <sup>g</sup> reuerfa est à gladio, & congregata est de populis multis, ad montes Israel qui fuerunt deserti iugiter. Hęc de populis <sup>c</sup>educta est, & habitabunt in ea confidenter vniuersis. <sup>h</sup> Ascendens autem quasi tempestas venies, & quasi nubes vt operias terram, tu & omnia agmina tua, & populi multi tecum. Hęc dicit dominus deus: In die illa ascendent sermones super cor tuum. cogitabis cogitationem pessimam, & dices: Ascendam ad terram absque muro. Veniam ad quiescentes habitantēsq; securē: hi omnes habitant sine muro, vectes & portæ non sunt eis. Vt diripias spolia & inuadas prædam, vt inferas manum tuam super eos qui deserti fuerant, & postea restituti, & super populum qui est congregatus <sup>d</sup> ex gentibus, qui possidere cœpit, & esse habitator vmbilici terræ. <sup>e</sup> Saba & Dedan, &

† Apoc. 20. e. A



a. Gentes quippe istæ, quas appellat Gog & Magog, non sic sunt accipiendæ, tanquam sint aliqui in aliqua parte terrarum barbari conditi, sive quos suspicantur Getas & Massagetas propter literas horum nominiū primas, sive aliquos alios alienigenas, & à Romano iure testuōtos. Toto namque orbe terrarū significatæ sunt istæ esse, cum dictum est Apocal. 20. Et seducebunt gentes quæ sunt super 4. angulos terre Gog & Magog Augu. de ciuita. dei. lib. 20. cap. 11. 1. Reuerdam, & imponam hamum.

2. Omni armorum genere.

3. Cūctidiam.

b. Cum venisset Alexander Macedo ad montes Caspios, miserunt ad eum filii captiuitatis decem tribuum, petentes ab eo in grediendi facultatem. Cūque quæsiisset causam captiuitatis, ac cepit eos recessisse apertē à deo Israel virulis autem immobilis: & per prophetas dei prædictum esse eos à captiuitate non redituros. Tunc respondit quiddam arctius eos includeret. Cūqueque obstrueret viam, vidit laborem hominum non sufficere, orauit deum Israel, vt opus illud compleret. Et accesserunt ad se inuicem prærupta montium, & factus est locus immovebilis. A quoniam in fine mundi cum Gog & Magog egredientur. Comest. 2. histo. lib. Ethier. c. 5

4. Contra.

l.e.g.d.Sic.Et ideo ad hoc est, in  
 tendendum quonia ad diripien-  
 dam praedam congregasti multi-  
 tudinem tuam vt tollas argentu  
 & aurum, & auferas suppellectile  
 & substantiam, & diripias manubias  
 infinitas. Dion.ca.19.  
 5. Peccora & possessionem.  
 d. Gog ille Gorchus est, que iam  
 videmus exisse, de quo promit-  
 tur nobis futura victoria dice-  
 te domino: Et deprædabuntur  
 eos qui deprædati eos fuerat, &  
 despoliabunt eos qui sibi spolia  
 detraherunt, dicit dominus, &  
 e. Ambrosius, lib.2. ca.4.  
 e. Qui sit autem locus Gog &  
 Magog, hoc est hereticæ prauit-  
 atis, sequens sermo demonstrat:  
 à lateribus aquilonis, qui om-  
 nem calorem credentium refri-  
 gerare conatur. Venientque eū  
 eo populi multi, omnes ascen-  
 tes equorum, de quibus scriptum  
 est: Equum & ascensorem proie-  
 cit in mare. Cætu magnus & e-  
 xercitus vehemens, cum quibus  
 ascēdes super populum meum  
 Israel, quasi nubes & caligo, vt o-  
 perias terram meam. Hierony. j  
 ibidem.  
 f. Pisces maris, i. existēs in ce-  
 lestia, in quolibet statu quorum  
 aliqui sunt voluptuosi, ideo cō-  
 parantur piscibus existentibus  
 in mari & aliqui superbi alta pe-  
 tentes, vt volucres cæli, & ali-  
 qui simplices vt bestia agri & a-  
 liqui cupidi super terram repti-  
 ter, & aliqui homines rationa-  
 biliter viuentes. De Lyr. j  
 6. Gradus.  
 g. Hoc quidam exponunt quod  
 Antichristo occiso inter reliquos  
 sui exercitus erit dissensio at-  
 que inuasio, vnde se mutuo oc-  
 cidēt. Vel dici potest, quod Antichristo  
 adhærenter impugna-  
 bunt quoscumque proximos suos  
 in Christi fide constantes.  
 Dion. ibidem.  
 7. Grandinis.

negotiatores Tharsis, & omnes leones eius dicent tibi: <sup>a</sup> Nunquid ad sumenda spolia tu venis? Ecce ad diripiendam prædam congregasti multitudinem tuam, vt tollas argentum & aurum, & auferas <sup>b</sup> suppellectilem atque substantiam, ] & diripias manubias infinitas. <sup>d</sup> Propterea vaticinare fili hominis, & dices ad Gog. Hæc dicit dominus deus: Nunquid non in die illo cum habitauerit populus meus Israel cōfidenter, scies, <sup>e</sup> & venies <sup>c</sup> de loco tuo à lateribus aquilonis, tu & populi multi tecum, ascensores equorum vniuersi, cætu magnus & exercitus vehemens? Et ascendes super populū meum Israel quasi nubes vt operias terram? In nouissimis diebus eris, & adducam te super terram meam, vt sciant gētes meæ cum sanctificatus fuero in te in oculis eorum o Gog. Hæc dicit dominus deus: Tu ergo ille es, de quo locutus sum in diebus antiquis in manu seruatorum meorum Prophetarum Israel, quæ prophetauerunt in diebus illorum tēporum vt adducerem te super eos? <sup>f</sup> Et erit in die illa, in die aduentus Gog super terrā Israel, ait dominus deus, ascendet indignatio mea in furore meo & in zelo meo. In igne iræ meæ locutus sum, quia in die illa erit commotio magna super terram Israel, ] & commouebuntur à facie mea <sup>g</sup> pisces maris, & volucres cæli, & bestia agri, & omne reptile quod mouetur super humum, cunctique homines qui sunt super faciem terræ. Et subuertentur montes, & cadent <sup>h</sup> sepes, ] & omnis murus corruet in terram. <sup>i</sup> Et cōuocabo aduersus eum in cunctis montibus meis gladium, ait dominus deus. <sup>b</sup> Gladius vniuscuiusque in fratrem suum dirigitur. Et iudicabo eum peste & sanguine & imbre vehementi, & lapidibus <sup>7</sup> immensis. ] Ignem & sulphur pluam super eum, & super exercitum eius, & super populos multos qui sunt cum eo. Et magnificabor, & sanctificabor, & notus ero in oculis multarum gentium, & scient quia ego sum dominus.

† Mar. 24. e  
 Luc. 21. c

*Gog & Magog destruendi feris & auibus præda fient: populum autem captiuum dominus rursum libertate donabit.* X X X I X.



V autem fili hominis, vaticinare aduersum Gog, & dices: Hæc dicit dominus deus: <sup>a</sup> Ecce ego super te Gog principem capitum Mosoch & Thubal. <sup>b</sup> Et circumagam te, <sup>c</sup> & seducam te, ] & ascendere te faciam de lateribus aquilonis, & adducam te super montes Israel. Et percutiam arcum tuum in manu sinistra tua, & sagittas tuas de manu dextera tua deiciam: Super montes Israel cades tu & omnia agmina tua, & populi tui qui sunt tecum. Feris, auibus, omnique volatili cæli & bestiis terræ dedi te ad deuorandum. Super faciem agri cades, quia ego locutus sum, ait dominus deus. <sup>d</sup> Et immittam ignem in Magog, & in iis qui habitant in insulis cōfidenter, & scient quia ego dominus. Et nomen sanctum meum notum faciam in medio populi mei Israel, & non polluam nomen sanctum meum amplius, & sciēt gentes quia ego dominus sanctus Israel. Ecce venit, & factum est, ait dominus deus: Hæc est dies de qua locutus sum. Et egrediētur habitatores de ciuitatibus Israel, & succendent & comburent arma, clypeum & hastas, arcū & sagittas, & baculos manuum, & contos, & succendent ea igni septē annis. <sup>e</sup> Et non portabunt ligna de regionibus, neque succident de saltibus, quoniam arma succendent igni, & deprædabuntur eos quibus prædæ fuerant, & diripient vastatores suos, ait dominus deus. Et erit in die illa, dabo <sup>f</sup> Gog locum nominatum sepulchrum in Israel, vallem <sup>g</sup> viatorum ] ad orientem maris, quæ <sup>h</sup> obstupescere faciet prætereuntes. ] <sup>b</sup> Et sepelient ibi Gog, & omnem multitudinem eius, & vocabitur vallis multitudinis Gog, & sepelient eos domus Israel, vt mundent terram septem mensibus. <sup>i</sup> Sepeliet autem eum omnis populus terræ, & erit eis nominata dies in qua glorificatus sum, ait dominus deus. Et viros iugiter constituent lustrantes terram qui sepeliant, & requirant eos qui remanserant super faciem terræ, vt emundent eam. Post menses autem septem <sup>k</sup> quærere incipiet, ] & circuibunt peragrantes terram. Cūque viderint os hominis, statuent iuxta illud titulum, donec sepeliant illud <sup>l</sup> pollinctores ] in valle multitudinis Gog. Nomen autem ciuitatis Hamona, & mūdabunt terram. Tu ergo fili hominis: hæc dicit dominus deus:

a. Et hæc iudaica traditio-  
 nis hæreticæ & discipuli intermina-  
 bilium fabularum post mille a-  
 norum regnum, furra contem-  
 dunt interficiendūque Gog  
 principē Ros Mosoch & Thu-  
 bal in montibus & sinibus Israel  
 & ab omnibus volatilibus & be-  
 stis deuorandum, & habitato-  
 res vrbium Israel septem annis  
 signorum vsum nequiam ha-  
 bituros, de iudicacione siluarum,  
 feli de armis Gog, scilicet  
 & hastis, baculis sine contis & si-  
 gillatipsum autem Gog sepeli-  
 endum in valle, que Hebraicè  
 dicitur נַחֲלָה & nomen sepul-  
 chri illius appellandum polyan-  
 deion, vbi scilicet multitudo ho-  
 minum sit sepulta, &c. Hic. ibi.  
 e. Ego retundam te, & lex ponit  
 afflictam te.  
 \* Ipsi.  
 a. Per quam transeunt.  
 b. Sic faciet obturare nates tran-  
 seuntium.  
 b. Alii doctores per habitatores  
 ciuitatum Israel, intelligunt ci-  
 ues coelestes, in diuersis mansio-  
 nibus patris consistetes. De qui-  
 bus ciuitatibus etiam ad literā  
 exponunt illud psal. 68. Aedifi-  
 cabuntur ciuitates iuda. Cives  
 isti egrediētur de caelo cū Chri-  
 sto, vt per approbationem iudi-  
 cent: secum & præinducta arma  
 succendant igni, id est, armatos  
 Antichristi & eius ministros cū  
 Antichristo suo ad ignem gehē-  
 nae condemnent, succendentque  
 ea septem annis, id est, duratio-  
 ne cōpleta atque perpetua, quæ  
 per septem significatur. Nam v-  
 niuersitas temporis septenario  
 significatur, quoniam septē die-  
 bus omne tempus hoc voluitur  
 Dion. ibidem.  
 k. Finient explorationem.  
 l. Tumulari.

† Apoc. 20.6





14. Gazophylacia secundū Gregorium doctorum corda, sapientie & scientie diuinitas plena. Ductus autem propheta ad atrium exterius gazophylacium fortis vidit quia alia est contemplatio quæ quantum videt dicere non valet. Alia vero scientia atque doctrina quæ tantum videt quantum per linguam exprimeret. Glosa ord. ibidem. J. Camera, vel cubicula, & infra. 5. A latere. e. Mensus est autem vir cuius finiculus in manu erat, portam quoque Aquilonis atrii exterioris, sive introductus prophetam per portam Aquilonis ad atrium exterius. In quo considerandum quod primū introducatur per portam Aquilonis, secundo per portam Austris, tertio per portam Orientalem. Ab Aquilone enim exardescunt mala super habitatores terre. Pulchreque qui habitator terre est, & non aduena atque peregrinus, parat iaculis eius qui venit ab Aquilone: cuius ignita sunt iacula, quæ iuxta Apollolum scuto fidei resinguntur. Et ad Aquilonem exterius atrium nominatur ad me scilicet verus, hoc est, ad Austris, non exterius sed interius. Hier. ibidem. f. Fornices, sive refectines, & infra. 16. Hic vestibulum est, & hic atrium primitiuū ecclesie temerè non baptizant: confessionem enim non solum sed & obedientie periculum baptismum præmittit. Holocaustum postimum hinc locum habet & pro peccato & pro delicto. Verè ineffabile est eucharistia oblatio. Missæ cum modis tantis sunt, vt eas citius ardeat conceperis quā sancti expresseris. Summa per eam peccata commissa dimittuntur, & gratia per eam peccata remissa dimittuntur, & gratia per eam conferuntur, quo vitæ non facta. 2. Loric. ibidem. g. Vnumquodque igitur horum vestibulorum seu portarum multo replicet diuisum erat. Vnde & scriptura sepe vnam eadēque portam modo singulariter, pro toto, vestibulum modo pluraliter pro partibus, vestibula vocat. Principaliter tamē vna quæque porticus in tria diuidebatur. Vnde & in sequentibus vna illarum triplex nominatur. Richardus de S. Victo. vbi primum. cap. 4. h. Hec est in frontibus portæ quæ habuit duas frontes, ad quodlibet latus vnam, & in qua liber fuit vna palma cæclata, ornata ac picta. Dion. ibid. i. Hæc est tertia pars in qua describitur Aquilonaris porta interioris atrii, vt patet ex littera præcedenti. De Lira. ibidem. 2. Impellebant. k. In quibus verbis magna calligo dubietatis oritur, vnam de vna porta quilibet, an de duabus, an de singulis portis dicatur. Sed dum quartum mensuræ per latera describitur, ac postmodum in conclusione dicitur: Octo mensæ erit super quas immolabant. Patet quia hoc spiritus non de singulis portis, quas superius descripsit, dicit. Greg. in Ezech. hom. 21. 8. Instrumenta. 9. Tripodes palmi vnus parati erant, vel vicini ferrei. l. Mirum est quod dicitur: in atrio interiori, quod erat in latere portæ respicientis ad Aquilonem. Atrium namque interioris non erat in latere huius portæ, sed potius ante ipsam fuit quia inter tres portas interiores medium iacuit. Sed cum dicitur atrium interioris vel atrium exterius non vniuersimode hoc semper accipere debemus. Dicitur est atrium interioris quod centū cubitorum quatuor versum in medio locatur, & atrium exterius quo interius atrium ex omni parte patebat. Rich. de S. Victo. ca. 11.

in thalamis & in frontibus eorum, quæ erant intra portam vndique per circuitum. Similiter autem erant & in vestibulis fenestræ per gyrum intrinsecus, & ante frontes pictura palmarum cæclata. Et eduxit me ad atrium exterius, & ecce <sup>d</sup> <sup>d</sup> gazophylacia] & pavementum stratum lapide in atrio per circuitum. Triginta gazophylacia in circuitu pavementi, & pavementum <sup>s</sup> in fronte ] portarum secundum longitudinem portarum erat inferius. Et mensus est latitudinem à facie portæ inferioris vsque ad frontem atrii interioris extrinsecus. centum cubitos ad orientem & ad aquilonem. <sup>e</sup> Portam verò quæ respiciebat viam aquilonis atrii exterioris mensus est tam in longitudine quàm in latitudine, & thalamos eius tres hinc & tres inde, <sup>f</sup> & frontem eius & vestibulum eius secundum mensuram portæ prioris quinquaginta cubitorum longitudinem eius, & latitudinem viginti quinque cubitorum. Fenestræ autem eius & vestibulum ] & sculpturæ secundum mensuram portæ quæ respiciebat ad orientem, & septem graduum erat ascensus eius. Et vestibulum ante eam, & porta atrii interioris contra portam aquilonis & orientalem. Et mensus est à porta vsque ad portam centum cubitos. Et eduxit me ad viam australem, & ecce porta quæ respiciebat ad austrum. Et mensus est frontem eius & vestibulum eius iuxta mensuras superiores, & fenestras eius & vestibula in circuitu sicut fenestras cæteras, quinquaginta cubitorum longitudine, & latitudine viginti quinque cubitorum, & in gradibus septem ascendebatur ad eam. <sup>f</sup> Et vestibulum ante fores eius, & cælatæ palmæ erant, vna hinc & altera inde in fronte eius, & porta atrii interioris in via australi. Et mensus est à porta vsque ad portam in via australi, centum cubitos. <sup>g</sup> Et introduxit me in atrium interioris ad portam australem, & mensus est portam iuxta mensuras superiores, thalamum eius, & frontem eius, & vestibulum eius iisdem mensuris, & fenestras eius & vestibulum eius in circuitu quinquaginta cubitos longitudinis, & latitudinis viginti quinque cubitos, & vestibulum per gyrum longitudine viginti quinque cubitorum, & latitudine quinque cubitorum. Et vestibulum eius ad atrium exterius, & palmas eius in fronte, & octo gradus erant quibus ascendebatur per eam. Et introduxit me in atrium interioris per viam orientalem, & mensus est portam secundum mensuras superiores, thalamum eius & frontem eius & vestibulum eius sicut supra, & fenestras eius & vestibula in circuitu longitudine quinquaginta cubitorum, & latitudine viginti quinque cubitorum, & vestibulum eius, id est, atrii exterioris, <sup>h</sup> & palmæ cæclatæ in fronte eius hinc & inde, & in octo gradibus ascensus eius. <sup>i</sup> Et introduxit me ad portam quæ respiciebat ad aquilonem. <sup>j</sup> Et mensus est secundum mensuras superiores thalamum eius, & frontem eius, & vestibulum eius, & fenestras eius per circuitum, longitudine quinquaginta cubitorum, & latitudine viginti quinque cubitorum, & vestibulum eius respiciebat ad atrium exterius, & cæclatura palmarum in fronte eius hinc & inde, & in octo gradibus ascensus eius: & per singula gazophylacia ostium in frontibus portarum. Ibi <sup>k</sup> lauabunt ] holocaustum. <sup>l</sup> Et in vestibulo portæ duæ mensæ hinc & duæ mensæ inde, vt immoletur super eas holocaustum, & pro peccato & pro delicto. Et ad latus exterius quod ascendit ad ostium portæ quæ pergit ad aquilonem, duæ mensæ, & ad latus alterum ante vestibulum portæ, duæ mensæ. Quatuor mensæ hinc, & quatuor mensæ inde: per latera portæ octo mensæ erant super quas immolabant. Quatuor autem mensæ ad holocaustum de lapidibus quadratis extructæ longitudine cubiti vnus & dimidii, & latitudine cubiti vnus & dimidii, & altitudine cubiti vnus, super quas ponent <sup>m</sup> vasa in ] quibus immolatur holocaustum & victima. <sup>n</sup> Et <sup>o</sup> labia earum palmi vnus reflexa ] intrinsecus per circuitum. Super mensas autem carnes oblationis. <sup>1</sup> Et extra portam interiorē gazophylacia centorum in atrio interiori, quod erat in latere portæ respicientis ad aquilonem, & facies eorum contra viam australem, vna ex latere portæ orientalis, quæ respiciebat ad viam aquilonis. Et dixit ad me: Hoc gazophylacium quod respicit viam meridianam est sacerdotum, qui excubant in custodiis templi: porro gazophylacium quod respicit ad viam aquilonis, sacerdotum erit, qui excubant ad ministerium altaris.

<sup>1</sup> Isti sunt filii Sadoch, qui accedunt de filiis Leui ad dominum, ut ministrent ei. Et mensus est atrium longitudine centum cubitorum, & latitudine centum cubitorum per quadrum, & altare ante faciem templi. Et introduxit me in vestibulum templi, & mensus est vestibulum quinque cubitis hinc, & quinque cubitis inde: & latitudinem portæ trium cubitorum hinc, & trium cubitorum inde: longitudinem autem vestibuli viginti cubitorum, & latitudinem undecim cubitorum. Et octo gradibus ascendebatur ad eum, & columnæ erant in frontibus, una hinc & altera inde.

[Hoc dicitur, quia Salomon reg. 7. abiecit Abiathar de summo sacerdotio, insumit Sadoch loco eius, & sic summum sacerdotium fuit relictum ad progeniam Eleazar filii Aaron, sicut plenius dicitur tunc ibidem. Consequenter ponitur mensura atrii interioris, cum dicitur: Et mensus est atrium. De 1y. ibi.]

Mensura templi iuxta partes suas, & quæ eisdem pertinent. XLI.

**A** T introduxit me in templum, & mensus est frontes, sex cubitos latitudinis hinc, & sex cubitos latitudinis inde, latitudinem tabernaculi. Et latitudo portæ decem cubitorum erat, & latera portæ quinque cubitis hinc, & quinque inde. Et mensus est longitudinem eius quadraginta cubitorum, & latitudinem viginti cubitorum. Et introgressus intrinsecus mensus est in fronte portæ duos cubitos, & portam sex cubitorum, & latitudinem portæ septem cubitorum. <sup>b</sup> Et mensus est longitudinem eius viginti cubitorum. & latitudinem viginti cubitorum ante faciem templi. Et dixit ad me: Hoc est sanctum sanctorum. Et mensus est parietem domus sex cubitorum, & latitudinem <sup>1</sup> lateris ] quatuor cubitorum, undique per circuitum domus. <sup>2</sup> Latera autem lateris ad lateris bis trigintaria. ] Et erant eminentia quæ ingrederentur per parietem domus <sup>3</sup> in lateribus ] per circuitum, ut continerent, & non attingerent parietem templi. <sup>4</sup> Et <sup>4</sup> platea erat in rotundum, ascendens sursum ] per cochleam, & in cœnaculum templi deferebat per gyrum. Idcirco latius erat templum in superioribus: & sic de inferioribus ascendebatur ad superiora, <sup>5</sup> & in ] medium. Et vidi in domo altitudinem per circuitum <sup>6</sup> fundata latera ] ad mensuram calami sex cubitorum spatium, & latitudinem per parietem <sup>7</sup> lateris ] forinsecus quinque cubitorum. Et erat interior domus in lateribus domus. Et inter gazophylacia latitudinem viginti cubitorum in circuitu domus undique. Et ostium <sup>8</sup> lateris ad orationem, ] ostium vnum ad viam aquilonis, & ostium vnum ad viam australem, & latitudinem loci <sup>9</sup> ad orationem ] quinque cubitorum in circuitu. <sup>d</sup> Et ædificium quod erat <sup>10</sup> separatum, ] versusque ad viam respicientem ad mare latitudinis septuaginta cubitorum: paries autem ædificii quinque cubitorum latitudinis per circuitum, & longitudo eius nonaginta cubitorum. <sup>e</sup> Et mensus est domus longitudinem centum cubitorum, & quod separatum erat ædificium & parietes eius longitudinis centum cubitorum. Latitudo autem ante faciem domus, & eius quod erat separatum contra orientem, centum cubitorum. Et mensus est longitudinem ædificii contra faciem eius quod erat separatum ad dorsum <sup>11</sup> ethecas ] ex vtraque parte centum cubitorum, & templum interius, & vestibula atrii, limina & fenestras <sup>12</sup> obliquas: ] ethecas in circuitu per tres partes contra vniuscuiusque limen, stratumque ligno per gyrum in circuitu. Terra autem vsque ad fenestras, & fenestras clausas <sup>13</sup> super ostia, & ] vsque ad domum interiorē & forinsecus, & omnem parietem in circuitu intrinsecus & forinsecus ad mensuram, & fabricati Cherubim & palmæ. <sup>e</sup> Et palma inter Cherub & Cherub. <sup>f</sup> Duasque facies habebat Cherub, faciem hominis iuxta palmam ex hac parte, & faciem leonis iuxta palmam ex alia parte expressam. Per omnem domum in circuitu, de terra vsque ad superiorem partem Cherubim & palmæ celata erant in pariete templi. Limen quadrangulum, & facies sanctuarii aspectus, <sup>14</sup> contra aspectum. Altaris lignei ] trium cubitorum altitudo, & longitudo eius duorum cubitorum, & anguli eius & longitudo eius & parietes eius lignei. Et locutus est ad me: Hæc est mensura coram domino. <sup>f</sup> Et duo ostia erant in templo & in sanctuario, & in duobus ostiis ex vtraque parte bina erant ostiola: quæ in se invicem applicabantur. Bina enim ostia erant ex vtraque parte ostiorum. Et celata erant

2. Cameræ autem erant camerae super cameram triginta triu podium. In cameris. 3. Hæc est tertia pars in qua describitur cochleas templi, cuius dicitur: Et platea erat in rotundum, i. quædam vacuitas rotunda intra quadratum murorum in qua tamen ponuntur gradus cicculatitæ ascendendo, quæ Gallicè vocatur vne viz. Et in cœnaculum templi, i. in primum solarium & secundum: Nam hoc templum ponitur habere tres mansiones, sicut & templum Salomonis. De 1y. ] 4. Dilatabatur spatium sursum ascendendo ad cameram. 5. Per. 6. Fundamenta camerarum. 7. Camera. 8. Camera erat iuxta spatium vacuum. 9. Vacui derelicti. 10. Ut post labores & pericula & scilicet istius fluctus atque naufragia, & annos septuaginta de quibus Ieremias scribit, & Daniel, & Zacharias. Verum v. legitimum decadarum sabbatum consequamur, ut sit nobis æterna requies: & per quinque cubitorum latitudinem veniamus ad longitudinem nonaginta cubitorum: quæ ætas de temporum missione filium Sara genuerit: quæ nonaginta annorum, id est novem decadarum peperit Isaac. Iuxta Abraham centenario, id est, decem decalarum habenti mysterium. Hiero. ibid. 10. Ante faciem loci interitici a domo. 11. Thalamos, & infra. 12. Extrinsecus latera, & intrinsecus angustas. 13. A superiori parte ostii. 14. Denique item intra templi continebantur duo Cherub. Omnia hæc templi hoc est ecclesiæ catholice unitatem & maiestatem designat. Duo vero Cherub seorsim habent significationem. Vides ergo hereses omnes esse vanas, & nihil scientiæ habere Dei. Et quo se plus de scientia iactant, hoc certius est, eius minus illis esse: Apparentiam scientiæ qua se mundo adeo vendicant per simplicissimum catholicum plus fidei & sanctimoniam quam evaditionis & faciendi habentem Deus optimus maximus confundet. Loci. 14. Sicut aspectus positæ templi. Altaris lignei erat. 15. Dicitur quidam quoddam in quolibet horum locorum fuit tantum vnum ostium, sicut & vna apertura, sed dicitur in eis duo ostia, quia vtrumque ostium duas habuit portiones, de quibus exponunt quod subditur: Et in duobus ostiis. Dion. ibid.

Fig. Vt similitudinem haberent. & claritatem possent recipere. Iuxta intelligentiam spirituales similitudines & celata sunt ostia ut similitudinem haberent & pulchritudinem. Glosa ordinaria.]  
15. Lateribus.  
16. Et trabes.

in ipsis ostiis templi Cherubim & sculptura palmarum, sicut in parietibus quoque expressa erant. Quamobrem & grossiora erant ligna in vestibuli fronte forinsecus, super quæ fenestræ obliquæ, & similitudo palmarum hinc atque inde in 15 humerulis] vestibuli, secundum latera domus 16 latitudinemque parietum.]

*Gazophylaciorum dimensio, ceterorumque vsui sacrorum vtilium, reparatio.*  
XLII.

1. Pallum esse puto quomodo hoc gazophylacium contra ædificium separatum erat, vel quomodo in facie interioris cetera cubitorum longitudinis, & quin quingenta cubitorum latitudinis, erat. Quod templum & Aquilonare ædificium interiacebat, si hoc gazophylacium videri interioris se extendebat. Pallum nihilominus quomodo contra ædem vergentem ad aquilonem erat, si à decimo cubito post illius ædis porticum incipiebat. Sed illud modo oportet considerare quod contra pavementum atrii exterioris dicitur esse, & ne aliud quam Aquilonare pavementum atrii exterioris intelligere possimus, licet illius adiectione colligimus, in eo quod legitur, ubi erat porticus iuxta porticum triplici. Nam apud Orientalem regionem nusquam invenimus porticum iunctam porticum. Sed Aquilonare porticus atrii interioris ad orientem habebat gazophylacia cætorum, ab Austro, interioris atrium, ab Aquilone, hoc de quo modo loquitur pavementum Richa de 5. Vita, cap. 13.

2. Cubitulum, & infra.

3. Fugheata.

4. In arctum affurgebant.

5. Paries, & infra.

6. Cum quis egredereetur.

[b. Dicendum quod hæc similitudo est mutua & ad exprimendum loquitur hinc & illius gazophylaciorum aquilonarium assimilando ea ostia gazophylaciorum australium. De Lyra ibid.]

c. Vir ille qui ductor prophetae fuit, postquam eum duxit in atrium exterius, & monstravit omnia quæ præteritis sermo narravit: gazophylacia quoque hinc excelsa in quibus diuisimè commemoratur est, dixit ad eum: Hæc sunt gazophylacia, &c.

Ex quibus dicitur multas eborum esse diuersitates, quibus vesci sacerdotibus licet, vel non licet: & de his ipsis quos licet in cibis sumere, non in omnibus sumuntur iocli, nec ab omnibus, nec unni tempore Gazophylacia Aquilonis & Austri puto esse, vel historice contineant simplicitatem, vel spiritualis intelligentie sacramenta, ut per Aquilonem veniamus ad meridiem. Hieronymus ibidem.]

[d. Primum enim calamo suo mensorio per mensuram est latus ipsius orientalis quod calamos tenebat quingentos. Hinc Aquilonare latus mensuræ est, quod quingentos quoque tenebat calamos. Eademque mensura lateris australis erat atque etiam occidentalis. Tofarctus ibidem.]

[e. Murus hic exteriorum plenius profertur. Murus quoque significat munimen contra hæreticos, qui cum in muris edificaret, sua ipsorum comminuit capita, ecclesie nihil nocuit. Loricatus ibidem.]

7. Sanctum & profanum.



EDuxit me in atrium exterius per viam ducentem ad aquilonem. Et introduxit me in Gazophylacium] quod erat contra separatam ædificium, & contra ædem vergentem ad aquilonem, in facie longitudinis centum cubitos ostii aquilonis, & latitudinis quinquaginta cubitos contra viginti cubitos atrii interioris: & contra pavementum stratum lapide] atrii exterioris, ubi erat porticus iuncta porticui triplici. Et ante gazophylacia deambulatio decem cubitorum latitudinis, ad interiora respiciens viæ cubiti vnus. Et ostia eorum ad aquilonem, ubi erant gazophylacia in superioribus humiliora, quia supportabant porticus quæ ex illis eminebant de inferioribus & de mediis ædificii. Tristega] enim erant, & non habebant columnas sicut erant columnæ atriorum. Propterea eminebant] de inferioribus & de mediis à terra & cubitis quinquaginta.] Et peribolus] exterior secundum gazophylacia quæ erant in via atrii exterioris ante gazophylacia. Longitudo eius quinquaginta cubitorum, quia longitudo erat gazophylaciorum atrii exterioris quinquaginta cubitorum, & longitudo ante faciem templi centum cubitorum. Et erat subter gazophylacia hæc introitus ab oriente ingredientium] in ea de atrio exteriori in latitudine periboli atrii, quod erat contra viam orientalem in faciem ædificii separati. Et erant ante ædificium gazophylacia, & via ante faciem eorum iuxta similitudinem gazophylaciorum quæ erant in via aquilonis. Secundum longitudinem eorum sic & latitudo eorum, & omnis introitus eorum & similitudines & ostia eorum secundum ostia gazophylaciorum, quæ erant in via respiciēte ad austrum. Ostium in capite viæ quæ erat ante vestibulum separatam per viam orientalem ingredientibus. Et dixit ad me: Gazophylacia aquilonis & gazophylacia austri, quæ sunt ante ædificium separatam. Hæc sunt gazophylacia sancta, in quibus vescuntur sacerdotes qui appropinquāt ad dominum in sancta sanctorum. Ibi ponent sancta sanctorum, & oblationem pro peccato & pro delicto. Locus enim sanctus est. Cum autem ingressi fuerint sacerdotes, non egredientur de sanctis in atrium exterius. Et ibi reponent vestimenta sua in quibus ministrant, quia sancta sunt, vestienturque vestimentis aliis, & sic procedent ad populum. Cūque compleisset mensuras domus interioris, eduxit me per viam portæ quæ respiciebat ad viam orientalem, & mensus est eam vndique per circuitum. Mensus est autem contra ventum orientalem calamo mensuræ, quingentos calamos in calamo mensuræ per circuitum. Et mensus est contra ventum aquilonis quingentos calamos in calamo mensuræ per gyrum. Et ad ventum australem mensus est quingentos calamos, in calamo mensuræ per circuitum. Et ad ventum occidentalem mensus est quingentos calamos, in calamo mensuræ. Per quatuor ventos mensus est murum eius vndique per circuitum, longitudinem quingentorum cubitorum, & latitudinem quingentorum cubitorum. Et murus diuidit inter sanctuarium & vulgi locum.]

*Maestas domini prophetae apprens, docet eum sacrificia eligenda, & portam sanctuarii perpetuo claudendam, & nulli aperendam.*  
XLIII.

Et dixit

**A** **T**<sup>a</sup> duxit me ad portam quæ respiciebat ad viam orientalem. Et ecce gloria dei Israel ingrediebatur per viam orientalem, & vox erat ei quasi vox aquarum multarum, & terra splendebat à maiestate eius. Et vidi visionem <sup>†</sup> secundum speciem, quam videram quando venit ut disperderet ciuitatem, & species secundum aspectum <sup>†</sup> quem videram iuxta fluuium Chobar. Et cecidi super faciem meam. Et maiestas domini ingressa est templum: per viam portæ quæ respiciebat ad orientem. Et eleuauit me spiritus, & introduxit me in atrium interius. Et ecce repleta erat gloria domini domus. <sup>§</sup> Et audiui loquentem ad me de domo: <sup>b</sup> & vir qui stabat iuxta me, dixit ad me: Fili hominis, locus solij mei, & locus vestigiorum pedum meorum, vbi habito in medio filiorum Israel in æternum. Et non polluent ultra domus Israel nomen sanctum meum, ipsi & reges eorum fornicationibus suis, & in <sup>†</sup> ruinis Regum suorum, & in excelsis: qui fabricati sunt limen suum iuxta limen meum, & postes suos iuxta postes meos, & murus erat inter me & eos. Et polluerunt nomen sanctum meum in abominationibus quas fecerunt, propter quod consumpsi eos in ira mea. <sup>§</sup> Nunc ergo repellant procul fornicationem suam & <sup>†</sup> ruinas Regum suorum à me, & habitabo in medio eorum semper. Tu ergo fili hominis ostende domui Israel templum, & confundantur ab iniquitatibus suis, & metiantur <sup>†</sup> fabricam, & erubescant ex omnibus quæ fecerunt. Figuram domus & fabricæ eius, exitus & introitus, & omnem descriptionem eius & vniuersa præcepta eius, cunctumque ordinem eius, & omnes leges eius ostende eis, & scribes in oculis eorum, ut custodiant omnes descriptiones eius, & præcepta illius, & faciant ea. Ista est lex domus in summitate montis. Omnes fines eius in circuitu, sanctum sanctorum est. <sup>§</sup> Hæc est ergo lex domus. Iste autem mensuræ altaris in cubito verissimo, qui habebat cubitum & palmum. In sinu eius erat cubitus, & cubitus in latitudine, & definitio eius vsque ad labium eius, & in circuitu palmeus vnus. <sup>c</sup> Hæc quoque erat fossa altaris. Et de sinu terræ vsque ad crepidinem nouissimam duo cubiti, & latitudo cubiti vnus, & à crepidine minore vsque ad crepidinem maiorem quatuor cubiti, & latitudo cubiti vnus. **E** <sup>d</sup> Ipse autem Ariel quatuor cubitorum, & ab Ariel vsque sursum cornua quatuor. <sup>§</sup> Et Ariel duodecim cubitorum in longitudine per duodecim cubitos latitudinis, quadrangulatum æquis lateribus. Et crepido quatuordecim cubitorum longitudinis per quatuordecim cubitos latitudinis in quatuor angulis eius, & corona in circuitu eius dimidij cubiti, & sinus eius vnus cubiti per circuitum. Gradus autem eius versi ad orientem. Et dixit ad me: Fili hominis, hæc dicit dominus deus: Hi sunt ritus altaris, in quacunque die fuerit fabricatum, ut offeratur super illud holocaustum, & effundatur sanguis. <sup>§</sup> Et dabis sacerdotibus & Leuitis qui sunt de semine Sadoch, qui accedunt ad me, ait dominus deus: ut offerant mihi vitulum de armento pro peccato. Et assumens de sanguine eius pones super quatuor cornua eius, & super quatuor angulos crepidinis, & super coronam in circuitu, & mundabis illud & expiabis. Et tolles vitulum qui oblatum fuerit pro peccato, & combures eum <sup>e</sup> in separato loco domus extra sanctuarium. Et in die secunda offeres hircum caprarum <sup>f</sup> immaculatum pro peccato, & expiabunt altare sicut expiauerunt in vitulo. <sup>§</sup> Cumque compleueris expians illud, offeres <sup>g</sup> vitulum de armento immaculatum, & arietem de grege immaculatum, & offeres eos in conspectu domini. Et mittent sacerdotes super eos sal, & offerent eos in holocaustum domino. Septem diebus facies hircum pro peccato quotidie, & vitulum de armento, & arietem de pecoribus immaculatos offerent. Septem diebus expiabunt altare, & mundabunt illud, & implebunt manum eius. Expletis autem septem diebus, in die octaua & ultra facient sacerdotes super altare holocausta vestra, & quæ pro pace offerunt, & placatus ero vobis, ait dominus deus.

† Sup. 9. 2  
† Sup. 1. 2

3. Nunc post adificationem templi desideratam mentationem, describitur reuelatio atque comitatio diuinitatis. Ad orientalem enim portam atrij interioris ducitur et propheta à porta orientali atrij exteriori. Et hic preclara dei species illi apparuit, non in re, sed in agnitione visionis sicut ostensione: de qua scriptum est in primo capitulo huius libri, vixit similitudo super caput animalium firmamenti, &c. Dion. ibid.

1. A gloria.  
b. Vir autem qui stabat iuxta prophetam, dixit ad eum, quæ respiciunt dominum intelligimus. Cui enim alij potest conuenire quod loquitur: filij hominis locus solij mei, & locus vestigiorum pedum meorum, vbi habito in medio filiorum Israel in æternum. Illi qui habitant in ecclesia in medio filiorum Israel cerentium deum: & habitant in perpetuum non secundum templi Salomonis ad rempustitiam locus eius est illa, de qua scriptum est: Et factus est in pace locus eius, quæ exuperat omnem sensum, & locus vestigiorum pedum illius, Apostolis dicitur: Adoremus in loco vbi steterunt pedes eius. Et pulchre dicit, steterunt. In ecclesia enim stit pedes dñi, in synagoga ambulat & præterit. Ut autem sciamus hoc dici de ecclesia, iungitur: Et non polluet ultra domus Israel nomen sanctum meum: quod propriè ad eos pertinet, qui sanctæ conuersionis in ecclesia commoventur. Hierony. ibid.

2. Caduerebus.  
3. Caduerebus.  
4. Exemplar domus.  
c. Sciendum quod dictio Hebraica hic postea aliquando accipitur pro fossa vel profunditate, aliquando pro elevatione iustitiam, sicut in latino hæc dictio altitudo, licet communiter accipitur pro elevatione sursum, tamen aliquando accipitur profunditate per oppositum, vt p. 68. Veni in altitudinem matris, &c. De Lyra.

5. Summis.  
d. Ariel dicitur ipsum corpus altaris, quod quatuor cubitorum altitudinis erat, qui dicta illa superius dicitur, aminebat. Quod ideo fuisse Ariel quod est leo fortis, nominauit: quia leonis more populi victimas per illud iam dictum foras deuorauit & absorbit. Et ab Ariel sursum cornua per quatuor videlicet angulos altaris. Et Ariel 12. cubitorum in longitudine per 12. cubitos latitudinis quadrangulè æquis lateribus. Hoc dictum est de corpore altaris. Et crepido quatuordecim cubitorum longitudinis, per quatuordecim cubitos latitudinis in quatuor angulis eius. Et corona in circuitu eius dimidij cubiti, scilicet altitudinis. Et sinus eius vnus cubiti per circuitum. Rich. rdus de S. Victor. Explanatio téplii Ezechie, cap. 19.

6. Constituto.  
7. Integrum, & infra.  
e. Rab. Moyses & Elias videntur in monte cum domino, i. lex & propheta, qui annunciant et quæ passurus esset in iudiciale. Postquam altare & mensuræ eius, in vertice montis demonstrata sunt, & consecratio & expiatio post vnum vitulum immaculatum & hircum sive duos hircos secundum 7.9. inter quorum vitulus ad Christum, sequentes ad Apostolos ministratque pertinent. Glosa ordi. ibid.]

Quibus templi aditus ingressusque sit concessus, & altaris ministerium.  
XLIIII.

à Eadem nunc potentia mundi illius sanctorum per pactum inuoluntate matris intravit, qua postmodum ad discipulos clausis foribus penetravit. Rufinus in sententia de nativitate hominis.

b. Da potentia dei, quia de virgine natus sit, & tamen ipsa virgo fuerit post partum, ut legitur in Ezechiele, Porta hæc, &c. Chrysostomus de Ioan. Baptista hoc. Quæ est autem illa porta sanctorum, illa exterior ad orientem, quæ manet clausa, & nemo, inquit, pertransibit per eam nisi solus deus Israel. Nomen est hæc porta Maria, per quam in hunc mundum intravit. Ambrosius Episcopus. Quid tam evidens dicitur de consecratione virginis potius? Clausa fuit in ea virginitas porta. Per ipsam introiit dominus deus Israel, & per ipsam precescit, & in æternum porta virginis clausa servata virginitate permanit. Cyprianus de Symbolo Apostoli. Non enim illi impossibile erat per clausam portam transire, & illius non ledere signacula. Materigitur & post partum virgo manet, & semper virgo. Damascenus lib. 4. cap. 15.

2. Principi erit, princeps ipse.

3. Rebellem. c. Omnis Alienigena incircuncidetur corde & carne, non ingredietur sanctuarium meum, nec est populo Israel esse vileant. Leuitæ autem, hoc est sacerdotis gradus, qui longe recesserunt à me in errore filiorum Israel, & scelerati sunt in sola, portabant iniquitatem suam, eo quod fuerint in sanctuario meo ministrantes in officio portarum domus, & ministri eius. Ipsi enim offerunt holocaustum, & victimas populi, & ipsi stabunt in conspectu eorum, ut ministrarent pro eis. Quia ergo ministraverunt pro illis in conspectu idolorum suorum, & fuerunt domui Israel offensiculum iniquitatis, propterea leuavi manum meam super eos, dicit dominus deus, & portauerunt iniquitatem suam, & non superpropinquabunt ad me, ut sacerdotio fungantur mihi, neque accedent ad omne sanctuarium meum iuxta sancta sanctorum, sed portabunt confusionem suam & scelera sua que fecerunt. Hieronymus ibid.

3. Ministri.

4. Observantiam, & infra.

d. In sanctis capitibus operiunt sacerdotes: quia non sufficit eis in conspectu domini omni virtute. Et ab infantia cor hominis applicatum est ad malitiam. Et femina linea erunt in filijs eorum, ne in conspectu domini vili polluti continentur, & operum impiorum appareat turpitudine. Hieronymus ibid.

e. Quia si solentia ad sacerdotem leges est reus pernicitatis, nomen pravitatis dicitur immoiet sacerdotibus euangelice legis, qui vino & ceteris potibus vacant: cum tanto moderatius ac spiritualis conuersari deberent sacerdotes nouæ legis quæ veteris, quanto sacerdotum Christi præsertim est & spiritualis sacerdotio legali. Dionysius ibid.

5. ut sententiam feram, secundum iustitiam mea iudicabunt eam.

f. In quibus obseruandum est quod non dicitur absolute: & sabbata sanctificabunt, vel iuxta Iesaiam: Neomenias & sabbata vestra odit anima mea, sed cum distinctione, sabbata mea. Vide in euangelio scriptum est: Sacerdotes in templo sabbatum violant, & absque culpa sunt: non sabbatum dei, sed sabbatum hominum. Sabbatum Iudæorum: quod rectè violat qui sunt gentes, &c. regales, sacerdotales. Hieronymus ibid.

6. Et erit illis hæreditas in hæreditatem.

**T** conuertit me ad viam portæ sanctuarij exterioris, quæ respiciebat ad orientem, & erat clausa. Et dixit dominus ad me: Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transibit per eam, quoniam dominus deus Israel ingressus est per eam, eritque clausa principi. Princeps ipse] sedebit in ea, ut comedat panem coram domino. Per viam portæ vestibuli ingredietur, & per viam eius egredietur. Et adduxit me per viam portæ aquilonis in conspectu domus, & vidi, & ecce impleuit gloria domini domum domini. Et cecidi in faciem meam: & dixit ad me dominus: Fili hominis, pone cor tuum, & vide oculis tuis, & auribus tuis audi omnia quæ ego loquor ad te, de vniuersis cæremoniis domus domini, & de cunctis legibus eius. Et pones cortuum in viis templi per omnes exitus sanctuarij, & dices ad eos: Aspicientem me] domum Israel: Hæc dicit dominus deus: Sufficiant vobis omnia scelera vestra domus Israel, eo quod inducitis filios alienos incircuncisos corde & incircuncisos carne, ut sint in sanctuario meo, & polluant domum meam, & offeritis panes mos, adipem & sanguinem, & dissoluistis pactum meum in omnibus sceleribus vestris, & non seruastis præcepta sanctuarij mei, & posuistis custodes obseruationum mearum in sanctuario meo vobismetipsis. Hæc dicit dominus deus: Omnis alienigena incircuncisus corde & incircuncisus carne non ingredietur sanctuarium meum, omnis filius alienus qui est in medio filiorum Israel. Sed & Leuitæ qui longè recesserunt à me in errore filiorum Israel, & errauerunt à me post idola sua, & portauerunt iniquitatem suam, erunt in sanctuario meo] aditui] & ianitores portarum domus, & ministri domus. Ipsi macTABUNT holocausta & victimas populi, & ipsi stabunt in conspectu eorum, ut ministrarent eis. Pro eo quod ministraverunt illis in conspectu idolorum suorum, & facti sunt domui Israel in offensiculum iniquitatis, idcirco leuavi manum meam super eos, ait dominus deus, & portauerunt iniquitatem suam. Et non appropinquabunt ad me ut sacerdotio fungantur mihi, neque accedent ad omne sanctuarium meum iuxta sancta sanctorum, sed portabunt confusionem suam & scelera sua quæ fecerunt. Et dabo eos ianitores domus & in omni ministerio eius, & vniuersis fient in ea. Sacerdotes autem & Leuitæ filij Sadoch qui custodierunt cæremonias] sanctuarij mei, cum errarent filij Israel à me, ipsi accedent ad me ut ministrarent mihi, & stabunt in conspectu meo, ut offerant mihi adipem & sanguinem, ait dominus deus. Ipsi ingredientur sanctuarium meum, & ipsi accedent ad mensam meam, ut ministrarent mihi, & custodiant cæremonias meas. Cumque ingredientur portas atrij interioris, vestibus lineis induentur, nec ascendet super eos quidquam laneum, quando ministrant in portis atrij interioris & intrinsecus. Vittæ lineæ erunt in capitibus eorum, & femina linea erunt in lumbis eorum, & non accingentur in sudore. Cumque egredientur atrium exterius ad populum, exuent se vestimentis suis in quibus ministraverant, & reponent ea in gazophylatio sanctuarij, & vestient se vestimentis aliis, & non sanctificabunt populum in vestibus suis. Caput autem suum non radent, neque comam nutriunt, sed tondentes attondent capita sua. Et vinum non bibet omnis sacerdos quando ingressurus est atrium interius. Et viduam & repudiatam non accipient uxores, sed virgines de femine domus Israel. Sed & viduam quæ fuerit vidua à sacerdote accipient: & populum meum docebunt quid sit inter sanctum & pollutum, & inter mundum & immundum ostendent eis. Et cum fuerit controuersia, stabunt in iudicijs meis, & iudicabunt. Leges meas & præcepta mea in omnibus solennitatibus meis custodient, & sabbata mea sanctificabunt. Et ad mortuum hominem non ingredientur, ne polluantur, nisi ad patrem & matrem, & filium & filiam, & fratrem & sororem quæ alterum virum non habuerit, in quibus contaminabuntur. Et postquam fuerit emundatus, septem dies numerabuntur ei, & in die introitus sui in sanctuarium ad atrium interius, ut ministrarent mihi in sanctuario, offeret pro peccato suo ait dominus deus. Non erit autem eis hæreditas. Ego hæreditas eorum: & possessionem non dabitis eis in Israel. Ego enim possessio eorum. Victimam & pro peccato & pro delicto ipsi comedent, & omne votum in Israel ipsorum erit. Et primitiua omnium primor-

† Leuit. 21.

† Deut. 18.  
Nume. 18.  
Exod. 22.



mogenitorum, & omnia libamenta ex omnibus quæ offeruntur, sacerdotum erunt. Et primitiua<sup>7</sup> ciborum vestrorum] dabitur sacerdoti, ut reponat benedictionem domui suæ. <sup>†</sup> Omne morticinium & captum à bestia de aubus & de pecoribus, non comedent sacerdotes.

† Leuit. 22. b

*Terra sorte sacerdotibus, Leuitis, ciuitati, & principibus certa mensura diuisa, iubet dominus æquitatem in mensuris, ponderibus, & primitiis seruari, & tria præcipua festa celebrari.*

XLV.

**A** Vmque cœperitis terram diuidere sortito, separate primitias domino, sanctificatum de terra longitudine viginti quinque milia: & latitudine decem milia. Sanctificatum erit in omni termino eius per circuitum. Et erit ex omni parte sanctificatum quingentos per quingentos, quadrifariam] per circuitum, & quinquaginta cubitis in suburbana eius per gyrum. <sup>b</sup> Et à mensura ista mēsurabis longitudinem viginti quinque milium, & latitudinem decem milium. Et in ipso erit templum, sanctumque sanctorum: <sup>c</sup> sanctificatum de terra erit sacerdotibus ministris sanctuarij, qui accedunt ad ministerium domini. Et erit eis locus in domos & in sanctuarium sanctitatis. <sup>e</sup> Viginti quinque autem milia longitudinis & decem milia latitudinis erunt Leuitis qui ministrant domui. Ipsi possidebunt viginti gazophylacia. ] Et possessionem ciuitatis dabitur quinque milia latitudinis, & longitudinis viginti quinque milia, secundum separationem sanctuarij omni domui Israel. Principi quoque hinc & inde in separationem sanctuarij & in possessionem ciuitatis contra faciem separationis sanctuarij, & contra faciem possessionis vrbs à latere maris vsque ad mare, & à latere orientis vsque ad orientem. <sup>f</sup> Longitudinis autem iuxta vnamquamque partem à termino occidentali vsque ad terminum orientalem, de terra erit ei possessio in Israel. Et non depopulabuntur vltra principes populum meum, sed terram dabunt domui Israel secundum tribus eorum. Hæc dicit dominus deus: Sufficiat vobis principes Israel, iniquitatem & rapinas intermitte, & iudicium & iustitiam facite. Separate confinia vestra] à populo meo, ait dominus deus. Statera iusta & ephi iustum & batus iustus erit vobis. Ephi & batus æqualia & vnus mēsuræ erunt vt capiat decimam partem cori batus, & decimam partem cori ephi. <sup>g</sup> Iuxta mensuram cori erit æqua libratio eorum. <sup>h</sup> Siclus autem viginti obolos habet. Porrò viginti sicli & viginti quinque sicli & quindecim sicli minā faciunt. Et hæc sunt primitiæ quas tolletis, sextam partem ephi de coro frumenti, & sextam partem ephi de coro hordei. <sup>i</sup> Mensura quoque olei. Batus olei decima pars cori est, quia decem bati implent eorum. <sup>k</sup> Et arietem vnum de grege ducentorum, de iis quæ nutriuit] Israel in sacrificium, & in holocaustum, & in pacifica, ad expiandū pro eis, ait dominus deus. <sup>l</sup> Omnis populus terræ tenebitur primitiis his principi in Israel. Et super principem erunt holocausta & sacrificium & libamina in solennitatibus & in Kalendis & in sabbatis, & in vniuersis solennitatibus domus Israel. Ipse faciet pro peccato sacrificium & holocaustum & pacifica, ad expiandum pro domo Israel. Hæc dicit dominus deus: In primo mense vna mensis fumes vitulum de armento immaculatum, & expiabis sanctuarium. <sup>m</sup> & tollet sacerdos de sanguine quod erit pro peccato, & ponet in postibus domus, & in quatuor angulis crepidinis altaris, & in postibus portæ atrij interioris. Et sic facies in septima mensis pro vnoquoque qui ignorauit & errore deceptus est, & expiabis pro domo. ] <sup>n</sup> In primo mense quartadecima die mensis erit vobis paschæ solennitas. Septem diebus azyma comedentur. Et faciet princeps in die illa pro se & pro vniuerso populo terræ vitulum pro peccato. Et in septem dierum solennitate faciet holocaustum domino, septem vitulos & septem arietes immaculatos quotidie septem diebus, & pro peccato hircum caprarum, & sacrificium ephi per vitulum, & ephi per arietem faciet: & olei hin per singula ephi. Septimo mense quintadecima die mensis solennitate faciet, sicut supra dicta sunt per septē dies, tam pro peccato quam pro holocausto, & in sacrificio & in oleo.

† Exod. 30. b

† Leuit. 27. c  
Nume. 3. g  
De decimis. cap. 1.

[g. Hic approbat, & multis modis cohonestat sacerdotes honos. Primo speciali cultu, deit conuentione singulari, tertio auctoritate dicendi & iudicandi doctrinas, quarto immunitate, quinto victus prouidentia, hæretici omnia tollunt sacerdotium imperio profano subiciunt, & iudicandi doctrinarum eius, cuius potius idiotæ quam sacerdotes deferendo. I. Octidius ibid.]  
7. Palliarum vestitum.

a. Cum enim deus sit hereditas eorum atque possessio, hoc quod eis deputatur, deo specialiter immolatur. Hæc autem primitiæ vocat sanctificatum de terra, id est, portionem de terra sanctificatam, atque ad dei honorem singulaciter ordinatam, cuius mensura subiungitur, longitudinem 25000, & latitudinem 10000. Dio ny. ibidem.  
b. Quod dicitur à mensura ista mēsurabis, non est referendum ad proximum tantum, sed ad eorum quod superioribus versibus est est comprehensum. Quod modo mensurari iubetur, est illud quod post paululum dicitur de bere esse leuitarum. Richardus de S. Vict. ubi supra cap. 2.  
c. Vnde ad præsens tempus, & ad ecclesiæ quæ laborat in mundo, & ad ecclesiā ire festinat, referenda sunt omnia, vt de vniuerso mundo eligantur, alij in possessionem dei qui sanctum possideant, alij qui ad maiora profecerint, teneant sancta sanctorum. In ministerijs quoque ordo diuersus est sacerdotū & leuitarum, quoniam alij orationibus suis atque virtutibus quotidie sacrificia offerunt deo, alij in secundo & minori gradu sunt vt eis ministrant, & per eos qui ad virtutum culmina conscendunt, & ad extremum sic dux sine princeps, qui tantum possit vt contra vnam tribus possessionem accipiat: vniūque meritis componitur meritis plurimorum Hierony. ibid.  
2. Cubicula.  
3. Auferre exactiones vestras, id est, in quo signatur minima portio cuiuslibet. Vnde: Eius qui fidelis est totus mundus diuitiarum est. Illius autem qui infidelis est, nihil est obolus, & nihil in mundo possidet, etiam minima portio ne indiget. De qua Mat. 5. d. Nō exies inde, donec reddas nouissimis quadrantes. Gloſa ordi. J  
e. Hoc est, ad hoc vt sacerdos de his que offerat deo sacrificiū vna pars ad dei honorem comburatur, alia autem à sacerdotibus manducatur. Et holocaustum quod totum ad dei reuerentiam consumitur igne, & in pacifica hostia autem pacificorum pars vna ad honorem dei comburebatur, alia à sacerdotibus edebatur, tertia ab offerentibus. Quæ omnia offeruntur pro expiatione populi Israel, vt deo reconcilietur. Dio. ibid.  
4. Nutriunt.  
f. Et tollet sacerdos de sanguine animalis oblatis pro peccato, & ponet in postibus domus, & in quatuor angulis, quoniam loca superiora designata. De Lyra ibid.  
5. Domum.  
g. Scito igitur quare pascha per facias. Ne fermentes azyma, ne hæretica malitia permiscueris, habe pura azyma, in azymis enim sinceritatis & veritatis festa celebramus. Festa autem nō intellige relaxationis solam. Sic scilicet bene festat animæ festum, sicut & afflictiones & castigationes festa. Chry. De Job & Abrahamo. Serm. romano. 1.

*Sacrificia Sabbati & Neomeniæ, ingressus populi & principum in templum, & quid ab eis offerendum, & tandem eorum egressus.*  
X LVI.

a. Hæc est porta operiens in se, vel ex se proferens sancta sanctorum, per quam sol iussit & p̄t̄it ex nosse seculum ordinem Melchisedech ingrediatur & egrediatur. Resp̄dit mihi quomodo testis ingressus est clausis ostiis, cum palpan das manus, & lacus considerandum, & ossa carnisque m̄ltauerit, ne veritas corporis phantasma putaretur. Hier. Apologia aduer. Iouinia. [b. Obserua hic principē in diuinis ceteroniis subesse sacerdotio. Neque enim solū principij negatū fuit officium sacerdotij, verum huic officio principē oportuit esse subiectum. Loricus ibid.]

c. Oblatio quæ fieri debet in principio mensium, sine in die Kalendarum, differt ab ea quæ die sabbato fiebat: q̄ hic iubetur offerri vitulus, illic non, hic quoque arietes, ibi arietes. Dion. ibidem.

d. Princeps ille de quo supra, & intrabit princeps per viam vestibuli portæ de foris, per eandem portam ingrediatur & per eandem egrediatur. Liberi enim arbitrij est, & potestatis habet ponendi animam suam, & rursus retinendi eam. ismque ad nos veniens, quam ad celestia confectens, eadem maiestatis suæ vitæ libertate. Hierony. ibid. [e. An ignoratis quantum Christus in vobis est. 2. Cor. 11. Si autem in ignem mebus, quanto magis in scientibus, sed cum inter scietem hereticæ corporis mortuū fiet propter peccata, spiritus veniet propter iustitiam. Glasa or di ibid.]

f. In festiuitatibus.

g. Hic describitur oblatio principis voluntaria: Et faciet holocaustum suum, i. offeret, non tamen per se, sed per manus sacerdotum, ad quorum spectat officium sicut fieri solet in die sabbati. De Leya.

h. Quilibet.

i. Singulo mane, & infra.

k. His verbis refertur quod dixit, ut diligētius instruat. Illud autem de quo nunc agit sacrificium, non est nisi semel in die, videlicet mane offerendum scribitur, iuge autē sacrificium mane & vesp̄t̄is ergo est hinc mentio de iugi sacrificio legitime litera liter nec principaliter nunc tractatur de oblatione legali, sed spiritali quæ fit in ecclesia Christi, ut innotescit ex perindictis. Dion. ibid.

l. Ille vir quæ sepe commemorat, eduxit eum de loco sacerdotum, qui vergebat ad Aquilonem sine qui erat separatus, vbi coquant sacerdotes pro delicto, & pro peccato, vel ignorantia: eduxit autem in atrium exterius: Ex quo intelligimus illud atrium de quo egressus est, fuisse interius: & multa esse atria in serpens sanctis, de quibus legitur: Qui stas in domo domini in atris domus dei nostri. Hierony. ibid.

m. In lateribus.

n. Quisdam per has aquas sacre fluentis scriptura intelligunt, & rivus salutaris scientia, hoc est, salutaris doctrinam, quæ de ecclesia copiose profudit, & subter limen domus effluit, puta de fundamento ecclesie, quod est Christus. De quibus aquis, eardemque origine loquitur Iſaias: Haurietis aquas in gaudio de fontibus salutaris. Aquæ istæ descendunt: quia de corda humilium veniunt. Descendunt quoque in latus templi dextræ: scilicet ad electos, & eos qui in die iudicij ponentur ad dexteram. Ad meridiem verò altaris, quod est in eis deuota, cuius meritis est fecerit amoris. Alij verò per aquas has baptismi fontem intelligunt, qui in Christi ecclesia ortum habuit: & ab ipso dño saluatore institutum est baptismi sacramentum. Dion. ibid.



**A**Ec dicit dominus deus: <sup>a</sup> Porta atrij interioris quæ respicit ad orientem, <sup>a</sup> erit clausa sex diebus, in quibus opus fit: die autem sabbati aperietur. Sed & in die Kalendarum aperietur, & intrabit princeps per viam vestibuli portæ de foris, & stabit in limine portæ. Et facient sacerdotes holocaustum eius & pacifica eius, & adorabit super limen portæ, & egredietur. Porta autem non claudetur usque ad vesperam. Et adorabit populus terræ ad ostium portæ illius in sabbatis & in Kalendarum coram domino. <sup>b</sup> Holocaustum autem hoc offeret princeps domino in die sabbati, sex agnos immaculatos, & arietem immaculatum, & sacrificium ephi per arietem. In agnis autem sacrificium quod dederit manus eius, & olei hin per singula ephi. <sup>c</sup> In die autem Kalendarum vitulum de armento immaculatum offeret, & sex agni & arietes immaculati erunt, & ephi per vitulum, ephi quoque per arietem faciet sacrificium. De agnis autem sicut inuenerit manus eius, & olei hin per singula ephi. <sup>d</sup> Cumque ingressurus est princeps, per viam vestibuli portæ ingrediatur, & per eandem viam exeat. <sup>e</sup> Et cum intrabit populus terræ in conspectu domini in solennitatibus, qui ingreditur per portam aquilonis ut adoret, egrediatur per viam portæ meridianæ. Porro qui ingreditur per viam portæ meridianæ, egrediatur per viam portæ aquilonis. Non reuertetur per viam portæ per quam ingressus est, sed è regione illius egredietur. <sup>f</sup> Princeps autem in medio eorum cum ingredientibus ingrediatur, & cum egredientibus egredietur. Et in nundinis, ] & solennitatibus erit sacrificium ephi per vitulum, & ephi per arietem: in agnis autem erit sacrificium sicut inuenerit manus eius, & olei hin per singula ephi. <sup>g</sup> Cum autem fecerit princeps spontaneum holocaustum, aut pacifica voluntaria domino, aperietur ei porta quæ respicit ad orientem, & faciet holocaustum suum & pacifica sua, sicut fieri solet in die sabbati, & egredietur, claudeturque porta postquam exierit. Et agnum eiusdem anni immaculatum faciet holocaustum quotidie domino. <sup>h</sup> Semper ] mane faciet illud. Et faciet sacrificium super eo <sup>i</sup> catà mane, ] mane sextam partem ephi, & de oleo tertiam partem hin, ut misceatur similia: <sup>k</sup> Sacrificium domino legitimum, iuge atque perpetuum. <sup>l</sup> Faciet agnum & sacrificium & oleum catà mane, mane holocaustum sempiternum. Hæc dicit dominus deus: Si dederit princeps domum alicui de filiis suis, hæreditas eius filiorum suorum erit, possidebunt eam hæreditarie. Si autem dederit legatum de hæreditate sua vni seruorum suorum, erit illius usque ad annum remissionis, & reuertetur ad principem. Hæreditas autem eius filiis eius erit. <sup>m</sup> Et non accipiet princeps de hæreditate populi per violentiam, & de possessione eorum, sed de possessione sua hæreditatem dabit filiis suis, ut non dispergatur populus meus vnusquisque à possessione sua. Et introduxit me per ingressum qui erat ex latere portæ in gazophylacia sanctuarij ad sacerdotes, quæ respiciebant ad aquilonem: & erat ibi locus <sup>n</sup> vergens ad occidentem, & dixit ad me: Ille est locus vbi coquent sacerdotes pro peccato & pro delicto, vbi coquent sacrificium, ut non efferant in atrium exterius, & sanctificetur populus. <sup>o</sup> Et eduxit me in atrium exterius, & circumduxit me per quatuor angulos atrij. Et ecce atriolam erat in angulo atri, atriola singula Per angulos atrij. In quatuor angulis atrij atriola disposita quadraginta cubitorum per longum: & triginta per latum. Mensuræ vnus quatuor erant. Et paries per circuitum ambiens quatuor atriola, & culinæ fabricatæ erant subter porticus per gyrum. Et dixit ad me: hæc est domus culinarum in qua coquent ministri domus domini victimas populi.

*Aquæ multæ è templo manantes, gratiam baptismi præfagiunt: terra verò sancta iuxta tribus suas mensuratur & partibus diuiditur.*  
X LVII.



**E**T conuertit me ad portam domus, & ecce <sup>a</sup> aquæ egrediebantur subter limen domus ad orientem. Facies enim domus respiciebat ad orientem. Aquæ autem descendebant in latus templi dextrum, ad meridem altaris. Et eduxit me

xit me per viam portæ aquilonis, & conuertit me ad viam foras portam exteriorem, viam quæ respiciebat ad orientem. Et ecce aquæ redundantes à latere dextro, cum egrederetur vir ad orientem, qui habebat funiculum in manu sua, & mensus est mille cubitos: & transfudit me per aquam vsque ad talos. Rursumque mensus est mille, & transfudit me per aquam vsque ad genua. Et mensus est mille, & transfudit me per aquam vsque ad renes. Et mensus est mille, torrentem quæ non potui pertransire, quoniam intumuerant aquæ profundius torrentis, qui non potest transuadari. Et dixit ad me: Certe vidisti fili hominis. Et eduxit me & conuertit ad rapinam torrentis. Cumque me conuertissem, ecce in ripa torrentis ligna multa nimis ex vtraque parte. Et ait ad me: Aquæ istæ quæ egrediuntur ad tumulos sabuli orientalis, & descendunt ad plana deserti, intrabunt mare & exhibunt, & sanabuntur aquæ. Et omnis anima viuens quæ serpit quocumque venerit torrens, viuet: & erunt pisces multi satis, postquam venerint illuc aquæ istæ. Et sanabuntur & viuent omnia ad quæ venerit torrens, & stabunt super illa pisces. Ab Engaddi vsque ad Engallim siccatio sagenarum erit. Plurimæ species erunt piscium eius, sicut pisces maris magni multitudinis nimie. In littoribus autem eius & in palustribus non sanabuntur, quia in salinas dabuntur. Et super torrentem orietur in ripis eius ex vtraque parte omne lignum pomiferum. Non defluet folium ex eo, & non deficiet fructus eius. Per singulos menses afferet primitiua, quia aquæ eius de sanctuario egredientur. Et erunt fructus eius in cibum, & folia eius ad medicinam. Hæc dicit dominus deus: Hic est terminus in quo possidebitis terram in duodecim tribubus Israel, quia Ioseph duplicem funiculum habet. Possidebitis autem eam singuli æquæ ut frater suus, super quam leuauit manum meam, ut darem patribus vestris. Et cadet terra hæc vobis in possessionem. Hic est autem terminus terre ad plagam septentrionalem, à mari magno via Hethalon venientibus Sedada, Emath, Berotha, Sabarim, quæ est inter terminum Damasci & confinium Emath, domus Thicon, quæ est iuxta terminum Hauran: & erit terminus à mari vsque ad atrium Enon terminus Damasci, & ab aquilone ad aquilonem terminus Emath, plaga septentrionalis. Porro plaga orientalis de medio Hauran & de medio Damasci, & de medio Galaad, & de medio terre Israel, Iordanis determinans: ad mare orientale metiemini plagam orientalem. Plaga autem australis meridiana à Thamar vsque ad aquas contradictionis Cades, & torrens vsque ad mare magnum, & hæc est plaga ad meridiem australem. Et plaga maris, mare magnum à confinio per directum donec venias Emath, hæc est plaga maris. Et diuidetis terram istam vobis per tribus Israel, & mittetis eam in hereditatem vobis & aduenis qui accesserint ad vos, qui genuerint filios in medio vestrum, & erunt vobis sicut indigenæ inter filios Israel. Vobiscum diuident possessionem in medio tribuum Israel. In tribu autem quacumque fuerit aduenas, ibi dabitis possessionem illi, ait dominus deus.

*Diuisio terre in duodecim tribus, & duodecim portæ ciuitatis iuxta tribus suas.*  
**XLVIII.**

**A** T hæc nomina tribuum. A finibus aquilonis iuxta viam Hethalon pergentibus Emath, atrium Enon, terminus Damasci ab aquilone iuxta viam Emath. Et erit ei plaga orientalis mare, Dan vna, & à termino Dan à plaga orientali vsque ad plagam maris, Affer vna. Et super terminum Affer à plaga orientali vsque ad plagam maris, Neptalim vna. Et super terminum Neptalim à plaga orientali vsque ad plagam maris, Manasse vna. Et super terminum Manasse à plaga orientali vsque ad plagam maris, Efraim vna. Et super terminum Efraim à plaga orientali vsque ad plagam maris, Ruben vna. Et super terminum Ruben à plaga orientali vsque ad plagam maris, Iuda vna. Et super terminum Iuda à plaga orientali vsque ad plagam maris, erunt primitiæ quas separabitis viginti quinque milibus latitudinis & longitudinis, sicuti singulæ partes à plaga orientali vsque ad plagam maris. Et erit sanctuarium in medio eius. Primitiæ quas separabitis domino, longitudo vigin-

[b. Significat quod statim ad portam orientalem peruenire non possumus nisi per viam portæ aquilonis longo circuitu perueniamus ad eam. Nisi enim vêtus frigidissimum calore fidei vice simus, secundum illud Rom. 16. Deus autem patris conterat saras sub pedibus vestris velociter portam per quam egredietur aqua, & sunt à latere dextro ingredu non possumus. Glo. ordi. ibid. 1. Aquæ mirabiles.

2. Ad regionem orientalem.

[c. Serpere dicitur animalia quæ mouentur sine pedibus, inter quæ sunt pisces. Hic ponenda est figura representans similitudinem adificium, quod per partes superius est figuratum. De Lyra ibid.

d. Plurimæ species, imo genera piscium est in mari quondam mortuo. Quidam pisces ad dextram partem iuhente domino extraxit Petrus, & erant 153. ita vice præ multitudinem eorum teria rumpentur. Dicit quidam poeta doctissimus, Oppianus Cilicentum quinquaginta tria esse genera piscium, quæ omnia capta sunt ab Apollonis, & nihil remanuit in capum, dum & nobiles & ignobiles, diuites & pauperes, & omne genus hominum de mari huius seculi extrahitur ad salutem. Hierony. ibid.  
 3. Paludes autem eius, & lacus eius.  
 4. Omnis arbor esculenta.  
 5. Naturæ fecer.

6. Notandum quod diuisio terre Israel in tribus locis sacre scripturæ describitur. Primum à Moyses in lib. Numerorum, ca. 12. Secundo à Ioseph in libro suo: & tamé filij Israel nunquam possederunt vniuersam terram ibidem descriptam, esse promissam: & ex defectu veritatis potestatisque dei, sed propter eorum ignauiam, inobedientiam, & peccata quamplurima. Tercio in loco presentis Dion ibid.  
 6. Hæc autem arieh.  
 7. Hæc.

[f. Hic est sequenter describitur modus diuidendi terram. Hic verò vult aduenis primo sua pars detur. Præiudicium vocacionis gentium, in qua vltimi sunt primi. Ceterum, etiam aduenis quicquid comitatem debet, & humanitatem. Lozichius ibid.]

† Pala. b

† Gene. 48. b



a. Descripta terra sancta possessione, tam iuxta presentem Ezechielis prophetiam, quam iuxta Numerorum librum, iuxta singularum tribuum à plaga orientali vsque ad plagam occidentalem, id est, maris possessio describitur. Et primum fines accipiuntur ab Aquilone iuxta viam Hethalon pergentibus Emath atrium suo Hæzer Enon terminum Damasci ad Aquilonem iuxta Emath. Incipit autem primum tribus Dan, secunda Affer, tertia Neptalim, quarta Manasse, quinta Ephraim, sexta Ruben septima Iuda. Hierony. ibid.  
 1. Hæzer.  
 2. Iuxta.  
 [b. Tres enim portiones dicuntur simul iuncte faciunt spacium quæ decem equilateris, cuius quodlibet latus est 25000. calamors. De Lyra.]

e. Descriptio illa prophetica intricata est plurimum, & diu breuitati fuit, obsecratam induxit, & non vixit sine rationabilissima causa: siquidem quod constat directum ac motum à spiritu sancto itaque quantum ad superficiem literarum, his verbis prædictæ plagæ nec plene, nec vni formiter describitur, sed plaga Aquilonis ac meridiana quantum ad longitudinem describitur per 2000. calamorum. Plaga autem orientalis & occidentalis quantum ad latitudinem describitur per 1000. calamorum. Ita quod de latitudine primarum duarum plagarum, & de longitudine aliarum duarum, nihil hic dicitur. Dion. ibid.

d. Mensuræ enim longitudinis huius portionis, & idem est de latere meridionali, quod ex opposito similiter mensuratur secundum longitudinem. Latius autem occidentale, quod est vetus mare, est tantum decem milium calamorum, & similiter orientale quod mensuratur ex opposito. Latitudo huius portionis. Lyræ. ib. 3. Obsecrationem meam.

e. Post verba sanctæ descriptionem & suburbiorum eius, reliquam partem primitiarum sanctuarii decem milia calamorum in orientem, & alia decem milia ad occidentem tendentium delegari his qui opera ciuitatis exerceant, ad varios usus & quibuscunque vobis indiger: ut scilicet seruantur, & frugibus qui in hoc terre nascuntur spatio, vescantur operarij: qui vel mania verbis excurrunt, vel interrupta & ruuota restitunt: ut habeat ciuitas cultum suum: & satietatem cum populerit necessitas, inlaurentur. Hieronymi. ibid.

4. E regione separationis, & infra.

5. Separationes.

6. Pro separationibus.

f. Consequenter describitur distributio sortium reliquarum quinque tribuum, à parte terre huius australi partiendo versus austrum, vna scilicet prima sortis siue possessio vel hereditas, erit tribus Benjamin, cuius sortis latitudo est iuxta portionem principis & ciuitatis, iuxta illam autem lateraliter procedendo ad austrum à plaga orientali vsque ad plagam occidentalem erit sortis secunda Simeonis. & sic consequenter de aliis. Dion. ibid.

7. Iuxta.

8. Iuxta.

g. Thamar nomen est ciuitatis exstitis in termino australi terre, inter terminos terre orientalis & occidentalis. De Lyræ. h. De ambitu ciuitatis quod per latera singula in quodam quatuor milia quingentos calamos habuerit præteritus sermo narravit, qui facit 18000. calamorum, id est, quadragintaquatuor milia passuum, & trecentos quadraginta passus: nunc scribitur per singula latera, hoc est, per vndeicim milia passuum, & octogintaquaque passus, ternas scilicet portas. Hieronymi. ibid.

i. Primum plagæ Aquilonis opponuntur tres portæ & c. quarum primogenitus Ruben, Iudas regis stirpis auctor, & Lewis sacerdotis Super cuius nomine in tabernaculo & castrorum descriptione nihil dictum est, ut primogenita possidentes qualigenus regale & sacerdotale Aquilonis tribu conueniamus. Gloriam. ibid.

ti quinque milibus, & latitudo decem milibus. <sup>c</sup> Hæ autem erunt primitiæ sanctuarij sacerdotum ad aquilonem, longitudinis viginti quinque milia, & ad mare latitudinis decem milia. <sup>d</sup> Sed & ad orientem latitudinis decem milia, <sup>e</sup> & ad meridiem viginti quinque milia. Et erit sanctuarium domini in medio eius. Sacerdotibus sanctuarium erit de filiis Sadoch, qui custodierunt <sup>3</sup> caeremonias meas,] & non errauerunt cum errarent filij Israel, sicut errauerunt & Leuitæ. Et erunt eis primitiæ de primitiis terræ sanctum sanctorum, iuxta terminum Leuitarum. Sed & Leuitis similiter iuxta fines sacerdotum viginti quinque milia longitudinis, & latitudinis decem milia. Omnis longitudo viginti & quinque milium, & latitudo decem milium. Et non venundabunt ex eo neque mutabunt, neque transferentur primitiæ terræ, quia sanctificatæ sunt domino. Quinque milia autem quæ supersunt in latitudine per viginti quinque milia, profana erunt vrbis in habitaculum & in suburbana. Et erit ciuitas in medio eius, & hæ mensuræ eius ad plagam septentrionalem quingenta & quatuor milia, & ad plagam meridianam quingenta & quatuor milia, & ad plagam orientalem quingenta & quatuor milia, & ad plagam occidentalem quingenta & quatuor milia. Erunt autem suburbana ciuitatis ad aquilonem ducenta quinquaginta, & ad meridiem ducenta quinquaginta, & ad orientem ducenta quinquaginta, & ad mare ducenta quinquaginta. <sup>e</sup> Quod autem reliquum fuerit in longitudine <sup>4</sup> secundum primitias] sanctuarij, decem milia in orientem, & decem milia in occidentem, erunt sicut primitiæ sanctuarij. Et erunt fruges eius in panes ijs qui seruiunt ciuitati. Seruientes autem ciuitati operabuntur ex omnibus tribubus Israel. Omnes <sup>5</sup> primitiæ] viginti quinque milium per viginti quinque milia in quadrum, separabuntur <sup>6</sup> in primitias] sanctuarij, & in possessionem ciuitatis. Quod autem reliquum fuerit, principis erit ex omni parte primitiarum sanctuarij & possessionis ciuitatis, è regione viginti quinque milium primitiarum vsque ad terminum orientalem, sed & à mari è regione viginti quinque milium vsque ad terminum maris similiter in partibus principis erit. Et erunt primitiæ sanctuarij, & sanctuarium templi in medio eius. De possessione autem Leuitarum & de possessione ciuitatis in medio partium principis, erit in terminum Iuda & in terminum Benjamin, & ad principem pertinebit. <sup>f</sup> Et reliquis tribubus à plaga orientali vsque ad plagam occidentalem, Benjamin vna. Et <sup>7</sup> contra] terminum Benjamin à plaga orientali vsque ad plagam occidentalem, Simeon vna. Et <sup>8</sup> super terminum Simeonis à plaga orientali vsque ad plagam occidentalem, Isachar vna. Et super terminum Isachar à plaga orientali vsque ad plagam occidentalem, Zabulon vna. Et super terminum Zabulon à plaga orientali vsque ad plagam maris, Gad vna. Et super terminum Gad ad plagam Austri in meridiem, & erit finis <sup>9</sup> de Thamar vsque ad aquas contradictionis Cades, hereditas contra mare magnum. Hæc est terra quam mittetis in sortem tribubus Israel, & hæ partitiones earum, ait dominus deus. <sup>h</sup> Et hi egressus ciuitatis: A plaga septentrionali quingenta & quatuor milia mensurabis: & portæ ciuitatis omnibus tribubus Israel. <sup>i</sup> Portæ tres à septentrione: Porta Reben, vna porta Iuda, vna: porta Leui, vna. Et ad plagam orientalem quingenta & quatuor milia & portæ tres. Porta Ioseph, vna: porta Benjamin vna: porta Dan, vna. Et ad plagam meridianam quingentaquatuor milia metieris. Et portæ tres: Porta Simeonis, vna: porta Isachar, vna: porta Zabulon, vna. Et ad plagam occidentalem quingenta & quatuor milia: portæ eorum tres: Porta Gad, vna: porta Asser, vna: porta Neptalim, vna. Per circuitum decem & octo milia: & nomen ciuitatis ex illa die, dominus ibidem.

## INCIPIT PROLOGVS IN DANIELEM.

Prophetam.



*D*anielem Prophetam, iuxta septuaginta interpretes, domini saluatoris. ecclesie non legunt, vtentes Theodorionis editione: & hoc cur acciderit, nescio. Sine enim] quia sermo Chaldaicus est, & quibusdam proprietatibus à nostro eloquio discrepat, noluerunt septuaginta interpretes eandem lignæ lineas in translatione seruare: siue sub nomine eo-

rum

rum ab alio, nescio quo, non satis Chaldaeam linguam sciente, editus est liber: siue aliud quid cause extiterit ignorans, hoc unum affirmare possum, quod multum a veritate discordet, & recto iudicio repudiatus sit. Sciendum quippe Daniele maxime & Esdram Hebraicis quidem literis, sed Chaldeo sermone conscriptos, & unam Ieremiae pericopen, Iob quoque cum Arabica lingua plurimam habere societatem. Denique & ego adolescentulus post Quintiliani & Tullij lectionem, ac flores rhetoricos cum me in lingua huius pistrinum reclusissem: & multo sudore, multoque tempore vix cepissem anhelantia stridenti que verba resonare: & quasi per cryptam ambulans, rarum desuper lumen aspicerem, impeti nonisimè in Daniele: & tanto tædio affectus sum, ut desperatione subita, omnem laborem veterem voluerim cõtinnere. Verùm adhortante me quodam Hebræo, & illud mihi crebrius in sua lingua ingerente, labor improbus omniarum vincit: qui mihi videbar sciolus inter Hebræos, ceppi rursum discipulus esse Chaldaicus. Et ut verum fatear, vsque ad presentem diem magis possum sermonem Chaldaicum legere & intelligere, quam sonare. Hæc idcirco refero, ut difficultatem vobis Danielis ostenderem: qui apud Hebræos nec Susanna habet historiam, nec hymnum trium puerorum, nec Belis draconisque fabulas, quas nos, quia in toto orbe dispersæ sunt, veru anteposito easque ingulante subiecimus, ne videremur apud imperitos magnam partem voluminis detruncasse. Audiui ego quendam de preceptoribus Iudæorum, cum Susanna derideret historiam: & à Græco, nescio quo diceret esse conscriptam, illud opponere, quod Origeni quoque Affricanus opposuit, etymologias hæc ἀπὸ τοῦ ἰσχυροῦ γένου, καὶ ἀπὸ τοῦ ἀσπίου ἀπὸ τοῦ de Græco sermone descendere. Cuius rei nos intelligentiam nostris hanc possumus dare: ut verbi gratia, dicamus, de arbore ilice dixisse eum, ilice pereas: & à lentisco, in lentem te comminuat angelus: vel non lente pereas, aut lentus, id est, flexibilis ducaris ad mortem: siue aliud quid ad arboris nomen cõueniens. Deinde tantum fuisse otij tribus pueris cauillabatur, ut in camino esuatis incendij metro luderent, & per ordinem ad laudem dei omnia elementa prouocarent. Aut quod miraculum diuinæ, aspirationis indicium, vel draconem interfectum ossa picis, vel sacerdotum Bellis machinas deprehensas: quæ magis prudentia solertis viri, quam prophetali essent spiritu perpetrata? Cum verò ad Habacuch veniret, & de Iudæa in Chaldaeam raptum discophorum lætaret, quærebat exemplum, ubi legissemus in toto veteri testamento quenquam sanctorum graui volasse corpore, & in puncto horæ tanta terrarum spatia transisse, Cui cum quidam è nostris satis ad loquendum promptulus, Ezechielem adduxisset in medium: & diceret eum de Chaldaea in Iudæam fuisse translatum, derisit hominem: & ex ipso volumine demonstrauit Ezechielem in spiritu se vidisse transpositum. Denique & Apostolum nostrum, videlicet ut eruditum virum, & qui legem ab Hebræis didicisset, non fuisse ausum affirmare se raptum in corpore, sed dixisse siue in corpore, siue extra corpus, nescio, deus scit. Hæc & talibus argumentis apocryphas in libro Ecclesiæ fabulas arguebat. Super qua re lectoris arbitrio iudicium derelinquens, illud admoneo, non haberi Daniele apud Hebræos inter prophetas, sed inter eos qui hagiographa conscripserunt. In tres siquidem partes omnis ab eis scriptura diuiditur: in legem, in Prophetas, & in hagiographa, id est, in quinque, & octo, & undecim libros: de quo non est huius temporis differere. Quæ autem ex hoc Propheta, imò cõtra hunc librum Porphyrius obicit, testes sunt Methodius, Eusebius, Apollinaris, qui multis versuum milibus eius ve sanie respondentes nescio an curioso lectori satisfecerint. Unde obsecro vos, ð Paula & Eustachium, fundatis pro me ad dominum preces, ut quandiu in hoc corpusculo sum, scribam aliquid gratum vobis, vtile Ecclesiæ, dignum posteris. Presentium quippe iudiciis oblatrantium non satis moueor, qui in vtranque partem aut amore labuntur, aut odio.

## VITA DANIELIS.

**D**aniel de tribu Iuda, genere nobilis, princeps omnium Chaldaeorum sacerdotum, regumque profapia, & florens patriæ nobilitate. Hic sub Ioachim rege Iuda filio Iosia, post primum excidium Ierusalem cum tribus pueris admodum puer in Babylonem translatus est. Vir gloriosus, & aspectu decorus, mente humilis, corpore castus, perfectus in fide, egregius in opere, in virtute summus, in prodigiis clarus, insignis cognitor secretorum caelestium, prescius futurorum, visionum interpretes. Qui continuatis ieiuniis, & orationis instantia, futura prænoscere meruit sacramenta. Hæc virtutum portentis, atque signis effulsit principium, sceleratorum seminis iudicia reprobendens, castitatem feminae reuclauit. Tribus hebdomadibus dierum exorans pro populo ieiunauit. Si-



*mulaschrum Bel diuine aspirationis argumentis elisit : draconem Babyloniae numen eiusdem genitis ossa, pice, adipe capillorum confecta, diuinae mentis instinctu incredibili admiratione disrupit. Et in lacum missus, rabiem mitigauit ferarum, atque virtute animae fortis, inter frementes securus epulatur leones. Hunc Darius Medus postquam cum Cyro Babylonium subuertit imperium, honore maximo habitum secum tulit, & in Mediam abduxit. Isido. de vita & morte quorundam sanctorum, Cap. 40. Vixit autem vsque ad tempus Darij regis persarum, annis 110. Sepultusque est iam senex in spelunca regia solus in captiuitate cum gloria. Idem ibidem.*

## Incipit Danielis Prophetia.

*Quatuor pueri Hebraeorum Chaldaeos sapientia & forma praecellentes eliguntur à Nabuchodonosor, vt Chaldaeis literis erudiantur. Cap. I.*

1. Ioaehim enim Nabuchodonosor tributarium fecit 8. anno vsque ad vndecim annum regni eius, quando vincus carnis datus est in Babylonem, vt 2. Paralip. vlti. & Daniel ac ioseph eius cum eo. Hierony. ibid. Nechao rex Aegypti cum exercitu copioso post tres menses ex quo Iohannicus est, Ierusalem reuertitur. Vnde inconsulto ordinatus rex Ioaehaz, Iosae filius inuentus, Ioaehim fratre suo in loco eius constituto, catenis vincus in Aegyptum secum trahebatur. Sed mortuo Nechaone, anno Ioaehim regis Iuda, qui hucusque Nechaoni adhaeserat, Nabuchodonosor rex Babyloniae per exercitum Ierusalem veluti Aegypti coloniam obsidebat. Cui se Ioaehim sponte tradidit, datus obsequiis, Daniele videlicet Anania, Azaria, & Misaele, & parte vasorum templi domini, adhuc in regno suo relictis, donec gratissima seruitutis ordine degressus, ad Aegyptiorum regem ducerent, multo rursus de Babylone exercitu, comprehensus & tractus, priusquam ad urbem venisset, in campo Babyloniae vndecimo anno regni sui interfecit. Et interim dum haec agitur, in eius locum Ioaehim qui & dicitur Ieconias, filius eius pro patre suo à populo in Ierusalem rex constituitur. Cuius regni tertio mense Chaldaeorum reuerfo exercitu, & ciuitatis Ierusalem obsidente, mouente Ietemia propheta ne ciuitas comburetur, rex Ioaehim cum Nechama matre eius, Chaldaeorum populo se tradidit, qui illum cum omni generatione sua in Babylonem deduxit. Post quem constituit à Chaldaeis Sedechias paruum filium Iosae filius. Augustinus mirabili sacrae scripturae lib. 2. cap. 29.

\* suorum.  
1. Principum.  
2. Praedictor.  
\* Et in quibus esset virtus.  
b. Qui de mensa regis & de vino potus eius non vult comedere ne polluat, scientiam Babylonicum non spernit discere. Hierony. ibid.  
3. Audiuitque eos in hac re, &c.  
c. Quod alij videbant in phantasmate, hoc Daniel oculis cordis aspicebat. Hierony.

[d. Ad litteram vides studium sapientiae multa requirere, nec paruo tempore posse perfici. Daniel trimum annorum sapientiam quidem summe consecutus est, sed profundo hoc mysterio. Sed & Timotheus, & specialis dispensatione. Differunt artes liberales & mechanicæ, illa multo & labore & impendio habet opus, haec breuiter, facile, & impensis modicis possunt addisci. Loricus ibid.]



Anno tertio regni Ioaehim regis Iuda, venit Nabuchodonosor Rex Babyloniae Ierusalem, & obsedit eam, & tradidit dominus in manu eius Ioaehim Regem Iudae, & partem vasorum domus dei, & asportauit ea in terram Sennaar in domum dei sui, & vasa intulit in domum thesauri dei sui. Et ait rex Asphenez praeposito eunuchorum, \* vt introduceret de filiis Israel & de semine regio & tyrannorum] pueros, in quibus nulla esset macula, decoros forma & eruditos omni sapientia, cau- to] scientia, & doctos disciplina, \* & qui possent stare in palatio regis, vt doceret eos literas & linguam Chaldaeorum.

Et constituit eis Rex annonam per singulos dies de cibis suis, & vino vnde bibebat ipse, vt enutriti tribus annis, postea starent in conspectu Regis. \* Fuerunt ergo inter eos de filiis Iudae, Daniel, Ananias, Misael, & Azarias. Et imposuit eis praepositus eunuchorum nomina, Danieli, Balthasar, Ananias, Sidrac: Misaeli, Misac: & Azariae, Abdenago. † Proposuit autem Daniel in corde suo, b ne pollueretur de mensa Regis, neque de vino potus eius, & rogauit eunuchorum praepositum ne contaminaretur. Dedit autem deus Danieli gratiam & misericordiam in conspectu principis Eunuchorum. Et ait princeps eunuchorum ad Danielelem: Timeo ego dominum meum regem, qui constituit vobis cibum & potum, qui si viderit vultus vestros macilentiores praeter ceteris adolescentibus coaetuis vestris, condemnabit caput meum regi. \* Et dixit Daniel ad Malasar quem constituerat princeps eunuchorum super Danielelem, Ananiam, Misaelem, & Azariam: Tenet nos obsecro seruis tuos diebus decem, & dentur nobis legumina ad vescendum, & aqua ad bibendum, & contemplare vultus nostros, & vultus puerorum qui vescuntur cibo regio, & sicut videris, facies cum seruis tuis. † Qui audito sermone huiusmodi, tentauit eos diebus decem. Post dies autem decem apparuerunt vultus eorum meliores & corpulentiores praeter omnibus pueris qui vescuntur cibo regio. Porro Malasar tollebat cibaria & vinum potus eorum, dabatque eis legumina. \* Pueris autem his dedit deus scientiam & disciplinam in omni libro & sapientia, Danieli autem intelligentiam omnium visionum & somniorum. † Completis itaque diebus post quos dixerat Rex, vt introducerentur, introduxit eos praepositus eunuchorum in conspectu Nabuchodonosor. Cumque eis locutus fuisset Rex, non sunt inuenti tales de vniuersis, vt Daniel, Ananias, Misael, & Azarias. Et steterunt in conspectu regis, & omne verbum sapientiae & intellectus quod sciscitatus est ab eis Rex, inuenit in eis decuplum super cunctos hariolos & magos qui erant in vniuerso regno eius. † Fuit autem Daniel vsque ad annum primum Cyri Regis.

Annus ante Christum 614.  
Anni mundi 3228.  
10610. 18.

† 17. dist. cap. Qui de mensa.

† infra 63

Som-

Somnium Nabuchodonosor non Chaldaei sapientes, sed Daniel solus potuit interpretari. I I.

Anni ante Christu. 616. Anni mundi 3337. Ioh. 10. 12.



**N** anno <sup>a</sup> secūdo regni Nabuchodonosor vidit Nabuchodonosor somnium, & conterritus est spiritus eius, & <sup>b</sup> somnium eius fugit ab eo. <sup>c</sup> Praecepit ergo rex, vt conuocarentur harioli & Magi & malefici & Chaldaei, vt indicarent regi somnia sua. Qui cum venissent, steterunt coram rege, & dixit ad eos Rex: Vidi somnium, & mente confusus ignoro quid viderim. Responderuntque Chaldaei regi <sup>d</sup> Syriacè: Rex in sempiternum viue. Dic somnium seruis tuis, & interpretationem eius indicabimus. Et respondens rex, ait Chaldaeis: Sermo recessit à me. Nisi indicaueritis mihi somnium & coniecturam eius, <sup>e</sup> peribitis vos, & domus vestre publicabuntur. ] Si autem somnium, & coniecturam eius narraueritis, premia & dona & honorem multum accipietis à me. Somnium igitur & interpretationem eius indicate mihi. Responderunt secundò, atque dixerunt: <sup>f</sup> Rex somnium dicat seruis suis, & interpretationem eius indicabimus. Responditque rex, & ait: <sup>g</sup> Certè noui quòd tempus redemitis, scientes quòd recesserit à me sermo. <sup>h</sup> Si ergo somnium non indicaueritis mihi, <sup>i</sup> vna est de vobis sententia, quòd interpretationem quae fallacem & deceptione plenam composueritis, vt loquamini mihi donec tempus pertranseat. Somnium itaque dicite mihi, vt sciam quòd in interpretationem quae eius veram loquamini. Respondentes ergo Chaldaei coram rege, dixerunt: <sup>j</sup> Non est homo super terram, qui sermonem tuum rex possit implere, sed neque regum quisquam magnus & potens verbum huiuscemodi sciscitatur ab omni hariolo & Mago & Chaldeo. Sermo enim quem tu queris rex, grauis est, nec reperietur quisquam qui indicet illum in conspectu regis, exceptis diis, quorum non est conuersatio cum hominibus. Quo audito, rex in furore & in ira magna praecipit, vt perirent omnes sapientes Babylonis. Et egressa <sup>k</sup> sententia, sapientes interficiebantur, querebanturque Daniel & socii eius vt perirent. <sup>l</sup> Tunc Daniel requisit de lege atque sententia ab Arioch principe militie regis, qui egressus fuerat ad interficiendos sapientes Babylonis. <sup>m</sup> Et interrogauit eum qui à rege potestatem acceperat, quam ob causam tam crudelis sententia à facie regis esset egressa. Cum ergo rem indicasset Arioch Danieli, Daniel ingressus rogauit regem vt tempus daret sibi ad solutionem indicandam regi. Et ingressus est domū suam: Ananiamque & Misaeli & Azariae sociis suis indicauit negotium, vt quererent misericordiam à facie dei caeli super <sup>n</sup> sacramento ] isto, & non perirent Daniel & socii eius cum ceteris sapientibus Babylonis. <sup>o</sup> Tunc Danieli <sup>p</sup> mysterium per visionem nocte reuelatum est. Et Daniel benedixit deo caeli, & locutus, ait: Sit nomen domini benedictum à seculo & vsque in seculum, quia sapientia & fortitudo eius sunt, & ipse mutat tempora & etates. Transfert regna atque constituit, dat sapientiam sapientibus, & scientiam <sup>q</sup> intelligentibus disciplinam. ] Ipse reuelat profunda & abscondita, & nouit in tenebris constituta, & lux cum eo est. Tibi deus patrum nostrorum confiteor, teque laudo, quia sapientiam & fortitudinem dedisti mihi, & nunc ostendisti mihi quae rogauimus te, quia sermonem regis aperuisti nobis. <sup>r</sup> Post haec Daniel ingressus ad Arioch, quem constituerat Rex vt perderet sapientes Babylonis, sic ei locutus est: Sapientes Babylonis ne perdas. Introduc me in conspectu Regis, & solutionem regi narrabo. Tunc Arioch festinus introduxit Danielem ad regem, & dixit ei: <sup>s</sup> Inueni hominem de filiis transmigratiois Iudee, qui solutionem regi annuntiet. Respondit rex, & dixit Danieli, cuius nomen erat Balthasar: Putasne verè potes mihi indicare somnium quod vidi, & interpretationem eius? Et respondens Daniel coram rege, ait <sup>t</sup> Mysterium quod rex interrogat, sapientes, Magi, & harioli, & aruspices nequeunt indicare regi, sed est deus in caelo reuelans mysteria, qui indicabit tibi rex Nabuchodonosor, quae ventura sunt in nouissimis temporibus. Somnium tuum & visiones capitis tui in cubili tuo huiuscemodi sunt: <sup>u</sup> Tu Rex cogitare coepisti in stratu tuo quid esset futurum post haec, & qui reuelat

Infra. 3. 6. a

Psal. 112. a & 113. d.

<sup>a</sup> Post viciniam Aegyptiorum & caeterarum gentium & parta monarchiam, anno tamen 25. regni eius. Hiero. ibid. Ioseph. 1. Somnus.

<sup>b</sup> Praecepit autem rex vt conuocarentur harioli, qui in hostiis de animalibus immolatis diuinat & magi qui arcana incantationibus viuunt, & malefici, qui auerunt humanos sensus per dieta & facta. De Lira. ibid.]

<sup>c</sup> Ab hoc loco vsque ad visionem anni tertii regis Balthasaram Daniel vidit in suis. Hebraicus quidem litteris, sed lingua scribitur Chaldaica, quae vocat hic Syriacam. Hiero. ibi.

<sup>d</sup> In frustra efficiemini, & domus vestrae in sterquilinum ponentur.

<sup>e</sup> In hoc quod petierunt somnium sibi notificari, rationabiliter sunt locuti, praesumptio vero in eo quod addunt: Interpretationem indicabimus eius. Non enim omnia somnia poterant interpretari. Dio ibi.

<sup>f</sup> Minatur poenam, proponit praemia, vt si possit somnium dicere, cuius non poterat recitari, credat etiam somnij expositionem, aliter interpretatio eorum non habet silem. Glo. 1. ordi.]

<sup>g</sup> Constituitur magi, constituitur harioli, constituitur & omnis scitia secularis literaturae praesentiam futurorum non esse hominum, sed dei. Ex quo probatur prophetas dei spiritum locutos, qui futura cecinerunt. Hiero. ibidem.

<sup>h</sup> Differere.

<sup>i</sup> A rege.

<sup>j</sup> Cum Nabuchodonosor rex somnium vidisset, cuiuslibetque eius ex parte aliqua somni memoria in illo remaneret, Deus Danieli non solum somnium ipsum, sed etiam somni ipsam occasionem, quae esset antequam rex dormiret, indicauerit. Hoc vero factum est, vt regi Danieli summi creatoris notitiam inueneret, & plebs in seruitute, & in captiuitate posita, aliquod, quantum paruum auxilium & solatium haberet. Aug. de mirabilib. hie. scrip. lib. 2. ca. 30.

<sup>k</sup> Arcano, & infra.

<sup>l</sup> Solus Daniel deo fidens quid ad emergentiam dei gratiam faceret, spatium tunc postulare, cum sua fraternitate ieiunaret, at que in orationibus commendatis, & ordinem, & significationem somnij per omnia instituit, tyramni sophistis pariter, Deus glorificatur, Daniel honoratur, non minor enim dei gratiam ei posita quoque relictus. Tertul. contra Psychicos.

<sup>m</sup> Accanum.

<sup>n</sup> His qui possent intelligentia.

<sup>o</sup> Nota quod de filiis Iuda sit Daniel, non sacerdos, sicut in fine Helis fabula continet. Hiero. ibidem.

<sup>p</sup> Mysterium vocans ordinem somnij reuelari, ostendit quicquid occultum est, & ab hominibus ignoratur, posse mysteriis nuncupari. Hiero. ibid.

<sup>q</sup> Nisi aliquando somnia à cogitatione simul & reuelatione procederent, nequaquam Daniel propheta Nabuchodonosor visionem differens à radice cogitationis inchoasset, dicens: Tu rex cogitare coepisti, & Daniel itaque dum somnium & impeditum reuenerit, & ex quo ostendit, cogitatione manifestat, patet ut ostenditur: quis hoc plerumque ex cogitatione simul & reuelatione generetur. Sed nimirum cum somnia tot reuè qualitatibus alterent, tanto eis difficultas credi debet, quanto & ex quo impulsu veniant facilius non elucet. Raban. in 3. 4. Eccl.

[m Quasi nō putes futurorum  
notitiam humana solertia non  
posse comprehendere. Sapiens  
Babylonis excusatur, & inuidiam  
cutat, ne putes eum quo dictu  
rus est, ex propria habuisse sa-  
pientia. Glor. ordi.]  
[n. Scena illa magna, caput eius  
aureum, pedes & brachia argen-  
tea vber & femora aerea, & tibiae  
ferreae. pes alter ferreus, alter fi-  
ctilis. Lapis ē monte sine mani-  
bus abscissus est Christus ex vir-  
gine prognatus. Davidis natus,  
propetia praedictus is omnia  
hanc mundi, regna suo subiu-  
gabit imperio. Loric. ibidem.]  
7. Fasta sit veluti palea de hor-  
reo aliuo.  
o. Vacuata enim omnibus re-  
gnis, regnum Christi domini  
eriget, quod nulli alteri popu-  
lo relinquatur, quoniam pecunia  
nebit in aeternum. Prosp.

p. Regnum Babylonicum o-  
rientis.  
q. Macedonicum Septentrionis.  
r. Regnum Punicum meridiei.  
s. Regnum quartum, Romanum  
occidentis: hanc Orolius.  
\* Forte.  
[e. Quomodo ferrum donat om-  
nia, ita regnum Romanorum  
subiugavit tibi omnia regna pra-  
dicta: & hoc ex tribus per quae  
Romani deuicerunt totum or-  
bem: scilicet sapientia exercitio  
armorum, & bono regimine.  
De Lira. ibid.]  
v. Hoc significatū est per pra-  
dicta, quod imperium istud pro-  
parte erit robustum, praesertim  
in suo processu, non longe à prin-  
cipio, & postea debile: ita quod  
vna pars populi vincatur ab al-  
ia. Dion. ibidem.  
x. Hic lapis est Christus virgo  
de virgine sine humano opere  
natus, & conuerit omnibus re-  
gnis, factus est mons magnus  
& impleuit vniuersam terram.  
Hiero. ibid.  
ly. Tunc rex Nabuchodonosor  
cecidit in faciem suam. Quod  
tunc rex fecit figura fuit adora-  
tionis eius, quae totus mundus  
adrenuatur suo principi. Sara-  
na cum omnibus pompis eius  
adorans crucifixum illum Dei  
Loric. ibidem.  
8. Aeternum.  
z. In hoc calumniator ecclesiae,  
inimicus Christi Porphy-  
rius reprehendit huius libri au-  
thorem, cur propheta munera  
illa accepit. Cui respondendum  
est, quod Daniel munera non  
ex cupiditate accepit, sed ad  
consolationem populi sui ca-  
pitum. Dion. ibid.

mytheria ostendit tibi quae ventura sunt. <sup>8</sup> m Mihi quoque non in sapientia quae est in  
me plusquam in cunctis viuentibus, sacramentum hoc reuelatum est, sed vt interpre-  
tatio regi manifesta fieret, & cogitationes mentis tuae scires: Tu rex videbas, & ecce  
quali statua vna grandis: Statua illa magna, & statua sublimis stabat contra te, & in-  
troitus eius erat terribilis. Huius statuæ caput ex auro optimo erat, pectus autē & bra-  
chia de argento, porro venter & femora ex aere, tibiae autem ferreae: pedum quaedam  
pars erat ferrea, quaedam autem fictilis. Videbas ita, donec abscissus est lapis de monte  
sine manibus, & percussit statuam in pedibus eius ferreis & fictilibus, & comminuit  
eos. Tunc contrita sunt pariter ferrum, testa, aes, argentum, & aurum, <sup>7</sup> & redacta quasi  
in fauillam æstiuæ aëre,] quæ raptæ sunt vento, nullusque locus inuentus est eis. Lapis  
autem qui percussit statuam factus est <sup>o</sup> mons magnus, & impleuit vniuersam ter-  
ram. Hoc est somnium, interpretationem quoque eius dicemus coram te rex. <sup>8</sup> Tu rex  
regum es, & deus cœli regnum & fortitudinem & imperium & gloriam dedit tibi, &  
omnia in quibus habitant filii hominum & bestia agrorum, volucres quoque cœli dedit in  
manu tua, & sub ditione tua vniuersa constituit. Tu es ergo <sup>p</sup> caput aureum. Et post te  
consurget <sup>q</sup> regnum aliud minus te & argenteum,] & <sup>r</sup> regnum tertium aliud aereum  
quod imperabit vniuersæ terræ, & <sup>s</sup> regnum quartum erit <sup>t</sup> velut ferreum. <sup>o</sup> Quomodo  
ferrum comminuit & domat omnia, sic cominuet et conteret omnia hæc. Porro quia  
vidisti pedum & digitorum partem testeam figuli, & partem ferream, regnum diuisum  
erit, quod tamen de plantario ferri orietur. Secundum quod vidisti ferrum mixtum te-  
stæ ex luto, & digitos pedum ex parte ferreos, & ex parte fictiles, <sup>u</sup> ex parte regnum erit  
solidum, & ex parte contritum. Quod autem vidisti ferrum mixtum testæ ex luto, co-  
misciebuntur quidem humano semini, sed non adhærebunt sibi, sicuti ferrum misceri  
non potest testæ. <sup>v</sup> In diebus autem regnorum illorum suscitabit deus cœli regnum, <sup>o</sup>  
quod in aeternum non dissipabitur, & regnum eius alteri populo non traderetur. Comi-  
nuet autem & consumet vniuersa regna hæc, & ipsum stabit in aeternum. Secundum  
quod vidisti quod de monte abscissus est <sup>x</sup> lapis sine manibus, & comminuit testam &  
ferrum & aes & argentum & aurum, deus magnus ostendit regi quæ ventura sunt po-  
stea, & verum est somnium, & fidelis interpretatio eius. <sup>y</sup> Tunc rex Nabuchodonosor  
cecidit in faciem suam, & Daniele adorauit, & hostias & incensum præcepit vt sa-  
crificarent ei. Loquens ergo rex, ait Danieli: Verè deus vester, deus deorum est, & do-  
minus regum, reuelans mytheria, quoniam tu potuisti aperire hoc <sup>z</sup> sacramentum.]  
<sup>z</sup> Tunc rex Daniele in sublime extulit, & munera multa & magna dedit ei. <sup>†</sup> Et con-  
stituit eum principem super omnes prouincias Babylonis, & præfectum & magistrum  
super cunctos sapientes Babylonis. Daniel autem postulauit à rege, & constituit super  
opera prouinciæ Babylonis, Sidrac, Misac, & Abdenago. Ipse autem Daniel erat in fo-  
ribus regis.

*Tres pueri Hebræorum statuam auream ceteris adorantibus adorare negantes in for-  
nacem missi sunt, a qua exire meruerunt illesi.* III.

a. Rex ille Nabuchodonosor  
ita in dei obliuionem animo e-  
tuectus incidit, vt statuam auream  
nimia magnitudinis in campo  
Duran prouinciæ Babylonis e-  
rigens, proprio nomine cōsecra-  
ri diuino cultu præcepit. In  
cuius statuæ dedicationem, om-  
nes vndique prouinciarum po-  
pularumque præpositi conuocari  
communi decreto ipsam i-  
maginem vellent nolent coacti  
sunt adorare, proposita præsen-  
te pona reculantibus, quod nō  
parua formacis stantia videntur  
quique agere nolens se recipi  
preceperet. August. de mira. fac.  
scrip. lib. 2. cap. 34.  
b. Omnem scipientiam sanctam  
mente percurrens, nequaquam  
reperio quod sanctorum quisquā  
deū cadens adorauerit, sed qui  
cunque idola & demones & res  
illicitas adorauerit, cadens dicitur  
adorare, vt hic. Hieronimus  
ibidem.



**N**abuchodonosor Rex fecit statuam auream altitudine cubitorum sexa-  
ginta, latitudine cubitorum sex: & statuit eam in campo Duran prouinciæ  
Babylonis. Itaque Nabuchodonosor rex misit ad congregandos Satrapas,  
Magistratus, & Iudices, Duces, & Tyrannos, & præfectos, omnesque  
principes regionum, vt conuenirent ad dedicationem statuæ quam erexerat Nabu-  
chodonosor rex. Tunc congregati sunt Satrapæ, Magistratus, & Iudices, Duces, & Ty-  
ranni, & optimates, qui erant in potestatibus constituti, & vniuersi principes regionū,  
vt conuenirent ad dedicationem statuæ quam erexerat Nabuchodonosor rex. Stabat  
autem in conspectu statuæ quam posuerat Nabuchodonosor rex, & præco clama-  
bat valèter: Vobis dicitur populis, tribubus & linguis, in hora qua audieritis sonitum  
tubæ & fistulæ & citharæ, sambucæ & psalterii & symphonix, & vniuersi generis mu-  
sicorum, <sup>b</sup> cadentes adorare statuam auream, quam constituit Nabuchodonosor rex.

Anno ante  
Christi 594  
Anno mundi  
3363.

Si-

Si quis autem non prostatus adorauerit, eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentis. Post hæc igitur statim ut audierunt omnes populi sonitum tubæ, fistulæ & citharæ, sambucæ & psalterii, symphoniam, & omnis generis musicorum, cadentes omnes populi, tribus & linguæ, adorauerunt statuam auream quam constituerat Nabuchodonosor rex. Statimque in ipso tempore accedentes viri Chaldaei, accusauerunt Iudæos: dixeruntque Nabuchodonosor regi: rex in æternum uiue. Tu rex posuisti decretum, ut omnis homo qui audierit sonitum tubæ, fistulæ & citharæ, sambucæ & psalterii, & symphoniam, & vniuersi generis musicorum, prosternat se & adoret statuam auream: si quis autem non procidens adorauerit, mittatur in fornacem ignis ardentis. Sunt ergo viri Iudæi quos constituisti super opera regionis Babyloniam, Sidrac, Misac, & Abdenago, viri isti contempserunt (rex) decretum tuum. Deos tuos non colunt, & statuam auream quam erexisti, non adorant. Tunc Nabuchodonosor in furore & ira præcepit, ut adducerentur Sidrac, Misac, & Abdenago. Qui confestim adducti sunt in conspectu regis, pronuntiansque Nabuchodonosor rex, ait eis: Verè ne Sidrac, Misac, & Abdenago, deos meos non colitis, & statuam auream quam constitui, non adoratis? Nunc ergo si estis parati, quacunque hora audieritis sonitum tubæ, fistulæ, citharæ, sambucæ, & psalterii, & symphoniam, omnisque generis musicorum, prosternite vos & adorate statuam quam feci, quod si non adoraueritis, eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis. Et quis est deus qui eripiet vos de manu mea? Respondentes, Sidrac, Misac, & Abdenago, dixerunt regi: Nabuchodonosor rex, non oportet nos de hac respondere tibi. Ecce enim deus noster quem colimus, potest eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis o rex liberare. Quod si noluerit, notum sit tibi rex, quia deos tuos non colimus, & statuam auream quam erexisti, non adoramus. Tunc Nabuchodonosor repletus est furore, & aspectus faciei illius immutatus est super Sidrac, Misac, & Abdenago: & præcepit, ut succenderetur fornax septuplum quàm succendi consueuerat, & viris fortissimis de exercitu suo iussit, ut ligatis pedibus Sidrach, Misac, & Abdenago, mitterent eos in fornacem ignis ardentis. Et confestim viri illi uincti cum braccis suis & tiaris & calceamentis & vestibus, missi sunt in medium fornacis ignis ardentis. Nam iussio regis urgebat. Fornax autem succensa erat nimis. Porro viros illos qui miserant Sidrac, Misac, & Abdenago interfecit flamma ignis. Viri autem hi tres, id est, Sidrac, Misac, & Abdenago ceciderunt in medio camino ignis ardentis colligati. Quæ sequuntur in Hebræis voluminibus non reperi. Erant bulabant in medio flammæ, laudantes deum & benedicentes domino. Stans autem Azarias orauit sic, aperiensque os suum in medio ignis, ait: Benedictus es domine deus patrum nostrorum, & laudabile & gloriosum nomen tuum in secula, quia iustus es in omnibus quæ fecisti nobis, & vniuersa opera tua vera, & via tua recta, & omnia iudicia tua vera. Iudicia enim vera fecisti iuxta omnia quæ induxisti super nos, & super ciuitatem sanctam patrum nostrorum Ierusalem, quia in veritate & in iudicio induxisti omnia hæc propter peccata nostra. Peccauimus enim, & iniquè egimus recedentes à te, & deliquimus in omnibus, & præcepta tua non audiimus, nec obseruauimus, nec fecimus sicut præceperas nobis, ut bene nobis esset. Omnia ergo quæ induxisti super nos, & vniuersa quæ fecisti nobis, in vero iudicio fecisti, & tradidisti nos in manibus inimicorum nostrorum iniquorum, & pessimorum præuaricatorumque, & regi iniusto & pessimo ultra omnem terram. Et nunc non possumus aperire os. Confusio & opprobrium facti sumus seruis tuis, & his qui colunt te, Ne quæsumus tradas nos in perpetuum propter nomen tuum, & ne dissipes testamentum tuum, neque auferas misericordiam tuam à nobis propter Abraham dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, & Israel sanctum tuum, quibus locutus es pollicens quod multiplicares semen eorum sicut stellas cœli, & sicut arenam quæ est in litore maris, quia domine imminuti sumus plusquam omnes gètes, sumusque humiles in vniuersa terra hodie propter peccata nostra. Et non est in tempore hoc princeps & dux & propheta, neque holocaustum, neque sacrificium, neque

[c] Huic edicto simul omnes parte necessarium est. Nempe ut quam primum audieritis sonitum cornu, conuictum tybis, citharæ, sambucæ, nabi, symphoniam, & quorumuis instrumentorum musicorum, continuo prostrati in genua adorabitis hanc statuam auream, quam Nabuchodonosor rex hic curauit erigendam. [d] O Rex, quidam sunt viri Iudæi quos de tua licentia Daniel præfecit publicis operibus provinciarum Babyloniam, qui tibi ut ingrati redderent mala pro bonis, iniuriam & contemptum pro honore à te illis impensio. Caput vos populi tui principes fecisti, & tamen rebelles tibi sunt. Nouerunt enim Chaldaei quod viri isti non nisi deum Israel coluerunt, ideo illos læsæ maiestatis accusant. Dionys. ibid. [e] Pater quod alii sunt dii Nabuchodonosor. Aliud statuam quàm in culum sui iussit erigi. Alii dicunt sacra scripturæ esse conuictum alium, ut vnum idolum pluraliter appellat. Vide Exo. 32. Ibi sunt dii tui Israel, qui eduxerunt te de terra Egypti. Et reg. 2. g. Ecce dii tui Israel, qui eduxerunt te de terra Egypti. Glof. ordin. ibidem. [f] Sic fuit mira exceptio, quia ipsum deum Hebræorum omnipotentem vocauerat in precedenti. cap. Quia superbia mirabiliter exacerbat hominem. De Ly. 1. g. Cum se credere & pro fide sua sciret posse etiam de præfati supplicio liberari, iactare hoc tamen & vindicare sibi noluerunt, docentes quod non eis innoteret confessio virtus sine testimonio passionis, addiderunt posse omnia deum facere, se tamen non in hoc fidere, ut liberari in presenti vellent, sed illam liberatis & securitatis æternæ gloriam cogitarent. Cypria. Epist. lib. 4. epist. 1. [h] Non verbis despiciere regem, que inhonorare vulerunt, sed suam tantummodo erga deum monstrare pietatem. Chrysim. ca. Matt. hom. 4. [i] Tiaræ verbum Græcum est, & vñ verbum in Latinum: & est genus pileoli Persarum & Chaldaeorum. Hiero. ibidem. [k] Palliis. [l] Hucusque Hebræi legunt: media quæ sequuntur vsque ad finem cantici trium pueros, in Hebræo non habentur. Hieron. ibidem. [m] Dicitur autem deus benedictus, tanquam fons omnia benedictionis, & omni dicto benedicens, seu appellandus, ut pro te omni præclara nominatione prædignus, cui omne bonum est adscribendum. Dio. ibidem. [n] Quoniam cum iusti essent, se ipsos humiliabant, acceperunt spiritum humilitatis, donum humilitatis. Chrysim. de spiritu sancto, homil. 6. [o] Quia quandoque punit Deo bonos per malos. Vnde & alio modo sunt executores diuine iustitiæ in inferno. De Lyra. ibi. [p] O Vir orationis viam iustis exitum, leones cohibuit, bella cõposuit, prælia remouit, tempestates sustulit, demonia expulit, cœli fores aperuit, vincula mortis dirupit, languores eiecit, offensas repressit, verbes terræ motu nutantes firmavit, plagas cœlitus irruentes, insidias hominũ, mala denique omnia deleuit oratio. Chrysim. de incomprehensio dei nat. homil. 5. [q] Id est Jacob, qui dicitur hic sanctus specialiter, quia speciali cultu se vult colere. Deum, ut dicitur. Gen. 28. Erat mihi Dominus in Deum. De Lyra. ibidem.

† Sup. 2. a  
Iul. 6. b

† Reg. 3. e

q. Quia omnia quæ à lege statu fuerant impedita, ideo dixit, non est locus. Chyl. aduer. Gêr. Quod Christus sit deus, r. Cessat enim vinum legis, in qua non Leuita, non templum videtur, in qua nullum iâ sacrificium celebratur. Euseb. Emil. De Epipha. hom. 2. f. Facies dei in scripturis accipitur inter lum pro gratiosa presentia, seu pro eius aspectu, quod quæ pro eius sapientia seu notitia, interdum pro eius beatifico intuitu. Dion. ibidem. (r. Et loquitur hic de confusione personarum, qua homo confunditur cum Deo de peccato peccato. De Lyra. ibi. v. Naphtha genus ignis apud Persas, quo maxime nutritur incendia. Hieron. ibidem. x. Nante dei angelus cum in fornacem missis eadē hora pariter in ignem condescendit, qui foras ignis ardores & flammæ de fornace excussit. August. de mira. fac. scri. li. 2. c. 31. y. I. loquebantur quasi ex vno ore, & nondum illos Christus ore docuerat: & ideo orantibus fuit imperabilis & efficacis sermo, qui ad promerendum dominum pacifica & simplices, & spiritalis oratio. Sic & Apostolos cum discipulis, post ascensionem dominum inuenimus orantibus: Eant, inquit, perseverantes omnes vultus in oratione cum mulieribus & Maria, &c. Cyp. ser. 6. z. Omnia creaturam laudare dominum oportere per partes singulas cohortatur, & si nō voce, saltem opere. Hieron. ibi. a. Hoc loco aperte dicitur aquæ, consistere super celos, & consistat illud Genes. 1. Fiat firmamentum in medio aquarū, & dividat aquas ab aquis. Quæ licet prima facie videatur forsitan naturali rationi, & dicitur philosophorum contraria, tamē vel scribit Aug. super Gene. Major est scripturæ illius Gen. auctoritas, quàm omnis humani intellectus perspicacitas sine ca. pates. Dion. ibidem. b. Hic imitant ea quæ pertinet ad elementa, & primo imitantur aqua elementa, secundo ea quæ faciunt ad ornatum elementorum, considerandum autem in omnibus istis quod ista imitata, & ratione carentia dicuntur benedicere Deum, & laudare per quamdam similitudinem in quantum perficiunt ea ad quæ ordinantur à Deo. Et iterum in quantum ex consideratione talium creaturæ rationales assurgunt ad benedicendum & laudandum Deum.) c. Omnis spiritus creatura irrationalis, et si non voce, opere tamen laudat dominum: quia ex creaturæ consequenter creator intelligitur, & in simpliciter operibus atque effectibus diuinitatis magnificentia demonstratur. Hieron. ibidem. d. Hic imitant elementa inferiora, scilicet terra, & aquam, & ea quæ ex eis permixta sunt, & adhaerent eis, ut per quod pertinet ad ornatum terræ. De Lyra. ibidem. e. Consuetudo etiam diuina scripturæ est, aerem celum vocare, ab eo quod est factum videtur: Benedicite eum, inquit, omnes volucres cæli, aerem intelligitur, nam aer volatiliū iter est, & non celum. Damasc. lib. 2. cap. 6. f. humiles corde sunt, de quibus dicitur, Beati pauperes spiritus: & illud: Dicitis à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris: ut non erigamur superbia, nec scila gloriam humilitate quæramus, sed toto corde inclinamur Hieron. ibidem.

oblatio, neque incensum, <sup>9</sup> neque locus primitiarum coram te, ut possimus inuenire misericordiam tuam: sed in animo contrito & spiritu humilitatis suscipiamur. Sicut in holocausto arietum & taurorum, & sicut in milibus agnorum pinguium, <sup>r</sup> sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi, quoniam non est confusio confidentibus in te. Et nunc sequimur te in toto corde, & timemus te, & quarimus <sup>r</sup> faciem tuam. Ne confundas nos, sed fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuam, & secundum multitudinem misericordiarum tuarum: & erue nos in mirabilibus tuis, & da gloriam nomini tuo domine, & confundantur omnes qui ostendunt seruis tuis mala. <sup>r</sup> Confundantur in omni potentia tua, & robur eorum conteratur, & sciant quia tu es dominus deus solus, & gloriosus super orbem terrarum. Et non cessabant, qui miserant eos ministri regis succendere fornacem, <sup>u</sup> naphtha & stuppa & pice & malleolis: & effundebatur flamma super fornacem cubitis quadragintanouem, & erupit & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldaeis. Angelus autem domini descendit cum Azaria & sociis eius in fornacem: & excussit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis, quasi ventum roris flantem, & non terigit eos omnino ignis, neque contristauit, nec quicquam molestiarum intulit. <sup>v</sup> Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant & glorificabant & benedicebant deum in fornace, dicentes: Benedictus es domine deus patrum nostrorum, & laudabilis & gloriosus & superexaltatus in secula. <sup>5</sup> Et benedictum nomen gloriæ tuæ sanctum, & laudabile, & superexaltatum in omnibus seculis. Benedictus es in templo sancto gloriæ tuæ, & superlaudabilis & super gloriosus in secula. Benedictus es in throno regni tui, & superlaudabilis & superexaltatus in secula. Benedictus es qui intueris abyssos, & sedes super Cherubim, & laudabilis & superexaltatus in secula. Benedictus es in firmamento cæli, & laudabilis & gloriosus in secula. <sup>7</sup> Benedicite omnia opera domini domino, laudate & superexaltate eum in secula. <sup>r</sup> Benedicite angeli domini domino, laudate & superexaltate eum in secula. <sup>2</sup> Benedicite aquæ omnes quæ super cælos sunt domino, laudate & superexaltate eum in secula. <sup>3</sup> Benedicite omnes virtutes domini domino, laudate & superexaltate eum in secula. <sup>4</sup> Benedicite sol & luna domino, laudate & superexaltate eum in secula. <sup>5</sup> Benedicite stellæ cæli domino, laudate & superexaltate eum in secula. <sup>b</sup> Benedicite imber & ros domino, laudate & superexaltate eum in secula. <sup>6</sup> Benedicite omnis spiritus dei domino, laudate & superexaltate eum in secula. <sup>7</sup> Benedicite ignis & æstus domino, laudate & superexaltate eum in secula. <sup>8</sup> Benedicite frigus & æstas domino, laudate & superexaltate eum in secula. <sup>9</sup> Benedicite rores & pruina domino, laudate & superexaltate eum in secula. <sup>10</sup> Benedicite gelu & frigus domino, laudate & superexaltate eum in secula. <sup>11</sup> Benedicite glacies & niues domino, laudate & superexaltate eum in secula. <sup>12</sup> Benedicite noctes & dies domino, laudate & superexaltate eum in secula. <sup>13</sup> Benedicite lux & tenebræ domino, laudate & superexaltate eum in secula. <sup>14</sup> Benedicite fulgura & nubes domino, laudate & superexaltate eum in secula. <sup>15</sup> Benedicat terra dominum, laudet & superexaltet eum in secula. <sup>16</sup> Benedicite montes & colles domino, laudate & superexaltate eum in secula. <sup>17</sup> Benedicite vniuersa germinantia in terra domino, laudate & superexaltate eum in secula. <sup>18</sup> Benedicite fontes domino, laudate & superexaltate eum in secula. <sup>19</sup> Benedicite maria & flumina domino, laudate & superexaltate eum in secula. <sup>20</sup> Benedicite cete & omnia quæ mouentur in aquis domino, laudate & superexaltate eum in secula. <sup>21</sup> Benedicite omnes volucres <sup>c</sup> cæli domino, laudate & superexaltate eum in secula. <sup>22</sup> Benedicite omnes bestiarum & pecora domino, laudate & superexaltate eum in secula. <sup>23</sup> Benedicite filii hominum domino, laudate & superexaltate eum in secula. <sup>24</sup> Benedicat Israel dominum, laudet & superexaltet eum in secula. <sup>25</sup> Benedicite sacerdotes domini domino, laudate & superexaltate eum in secula: <sup>26</sup> Benedicite serui domini domino, laudate & superexaltate eum in secula. <sup>27</sup> Benedicite spiritus & animæ iustorum domino, laudate & superexaltate eum in secula. <sup>28</sup> Benedicite sancti & <sup>f</sup> humiles corde domino, laudate & superexaltate eum



eum in secula. <sup>f</sup> Benedicite Anania, Azaria, Misael domino: laudate & superexaltate eum in secula, <sup>g</sup> Quia eruit nos de inferno & saluos fecit de manu mortis, & liberauit de medio ardentis flammæ & de medio ignis eruit nos. Confitemini domino quoniã bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Benedicite omnes religiosi domino deo deorum, laudate & confitemini ei, quia in omnia secula misericordia eius.]

*Hucusque in Hebræo non habetur, & quæ posuimus, de Theodorionis editione translata sunt.*

<sup>h</sup> Tunc Nabuchodonosor rex obstupuit, & surrexit properè, & ait optimatibus suis: <sup>c</sup> Nonne tres viros misimus in medium ignis compeditos? <sup>g</sup> Qui respondentes regi, dixerunt: Verè rex. Respondit rex, & ait: Ecce ego video viros quatuor solutos & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est, & species quarti similis filio dei. Tunc accessit Nabuchodonosor ad ostium fornacis ignis ardentis, & ait: Sidrac, Misac, & Abdenago <sup>i</sup> serui dei excelsi viui, egredimini & venite. <sup>k</sup> Statimque egressi sunt Sidrac, Misac & Abdenago de medio ignis. Et congregati Sarrapæ & Magistratus & Iudices & potentes regis, cõtemplabantur viros illos, quoniam nihil potestatis habuisset ignis in corporibus eorum, & capillus capitis eorum non esset adustus, & <sup>l</sup> saraballa eorum non fuissent immutata, & odor ignis non transfisset per eos. Et erumpens Nabuchodonosor, ait: <sup>m</sup> Benedictus deus eorũ, Sidrac videlicet, Misac, & Abdenago, qui misit angelum suum & eruit seruos suos qui crediderunt in eum, & verbum regis immutauerunt, & tradiderunt corpora sua, ne seruirent, & ne adorarent omnem deum, excepto deo suo. A me <sup>n</sup> ergo positum est hoc decretum, <sup>i</sup> vt omnis populus, & tribus & lingua quæcunque locuta fuerit blasphemiam contra deum Sidrac, Misac, & Abdenago, dispereat, & domus eius <sup>o</sup> vastetur. Neque enim est alius deus, qui possit ita saluare. Tunc rex <sup>p</sup> promouit Sidrac, Misac, & Abdenago in prouincia Babylonis. Nabuchodonosor rex omnibus populis, gentibus & linguis qui habitant in vniuersa terra, pax vobis multiplicetur. Signa & mirabilia fecit apud me deus excelsus. Placuit ergo mihi prædicare signa eius, quia magna sunt: & mirabilia eius, quia fortia: & regnum eius, regnum sempiternum: <sup>q</sup> & potestas eius in generationem & generationem.

[f. Et hoc est quia specialem rationem laudandi habebat, quæ tangitur: cum subditur: Quia eruit eos de inferno. De l yra.] [g. Si enim morerentur quantum boni essent ad inferos descenderent, nisi præseruati fuissent de incendio ignis virtutis diuina. Glosa ord. ibid.

h. Vnde Nabuchodonosor rex, caminum introspectus, ait: Ecce ego quatuor viros video expeditos in medio flammæ, sed quartus ceteris excellit eminentia formæ. Augu. de mirab. sacre scrip. lib. 1. cap. 31.

i. Seruis dei omnia sunt possibilia. Chrysol. in Gene. ho. 51. K. Nõne tres pueri virginitatẽ colentes igne superiores euasere per virginitatem corporibus ab ignis expugnabilibus factis. Damasc. lib. 4. ca. 25. l. Saraballa lingua Chaldeorũ, crura hominum vocantur & tibia, & braccia, eorum quibus crura teguntur, & tibia. Hiero. ibidem.

m. Sic Nabuchodonosor postquam pueri in formam iecit, & re ipsa comprobauerat captiuorum adolescentium virtutem, tunc prædicare eos cepit, & ubi que lingua sua fecit eos illudres Chrysol. in Gene. cap. 26. homil. 51.

n. Si ergo Nabuchodonosor rex laudauit & prædicauit, & gloriam dedit deo, quia liberauit de igne tres pueros, & tantã gloriam dedit, vt decretum non teneret per regnum suum. Quicunque dixerint blasphemiam in deum Sidrac, Misac, & Abdenago, in interitum erunt, & domus eorum in perditionem. Augu. in Euan. Ioan. tract. 21.

o. Ponatur in latinam. 3. In sulciorem statũ restituit.

† 9. dist. c. r. 11. q. 1. c. Imperatores. 23. q. 4. cap. Quidõ vult. & c. Nabuchodonosor & c. Nõ inueniuntur.

† Infr. 7. d.

*Somnium Nabuchodonosor super magna arbore præcisa Daniel interpretatur, vnde Rex pellitur regno, cum bestiis comedit, donec ad se reuersus peccata sua deo confiteretur.*

IIII.

Anni ante Christũ, 597. Anni mundi 3369. Iosepho. 12.

**B** Go Nabuchodonosor quietus eram in domo mea, & florens in palatio meo, somnium vidi quod perterruit me, & cogitationes meæ in stratu meo, <sup>b</sup> & visiones capitis mei conturbauerunt me. Et per me propositum est decretum, vt introducerentur in conspectu meo cuncti sapientes Babylonis, & vt solutionem somnij indicarent mihi. Tunc ingrediebantur harioli, magi, Chaldæi, & aruspices, & somnium narraui in conspectu eorum, & solutionem eius non indicauerunt mihi, donec <sup>c</sup> collega ingressus est in conspectu meo Daniel, cuius nomen Balthasar secundum nomen dei mei, qui habet spiritum deorum sanctorum in semetipso. & somnium coram ipso locutus sum. Balthasar princeps hariolorum, quoniam ego scio quod spiritum deorum sanctorum habeas in te, & omne sacramentum non est impossibile tibi, visiones somniorum meorum quas vidi, & solutionem earum narra. <sup>d</sup> Visio capitis mei in cubili meo: Videbam, & ecce arbor in medio terræ, & altitudo eius nimia. Magna arbor & fortis, & proceritas eius contingens cœlum. Aspectus illius erat vsque ad terminos vniuersæ terræ, <sup>e</sup> folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius, & esca vniuersorum in ea. Subter eam habitabant animalia & bestię & in ramis eius conuersabantur volucres cœli: & ex ea vescebatur omnis caro. Videbam in visione capitis mei super stratum meũ, & ecce vigil & sanctus de cœlo descendit, clamauit fortiter, & sic ait: Succidite arborem & præcidite ramos eius, excutite <sup>f</sup> folia eius, & dispergite fructus eius, fugiãt bestię quæ subter eã sunt, & volucres cœli de rami eius. Veruntamẽ germẽ radicũ eius in terra sinite, & alligetur vinculo ferreo

a. Sequitur tertia visio Danielis quam non scripsit Daniel, sed est epistola regis, quam scripsit vniuerso regno suo postquam de bestia resuscitatus est in hominem, & in regnum. In qua prædicauit mirabilia quæ fecerat apud eum deus excelsus. Forma igitur epistolæ hæc est, quam in ceteris Daniel operi suo: Ego Nabuchodonosor florens & exaltatus in superbiam, & c. Comest. hist. Danic. cap. 4.

b. Cur autem pluraliter dicitur visiones capitis mei, cum non nisi vna visio, & vnum somnium fuerit? Fuit quippe vna visio in regalis, quæ ob suas partes pluraliter visiones, vocatur. Et cur visiones dicat capitis sui? Si quis dem visio ista imaginaria fuit, & in vim imaginatiua, quæ in capite situatur, in quo etiam spiritus animales & naturales, qui vehunt formas seu similitudines reuelationis puriores, & lucidiores sunt secundum Albertum, secundum quem somnium istud insinuat, partim procedit ex præciliis cogitationibus regis, qui cepit vigilando, in leão cogitare de sibi ac regno suo futuro: quãvis principaliter hoc somnium fuerit diuini iudicij. Dio. ibidem.

c. Nouissimus. 2. Rami eius erant pulchri. 3. Frondet.

Dd iij

**A. Campi.**  
 C. Cor humanum ei eripitur, pro quo ei substituitur bestia. Leuita ve rationis expers nihil aliud quæ bestia sit. Idque donec se prem illi compleantur anni. Et ad hunc modum iubente Deo, decernebat ita super ipso angeli. Quod quam ob causam si-ut, si requirant sancti, id est ob causam factum fecerunt, ut cognoscant viuentes quid in regno hominum dominetur altissimi, dans illud cui ipse volens, vel infima sortis hominem ad regnum euehens. Totarius ibidem.]  
 4. In decreto vigillum erit verbum, & in verbo sanctorum postulatio, vt. d. Videns ergo Nabuchodonosorem metuere, ne inuistum quid arque contrarium contra regem diceret videretur, coloratur enim ve simpliciter & verè loquatur quod intelligit, nec quicquid metuat. Vnde ab hinc regis iniuria explicat veritatem vt non eum superbia, sed potestatem videtur arguere. Hieron. ibidem.]  
 Te Vigili & sanctus de celo descendens & clamans, succidite arborem, veritas & iustus est diuina, ea rabente, eiicieris ab hominibus, & cum bestis erit habitatio tua septem temporibus, id est septem annis.  
 6. Agri.  
 7. Agri erit pars eius.  
 8. Rex, & decretum.  
 ff. Subest enim ei cum voluerit posse. Idem secundum Dei voluntatem quisque ad prescientiam est vocandus, vt ait Gregorius, nec debet se quisquam iurare, neque valpinit vti cautelis sed re dispositioni diuine committere Dion. Carth. ibi.]  
 g. Si ergo ille Rex idololatriæ, poterat elemosynis peccata redimere, cui non proluit elemosynæ? Chrysost. in 10. ca. Mat. homil. 26.  
 9. Id enim lanitas erit pro cetero te ruin.  
 h. Quia elatione cogitationis se super homines extulit, ipsi quæ eum hominibus communis habuit, sentum amisit. Grego. Moral. lib. 5. c. 6.  
 i. Vt ei ostenderet Deus quod propter superbiam suam puniret eum, isolo loquente super be fundent inlectio panæ eū dicitur. Vox de celo ruit, quasi quodlibet in pan las deicietis eius superbiam. De Lira. ibid. j.  
 10. Agri.  
 k. Danieli rex non obtemperat, aduersa que viderat, & infesta perpeffus est, que euadere & vitare potuisset. si peccata sua elemosynis redemisset. Cyp. de elemosyna. Ser. 1.  
 l. Sic ille rex Babylonis offensus domino eum suolone & peiore sepe nisi ab humana forma exalset, immelara patrisia corporis sui, & regnum recuperat, & quod opialibus homini est, satis deo facit. Tertul. de patient.  
 m. In hoc fieri homo loquitur tanquam non secundum iustitiam agit, sed secundum voluntatem: & dum potentiam Dei predicat iustitiam eius videtur arguere quasi immerito panas sustinuerit. Glosa ordinaria j.  
 n. Cognitio mea mihi reddita est.  
 o. Sic presumptores exiuntur, sic castigatur superbi ab eo qui potat in lachrymis in mensura. Prosp.  
 p. Hic ponitur conclusio, cum dicitur. Nunc igitur. Ego Nabuchodonosor. o. Ian. lo &c.  
 Quia omnia opera eius vera, quia procedunt secundum regnum lux sapientie, que non potest errare. De Lira. ibidem.]

& ære, in herbis <sup>4</sup> quæ foris sunt,] & rore cœli tingatur, & cum feris pars eius in herba terra. <sup>5</sup> Cor eius ab humano commutetur, & cor feræ detur ei, & septem tempora <sup>6</sup> mutentur super eum. <sup>7</sup> In sententia vigilum decretum est, & sermo sanctorum & petitiō, donec] cognoscant viuentes quoniam dominatur excelsus in regno hominum, & cuiusque voluerit dabit illud, & humillimum hominem constituet super eum. Hoc somnium vidi ego Nabuchodonosor Rex. Tu ergo Balthasar interpretationem narra festinus, quia omnes sapientes regni mei non queunt solutionem edicere mihi. Tu autem potes, quia spiritus deorum sanctorum in te est. Tunc Daniel cuius nomen Balthasar, cœpit intra semetipsum tacitus cogitare quasi vna hora, & cogitationes eius conturbabant eum. Respondens autem rex ait: Balthasar somnium & interpretatio eius non conturbent te. <sup>8</sup> Respondit Balthasar, & dixit: <sup>9</sup> Domine mi, somnium iis qui te oderunt, & interpretatio eius hostibus tuis sit. Arborem quam vidisti sublimem atque robustam, cuius altitudo pertingit ad cœlum, & aspectus illius in omnem terram, & ramus eius pulcherrimi, & fructus eius nimius, & esca omnium in ea, subter eam habitantes bestiarum agri, & in ramis eius commorantes aues cœli, tu es rex, qui magnificentus es & inualuisti, & magnitudo tua creuit & peruēnit vsque ad cœlum, & potestas tua in terminos vniuersæ terræ. Quod autem vidit rex vigilem & sanctum descendere de cœlo, & dicere: succidite arborem & dissipate illam, attamen germen radicem eius in terra dimittite. & vinciaturo ferro & ære in herbis <sup>6</sup> foris,] & rore cœli conspergatur, & cum feris <sup>7</sup> sit pabulum eius,] donec septem tempora commutetur super eum: hæc est interpretatio <sup>8</sup> sententiæ] altissimi, quæ peruēnit super dominum meum Regem: <sup>9</sup> Eiiciet te ab hominibus, & cum bestiis ferisque erit habitatio tua, <sup>†</sup> & fœnum vt bos comedes, & rore cœli infundēris. Septem quoque tempora mutabuntur super te, donec scias quod dominetur excelsus super regnum hominum, <sup>†</sup> & cuiusque voluerit det illud. Quod autem præcepit vt relinqueretur germen radicem eius, id est arboris, regnum tuum tibi manebit postquam cognoueris potestatem esse cœlestē. <sup>†</sup> Quamobrem Rex consilium meum placeat tibi, & <sup>†</sup> peccata tua elemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum, <sup>†</sup> forsitan ignoscet deus delictis tuis: ] Omnia hæc venerunt super Nabuchodonosor Regem. Post finem mensium duodecim in aula Babylonis deambulabat. Responditque Rex, & ait: <sup>†</sup> Nonne hæc est Babylon ciuitas magna quam ego ædificauit in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decōris mei? Cūque sermo adhuc esset in ore regis, vox de cœlo ruit: Tibi dicitur Nabuchodonosor rex: Regnum tuum transibit a te, & ab hominibus eiiciet te, & cum bestiis <sup>10</sup> & feris] erit habitatio tua: fœnum quasi bos comedes, & septem tempora mutabuntur super te, donec scias quod dominetur excelsus in regno hominum, & cuiusque voluerit det illud. <sup>k</sup> Eadem hora sermo completus est super Nabuchodonosor, <sup>†</sup> & ex hominibus abiectus est, & fœnum vt bos comedit, & rore cœli corpus eius infectū est, donec capilli eius in similitudinē aquilarum crescerent, & ungues eius quasi auium. <sup>†</sup> Igitur post finem dierum, ego Nabuchodonosor oculos meos ad cœlum leuaui, & sensus meus redditus est mihi, & altissimo benedixi, & viuentem in sempiternum laudauit & glorificauit, <sup>†</sup> quia potestas eius, potestas sempiterna, & regnum eius in generationem & generationem, & omnes habitatores terræ apud eum in nihilum reputati sunt. <sup>m</sup> Iuxta voluntatem enim suam facit tam in virtutibus cœli quàm in habitatoribus terræ, & non est qui resistat manui eius, & dicat ei: <sup>†</sup> quare fecisti? In ipso tempore, <sup>n</sup> sensus meus reuersus est ad me, ] & <sup>n</sup> ad honorem regni mei decorumque peruēni, & figura mea reuersa est ad me, & optimates mei & Magistratus mei requirerunt me, & in regno meo restitutus sum, & magnificentia mea amplior addita est mihi. <sup>o</sup> Nunc igitur ego Nabuchodonosor laudo & magnifico & glorifico regem cœli, quia omnia opera eius vera, & omnes viæ eius iudicia, & gradientes in superbia potest humiliare.

† Intra. 6. Intra. eodem lob. 40. b.  
 † Eccl. 3. d. † De p. diff. 1. cap. Quamobrem.  
 † Intra 7. d.  
 † 17. q. 4. c. Minor

Expli-

Explicat Daniel Regi visionem manus in pariete scribentis, quæ Regem pellendum & eadem nocte occidendum, & Davium Medium sufficiens signabat. V.

Anni ante  
Christi. 545.  
Anni mundi  
3417.  
Ios. 10. 13.

**B**althasar Rex<sup>a</sup> fecit grande conuiuium optimatibus suis mille, & vnusquisque secundum suam bibebat ætatem. ] Præcepit ergo<sup>2</sup> iam remulētus ] vt afferrentur vasa aurea & argentea: quæ asportauerat Nabuchodonosor<sup>b</sup> pater eius de templo quod fuit in Ierusalem, vt biberent in eis rex & optimates eius, vxoresque eius & concubinæ. Tunc allata sunt vasa aurea quæ asportauerat de templo quod fuerat in Ierusalem, & biberunt in eis rex & optimates eius, vxores & concubinæ illius. Bibebant vinum, & laudabant deos suos aureos, & argenteos, & æreos, ferreos, ligneosque, & lapideos. <sup>c</sup> In eadem hora apparuerunt digiti quasi manus hominis scribentis contra candelabrum, in superficie parietis aulae regie. <sup>d</sup> Et rex aspiciebat articulos manus scribentis. Tunc facies regis commutata est, & cogitationes eius conturbabant eum, & <sup>3</sup> compages ] renum eius soluebantur, & genua eius ad se inuicem collidebantur. Exclamauit itaque rex fortiter, vt introducerent <sup>d</sup> Magos, Chaldaeos, & aruspices. <sup>e</sup> Et proloquens rex, ait sapientibus Babylonis: Quicumque legerit scripturam hanc, & interpretationem eius manifestam mihi fecerit, purpura vestietur, & torquem auream habebit in collo, & tertius in regno meo erit. Tunc ingressi omnes sapientes regis non potuerunt nec scripturam legere, nec interpretationem eius indicare regi. Vnde rex Balthasar satis conturbatus est, & vultus illius immutatus est. <sup>f</sup> Sed & optimates eius turbabantur. Regina autem pro re quæ acciderat regi & optimatibus eius, domum conuiuii ingressa est, & proloquens ait: <sup>†</sup> Rex in ceterum viue: non te conturbent cogitationes tuæ, neque facies tua immutetur. Est vir in regno tuo, qui spiritum deorum sanctorum habet in se, & in diebus patris tui scientia & sapientia inuentæ sunt in eo. Nam & rex Nabuchodonosor pater tuus principem Magorum, incantatorum Chaldaeorum, & aruspicum constituit eum. Pater, inquam, tuus o rex, quia spiritus amplior & prudentia intelligentiæque & interpretatio somniorum, & ostensio secretorum, ac solutio ligatorum inuentæ sunt in eo, hoc est in Daniele, cui rex posuit nomen Balthasar. <sup>g</sup> Nunc itaque Daniel vocetur, & interpretationem narrabit. Igitur introductus est Daniel coram rege. Ad quem præfatus rex ait: Tu es Daniel de filiis captiuitatis Iudæ, quam adduxerat pater meus rex de Iudæa? Audiui de te quoniam spiritum deorum habeas, & scientia intelligentiæque ac sapientiæ ampliores inuentæ sunt in te. Et nunc introgressi sunt in conspectu meo sapientes Magi, vt scripturam hanc legerent, & interpretationem eius indicarent mihi, & nequiverunt sensum huius sermonis edicere. Porrò ego audiui de te quòd possis obscura interpretari, & ligata dissoluere. Si ergo vales scripturam legere, & interpretationem eius iudicare mihi, purpura vestièris, & torquem auream circa collum tuum habebis, & tertius in regno meo princeps eris. <sup>h</sup> Ad quæ respondens Daniel, ait coram rege: <sup>f</sup> Munera tua sunt tibi, & dona domus tuæ altari da, scripturam autem legam tibi Rex, & interpretationem eius ostendam tibi. O Rex, <sup>g</sup> deus altissimus regnum & magnificentiam, gloriam & honorem dedit Nabuchodonosor patri tuo, & propter magnificentiam quam dederat ei, vniuersi populi, tribus & linguæ tremebant & metuebant eum: quos volebat, interficiebat: quos volebat, percutiebat: quos volebat, exaltabat: & quos volebat, humiliabat. Quando autem eleuatum est cor eius & spiritus illius obfirmatus est ad superbiam, depositus est de folio regni sui, & gloria eius ablata est, & à filiis hominum eiectus est. Sed & cor eius cum bestis positum est, & cum onagris erat habitatio eius. <sup>†</sup> <sup>h</sup> Fœnum quoque vt bos comedebat, & rore cæli corpus eius infectum est, donec cognosceret quòd potestatem haberet altissimus in regno hominum, & quencunq; voluerit, suscitabit super illud. Tu quoque filius eius Balthasar non humiliasti cor tuum, cum scires hæc omnia, sed aduersum dominatorem cæli eleuatus es. <sup>h</sup> Et vasa domus eius allata sunt coram te, & tu & optimates tui, & vxores tuæ, & concubinæ tuæ vinum bibistis in eis. Deos quoque

† Sup. 2. a. & 3.  
Infra. 6. b

† Sup. 4. c & f.

a. Imminente obsidione, seditis viribus, & vrbis.  
1. Coram mille vinum bibebat.  
2. Balthasar in sapore vini.

b. Non quidē genitor, sed prozus eius post Nabuchodonosor enim regnauit filius eius Evilmerodach: post quem Regassac filius eius, & post eum Labafadach filius eius, post quem Balthasar eiusdem filius. Hiero. ib.

c. Vidit rex Balthasar articulos manus scribentis in pariete, cōtinuòque per corporis sensum illius apparere, iam tamen signum esse intelligebatur, id habens ex mentis officio: hinc requirebatur quid significaret, etiam ipsam inquisitionem vii que mens agebat. Quod nō comperit Daniel accessit, & spiritui prophætico mente illustrata, perturbato regi quid illo signo portendebatur, aperuit, ipse potius propheta per hoc genus visionis, quod mentis est proprium, quam ille qui & signum corporaliter factum viderat, & transacti eius imaginem in spiritu cogitando cœclat, nec aliquid intellectu poterat nisi non esse signum esse, & quid significaret inquirere. Aug. de Genes. ad li. tertiam, lib. 12. ca. 11.

3. Urganina.  
d. Oblitus eorū quæ Nabuchodonosor acciderat, antiquum & inuolunt suæ gentis sequitur errorem, vnon dei prophetam, sed Magos, & Chaldaeos, & aruspices vocat. Hier. ibid.

e. Hæc visione terre Balthasar, & uocauit Magos & Chaldaeos, & totum hoc genus quod apud barbaros prodigiorum & somniorum interpretationem profitentur postulas vt sibi narret id quod eorū scriptum. Magis autem negantibus se eius intellectum inuenire, Rex ob rei no uitate mensus ac sollicitus præconis uocet per totam suam ditionem publicauit: quicunq; mentem earum literarum interpretari possit, daturum se ei tot quæm auream, & purpureæ uelutis vsum, quali Chaldaeorū reges vtuntur, atque in super terram regni sui partem. Post hoc præconium maior etiam sit imaginum concorsus, certam sententiam literarum lecturam nihil tamen proficiuntibus nihil tamen tristem hæc de exitu regem eius uis, solari enim cepit dicentis quendam esse captiuum Iudæum per Nabuchodonosorem uisitatū Ierusalimis adductum, uirum sapientem, qui possit obscura & soli deo nota perquirere. Ios. lib. 10. ca. 12. Antiqu. f. Abique pretio profert ueritatem, iam illo tempore præceptum fœditus euangelicum. Gratis ac cepisset, gratis date. Hiero. ibid.

g. Omnis enim potestas à deo est, & omne bonum nature ac fortune datur atque dispensatur ab ipso qui bonis & malis, gratis & ingratu ista commutat: occulto quidem iudicio, diuinitate. Dion. ibidem.  
h. Balthasar ille rex qui in uasis domini, quæ de templo Ierusalymis fuerant à patre eius ablata, biberere cum suis amicis & concubinibus, & postea nocte angelum manu percussus, crudeli morte punitus est. Arab. ad uirginem lapsum, cap. 6.

argenteos, & aureos, & æreos, ferreos, ligneosque, & lapideos, qui non vident neque audiunt neque sentiunt, laudasti: porro deum qui habet statum tuum in manu sua, & omnes vias tuas, non glorificasti. <sup>†</sup> Idcirco ab eo missus est articulus manus, que scripsit hoc quod exaratum est. Hæc est autem scriptura quæ digesta est: Mane <sup>\*</sup> thecel Phares. Et hæc interpretatio sermonis. <sup>k</sup> Mane: numeravit deus regnum tuum, & compleuit illud. Thecel, appensus es in statera: & inuentus es minus habes. Phares, diuisum est regnum tuum, & datum est Medis & persis. Tunc iubete Rege, indutus est Daniel purpura, & circumdata est torquis aurea collo eius, & predicatum est de eo quod haberet potestatem tertius in regno. Eadem nocte <sup>l</sup> interfectus est Balthasar rex Chaldeus, & Darius Medus successit in regnum, annos natus sexagintaduos.

*Daniel lese maiestatis accusatus in lacum leonum mittitur: à quo extractus & eius accusatores immisi sunt subito dilaniandi, vnde Darius deum Danielis predicat solum adorandum. VI.*

† Hæc cæli qui habet statum tuum, id est, spiritum tuum vel virtutem aspirandi, vel respiciendi, in quo vita conferuatur in manu sua habet non glorificasti. De Lyra. ibidem.]

\* Mane. k. Hæc interpretatio accepta rex non poterat non vehementer tristari, at camen Danieli sua munificentiam non subtraxit inquam malorum præuentione, sed dona que pollicitus est, exhibuit, sic cogitans, quod non bona audierit, sui facti culpam esse, nõ propheta Ioseph. antiq. Iudaic. lib. 10. cap. 11. l. A Dario & Cyro urbe Babylone capta & destructa, regnoque ad Persas & Medos traducto. Euseb.

† 12. q. 2. ca. Aurum De verbo signific. ca. 7. De confidit. 1. ca. Vestim. 12.

Iere. 50. a.

2. Darius iste cum exstingueret Babyloniurum imperium, alius tuus à Cyro suo cognato annuum agebat sexagesimum secundum, qui fuit Astagis filius, apud Grecos vocatur alio nomine. Hic etiam Danieli prophetae am ad sumptum secum duxit in Mediam, eumque in maximo honore apud se habuit. Erat enim vnus ex tribus Satrapis summis, qui sub se alios habebant 160. Satraparum tot enim à Dario constituti sunt. Ioseph. antiq. Iudaic. lib. 10. cap. 11.

3. Sublimatus est super, Darius destructo regno Babyloniurum tulit secum ad Medos Danielis in eodem honore, quo Balthasar prouentum acceperat. Hier. ibi dem.

4. Contra Danieli ex parte regni.

5. Etor & corruptela.

6. Conueniunt coram Rege. Non immerito simularunt & callidi pronocant iram dei, ut mala sub specie boni, imò & perfina sub optimorum proponant colore. Dion. ibidem.

7. Perficium est vnus regnum fuisse sub Dario & Cyro, Medorum atque Persarum. Hic ibid. 8. Tria sunt tempora quibus deo stectanda sunt genua: tercia horam, sextam, & nonam ecclesiastica intelligit traditio. Hiero. ibidem.

9. Hic tertio quærent occasione contra Danieli circa cõtempus regalem. Inquirentes eum quidam curiosi, est magna sollicitudine per occultas vias & molles oculos: quibus tandem inueniunt contra edictum regis orantem. De Lyra. ibid. 10. Quod vtrique falsum est, quia obedire oportet deo magis quàm hominibus. Sed tunc est maxime fuerunt Medis & Persis apud seipso, quod verba sua putabant omnimodò obseruanda. Quæ occasione accepta. Danieli prouaricationis acculinet: qui tanquam vnus de numero captiuitatis Iudæorum in contempum regis, & legis sue fecisset. Dio. ibidem.

11. Intra se.

12. Conuenientes ad. l. h. Videns ergo rex quod non poterat liberare Danieli nisi frangendo decretum, quæ fractio erat sibi periculosa, & toti communitati ratione prædicta: fideo tanquam minus malis secundum estimationem suam elegit eis tradere Danieli, & maxime quia firmiter credebat quod Deus eum liberaret, sicut audierat de tribus sociis suis liberatis de camino. De Lyra. ibid. 13. 14. Voluntas eius mutaretur.

15. Prolapsus primo diluculo pergit ad lacum credens eum viuere. Hieron. ibidem.

**R**elacuit Dario, <sup>a</sup> & constituit supra regnum Satrapas centum viginti, vt essent in toto regno suo, & super eos principes tres, ex quibus Daniel vnus erat, vt Satrapæ illis redderent rationem, & Rex non sustineret molestiam. Igitur Daniel <sup>b</sup> superabat omnes principes & Satrapas, quia spiritus dei amplior erat in illo. Porro Rex cogitabat constituere eum super omne regnum. Vnde principes & Satrapæ quærebant occasionem vt inuenirent <sup>2</sup> Danieli ex latere Regis, nullamque causam & suspicionem reperire potuerunt, eo quod fidelis esset, & omnis <sup>3</sup> culpa & suspicio non inueniretur in eo. <sup>4</sup> Dixerunt ergo viri illi: Non inueniemus <sup>5</sup> Danieli huic aliquam occasionem, nisi fortè in lege dei sui. Tunc principes & Satrapæ <sup>6</sup> surripuerunt Regi, & sic locuti sunt ei: Dari <sup>†</sup> rex in æternum viuere. <sup>c</sup> Consilium inierunt cuncti principes regni tui, Magistratus & Satrapæ, Senatores & Iudices, vt decretum imperatorium exeat, & edictum, vt omnis qui petierit aliquam petitionem à quocumque deo & homine vsque ad triginta dies, nisi à te rex, mittatur in lacum leonum. Nunc itaque rex confirma sententiam, & scribe decretum, vt non immutetur quod statutum est <sup>d</sup> à Medis & Persis, nec præuaricari cuiquam liceat. Porro rex Darius proposuit edictum, & statuit. <sup>e</sup> Quod cum Daniel comperisset, id est, constitutam legem, ingressus est domum suam, & fenestris apertis in cœnaculo suo contra Ierusalem <sup>f</sup> tribus temporibus in die stectebat genua sua & adorabat, confitebaturque coram deo suo, sicut & antè facere consueuerat. <sup>g</sup> Viri ergo illi curiosius inquirentes, inueniunt Danieli orantem & obsecrantem deum suum, & accedentes locuti sunt regi super edicto: Rex, nunquid non constituisti vt omnis homo qui rogaret quenquam de diis & hominibus vsque ad dies triginta nisi te Rex, mitteretur in lacum leonum? Ad quod respondens Rex, ait: Verus est sermo iuxta decretum Medorum atque Persarum, <sup>h</sup> quod præuaricari non licet. <sup>i</sup> Tunc respondentes dixerunt coram rege: Daniel de filiis captiuitatis Iudæ non curauit de lege tua, & de edicto quod constituisti, sed tribus temporibus per diem orat obsecratione sua. Quod verbum cum audisset rex, satis contristatus est, <sup>k</sup> & pro Daniele posuit cor vt liberaret eum, & vsque ad occasum solis laborabat vt erueret illum. Viri autem illi <sup>l</sup> intelligentes Regem, dixerunt ei Scito rex, quia lex Medorum est atque Persarum, vt omne decretum quod constituerit Rex, non liceat immutari. Tunc Rex præcepit & <sup>m</sup> adduxerunt Danieli, & miserunt eum in lacum leonum, Dixitque rex Danieli: Deus tuus quem colis semper, ipse liberabit te. <sup>n</sup> Allatusque est lapis vnus, & positus est super os laci, quem obsignauit rex annulo suo, & annulo optimatum suorum, ne <sup>o</sup> quid fieret contra Danieli. & abiit rex in domum suam, & <sup>p</sup> dormiuit incœnatus: cibique non sunt allati coram eo, in super & somnus recessit ab eo. Tunc Rex <sup>q</sup> primo diluculo consurgens, festinus ad lacum leonum perrexit, appropinquansque lacui, Danieli voce lachrymabili in clamauit, & affatus est eum: Daniel serue dei viuens, deus tuus cui tu seruis semper, putasne valuit te liberare à leonibus? Et Daniel regi respondens, ait Rex in æternum viuere.

Anni ante Christi 556. Anni mundi 3477. Ios. 10. 14.

8 Sup. 1. a. 32

Infr. 14. 2.

†<sup>1</sup>Mac.2.f F viuē.†<sup>2</sup> Deus meus misit angelum suum, & conclusit ora leonum, & non nocuerunt mihi, quia coram eo iustitia inuenta est in me. Sed & coram te rex delictum non feci. Tunc vehementer rex gauisus est super eo, & Daniele m praecipit educi de lacu. Eductusque est Daniel de lacu, & nulla laesio inuenta est in eo, quia credidit deo suo. Iubente autem rege, adducti sunt viri illi qui accusauerunt Daniele m, & in lacum leonum missi sunt, ipsi & filij & vxores eorum, & non peruenērunt vsque ad pauimentum lacu, donec arriperent eos leones, & omnia ossa eorum comminuerunt. <sup>1</sup> Tunc Darius rex scripsit vniuersis populis, tribubus & linguis habitantibus in vniuersa terra. Pax vobis multipliciter. A me ergo constitutum est decretum, vt in vniuerso imperio & regno meo tremiscant, & paueant deum Danielis. Ipse enim est deus viuens & aeternus in secula, & regnum eius non dissipabitur, & potestas eius vsque in aeternum. Ipse liberator atque Saluator, faciens signa & mirabilia in caelo, & in terra, qui liberauit Daniele m de lacu leonum. Porro Daniel perseverauit vsque ad regnum Darij, <sup>10</sup> regnumque Cyri Persae.

†Sup.1.d

†Sup.1.d

*Viso quatuor bestiarum Danieli ostensarum partim explicatur de antiquo dierum, de auditu filij hominis, de Antichristo, & iudicio futuro.* VII.

Anni ante Christū, 549.  
Anni mundi 3443.



**A**nno primo Balthasar regis Babylonis Daniel somnium vidit. Visio autem capitis eius in cubili suo. Et somnium scribens, breui sermone comprehendit, summamque perstringens, ait: <sup>b</sup> Videbam in visione mea nocte, & ecce quatuor venti caeli pugnabant in mari magno, & quatuor bestiae grandes ascendebant de mari, diuersae inter se. Prima quasi leona, & alas habebat aquilae. Aspiciebam donec euulsa sunt alae eius, & sublata est de terra, & super pedes quasi homo stetit, & cor hominis datum est ei. Et ecce bestia alia similis visio in parte stetit, & tres ordines erant in ore eius, & in dentibus eius, & sic dicebat ei. <sup>c</sup> Surge, comede carnes plurimas. Post haec aspiciebam, & ecce alia quasi pardus, & alas habebat, quasi auis quatuor <sup>1</sup> super se. Et quatuor capita erant in bestia, & potestas data est ei. Post haec aspiciebam in visione noctis, & ecce bestia quarta terribilis atque mirabilis & fortis nimis. Dentis ferreos habebat magnos, comedens atque comminuens, & reliqua pedibus suis conculcans. Dissimilis autem erat caeteris bestiis quas videram ante eam, & habebat cornua decem. Considerabam cornua, & ecce cornu aliud paruulum ortum est de medio eorum, & tria de cornibus primis euulsa sunt a facie eius. <sup>e</sup> Ecce oculi eius quasi oculi hominis in cornu isto, & os loquens in gentia. <sup>c</sup> Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit. Vestimentum eius candidum quasi nix, & capilli capitis eius quasi lana munda. Thronus eius flammam ignis, rotam eius ignis accensus, & fluuius ignis rapidusque egrediebatur a facie eius. <sup>d</sup> Milia milium ministrabant ei, & decies milies centena milia assistebant ei. Iudicium sedit, & libri aperti sunt. <sup>†</sup> Aspiciebam propter vocem sermonum grandium quos cornu illud loquebatur. <sup>e</sup> Et vidi quoniam interfecta esset bestia, & perisset corpus eius, & traditum esset ad comburendum igni, aliarum quoque bestiarum ablata esset potestas, & tempora vitae constituta essent eis vsque ad tempus & tempus. <sup>c</sup> Aspiciebam ergo in visione noctis, & ecce cum nubibus caeli quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum. Et dedit ei potestatem & honorem & regnum, & omnes populi, tribus & linguae ipsi seruient. <sup>†</sup> Potestas eius potestas aeterna, quae non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. Horrui spiritus meus. Ego Daniel territus sum in his, & visiones capitis mei conturbauerunt me. <sup>f</sup> Accessi ad vnum de assistentibus, & veritatem querebam ab eo de omnibus his. Qui dixit mihi interpretationem sermonum, & docuit me. Haec quatuor bestiae magnae, quatuor sunt regna quae consurgent de terra. Suscipient autem regnum sancti dei altissimi, & obtinebunt regnum vsque in seculum & in seculum seculorum. Post hoc volui diligenter discere de bestia quarta, quae erat dissimilis valde ab omnibus & terribilis nimis. Dentis & unguis eius

B

C

D

†Apoc.5.d

†Matt.24.b

†Luc.1.e  
Mich.4.e  
Sup.3.g.4.g

E

i. Nonne Daniel corpori vniuersitate solidato ferarum dentibus insigui non poterunt? Damascenus lib. 4. cap. 25.

k. Quoniam qui fodit fossam proximo, incidet in eam. Eccl. 27. d.

l. Sex vocati nomine Darij fuerunt apud Perlas. Primus Darius Cyaxares, filius Astyagis, cuius filium Cyrus duxit in vxorem: ideo illum apud Medos regnare permisit. Secundus Darius Hyrtius filius Perfarum rex, & pater Xerxis. Tertius Darius Artaxerxes Longimanus Zexis filius. Quartus Darius Nertus. Quintus Darius Artaxerxes Ochus. Sextus Darius Codomanus, quem Alexander Magnus occidit. Ab initio primi ad finem sexti sunt 228. anni, durationis regni Perfarum.

m. Cum igitur ad hunc modum insidiatores perissent, Darius rex per totum suum imperium nuncios dimisit qui Danieli deum praedicarent hunc esse solum verum deum omnipotentem aeternum, ipsum deinde vatem in maiore etiam quam ante honore habuit primum inter amicos locum ei tribuit: qui quibus ab omnibus deo ebaris existimaretur & propter hanc de se opinionem esset illusterrimus, edidit auro pulcherrimum, & singulari admiratione dignum, quod in hodiernum vsque diem durat. Ioseph. lib. 10. cap. 14. Antiqui. 8. Potellate.

9. Prospere egit in regno. 10. Ac in regno.

a. Duo posterora capitula vltimo regis Balthasaris anno, factis continent, mo die vltimo eius eorum prius, posterius uerbo post mortem eius, deumque per praecipitationem, & ordinem, praeposuit, quod haec historia historiam copulauit. Hiero. ibidem.

b. Per visionem intelligitur hic res in somno apparentes, cuius significationem Daniel vt infra habetur, intellexit. In hac visione Daniel vidit formaliter, quia visio est ratio formalis, ob quam & per quem vidit. Dion. ibid.

r. Super dorsum suum. c. Si ergo Danieli & pater dans regnum, & filius accipiens apparuerunt in specie corporali, quo modo isti dicunt patrem nunquam visum esse prophetis? & ideo solum debere intelligi inuisibilem, quem nemo hominum vidit, nec videre potest. August. de Trin. lib. 2. cap. 18.

d. Hi administrant deo qui ad nos nuntiando exeunt, ab istis vero qui se contemplatione in eterna persequuntur, vt ad explenda foras opera minimam mittuntur. Greg. hom. 34. in Euang. 2. Longitudo vitae constituta est eis.

e. Quomodo igitur Iudas & essententur & sperant Christi dei qui hunc idcirco reprobauerunt, quia ex homine natus est. Nam cum ita sit a deo constitutum vt idem Christus his veniat in terram, semel vt vnum deus genibus nuntiet, deinde rursus vt regnet, quomodo in secundum eius aduentum credunt, qui in primum non crediderunt? La. dan. lib. 4. cap. 12.

f. Accessi ad vnum de assistentibus scilicet angelis, qui assistebant iudici: iste tamen accessus fuit in imaginaria visione. De Lyra. ibid. 4. Sanctorum altissimorum,

5. Erant ferrei, & unguis eius auti.



fg. Exponitur interpretatio visionis in speciali de quarta bestia, & de parulo cornu eius, id est de Antichristo, quod habebat oculos quod signat nimiam eius astutiam, & os loquens grandia, id est blasphemias contra deum & maius erat ceteris, quia regnum Antichristi erat maximum secundum extensionem, licet sit paruum secundum durationem. De Lyra ibid.]  
 6. Aspectus erat maior locis suis.  
 7. Datum est sanctis altissimi.  
 8. Turbabit.  
 h. Scilicet Antichristus, qui ceteros reges a deo deprimit, ut se supra omnes homines, imo supra deum extollat: ut patet se cursum ac temporis ordinem seu festam Christi & sanctorum in solennitates suas convertere posse: leges quoque seu ceremonias ac precepta religionis praeferat Christianam pro vicili demolitur, & in suas leges commutare nititur. Dion. ibid.]  
 9. Ex parte altissimi.  
 fi. Tempora mutare, est omnes pietatis consuetudines, & traditiones solennitates & ceremonias disciplinaeque ecclesiae velle commutare. Lorychius ibid.]

ferrei,] comedebat & comminuebat, & reliqua pedibus suis conculcabat. Et de cornibus decem quae habebat in capite, & de alio quod ortum fuerat ante quod ceciderant tria cornua, & de cornu illo quod habebat oculos, & os loquens grandia, & maius erat ceteris. ] Aspiciebam, & ecce cornu illud faciebat bellum aduersus sanctos, & praeualebat eis, donec venit antiquus dierum, & iudicium dedit sanctis excelsum,] & tempus aduenit, & regnum obtinuerunt sancti. Et sic ait: Bestia quarta, regnum quartum erit in terra, quod maius erit omnibus regnis, & deuorabit vniuersam terram, & conculcabit] & comminuet eam. Porro decem cornua ipsius regni, decem reges erunt, & alius confurget post eos, & ipse potentior erit prioribus, & tres reges humiliabit. Et sermones contra excelsum] loquetur, & sanctos altissimi conteret. Et putabit quod possit mutare tempora & leges, & tradentur in manu eius vsque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis. Et iudicium sedebit, ut auferatur potentia & conteratur & dispereat vsque in finem: regnum autem & potestas & magnitudo regni quae est subter omne caelum, detur populo sanctorum altissimi, cuius regnum, regnum sempiternum est, & omnes reges seruient ei & obedient. Hucusque finis verbi. Ego Daniel multum cogitationibus meis conturbabar, & facies mea mutata est in me, verba autem in corde meo conseruaui.

Huc. 10

Visionis arietis & hirci interpretatio & figura, & regnum Antichristi. VIII.

a. Hec est quinta visio in ordine Hebraice scripta in Danielis libro, ceterae vero praecedentes Chaldaice. Comest. in Dan. c. 7.  
 1. Flumen.  
 \* Et cornua.  
 2. Excelsus retro ascendebat.  
 b. Arietis vocabulo Darium regem Persarum designat, hirci vero Graecorum regem, videlicet Alexandrum Macedonem. Chry. aduer. Iud. orat. 2.  
 c. Intelligebat ex superioribus visionibus in quibus secundum regnum per agentia significatum est, etiam non intelligitur quod Medorum & Persarum conuatu imperium. Glo. ord. j.  
 d. Per hunc hircum Alexander Macedo primus Monarcha Graecorum signatur, qui ab occidentali parte respectu Mediae & Persidis, venit vsque ad usum, ubi Darus rex regiam tenebat, cum quo Alexander congressus superuenit. Et sic regnum Medorum & Persarum finem fecit regnandi. Dion. ibid.]  
 j. Iuxta flumen.  
 e. Quia magnitudo Alexandri & eius fama creuit supra modum, subingati sibi tota Asia, & Aethiopia pro magna parte. De Lyra ibid.]  
 4. Operatus est magnifice.  
 5. Versus locum amoenum, & creuit vsque ad exercitum.  
 f. Hic Daniel sub Antiochi specie contra hanc draconis caudam loquitur, dicens: Deiecit de fortitudine, & de stellis deiecit, cui nonnullis & luce iustitiae respicientes, & virtute operis tributor fregit. Qui vsque ad principem fortitudinis magnificatur, quia contra ipsum auctorem virtutis extollitur. Iuge vero sacrificium tollit, quia studium conuersationis ecclesiae in eis quos cepit, intertumpit. Greg. Moral. lib. 12. cap. 14.  
 6. Certum tempus.  
 7. Permitteretur grassari iniquitas, & sanctorum atque exercitus.  
 8. Ad me.  
 9. Non enim sunt angeli vni, sed videntur sicut Abraham ad quercum. Membrum tres viri visi sunt, qui vtique non erant e qui bus vnus adoratur ut Dominus deus Gen. 18. a. Vn se Abraham vidit diem meum & gauisus est 10. 8.  
 g. Glofa ordinaria. ibidem.]  
 9. Ad tempus finis erit visionis.  
 10. Stupore oppressus cecidi super faciem meam.  
 11. In loco.



Nno tertio regni Balthasar regis, visio apparuit mihi: Ego Daniel post id quod videram in principio, vidi in visione mea cum essem in Susis castro, quod est in Helam regione: vidi autem in visione esse me super portam] Vlai, & leuaui oculos meos & vidi. Et ecce aries vnus stabat ante paludem, habens cornua excelsa, & vnum excelsius altero atque succrescens. ] Postea vidi arietem cornibus ventilantem contra occidentem, & contra aquilonem, & contra meridiem, & omnes bestiae non poterant resistere ei, neque liberari de manu eius, fecitque secundum voluntatem suam, & magnificatus est. Et ego intelligebam. Ecce autem hircus caprarum veniebat ab occidente super faciem totius terrae, & non tangebatur terram. Porro hircus habebat cornu insigne inter oculos suos & venit vsque ad arietem illum cornutum quem videram stantem ante portam,] & currat ad eum in impetu fortitudinis suae. Cumque appropinquasset prope arietem efferatus est in eum, & percussit arietem, & comminuit duo cornua eius, & non poterat aries resistere ei. Cumque eum misisset in terram, conculcauit, & nemo quibat liberare arietem de manu eius. Hircus autem caprarum, & magnus factus est] nimis. Cumque creuisset, fractum est cornu magnum, & orta sunt quatuor cornua subter illud per quatuor ventos caeli. De vno autem ex eis egressum est cornu vnum modicum, & factum est grande contra meridiem, & contra orientem, & contra fortitudinem. Et magnificatum est vsque ad fortitudinem] caeli, & deiecit de fortitudine & de stellis, & conculcauit eas & vsque ad principem fortitudinis magnificatum est. Et ab eo tulit iuge sacrificium, & deiecit locum sanctificationis eius. Robur] autem datum est ei contra iuge sacrificium propter peccata, & prosterneretur veritas in terra, & prosperabitur & faciet. Et audiui vnum de sanctis loquentem, & dixit vnus sanctus alteri nescio cui loquenti: Vsquequo visio & iuge sacrificium & peccatum desolationis quae facta est, & sanctorum & fortitudo] conculcabitur? Et dixit ei: ] Vsque ad vespeream & mane dies duo milia trecenti, & mundabitur sanctorum. Factum est autem cum viderem ego Daniel visionem, & quarerem intelligentiam, ecce stetit in conspectu meo quasi species viri. Et audiui vocem viri inter Vlai, & clamauit, & ait: Gabriel fac intelligere istam visionem, Et venit, & stetit iuxta vbi ego stabam. Cumque venisset, pauens corruui in faciem meam. Et ait ad me: Intellege fili hominis, quoniam in tempore finis complebitur visio. ] Cumque loqueretur ad me, collapsus sum pronus] in terram. Et tetigit me & statuit me in gradu] meo,

Anni anni Christi. 547. Anni mundi 3415. Ioh. 10. 12.

Infra. 5

meo, dixitque mihi: Ego ostendam tibi quæ futura sint in nouissimo maledictionis, quoniam habet tēpus finem suū. <sup>h</sup> Arius quem vidisti habere cornua, rex Medorum est atque Persarum. Porro hircus caprarum, rex Græcorum est, & cornu grande quod erat inter oculos eius, ipse est rex primus, quod autem fracto illo surrexerunt quatuor pro eo, quatuor reges de gente eius consurgent, sed non in fortitudine eius. Et post regnum eorum cum creuerint iniquitates, consurget rex <sup>i</sup> impudens] facie, & intelligens <sup>l</sup> propositiones,] & roborabitur fortitudo eius, sed non in viribus suis, & supra quam credi potest, vniuersa vastabit, & prosperabitur, & faciet. <sup>g</sup> Et interficiet robustos, & populum sanctorum secundum voluntatem suam, & dirigetur dolus <sup>k</sup> in manu eius: & cor suum magnificabit, & in copia rerum omnium occidet plurimos. Et contra principem principum consurget, & sine manu conteretur. Et visio vespere & mane quæ dicta est, vera est. Tu ergo visionem signa, quia post multos dies erit. Et ego Daniel <sup>l</sup> langui] & egrotavi per dies. Cūque surrexissem faciebam opera regis & stupebam ad visionem, & non erat qui interpretaretur.

[h. Postis quibusdam præbulis ad expositionem visionis, hic Gabriel incipit visionem exponere in quantum tangit regem Medorum & Persarum De Lyra.] i. Cornu autem grande, ipse est rex primus Alexander, qui 32. ætatis sue anno mortuus est in Babylone Pro quo surrexerunt quatuor duces eius qui sibi imperium diuiserunt. Aegyptum enim Ptolemæus Lagi filius tenuit: Mæcedonas Philippus, qui & Arcidus, Alexandri frater, Syriam, Babylonem, & omnia regna orientis Seleucus Nichanor: Afix Artigonus. Hierony. 12. Senecus, id est, Antichristus. 13. Aenigmata. k. In manu quippe Antichristi dolus dirigitur: quia hoc contra bonos proponitur, implere temporaliter nulla aduersitate prepeditur. Grego. Moral. libr. 26. cap. 15. l. Desinitus sum, sub. vicibus

*Oranti Danieli ostenduntur ab angelo septuaginta hebdomades usque ad vñctionem sancti sanctorum, ad mortem eius & Iudeorum eiectionem. I X.*

† Hete. 25. c. 29. c. Anni ante Christi. 559. Anni mundi 3401. De pœ. di. 1. c. Dixerat.

† 2. Esdr. 1. b. Infra eod.

† Baruch. 1. c.

† Deut. 27. c.

† Baruc. 2. c. Exod. 15. c.



**N** anno primo <sup>d</sup> Dari filij Assueri de semine Medorum, qui imperauit super regnum Chaldæorum, anno vno regni eius, ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, de quo factus est sermo domini ad Ieremiam prophetam, vt complerentur desolationis Ierusalem septuaginta anni. Et posui faciem meam ad dominum deum meum <sup>1</sup> rogare & deprecari] in ieiuniis, sacco & cinere, & oravi dominum deum meum, & confessus sum, & dixi: <sup>b</sup> Obsecro domine deus magne & terribilis, custodiens pactum & misericordiam diligentibus te, & custodientibus mandata tua. <sup>c</sup> Peccauimus, iniquitatem fecimus, impiè egimus, & recessimus & declinauimus à mandatis tuis ac iudiciis. <sup>g</sup> Non obediuimus seruis tuis Prophetis, qui locuti sunt in nomine tuo, regibus nostris, principibus nostris, patribus nostris, omnique populo terræ. Tibi domine iustitia, nobis autem confusio faciei, sicut est hodie viro Iuda & habitatoribus Ierusalem & omni Israel, iis qui prope sunt & iis qui procul in vniuersis terris, ad quas eiecisti eos propter iniquitates eorum in quibus peccauerunt in te domine. Nobis confusio faciei, regibus nostris, & in patribus nostris qui <sup>2</sup> peccauerunt. Tibi autem domino deo nostro misericordia & propitiatio, quia recessimus à te, & non audiuimus vocem domini dei nostri, vt ambularem in lege eius quam posuit nobis per seruos suos Prophetas, <sup>g</sup> & omnis Israel præuaricati sunt legem tuam, & declinauerunt ne audirent vocem tuam, & stillauit super nos maledictio & <sup>3</sup> detestatio,] <sup>†</sup> quæ scripta est in libro Moyse serui dei, quia peccauimus ei. <sup>d</sup> Et <sup>†</sup> statuit] sermones suos quos locutus est super nos, & super principes nostros qui iudicauerunt nos, vt superinducerent in nos magnum malum, quale nunquam fuit sub omni cælo, secundum quod factum est in Ierusalem, sicut scriptum est in lege Moyse. Omne hoc malum venit super nos, & non rogauimus faciem tuam domine deus noster, vt reuerteremur ab iniquitatibus nostris, & cogitarem veritatem tuam. <sup>e</sup> Et vigilauit dominus super malitiam, & adduxit eam super nos. Iustus <sup>\*</sup> dominus deus noster in omnibus operibus suis quæ fecit. <sup>g</sup> Non enim audiuimus vocem eius. <sup>†</sup> Et nunc domine deus noster, qui eduxisti populum tuum de terra Aegypti in manu forti, & fecisti tibi nomen secundum diem hanc, peccauimus, iniquitatem fecimus domine <sup>1</sup> in omnem iustitiam tuam. Auertatur obsecro ira tua, & furor tuus à ciuitate tua Ierusalem, & à monte sancto tuo: propter peccata enim nostra & iniquitates patrum nostrorum, <sup>f</sup> Ierusalem & populus tuus in opprobrium sunt omnibus per circuitum nostrum. Nunc ergo exaudi deus noster orationem serui tui, & præces eius, & <sup>g</sup> ostende] faciem tuam super sanctuarium tuum quod desertum est: <sup>g</sup> Propter te ipsum inclina deus meus aurem

a. Hic est Darius Medus, qui est Cyro Chaldeus Babyloniæ, que superauit: ne potemus illud Darium sub quo edificatum est templum, vel vnum de sequenti- bus. Hic primus de semine Medorum subuertit regnum Chaldæorum filius Assueri, qui alio nomine dicebatur Alyaget. Hierony. ibid. b. Vt rogarem eum oratione, obsecrationibus. c. Daniel post fidei atque innocentie sue multiplicem gratiam post dignationem domini circa virtutes ac laudes suas sepe repetam, ieiuniis adhuc deum pro mereri nititur, in sacco & in cinere voluatur, exomologestis faciens dolere, & alium: Domine deus magnus & fortis, & metuendus. Cyro de lapsa Sec. 4. c. Cur Daniel scians regis liberationis diuinitus promissum iam imminere, & quasi in proxi- mo adesse, orant pro populi sui liberatione? Respondet Hiero- nymus, q. h. ac res magis Dani- elem prouocauit ad rogandum, vt quod deus promissit per suam clemenciam, per horum impleat preces, ne negligetia & superbia pariant offensam. In cinere igitur & sacco postulat impleri qd. promissit deus: ut q. esset incredulus futurorum, sed ne securitas negligentiam, & negligenciam pareret offensam. Hic. ibid. 2. Peccauimus in te, vel tibi. 3. Execratio. d. Stabiles fecit sermones suos in punitione nostra iustavit superinducere in nos magnum malum, &c. Figura hyperbole est ad designandum magnitudinẽ suæ tribulationis. Vel secundã virtutem historie patet hoc ex poni de templi combustione. De Lyra. ibidem. 4. Suscitauit. e. Quando propter peccata corripitur vigilat super nos Deus quando hoc non tacet dominus. Vnde in Psal. surrexit cinquã dormiens dominus, tanquam potens. erapularis à vino. Glosa ordinaria ibidem. f. Enim. g. Secundum omnes iustitias tuas. h. Filij sepe propter delicta parentum corporalibus poenis affligi dicuntur, quia secundum corpus sunt aliquid parentum, & descendunt ab eis, & tãpissime patre sequitur sua proles. Ideo orat Daniel has punitiones à Iudæis cessare, vt equis & templum reedificari prece- tur. Dion. ibidem. 6. Illustria.

g. Hic describitur orantis infatigabilis, cum dicitur: Exaudi domine, preces benigne audiendo, placare, offensam remittendo. Attende & fac nobis consolationem perfectam tribuendo, ne moreris quia tempus infatigabile in quo promissisti consolationem dare nobis. De Lyca. ibidem.

h. Cum Iudaeae gentis septuagenaria apud Babylonios servituti iam ad finem tenderet, Danielis oranti visus Gabriel archangelus renovationem verbis Ierusalem primo quoque tempore, & sine mora futuram canit: & tempus usque ad eam renovationem numero annorum determinat, praedictaque per postea definitum illud temporis spatium, rursus cuertetur. Euseb. de demonstrat. Euang. lib. 8. cap. 2.

7. Determinata.

i. Vide quomodo concordent sententiae. Propheta dixit: ut consummetur peccatum & sine habeat. Christus dixit: implete mensuram patrum vestrorum. Chrysostomus. 2. lud. 20. orat. 2.

8. k. De reparanda & reedificanda, scilicet, a Nehemia missus ab Artaxerxe. anno. 20. regni eius ad reedificandam civitatem constructo iamdudum templo. Quod si illem Artaxerxes, Darius, Hystaspis filium dicit, tunc ab anno 31. imperij eius, quo anno consummata est civitas, ad Christi natalem suppantur 490. an. ex 70. hebdomadibus constituti. Acti Artaxerxes Longimanum credat tunc ad Christi passionem ab anno eius 11. quo creditur Nehemias facultatem edificandae urbis impetrasse, & sui discessit 9. annis discessit, ut Philoni & Chryso. placet. numerabis 487. annos ex 69. hebdomadis cum dimidia constitutos, ut in medio vixit Christus mortuam.

9. Dicitur ventus.

10. Propter extinctionem abominationum erit desolatio.

11. Determinata exterminatio effunderet super populum desolationi obnoxium.

a. In fine prima visionis legitur quia fuit Daniel usque ad annum primum Cyri regis: quod sic accipiendum est, quod fuerit apud Chaldaeos in pristina dignitate usque ad annum primum Cyri regis, & post in Medos translatus: ubi anno primo Cyri regis 70. hebdomadarum sacramenta arguit. Nunc autem tertio Cyri anno hae vidisse narratur. Clo. ordi.

1. Tempus definitum magnum.

2. Illi fuit.

h. Tunc ille praefecit visionem illam, & dispositum fuit ad eam. Nam ve ex litera trahitur, per tria, puta locum, orationem, ieiunium disposuit, & aperuit se ad obtinendam hanc visionem. Dion. ibid.

3. Chastus.

4. Pedes.

5. Hic consequenter ponitur videtur terror. Dicit ergo. Vidi ego Daniel solus visionem perfectam scilicet quia non solum vidit angelum apparentem, sed etiam audiuit eum loquentem, & intellexit. Alii enim viri qui erant cum Daniele, viderunt solum angelum apparentem, ex cuius visione terti fuerunt, & ideo dicuntur hic vidisse visionem, quia angelum loquentem non audierunt, nec intellexerunt ea quae fuerunt reuelata Danieli: Et hoc est quod dicitur. Porro viri qui erant mecum, &c. Simile Paulus in actibus apostolicis passus est, ut ceteris non videntibus visionem solus aspiceret, alij sibi audierunt, sed viri vocis non intellexerunt. De Lyca. in Cl. or.]

5. Virtus.

d. Cetera angelorum ministeria dispensandi singulis quibusque generibus sunt prelara, cuiuslibet autem moter aduersari conspiciunt, sibi iniuriam aduersari dicuntur. Grego. Moral. lib. 17. ca. 7.

tuam & audi, aperi oculos tuos & vide desolationem nostram, & ciuitatem super quam inuocatum est nomen tuum, neque enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Exaudi domine, placare domine, attende, & fac, ne moreris propter temetipsum deus meus, quia nomen tuum inuocatum est super ciuitatem & super populum tuum. Cumque adhuc loquerer & orarem, & confiterer peccata mea & peccata populi mei Israel, ut prosternerem preces meas in conspectu dei mei, pro monte sancto dei mei, & adhuc loquente me in oratione mea, ecce vir Gabriel quem videram in visione a principio, cito volans tetigit me in tempore sacrificij vespertini, & docuit me & locutus est mihi: Dixitque: Daniel, nunc egressus sum ut docerem te, & intelligeres. Ab exordio precum tuarum egressus est sermo. Ego autem veni ut indicarem tibi, quia vir desideriorum es. Tu ergo animaduerte sermonem, & intellige visionem. Septuaginta hebdomades abbreviatae sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam, ut consummetur praevaticatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio & prophetia, & vngatur sanctus sanctorum. Scito ergo & animaduerte ab exitu sermonis, ut iterum edificetur Ierusalem usque ad Christum ducem, hebdomades septem, & hebdomades sexagintaduae erunt, & rursus edificabitur platea, & muri in angustia temporum. Et post hebdomades sexagintaduas occidetur Christus, & non erit eius populus qui eum negaturus est. Et ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo, & finis eius vastitas, & post finem belli statuta desolatio. Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna, & in medio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium, & erit in templo abominatio desolationis, & usque ad consummationem & finem peruerabit desolatio.]

*Apparet Danieli vir lineis indutus vestibus, Principis Persarum & Graecorum nuntians discrimina.* X.



Nno tertio regni Cyri regis Persarum, verbum reuelatum est Danieli, cognomento Balthasar, & verbum verum & fortitudo magna, intellexitque sermonem. Intelligentia enim est opus in visione. In diebus illis ego Daniel iugebam trium hebdomadarum diebus, panem desiderabilem non comedi, & caro & vinum non introierunt in os meum. Sed neque vnguento unctus sum, donec complerentur trium hebdomadarum dies. Die autem vicesima & quarta mensis primi, eram iuxta fluuium magum, qui est Tygris, & leuavi oculos meos, & vidi. Et ecce vir vnus vestitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo, & corpus eius quasi chrysolitus, & facies eius velut species fulguris, & oculi eius ut lampas ardens, & brachia eius & quae deorsum sunt usque ad pedes quasi species aeris cadentis, & vox sermonum eius ut vox multitudinis. Vidi autem ego Daniel solus visionem, porro viri qui erant mecum non viderunt, sed terror nimis irruit super eos, & fugerunt in absconditum. Ego autem relictus solus vidi visionem grandem hanc, & non remansit in me fortitudo, sed & species mea immutata est in me, & emarcui, nec habui quicquam virium. Et audiui vocem sermonum eius, & audiens iacebam consternatus super faciem meam, & vultus meus haerebat terrae. Et ecce manus tetigit me, & erexit me super genua mea & super articulos manuum mearum. Et dixit ad me: Daniel vir desideriorum, intellige verba quae ego loquor ad te, & sta in gradu tuo. Nunc enim sum missus ad te. Cumque dixisset mihi sermonem istum, steti tremens, & ait ad me: Noli metuere Daniel, quia ex die primo quo posuisti cor tuum ad intelligendum ut te affligeres in conspectu dei tui, exaudita sunt verba tua, & ego veni propter sermones tuos. Princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti & vno diebus, & ecce Michael vnus de principibus primis venit in adiutorium meum, & ego remansi ibi iuxta regem Persarum. Veni autem ut docerem te quae ventura

†Sup. 8.e

†Infra. 10.b  
Matth. 24.g  
Ioh. 1.g

†Matth. 24.b

Anni ante  
Christi. 557.  
Anni mundi  
3405

†Sup. 9.f  
Infra eodem

ventura sunt populo tuo in nouissimis diebus, quoniam adhuc visio in dies. <sup>c</sup> Cúmque loqueretur mihi huiuscemodi verbis, deieci vultum meum ad terram, & tacui. Et ecce quasi similitudo filij hominis tetigit labia mea, & aperiens os meum locutus sum, & dixi ad eum qui stabat contra me: Domine mi in visione tua <sup>d</sup> dissolutæ sunt compages meæ, ] & nihil in me remansit virium: <sup>e</sup> Et quomodo poterit seruus <sup>f</sup> domini mei loqui cum <sup>g</sup> domino meo? Nihil enim in me remansit virium, sed & halitus meus <sup>h</sup> intercluditur. ] Rursum ergo tetigit me quasi visio hominis & confortauit me, & dixit: <sup>i</sup> Noli timere vir desideriorum, pax tibi, confortare & esto robustus. Cúmque loqueretur mecum, conualui, & dixi: Loquere domine mi, quia confortasti me. Et ait: <sup>k</sup> Nūquid scis quare venerim ad te? Et nunc reuertar vt prelier aduersum principem Persarum. Cúm enim egrederer, apparuit princeps Græcorum veniens. Veruntamen annuntiabo tibi quod expressum est in scriptura veritatis, & nemo est <sup>l</sup> adiutor meus ] in omnibus his, nisi Michael princeps vester.

*Post varios reges reuelabitur filius iniquitatis, se contra deum erigens.*

XI.

Anni ante  
Christi, 559  
Anni mundi  
3403.

**A** Go autem à primo anno Darij Medi, stabam: vt confortaretur, & roboraretur. Et nunc veritatem annuntiabo tibi. Ecce adhuc <sup>a</sup> tres reges stabunt in Perside, & quartus ditabitur opibus nimis super omnes, & cùm inualuerit diuitiis suis, concitabit omnes aduersum regnum Græcia. Surget verò rex fortis, & dominabitur potestate multa, & faciet quod placuerit ei. Et cùm steterit, conteretur regnum eius, & diuidetur in <sup>b</sup> quatuor ventos cæli, sed nō in posteros eius, neque secundū potentiam illius qua dominatus est. Lacerabitur enim regnū eius etiam <sup>c</sup> in externos, exceptis iis. ] Et confortabitur rex austri, & de Principibus eius <sup>d</sup> præualebit super eum. Et dominabitur <sup>e</sup> ditone, multa enim dominatio eius. ] Et post finem annorum fœderabuntur. Filiūque regis austri veniet ad regem aquilonis <sup>f</sup> facere amicitiam, ] & non obtinebit fortitudinem brachij, nec stabit <sup>g</sup> semen eius: & tradetur ipsa, & qui adduxerunt eam <sup>h</sup> adolescentes eius, ] & qui confortabant <sup>i</sup> eam in temporibus. <sup>k</sup> Et stabit de germine radicum eius <sup>l</sup> plantatio. ] Et veniet cum exercitu, & ingredietur <sup>m</sup> prouinciam ] regis aquilonis, & <sup>n</sup> abutetur eis, & obtinebit. ] Insuper & deos eorum & sculptilia, vasa quoque pretiosa auri & argenti captiua ducet in Ægyptum. Ipse <sup>o</sup> præualebit ] aduersus regem aquilonis. Et intrabit in regnum rex austri, & reuertetur ad terram suam. <sup>p</sup> Filij autem eius prouocabuntur, & congregabunt multitudinem exercituum plurimorum. Et veniet properans & inundans, <sup>q</sup> & reuertetur & concitabitur, <sup>r</sup> & congregietur cum robore eius. ] Et prouocatus rex austri egredietur & pugnabit aduersus regem aquilonis, & præparabit multitudinem nimiam, & dabitur multitudo in manus eius, & <sup>s</sup> capiet multitudinem ] & exaltabitur cor eius, & deiciet <sup>t</sup> multa ] milia, sed non præualebit. Conuertetur enim rex aquilonis, & præparabit multitudinem multo maiorem quàm prius. <sup>u</sup> Et in fine temporum annorumque veniet, properans cum exercitu magno & opibus nimis. <sup>v</sup> In temporibus illis multi confurgent aduersus regem austri. <sup>w</sup> Filij quoque præuaricatorum populi tui extollentur, vt impleant visionem, & corruent. Et veniet <sup>x</sup> rex Aquilonis & comportabit aggerem, & capiet vrbes munitissimas, & brachia austri nō sustinebunt. Et <sup>y</sup> confurgent electi eius ] ad resistendum, — & non erit fortitudo. ] Et faciet veniens super eum iuxta placitum suum, & non erit qui stet contra faciem eius. Et stabit in terra inclyta, & consumetur in manus eius, & ponet faciem suā, vt veniat ad tenendum vniuersum regnum eius, & recta faciet cum eo. Et filiam fœminarum dabit ei vt evertat illud, & non stabit, nec illius erit. Et conuertet faciem suā ad insulas, & capiet multas & cessare faciet <sup>z</sup> principem opprobrij sui. Et opprobrium eius conuertetur in eum. ] Et conuertet faciem suam <sup>aa</sup> ad imperium ] terræ suæ, & impinget & corruet, & non inuenietur. <sup>ab</sup> Et stabit in loco eius <sup>ac</sup> vilissimus & indignus decore regio, ] & in paucis diebus conteretur, non in furore nec in prælio.

11a. 19. c.

6. Hic ponitur consolatio perfecta ipsius Danielis cū quo sic loquebatur Angelus, tunc deiecit vultum suū in terram, quā non potens sustinere aspectum fulgoris Angeli apparentis. Et hoc factū est vt Daniel cognosceret fragilitatem hominis respectu virtutis angelorum. De Lyra ibid.]

6. Conuersi sunt in me dolores mei.

\* Illi.

7. Non fuit in me reliquus. [Et iubens timorem omnem me ponere vt deo dilectæ ac græ bene sit tibi, inquit, vt motus metuis, nihil est, sed totum te præbes bono ac imperterrito sis animo. Tolstius ibidem.]

g. te uera magna lacrima dei. Laxato enim populo de captiuitate Iudeorum, Persarū regnū atque Medorum interfecit Dario, subuenit Alexander rex Macedonum, & princeps Græcorū vicit principem Persarum. Hierony. ibid.]

8. Qui mecum uiciliter agit.

a. Imō 14. sequentur à Cyro ad Alexandrū magnū. At non fuit eorum spiritus prophetalis historie ordinem sequi, sed pœclara quæque persingere. Quatuor autē quos Daniel post Cyri vidit futuros super Persas regnare, sunt Cylus, Smerdes, Darius & Nereus magnus. Hieron. ibid.]

b. Orientē scilicet & occidentē meridiem & septentrionem. In Ægypto enim quæ est ad meridiem, primus regnauit Ptolemæus Lagi filius, in Macedonia, Philippus qui & Aridius frater Alexandri, quæ est ad occidentem Syria & Babylonia, & superioribus locis quæ sunt ad orientem. Seleucus Nicanor imperatoris Asiæ & Pontis & ceteris in eadem plaga prouincis Antigonus, id est ad septentrionem. Et hoc secundum totum orbis plagas dicitur. Qui autē in Iudæa est, ad aquilonem Syriam, ad meridiem Ægyptum habet. Glor. ordi. ibid.]

1. Aliis quàm istis.

\* Et.

2. Et dominatio multa erit, & dominium eius potētissimum.

3. Vt faciat æquitate.

\* Ille &.

4. Et qui genuit eam.

5. Basis eius.

6. Habituaculum.

7. Faciet in eis, & confortabitur.

8. Per annos stabit.

9. Hic consequenter agit de rege Antiochi magni, qui fuit filius Seleuci Galatici regis Syria. Vnde considerandū p mortuo Seleuco Galatico rege Syriæ duo filij eius qui tunc erant paruuli, creuerūt scilicet Seleucus Ceramus, qui erat primogenitus, & Antiochus magnus, qui erat secundus natus. Mortuū autem Ptolemeo Energete, qui patris eorum interfecerat & matrem, regnante Ptolemeo Philopatore in Ægypto loco patris sui Pholemet Energetis, duo fratres prædicti mouerunt contra eum prælium ad vindicandum mortem patris, sed infra breue tempus Seleucus Ceramus mortuus est. De Lyra.]

\* Transibit.

9. Vtque ad munitiōnem eius.

10. Eleuabitur multitudo illa.

11. Decem.

d. Recte præuaricator dicitur, qui discedit à domino. Denique Græci à discedendo apostata nominatur. Vnde & illud Eccl. 19. Vinum & mulieres apostate facit sapientes, Amb. in Psal. 118. Sermo. 19.

6. Rex aquilonis, Antiochus rex Syria, cepit vrbes munitissimas, quæ tunc Ægypti abstinere receperat, & regno suo eas subiiciuit. Dion. ibid.]

12. Populo electorum eius non erit virtus.

13. Princeps opprobrij sumi, ne opprobrium sumi, in se conuertat.

14. Ad munitiōnem.

15. Seductor & tyrannus in hoc regni.

16. In dolo.

17. In blanditiis.  
18. In uindicta perfunderentur.  
19. Habuit enim Daniel copiosas visiones, & prophetias protulit denuntiationes, quas primò nò intellexit, sed eorū intelligentiam postea ab angelo edoctus est: & tamen prophetici nominis rationem simul & denuntiationem pròinde nò perdidit. Cypri. in loh. lib. 8. cap. 3.  
20. In æternum munitiones uerfabit in cogitationibus eius.

g. Antiochus enim Epiphaneus dedit sororem suam uxorem Epiphano regi Aegypti in dolo: qui suscepit ex ea duos filios. Tunc Antiochus in uisum foro Aegyptum tanquam inter epulas rem & nequiter sed inter epulas fecit occidi uirum fortis, & uoluit obtinere Aegyptū, sed Aegyptij uiriliter resistentes eiecerunt eum. Post biennium autē reuersus obfedit Alexandriam, & ecce legati Romanorū milii sunt ad Aegyptios liberandos, quibus solerati erant: & recessit ab Aegypto. Coniect. histo. Danie. cap. 12.  
20. Naues Cictim.  
21. Felus, & infra.

22. Qui impiè agente in testamtu, hi se lucent blanditiis.  
h. Quia aliqui pessimi de Iudæis simulacres se zelare pro cultu dei, populū Iudeorum deciperent, sicut de Alchimio & suis sociis dicitur. 1. Ma. 7. Homo in cæcis de semine Aaron ueni, non decipiet nos, & tamen situm rursus iuramentum, ut ibidē dicitur. De Lira.  
23. Diebus multis.  
24. Examentur & mundentur.  
i. Quod de eodem Antiocho Epiphano creditur dictum, licet Iudæi de Antichristo coniciant. Et hæc mala illi accidisse dicitur, quia in sanctos dei multam exercuerit crudelitatem, & puluerit templum eius. Non enim pro eo qd conatus est facere, & acti penitentiæ desinit adimplere. sed pro eo quod fecit punit<sup>9</sup> esse credendum est. Hierony. ibi.  
25. Nec de.  
k. Diabolus se licet in seipso uel ubique fuerit, uel in infiris suis. Omnium enim malorū caput est diabolus, sicut Christus honorum. Glo. ordi. ibid. ]

26. Pretio.  
27. Finalis.

l. Hoc est, in Iudæam siue in ecclesiam introibit Antichristus: uisus uero mirabilia operatio gloriā suam declarant. Antichristus autem ingredietur Ierusalem, & in Iudæa solium figet, eius typos olim in Antiocho precessit. Diony. ibid.  
m. Quia ista duo regna similiter saluabitur Antichristo, hoc autem non potest dici de Antiocho: quia istas terras non legitur intrasse. De Lira. ibid. ]  
28. Patarij sui.

n. Huius sententiæ euangelicus locus est simillimus de resurrectione mortuorum corporum. Ioan. 5. Quia uenit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient uocem filij dei, & procedent qui bona fecerunt in resurrectionem uitæ: qui uero mala, in resurrectione iudicij. August. de ciuit. dei. lib. 20. cap. 23.  
o. Tribulationis.  
p. Bene itaque dormientium dixit quietem, ut intelligas mortem non esse perpetuam, quæ fontem uicem inuit ad tēpus & ad tēpus excluditur: melioremque profectum uitæ eius ostendit quæ futura post mortē est, quæ eius quæ ante mortē merore arque dolore transgunt. Siquidem illa stellis comparatur, hæc ærumnæ addicitur. Amb. de fide resurrectionis. Oratio.

Et stabit in loco eius despectus, & non tribuetur ei honor regius: Et ueniet <sup>16</sup> clām] & obtinebit regnum <sup>17</sup> in fraudulentia, ] & brachia <sup>18</sup> pugnantis expugnabuntur ] à facie eius, & conterentur. <sup>f</sup> Insuper & dux fœderis. Et post amicitias cum eo faciet dolum, & ascendet & superabit in modico populo, abundantes & yberes vrbes ingredietur. Et faciet quæ non fecerunt patres eius, & patres patrum eius. Rapinas & prædam & diuitias eorum dissipabit, & <sup>19</sup> contra firmissimas cogitationes inibit, ] & hoc usque ad tempus. Et concitabitur fortitudo eius, & cor eius aduersum regem austri in exercitu magno. Et rex austri prouocabitur ad bellum multis auxiliis & fortibus nimis, & non stabunt, quia inibunt aduersum eum consilia. <sup>5</sup> Et comedentes panem cum eo conterent illum, exercitūque eius opprimetur, & cadent interfecti plurimi. <sup>6</sup> Duorum quoque regum cor erit ut male faciant, & ad mensam vnā loquentur <sup>7</sup> mendacium & non proficient, quia adhuc finis in aliud tempus. Et reuertetur in terram suam cum opibus multis, & cor eius aduersum testamentum sanctum, & faciet & reuertetur in terram suam. Statuto tempore reuertetur, & ueniet ad austrum, & non erit priori simile nouissimum. Et ueniet super eum <sup>20</sup> trieres & Romani, ] & percutietur, & reuertetur. Et indignabitur contra <sup>21</sup> testamentum ] sanctuarij, & faciet reuerteturque & cogitabit aduersum eos qui dereliquerunt testamentum sanctuarij. Et brachia ex eo stabunt, & polluent sanctuarium fortitudinis, & auferent iuge sacrificium, & dabunt abominationem in desolationem. <sup>b</sup> Et <sup>22</sup> impij in testamentum simulabunt fraudulenter: ] populus autem sciens deum suum, obtinebit & faciet. Et docti in populo docebunt plurimos, & ruent in gladio & in flamma & in captiuitate & in rapina <sup>23</sup> dierū. ] <sup>c</sup> Cūque corruerint, subleuabuntur auxilio paruulo, & applicabuntur eis plurimi fraudulenter. Et de eruditis ruent ut <sup>24</sup> consentur & eligantur, ] & dealbentur usque ad tempus præfinitum, quia adhuc aliud tempus erit. <sup>1</sup> Et faciet iuxta uoluntatem suam rex, & eleuabitur & magnificabitur aduersus omnem deum. Et aduersus deum deorum loquetur magnifica & dirigetur, donec compleatur iracundia. Perpetrata quippe est definitio. Et deum patrum suorum non reputabit, <sup>25</sup> & erit in ] concupiscentiis fœminarum, nec quenquam deorum curabit, quia aduersum uniuersa consurget. <sup>k</sup> Deum autem Maozim in loco suo uenerabitur, & deum quem ignorauerunt patres eius colet auro & argento, & lapide pretioso, rebūque pretiosis. Et faciet ut uniat Maozim cum deo alieno quem cognouit & multiplicabit gloriam, & dabit eis potestatem in multis, & terram diuidet <sup>26</sup> gratuito. ] <sup>8</sup> Et in tempore <sup>27</sup> præfinito ] præliabitur aduersus eum rex austri, <sup>c</sup> & quasi tempestas ueniet contra illum Rex aquilonis in curribus & in equitibus & in classe magna, & ingredietur terras, & conteret & pertransiet. <sup>1</sup> Et introibit in terram gloriosam, & multi corruent. Hæc autem solæ saluabuntur de manu eius. Edom & Moab, & principes filiorum Ammon. Et mittet manum suam in terras, & terra Aegypti non effugiet. Et dominabitur thesaurorum auri & argenti, & in omnibus pretiosis Aegypti. <sup>m</sup> Per Libyam quoque & Aethiopiam transibit, & famaturbabit eum ab oriente & ab aquilone, & ueniet in multitudine magna ut conterat & interficiat plurimos. Et figet tabernaculum <sup>28</sup> suum Apadno ] inter duo maria super montem inelytum & sanctum, & ueniet usque ad summitatem eius, & nemo auxiliabitur ei.

Bonorum & malorum varia resurrectio, occultūque dei iudicium cum libro clauso, occultisque sermonibus. XII.



**N** tempore autem illo consurget Michael princeps magnus qui stat pro filiis populi tui, & <sup>a</sup> ueniet tempus\* quale non fuit ab eo ex quo gentes esse cœperunt, usque ad tempus illud. Et in tempore illo saluabitur populus tuus, omnis qui inuentus fuerit scriptus in libro. Et multi de iis qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt, alij in uitam æternam, & alij in opprobriū, <sup>1</sup> ut vi-

Anni anni Christi. 547. Anni mundi 3415. 10610. 11.

1 Matr. 24. 6. De mag. 6. d.



<sup>B</sup> ut videant semper. ]<sup>c</sup> Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiant multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Tu autem Daniel claude sermones, & signa librum vsque ad tempus statutum. Plurimi pertransibunt, & <sup>2</sup> multiplex erit ] scientia. Et vidi ego Daniel, & ecce quasi duo alij stabant, vnus hinc super ripam fluminis, & alius inde ex altera ripa fluminis. Et dixi viro qui erat indutus lineis, qui stabat super aquas fluminis: <sup>3</sup> Vsq̄uequo finis horum mirabilium? Et audiui virum qui indutus erat lineis: <sup>d</sup> qui stabat super aquas fluminis, <sup>t</sup> cum eleuasset dexteram & sinistram suam in cœlum, & iurasset per viuentem in æternum, quia in tempus & tempora, & dimidium temporis. Et cum completa fuerit dispersio manus populi sancti, complebuntur vniuersa hæc. Et ego audiui & non intellexi. Et dixi: Domine mi quid erit post hæc? Et ait: Vade Daniel, quia clausi sunt signatiq̄ue sermones vsque ad præfinitum tempus. <sup>3</sup> Eligentur ] & dealbabitur, & quasi ignis ] portabuntur multi. Et impiè agent impij, neque intelligent omnes impij. Porro docti intelligent, <sup>e</sup> & à tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti nonaginta. Beatus qui expectat, & peruenit vsque ad dies mille trecentos triginta quinque. Tu autem Daniel vade <sup>4</sup> ad præfinitum, ] & requiesces & stabis in forte tua in fine dierum.

† Apoc. 10. a

Sup. 11. f

1. In abiectione sempiternam.  
c. Doctor ergo ecclesiasticus veta-  
ba dei scribendo & docendo,  
nō sibi laborat, sed & alijs,  
quia sibi laborat pro æterna  
mercede & quiete, alijs autem  
pro vera salute & perpetua re-  
quie. Vnde in Daniele scriptum  
est. Qui docti fuerint, fulgebunt  
sicut splendor firmamenti, &c.  
Raba. in. 2. 4. cap. Ecclæ.  
2. Multiplicabitur.  
d. Ad designandum quod po-  
testas terrena est finaliter con-  
culcanda. Aquæ enim populos  
significant, secundum quod di-  
citur Apoc. 17. Aquæ multæ po-  
puli multo. Vsq̄uequo finis horum  
mirabilium, id est, quanta  
erit duratio persecutionis Anti-  
christi prædictæ. De Lyra. ibid.

3. Repurgabitur.

e. Vnde patet hos tres & semis  
annos de Antichristi dici tem-  
poribus, qui tribus, & semis an-  
nis, i. mille ducentis nonaginta  
diebus sanctos periclituros est;  
& postea conuertitur in montem  
in elyro & sancto. Hieron. ibid.  
4. Ad finem.

*Hucusque Danielem in Hebraico volumine legimus, cetera quæ sequuntur vsque ad finem libri, de Theodotionis editione translata sunt.*

*Castissimam Susannam veteres presbyteri adulterij accusantes, & mortis ream, lege talionis à Daniele iudicati sunt. XIII.*

† 11. q. 5. cap. 22. Quod dicitur.

<sup>A</sup> **E**rat vir habitans in Babylone, & nomen eius Ioachim, & accipit uxorem nomine Susannam filiam Helchiæ, pulchram nimis & timentem deum. <sup>b</sup> Parentes enim illius cum essent iusti, erudierunt filiam suam secundum legem Moyli. Erat autem Ioachim diues valde, & erat ei <sup>c</sup> pomarium vicinum ] domui suæ, & ad ipsum confluebant Iudæi, eo quod esset honorabilior <sup>2</sup> omnium. ] Et constituti sunt duo senes iudices in illo anno, de quibus locutus est dominus, quia egressa est iniquitas de Babylone à senioribus iudicibus, <sup>c</sup> qui videbantur regere populum. Isti <sup>3</sup> frequentabant domum ] Ioachim, & veniebant ad eos omnes <sup>4</sup> qui habebant iudicia. ] Cum autem populus reuertisset per meridiem, ingrediebatur Susanna & deambulabat in pomario viri sui. Et videbant eam senes quotidie ingredientem & deambulantem, & exarserunt in concupiscentiam eius. Et <sup>d</sup> euerterunt sensum suum, & declinauerunt oculos suos vt non viderent ] cœlum, neque recordarentur iudiciorum iustorum. <sup>e</sup> Erant ergo ambo vulnerati amore eius, nec indicauerunt sibi vicissim dolorem suum. Erubescabant enim indicare sibi concupiscentiam suam, volentes <sup>f</sup> concubere cum ea. ] Et obseruabant quotidie sollicitius videre eam. Dixitque alter ad alterum: eamus domum, quia hora prandij est. Et egressi recesserunt à se. Cumque reuertissent, venerunt in vnum, & sciscitantes ab invicem causam, confessi sunt concupiscentiam suam. Et tunc in commune statuerunt tempus quando eam possent inuenire solam. Et factum est autem cum obseruarent diem aptum, ingressa est <sup>g</sup> aliquando ] sicut heri & nudius tertius cum duabus solis puellis, voluitque lauari in <sup>h</sup> pomario. ] Æstus quippe erat, & non erat ibi quisquam præter duos senes absconditos, & contemplantes eam. Dixit ergo puellis: Afferte mihi oleum & smigmata, & ostia pomarij claudite, vt lauer. Et fecerunt sicut præceperat, clauseruntque ostia pomarij, & egressæ sunt <sup>i</sup> per posticum, ] vt afferrent quæ iusserat. <sup>10</sup> Nesciebantque senes intus esse absconditos. <sup>11</sup> Cum autem ] egressæ essent puellæ, <sup>o</sup> surrexerunt duo senes, & accurrerunt ad eam, & dixerunt: Ecce ostia pomarij clausa sunt, & nemo nos videt, & in concupiscentia tui sumus. Quamobrem offensire

a. Apparet autem hoc factum esse adhuc recenti captiuitate: quia Daniel adhuc iuuenis erat. Porro Susanna vxor Ioachim pulchra erat nimis, ideo exarsit in eam duo senes iudices illius anni. Comest. histo. Dan. cap. 13.  
b. Hoc vitandū est testimonio ad exhortationem parentum, vt doceant iuxta legem dei, sermo-  
nemque suum, non solum filios, sed & filias suas. Hierony-  
m. ibid. ex Origene.  
c. Horus vicinus, & infra.  
d. omnibus.  
e. Pulchrè ait: qui videbantur regere populum, non qui regabant. Bene etenim prædicatorum populo verè hunc regunt, qui autem tantum nomen habent iudicum seu pastorum, aut prædicationem arguunt in iusto populo præfinit videntur populum regere magis quam regunt. Quibus illud Zachariæ. O pastor & idolum detrahens gregem. Dion. ibid.  
f. Expectabant in domo.  
g. Litigantes.  
h. Sed vt in animis eorum iaceret fundamentum, & cogitaret desiderata complere, ipsi euerterunt sensum suum: quo subuerso, oculi eorum inclinati sunt, vt cœlestia non viderent, nec recordarentur iudiciorum iustorum siue Dei, siue honestatis, siue naturæ quæ omnibus ad bonū iura est. Hier. ibid.  
i. Respicere in.  
k. Commisere illi.  
l. Susanna.  
m. Porro.  
n. Porro obliquas & infra.  
o. Et non viderunt senes, quia erant absconditi. Et factū est cum.  
p. Nec atas vox eorum, nec auctoritas fallat, qui ad duorum presbyterorum veterem nequitiam respondentem: siue illi Susannam iudicant corruptere & violare conati sūt, sic & hi prauis doctrinis ecclesiæ pudici-  
tiam corruptere, & veritatem euangelicam violare conantur. Cyprian. Epist. lib. 1. epist. 8.

F. Duo senes minantur illi morte, nisi colentur, dice dolo: Quod si nolueris. In hac aurem tentatione ponitur Susanna virtuositas electa, quia magis elegit mori quam dei mandatum ex tergeredi. Unde ingenuit ex dolore cordis propter periculum imminens De Lyra ibid. J. g. Cōtemnebat quod audiebat, quia timebat eum qui nihil latebat. Chry.

\*Quod acciderat ei.

h. Illos erubuerunt, quia lucens que semper bonum de domina sua testimonium præstiterunt, & cum magnifice laudauerunt. Dionys. ibid. 11. Et factum est vt die crastina conueniret.

i. Adhibetur pudicitia cōiugalitatis, & tam sermo fundamēto innuitur, utroque valletur, vt & insidiantes repellat, & falsos testes conuincat. Remanserunt casta mulier moritura, nisi adesse qui videbat, quod indicantes latebat. Cōtemnebat Susanna quod audiebat, quia timebat eum, quod nihil latebat. Sed expectabat eum qui saluam faceret a puilliani tempestate falsum testimonium veterum malorum. Chry. de Susanna homi. to. 1.

k. Sancta itaque Susanna denuntiat illi terrore, cum hinc se videt videri periculo, inde opprobrio, maluit honesta morte vitare opprobrium, q̄. Andro saluta tuam vitam subire ac si finiret. Itaque dum honestati intendit, etiam vitā referuauit: quæ si id quod sibi videbatur, ad vitam vilem præparauisset, non eam rapta esset gloria. imo etiam, id quod non solum inutile sed etiam periculosum foret, penam criminis faceret non sua sisset. Ambr. Offic. lib. 1. ca. 14. 22. Mendaciter testificati sunt. 23. Maliganti sunt.

l. Cognito igitur Daniel Susannæ negotio, cum eam falsis accusatoribus vellet plebs impetrit damnare, ait idem: Nilulus ego sum à sanguine huius, & conuersus omnis populus ad eum, dixit: Quis est iste sermo quem tu locutus es? Qui cum staret in medio horum, ait: sic fatui filij Israel, nō iudicantes neque quod verum est cognoscentes condemnastis filiam Israel? Reuertimini ad iudicium, quia falsum testimonium locuti sunt aduersus eam. Reuersus est ergo populus cum festinatione. Et dixerunt ei senes: Veni, & sede in medio nostrum & indica nobis, quia tibi deus dedit honorē senectutis. Et dixit ad eos Daniel, Separatæ illos abinuicem procul, & diiudicabo eos. Cum ergo diuisi essent alter ab altero, vocauit vnum de eis, & dixit ad eum: inueterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua que operaberis prius, iudicans iudicia iniusta, innocētes opprimēs, & dimittens noxios, dicens domino: Innocentem & iniustum non interficies. Nūc ergo si vidisti eam, dic qua sub arbore videris eos colloquentes sibi. Qui ait: Sub schino. Dixit autem Daniel. Rectē mentitus es in caput tuum. Ecce enim angelus dei accepta sententia ab eo scindet te medium. Et amoto eo iussit venire alium, & dixit ei: Semen Chanāan & non Iuda, species decepit te, & concupiscentia subuertit cor tuum. Sic faciebatis filiabus Israel, & illæ timentes loquebantur vobis, sed filia Iuda non sustinuit iniquitatem vestram. Nunc ergo dic mihi sub qua arbore comprehenderis eos loquentes sibi. Qui ait: Sub prino. Dixit autem ei Daniel: Rectē mentitus es & tu in caput tuum. Manet enim angelus dei gladium habens vt secet te medium, & interficiat vos. Exclamauit itaque omnis cœtus voce magna, & benedixerunt deum qui saluat sperantes in se. Et confurrexerunt aduersus duos presbyteros. Conuicerat enim eos Daniel ex ore suo falsum dixisse testimonium.

16. Conuersantes inuicem. Apparet falsitas Susannæ ergo religiosa mulier, & pudica coniux, erat vtique quædā longe mota. Et si tunc mortua esset, pudicitia quod obisset, dum caro condideret sepulchro, & castitas resideret deo? Putabis enim staret tanquam ad magnū meritū peruenire, si falsi testes non proualeat super innocentem. Non est magnū meritū si nō proualeat falsum testimonium aduersus innocentem, si aduersus dominum non proualeat. Chry. de Susanna, ho. to. 1.

nobis, & commiscere nobiscum. Quod si nolueris, dicemus contra te testimonium, quod fuerit tecum iuuenis, & ob hanc causam emiseris puellas à te. Ingemuit Susanna, & ait: Angustia sunt mihi vndique. Si enim hoc egero, mors mihi est: si autem non egero, non effugiam manus vestras. Sed melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu domini. Et exclamauit voce magna Susanna, exclamauerunt autem & senes aduersus eam. Et cucurrit vnus ad ostia pomarij, & aperuit. Cum ergo audissent clamorem famuli domus in pomario, irruerunt per posticum, vt viderent quidnam esset. Postquam autem senes locuti sunt, erubuerunt serui vehementer, quia nunquam dictus fuerat sermo huiusmodi de Susanna. Et facta est dies crastina. Cumque venisset ] populus ad Ioachim virum eius, venerunt & duo presbyteri pleni iniqua cogitatione aduersus Susannam vt interficerent eam. Et dixerunt coram populo: Mittite ad Susannam filiam Helchię vxorem Ioachim. Et statim miserunt. Et venit cum parentibus & filiis & vniuersis cognatis suis. Porro Susanna erat delicata nimis & pulchra specie. At iniqui illi iusserunt vt discooperiretur, erat enim cooperta, vt vel sic satiarentur decore eius. Flebant igitur sui, & omnes qui nouerant eam. Consurgentes autem duo presbyteri in medio populi posuerunt manus suas super caput eius. Quæ flens suspexit ad cœlum: Erat enim cor eius fiduciam habens in domino. Et dixerunt presbyteri: Cum deambularem in pomario soli, ingressa est hæc cum duabus puellis, & clausit ostia pomarij, & dimisit à se puellas. Venitque ad eam adolescens qui erat absconditus, & concubuit cum ea. Porro nos cum essemus in angulo pomarij videntes iniquitatem, cucurrimus ad eos, & vidimus eos pariter commisceri. Et illum quidem non quiuimus comprehendere, quia fortior nobis erat, & aperto ostio exiit. Hæc autem cum apprehendissemus, interrogauimus quisnam esset adolescens, noluit indicare nobis. Huius rei testes sumus. Credidit eis multitudo quasi senibus & iudicibus populi, & condemnauerunt eam ad mortem. Exclamauit autem voce magna Susanna, & dixit: Deus æternæ qui absconditorum es cognitor, qui nosti omnia antequam fiant, tuis quoniam falsum testimonium tulerunt ] contra me, & ecce morior, cum nihil horum fecerim, quæ isti malitiose composuerunt ] aduersum me. Exaudiuit autem dominus vocem eius. Cumque duceretur ad mortem, suscitauit dominus spiritum sanctum pueri iunioris, cuius nomen Daniel, & exclamauit voce magna: Mundus ego sum à sanguine huius, & conuersus omnis populus ad eum, dixit: Quis est iste sermo quem tu locutus es? Qui cum staret in medio horum, ait: sic fatui filij Israel, nō iudicantes neque quod verum est cognoscentes condemnastis filiam Israel? Reuertimini ad iudicium, quia falsum testimonium locuti sunt aduersus eam. Reuersus est ergo populus cum festinatione. Et dixerunt ei senes: Veni, & sede in medio nostrum & indica nobis, quia tibi deus dedit honorē senectutis. Et dixit ad eos Daniel, Separatæ illos abinuicem procul, & diiudicabo eos. Cum ergo diuisi essent alter ab altero, vocauit vnum de eis, & dixit ad eum: inueterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua que operaberis prius, iudicans iudicia iniusta, innocētes opprimēs, & dimittens noxios, dicens domino: Innocentem & iniustum non interficies. Nūc ergo si vidisti eam, dic qua sub arbore videris eos colloquentes sibi. Qui ait: Sub schino. Dixit autem Daniel. Rectē mentitus es in caput tuum. Ecce enim angelus dei accepta sententia ab eo scindet te medium. Et amoto eo iussit venire alium, & dixit ei: Semen Chanāan & non Iuda, species decepit te, & concupiscentia subuertit cor tuum. Sic faciebatis filiabus Israel, & illæ timentes loquebantur vobis, sed filia Iuda non sustinuit iniquitatem vestram. Nunc ergo dic mihi sub qua arbore comprehenderis eos loquentes sibi. Qui ait: Sub prino. Dixit autem ei Daniel: Rectē mentitus es & tu in caput tuum. Manet enim angelus dei gladium habens vt secet te medium, & interficiat vos. Exclamauit itaque omnis cœtus voce magna, & benedixerunt deum qui saluat sperantes in se. Et confurrexerunt aduersus duos presbyteros. Conuicerat enim eos Daniel ex ore suo falsum dixisse testimonium. Feceruntque

4. Reg. 24. c.

† 2. q. 1. c. De  
& q. 1. c. Epi  
scopus c. 66.  
Iulianus.  
De post. dia.  
cap. 1.  
2. Deg. f.  
Act. 20. f.

† 2. q. 1. ca. In  
primis. q. 1. c.  
Non omni.  
Exod. 23. d.  
24. q. 1. c. 7. d.  
fieri. e.  
De ref. lib. ca.  
Venerabili.

† Deut. 19. d

Feceruntque eis sicut male egerant aduersus proximam, vt facerent † secundum legem Moyſi, <sup>p</sup> & interfecerunt eos. Et saluatus est sanguis innoxius in die illa. Helchias autem & vxor eius laudauerunt deum pro filia sua Susanna cum Ioachim marito eius, & cognatis omnibus, quia non est inuenta in ea res turpis. Daniel autem factus est magnus in conspectu populi à die illa & deinceps. Et rex Astyages appositus est ad patres suos, & suscepit Cyrus Perſes regnum eius.

[p. Interfecerunt eos sicut dignos morte regi tradiderunt, qui habebat altum iustitiam, & ipse fecit eos comburi secundum modum illius terra, vt dicitur ler. 29. Vel aliter, interfecerunt. Quia de voluntate regis specia- li permissum est iudicis vt eos interficerent secundum legem Moyſi, & sic fuerunt lapidati. De Lyra, ibidem.

*Daniel sacerdotibus Belis cum familia sua interfecit, Bel destruxit & draconem eius interfecit: in lacum leonum missus ab Habacuc pastus est & inde extractus, emulis suis in lacum missis subito deuorandis.* XIII.

Anni ante Christi. 559. Anni mundi 3403.

**A** Rat autem Daniel conuiuia regis, & honoratus ] super omnes amicos eius. <sup>b</sup> Erat quoque idolum apud Babylonios nomine Bel, & impendebantur in eo per dies singulos similia artabæ duodecim, & oues quadraginta, vini que <sup>2</sup> amphora ] sex. Rex quoque colebat eum, & ibat per singulos dies adorare eum. Porro Daniel adorabat deum suum. Dixitque ei rex: Quare non adoras Bel? Qui respondens, ait ei: quia non colo idola manu facta, sed viuentem deum, qui creauit cælum & terram, & habet potestatem omnis carnis. Et dixit rex ad eum: Non videtur tibi esse Bel viuens deus? An non vides quanta comédar & bibat quotidie? Et ait Daniel aridens: Ne erres rex. <sup>†</sup> Iste est enim intrinsecus luteus, forinsecus aureus, neque comédit \* aliquando. Et iratus rex vocauit sacerdotes eius, & ait eis: Nisi dixeritis mihi quis est qui comédar impensas has, moriemini. Si autem ostenderitis quòd Bel comedat hæc, morietur Daniel, quia blasphemauit in Bel. Et dixit Daniel regi: Fiat iuxta verbum tuum. Erant autem sacerdotes Bel septuaginta, exceptis vxoribus & paruulis ] & filiis. Et venit rex cum Daniele in templum Belis. Et dixerunt <sup>d</sup> sacerdotes Belis: Ecce nos egrediemur foras, & tu rex pone escas & vinum misce, & claude ostium, & signa annulo tuo. Et cum ingressus fueris, manum nisi inueneris omnia comesta à Bel. morte moriemur, vel Daniel qui mentitus est aduersum nos. <sup>†</sup> Confidebant ] autem quia fecerant sub mensa absconditum introitum, & per illum ingrediebantur semper, & deuorabant ea. Factum est igitur postquam egressi sunt illi, & rex posuit cibos ante Bel, præcepit Daniel pueris suis, & attulerunt cinerem. Et <sup>†</sup> cribrauit per ] totum templum coram rege, & egressi clauserunt ostium, & signantes annulo regis, abierunt. Sacerdotes autem ingressi sunt nocte iuxta consuetudinem suam, & vxores & filij eorum, & comederunt omnia & <sup>†</sup> biberunt. ] Surrexit autem rex primo diluculo, & Daniel cum eo. Et ait rex: Salua ne sunt signacula Daniel? qui respondit: Salua rex, statimque cum aperuisset ostium introitus rex mensam, exclamauit voce magna: Magnus es Bel, & non est apud te dolus quisquam. Et risit Daniel, & tenuit regem ne ingrederetur intro, & dixit: <sup>†</sup> Ecce pauimentum, animaduerte cuius vestigia sunt hæc. Et dixit rex: Video vestigia viro- rum & mulierum & infantium. Et iratus est rex. <sup>†</sup> Tunc apprehendit rex sacerdotes & vxores & filios eorum, & ostenderunt ei abscondita ostiola per quæ ingrediebantur & consumebant quæ erant super mensam. Occidit ergo illos rex, & Bel tradidit in potestatem Danielis, qui subuertit eum & templum eius. Et erat draco magnus in loco illo, & colebant eum Babylonij, Et dixit rex Danieli: \* Ecce nunc non potes dicere: quia iste non sit deus viuens. Adora ergo eum. Dixitque Daniel regi: Dominum deum meum adoro, quia ipse est deus viuens. — Iste autem non est deus viuens. ] <sup>†</sup> Tu autem rex da mihi potestatem, & interficiam draconem absque gladio & fuste. <sup>†</sup> Et ait rex: Do tibi. <sup>†</sup> Tulit ergo Daniel picem & adipem & pilos & coxit pariter, fecitque massas & dedit in os draconis, & disruptus est draco, Et dixit Daniel: Ecce quem colebatis. Quod cum audissent Babylonij, indignati sunt vehementer, & congregati aduersum regem, dixerunt: Iudæus factus est rex. <sup>†</sup> Bel destruxit, draconem interfecit, & sacerdotes occidit. Et dixerunt cum venissent ad regem. Tradde nobis Danielem, alioquin interficiemus te & domum tuam. Vidit ergo rex quòd

a. Dubium est cuius regis Babylonij Daniel conuiuia esset. Certum est enim quòd nec Darii Meli qui eum duxit in Mediâ post Babylonis excidium, qui nec Babylonis rex fuit, sicut nec Cyrus. Ergo vel Balchazar, vel sub Euilmerodach, qui propter eius sapientiam illum in præcipuo habuit honore, vt eum commensalem secum faceret. Dion. ibidem.  
1. Gloriosus.  
b. Primi enim Babylonij deum vocauerunt signatum. Bel iustitiam, quoniam hominis mortui, qui principatum in eos dicitur primus episcopus. Coluerunt & serpentem in colatentem, quem Daniel occidit. Amb. in 1. cap. epist. Rom.  
2. Metretæ.  
c. Quia intrinsecus luteus, per consequens non habens vitam nec vicera, nec huiusmodi membra cibum recipientia. Et sic patet erroris aculeatio per Danielum facta. Lyra, ibidem.  
\* Neque bibit.  
d. Sacerdotes isti de illorum sunt numero impiorum, de quibus Sapiens scribit: Assimulauerunt vitam esse vitam nostram, & conuersationem vitam ad lucra compositam, & oportere vendique acquirere. Hi autem ingressi sunt templum Belis per quòd clam subterraneos, cuniculos, & comederunt & biberunt quæcunque Bel appositæ erant. Quorum vestigia introitus rex, illos interfecit, & templum idoli quæ subuertit, no ceteri postea illi iudicentur. Dion. ibidem.  
3. Contemnebant.  
4. Strauerunt.  
5. Gressi sunt.  
6. Introitus rex mensam ad videndum si cibaria essent comesta. Exclamauit voce magna ad laudandum deum suum. Magnus es Bel in virtute qui tanta comeditisti. Vidit enim mensam vacuum, & quòd totum comeditisset. De Lyra, ibidem.  
† Tunc apprehendit rex sacerdotes vxores & filios eorum, &c. Mundus perit & concupiscentia eius. Vitiâ sibiipsis sunt poena. Noceat emptæ dolore voluptas. Penitentiæ maxime semper amittitur. Archia Tarentinus dicebat: Nullam capitaliorem pestem quam voluptatem corporis hominibus natura datam. Loric. ibidem. 7.  
\* Nunquid & hunc dices, quia æreus est? ecce viuus, & comedit & bibit.  
† Hic ponitur ipsius draconis inuasio, propterea da mihi rex talem licentiam qua nullus me impediatur, & interficiam draconem absque gladio & fuste, & videtur impossibile. De Lyra ibidem. 8.  
h. Daniel horrendum draconem, id est, qui spiritum diaboli præferebat, sollicitus cibi virtute comedit, faciens de picæ & adipis, de duabus substantiis vni ossam: quæ assumpta, quòd putabatur cibis, interitus fuit. In piæ homo intelligitur, deus adipe demonstratur: qui totius puritatis candor & pinguedo est bonitatis. Euseb. Emul. de Pascha. homil. 11.

† Eccl. 30. e

† Sup. 6. e

Ec

6. Virgerent.

¶ Cum ieiunio Daniel in lacu leonum ingressus est, & eorum tantam mansuetudinem sensit, ut simplicitatem ouium arbitratetur: Nam bestia in illa ferali arboris rabie, furoris sui natura lenita oblato sibi cibo parcescit. Et aliquanto tempore fame defecta, preparatam satietatis copiam respiciunt. Chryl. de Iona. homil.

7. In peliim.

K. Per prandium quod habes in Babylone Danieli, Qui respondit, ne Babylone vidi nec lacum scio. Et ideo dato quod iam essem in Babylone, nec lacum Babylonis, nec Danielem scirem inuenite. De Lyra. ibidem.]

8. Daniel.

g. Nam cum sit dei omnia, habenti dominum nihil deest, si deo ipse non desit. Sic Danieli in leonum lacu iussu regis incluso, prandium diuinitus procuratur, & inter feras esurientes & parentes homo dei pascitur. Cypr. ser. 6.

9. Exquirentes.

\*. Et non est alius preter te. h. Daniel quoque cultor dei, amator iustitiae, veritatis defensor, iam in ascendendo deo regis edita contemnit, de inimicis triumphauit. Chryl. de marty. ser. 7. tom. 5.

irruerent in] eum vehementer, & necessitate cōpulsus tradidit eis Danielelem. <sup>i</sup> Qui miserunt eum in lacum leonum, & erat ibi diebus sex. <sup>8</sup> Porro in lacu erant leones septem, & dabantur eis duo corpora quotidie & duae oues: & tunc non data sunt eis, ut deuorarent Danielelem. Erat autem Habacuc Propheta in Iudaea, & ipse coxerat pulmentum, & intriuerat panes<sup>7</sup> in alueolo.] & ibat in campum ut ferret messoribus. Dixitque angelus domini ad Habacuc: <sup>k</sup> Fer prandium quod habes, in Babylone Danieli, qui est lacu leonum. Et dixit Habacuc: Domine Babylone non vidi, & locum nescio.

† Et apprehendit eum angelus domini in vertice eius, & portauit eum capillo capitis sui, posuitque eum in Babylone super lacum in impetu spiritus sui, † Et clamauit Habacuc dicens: Daniel<sup>8</sup> serue dei, <sup>8</sup> tolle prandium quod misit tibi deus. <sup>8</sup> Et ait Daniel: Recordatus es mei deus, & non dereliquisti diligentes] te. Surgensque Daniel comedit. † Porro angelus domini restituit Habacuc confestim in loco suo. Venit ergo rex die septimo ut lugeret Danielelem, & venit ad lacum & introspectit, & ecce Daniel sedens in medio leonum. Et exclamauit voce magna rex, dicens: Magnus es domine deus Danielis. <sup>\* h</sup> Et extraxit eum de lacu leonum. Porro illos qui perditionis eius causa fuerant, intromisit in lacum, & deuorati sunt in momento coram eo. — Tunc rex ait: Paueant habitantes vniuersam terram deum Danielis, quia ipse est saluator & liberator, faciens signa & mirabilia in caelo & in terra, qui liberauit Danielelem de lacu leonum.]

† Ezech. 8. b

† 21. q. 5. ca. Si propterea. q

21. q. 2. cap. Vitium.

### INCIPIT PROLOGVS IN LIBRVM duodecim Prophetarum.

**N**on idem ordo est duodecim Prophetarum apud Hebraeos qui est apud nos. Vnde secundum id quod ibi legitur, hic quoque dispositi sunt, Hosee commaticus est, & quasi per sententias loquens. Joel planus in principiis, in fine obscurior: & vsque ad Malachiam habent singuli proprietates suas, quem Esdras scribam, legisque doctorem Hebraei autumant. Et quia longum est nunc de omnibus dicere, hoc tantum vos d Paula & Eustochium admonitos volo, vnum librum esse duodecim Prophetarum, & Hosee synchronon Isaia, Malachiam vero Haggai & Zachariae fuisse temporibus. In quibus autem tempus non praefertur in titulo, sub illis eos regibus prophetaesse, sub quibus & ij qui ante eos habent titulos prophetauerunt.

### ITEM ALIVS PROLOGVS,

**E**mporibus Ozia & Ioatha, Achaz, & Ezechia regum Iuda, & Ieroboam filij Ioha regis Hosee filius Beeri ad prophetiam dicendam spiritu sancto repletus est. De memorato itaque numero regum, Achaz rex Iuda, & Ieroboam ex Israel dominum derelinquentes, ut historia regum & Paralipomenon indicant, etiam Israel idololatria crimen imperio ac potestate sua admittere coegerunt. Propter quod deus ad Hosee haec locutus est, dicens: Accipe tibi uxorem fornicariam suae fornicationum, & fac tibi filios fornicationis. Fornicariam itaque non elocati corporis meretricem, sed gentilem, deum ignorantem appellat, quae dei creatoris sui amore contempto, simulachrorum se subiecit desideris. Sed cum dei praecepto Propheta in hac re paruisset, conceptum ex ea filium Iezrael praecepit nominare, deo pollicente post breue tempus sanguinem Iezrael in domo Iehu vindicare. Cuius promissionis haec causa est, Iehu per Eliseum in regem inuncto, ad defendendum sanguinem Naboth ciuis Iezrael, quae tunc temporis metropolis erat, quem Iezabel Achab regis Israel vxor interemerat, sicut regum historia exponit. Is cum grauiter iuxta diuinum praeceptum vindicandi sanguinis causa, in omnem memorati domum desecisset, hoc peracto dominum dereliquisse inuenitur, cuius pronepote Ieroboam, qui lectione comprehensus est, originis suae facta imitante, ac contra dei praecipua & religionem cum populo Israel agente, sanguis Naboth, qui in loco certe Iezrael fuerat profusus, in domo Iehu patris memorati Ieroboam pro peccato redundaturus significatur. Hinc factum est, ut ira dei in populo Israel, per denuntiationem Prophetae processura<sup>1</sup> diceretur] domui autem

2. Debetus.

autem Iudae misericordia lectione comprehensa ob hoc promissa est: quia Ezechias rex Iuda filius Achaz, sublati idolis, quae tam pater eius quam ceteri reges consecraverant, templum dei purgasse & purificasse monstratur.

VITA HOSEE.

**H**oseas de tribu Isachar ortus in Bethleem. Hic praenuntiavit signumque dedit: Veniet dominus, cum quercus quae est in Silo, ex semetipsa in duodecim fuerit divisa partes, totidemque quercus effecerit, & accidit ita. Hic in terra sua sepultus placida pace quievit. Isidorus de vita & morte quorundam sanctorum.

Incipit liber Hosee Prophetæ.

Propheta fornicariam ducere uxorem iussus duos filios & unam filiam ex ea generans, currit in Ierusalem, & fit unum ovile & unus est pastor. Cap. I.

Anni ante Christum. 795  
Anni mundi 3366.

112. q. 1. c. penul. & ult. 11a. 8. a.

110an. 10. c. Roma. 9. c.



**V**erbum domini quod factum est ad Hosee filium Beeris in diebus Ozias, Ioathan, Achaz, Ezechiae regum Iuda, & in diebus Ieroboam filij Ioas regis Israel. Principium loquedi domino in] Hosee. Et dicit dominus ad Hosee: Vade, sume tibi uxorem fornicationum, & fac tibi filios fornicationis, quia fornicans fornicabitur terra a domino. Et abiit, & accepit Gomer filiam Debelaim, & concepit & peperit ei filium. Et dixit dominus ad eum: Voca nomen eius Iezrael: Quoniam adhuc modicum, & visitabo sanguinem Iezrael super domum Iehu, & quiescere faciam regnum domus Israel. Et in illa die, coteram arcum Israel, in valle Iezrael. Et concepit adhuc, & peperit filiam. Et dixit ei: Voca nomen eius absque misericordia: Quia non addam ultra misereri domui Israel, sed oblivione obliviscar eorum. Et domui Iuda miserebor, & saluabo eos in domino deo suo, & non saluabo eos in arcu & gladio & in bello, & in equis & in equitibus. Et ablatavit eam quae erat absque misericordia. Et concepit & peperit filium. Et dixit ei: Voca nomen eius, non populus meus: Quia vos non populus meus, & ego non ero vester deus. Et erit numerus filiorum Israel quasi arena maris quae sine mensura est, & non numerabitur. Et erit in loco ubi dicitur eis, non populus meus vos: dicitur eis, filij dei viventis. Et congregabuntur filij Iuda & filij Israel pariter, & ponent sibi met caput unum, & ascendent de terra, quia magnus dies Iezrael.

1. Quo locutus est dominus etc. 2. Hosee non libidinis causa hoc fecit, sed ut dei pateret imperio ut quod in isto carnaliter legimus, in deo factum spiritualiter probaremus qui suscepit synagogam Iudaeorum fornicationi idolorum servientem. Hieron. ibidem. 3. Iezrael locus est ubi Naboth sceleratè & indignè saxis lapidatione facta necatus fuit, Iehu vero divino consilio huius mortis vindex factus est. Cui Dominus ab ea quae in Iezabel effecisset, usque ad quartam generationem regnum illius per mansurum confirmavit. Theodor. ibidem. \* Erit. 1. Non misericordiam consecuta, & infra. 2. Vastando vastabo eorum. 3. In hoc, dei indignatio consideranda, quod nequam domus Israel se dicat videri misereri, sed eos de memoria sua aeterna delere, quia usque hodie Perforum regibus serviant. Hieron. ibidem. 4. Domui Iuda misereri est dominus post 70. annos captivata. Hieron. ibidem.

Respuit deus populum impium ut maritus uxorem adulteram, quam nec laudat dignatur. II.

**D**icite fratribus vestris, populus meus: & sorori vestrae, misericordiam consecuta. Iudicate matrem vestram, iudicate, quonia ipsa non vxor mea, & ego non vir eius. Auferat fornicationes suas a facie sua, & adulteria sua de medio verberum suorum, ne forte expoliam eam nudam, & statuat eam secundum diem natiuitatis suae: & ponam eam quasi solitudinem, & statuat eam velut terram inuiam, & interficiam eam siti, & filiorum illius non miserebor, quoniam filij fornicationum sunt, quia fornicata est mater eorum. Confusa est quae concepit eos, quia dixit: Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam meam, & lineum meum, oleum meum, & potum meum. Propter hoc ecce ego sepiam via tua spinis, & sepiam eam maceria. Et semitas suas non inueniet, & sequetur amatores suos, & non apprehendet eos, & quæret eos, & non inueniet. Et dicit: Vadam & reuertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc magis quam nunc. Et haec nesciuit, quia ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicavi ei & aurum, quae fecerunt Baal. Idcirco conuertar, & sumam frumentum meum in

1. Hic propheta alloquitur praedicatores primitivae ecclesiae natione Iudeos, puta Apostolos aliosque discipulos, ut gentibus gratiam dei annuntient. Dion. ibidem. 2. Contendite cum matre vestra, contendite. 3. Cor autem designat sub verberibus sumi, ex quo proficiuntur cogitata mala, invidia, homicidia, adulteria, & his similia. Theodo. ibidem. 4. Genitrix eorum. 5. Vias nostras spinis sepiamus, quando in hoc quod male cupimus, dolorum punctiones inuenimus. Greg. hom. 36. 6. His ipsis creaturis quae extra nos sunt, quae a foris adiacent, quae bonae factae sunt, malus male vitur. Argento & auro appetitur veritas, expugnatur integritas, iustitia vincitur, innocentia prodicit, pietas falsitasque violatur: ac de rebus ad praesentia subsidia concessis detrimenta vitae aeternae nequitia mortalitatis operatur. Euseb. Emil. de Epiph. homil. 4.

111. q. 4. §. De Tyrin.



3. Rapiam.  
 4. Uirpitu dinem.  
 5. Nec quifquam.  
 6. Facit deus cessare letitiam iniquorum vel inducendo aduersa, vel aufertendo eos celeriter de presenti hac vita, vel proficiendo eos in tormentis, tataris, ve in Iob scriptum est: Ius impiorum breuis est, & gaudium hypocrisis ad instar puncti. Dion. ibidem.  
 [F. Hoc est, dies in quibus feruuit Baalim, debet punito. De Lira. ibid.]  
 6. Periuadendo illi educam.  
 g. Vineam intelligi Israel, omnis & veteris instrumenti & noui scriptura testatur. Vineam domus Sabaoth domus Israel est, & vineam de Aegypto transtulisti, & c. Hic. ibidem.  
 7. Pro tanta spe.  
 [H. Sicut patet impletum tempore Apustolorum, per suam predicacionem & aliorum crescentiam, quando cessauit idololatria, qua si per totum mundum. De Lira. ibid.]  
 i. Hoc enim deus in nobis saluauit, quod pro nobis accepit. Et illam deus dei filius naturae fecit participem salutis aeternae, quam sibi coniunxit in unitate personae. Illam in caeleste palatium introduxit, cum qua sponsus de thalamo uicini uirginis exiuit. Quis autem molatur dicere uerbis dei sponsam carnem fuisse non animam, cui animam iam pridem dictum est ab ipso domino per prophetam. Et desponsabo te mihi in sempiternum, & c. I. I. gen. ad Trah, mundum. lib. 1.  
 8. Cognosces dominum.

tempore suo, & uinum meum in tempore suo, & liberabo ]lanam meam & linum meum, quae operiebant ignominiam eius. Et nunc reuelabo <sup>4</sup> stultitiam ]eius in oculis amatorum eius, <sup>5</sup> & uir non ]eruet eam de manu mea. Et <sup>6</sup> cessare faciam omne gaudium eius, solennitatem eius, neomeniam eius, sabbatum eius, & omnia festa tempora eius. <sup>8</sup> Et corrumpam uineam eius & ficum eius, de quibus dixit: Mercedem hamearum sunt, quas dederunt mihi amatores mei. Et ponam eam in saltum, & comedet eam bestia agri. <sup>4</sup> Et uisitato super eam dies Baalim quibus accendebat incensum, & ornabatur in aure sua & monili suo, & ibat post amatores suos, & mei obliuiscabatur, dicit dominus: propter hoc ecce ego <sup>6</sup> laetabo eam, & ducam ]eam in solitudinem. Et loquar ad cor eius, & dabo ei <sup>5</sup> uinitorum eius, ex eodem loco, & uallem Achor <sup>7</sup> ad aperendam spem. ] Et canet ibi iuxta dies iuuentutis suae, & iuxta dies ascensionis suae de terra Aegypti. Et erit in die illo, ait dominus, uocabit me uir meus, & non uocabit me ultra Baalum. <sup>h</sup> Et auferam nomina Baalim de ore eius, & non recordabitur ultra nominis eorum. <sup>8</sup> Et percutiam cum eis foedus in die illa cum bestia agri & cum uoluce caeli, & cum reptili terrae. Et arcum & gladium & bellum conteram de terra, & dormire eos faciam fiducialiter. <sup>i</sup> Et sponsabo te mihi in sempiternum, & sponsabo te mihi in iustitia & iudicio & in misericordia & miserationibus. Et sponsabo te mihi in fide, & <sup>8</sup> scies quia ego dominus. ] Et erit in die illa, exaudiam, dicit dominus: Exaudiam caelos, & illi exaudient terram, & terra exaudiet triticum & uinum & oleum, & haec exaudient Iezrael. Et seminabo eam mihi in terram, <sup>†</sup> & miserebor eius, quae fuit absque misericordia. <sup>†</sup> Et dicam non populo meo, populus meus es tu, & ipse dicet, deus meus es tu.

*Sinagoga à deo dilecta non reddidit deo vicem, ideo abiecta est Messiam diuini expectatura. III.*

a. Praenuntiant uerbis & factis Iudeorum ultima ac longissima derelictio, atque eorum circa suum mundi malis conuersio. Dion. ibidem.  
 1. Lagenar.  
 b. Conuersam ei meretricem dominus praeparat. In supero ribus itaque manit est, quod conduxit eam, qui etiam mercedis quantitatem exhibuit. Quindecim autem argentei ex sepe & octo constant. hebdomadam itaque & octauam significant. Quomodo igitur testamenti, si plene fidei pretio prophetia, consummatione non accepit fidei, reuera plenitudinem. Primo suum testamentum Israel acquiritus est populus, sermo nationum & gentium. Ideo ergo plena condonatur meretrix, vel ex gentibus copulata sui quatenus, vel ex adultero Iudaeorum populo, qui dominum suum & auctorem uirginis fidei dereliquerat, conuersus suos totus ac hispatio distulens. Ambro. Epist. 29.  
 2. Comparati.  
 3. Manebis apud me.  
 4. Non ingrediar ad te.  
 5. Sed maledicere & mentiri, & occidere, & furari, & merchari inuoluerunt.  
 2. Exterminabitur.  
 3. Consumetur.  
 4. Nemo alterum iudicet, nemo corripiat.  
 5. Tecum nocte, & consepam.  
 6. Succisus est.  
 2. Indignari se dicit deus & irasui, eo quod agnitio dei non fit in terris, & deus non agnoscat nec timetur. Delicta mentium & libidinum, fraudis, crudelitatis & blasphemiarum, impietatis & furoris deus inuoluerat & inculat, & ad innocentiam nemo conuertitur. Cypria, contra Demetrium tract. 11.  
 7. Reprobaui.  
 b. Oblationes populi pro peccato.  
 8. Inualefcent.  
 9. Omiserunt obseruare.

**E**T dixit dominus ad me: <sup>a</sup> Adhuc uade, <sup>†</sup> & dilige mulierem dilectam amico & adulteram, sicut diligit dominus filios Israel, & ipsi respectant ad deos alienos, & diligunt <sup>†</sup> uinacia ]uarum. <sup>† b</sup> Et <sup>2</sup> fodi ]eam mihi quindecim argenteis, & coro hordei, & dimidio coro hordei, & dixi ad eam: Dies multos <sup>3</sup> expectabis me: ] non fornicaberis, & non eris viro, sed & ego <sup>4</sup> expectabo te. ] <sup>5</sup> Quia dies multos sedebunt filij Israel sine rege & sine principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine Ephod, & sine Theraphim. Et post haec reuertentur filij Israel, & quaerent dominum deum suum, & Dauid regem suum, & pauebunt ad dominum & ad bonum eius in nouissimo dierum.

*Ob multa Israelis scelera terra eius desolatur, Israel abiicitur, sacerdotes increpantur, & admonetur Iudas, ne Israelis uicia sequatur. IIII.*

**A**udite uerbum domini filij Israel, quia iudicium domino cum habitatoribus terrae. Non est enim ueritas, & non est misericordia, & non est scientia dei in terra. <sup>1</sup> Maledictum & mendacium & homicidium & furtum & adulterium inundauerunt, ] & sanguis sanguinem tetigit. Propter hoc lugabit terra, & <sup>2</sup> infirmabitur ] omnis qui habitat in ea. In bestia agri & in uoluce caeli, sed & pisces maris <sup>3</sup> congregabuntur. ] Veruntamen <sup>4</sup> unusquisque non iudicet, & non arguatur uir. ] Populus enim tuus sicut ij qui contradicunt sacerdoti. Et corruet hodie, & corruet etiam Propheta <sup>5</sup> tecum. <sup>6</sup> Nocte tacere feci ] matrem tuam. <sup>6</sup> Conuincit ] populus meus, eo quod <sup>a</sup> non habuerit scientiam: <sup>†</sup> quia tu scientiam repulisti, <sup>7</sup> repellam ] te, ne sacerdotio fungaris mihi. Et oblita es legis dei tui, obliuiscar filiorum tuorum & ego. Secundum multitudinem eorum sic peccauerunt mihi, gloriam eorum in ignominiam commutabo. <sup>† b</sup> Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum subleuabunt animas eorum. <sup>†</sup> Et erit sicut populus sic sacerdos. Et uisitato super eum uias eius, & cogitationes eius reddam ei. Et comedent, & non saturabuntur. <sup>8</sup> Fornicati sunt, & non <sup>8</sup> cessauerunt, ] quoniam dominum <sup>9</sup> reliquerunt in non custodiendo. ]

† Roma. 9. e.  
 1. Per. 2. b.  
 † 35. qu. 1. f.  
 Hac itaque.  
 32. qu. 1. f. 4. e.  
 Recurrat.

† 101. 9. e.  
 1. Per. 2. b.

† 12. qu. 1. e.  
 p. e. & vii.

21. qu. 2. e.  
 Admonere.  
 31. qu. 1. e.  
 Hac itaque.

† 18. dist. ca.  
 Omnes  
 Derunenti.  
 c. Nisi. c. Pro  
 defectu

† 1. q. 1. c. 1. p. 6.  
 q. 2. c. Passet.  
 2. q. 7. §. Item  
 cum Baalam.  
 3. qu. 1. d. c.  
 Nulli.  
 † 11. 24. e.

diendo.]<sup>c</sup> Fornicatio & vinum & <sup>10</sup> ebrietas ] auferunt cor. Populus meus in ligno suo interrogauit, & baculus eius annuntiavit ei. Spiritus enim fornicationū <sup>11</sup> decepit ] eos, & fornicati sunt à deo suo. <sup>d</sup> Super capita montium sacrificabant, & super colles accendebant thymiana, subtus quercum & populum & therebinthum, quia bona erat umbra eius. <sup>†</sup> Ideò fornicabuntur filia vestra, & sponsa vestra adultera erunt: <sup>†</sup> Non visitabo super filias vestras cum fuerint fornicatae, & super sponfas vestras, cum adultera uerint, quoniam ipsi cum meretricibus <sup>12</sup> conuersabantur, ] & cum effœminatis sacrificabant. Et populus non intelligens, <sup>13</sup> vapulabit. ] Si fornicaris tu Israel, non delinquat saltem Iuda. Et nolite ingredi in Galgala, & ne ascenderitis in Betháuen, neque iuraueritis, uiuit dominus. Quoniam sicut vacca <sup>14</sup> lasciuens ] declinauit Israel: <sup>f</sup> Nunc pascet eos dominus quasi agnum in latitudine. Particeps idolorum Ephráim, dimitte eū. <sup>15</sup> Separatum est conuiuium ] eorum, fornicatione fornicati sunt, dilexerunt afferre ignominiam protectores eius. Ligauit eum spiritus in alis suis, & confundentur à sacrificiis suis.

† 2. qu. 2. c. Quapropter.

c. Fornicatio est corporalis quæ spiritalis actum rationis impediunt iudiciumque peruerunt & hominem. Belsitii assimilant Dion. ibidem.  
10. Multum.  
11. Extrare fecit.  
12. Hoc est quod legitur de singulis regibus. Voluntatem excellenti non abfulticadue populus immolabat & sacrificabat in excelis. Hiero. ibid.  
13. Diuisi sunt, sub. à propriis uxoribus.  
14. Reminatio sunt sacerdotes in antro nō domum sed dano num qui Galilæam, quia de hac gente captor Romanæ et feminabant ut qui Romanæ perant hæc ignominia feritetur Glosa ordin. ibid. c.  
15. Corruer.  
14. Rebelis.  
[f. Quid enim agnus debet occidi lauius pascitur, & per hoc designatur quod decem tribus cito essent gladio tradendæ. De Lira. ibidem.]  
15. Peridum est factum vinum.

*Israellem increpans carnalium sacrificia subsannat, & cui dominus aduersatur, humanum frustra querit auxilium.*

**A** <sup>†</sup> Vdite hoc sacerdotes & attendite domus Israel, & domus regis auscultate, quia vobis iudicium est. Quoniam laqueus facti estis <sup>a</sup> 1 speculationi, ] & sicut rete expansum super Thabor, & <sup>2</sup> victimas ] declinastis in profundum. <sup>†</sup> Ego <sup>3</sup> eruditor ] omnium eorum. <sup>b</sup> Ego scio Ephráim, & Israel non est absconditus à me, quia nunc fornicatus est Ephráim, contaminatus est Israel. <sup>†</sup> Non dabunt cogitationes suas ] vt reuertantur ad deum suum, quia spiritus fornicationum in medio eorum, & dominum non cognouerunt. Et respondebit arrogantia Israel in facie eius, & Israel & Ephráim ruent in iniquitate sua. Ruet etiam Iudas cum eis. In gregibus suis & in armentis suis vadent ad quærendum dominum, & non inuenient. <sup>†</sup> Ablatus est ] ab eis. In domino præuaricati sunt, quia filios alienos genuerunt. Nunc deuorabit eos mensis cum patribus suis. <sup>†</sup> Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama: <sup>†</sup> vlulate ] in Betháuen, post tergum tuum Benjamin. Ephráim in desolatione erit. In die correctionis in tribubus Israel ostendi <sup>7</sup> fidem. ] Facti sunt principes Iuda quasi <sup>8</sup> assumptes ] terminum, super eos effundam quasi aquam iram meam. Calumniam patiens est Ephráim fractus iudicio, quoniam cœpit abire post <sup>9</sup> sordes. ] Et ego quasi tineam Ephráim: & quasi putredo domui Iuda. <sup>†</sup> Et vidit Ephráim languorem suū: & Iudas <sup>10</sup> vinculum ] suum. Et abiit Ephráim ad Assur, & misit ad regem vltorem. <sup>†</sup> Et ipse non poterit sanare vos, nec <sup>11</sup> soluere poterit à vobis vinculum: ] quoniam ego quasi leuena Ephráim, & quasi catulus leonis domui Iuda. Ego ego capiam & vadam, tollam, & non est qui eruat. Vadens reuertar ad locū meum donec deficiatis, & quæratis faciē meam.

† 2. qu. 7. c. Paulus dicit.

a. Speculationem prophetarum collegium & concilium vocat. Ezechiel dicit: Speculatorum dedi te domui Israel. Eam ob re dicit Ephraim & Israel, id est, omni populo correctionem afferam. Theodoretus ibidem.  
1. Ad speculandum.  
2. Victimando.  
3. Corredor.  
b. Hoc est, noui cognitiones, intentiones, verba & opera regis, & populi eius. Vnde Eccl. 33. Oculi domini lucidiores sunt super solem, circumspicientes omnes vias hominum, & Hebræz.  
4. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius ad quem nobis sermo. Albertus ibidem.  
5. Non dant studia sua.  
6. Subtraxit se.  
7. Gabaa & Rama duæ sunt in tribu Benjamin ciuitates sub monte Thabor. Gabaa in qua natus est Saul, & Rama quæ est intra Gabaa, in septimo lapide ab Ierusalem sita, & quam Baasa rex Israel occupare conatus est, vt exitum & introitum clauderet tribui Iuda. 3. Reg. 17. c. Hiero. ibidem.  
8. Clangite.  
9. Rei veritatem.  
10. Transfereutes.  
11. Mandatum, sub Ieroboam.  
12. Dolorem.  
d. Non enim potuerunt Aegyptii liberare regnum Iude de manu Chusiorum. Dio. ibid.  
11. Sanabit à vobis vulnus.  
1. Inuestigabunt me.  
a. Non enim ambigua temporis indiget, sed multiplicem sanita rem afferet. Per hæc designat post tres dies factam conseruatoris resurrectionem: quæ publicam resurrectionem cõcellauit: omnibusque nobis spem immortalitatis dedit in generata in ex dei cognitione. In tertio, inquit, die resurgemus, & viuemus coram eo, & cognoscemus. Theodoretus ibidem.  
2. Rapuit.  
3. Succidi prophetas.  
b. Ne cognoscam? igitur deum misericordie magis indulget esse quàm feritatis tenacem; ipse ait: quia misericordiam maiorem quam sacrificium. Quo modo igitur vestrum potest acceptum esse sacrificium deo, qui negatis misericordiam, cum ipse dicat nolle se mortem peccatoris sed correptionem? Amb. de pœ, lib. 1. ca. 2.  
4. Iniquitatem.  
5. Sicut expectant virum latrones, sic conciliabulum sacerdotum in via contentiebant vno consensu: quia audent facere quod nefas est.

*Dominus percutiens & sanans queritur quod Israel plagis non emendetur, verum à maioribus ad minores oritur iniquitas.*

**A** <sup>†</sup> In tribulatione sua mane <sup>1</sup> consurgent ad me. ] Venite & reuertamur ad dominum, quia <sup>2</sup> ipse <sup>3</sup> cepit ] & sanabit nos, percutiet & curabit nos. <sup>†</sup> Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius, sciemus sequemurque vt cognoscamus dominum: quasi diluculum præparatus est egressus eius, & veniet quasi imber nobis tēporaneus & serotinus terræ. <sup>†</sup> Quid faciam tibi Ephráim, qui faciam tibi Iuda? Misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens. Propter hoc <sup>3</sup> dolui in Prophetis, ] & occidi eos in verbis oris mei, & iudicia tua quasi lux matutina egredientur: quia <sup>†</sup> misericordiam volui & non sacrificium, & <sup>†</sup> scientiam dei plus quàm holocausta. Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pactum, ibi præuaricati sunt in me. <sup>†</sup> Galaad ciuitas operantium <sup>†</sup> idolum ] supplantata sanguine, & <sup>†</sup> quasi fauces virorum latronum.

† Cor. 15. a

† ro. diff. ca. Ponderet. † Math. 9. b. 12. a. Eccl. 4. d. 1. Reg. 15. c.

Ee iij

Particeps sacerdotum in via interficientium pergentes de Sichem, quia scelus operati sunt.] In domo Israel vidi horrendum, ibi fornicationes Ephraim, cōtaminatus est Israel. Sed & Iuda pone] messem tibi, cum conuertero] captiuitatem populi mei.

Israel ob plurima scelera non ex toto corde ad deum conuersus à creaturis querit auxilium. VII.

sc. In Hebraeo habetur. Societas sacerdotum, id est, maiorum, eo modo loquendi quo dicitur, 2. reg. 8. filij autem Dauid sacerdoter erant. De Lyra. ibidem.] 6. Ponis. 7. Conuertere.



Um sanare vellem Israel, reuelata est iniquitas Ephraim & malitia Samarie, qui operati sunt mendacium. Et fur ingressus est, spolians latrunculus foris. Et ne forte dicant] in cordibus suis omnem malitiam eorum me recordatum. Nunc circumdederunt eos adinventiones suæ, coram facie mea factæ sunt. In malitia sua latificauerunt regem, & in mendaciis suis principes. Omnes adultantes quasi clibanus succensus à coquente. Quieuit paululum ciuitas] à commixtione fermenti, donec fermentaretur totum. Dies regis nostri: cœperunt principes furere à vino.] Extendit manum suam cum illis foribus, quia applicauerunt quasi clibanum cor suum cum insidiaretur eis. Tota nocte dormiuit coquens eos,] mane ipse succensus quasi ignis flammæ. Omnes calefacti sunt quasi clibanus, & deuorauerunt iudices suos. Omnes reges eorum ceciderunt, non est qui clamet in eis ad me. Ephraim in populis ipse commiscebatur. Ephraim factus est subcinericius panis,] qui non reuerfatur. Comederunt alieni robur eius, & ipse nesciuit. Sed & cani effusi sunt in eo, & ipse ignorauit. Et humiliabitur superbia Israel in facie eius. Nec reuerfi sunt ad dominum deum suum, & non quaesierunt eum in omnibus his. Et factus est Ephraim quasi columba seducta, non habens cor.] Ægyptum inuocabant, ad Assyrios abierunt. Et cum profecti fuerint, expandam super eos rete meum, & quasi volucrem cœli detrahā eos. Cadam eos secundum auditionem] cœtus eorum. Væ eis quoniam recesserunt à me, Vastabuntur quia præuaricati sunt in me. Ego redemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia. Et non clamauerunt ad me in corde suo, sed ululabant in cubilibus suis. Super triticum & vinum ruminabant, & recesserunt à me.] Et ego erudiui eos, & confortauit brachia eorum, & in me cogitauerunt malitiam. Reuerfi sunt vt essent absque iugo,] facti sunt quasi arcus dolosus. Cadent in gladio principes eorum, à furore linguæ suæ. Ista subannatio eorum in terra Ægypti.

a. Hoc est, idolum, quod teste A postolo nihil est. Rectè enim idolum appellatur mendacium: quoniam sicut verum opponitur falso, ita idolum deo qui est veritas. Denique idoli dicitur nihil vel non ens, non ex parte materie aut forme artificialis superius iudicæ, sed quantum ad id quod esse aut significare putatur. Dion. ibidem. 1. Nec dicunt. 2. Quiescit ex ciuitate. 3. Illa fermentetur. In die illa regis nostri agrotare fecerit principes regni nostrum lagenula vini. 4. Pistor eorum. b. Omnes, inquit, perdit & disoluti animi incendio flagriter similes sunt ignoto, ac incesso clibano, pròpterea ad excipitidum fermentum, paratum ad panis confectioem. Theodoretus. ibidem. 5. Placent. 6. Exteriorum quippe suspicis intus, salus sibi omnia suscipit, non sentiens veritatem occultam, qui interiora corrodit. Manet rursus, vestis necdum mutata est, ieiuniorum regula custoditur, statutus plallitur horis, sed cor longe est à me, dicit dominus. Bernard. in capite ieiunij. Sermo 2. 6. Absque intellectu. 7. Rumorem. 8. Vastabuntur igitur & misererunt, & semper timentes ac formidantes, quia præuaricati sunt in deum, adorantes vitulos aureos, & relinquentes eum qui redemit eos de Ægyptia seruitute: & eduxit eos in excelso brachio, ipsi vero locuti sunt contra dominum mendacia. Hieron. ibidem. 8. Congregati sunt, & aduersati sunt mihi. 9. Non ad altissimum.

† De pon. di. 4. e. Ne forte.

† Math. 13. e.

† De pon. di. 4. e. Filiis quo.

Israel & vitulum in Samaria in malum suum erigentes, destruendi sunt per Assyrios, & Iudæ vrbes concremandæ. VIII.

1. Quod autem hostium regens vocauerit aquilam. Ezechielis propheta id attestatur. Aquila inquit, grandis magnarum alarum. Theodoretus. ibidem. 2. Ad me clamabant Israelitæ. b. Væ vobis qui clauem tollitis, non scientie solum, sed auctoritatis: nec ipsi introitis, & multipliciter impeditis quos introducere debuistis. Tollitis enim, & non accipitis clauem. De quibus propheta: Ipsi regnauerunt, & nō ex me, &c. Vnde tantus prælationis ardor, vnde ambitionis impudentia tanta, vnde vesania tanta præsumptionis humauit, audeat ne aliquis vestrum recere ni cuiuslibet reguli, non præcipiente aut etiam prohibente deo occupare ministeria, præcipere beneficia, negotia suscipere. Bernard. de conuersio. ad electos. Ser. 27. 2. Reges constituerunt. 3. Dominari fecerunt. 4. Innocentiam, sub. seruare. 5. Vitulus Ieroboam. 6. Fragmenta fiet ipse. 7. In quo non est affectus. 8. Mercedem conduxerunt amatores. 9. Dolebunt pariter propter onus, tam rex quam principes. 10. Magnalia legis mex. 11. Sacrificia oblationum meorum sacrificauerunt carnem, & comederunt.



N gutture tuo sit tuba quasi aquila super domum domini, pro eo quod transgressi sunt fœdus meum, & legem meam præuaricati sunt. Me inuocabunt deus meus, & cognouimus te Israel. Proiecit Israel bonum, inimicus persequetur eum. Ipsi regnauerunt] & non ex me, principes extiterunt,] & non cognoui. Aurum suum & argentum suum fecerunt sibi idola vt interirent. Proiectus est vitulus tuus Samaria. Iratus est furor meus in eis. Vsq̄quo non poterunt emundari?] quia ex Israel & ipse est. Artifex fecit illum, & non est deus. Quoniam in araneorum telas erit] vitulus Samariæ, quia ventum seminabunt & turbinem metent. Culmus stans, non est in eo germen, non faciet farinam. Quod & si fecerit, alieni comedent eam. Deuoratus est Israel, nunc factus est in nationibus quasi vas immundum, quia ipsi ascenderunt ad Assur. Onager solitarius sibi Ephraim. Munera dederunt amatoribus suis,] sed & cum mercede conduxerunt nationes. Nunc congregabo eos, & quiescent paulisper ab onere regis & principum:] quia multiplicauit Ephraim altaria ad peccandum, factæ sunt ei aræ in delictum. Scribam ei multiplices leges meas,] quæ velut alienæ computatæ sunt. Hostias offerent, immolabunt carnes & comedent,] & dominus non suscipiet eas. Nunc recordabitur iniquitates eorum, & visitabit peccata eorum. Ipsi in Ægyptum conuertentur, & oblitus est Israel factoris sui, & ædificauit delubra, & Iudas multiplicauit vrbes

† 1. quæ. r. ca. Audacter.

† Mala. r. c. De præsumptio. c. Scribam.

vrbes munitas. Et mittam ignem in ciuitates eius, & deuorabit ædes illius.

*Samaria fames, sterilitas & captiuitas annuntiantur, quia filij à parentibus suis degenerant.* I X.

**A** Oli latari Israel, noli exultare sicut populi, quia fornicatus es à deo tuo, dilexisti mercedem super omnes areas tritici. Area & torcular non pascet eos, & vinum mentietur eis. Non habitabunt in terra domini: Reuerfus est Ephraim in Ægyptum, & in Assyriis pollutum comedit. Non libabunt domino vinum, & non placebunt ei, sacrificia eorum, quasi panis lugentium. Omnes qui comedent eum contaminabuntur, quia panis eorum, animæ ipsorum, non intrabit in domum domini. Quid facietis in die solenni, in die festiuitatis domini? Ecce enim profecti sunt à vastitate. Ægyptus congregabit eos, Memphis sepeliet eos. Desiderabile argentum eorum vrtica hereditabit, lappa in tabernaculis eorum. Venerunt dies visitationis, venerunt dies retributionis. Scitote Israel stultum prophetam, insanum, virum spiritalem. Propter multitudinem iniquitatis tuæ, & multitudo mentiarum. Speculator Ephraim cum deo meo, Propheta laqueus ruinæ factus est super omnes vias eius. Infamia in domo dei eius, profunde peccauerunt, sicut in diebus Gabaa: recordabitur iniquitatis eorum, & visitabit peccata eorum. Quasi vvas in deserto inueni Israel, quasi prima poma ficulneæ, in cacumine eius vidi patres eorum. Ipsi autem intrauerunt ad Beelphegor, & abalienati sunt in confusionem, & facti sunt abominales sicut ea quæ dilexerunt. Ephraim quasi auis auolauit. Gloria eorum à partu, & ab utero & à conceptu, quod & si enutrierint filios suos, absque liberis eos faciam in hominibus. Sed & vae eis cum recessero ab eis. Ephraim, vt vidi, Tyrus erat fundata in pulchritudine. Et Ephraim educet ad interfectorem filios suos, da eis domine, quid dabis eis? Da eis vuluam sine liberis, & vbera arentia. Omnes nequitie eorum in Galgal, quia ibi exosos habui eos. Propter malitiam adinventionum eorum de domo mea euiciam eos. Non addam vt diligam eos. Omnes principes eorum recedentes. Percussus est Ephraim, radix eorum exiccata est, fructum nequaquam faciet: quod & si genuerint, interficiam amantissima vteri eorum. Abiciet eos dominus deus meus, quia non audierunt eum, & erunt vagi in nationibus.

†. q. 1. ca. Si quis inquit, & c. Dominus. 34. quæ. 1. ca. Didicimus.

†. Reg. 8. a

*Ingratitudo Israelis propter idola interitum populo & terræ vastationem asseret, cui maior promittitur afflictio, nisi redeat ad cor.* X.

**A** Itis frondosa Israel, fructus adæquatus est ei. Secundum multitudinem fructus sui multiplicauit altaria, iuxta vbertatem terræ suæ exuberavit simulachris, diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Ipse confringet simulachra eorum, depopulabitur aras eorum, quia nunc dicent: non est rex nobis. Non enim timemus deum. Et rex quid faciet nobis? Loquimini verba visionis inutilis, & ferietis fœdus eum mendacio, & germinabit quasi amaritudo iudicium super sulcos agri. Vaccas Bethauen coluerunt habitatores Samariae. Quia luxit super eum populus eius, & æditui eius super eum exultauerunt in gloria eius, quia migravit ab eo. Siquidem & ipse in Assur delatus est, munus regi vltori. Confusio Ephraim capiet, & confundetur Israel in voluntate sua, transire fecit Samaria regem suum, quasi spumam super faciem aquæ. Et disperdentur excelsa idoli, peccatum Israel. Lappa & tribulus ascendunt super aras eorum. Et dicent montibus, operite nos: & collibus, cadite super nos. Ex diebus Gabaa peccauit Israel, ibi steterunt. Non comprehendet eos in Gabaa prælium, super filiis iniquitatis. Iuxta desiderium meum corripiam eos. Congregabuntur super eos populi cum corripientur propter duas iniquitates suas. Ephraim vitula docta diligere trituram, & ego transui super pulchritudinem colli eius. Ascendam super Ephraim. Arabit Iudas, confringet sibi sulcos Iacob. Seminate vobis in iustitia, & metite in ore misericordie, innouate vobis nouale. Tempus autem

†. 16. 2. d. Iudic. 10. a. Luc. 23. d. Apoc. 9. b. 11. Reg. 8. a

†. Iere. 4. a

a. Dicitur & ad hæreticos ne exultent atque lætent, & putent se similes cæterarum nationum. Illæ enim non crediderunt in deum, isti vero sub nomine dei idola colunt, & fornicantur à deo suo, & plures sibi areas, & torcularia multiplicant. Hæc. ibidem.  
 1. Ad exultationem.  
 2. Assyriam, & immunda comedent.  
 b. Plena diligentia & exploratione sincera oportet eos ad sacerdotium dei deligi, quos à deo conlect audiri. Nec sibi plebs blandiatur quasi immunis à cõtagione esse delicti possit, cum sacerdote peccatore communicans, & ad iniustum atque illicitum prepositi sui episcopatum consensum suum commodans, cum per Hosciam prophetâ comminatur, & dicat censura diuina. Sacrificia eorum, & c. Cypri. 111. Epist. capit. 4.  
 3. Pro amittia eorum non intrabit.  
 4. Scient.  
 5. Venosum & iactabundum.  
 6. Inuisitum.  
 7. Inimicitia.  
 8. Accupis.  
 9. Inimicitia.  
 \* Corruerunt se vel corrupti sunt.  
 d. Penianite pro adulterio in Gabaa facti, de quibus Iudic. 19.  
 8. In principio.  
 9. Secundum dilectionem suam.  
 10. Exterminabo eos ætequam sint homines.  
 11. Vt video, Tyrus est, vel tyro similis.  
 12. Præuicatorum sunt.  
 13. Sensus est, qui nati sunt interituri & fecunditatem auferam ne multiplicetur gens ex exerbabilis. Scruerunt Priapo tē tignis deo. Redit ille scruerunt hac animaduersione. Dentique & præcipua illorum gloria est à partu ab utero, & à conceptu. Loricatus ibidem.]

a. Hoc loco vlti frondosa vocat Israel & fructum abundantem, non propter eius pietatem aialise virtutes, sed propter procreatorum multitudinem, id quod facit, cum ait: Secundum multitudinem fructus, multitudine cumularatus auti, passim idolis altaria locauerunt. Theodore. ibidem.  
 1. Inanis Israel ponit sibi fructum.  
 2. Bene fecerunt Assuas.  
 3. Locuti sunt verba deierando in vasis, & percutiendo fœdus.  
 4. Absinthium.  
 5. Ad vitulas Bethauen pauebunt.  
 6. Sacerdotes.  
 7. A consilio suo. Succus est Samaria rex eius, quasi spuma.  
 8. Auen, hoc est, Bethauen, vbi Israel fecit idolum.  
 9. Peccasti.  
 10. Equitare faciam.  
 b. Esto spiritalis agricola, sere quod tibi profic. Bonus satio in corde viduarum. Si terra tibi reddidit fructus vltiores quam accepit, quito magis misericordie remuneratio reddet multipliciora quam dederit. Amb. de Nabucho. cap. 7.  
 11. Secundum misericordiam.

16. Hoc est, disposuistis vos ad male agendum, sic exponunt aliqui conuincendo ad hanc am precedentes: sed eorum in fine concluditur. Sic fecit vobis Bethelin qua adolabatur vitulus, quæ erat in regno Israel, & non Iuda. Pater quod hæc littera non conuincitur præcedenti, sed dirigitur ad populum decem tribuum propter quod sciendum quid hic Arafis, &c. Incipit alia pars in qua post correctionem duarum tribuum ad prædictam reuertitur propheta, ad ostendendum obstinationem in malo decem tribuum. De Lyra. 12. Vastauit Salmana domum Arbel.

requirendi dominum, qui cum venerit docebit vos iustitiã. <sup>c</sup> Arafis impietatem, iniquitatem mesuistis, comedistis frugem mendacii quia confusus es in viis tuis, & in multitudine fortium tuorum. Confurget tumultus in populo tuo, & omnes munitiones tuæ vastabuntur, sicut <sup>12</sup> vastatus est Salmana à domo eius <sup>†</sup> qui vindicauit Baal ] in die prælij, matre super filios allisa. Sic fecit vobis Bethel, à facie malitiæ nequitiarum vestrarum.

† Iudic. 8. a

*Deus ingratis etiam Iudeis benefaciens, beneficia improperat, sed quia ingrati sunt, captiuantur tandem liberandi.*  
X I.

1. In aurora opprimendo oppressus est.  
a. Pulchre puerum domini appellat Israel, qui ad eum ad saluandum susceptus, obedientem videlicet & humilem iuxta quod Hosee dicit: Quia puer Israel, & dilexi eum. Nam qui contemnit humiliati, non potest vitare saluari, nec dicere cum propheta: Ecce enim deus adiuar me, &c. Beda in festo annuntia.  
2. Pedagogy dederam Ephraim qui portaret.  
3. Suis.  
4. Segregavi ei cibum.  
5. Irretet gladius in ciuitates eius.  
6. Bases ius, & cõteret propter consilia.  
7. Propter auersionem. Ad deum autem altissimum vocauerunt eum prophete simul, nullus ex altabit eum.  
8. Tradam.  
b. Sed continuo qui dixerat: Sicut Adama ponam te, vt Seboim: que dicitur vides ex vicinia Sodomorum parilla excedit traxere confortium. Amb. de peniten. lib. 1. c. 4.  
c. Hæc & alia huius familia deus verbum homo tãtus ad eos dicitur virum quidem ipsi factum, non autem deum esse cõstituit. Deus ego sum inquit, & non homo in te sanctus, deum de vbi deum seipsum dicit, dominum ad deum & patrem suum indicat, adiungens: Post dominum ambulabunt, &c. Euseb. de demonstr. lib. 7. cap. 22.  
9. Fidelis est.  
1. Pascitur vento.  
2. Furum, id est, ventum orientalem.  
a. Tria dei beneficia à quibus ille populus sequens ventum se semper auerit. Primum cõterationis iacob contra fratrem, contra auunculum, contra angelum.  
2. Eduktionis de Aegypto, communicationis legis & prophetarum. 3. constructionis domi per vxores & diuitias. Alber. ibid.  
3. Certauit cum deo, atque luctatus est cum angelo, & præualuit.  
4. Vini infecta.  
5. Mihi opes.  
b. Quando autem dignatus est dominus humanam formã suscipere, & primicias nostras recipere, neque putatiua inique apparentem tantum carnem, sed veram induit. Et capropter per omnia nostra transire, & ex misericordiam fieri, & panniculis inuolui, & lacte pasci, aliaque omnia ferre, vt dispensationis veritas credibilior esset, & hæreticorum ora diffunderet. Propterea & dormit in nauis & ita facit, & fatigatus, & omnia humana sustinet: vt per res ipsas certique argumentis persuasum deat. Propter hoc etiam tribunali assisit, & crucifigitur, & mortem sustinet ignominiosissimam, & in sepulchro ponitur, vt sua incarnatio per omnia fiat manifestata. Chry. in Ge. hom. 58.  
6. Per manum prophetarum de di similitudines.  
7. Vanitas, vtique vani facti sunt.  
8. Propter vxorem, & propter vxorem custos, sub gregis.



**S**icut mane transit, pertransit ] rex Israel: <sup>a</sup> quia puer Israel & dilexi eum, <sup>A</sup> & <sup>†</sup> ex Aegypto vocavi filium meum. Vocauerunt eos: sic abierunt à facie eorum. Baalim immolabant: & simulachris sacrificabant. Et ego <sup>2</sup> quasi nutritus Ephraim portabam ] eos in brachiis meis, ] & nescierunt quod curarem eos. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. <sup>3</sup> Et ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum, & <sup>4</sup> declinaui ad eum vt vesceretur. ] Non reuertetur in terram Aegypti, & Assur ipse rex eius, quoniam noluerunt conuerti. <sup>5</sup> Ccepit gladius in ciuitatibus eius, ] & consumet <sup>6</sup> electos eius, & comedet capita ] eorum. Et populus meus pendebit <sup>7</sup> ad reditum meum. <sup>8</sup> Iugum autem imponetur eis simul, quod non auferetur. ] Quomodo dabo te Ephraim, <sup>8</sup> protegam ] te Israel? Quomodo dabo te? <sup>†</sup> Sicut Adama ponam te, vt Seboim? Conuersum est in me cor meum, pariter conturbata est pœnitudo mea. Non faciam furorem iræ meæ. Non conuertar vt disperdam Ephraim, quoniam deus ego <sup>9</sup> & nō homo. <sup>9</sup> In medio tui sanctus, & non ingrediar ciuitatem: post dominum ambulabunt: quasi leo rugiet, quia ipse rugiet & formidabunt filij maris: & auolabunt quasi auis ex Aegypto, & quasi columba de terra Assyriorum, & collocabo eos in domibus suis, dicit dominus. Circudedit me Ephraim in negotiatione, & in dolo domus Israel. Iudas autem testis descendit cum deo & cum sanctis <sup>9</sup> fidelibus. ]

† Matth. 2. a

† Gen. 19. b  
De po. d. i. c. Sed & continuo. 32. quæ 7. c  
Flagitia

*Israelitas beneficiorum patris sui Iacob immemores reuocat dominus ab idololatria, impietatem eorum & pœnam repetens.*  
X II.



**E**phraim <sup>1</sup> pascitur vento, ] & sequitur <sup>2</sup> æstum. ] Tota die mendacium & vastitatem multiplicat. Et cœdus cum Assyriis inuit, & oleum in Aegyptum ferebat. Iudicium ergo domini cum Iuda, & visitatio super Iacob. Iuxta vias eius & iuxta adinventiones eius, reddet ei. <sup>†</sup> In vtero supplantauit fratrem suum, <sup>†</sup> & in fortitudine sua <sup>3</sup> directus est cum angelo. <sup>4</sup> Et inualuit ad angelum, & confortatus est. ] Fleuit, & rogauit eum: <sup>†</sup> In Bethel inuenit eum, & ibi locutus est nobiscum. Et dominus deus exercituum, dominus: memoriale eius. Et tu ad dominum deum tuum conuertêris. Misericordiam & iudicium custodi, & spera in deo tuo semper. Chanaan in manu eius statera dolosa, <sup>4</sup> calumniam ] dilexit. <sup>5</sup> Et dixit Ephraim: ueruntamen diues effectus sum, inueni <sup>5</sup> idolum mihi. ] <sup>†</sup> Omnes labores mei non inuenient mihi iniquitatẽ quam peccaui, & ego dominus deus tuus ex terra Aegypti. Adhuc sedere faciam in tabernaculis, sicut in diebus festiuitatis. Et locutus sum super Prophetas, <sup>b</sup> & ego visionem multiplicauit, & <sup>6</sup> in manu prophetarum assimilatus sum. ] Si in Galaad <sup>7</sup> idolum, ergo frustra erant ] in Galgal bobus immolantes. <sup>8</sup> Nam & altaria eorum quasi acerui super sulcos agri. <sup>†</sup> Fugit Iacob in regionem Syria, & seruiuit Israel <sup>8</sup> in vxorem: & in vxorem seruiuit. ] <sup>†</sup> In Propheta autem eduxit dominus Israel de Aegypto, & in Propheta seruatus est: ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus suis, & sanguis eius super eum veniet, & opprobrium eius restituet ei dominus deus suus.

† Gen. 25. d  
† Gen. 22. f  
† Iudic. 6. g  
† Gen. 31. o

† De po. d. i. c. Ne fortis

† Gen. 28. 2  
† Exod. 14. 4

Deus



Deus zelotes alium deum non fert, Israeli exitum ob ingratitudinem minatur, victoriam mortis & inferni per Christum pollicetur. XIII.

**A** **N**oq̄ uente Ephraim, horror inuasit Israel, & deliquit in Baal, & mortuus est. Et nunc addiderunt ad peccandum, feceruntque sibi conflatile de argento suo quasi similitudinem idolorum. Factura artificum totum est, his ipsi dicunt: Immolate homines, vitulos adorantes, Jidcirco erunt quasi nubes matutina, & sicut ros matutinus praeteries. Sicut pulvis turbine captus ex area, & sicut fumus de fumariorum. **B** Ego autem dominus deus tuus ex terra Aegypti, & deum absque me nescies, & saluator non est praeter me. Ego cognoui te in deserto, in terra solitudinis. **C** Iuxta pascha sua adimpleti sunt, & saturati sunt. Et eleuauerunt cor suum, & obliui sunt mei. Et ego ero eis quasi leaena, sicut pardus in via Affyriorum. **D** Occurram eis quasi uersa raptis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorum. Et consumam eos ibi quasi leo, bestia agri scindet eos: perditio tua Israel, tantummodo in me auxilium tuum. **E** ubi est rex tuus? maximè nunc saluet te in omnibus urbibus tuis. Et iudices tui de quibus dixisti: da mihi regem & principes. Dabo tibi regem in furore meo, & auferam in indignatione mea. Colligata est iniquitas Ephraim, absconditum peccatum eius. Dolores parturientis uenient ei. Ipse filius non sapiens. Nunc enim non stabit in contritione filiorum, de manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos. **F** Ero mors tua o mors, morsus tuus ero inferne. Consolatio abscondita est ab oculis meis, quia ipse inter fratres diuidet. **G** Adducet vrentem ventum dominus de deserto ascendentem, & siccabit uenas eius, & desolabit fontem eius, & ipse deripiet thesaurum omnis uasis desiderabilis.

† Iai. 43. b

† Prou. 7. 6. b

† Reg. 8. a

† Cor. 15. g  
† Heb. 2. d  
† Eze. 19. d

*Samaria interitus adesse monstratur, plurima autem bona conuersis promittuntur, modo non redeant ad peccatum. XIII.*

**A** **E**reat Samaria, quoniam ad amaritudinem concitauit deum suum. In gladio pereant. Paruuli eorum elidantur, & foetæ eius scindantur. **B** Conuertere Israel ad dominum deum tuum, quoniam corruisti in iniquitate tua. Tollite uobiscum uerba, & conuertimini ad dominum, & dicite ei: Omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum, & reddemus vitulos labiorum nostrorum. Assur non saluabit nos. **C** Super equum non ascendemus, nec dicemus ultra: dij nostri opera manuum nostrarum, quia eius qui in te est misereberis pupilli. **D** Sanabo contritiones eorum, diligam eos spontaneè, quia auersus est furor meus ab eis. Ero quasi ros, Israel germinabit sicut lilium, & erumpet radix eius ut Libani. **E** Ibi rami eius, & erit quasi oliua gloria eius, & odor eius ut Libani. **F** Conuertentur sedentes in umbra eius, uiuent tritico. **G** Et germinabunt quasi uinea, memoriale eius sicut uinum Libani. Ephraim quid mihi ultra idola? **H** Ego exaudiam & dirigam eum, ego ut abietem uirentem, ex me fructus tuus inuentus est. **I** Quis sapiens, & intelliget ista: intelliges, & sciet hæc? Quia rectæ uiae domini, & iusti ambulabunt in eis: **K** prauaricatores uero corruent in eis.

† De po. d. z.  
† Si agamus.  
† Ne forsit.  
† Titum. 3. b

† Iere. 9. d

INCIPIIT PROLOGVS IN IOEL PROPHETAM.

**S** Antus Ioel apud Hebræos post Hosee ponitur, & sicut ibi sub nomine Ephraim ad decem tribus confertur uaticinium, quæ uel Samaria uel Israel saepe memorantur: sic in hunc Prophetam omne quod dicitur, ad tribum Iuda, & ad Ierusalem pertinere credendum est: nullam omnino Israelis, id est, decem tribuum, in hoc fieri mentionem. **T**empora quoque quibus prophetauit, eadem debemus accipere, quæ in Hosee legimus, in diebus Ozie, Ioathan, & Achaz, & Ezechie Regum Iuda: & in diebus Ieroboam filij Ioas Regis Israel. Porro factum esse sermonem domini, ad meritum eius refertur cui fit, non ad conditionem illius qui fieri dicitur, ut alibi legimus: Dominus factus est mihi in salutem. **A**uditus autem in scripturis sanctis nō est

ca. In hoc capite rursus beneficiis sua deus populo explorat do malitiam populi recedit. Lo quete Ephraim, id est Ieroboam. Hæc hic mortuus dicitur, scilicet morte eulphæ & infidelitatis. Loricatus ibid.)  
1. Deceper.  
2. Iuxta adinventionem intellegit huius sit idola fecerunt opere artificum. Propter quæ ipsi dicunt his qui sacrificat ex hominibus oculamini vitulos.  
3. De fenestra.  
4. Hereticos duxit dominus de tenebris infidelitatis, ubi prius descuebant Pharaoni & ducibus eius, & præcepit ne in ecclesia alium deum sciret nisi eum qui creat & saluat. Et ipse sic pascit eos ut possint dicere: Dominus pascit me, & nihil mihi deerit. Et dat eis panem qui de celo descendit quem in Aegypto non comederant. Et aquas de Christo peca. Glofa ordi. ibi.)  
5. Auidia.  
6. Grauitas.  
7. Orbatus.  
8. Cordis.  
9. Ego ero, sub in perpetuum, & me dereliquisti, ueruntamen ubi est rex tuus quem mihi prætulisti.  
c. Huius populi rex & iudices fuerunt principes peruersorum dogmarum, qui eos tempore necessitatis & angustie liberare non poterunt: qui facti sunt in furore, & auerterunt in indignatione. Nō quod dominus tales eos uoluerit habere reges, sed quod miserit eos uoluntatibus suis, ut comedentes & ingrati carnis, uascerentur & euomerent per uenas suas, & osses inceperunt eos quos tanto studio sequebantur. Hierony. ibid.  
8. In portu.  
d. Ac si mortis iniquitas, quæ sequitur hominem uicissim gau debet, expauit subito prædæ sua & in suo regno à suo ut putabat debito re constituta est, à suo edēnata teo, à suo subingata est captiuo. Idem suis laqueis illigata, & i reueta perditione dum deciperet, supplicata est, dum interficeret, extincta est: dum deuora re absumpta est. Euseb. Emise. de pasch. ho. 6.  
9. Venit uentus orientalis, dominus à deserto ascendet.  
10. Siccabit.  
11. Desolabitur.  
12. Exacerbabit.  
a. Deus est finis est noster summus & ultimus, idcirco ad eum debet esse tota nostra mens conuersio: atque ad ipsum tanquam ad finem ordinata sunt omnia, ut nihil amittatur, nisi in ipso & propter ipsum. Dio. ibi. 3 In te misericordia tua pupillo 4. Auerfionem.  
5. Perentiet radices suas sicut Libanus.  
6. Cum idolis.  
7. Respondi, & respexi cum ego uerba uirens.  
h. Pruaricator autem Latine & transgressor uocatur, eo quod à lege domini transeat ad errorem, & transgrediat mandata celestia, cui dictum est ut adhereret domino deo suo, Ambr. in psalm. 8. sermo. 15.

iste qui in aure sonat, sed in corde percipitur, iuxta illud quod dominus loquitur in euangelio: Qui habet aures audiendi audiat. Quod autem dicitur Hebraice haazenu, Graece ἰσχυροὶ, Latine sonat, auribus percipite: proprie non aures, sed corde percipitur. Qui senes sunt & caelestes, audiunt spiritualiter: qui autem habitant in terra, appellanturque terreni, auribus percipiunt. Ubicumque autem haec duo verba coniuncta ponuntur, non ad simplicem tantum verborum sonum, sed ad reconditam quoque dictorum intelligentiam pertinere intelligendum est. In Genesi Lamech loquitur ad uxores suas Ada & Sella: Audite verba mea uxores Lamech, auribus percipite sermones meos, quia virum occidi in vulnus meum, & iuuenem in liuorem meum. Et Isaias: Audite caeli, & auribus percipite terra.

ITEM ALIIS PROLOGVS.

**I**oel filius Phatuel describit terram duodecim tribuum, eruca, bruchus, locusta, rubigine vastante consumptam, & post euerisionem prioris populi effusum iri spiritum sanctum super seruos dei & ancillas, id est, super centum viginti credentium nomina, & effusum iri in caenaculo Sion, qui ceterum viginti ab vno vsque ad quindecim paulatim & per incrementa surgentes quindecim graduum numerum efficiunt, qui in psalterio mystice continentur. Ex tribus igitur generibus rhetorum haec sumuntur principia, & tres sunt argumentorum partes, ex quibus incipere solet omnis orator. Aut enim dociles, aut beneuolos, aut attentos auditores debet efficere. Hic ergo propheta recte a magnitudine cladis sumens principium, eosque qui audituri erant, volens ad paenitentiam prouocare, reddit attentos, admirans futurorum malorum, ut considerantes futurae cladis asperitatem ocyus paenitentiam arriperet. In hoc propheta idcirco nec reges, nec tempora sunt praenotata, quia iisdem temporibus ac regibus, quibus Hosee propheta ueritat, & ipse prophetauit. Ioel interpretatur incipiens, aut domini descensus. Phatuel vero aut latitudo aut ostium dei tropologicè, hoc est, qui ostium dei & scientiam dei habuerit apertam, recte incipit prophetae. Natus est autem de tribu Ruben in agro Bethoron, ubi in pace mortuus est, & sepultus.

VITA IOELIS PROPHETAE.

**I**oel filius Phatuel de tribu Ruben, natus in agro Bethoron: permulta super Ierusalem prophetauit, & de consummatione gentium. Estque cum honore & gloria mortuus & humatus in dicto agro Bethoron. Isidorus de vita & morte quorundam sanctorum, post Epiphanium.

Incipit Ioelis Prophetia.

Imminentibus quatuor plagis excitantur populi, & praecipue sacerdotes ad orationem, ieiunium, & planctum. Cap. I.

a. Auditus enim in scripturis sanctis non est iste qui in aure resonat, sed qui in corde percipitur: iuxta illud quod dominus loquitur in euangelio: Qui habet aures audiendi audiat. Hierony. ibid. b. Eruca luxuriam, locusta inanem gloriam, bruchus ingluuiem, & rubigo itam designant, quae sibi inuicem succedunt. Grego. Moral. lib. 34. cap. 39. c. Sono depressos vocat, qui delectatione peccati in obsequiis dei immobili facti sunt. Ionas. Quid tu sopore deprimeris? Epheii. Surge qui dormis, & exurge a mortuis. Hos etiam vocat ebrios: quia per peccatum rationem ligati habent. Alb. ibi. 1. Super nouum vinum quod. 2. Molares. d. Quid futura vel praeterita dicat, hoc proprium est prophetiae: vltimum est haec ratione non solum ob translationem verborum & linguam in linguam, sed etiam propter cecitatem. Theodoretus ibi.]



Verbum domini quod factum est ad Ioel filium Phatuel. <sup>a</sup> Audite haec senes, & auribus percipite omnes habitatores terrae. Si factum est istud in diebus vestris, aut in diebus patrum vestrorum. Super hoc filiis vestris narrate, & filij vestri filiis suis, & filij eorum generationi altera. <sup>b</sup> Residuum erucæ comedit locusta, & residuum locustæ comedit bruchus, & residuum bruchi comedit rubigo. <sup>c</sup> Expergiscimini ebrij, flete & ululate omnes qui bibitis vinum <sup>1</sup> in dulcedine, quoniam] perit ab ore vestro. Gens enim ascendet super terram meam fortis & innumerabilis. <sup>d</sup> Dentis eius ut dentes leonis, molares eius ut <sup>e</sup> catuli] leonis. Posuit vineam meam in desertum, & ficum meam decorticauit. Nudans spoliavit eam & proiecit, albi facti sunt rami eius. Plange quasi virgo accincta sacco, super virum pubertatis suae. <sup>f</sup> Perit sacrificium & libatio de domo domini, & luxerunt sacerdotes ministri domini. Depopulata est regio, luxit humus, quoniam

A Anni ante Christum, 707. Anni mundi 3255.

niam<sup>d</sup> dea statum est tri ticum. Confusum est vinum, elanguit oleum. <sup>3</sup> Confusi sunt agricolæ, vltrauerunt] vitatores super frumento, — vino] & hordeo, quia perit mē-  
 c sis agri. <sup>4</sup> Vineæ<sup>+</sup> confusa est, ] & ficus elanguit. Malo granatum & palma & malum,  
 & omnia ligna agri aruerunt, <sup>5</sup> quia confusum est] gaudium à filiis hominum. Accin-  
 gite vos & plāgite sacerdotes, vltrae ministri altaris. Ingreddimini, cubate in sacco mi-  
 ministri dei mei, quoniam interiit de domo dei vestri sacrificium & libatio. <sup>6</sup> <sup>+</sup> Sanctifi-  
 cate] ieiunium, vocate cœtum, congregate fenes, omnes habitatores terrę in domum  
 dei vestri: & clamate ad dominum. Ah ah ah diei: quia prope est dies domini, & quasi  
 D vastitas<sup>7</sup> à potente] veniet. <sup>8</sup> Nunquid non coram oculis vestris alimenta perierunt de  
 domo dei nostri lætitia & exultatio? <sup>9</sup> Computruerunt <sup>8</sup> iumenta in stercore suo, ] de-  
 molita sunt horrea, dissipatę sunt apotheca, quoniam confusum est triticum. Qui in-  
 gemuit animal, mugierunt greges armenti? Quia non est pascua eis. Sed & greges pe-  
 corum disperierunt. Ad te clamabo domine, quia ignis comēdit speciosa deserti, &  
 flamma succendit omnia ligna regionis. Sed & bestię agri—quasi area sitiens imbrē,]  
<sup>9</sup> suspererunt] ad te, quoniam exiccati sunt fontes aquarum, & ignis deuorauit specio-  
 sa deserti.

d. Huius infecunditatis maxi-  
 ma causa est iniquitas hominū  
 propter quam gaudia cessant  
 merores animi importati sunt,  
 & indolēti. Q. Iob. 1. inquit, vos  
 sacerdotes vestem lugubrem te  
 cipite. Theodo. ibid.  
 3. Eubescite agricolę, vltrae.  
 4. Exaruit.  
 5. Vt arefeat.  
 6. e. Indescite, ieiunium sanctifi-  
 care, est adiuuātis alijs bonis di-  
 gnum deo abstinentiam carnis  
 ostendere. Greg. Pastoral. 3. par.  
 admonitio. 20.

7. Ab omnipotente.

f. Computruerunt, est carnales ho-  
 mines in sterore luxurie vitam  
 finire, de quibus Ila. 3. Et erit p  
 suauis odore fetor, pro zona sa-  
 niculus. Quia nimirum hi pra-  
 uis operis sterorem emittit, qui  
 abiecto cingulo castitatis, lami-  
 culum intexunt lasciuiz. Greg.  
 in 7. psal. p. 1. psal. 50.  
 8. Grana sub pulueribus suis,  
 hoc est, semina terrę demanda-  
 ta putrescunt, & non erumpunt  
 in frugem.  
 9. Clamabunt.

*Terribilis propter hostium crudelitatem dies domini populum excitat ad cessandum à pecca-  
 tis, quandoquidem dominus orbem renouans spiritum suum mittet in terram. 11.*



Inf. codem. A

<sup>1</sup> Anite] tuba in Sion, <sup>2</sup> vltrae] in monte sancto meo. Conturbentur om-  
 nes habitatores terrę, quia venit<sup>d</sup> dies domini, quia prope est dies tene-  
 brarum & caliginis, dies nubis & <sup>3</sup> turbis: quasi mane expansum] super  
 montes, populus multus & fortis. Similis ei non fuit à principio, & post  
 eum non erit vsque in annos generationis & generationis. Ante faciem eius ignis vo-  
 rans, & post eum <sup>4</sup> exurens] flamma. Quasi hortus <sup>5</sup> voluptatis] terra coram eo, &  
 post eum solitudo deserti, neque est qui fugiat eum: quasi aspectus equorum aspectus  
 B eorum, & quasi equites sic current. <sup>6</sup> Sicut sonitus quadrigarum super capita mon-  
 tium exilient, sicut sonitus flammę ignis deuorantis stipulam, velut populus fortis  
 pręparatus ad pręlium: A facie eius<sup>6</sup> cruciabuntur] populi, omnes vultus<sup>7</sup> redigen-  
 tur in ollam. ] Sicut fortes current, quasi viri bellatores ascendunt murum. Viri in viis  
 suis gradientur, & non<sup>8</sup> declinabunt à] semitis suis. Vnusquisque fratrem suum non  
 coartabit, singuli in calle suo ambulabunt. Sed & <sup>9</sup> per fenestras cadent, & non demo-  
 lientur. Vrbem ingredientur, ] in muro current: domos conscendent, per fenestras in-  
 trabunt quasi fur. <sup>+</sup> A facie eius contremuit terra, moti sunt cœli. <sup>+</sup> Sol & luna obte-  
 nebrati sunt, & stellę retraxerunt splendorem suum. Et dominus dedit vocem suam  
 ante faciem exercitus sui, quia multa sunt nimis castra eius, quia fortia & facientia ver-  
 bum eius. Magnus enim dies domini & terribilis valde. Et quis sustinebit eum? Nunc  
 ergo dicit dominus: <sup>+</sup> Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu &  
 in planctu, & <sup>+</sup> scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Et conuertimini ad do-  
 minum deum vestrum, <sup>+</sup> quia benignus & misericors est, patiens & multę misericor-  
 dię, & <sup>10</sup> pręstabilis super malitia. ] <sup>+</sup> Quis scit, si conuertatur & <sup>11</sup> ignoscat, ] & relin-  
 quat post se benedictionem? <sup>+</sup> Sacrificium & libamen domino deo vestro. <sup>+</sup> Canite  
 C tuba in Sion, <sup>+</sup> sanctificate ieiunium, vocate cœtum, congregate populum, sanctifica-  
 te Ecclesiam, coadunate fenes, congregate paruulos, & fugētes vbera. Egreddiatur spō-  
 sus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Inter vestibulum & altare <sup>12</sup> plorabunt]  
 sacerdotes ministri domini, & <sup>13</sup> dicent: ] Parce domine, parce populo tuo, & ne des  
 hereditatem tuam in opprobrium, vt dominantur eis nationes. Quare dicunt in po-  
 pulis: vbi est deus eorum? <sup>+</sup> Zelatus est dominus terram suam, & pepereit populo suo.  
 E Et respondit dominus, & dixit populo suo: <sup>+</sup> Ecce ego mittam vobis frumentum &  
 vinum & oleum, & replebimini in eis, & non dabo vos vltra opprobrium in genti-  
 bus. Et eum qui ab aquilone est, procul faciam à vobis, & expellam eum in terram in-  
 uiam & desertam, faciem eius contra mare orientale, & extremum eius vsque ad ma-

1. Clangite, & infra.  
 2. Clangite.  
 3. Hac die plena miseris dicitur,  
 propterea terribilium rerū  
 nominibus exprimitur. In hac  
 enim die intensiores erant tene-  
 brę in cordibus Iudæorum, &  
 caligo tribulationis seu aduersi-  
 tatis exterior. Dion. ibid.  
 4. Obscuritatis quasi aurora ex-  
 pansa.  
 5. Eden est.

6. Dolebunt.  
 7. Nigrescent vt olla.  
 8. Tardabunt in.  
 9. Cum in gladium ecciderint  
 non vulnerabuntur. Per ciuita-  
 tem ambulabunt.  
 b. Sol & luna retraxerunt nul-  
 la claritas gaudij in maioribus  
 vel minoribus inuenitur. Alber-  
 tus ibidem.  
 c. Sicut scriptum est Sap. 1. Deus  
 non fecit mortem, nec delestat  
 tur in perditione viuorum. Vt  
 que qui nemine vult perire, cu-  
 pic peccatores penitentiam age-  
 re, & per penitentiam denovo ad  
 vitam redire. Ideo & per Joel .p-  
 pheta clamatur: Conuertimini  
 ad me in toto corde vestro. Cy-  
 pr. Epist. lib. 4. epist. 2.  
 d. Corda scindantur vt si qua do-  
 losā herba & improba cogitatio  
 nobis inest, radicibus eam eucl-  
 lamus, & puras pietatis semini-  
 bus terras exhibeamus. Chryso-  
 st. ad pop. Antioch. ho. 4.  
 10. Penitent super malum.  
 11. Peniteat eum mali.  
 c. Nam & Joel exclamauit: San-  
 ctificate ieiunium & orationē,  
 prospiciens iam tunc & alios a-  
 postolos & prophetas sanctuo-  
 sis ieiunijs, & predicatores of-  
 ficia curantia deum. Terribilis  
 ieiunio aduersus Psychicos,  
 12. Plorant.  
 13. Dicant.  
 f. Iudicem sapientem neminem  
 melius quam dominum Chri-  
 stum possumus intelligere: qui  
 contra vniuersos hostes populū  
 suū tuetur. De quo per prophē-  
 tã dicitur: Zelatus est dominus  
 terram suam, &c. Raba. in 10. ca-  
 pur. Becl.  
 g. Conuenienter eorum preo-  
 bus respondit. Non permittam  
 vos in miseris constitutos lud-  
 brio & voluptati finitimi ve-  
 stris, sed vos curabo & tuebor,  
 vt illi cognitiui sint ex meis in  
 vos beneficijs dei vestri robur  
 & potentiam. Theodo. ibid.

† Marc. 13. e  
 Luc. 21. e  
 Ezech. 32. b  
 Ier. 13. b  
 Iere. 30. b  
 Amos. 5. a  
 Soph. 1. d  
 De paz. d. 1. c.  
 Hoc idem.  
 † Ionę. 4. a  
 Pla. 35. a  
 † Ionę. 3. d  
 Supr. codem.  
 Sup. 1. c.

[h. Quia quando animalia moriuntur in magna multitudine de putredine surgit magnus fetor, & aeris corruptio, sicut dicit Hiero. se vidisse in illa terra. De Lya ibid.]  
 i. Ad filios quoque Sion specialiter loquitur, ut exultet & gaudeat, non in quacunque se tenet, sed in domino deo suo, qui dedit eis alimenta iustitiae suae, & imbrem temporaneum & ferotinum, ut comedant acque hereturae, & laudet nomen domini dei sui, qui fecit cum eis mirabilia: & nequaquam confundantur. Hierony. ibid.  
 2. In primo, sub. mens.  
 k. Et ve sciamus plenius virtutes esse spiritum, scite debemus ipsum esse promissum, quando dicit dominus: Effundam de spiritu meo, &c. Ille enim qui promissus est nobis, ipse est virtus, sicut etiam in euangelio idem dei filius declarat, dicens: Et ego mittam promissa patris mei in vos, &c. Luc. 2.4. Ambro. de spiritu sancto. lib. 2. cap. 2.

15. Columnas.

1. Nō vtiq̄ salute corporis quā mulci habent, & qui non inuocant nomen domini, sed illa salute de qua ipse dicit: Non est opus sanis medicus, sed egrotantibus. Augu. Epistol. 89.

re nouissimum: <sup>h</sup> & ascendet fetor eius. Et ascendet putredo eius, quia superbè egit. Noli timere terra, exulta & lætare, quoniam magnificauit dominus vt faceret. Nolite timere animalia regionis, quia germinauerūt speciosa deserti. Quia lignum attulit fructum suum, ficus & vinea dederunt virtutem suam. <sup>g</sup> Et filij Sion exultate & lætami- ni in domino deo vestro, quia dedit vobis doctorem iustitiæ, & descendere faciet do- minus ad vos imbrem matutinum & ferotinum <sup>14</sup> sicut in principio. ] Et implebuntur area frumento, & redundabunt torcularia vino & oleo. Et reddam vobis annos quos comedit locusta, bruchus, & rubigo, & eruca: fortitudo mea magna quā misi in vos. Et comedetis vescentes, & saturabimini, & laudabitis nomen domini dei vestri qui fe- cit mirabilia vobiscum. Et non confundetur populus meus in sempiternum, & scietis quia in medio Israel ego sum. Et ego dominus deus vester, & non est amplius, & non confundetur populus meus in æternum. <sup>g</sup> Et erit post hæc, <sup>†</sup> effundam <sup>k</sup> spiritum meū <sup>g</sup> super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri & filia vestra. Senes vestri somnia somniabunt, & iuuenes vestri visiones videbunt. Sed & super seruos meos & ancillas in diebus illis effundam spiritum meum, & dabo prodigia in cælo, & in terra sanguinem, & ignem & <sup>15</sup> vaporem ] fumi. <sup>†</sup> Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat dies domini magnus & horribilis. <sup>††</sup> Et erit, omnis qui inuocauerit nomen domini, saluus erit, quia in monte Sion & in Ierusalem erit saluatio, sicut dixit dominus, & in residuis quos dominus vocauerit.

† Act. 2. g  
Ia. 44. a

† Matth. 24. e  
Luc. 21. e  
† Rom. 10. c

*Iudicaturus orbem terræ dominus in valle Iosaphat, viuos & mortuos vocat ad iudicium, verbum dei annuntiat, baptismo dei ecclesia continuatur. III.*



a. Totū tempus à Christi aduentu ad finem mundi est vltima ætas, de qua 1. Ioh. 2. Nouissima hora est. Sic quod dominus ait: In diebus illis & in tempore illo, referendum est ad tempus gratie, vltimūque mundi ætatis. Diony. ibid.  
 b. Congregat dominus maiores, & postea disceptat eum eis. Pri- mo quo ad omissionem, de qua Matth. 25. Euriui, & non deli- ctis mihi manucare, &c. quin- tum verò ad iniuriā illatā pro- ximo, Ila. 3. Stat ad iudicandum dominus, & stat ad iudicandos populos: vos depalli estis vineā meam, & rapina pauperis in do- mo vestra. Albert. ibid.  
 1. Pro facto, hoc est, pro pretio meretricis.  
 2. Retributionem.  
 3. Vos retribuetis mihi sicut est, velocius reddam retributionem vestram in.  
 4. Meliora.  
 5. Promittunt ergo sibi Iudæi, imo somniant, quod in vltimo tempore congregentur à domi- no, & redueantur in Ierusalem. Nec hac felicitate contenti, ip- sum deum sicut manibus Roma- norum filios & filias asserūt tra- diturum, vt vendant eos Iudæi Peris & Aethiopiis, & ceteris nationibus quæ vicinæ sunt, sed & Sabæis p̄tri longissimæ: quia dominus locutus sit, & populi sui vltiscatur iniuriam. Nos au- tem dicamus q̄ & suscitauit do- minus post aduentum suum, & quotidie suscitatur, & suscitatur est eos quos variis error educe- rat de sinibus suis. Hiero. ibid.  
 6. Indicite.  
 7. Vomeres, vestros.  
 8. Congregamini.  
 9. Alia species erit quæ pleraque figuratè portenduntur per augu- rata & allegorias & parabolas, aliter intelligi quàm scripta sunt. Nam & montes legimus distillatos dulcorem: non fa- men vt saram de petris, aut de- frutum de rupibus speres. Ter- tul. aduersus Marcion. lib. 3.  
 10. Mustum.  
 11. Vallem Sittim.

<sup>a</sup> Via ecce in diebus illis & in tempore illo, cum conuertero captiuitatem Iuda & Ierusalem, congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Iosaphat, & disceptabo cum eis ibi super populo meo, & hæreditate mea Israel, <sup>b</sup> quos disperferunt in nationibus, & terram meam diuiserunt, & su- per populum meum miserunt sortem. Et posuerūt puerum <sup>1</sup> in prostibulum, ] & puel- lam vendiderunt pro vino vt biberent. Verum quid mihi & vobis Tyrus & Sidon & omnis terminus Palæstinorum? Nunquid <sup>2</sup> vltionem ] vos reddetis mihi? Et si <sup>3</sup> vlciscemini vos contra me, cito velociter reddam vicissitudinem vobis super ] caput ve- strum. <sup>4</sup> Argentum enim meum & aurum tulistis, & desiderabilia mea & <sup>4</sup> pulcherri- ma ] intulistis in delubra vestra. Et filios Iuda & filios Ierusalem vendidistis filiis Græcorum, vt longe faceretis eos de sinibus suis. Ecce ego suscitabo eos de loco in quo vendidistis eos, & conuertam retributionem vestram in caput vestrum. Et vendam filios vestros & filias vestras in manibus filiorum Iuda, & venundabunt eos Sabæis, gen- ti longinquæ, quia dominus locutus est: <sup>c</sup> Clamate hæc in gentibus, <sup>1</sup> sanctificate ] bel- lum, suscite robustos. Ascendant, accendant omnes viri bellatores. Cœcidite <sup>2</sup> aratra vestra ] in gladios, & ligones vestros in lanceas. Infirmus dicat, quia ego fortis sum. <sup>3</sup> Erumpite, ] venite omnes gentes de circuitu, & congregamini. <sup>4</sup> Ibi occumbere faciet dominus robustos tuos. Consurgant & ascendant gentes in vallem Iosaphat, quia ibi sedebo vt iudicem omnes gentes in circuitu. <sup>†</sup> Mittite falces, quoniam maturauit messis. Venite & descendite, quia plenum est torcular. Exuberāt torcularia, quia mul- tiplicata est malitia eorum. Populi populi in valle concisionis, quia iuxta est dies do- mini in valle concisionis. <sup>†</sup> Sol & luna obtenebrati sunt & stellæ retraxerunt splendor em suum. <sup>†</sup> Et dominus de Sion rugiet, & de Ierusalem dabit vocem suam. Et moue- buntur cœli & terra, & dominus spes populi sui, & fortitudo filiorum Israel. <sup>g</sup> Et scie- tis quia ego dominus deus vester, habitans in Sion in monte sancto meo. Et erit Ieru- salem sancta, & alieni non transibunt per eam amplius. <sup>††</sup> Et erit in die illa, stillabunt montes <sup>3</sup> dulcedinem, ] & colles fluent lacte. Et per omnes riuos Iuda ibunt aquæ, & fons de domo domini egredietur, & irrigabit <sup>9</sup> torrentem spinarum. ] Ægyptus in desolatione erit & Idumæa in desertum perditionis, pro eo quod iniquè egerint in fi- lios Iuda, & effuderint sanguinem innocentem in terra sua. Et Iudæa in æternum ha- bita-

† Amos. 9. d  
Apoc. 14. d

† Isa. 11. b  
Sup. 1. g  
† Ier. 23. f  
Amos. 1. a

† Amos. 1. a  
& 9. d

tabitur, & Ierusalem in generationem & generationem. Et mundabo sanguinem eorum quos non mundaueram, & dominus commorabitur in Sion.

INCIPIT PROLOGVS IN AMOS  
Prophetam.



**O**zias Rex cum dei religionem sollicitè emularetur, nimio religionis amore prouocatus, contra praeceptum legis Moysi arrepto thuribulo, vt in historia libri secundi Paralipomenon ostenditur, sacerdotale officium praesumere conatus est. Ob eam rem terra motum in templo dei exortum constat, cuius etiam Zacharias Prebetea meminit. Ante hunc itaque terrae motum, Amos Propheta temporibus praedicti Regis & temporibus Ieroboam filij Ioas regis Israel, in eas gentes, quae electione comprehensae sunt, iram dei ob eas causas, quas memorauit, affuturam denuntiat. Et quia idem Propheta in sequentibus ait: Super tribus impietatibus, & super quatuor non conuertam eum: tertio peccatorum indulgentiam dare deum posse significat: quem quarto eadem peccata admittentibus, nec poenitentiam, nec indulgentiam daturum enuntiat. Nam per ignis similitudinem, quem in praedictas gentes immitendum praedixit, grauem atque irremouibilem dei iram, ad euerfionem earundem ciuitatum processuram voluit demonstrare.

ITEM ALIVS PROLOGVS.



**A**mos Propheta pastor & rusticus & ruborum mores distinguens, paucis verbis explicari non potest. Quis enim dignè exprimat tria & quatuor scelera Damasci, Gaze, Tyri, & Idumaeae, filiorum Ammon & Moab, septimo, octauoque gradibus Iudae & Israel? Hic loquitur ad vaccas pingues, quae sunt in monte Samaria, & ruituram domum maiorem minoremque testatur. Ipse cernit fectorem locustae, & stantem dominum super murum litum, vel adamantinum, & vincinum pomorum attrahentem, supplicium peccatoribus & famem in terra, non famem panis, neque sitim aquae: sed audiendi verbum domini. Non dixit verba, sed verbum. Amos vero interpretatur onustus. Hic Amos spiritualis gratiae plenus, prophetauit inter ceteros Prophetas. Non enim ipse solus erat Prophetes, sed etiam & alij. Esse quippe non poterat Prophetes, nisi pastor ante fuisset. Qui etiam tuba sua clangit per singulos dies, erudiens & docens in Ecclesia. In veritate enim omnium vox Prophetarum tanquam tuba spiritualis est, praedicans in Ecclesia secundum quod scriptum est: Ascende in montem excelsum tu qui euangelizas Sion, & exalta vocem tuam qui praedicas Ierusalem

1. Vi. d. cetera.

INCIPIT TERTIVS PROLOGVS.



**H**ic Amos Propheta & pastor non fuit pater Isaiæ Prophetae, quanquam & ille Propheta, extiterit. Nam alius licet iste, alius ille apud Hebraeos scribitur: quae differentia litterarum apud Latinos non habetur. Et ille fortis vel robustus, hic vero auulsus interpretatur, quia locutus est contra decem tribus, quae per idololatriam à cultu dei vel etiam à regno Dauid erant auulsa. Fuit autem cognatio eius ex oppido Thebue, quod sex miliaribus distat à Bethleem, curam gerens pecorum in latitudine camporum, qui sunt proximi oppido Thebue, in quibus humi arida atque arenosa, nihil omnino frugum gignitur, sed vberimis pascuis abundant: & ideo cuncta sunt pastoribus plena, & sterilitas frugum compensatur pecorum multitudine. Ex hoc numero pastorum fuit Amos, imperitus sermone, sed plenus scientia. Prophetauit autem eisdem temporibus quibus Ioel, Nabum, Ionas, Hosee, Isaias. Sed aliquantulum exorsus est propheta antequam Isaias, maxime autem contra decem tribus locutus est, pauca de duabus interserens. Hunc ablatum de numero pastorum misit dominus, vt in Samaria propheta ret, quem Amasias sacerdos frequenter plagis afflixit: tandem filius eius Ozias veste per tempora transiit. Posthac seminiuus in terram suam euectus, post aliquot dies dolore vulneris expirauit, sepultusque est cum patribus suis.

2. Ille enim Amos scribitur per primam & vltimam nomina & fuit Iteam Aleph & zadech, & interpretatur fortis & robustus hic vero Amos per Ain & Samac, & interpretatur populus auulsiuendens tamen sonum & prolationem habere videtur, Hicony.

1. Tert.

2. Rex.





*Amos pastor & rusticus ex oppido Thecue in terra Zabulon, quod distat ad Australē plagam sex milibus contra Bethlehem, non, vt credit epiphanius, parens fuit Isaiā propheta. Hunc dominus ablatum inde misit ad populum Israel, præcipiens ei vt Samariam pergeret, & ibi quæ ventura erant, prophetaret. Quem Amasias rex saepe plagis affecit. Nouissimè Ozias filius eius recte per tempora transfixo crudeli morte necauit. Tamen seminiuus in terram suam euectus, post aliquot dies dolore nimio vulneris animam cunctantem efflauit: sepultusque est cum patribus suis. Isidorus de vita & morte quorundam sanctorum.*

### Incipit Amos Prophetia.

*Vltio domini in decem tribus Israel, in Damascum, Philistæos, Tyrum, Idumæam, & Ammon, ac regum earum. Caput I.*

a. Quidam non diligenter rationem temporis attendentes, huc terret motum opinari sunt factū fuisse, cū Isaias magnus post Oziaz interitum vidit dominum sedentem in folio excelso, & elato, cum commota sunt super liti-  
 minata cardinū à voce elaman-  
 tis. Ego verò cum tempora dis-  
 quisisset, hoc falsum esse depre-  
 hendi. Si quidem post Oziaz in-  
 teritum terret motus exiit: nā  
 duobus ante annis quā pro-  
 phetiam misit Amos ince-  
 pit quinquagesimus annus a-  
 gebatur regni Oziaz, duos enim  
 & quinquaginta annos regna-  
 uit. At Ieroboam hoc tempore  
 non superstererat: nam huius  
 vicesimo septimo regni anno,  
 Oziaz gubernacula regni sui sū-  
 cepit. Theod. ibid.  
 x. Inter pastores, sub maior.  
 1. Ingebunt habitacula, vel pa-  
 fena.  
 3. Valle Auen.  
 4. Eden.  
 b. Hoc est, transmigrationem v-  
 niterusalem populi Iudaici post  
 Ierusalem.  
 c. Grauisimum crimen & im-  
 pietati deputandum, quod quis  
 post peccati commissum nō vult  
 penitere nec peccata elemosy-  
 nis redimere: sed addit peccata  
 peccatis, & mala multiplicat in  
 sceleribus plurimis: & desperat  
 semetipso nullo modo sibi sub-  
 uenire per penitentiam lamenti.  
 Hinc & per prophetā dominus  
 ait: Super tribus sceleribus Ty-  
 ri, & Bala. in 12. cap. Eccl.  
 5. Misericordias suas.  
 6. In Reulum.  
 d. Quidam per Theman intelli-  
 git metropolin Idumææ, & per  
 Bosra aliam Idumææ ciuita-  
 tem: verum Hieron. asserit verā-  
 que significare Idumææ provin-  
 ciam. Proprie tamen Theman  
 ciuitas est montium Seir, regia  
 principum Edom Gabaleng re-  
 gionis, procul à Petra vbi 1005,  
 pass. Illic positum fuerat olim  
 præsidium Romanorum. Bosra  
 verò nō longe distat ab ea. Dio-  
 ny. cum Zieglero, in Palæstina.  
 7. Rex eorum.



**V**erba Amos, qui fuit in pastoralibus Thecue, quæ vidit a super Israel in diebus Oziaz Regis Iuda, & in diebus Ieroboam filij Ioas Regis Israel, ante duos annos terre motus. Et dixit: Dominus de Sion rugiet, & de Ierusalē dabit vocem suam. Et luxerunt speciosa pastorum, & exiccatus est vertex Carmeli. Hęc dicit dominus deus: Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertam eum, eo quod triturauerint in plaustris ferreis Galaad. Et mittam ignem in domum Hazael, & deuorabit domos Benadab. Et conteram vctem Damasci, & disperdam habitatorem de campo idōli, & tenentem sceptrum de domo voluptatis, & transferetur populus Syriæ Cyrenen, dicit dominus. Hęc dicit dominus: Super tribus sceleribus Gazæ, & super quatuor non conuertam eum, eo quod trāstulerit captiuitatem perfectam, vt concluderent eam in Idumæa. Et mittam ignem in murum Gazæ, & deuorabit ædes eius, & disperdam habitatorem de Azoto, & tenentem sceptrum de Afcalone, & conuertam manum meam super Accaron, & peribunt reliquæ Philistinorum, dicit dominus deus. Hęc dicit dominus: Super tribus sceleribus Tyri, & super quatuor non conuertam eum, eo quod concluderint captiuitatem perfectā in Idumæa, & non sunt recordati fœderis fratrum. Et mittam ignem in murum Tyri, & deuorabit ædes eius. Hęc dicit dominus: Super tribus sceleribus Edom, & super quatuor non conuertam eum, eo quod persecutus sit in gladio fratrem suum, & violauerit misericordiam eius, & tenuerit vltra furorem suum, & indignationem suam seruauerit vsque in finem. Mittam ignem in Theman, & deuorabit ædes Bosræ. Hęc dicit dominus: Super tribus sceleribus filiorum Ammon, & super quatuor nō conuertam eum, eo quod dissecuerit pregnantes Galaad ad dilatandum terminum suum. Et succendam ignem in muro Rabba, & deuorabit ædes eius in vlulatu in die belli, & in turbine in die comotionis. Et ibit Melchom in captiuitatē ipse & principes eius simul, dicit dominus deus.

Anni ante  
Christi. 8. 11.  
Anni mundi  
3141.  
Joel. 3. c.  
Zach. 1. 4. a  
Iere. 24. f.  
De pen. di. i.  
cap. Supertri-  
bus.  
Intra. 22

*Vltio domini in Moab pro crudelitate in mortuos, in Iudam & Israel, qui pro singulis beneficiis semper fuerunt rebelles & ingrati, ideo merito delendi. II.*

a. Moabitę frequenter infelli fue-  
 runt filii Israel. Nam petenti-  
 bus ad defunctam terram pro-  
 missionis, proteruis nimis obiti-  
 tuerunt, ne liceret illi per termi-  
 nos eorum transire. Quod quia  
 armata manu pericere nō præ-  
 sumebant, exemplo terribi Cha-  
 nanzorum, ac Amorreorū, quos  
 superauerat filij Israel, vt Nu. 21.  
 pretio conduxit Balac filius Se-  
 phor rex Moab, Balaam filium  
 Beor hatioi, qui populo Israel  
 malediceret, &c. Albert. ibid.  
 \* In hac voc.



**H**ęc dicit dominus: Super tribus sceleribus Moab, & super quatuor non conuertam eum, eo quod incenderit ossa Regis Idumææ vsque ad cinerem. Et mittam ignem in Moab, & deuorabit ædes Carioth, & morietur in sonitu Moab in clangore tubæ, & disperdam iudicem de medio eius, & omnes principes eius interficiam cum eo, dicit dominus. Hęc dicit dominus: Super tribus sceleribus Iuda, & super quatuor non conuertam eum, eo quod abiecerit le-

Sup. 1. b  
Nume. 13. d

**B** legem domini, & mandata eius non custodierit. <sup>a</sup> Deceperunt enim eos idola ] sua, post que abierunt patres eorum. <sup>b</sup> Et mittam ignem in Iudam, & deuorabit aedes Ierusalem. Hec dicit dominus: <sup>c</sup> Super tribus sceleribus Israel, & super quatuor non conuertam eum, pro eo quod vendiderit pro argento iustum, & pauperem pro calceamentis. Qui <sup>2</sup> conterunt ] super puluerem terre capita pauperum, & viam humilium <sup>3</sup> declinant: ] & filius ac pater eius ierunt ad puellam, vt violarent nomen sanctum meum, & super vestimentis pigneratis accubuerunt iuxta omne altare, & vinum damnatorum bibebant in domo dei sui. <sup>d</sup> Ego autem exterminavi Amorrhæum a facie eorum, cuius altitudo cedrorum altitudo eius, & fortis ipse quasi quercus. Et contriui fructum eius desuper, & radices eius subter. <sup>e</sup> Ego sum qui ascendere vos feci de terra Ægypti, & eduxi vos in desertum quadraginta annis, vt possideretis terram Amorrhæi, & suscitavi de filiis vestris in prophetas, & de iuuenibus vestris Nazaræos. Nunquid non ita est filij Israel, dicit dominus? Et propinabatis Nazaræis vinum & prophetis mandabatis, dicentes: ne prophetetis. <sup>f</sup> Ecce ego <sup>4</sup> stridebo subter vos, sicut stridet plaustrum onustum fœno. ] Et peribit fuga a veloce, & fortis non obtinebit virtutem suam, & robustus non saluabit animam suam. Et tenens arcum non stabit, & velox pedibus suis non saluabitur, & ascensor equi non saluabit animam suam, & robustus corde inter fortes nudus fugiet in illa die, dicit dominus.

† Num. 21. 6  
Deut. 2. f.

† Exod. 14. 0

† Dep. di. 1.  
c. Si agamus.

<sup>1.</sup> Mendacia  
<sup>2.</sup> Hoc fuit impletu quado Nabuzardan succensit domum domini, & domum regis & domum Ierusalem per circumum. 4. Re. vlti. De Lyca. J  
<sup>3.</sup> Hi ad solū quantum inuester, vendiderit iustum, sordidūque lucro afferentes, ne calcens quidem pauperum lucrificare recusatant, qui extremum hominibus vsum prebent, iniuria affectos detererunt, pauperes verberationibus vexarunt, contumeliose acceptorum iustam causam non admittunt, & bestiarum more iniucem alij cum aliorum vxoribus coitu seles committunt, vt ne filij qui dem pellice patri deuota abstinerit, neque pater vxorē filij integritate permiserit. Itaque inde natura iura consula sunt, ac denique obitura cognationis nomina Theod. ibid.  
<sup>4.</sup> Conculcabant.  
<sup>5.</sup> Peruertunt.  
<sup>6.</sup> Hoc est, ad tantam vos pertraham calamitatem ac tormenta, vt velut curus feno vel manipulis grauatus altos insatabilesque clamores emittatis, cū in manus Assyriorum incidetis. Dion. ibid.  
<sup>7.</sup> Angustiam suscito in loco vstro sicut plaustrū angustiatu manipulis onustum.

*Soli Iud. ei olim populus dei electus, sed ingratus, ideo pro idolis & voluptatibus vastandus.* III.



**A**vdite verbum quod locutus est dominus super vos filij Israel, super omnem cognationem quam eduxi de terra Ægypti, dicens: <sup>a</sup> Tantummodo vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ, idcirco visitabo super vos omnes iniquitates vestras. Nunquid ambulabunt duo pariter, nisi conuererit eis? <sup>b</sup> Nunquid rugiet leo in saltu, nisi habuerit prædam? Nunquid dabit catulus leonis vocem de cubili suo, nisi aliquid apprehenderit? <sup>c</sup> Nunquid cadet auis in laqueum terræ absque aucupe? Nunquid auferetur laqueus de terra antequam quid ceperit? Sic clanget tuba in ciuitate, & populus non expauescet? <sup>d</sup> Si erit malum in ciuitate quod dominus non fecit? Quia non faciet dominus deus verbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos Prophetas. Leo rugiet, quis non timebit? Dominus deus locutus est, quis non prophetabit? Audite facite in aedibus Azoti, & in aedibus terræ Ægypti, & dicite: <sup>e</sup> Congregamini super montes Samariæ, & videte in sanias in medio eius multas, ] & calumniam patientes in penetralibus eius. Et nescierunt facere rectum, dicit dominus, thesaurizantes <sup>f</sup> iniquitatem & rapinas ] in aedibus suis. Propterea hæc dicit dominus deus: <sup>g</sup> Tribulabitur & circuietur terra, ] & detrahetur ex te fortitudo tua, & deripientur aedes tuæ. Hæc dicit dominus: Quomodo si <sup>h</sup> eruat pastor de ore leonis dura crura, aut extremum auriculæ, <sup>i</sup> sic eruentur filij Israel qui habitant in Samaria <sup>k</sup> in plaga ] lectuli, & in Damasci grabato. Audite & contestamini in domo Iacob, dicit dominus deus exercituum, quia in die cum visitare cepero preuaricationes Israel, super eum visitabo: & super altharia Bethel, & ambulabuntur cornua altaris, & cadent in terram. Et percutiam domum hyemalem cum domo æstiuâ, & peribunt domus eburneæ: & dissipabuntur aedes multæ, dicit dominus.

† Job. 6. a

† Isa. 45. b.  
c. q. 1. c. Sunt plurimi.  
24. quæst. 3. c. Quidnam.  
26. q. 5. c. Nec murum.

<sup>a.</sup> Ex omnibus tribubus terræ dominus Iudæos cognouit, dicente Apostolo: Nunc autem cognoscetes deum, magis autē cogniti deo. Gal. 4. b. & 1. Cor. 14. g. Qui ignorat, ignorabitur. Nō ergo omnes cognoscit deus, sed eos qui eius cognitione sūt digni, loquens in Euangelio. Lu. 13. f. Recedite a me operarij iniquitatis: nescio vos. In eo em̄ q̄ operarij iniquitatis sūt, ignoratur a deo. Idcirco, inquit, quia solos vos cognoui, & meos habui, visitabo super vos omnes iniquitates vestras. Hiero. ibid. b. Non auariciam significat aut rapinas, nec eorum quicquam aliud omnino, sed eas profectū plagas, quæ diuinitus inferuntur. De quibus rursus loquitur per Iaiam prophetam, ca. 45. b. Qui facio pacem & creō mala. Neque enim hic malitiam voluit intelligi, sed pestilentias profectū, & famem, & ceteraque huiusmodi, quæ mala esse putantur a plurimis. Chry. in 6. cap. Mar. hom. 1. De his ergo profectū malis creator, quæ cōgruunt iudici. Quæ quidē illis mala sine quibus rependuntur, ceterum suo nomine bona qua iusta, & bonorum defensoria, & delictorum inimica, atque in hoc ordi ne deo digna. Tertull. aduersus Marc. lib. 2.  
<sup>1.</sup> Tumuli plurimos in medio eius.  
<sup>2.</sup> Ex populatione & rapina.  
<sup>3.</sup> Tribulatio erit, sed in circuietur terra.  
<sup>4.</sup> In angulo.  
<sup>5.</sup> Dominator.

*Sub typo vaccarum pinguium inuehitur deus in primates Samariæ, quorum duritiam & scelera multis modis vlciscitur, reuocans ad pœnitentiam.* IIII.



**A**vdite verbum hoc vacce <sup>a</sup> pingues ] que estis in monte Samariæ, que calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes. Que dicitis dominis vestris, afferte & bibemus. Iurauit dominus deus in sancto suo, quia ecce dies venient super vos, & leuabunt vos <sup>b</sup> in contis, & reliquias vestras in ollis feruentibus. ] Et per aperturas exhibitis altera cōtra alteram, & proiciemini in Armon, dicit dominus: Venite ad Bethel & impiè agite, ad Galgalam, & multiplicare

<sup>a.</sup> Arguit peccata lasciuie, calfinitate, tyannidis, oppressionis siue rapinae ac ebrietatis siue ingluuie: vnde vocat eos vaccas pingues, vaccas, pper lasciuia, pingues propter ingluuiem, vt Hosee 10. Vacca Bethauen coluunt habitatores Samariæ, hoc est, lasciuia inuiles. Quia Bethauen domus inuilem interprecatur. Albertus ibid.  
<sup>1.</sup> Basan.  
<sup>2.</sup> In spinis, & postteritatem vestram in hamis piscatorijs.

b. De fermento laudem immolat qui deo sacrificium de rapina parat. Grego. ho. 22. 3. Munditiam.

c. Cum mens sancte exhortationis verba alia suscipit, alia suscipere recusat. Grego. super Ezech. homil. 10. d. Indignatur dominus & irascitur, & quod ad deum non est ueritatem comminatur, & tu miraris aut queris in hac oblatione & contemptu vestro, si raris desuper pluuia descendat, si terra sita pulueris fructu, si uix ieiunias, & pallidas herbas sterilibus pleba producat, si uicem granulo debilitet cadens, si oleum destruat turbo subuerrens, si fontis licetitas siccet, aerem pestilens aura corripas, homines motu ualento comminat, cum omnia ista peccatis protocantibus ueniant, & plus exacerbetur deus, quando nihil talia & tanta proficiant. Cypri contra Demetrianum, tracta. 1. 4. Pestem. 5. Facorem. 6. Quæ sit medio eius. 7. Autotam & caliginem.

a. Ad Iudaos extremam apporare denunciationem, dum lamè ratione Iudaicæ adiungit, quæ ad ipsos statim puenit, post nefarium aduersus Iudæorum nostrum Iesum Christi factus. Ex illo enim uel ad hunc usque diem domus Israel excidit, & uisionem semel deus ad denunciationem protulit de castra illorū domo in Ierusalem, aduersus omnem illorum multitudinem, ueluti eorum qui non amplius erigendi sunt, eo qd non adit qui uos erigat. Euseb. de demon. lib. 4. b. Deū uel sero cognoscite, quia Christus adueniens hoc admo-ner docetque dicit: Hæc est uita æterna, ut cognoscant te solum uerum deum, & quem misisti Iesum Christum. Cypria, contra Demetria, tracta. 1. 1. In nihilum. 2. Eripat quasi ignis in domū. c. Diem nocte obuertat. 3. Roborat ualiditatem. 4. Depopulationem super potentem introducet. 5. Redda. 6. Onus frumenti. 7. Graua. d. In manu ergo dei sumus ut queramus bonum, illud bonū incorruptibile atque incommutabile, de quo hic dicit Amos: Vbi ergo bonus deus, ibi bona sunt quæ desiderauit uidere Dauid, & uisuram se eredit, sicut ipse ait: Credo uidere bona domini in terra uiuentium. Amb. de fuga seculi, cap. 6. e. Mor apud veteres fuit, ut ad portam senes sederent, qui certantium iurgia discernerent, ne discorder vibem, in qua pax debet esse perpetua, usquam intrarent. Greg. Moral. 11. 14. 8. Vicit. f. Ex hoc enim ipso quod diem domini deliderant, & non perit esse sunt, digni supplicio iudicantur, quia nullus hominum abique peccato est, ut Job. 22. b. Alia immunda sunt coram eo. Et Galat. 3. d. Conclufit omnia sub peccato, ut omnium misereretur. Cum igitur nemo possit de dei iudicare iudicio, & de otioso quoque uerbo reddideri sumus ratione, & Job pro filiis suis quotidie offerbat hostias, ne quid forte peruersum contra dominum cogitaret, quæ temeritas est audire eum Corinthiis? Sine nobis regnatis, atque uicini regnatis, ut & nos uobiscum regnemus. Hiero. ibid. 9. Abominatur sum.

præuaricationē. Et offertē mane uictimas uestras, tribus diebus decimas uestras. <sup>b</sup> Et sacrificate de fermentato laudem, & uocate uoluntarias oblationes & annuntiate. Sic enim uolulistis filij Israel, dicit dominus deus. Vnde & ego dedi uobis stuporem] dentium in cunctis urbibus uestris, & indigentiam panum in omnibus locis uestris, & non estis reuersi ad me, dicit dominus. Ego quoque prohibui a uobis imbrem cum adhuc tres menses superessent usque ad messem, & plui super vnam ciuitatem, & super alteram ciuitatem non plui. Pars vna compluta est, & pars super quam non plui, aruit. <sup>d</sup> Et uenerunt duæ & tres ciuitates ad vnam ciuitatem ut biberent aquam, & non sunt satiatae, & non redistis ad me, dicit dominus. Percussi uos in uento urente, & in aurigine multitudinem hortorum uestrorum & uinearum uestrarum, oliueta uestra & ficeta uestra comedit eruca, & non redistis ad me, dicit dominus. Misi in uos mortem,] in uia Ægypti, percussi in gladio iuuenes uestros usque ad captiuitatem equorum uestrorum, & ascendere feci putredinem] castrorum uestrorum in nares uestras, & non redistis ad me, dicit dominus. <sup>e</sup> Subueri uos sicut subuertit deus Sodomam & Gommoram, & facti estis quasi torris raptus ab incendio, & non redistis ad me, dicit dominus. Quapropter hæc faciam tibi Israel. Postquam autem hæc fecero tibi, præparare in occursum dei tui Israel. Quia ecce formans montes & creans uentum & annuntians homini eloquium suum,] faciens matutinam nebulam,] & gradiens super excelsa terre dominus deus exercituum nomen eius.

*Perpetua Israelis captiuitas ob id dicitur, ob odium in Prophetas, ob pauperum oppressionem plangitur, & eius festa & sacrificia abiiciuntur.*

**A**udite uerbum istud, quod ego leuo super uos planctum. <sup>a</sup> Domus Israel <sup>a</sup> cecidit, & non adiciet ut resurgat. Virgo Israel proiecta est in terram suam & non est qui suscitet eam. Quia hæc dicit dominus deus: Urbs de qua egrediebantur mille, relinquentur in ea centum, & de qua egrediebantur centum, relinquentur in ea decem in domo Israel, quia hæc dicit dominus deus domui Israel. <sup>b</sup> Querite me & uiuetis, & nolite querere Bethel. <sup>c</sup> In Galgalam nolite intrare, & in Bersabee non transibitis, quia Galgala captiua ducetur, & Bethel erit inutilis. Querite dominum & uiuite, ne forte <sup>d</sup> comburatur ut ignis domus] Ioseph, & deuorabit, & non erit qui extinguat Bethel. Qui conuertitis in absinthium iudicium, & iustitiam in terra relinquitis, facientem arcum & orionem, & conuertentem in mane tenebras, & diem nocte mutantem. <sup>e</sup> Qui uocat aquas maris & effundit eas super faciem terre, dominus nomen est eius. Qui <sup>f</sup> subridet uastitatem] super robustum, & depopulationem super potentem affert. Odio habuerunt corripientem in porta & loquentem] perfecte] abominati sunt. Idcirco pro eo quod diripiebatis pauperem & prædam electam] tollebatis ab eo, domos quadro lapide edificabitis, & non habitabitis in eis. <sup>g</sup> Vineas plantabitis amantissimas, & non bibetis uinum earum, quia cognoui multa scelera uestra, & fortia] peccata uestra. Hostes iusti, accipientes munus, & pauperes deprimentes in porta. Ideo prudens in tempore illo tacebit, quia tempus malum est. <sup>h</sup> Querite bonum & non malum, ut uiuatis, & erit dominus deus exercituum uobiscum, sicut dixistis. <sup>i</sup> Odite malum & diligite bonum, & constituite in porta iudicium, si forte misereatur dominus deus exercituum reliquiis Ioseph. <sup>j</sup> Propterea hæc dicit dominus deus exercituum dominator: In omnibus placentis] plactus, & in cunctis] quæ foris sunt,] dicitur uæ uæ. Et uocabunt agricolam ad luctum, & ad planctum eos qui sciunt plangere. Et in omnibus uis erit planctus, quia pertransibo in medio tui, dicit dominus: <sup>k</sup> Uæ desiderantibus diem domini. At quid eam uobis? Dies domini ista tenebræ, & non lux. <sup>l</sup> Quomodo si fugiat uir a facie leonis, & occurrat ei uersus, & ingrediatur domum, & innitatur manu sua super parietem, & mordeat eum coluber. Nunquid non tenebræ dies domini & non lux, & caligo, & non splendor in ea? <sup>m</sup> Odi & proieci] festiuitates uestras, & non capiam odorem caeterum uestrorum. Quod si obtuleritis mihi holocaustomata & munera uestra, non susci-

De uer. di. c. Plur.

16. q. 1. R. uermin.

Gene. 19. 4

1. 2. quæst. 5. c. Si Paulus.

Intra. 9. b

1. Soph. 1. 4

1. 9. 3. c. Pau. per. & c. Quæ. do.

1. Rom. 13. b

1. 1. 5. 6. d

1. 1. 10. b

1. 1. 2. c.

1. 1. 1. d

1. 1. 2. c.

1. 1. 2. c.

1. 1. 2. c.

1. 1. 2. c.

1. 1. 2. c.



5. Sanctuatum.

d. Quia qua hora requisitus est, prophetis spiritum sibi deesse sensit: ait: Non sum propheta. Vel non solum inquit, non sum propheta, siue non eram, quod alterum humilitatis, alteri ueritatis est: nec filius prophete nec de propheta (sicut descendit: sed cum essem amentarius, & tuborum mora destringens, tulit me dominus, sequentem greges. Hiero. ibidem. 6. Isaac.

prophetabis ibi, & in Bethel non adicies vltra vt propheta, quia sanctificatio Regis est, & domus regni est. Responditque Amos, & dixit ad Amasiam: <sup>d</sup> Non sum propheta, & non sum filius prophetae, sed armatus ego sum vellicans scycomoros. Et tulit me dominus deus cum sequeretur gregem, & dixit dominus ad me: Vade propheta ad populum meum Israel. Et nunc audi verbum domini. Tu dicis: non prophetabis super Israel, & non stillabis super domum idoli. Propter hoc haec dicit dominus: Vxor tua in ciuitate fornicabitur, & filij tui & filiae tuae in gladio cadent, & humus tua funiculo metietur. Et tu in terra polluta morieris, & Israel captiuus migrabit de terra sua.

*Per furorem domini in Iudeos & eorum calamitatem ob pauperum oppressionem & populi auaritiam, domini passio & verbi eius penuria figuratur. VII.*

[a. Officium suum non intermitit propter minas reprobatorum. Redi enim ad correptionem, & pene denunciationem, verumque primo & perfunctorie & succincte facit Loricatus ibidem.]  
1. Canistrum fructuum estiuorum, & infra.  
2. Vtilabunt cantica, hoc est, in ululatum conuertentur cantica templi.  
3. Multiplex cadaver erit.  
4. Deglutitur.  
5. Cessare facitis pauperes de terra.  
[b. Id est abundantie tempus, vt sic tempore caritatis blada vendamur carius. De Iyr. ibidem.]  
6. Acquiramus.  
7. In magnificentiam, sub qua iacob agnouit.  
8. Operietur quasi fluuius.  
c. Conumeliam & superbiam & insolentiam aduersus saluatore nostrum, quam in illis excitarunt Iudei, & in illorum testimonium eclipsim diurnam haec propheta praedicit, & quae digna luctu mala perpessa sit eorum terra cum habitatoribus suis. Euseb.  
d. At quemadmodum fames audiendi verbum dei omnes illos inuaserit, propterea quod a seipis dei verbum exegerint, quod illud vno animo negauerunt, & ab eo negari sunt. Euseb.  
[e. Quoniam ideo immisit Iustus Iudeos, quod persequerentur saluatore mentem verorum dogmatum penuria macrescere, exterminum vero hominum supra modum pinguescere & obelium fieri Basil. magni oratione. de ieiunio.



<sup>a</sup> Et ostendit mihi dominus deus: Et ecce vncinus pomorum. Et dixit: <sup>A</sup> Quid tu vides Amos? Et dixi: Vncinum pomorum. Et dixit dominus ad me: Venit finis super populum meum Israel. Non adiciam vltra vt pertraham eum. Et <sup>2</sup> stridebunt cardines templi in die illa, dicit dominus deus. <sup>3</sup> Multi morientur, in omni loco proicietur silentium. Audite hoc qui <sup>4</sup> coteritis pauperem, & deficere facitis egenos terrae, dicentes: <sup>b</sup> Quando transibit messis, & vendabimus merces & sabbatum, & aperiemus frumentum vt imminuamus mensuram & augeamus siclum, & supponamus stateras dolosas, vt <sup>6</sup> possideamus in argeto egenos, & pauperes pro calceamentis, & quisquillas frumenti vendamus? Iurauit dominus <sup>7</sup> in superbiam Iacob, si oblitus fuero vsque ad finem omnia opera eorum. Nunquid super isto non commouebitur terra, & lugebit omnis habitator eius? Et ascendet quasi <sup>C</sup> fluuius vniversus, & euertetur: & defluet quasi riuus Aegypti? Et erit in die illa, dicit dominus, <sup>c</sup> occidet sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis. <sup>d</sup> Et couteram festiuitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum. Et inducam super omne dorsum vestrum saccum, & super omne caput caluitium. Et ponam eam quasi luctum vngenti, & nouissima eius quasi diem amarum. <sup>e</sup> Ecce dies veniunt, dicit dominus, & <sup>d</sup> emittam famem in terram, non famem panis neque sitim aquae, sed audiendi verbum domini. Et commouebuntur a mari vsque ad mare, & ab aquilone vsque ad orientem circuibunt, quarentes verbum domini: & non inuenient. <sup>f</sup> In die illa deficient virgines pulchrae, & adolescentes in siti, qui iurant in delicto Samariae, & dicunt: Viuit deus tuus Dan, & viuit via Bersabee. Et cadent, & non resurgent vltra.

*Impij non poterunt ab oculis dei euadere: sed dominus propter principum auaritiam euerget templum & urbem, tandem vero per praedicatores edificabitur ecclesia. IX.*

1. Superliminare: & commouetur postes, succide autem eos in capite, omnes, inquam, illos.  
2. Effugiet ex eis fugitiuus, & non saluabitur ex eis qui euadere cupit.  
a. Celati in profundo maris, est in profundo delitescere desperationis. Gre. in 7. psal. psal. 141.  
[b. Et si abierint in captiuitate, ibi enim tanquam vires peritone & abiectione occidebantur pro modica causa. Quoniam Dominus inducet super eos malum poena. De Iyra. ibi.]  
3. Operietur quasi a fluuius.  
c. Sed est & porta que recipit, & que perducit, strata iam a Christo, de quo Amos: Qui edificat in caelum ascensum suum: vixit non sibi soli, sed & suis qui cum illo erunt. Tertul. aduers. Marcionem lib. 2. in fi.



Vidi dominum stantem super altare. Et dixit: Percute cardinem: & commoueantur superliminaria. Auaritia enim in capite omnium, & nouissimum eorum in gladio interficiam. Non <sup>2</sup> erit fuga eis. Fugient, & non saluabitur ex eis qui fugerit. <sup>d</sup> Si descenderint vsque ad infernum, inde manus mea educet eos: & si ascenderint vsque in caelum, inde detraham eos. Et si absconditi fuerint in vertice Carmeli, inde scrutans auferam eos, & si <sup>a</sup> celauerint se ab oculis meis in profundum maris, ibi mandabo serpenti & mordebit eos. <sup>b</sup> Et si abierint in captiuitatem coram inimicis suis, ibi mandabo gladio & occidet eos: <sup>f</sup> & ponam oculos meos super eos in malum & non in bonum. Et dominus deus exercituum qui tangit terram & tabescit, & lugebunt omnes habitantes in ea. Et ascendet sicut riuus omnis, & <sup>3</sup> defluet sicut fluuius Aegypti. <sup>e</sup> Qui edificat in caelo ascensionem suam, & fasciculum suum super terram fundauit. Qui vocat aquas maris, & effundit eas super faciem terrae. Dominus nomen eius. Nunquid non vt filij Aethiopum vos estis mihi filij Israel, ait dominus? <sup>g</sup> Nunquid non Israel ascendere feci de terra Aegypti, & Palaestinos de Cappadocia, & Syros de Cyrene? Ecce oculi domini dei super regnum pec

† Sup. 7. b

† Sup. 6. b

† Tere. 15. b  
1. Mach. 10

† 8. quesi. 1. c. Auladec.

† 2. q. 5. cap. Si Paulus.

† Psal. 38

† Tere. 44. c  
Sup. 5. c



peccans, & conteram illud à facie terræ. <sup>d</sup> Veruntamen conterens non conteram domum Iacob, dicit dominus. <sup>e</sup> Ecce enim mandabo ego, & <sup>f</sup> concutiam ] in omnibus gentibus domum Israel, sicut concutitur triticum in cribro, & non cadet lapillus super terram. In gladio morientur omnes peccatores populi mei qui dicunt, non appropinquabit, & non veniet super nos malum. <sup>f</sup> In die illa suscitabo tabernaculum Dauid quod cecidit, & reedificabo aperturas murorum eius, & ea quæ corruerant, instaurabo. <sup>g</sup> Et reedificabo eum sicut in diebus antiquis, ut possideant reliquias Idumææ & omnes nationes, eo quod inuocatum sit nomen meum super eos, dicit dominus faciens hæc. Ecce dies venient, dicit dominus, & <sup>h</sup> comprehendet arator messorum, & calcator vitiæ mittentem semen. ] <sup>i</sup> Et stillabunt montes <sup>e</sup> dulcedinem, ] & omnes colles <sup>7</sup> culti erunt. ] <sup>k</sup> Et conuertam captiuitatem populi mei Israel, <sup>l</sup> & ædificabunt ciuitates desertas, & inhabitabunt, & plantabunt vineas, & bibent vinum earum, & faciēt hortos, & comedent fructus eorum. Et plantabo eos super humum suam, & non euellam eos vltra de terra sua quam dedi eis, dicit dominus deus tuus.

† Ado. 15. c

† Hoel. 3. d

† De pe. di. 2. c. Si agam?

Id. Quamuis perseveret in malo conterat Dominus, illos qui supplantant vitam, & vincunt in certamine non occidet. Glosa ordin. ibidem.]

Id. Sicut concutitur triticum in cribro: Ad hoc enim concutitur granum in cribro ut purgetur. Sic enim panis à Deo iudicatur sunt peccatores purgatiur quod patienter toleratur. De Lyra.

4. Vagari faciam.

5. His & aliis testimoniis scripturarum non dubie demonstrat illam dicitissimam, potentissimam, benignissimam gratiam, qua in nouissimo mundi tempore omnes gentes in regnum Christi vocatur, prioribus seculis in occulto dei absconditam fuisse cōsilio. Amb. de vocatio. gent. lib. 2. cap. 7.

6. Applicabitur arator messorum, & calcator vitiarum mittenti seminum.

7. Liquefcent.

8. Per hæc intelliguntur vniuersi status Ecclesie, per ciuitatem status cōiugatorum, in quo requiritur consensus animorum: Unde & ciuitas dicitur ciuium vnitas: per vineas vero status prælatorum & doctorum. Per hortos status religiosorum qui sunt clausi sub doctrina regulari. De Lyra, ibidem.]

INCIPIT PROLOGVS ABDIÆ  
Prophetæ.

**A**cob patriarcha fratrem habuit Esau, qui ob ruborem corporis sui Edom Hebræa lingua appellatus est, quod Latine sanguineus dicitur. Is memoratum fratrem suum, qui Israel nomen acceperat, graui odio commotus, interimere conatus est: qua de causa omnes qui populum Israel, hoc est, filios Patriarchæ Iacob, prædicti Esau odium imitati, persecuti sunt, Esau & Edom appellati sunt. Et quia populus Israel de captiuitate Chaldeorum per Cyrum Regem Persarum nutu dei reuocatus in Ierusalem, ab alio regno grauiter afflictus atque oppressus est: ideo hoc regnum quod more Esau prædictum populum persecutum est, per denuntiationem Abdie Prophetæ increpatur, quod non dei indignatione, sed sua virtute populum superatum gloriabatur: de quo regno olim per Dauid in Psalmo centesimo tricesimo sexto dictum est: Memorare domine filiorum Edom in die Ierusalem. Nam reliqua lectione comprehensa, futurum in gentes iudicium, ob causam lectione comprehensas, regnumque dei in populo Israel significat. Hebræi hunc dicit esse, qui sub rege Samariæ Achab, & impiissima Iezabel paut centum Prophetas in speluncis, vel specubus, qui non curuauerunt genua sua ante Baal, & de septem milibus erant, quos Elias arguitur ignorasse. Sepulchrum quoque eius vsque hodie, cum mausoleo Elisei Prophetæ & Baptiste Ioannis, in Sebaste venerationi habetur, quæ olim Samaria dicebatur. Hanc Herodes rex Iudææ Antipatri filius in honorem Augusti Cesaris Græco nomine vocauit Sebasten, id est, Augustam. Hic igitur quia centum Prophetas pauerat, accepit gratiam prophetalem, & de duce exercitus fit dux Ecclesie. Tunc in Samaria paruam gregem pauerat, nunc in toto orbe Christi pascit Ecclesias, & sicut Stephanus coronam meruit passionis, sic hic de seruitutis dei cum Paulo Apostolo, nomine gloriatur, quia Abdias, seruus domini in nostro sonat eloquio.

VITA ABDIÆ.

**A**bdias de terra Sichem ortus in agro Bethacaron. Is est qui sub Achaz rege Samariæ centum paut prophetas, iste est tertius ille dux cui pepercit Elias, qui postmodum relicto Ozia regis ministerio, Elias factus discipulus prophetauit. Quique morte naturali obiit sepultus in Sebaste, quæ prius Samaria dicebatur. Isido. de vita sanctorum.

Incipit Abdiæ Prophetia.

Ob tyrannidem Edom in fratrem suum Israel vaticinatur Abdias exitium eius, & captiuitatem ab Assyriis, Iudaorum vero resurrectionem, & populorum subiectionem. Ca. I.

a. Dominus deus auditum audivit à domino. Is vero auditus fuit de gentium vocatione. Euseb. de demonstra. lib. 7. cap. 24.

b. Altissimis montium fastigiis Idumæa undique munitionibus. Hæc confederantes cum ab hostibus impetebantur, sepe hoc modo ex multis insidiis evaserunt quoniam his confidens in sauleis, & elato animo, quod sine expugnabilis expugnabilis est, & hostibus faciliem capere efficiam, nec ex manibus hostium effugies. Theodo. ibidem.

2. Seduxit.

3. Excessum solio tuo.

c. Quod dicit, hoc est. Si fures & latrones qui de nocte domos suffodere consueverunt, & rapere que in domibus sunt, innoxii sunt ad te, & absconditi tenebris circumfusi domus tue angulos, utique hoc tulissent, quod sibi putarent posse sustinere, & aliquid in alibus tuis, vel per facilitatem, vel per ignorantiam reliquissent. Sic de vindemiatoribus, non sic tamen de hostibus Babylonis. Hiero. ibid.

3. Quomodo oppressus est

4. Vinculum.

5. Vicibus destituentur fortes tui Theman.

d. Contra impietatem naturæ est persequi fratrem, psal. 76. Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium vicinis meis valde, & timor notis meis. Unde inter ea in quibus beneplacitum est deo, & sunt probata coram deo & hominibus, est concordia fratrum & amor proximitatis. Eccl. 25. Albert. ibidem.

6. Substantiam.

7. Debebas aspicere.

8. Alienationis suæ, vel quo alio natus est. Nec lerati debueras.

e. Ex quo sequitur quod Idumæi interfuerunt destructioni Jerusalem tempore Nabuchodonosor, sicut postea puniti sunt. Quod utique canonice scripturis satis constat, in Isaiæ, Ieremia & Ezechiele. Unde inquit, Quomodo bibisti, & hoc est, de Jerusalem & templi in monte Sion sibi destructione gaudiosus & epulatus es, atque de spoliis Iudaeorum potasti. Dion. ibi.

9. Scire debebas in biuo ut interficeret.

10. Possidebant domus Jacob possessiones suas.

11. Ad Zaphat quod iustitiam scribitur caracteribus. Est autem Zaphat in Gallia. Christi autem factus à Chananæis per Galliam usque ad Hispanos promulgata est, & Germanos.

12. Sepharad, hoc est, Hispania.



Incipit Abdias. Hæc dicit dominus deus ad Edom: <sup>a</sup> Auditu <sup>a</sup> audiuius à domino, & legatum ad gētes misit. Surgite, & cōfurgamus aduersus eum in prælium. Ecce paruulum dedi te in gentibus. Cōtempbilis tu es valde: <sup>b</sup> Superbia cordi tui extulit te habitantem in scissuris petrarum, <sup>c</sup> exaltantem solium tuum. Qui dicis in corde tuo: Quis detrahet me in terram? <sup>d</sup> Si exaltatus fueris vt aquila, & si inter sydera posueris nidum tuum, inde detrahā te, dicit dominus. <sup>e</sup> Si fures introissent ad te, si latrones per noctē, quomodo cōticiuisses? Nōne furati essent sufficientia sibi? Si vindemiatores introissent ad te, nunquid saltem racemum reliquissent tibi? Quomodo scrutati sunt Esau? Inuestigauerunt absconditā eius. Vsq̄ ad terminum emiserunt te, omnes viri fœderis tui illuserunt tibi. Inualuerunt aduersum te viri pacis tuæ, qui comedunt tecum, ponent <sup>f</sup> insidias subter te. Non est prudentia in eo: Nunquid non in die illa, dicit dominus, perdam sapientes de Idumæa, & prudentiam de mōte Esau? Et <sup>g</sup> timebunt fortes tui à meridie, vt intereat vir de monte Esau? <sup>h</sup> Propter interfecionem & propter iniquitatem in fratrem tuum Iacob, operiet te confusio, & peribis in æternum. In die cum stares aduersus eum, quādo capiebant alieni <sup>i</sup> exercitum] eius, & extranei ingrediebantur portas eius, & super Ierusalem mittebant fortem, tu quoque eras quasi vnus ex eis. <sup>k</sup> Et non <sup>l</sup> despicias in die fratris tui, in die <sup>m</sup> peregrinationis eius. Et non lætaberis] super filios Iuda in die perditionis eorum, & non magnificabis os tuum in die angustia. Neque ingredieris portam populi mei in die ruinae eorū, neque despicias & tu in malis eius in die vastitatis illius. <sup>n</sup> Et non emittēris aduersus exercitum eius in die vastitatis illius, neque <sup>o</sup> stabis in exitibus, vt interficias] eos qui fuerint. <sup>p</sup> Et non cōcludes reliquos eius in die tribulationis, quoniam iuxta est dies domini super omnes gentes. Sicut fecisti, fiet tibi, retributionem tuam conuertet in caput tuum. Quomodo enim bibistis super montem sanctum meum, bibent omnes gentes iugiter, & bibent, & absorbebunt, & erunt quasi non sint. <sup>q</sup> Et in monte Sion erit saluatio, & erit sanctus. Et <sup>r</sup> possidebit domus Iacob eos qui se possederant. Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flamma, & domus Esau stipula. Et succendentur in eis, & deuorabunt eos, & non erunt reliquæ domus Esau, quia dominus locutus est. <sup>s</sup> Et hæreditabunt ij qui ad austrum sunt, mōtem Esau, & qui in campestribus Philistiim, & possidebunt regionem Ephraim, & regionem Samaria. Et Benjamin possidebit Gaalad: & transmigratio exercitus huius filiorum Israel omnia loca] Chananæorum, vsque <sup>t</sup> ad Saréptam, & transmigratio Ierusalem quæ in <sup>u</sup> Bosphoro] est, possidebit ciuitates austri. Et ascendent saluatores in montem Sion, iudicare montem Esau, & erit domino regnum.

Annante Christi, 931. Anni mundi 3031. †Iere. 49. c.

†Iere. 49. d.

†Isa. 29. e. 1. Cor. 1. c.

INCIPIT PROLOGVS IONÆ PROPHETÆ.



Sanctum Ionam Hebræi affirmant filium fuisse mulieris viduæ Sareptanæ, quæ Elias Prophetæ mortuū suscitauit, matre postea dicente ad eū: Nunc cognoui quia vir dei es tu, & verbū dei in ore tuo est veritas. Ob hanc causam etiā ipsum puerū sic vocauit Amathi. Amathi enim in nostra lingua veritatē sonat. Et ex eo quod verū Elias locutus est, ille qui suscitatus est, filius dicitur esse veritatis. Ideo de veritate columba nascitur, quia Ionas columbam sonat. In condemnationem autem Israel Ionas ad gentem mittitur, quod Niniue agente pœnitentiā, illi in malitia perseverant. Tēporibus quippe Ieroboæ Regis Israel, qui deo derelicto cum populo suo in Samaria idōlis sacrificauit, Ionam Prophetam fuisse quartus liber Regum indicat. Is cū pro-

phete-

pheta illuminante peccatores civitatis Ninive misericordiam dei consecuturos videret, ne falsa videretur predicare, ad denuntiandum interitum eiusdem civitatis ire volebat. Nam sicut deus ad Abraham de impietate Sodomorum & Gomorrhæorum locutus est: Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum peruenit ad me, Ita & de Ninive dicitur, eo quod ascenderit clamor malitie eius ad eum. Et quia sententia dei de Sodomis facta minimè reuocata est, ita & Ionas aduersum Niniuem prolatam sententiam reuocari volebat, diuina dispensationis ignarus, qui salutem hominum ad se conuertentium magis vult quam interitum. Hoc illi acciderat quod & sancto Eliseo, qui filium Sannatidis mulieris mortuum ignorauit. Ideo à conspectu dei Ionas fugere se putabat, humanum ali quid passus, dicente Dauid. Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam?

ITEM ALIVS PROLOGVS,

**I**onas columba & dolens, filius Amathi, qui fuit de Geth, quæ est in Ophir, ad gètiū præconium mittitur, missus contemnit, contemnens fugit, fugiens dormit: propter què periclitatur nauis, sed fors latentem reperit, cætus abiectum deuorauit, & orantem euomuit: reiectus predicauit subuersionem, sed contristatur in pœnitentia de his, & saluti gentium inuidet, gaudet etiam hædere virentis vmbraulo, & dolet subito arcescentis. Cuius sepulchrum in quadam vrbiū Geth, in viculo demonstratur, qui est in secundo miliario Sephorum, itinere quo pergitur Tyberiaden.

Incipit Ionæ Prophetia.

Ionas missus in Niniuem ad predicandum fugit in Tharsis, orta autem tempestate mittitur in mare, & tempestas cessauit. Cap. I.

Anni ante Christū. 836. Anni mundi 3126.



**F**actum est verbum domini ad Ionam filium Amathi, dicens: Surge & vade in Niniuem civitatem grandem, & prædica in ea, quia ascendit malitia eius coram me. Et surrexit Ionas, vt fugeret in Tharsis à facie domini. Et descendit in Ioppen, & inuenit nauem euntem in Tharsis. Et dedit nauulum eius, & descendit in eam, vt iret cum eis in Tharsis à facie domini. Dominus autem misit ventum magnum in mare, & facta est tempestas magna in mari, & nauis periclitabatur conteri. Et timuerunt nautæ, & clamauerunt viri ad deum suum, & miserunt vasa quæ erant in naui, in mare, vt alleuaretur ab eis. Et Ionas descendit ad interiora nauis, & dormiebat sopore graui. Et accessit ad eum gubernator, & dixit ei: Quid tu sopore deprimeris? Surge inuoca deum tuum, si forte recogitet deus de nobis, & non pereamus. Et dixit vir ad collegam suum: Venite, & mittamus sortes, & sciamus quare hoc malum sit nobis. Et miserunt sortes, & cecidit fors super Ionam. Et dixerunt ad eum: Indica nobis cuius causa malum istud sit nobis. Quod est opus tuum, quæ terra tua, & quò vadis, velex quo populo es tu? Et dixit ad eos: Hebræus ego sum, & dominum deum cæli ego timeo, qui fecit mare & aridam. Et timuerunt viri timore magno, & dixerunt ad eum: Quid hoc fecisti? Cognouerunt enim viri quòd à facie domini fugeret, quia indicauerat eis. Et dixerunt ad eum: Quid faciemus tibi, & cessabit mare à nobis? quia mare ibat & intumescibat super eos. Et dixit ad eos: Tollite me & mittite in mare, & cessabit mare à vobis. Scio enim ego, quoniam propter me tempestas hæc grandis venit super vos. Et remigabant viri vt reuertentur ad aridam, & non valebant, quia mare ibat & intumescibat super eos. Et clamauerunt ad dominum, & dixerunt: Quæsumus domine, ne pereamus in anima viri istius, & ne des super nos sanguinem innocentem, quia tu domine sicut voluisti, fecisti. Et tulerunt Ionam, & miserunt in mare, & stetit mare à feruore suo. Et timuerunt viri timore magno dominum, & immolauerunt hostias domino, & vouerunt vota.

† 1. q. 4. c. Eccl. clesia. 26. q. 2. c. 1. & c. Non exemplo, &c. Non statim.

† Deut. 21. b

a. Ionas micisæ propheta alias dedit prophetia, quæ in hoc libro non continetur: et autem ex quarto Regum cognouimus. Scriptura enim de Ieroboam pro nepote Iehu, qui decem tribubus regnauit, istiusmodi docet. Ipse restituit terminos Israel ab Es-math vsque ad mare, quod vergit ad occidentem, iuxta sermone domini dei Israel quem Ionas catus est per seruum suum Ionam filium Amathi propheta, Theodo ibidem.  
b. Fugitium dei tempestas inuenit, fors ligat, mare suscipit, belua includit: & quia auctori suo obediens recusat, ad locum quo missus fuerat, suo reus carcere portatur. Greg. Mora. 2. 13. r. Metædem.  
c. Leuauit.  
d. Putabatur.  
e. Singuli.  
f. Superior.  
g. Quid est tibi sopore oppres-sot  
h. Deus bene velle.  
i. Vnusquisque ad proximum.  
k. In Ionæ prophetia laboribus & arumis Christi passio & resurrectionis præfiguratur. Hæc Ionas quod fidei vestre arbitrat in cogitum, typum domini gestibus præscribitur. Ipse enim dominus dicit. Mat. 12. Si cut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita erit filius hominis in ventre terre tribus diebus & tribus noctibus. Euseb. Emis. homil. 2. de Pascha.  
l. Vnde venis.  
m. Quem fors indicauerat cogit voce propria confiteri cur tanta tempestas sit, vel quare contra eos dei ira desinat: Indica nobis inquit, cuius causa malum istud sit super nos, quid operis agas, de qua terra, de quo populo proficiscaris, quo abire festinest sit notanda, breuitas quam admirari in Virgilio solebam. Iuuenes, quæ causa subegit ignotas tentare vias, quo tenditis, inquit. Qui genus vnde domo, pacem ne huc feritis, an arma? Interrogatur persona, regio, iter, ciuitas, vt ex his cognoscatur & causa discrimina. Hiero, ibidem.  
n. Propter animam.

Abſorptus Ionas à cæto invocando dominum exauditur, & in aridam euomitur. II.

a. Nauris itaque exorta tempeſtate turbatis, Ionas forte fluctibus laetur, & faucibus cæti piſcis demerſus exceperit: ſed piſce illaſum eruiſſe depoſitum, tertia die terris refunditur. Videre dominum eſiam in veteri teſtamento in ſerui perſona mirabiliter apparuiſſe. Euseb. Emiſ. hom. 2. de Paſcha.

b. Ventrem inferni altum cæti vocant, cum ſera hæc moriterra ſit, lege viuſſimum. Ionas mortuus erit: ſola gratia viuſſe. Alioquin, vt reſurrexerat dominum Ieſum Chriſtum, qui tribus diebus & tribus noctibus in corde terræ fuit, accommodatè ſeipſum in ventre fuiſſe dicit. Hoc vero nullo maxime omnium mirabile eſt, quod hic, qui re ipſa, & veritate mortem perſuauit, in corde terræ dixit ſe fore tribus diebus & tribus noctibus. Theodo. ibidem.

1. Adiciam vt videam.

2. Carcæſum alligatum eſt capiti meo.

3. A ſcendere feciſti in perditione.

4. Salus enim domini eſt.

c. Nihil Ionas perſeſſi dicit, nauriſſe: nauris perſeſſum non ſed datur: hic & non liberatur eccleſia, niſi Chriſti morte ſoluatur. Euseb. Emiſ. hom. 2. de Paſcha.



**E**T præparauit dominus piſcem grandem, vt deglutiret Ionam. ¶ Et erat Ionas in ventre piſcis tribus diebus & tribus noctibus. Et orauit Ionas ad dominum deum ſuum de ventre piſcis. Et dixit: ¶ Clamaui de tribulatione mea ad dominum, & exaudiuit me. ¶ De ventre inferi clamaui, & exaudiſti vocem meam. Et proieciſti me in profundum in corde maris, & flumen circumdedit me. Omnes gurgites tui, & fluctus tui ſuper me tranſierunt. Et ego dixi: Abiectus ſum à conſpectu oculorum tuorum. ¶ Veruntamen rurfus videbo templum ſanctum tuum. ¶ Circumdede- runt me aquæ vſque ad animam, abyſſus vallauit me, pelagus operuit caput meum. ¶ Ad extrema motium deſcendi, terræ vectes concluſerunt me in æternum, & ſubleuabis de corruptione vitam meam, domine deus meus. Cum anguſtiaretur in me anima mea, domini recordatus ſum, vt veniat ad te oratio mea ad templum ſanctum tuum. ¶ Qui cuſtodiuſt vanitates fruſtra, miſericordiam ſuam derelinquunt. Ego autem in voce laudis immolabo tibi, quæcunque voui reddam pro ſalute mea domino. ¶ Et dixit dominus piſci, & euomit Ionam in aridam.

† Mart. 12. c. & 16. a. Luc. 11. d. 1. Cor. 15. a. ¶ Gal. 1.9. a.

† Gal. 6. a.

Nimius hortatur Ionas ad penitentiam, ad cuius prædicationem populus conuertitur, & dominus illius miſeretur, ac ſententiam reuocauit. III.

a. Statim propheta de vocatu lo ciuitatis hortatur: & verbum laudando, prædicat futuram veniam. Nam ipſius prædicationis hæc verba ſignificauit. Cui enim futura prædicat atque denūtiat, nihil vt prædicat non faciat. Chryſo. de Iona. ho. 10. 1. \* Deo.



**B**T factum eſt verbum domini ad Ionam ſecundò, dicens: ¶ Surge. & vade in Niniuen ciuitatem magnam: & prædica in ea prædicationem quam ego loquor ad te. Et ſurrexit Ionas, & abiit in Niniuen iuxta verbum domini: & Niniue erat ciuitas magna itinere trium dierum. Et cœpit Ionas introire ciuitatem itinere diei vnius: & clamaui, & dixit: Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur. ¶ Et crediderunt viri Niniuitæ in dominum: & prædicauerunt ieiunium, & veſtiti ſunt ſaccis à maiore vſque ad minorem. Et peruēnit verbum ad regem Niniue: ¶ ſurrexit de folio ſuo, & abiicit veſtimentum ſuum à ſe, & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere. ¶ Et clamaui, & dixit in Niniue ex ore] regis & principum eius, dicens: Homines, & iumenta, & boues, & pecora non guſtent quicquam: nec paſcantur, & aquam non bibant. Et operiantur ſaccis homines & iumenta, & clament ad deum in fortitudine: & conuertatur] à via ſua mala & ab iniquitate] quæ eſt in manibus eorum. ¶ Quis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat deus:] & reuertatur à furore iræ ſuæ, & non peribimus? Et vidit deus opera eorum quia conuerſi ſunt de via ſua mala: & miſertus eſt deus ſuper malitia quam locutus fuerat vt faceret eis, & non fecit.

† Mart. 12. d. Luc. 11. c.

† Jer. 18. b. Joel. 2. c. 22. q. 4. c. vniuerſiſque c. Incommutabiles. ca. Non ſemper. De pen. diſt. c. 1. Importuna. c. Denique. 8. q. 1. 0. Veros.

Ionas humanum quid paſſus dolet ſuper arefacta hædera, quo probat ei dominus quia debuit amplius pro Niniue condolere. IIII.

b. Sed & Niniuitæ per abſtinentiam iræ deſuper inuincitibus ſuſpenderunt ruinas, & paruulæ pecora paciter abſtinentes egreſſam à domino plentiam acque ſententiam ſam cadentem, (vt ſic dixerim) reſeruerunt: & manifeſtum iudicantes affectionis remedium, vt ſibi & animalibus eaderent prodeſſe ieiunium. Emiſ. de quadrag. \* Eorum.

c. Sapiēs ergo rex qui ſciet quæ admodum aduerſa ſibi ſuperare deberet: hoſtes enim virtute ſuperabat, deum autem humilitate vincebat. Sapiens plane rex qui intelligeret quibus armis vinceretur pro temporis qualitate. Cum enim inſidiantur illi homines, apprehendit arma bellica, cum irateatur ei deus, corripit arma iuſtitia. Sapiēs inquit, rex qui pro ſalute ciuitatis peccatorem ſe magis conſiderat eſſe, quàm regem. Amb. Ser. 4. 0.

1. Proclamare fecit & dicere per Niniuen ex decreto.

2. Vniuerſiſque.

3. A ſapientia.

4. Penitentia deum.

5. Diſpiciunt Ionæ diſpicientia.

6. Bene igitur quod præmiſit optimi dei titulum, paritiſſimi ſuper malos, abundantiſſimi miſericordie & miſerationis ſuper agnoſcentes & deſperantes de licia ſua. Terul. aduſ. Marcio. lib. 2.

b. Dicat hoc rebus dominus noſter Ieſus Chriſtus, quia melior eſt mihi mors quàm vita, id eſt, vitens vnã Iudeorum gente vno incedulam, ſaluare non potui, motiã, vt vniuerſus mundus vna morte ſaluetur. Euseb. Emiſ. homi. 2. de Paſcha.

2. Cœcorbitam, & infra.

3. Eriperet eum à malo ſuo.

4. Cum aſcenderet aurora.



**B**T afflictus eſt Ionas afflictione] magna & iratus eſt: & orauit ad dominum, & dixit: Obſecro domine, nunquid non hoc eſt verbum meum, cum adhuc eſſem in terra mea: propter hoc præoccupauit vt fugerem in Tharſis, ¶ ſcio enim quia tu deus clemens & miſericors es, patiens & multæ miſerationis, & ignoſcens ſuper malitia: ¶ Et nunc domine tolle quæſo animam meam à me: quia melior eſt mihi mors quàm vita. ¶ Et dixit dominus: Putaſne beneciraſceris tu? Et egreſſus eſt Ionas de ciuitate, & ſedit contra orientem ciuitatis: & fecit ſibimet vmbra culum ibi, & ſedebat ſubter illud in vmbra, donec videret quid accideret ciuitati. Et præparauit dominus deus hæderam,] & aſcendit ſuper caput Ionæ, vt eſſet vmbra ſuper caput eius, & protegeret eum. laborauerat enim:] & lætatus eſt Ionas ſuper hædera, lætitia magna. ¶ Et parauit deus vermem aſcenſu diluculi] in craſtinum: & percuffit hæderam, & exaruit. Et cum ortus fuiſſet ſol, præcepit dominus vento calido & vrenti: & percuffit ſol ſuper caput Ionæ, & æſtuabat: & petiuit animæ ſuæ vt morere

† Pfal. 85. a. Joel. 2. c.

† 1. Reg. 15. a.

reretur, & dixit: <sup>c</sup> Melius est mihi mori, quam viuere. Et dixit deus ad Ionam: Putasne bene irasceris tu super hæderam? Et dixit: Bene irascor ego vsque ad mortem. <sup>d</sup> Et dixit dominus: Tu doles super hæderam, in qua non laborasti, neque fecisti vt cresceret, quæ sub vna nocte nata est, & sub vna nocte perit: & ego non parcam Niniæ ciuitati magnæ, in qua sunt plusquam centum viginti milia hominum, qui nesciunt quid sit inter dexteram & sinistram suam, & iumenta multa:

<sup>c</sup>. Quoniam vicia sanctis aliquo modo melius sit mori in Christo, quam viuere in carne, quæ admodum Paulus optauit dissolui & esse cum Christo. Nemo si Ionam postulet mori, quando aucta est afflictio eius ad arefactionem hæderæ & solis æstuationem qui paulo antè querebat mortem præ dolore, quod verbum suum videbat castum & iustum. Dico. ibid.

INCIPIT PROLOGVS IN MICHÆAM  
Prophetam.

**I**n temporibus Ioathæ, & Achaz, & Ezechie Regum Iuda, Michæam Prophetam ad hanc prophetiam spiritu sancto repletum fuisse, lectio ipsa demonstrat. Sed de supradicto numero Regum, Ioathæ & Ezechiam deo ob religionem placuisse, historia quarti libri Regum & secundi Paralipomenon indicat. Achaz vero relicto deo, idola Samariæ, quibus etiam filios suos in sacrificium igni concremandos obtulerat, coluisse constat. Quamobrem deus Samariam, quæ Reges Israel & Iudæ memoratorum simulachrorum superstitione sefellat, increpans, indignationem suam in eam processuram cõminatus est. Populo autem præuaricatori & principibus eius, qui eundem populum fallaci suasionem ad colenda idola compulerant, verbis insequentibus captiuitatem & interitum affirmam denuntiauit.

<sup>1</sup>. Impulerent.

Incipit Michææ Prophetia.

Comminatio domini in Samariam, Ierusalem, & Philistæos propter idola. Cap. I.

Anni ante  
Christi. 229.  
Anni mundi  
3040.  
Ista. 26. d



Infra. 3. d

<sup>a</sup> Verbum domini quod factum est ad Michæam Morastiten in diebus Ioathan, Achaz & Ezechie Regum Iuda, quod vidit super Samariam & Ierusalem. <sup>b</sup> Audite populi omnes, & attendat terra & plenitudo eius, & sit dominus deus vobis in testem, dominus de templo sancto suo. Quia ecce dominus egredietur de loco suo, & descendet & calcabit super excelsa terræ. Et <sup>1</sup> consumentur montes subtus eum, & valles scindentur sicut cera à facie ignis, sicut aquæ quæ decurrunt in præceps. <sup>2</sup> In scelere Jacob omne istud, & in peccatis domus Israel. <sup>3</sup> Quod scelus Jacob? Nonne Samaria? Et quæ excelsa Iudæ? Nonne Ierusalem? Et ponam Samariam quasi aceruum lapidum in agro cum plantatur vinea, & detrahā in vallem lapides eius. Et fundamenta eius reuelabo, & omnia sculptilia eius concidentur. Et omnes mercedes eius igne comburentur, & omnia idola eius ponam in perditionem, quia de mercedibus meretricis congregata sunt, & vsque ad mercedem meretricis reuertentur. Super hoc plangam & ululabo, vadā spoliatus & nudus. Faciam planctum velut draconum, & luctum quasi struthionum, quia desperata est plaga eius, quia venit vsque ad Iudam, tetigit portam populi mei vsque ad Ierusalem. <sup>4</sup> In Geth nolite annuntiare lachrymis ne ploretis. In domo <sup>5</sup> pulueris puluere vos conspergite, & transite, vobis habitatio pulchra, confusa ignominia. Non est egressa <sup>6</sup> quæ habitat in exitu. Planctum domus vicinæ accipiet ex vobis quæ stetit sibi met, quia infirmata est in bonum <sup>7</sup> quæ habitat in amaritudinibus. Quia descendit malum à domino in portam Ierusalem: <sup>8</sup> tumultus quadrigæ stuporis habitanti Lachis. <sup>9</sup> Principium peccati est filia Sion, quia in te inuenta sunt scelera Israel. Propterea dabit <sup>9</sup> emissarios super hæreditatem Geth, domus mendacij in deceptionem regibus Israel. Adhuc hæredem adducam tibi, quæ habitas in Maresa, vsque ad Odollam veniet gloria Israel. <sup>d</sup> Decaluare & tondere super filios deliciarum tuarum, dilata caluitium tuum sicut aquila, quoniam captiui ducti sunt ex te.

<sup>a</sup>. Titulus oraculi ostendit prophetam vocatum per verba sibi factum. Quæ dicit nomē prophete. Michæas interpretatur humilis Lothicus. ibid. <sup>b</sup>. Nunc quoque aperit dominus deus de celo descendens, de quo loco suo egrediens, in his quæ propolita sunt nunciatur. Erat autem hoc dei verbum quod in his quæ prius dicta sunt, est genitum sit, eum esse deum ac dominum, & omnia sub se habentem demonstratum. Locum autem eius, non abertes si regnum esse dicas, gloriosumque diuinitatis eius sedem, quam theologus extollens propheta dicebat: sedes tua deus in seculum seculi, super qua ipsum sedere, tanquam vicum filium iussit pater illis verbis: Sed de dextera mea. Euseb. de demon. lib. 6. cap. 11. lib. 8. cap. 1. Liquefcent. <sup>2</sup>. Propter iniquitatem. <sup>3</sup>. Agri in plantationem vineæ. <sup>4</sup>. Fuga sunt, inquit, abs te contraria quoniam solent mulieres tibi similes facere: quod omnis meretricis mercedem accipit, ut vero mercedem dedisti tuis amatoribus. Accommodat autem per hæc mulieres in fornicatione versantes designantur, quæ sibi dicit mercedem accipientes, inde decimas demoni falacissimo attrulerunt. Theodoretus ibidem. <sup>5</sup>. Aphra. <sup>6</sup>. Habitatrix Saphir nuda vsque ad confusionem. <sup>7</sup>. Saanā propter luctum Bethel accipiet vestra, hostis, propter oblationem suam. <sup>8</sup>. Habitatrix Maresa. <sup>9</sup>. Liga quadrigæ ad equos velocissimos & habitatrix Lachis. <sup>9</sup>. Munera ipsi Moteserh, Gath, & domus Achiz erant in mēdaciū. <sup>d</sup>. Possunt hæc accipi de egressionem Iudæorum per Romanos. O Iudæa quæ quondam apud Deum floristi, sed modo clamaisti, crucifige, crucifige eum, depone comam gloriæ tuæ, quia non habens prophetas, nec præsidia angelorum, nec legis doctorum. Glo. ordin. ibidem.]



Peccata populi quæ dominum ad ultionem prouocant, reuertentibus tamen promittit saluatorem, qui cernentibus illis in cælum ascendet. I I.

1. Vanitatem. a. Inuile vocat nocivum, hoc est peccatum. Roma. 6. Quæ fructum habuisti tunc, in quibus nunc erubescitis Nam his illorum mors est. Et Pfal. 4. Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Ista n. Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Albertus ibid. 2. Est potentia in manu eorum. b. In quo patet auaritia eorum, cum dominus iusserit Leuit. 26 Non concupiscite rem proximi cui non agrum, nõ feruum, &c. imò etiam violenter auferunt, & quam raptores, & inferiorum oppressores. Dion. ibid. 3. Oppresserunt. 4. Plangent planctu lugubri dicent. 5. Remouet à me, & agros nobis restituet. 6. Silletis, stillabunt, sub. pseudopropheta, decipiendo eos. 7. O vocata domus Iacob nunquid. 8. Heri. 9. Confidenter, quasi qui reuertentur à prælio. [c. Mulieres populi mei eiecistis, &c. Interficiendo viros eorum, cum quibus delectabiliter vivebant De Lyra ibid.] 10. Corruptione execrabilis. Si fuerit vir ambulans spiritu vanitatis, & mendacium mentis dicens. 11. Pro vino & sicca, hic erit propheta populi huius. 12. Et ne putetis me esse vatem solummodo captiuitatis, quam per spiritum Dei prædico, scias me esse etiam vatem illorũ bonorum que per Christũ in primo vel secundo adueniunt eorum in saur, qui in me vobis loquitur natus de virgine. Glosa ordi naria, & c. 13. Ascendit enim diuisor. 14. Diuiserunt & transferunt.



Et qui cogitatis inuile: & operamini malum in cubilibus vestris. In luce matutina faciunt illud, quoniam contra dominum est manus eorum. Et concupierunt agros, & violenter tulerunt & rapuerunt domos, & calumniabantur virum & domum eius, virum & hereditatem eius, idcirco hæc dicit dominus: Ecce ego cogito super familiam istam malum, vnde non auferetis colla vestra, & non ambulabitis superbi, quoniam tempus pessimum est. In die illa sumetur super vos parabola, & cantabitur canticum cum suauitate, dicentium: Depopulatione vastati sumus. Pars populi mei commutata est. Quomodo recedet à me, cum reuertatur qui regiones nostras diuidat? Propter hoc non erit tibi mittens funiculum sortis in cætu domini o Israel. Ne loquamini loquentes. Non stillabit super istos, nõ comprehendet confusio, dicit domus Iacob. Nunquid abbreviatus est spiritus domini, aut tales sunt cogitationes eius? Nonne verba mea bona sunt cum eo qui rectè graditur? Et e contrario populus meus in aduersarium consurrexit. Desuper tunicam pallium sustulistis, & eos qui transibant simpliciter, conuertistis in bellum. Mulieres populi mei eiecistis de domo deliciarum suarum, à paruulis earum tulistis laudem meam in perpetuum. Surgite & ite, quia non habetis hic requiem, propter immunditiam eius corrupetur putredine pessima. Vtinam non essem vir habens spiritum, & mendacium potius loquerer. Stillabo tibi in vinum & in ebrietatem, & erit super quem stillatur populus iste. Congregatione congregabo Iacob totum te, in vnum condecam reliquias Israel. Pariter ponam illum quasi gregem in ouili, quasi pecus in medio caularum. Tumultuabuntur à multitudine hominum. Ascendet enim pandens iter ante eos. Diuident & transibunt portam, & egredientur per eam. Et transibit Rex eorum coram eis, & dominus in capite eorum.

Propter principum tyrannidem, pseudoprophetarum fallaciam, & iudicum crudelitatem comminatur dominus Ierusalem deletionem. III.

2. Sub metaphora leonum sue Ierusalem dicitur, quod spoliatu erunt pauperes, & interfecerint eos, & carnes eorum ossique eruerunt, & quasi in medio ollæ, sic in vber Ierusalem mitea bunt plebem affixerunt: propter hæc interat eis postea supplicium in die captiuitatis, vel Nauchodonosor vel à Vespasiano & Tito. Hiero. ibid. [b. Tunc clamabunt ad dominum, cum ab aduersariis affligentur, & non exaudiet eos, vnde dicitur enim sine misericordia fiet ei qui non miseretur. De Lyra. ibid. c. Videtur tangere eos qui nostris temporibus se fingunt visiones videre, & diuinant seducendo populum Hiero. 14. Visionem mendacem & diuinationem fraudulentam, & seductionem cordis sui prophetant vobis. Albert. ibid. 1. Præparant in eum. [d. Vbi putatis visionem esse, & vbi iactatis vaticinium propheta, ibi loquitur spiritus inuadens, nec habet lumen, sed tenebræ & errorum. Item demones non habebunt potestatem, vnde eas sua fraude decipiunt, muta erunt oracula, & illudere non audebit. Glosa ordi.] e. Quibus iudicandi munus mandatum fuit, ne iuris libra vlla inclinatione lanceis in alterutram partem propenderet, non accutauit: ac potius iuris rationem nullam duxit, iniuria vti visideretur laborauit, atque istiusmodi animi sententia prædixit, sanguine innocentiũ Ierusalem compleuistis. Theodo. ibidem.



T dixit: Audite principes Iacob, & duces domus Israel. Nunquid nõ vestrum est scire iudicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malum, qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnem eorum desuper ossibus eorum: Qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum desuper excoriauerunt, & ossa eorum confregerunt, & conciderunt sicut in lebete, & quasi carnem in medio ollæ. Tunc clamabunt ad dominum, & non exaudiet eos, & abscondet faciem suam ab eis in tempore illo, sicut nequiter egerunt in adiuuationibus suis. Hæc dicit dominus, super Prophetas qui seducunt populum meum, qui mordent dentibus suis, & prædicant pacem. Et si quis non dederit in ore eorum quippiam, sanctificant super eum prælium. Propterea nox vobis pro visione erit, & tenebræ vobis pro diuinatione. Et occumbet sol super Prophetas, & obtenebrabitur super eos dies. Et confundentur qui vident visiones, & confundentur diuini. Et operient vultus suos omnes, quia non est responsum dei. Veruntamen ego repletus sum fortitudine spiritus domini, iudicio & virtute, vt annuntiem Iacob scelus suum, & Israel peccatum suum. Audite hoc principes domus Iacob, & iudices domus Israel, qui abominamini iudicium, & omnia recta peruertitis. Qui ædificatis Sion in sanguinibus, & Ierusalem in iniquitate. Principes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede dicebant. Et propheta eius in pecunia diuinabant, & super dominum quiescebant, dicentes: Nunquid non dominus in medio nostrum: Non venient super nos mala. Propter hoc causa vestri Sion quasi ager arabitur, & Ierusalem quasi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelsa syluarum.

Prophet. b. d. Exe. 21. f. Sopho. 3. d. 1. q. 1. c. Iust. oct. 35. di. c. Beate. Sup. 1. d. 25. q. 1. c. Nulli. c. Om. ne. Hiero. 26. f. Sup. 1. b. Tem-

Tempore Messiae exhibit verbum domini & pax magna ab Ierusalem, quibus vocabuntur, & ecclesia confirmabitur. IIII.

† Isa. 2. a

**A** **E**rit in nouissimo dierum mons domus domini preparatus in vertice montium, & sublimis super colles. Et fluent ad eum populi, & properabunt gentes multae, & dicent: Venite ascendamus ad montem domini, & ad domum dei Iacob. Et docebit nos de viis suis, & ibimus in semitis eius. **B** Quia de Sion egredietur lex, & verbum domini de Ierusalem. Et iudicabit inter populos multos, & corripiet gentes fortes vsque in longinquum. **C** Et concident gladios suos in vomeres, & hastas suas in ligones. **D** Non sumet gens aduersum gentem gladium, & non discent vltra belligerare. **E** Et sedebit vir subtus vineam suam & subtus ficum suam, non erit qui deterreat, quia os domini exercituum locutum est. Quia omnes populi ambulabunt vnusquisque in nomine dei sui, nos autem ambulabimus in nomine domini dei nostri in aeternum & vltra. **F** In die illa dicit dominus, congregabo claudicantem, & eam quam eieceram, colligam: & quam afflixeram, consolabor. **G** Et ponam claudicantem in reliquias, & eam quae laborauerat, in gentem robustam. **H** Et regnabit dominus super eos in monte Sion, ex hoc nunc & vsque in aeternum. **I** Et tu turris gregis nebulosa filia Sion, vsque ad te veniet, & veniet potestas prima, regnum filiae Ierusalem. Nunc quare mœrore contraheris? Nunquid rex non est tibi, aut consiliarius tuus periit? quia comprehendit te dolor sicut parturientem? Dole & satage filia Sion quasi parturiens, quia nunc egredieris de ciuitate, & habitabis in regione, & venies vsque ad Babylonem. **K** Ibi liberaberis, ibi redimet te dominus de manu inimicorum tuorum. Et nunc congregatae sunt super te gentes multae, quae dicunt, lapidetur, aspiciat in Sion oculus noster. Ipsi autem non cognouerunt cogitationes domini, & non intellexerunt consilium eius, quia congregauit eos quasi foenum areae. **L** Surge & tritura filia Sion, quia cornu tuum ponam ferreum, & vngulas tuas ponam areas. **M** Et comminues populos multos, & interficies domino rapinas eorum, & fortitudinem eorum domino vnuerse terrae.

† Sopho. 3. d

† Luc. 1. c  
Danic. 7. d

† Apoc. 1. b

Bethlehem ortu Messiae insignita, ac Ierusalem eius morte vastata fuit, Israel autem reliquiae exaltatae, & verbum domini predicatum est. V.

Mat. 2. a  
Ioh. 7. f

**A** **N**unc vastaberis filia latronis. Obsidionem posuerunt super nos, in virga percutient maxillam iudicis Israel. **B** Et tu Bethlehem Ephratae paruulus es in milibus Iuda. Ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel & egressus eius ab initio a diebus aeternitatis. Propter hoc dabit eos vsque ad tempus, in quo parturiens pariet. Reliquiae fratrum eius conuertentur ad filios Israel. Et dabit & pascet in fortitudine domini: in sublimitate nominis domini dei sui. **C** Et conuertentur, quia nunc magnificabitur vsque ad terminos terrae. Et erit iste pax, cum Assyrius venerit in terram nostram, & quando calcauerit in domibus nostris. **D** Et suscitabimus super eum septem pastores, & octo primates homines. Et pascent terram Assur in gladio, & terram Nemrod in lanceis eius. Et liberabit ab Assur cum venerit in terram nostram, & cum calcauerit in finibus nostris. Et erunt reliquiae Iacob in medio populorum multorum quasi ros a domino, & quasi stillae super herbam quae non expectat virum, & non prestollatur filios hominum. **E** Et erunt reliquiae Iacob in gentibus in medio populorum multorum quasi leo in iumentis sylvarum, & quasi catulus leonis in gregibus pecorum. Qui cum transierit & concitauerit & ceperit, non est qui irruat. Et exaltabitur manus tua super hostes tuos, & omnes inimici tui interibunt. **F** Et erit in die illa, dicit dominus: **G** auferam equos tuos de medio tui, & disperdam quadrigas tuas. **H** Et perdam ciuitatem terrae tuae: & destruiam omnes munitiones tuas. Et auferam maleficia de manu tua, & diuinatio-

1. Accingeris ad praelium filia exercitus.  
 2. Nemo enim alius praeter Christum clarum illum fecit, nobilisque regionem. Post illum siquidem multorum admittendumque partem ab extremis vsque finibus mundi veniunt ad visendum illum rugum ac praecipuum locum Chry.  
 3. Tunc enim plena pax est fidei populo ab omnibus tentationibus & vanitatibus absoluto, cum mundi huius vanitatem excluderet de cordibus nostris pax & gratia. Pax veteris, gratia noui testamenti. Septem pastores, praecipua legis sunt, quibus grex adhuc quasi irrationabilis, in virga Moysi per desertum ductus & gubernatus est. Octo primates, mandata euangelij, & domini oculi alloquia. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Ambro. Epist. 2. 9.  
 4. Vastabunt.  
 5. Inter animalia.  
 6. Respondent hoc loco carnosus Israel, vtrum facta dicat haec, an futura? Si facta, docet eundem gentes & Assyrium Israeli quodam fuisse subiectum. Si autem futura, vana spe Iudeis futurum praedicat esse quod dicitur: quando Christus venerit, quae tunc de Israel idola auferentur, quae modo non colit? qui succidetur Iudei, quos non habet quae vrbes subruentur, quae olim subruunt sunt &c.  
 7. Exterminabo.  
 8. Augures.

[Id. In lege præcipitur ne nobis sculpsit faciamus, & ne vitulos in terra nostra ponam. Stultus homo scit dogmata esse composita de suo sensu quasi idolum, & pro deo adorare opus manu hominum. Glosa ord. ibidem.]

nes] non erunt in te. <sup>d</sup> Et perire faciam sculptilia tua, & statuas tuas de medio tui. Et non adorabis vltra opera manuum tuarum, & euellam lucos tuos de medio tui. Et conteram ciuitates tuas, & faciam in furore & indignatione vltionē in omnibus gentibus quæ non audierunt.

*Disceptat dominus cum ingratis, sua illis exprobrans beneficia quæ expectat sacrificia, insinuat, & ob impietates populum grauius affligit.* VI.

<sup>a</sup> Quasi diceret: Hæc enim debetis audire, quia dominus audiendus est. Psal. 84. Audiam quid loquatur in me dominus deus. Albertus ibidem.

<sup>1</sup> Quælo, vel nunc. <sup>2</sup> Disceptabit. <sup>3</sup> Singula in conspectu tuo locat beneficia sua, vt tãquam de his iudices, quæ seruari debent. <sup>4</sup> Quis magis reus sit, qui dicitur non potuerit stare beneficiis: Quis feci, inquit, tibi rãquam te cum te constituit, & te iudicem. Aut quid contristauit te? Offensu vultus non abnuicrimen, si tu deo es contristatus autore. Ambr. Apolog. Dauid. cap. 10.

<sup>5</sup> In quo proueniam dominus. <sup>6</sup> Beneplacitum est domino. <sup>7</sup> Decem milibus torrentium pinguium!

<sup>8</sup> Quasi diceret, hoc non valet quia mors innocens deo non placet. Vnde & Abraham non præcepit deus immolare filium suum. Gê. 22. vt sic impleatur, sed obedientia Abraham manifestetur. De Lyra.

<sup>9</sup> Humilem. <sup>10</sup> Vir salutaris timebit nomen tuum. <sup>11</sup> Virg. & eã qui constituit eã. <sup>12</sup> Huius verbis diuites repleti sunt rapina.

<sup>d</sup> Et hoc totum patitur vt intelligant errorem suum, quod omnium gentium multorum, que populorum opprobria, & peccata portauerunt. Scio quomodo ad ecclesiam retulisse, quæ nos super hæcibus interpretari solent. Hierony. ibid. <sup>e</sup> Et displicere. <sup>f</sup> Amri pater fuit Achab, & impiissimus: & præcepta eius dicuntur opera eius, quæ populus sicut præcepta custodiebat, malorum enim magisterium facile dicitur: sicut & Achab & Tezabel, quos facile populus est imitatus. Albertus ibid.



<sup>a</sup> Vdite\* quæ dominus loquitur, Surge, contende iudicio aduersum montes, <sup>A</sup> & audiant colles vocem tuam. Audiant montes iudicium domini, & fortia fundamenta terræ, quia iudicium domini cum populo suo, & cum Israel' iudicabitur. <sup>b</sup> Popule meus quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi? Responde mihi: quia <sup>c</sup> eduxi te de terra Ægypti, & de domo seruentium liberaui te, & misi ante faciem tuam Moysen & Aaron, & Mariam. <sup>d</sup> Popule meus memento quælo <sup>e</sup> quid cogitauerit contra te Balach rex Moab, & quid responderit ei Baalam filius Beor de Sethim vsque ad Galgalam, vt cognosceres iustitias domini. <sup>f</sup> Quid dignum offeram domino? Curuabo genu de excelsis? Nunquid offeram ei holocaustomata & vitulos anniculos? Nunquid <sup>g</sup> placari potest dominus in milibus arietum, aut in <sup>h</sup> multis milibus hircorum pinguium? <sup>i</sup> Nūquid dabo primogenitum meum pro scelere meo, fructum ventris mei pro peccato anime meæ? <sup>k</sup> Indicabo tibi ô homo quid sit bonum, <sup>l</sup> & quid dominus requirat à te: Vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & <sup>m</sup> sollicitum ambulare cum deo tuo. Vox domini ad ciuitatem clamat, & <sup>n</sup> salus erit timentibus nomen eius. <sup>o</sup> Audite <sup>p</sup> tribus. Et quis approbabit illud? <sup>q</sup> Adhuc ignis in domo impij, thesauri iniquitatis, & mēsurā minor iræ plena. Nunquid iustificabo stateram impiam, & facelli pōdera dolosa? <sup>r</sup> In quibus diuites eius repleti sunt iniquitate, <sup>s</sup> & habitantes in ea loquebantur mendacium, & lingua eorum fraudulenta in ore eorum. <sup>t</sup> Et ego ergo cœpi percutere te <sup>u</sup> perditione, <sup>v</sup> super peccatis tuis. <sup>w</sup> Tu comes <sup>x</sup> & non saturaberis, & humiliatio tua in medio tui. Et apprehendes, & non saluabis: & quos saluaueris, in gladium dabo. Tu seminabis & non metes, tu calcabis oliuam, & non vngēris oleo: & mustum, & non bibes vinum. <sup>y</sup> Et custodisti præcepta Amri, & omne opus domus Achab, & ambulasti in voluptatibus eorum, vt darem te in perditionem, & habitantes in ea in sibilum, & opprobrium populi mei portabitis.

*Impiorum luget multitudinem, & piorum paucitatem, quoniam non in homine quamuis proximo, sed in solo Deo confidendum, quibus firmitatem ecclesie promittit aternam.* VII.

<sup>1</sup> Collectiones pomorū & quasi racemi. <sup>2</sup> Primitiua eius, vel præcoques. <sup>3</sup> Sanguini. <sup>4</sup> Rati. <sup>5</sup> Perditionem. <sup>6</sup> Ipse & qui conturbant eam. <sup>7</sup> Speculatorum tuorum. <sup>8</sup> In fratre. <sup>9</sup> Cuiuscunque. <sup>10</sup> Nec immetito, quoniam qui lapsu alieno gaudet, diaboli gaudet victoria. Et ideo dolent magis eã audimus perisse hominē, pro quo Christus mortuus est, qui nec in messe stipulam negligit. Ambr. de poe. lib. 2. cap. 8. <sup>11</sup> Quicunque se peccasse animaduertent, illum imitari debent qui dixit. Itã domini portabo, quoniam peccati ei, nec non vitæ sue præuā stultia emendare & dignos penitentia fructus edere, & verborū domini meminisse. Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Basil. Regul. sius disputat in ece. 55.



<sup>a</sup> Et mihi, quia factus sum sicut <sup>b</sup> qui colligit in autumnno racemos] vindemia. Non est botrus ad comedendum, <sup>c</sup> præcoques ficus] desiderauit anima mea. Perit sanctus de terra, & rectus in hominibus non est. Omnes <sup>d</sup> in sanguine] insidiantur, vir fratrem suum <sup>e</sup> ad mortem] venatur. Malum manuum suarum dicunt bonum. Princeps postulat, & iudex in reddendo est. Et magnus locutus est <sup>f</sup> desiderium] anime suæ, <sup>g</sup> & conturbauerunt eam. <sup>h</sup> Qui optimus in eis est quasi paliurus, & qui rectus quasi spina de sepe. Dies <sup>i</sup> speculationis tuæ,] visitatio tua venit. Nunc erit vastitas eorum. <sup>k</sup> Nolite credere amico, & nolite confidere <sup>l</sup> in duce: <sup>m</sup> Ab ea quæ dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui, quia filius cõtumeliam facit patri, & <sup>n</sup> filia confurget aduersus matrem suam, nurus aduersus socrum suam, & inimici <sup>o</sup> hominis] domestici eius. Ego autem ad dominum aspiciam, expectabo deum saluatorem meum. Audiet me deus meus. <sup>p</sup> Ne læteris inimica mea super me, quia cecidi. Confurgam. Cum sederò in tenebris, dominus lux mea est. <sup>q</sup> Iram domini portabo, quoniam peccaui ei, donec causam meã iudicet, & faciat iudicium meum. <sup>r</sup> Et educet

† Exod. 15.   
 † Numc. 22.   
 † Et 23. b

† Deuc. 28. d   
 Haggai. 1. b

† 16. q. 1. m. c.   
 Et hæc dixit   
 mut.

† Math. 1. a.

Et educet me in lucem, videbo iustitiam eius. <sup>c</sup> Et aspiciet inimica mea, & operietur confusione, quæ dicit ad me: <sup>d</sup> Vbi est dominus deus tuus? Oculi mei videbunt eam. Nunc erit in conculcatione, vt lutum platearum. Dies, vt ædificentur maceræ tuæ. In die illa lōge fiet lex. <sup>d</sup> In die illa & vsque ad te veniet<sup>o</sup> Assur, & vsque ad ciuitates munitas, & à ciuitatibus munitis] vsque ad flumen, & ad mare de mari, & ad montem de monte. Et terra erit in desolationem propter habitatores suos, & propter fructum cogitationum eorum. <sup>e</sup> pasce populum tuum in virga tua: gregem hæreditatis tuæ<sup>11</sup> habitantes solos in saltu. In medio Carmeli pascentur] Basan & Galaad, iuxta dies antiquos: secundum dies egressionis tuæ de terra Ægypti. Ostendam ei mirabilia. <sup>f</sup> Videbunt gentes, & confundentur super omni fortitudine sua. Pones manum super os: aures eorum surdæ erunt. Lingent puluerem sicut serpentes, velut reptilia terræ proturbabuntur de ædibus suis. <sup>g</sup> Dominum deum nostrum<sup>12</sup> desiderabunt, ] & timebunt te. <sup>h</sup> Quis deus similis tui, qui aufers iniquitatem, & transfers peccatum reliquiarum hæreditatis tuæ? Non immittet vltra furorem suum, quoniam volens misericordiam est. <sup>i</sup> Reuertetur & miserebitur nostri. <sup>13</sup> Deponet iniquitates nostras, & proiciet in profundum maris omnia peccata nostra, dabis veritatem Iacob, misericordiam Abraham, quæ iurasti patribus nostris à diebus antiquis.

† AG. 10. g

[c. Aspiciet inimica mea, id est, Babylonia, & operietur confusione, id est, erit vindicte confusio, quæ dicit ad me: Vbi est deus tuus, q. d. non potest te ex captiuitate liberare. De 1. y 23. ibid.]  
[d. Dicitur Iudæia die illa, quando à Christo eorum edificabitur mœces feruile. I. e. & prophete que à nobis modo tenentur, tollente de munitis nostris, & tradente populum Iudæorum. G. lo. ordi. ibidem.]  
[e. Ab Assur & ciuitatibus munitis, à munitioe.]  
[f. Verba patris ad filium pastorem bonum, pedis pastorale est verbum euangelicum. Lingent puluerem sicut serpentes velut reptilia terræ, perturbabuntur de ædibus suis hoc tam de Iudæis intelligitur q. de Ethiois. Illi de ciuitate & templo deturbati, hi de pharisæis & delubris cõsum, Christum colere incipient sinceriter & ardenter.]  
[g. Loricatus ibid.]  
[h. Qui solus manet in Syria. In medio Carmeli pascentur in. d. n. e.]  
[i. P. a. e. b. u. n. t.]  
[f. Hoc certe admirabile, q. non solū ignoscit, sed etiam memoria sua, velle peccata, & tanquā in profundum in obliuionem tradit. Quemadmodum enim id quod in profundum maris abiicitur, penitus non extat: sic peccata nostra funditus obliuio obruet, propter factas cum patribus nostris pactiones, Theodoretus ibidem.]  
[13. Calcabit.]

INCIPIT PROLOGVS IN NAHV M  
Prophetam.



*N*abum Prophetam ante aduentum regis Assyriorum, qui populum Israel captiuum in suas regiones transtulerat, fuisse Hebræorum traditio confirmat. Siquidem in fine huius lectionis, prædicti regis aduentum idem Prophetam annuntiare monstratur. Sed cum inhabitatores Niniue, Iona interitum ciuitatis prædicante, ne diuina ira denuntiatum interitum sustinerent, peccatorum & impietatis poenitentiam egissent, accepta dei misericordia, grauioribus se criminibus implicauerunt. Quæ de causa memoratus Prophetam spiritu sancto plenus, iudicium dei annuntians, ita locutus est. Deus zelans, & vlciscens dominus est, & cetera. Iam enim decem tribus ab Assyriis ductæ fuerant in captiuitatem sub Ezechia rege Iudæ, sub quo etiam nunc in consolatione populi transmigrati, aduersus Niniuen visio cernitur, nec erat parua consolatio, tam iis qui iam Assyriis seruebant, quàm reliquis qui sub Ezechia de tribu Iudæ & Benjamin, ab eisdem hostibus obsidebantur, vt audirent Assyrios quoque in Chaldæis esse capiendos, sicut in sequentibus libri huius demonstrabitur. Sciendum autem est quod Niniue in nostra lingua de Hebræo, speciosam sonat. Speciosus autem hic mundus dicitur. Vnde & apud Græcos *κόσμος*: ab ornatu nomen accepit. Et quod nunc aduersus Niniuen dicitur, de mundo figuratiter prædicari sentiamus. Quam ob causam & assumptio quam septuaginta interpretantur *κόσμος*, & Aquila *κόσμος* interpretatus est: apud Hebræos *Massa* ponitur, id est graue onus, eo quod eam aduersus quam videtur, premit, nec sinat eleuare ceruicem. Simulque hoc attendendum, quod hæc ipsa vel assumptio, vel onus vel pondus prophetæ, visio sit. Non enim loquitur Prophetam in *ἐπιείκεια*, vt Montanus & Prisca, Maxillaque delirât: sed quod prophetat, liber est visionis intelligentis vniuersa quæ loquitur: & pondas hostium facientis suo populo visionem. De consummatione itaque mundi secundum *ἀποκάλυψιν* d. Paula & Eustochiū, in consolationem sanctorum prophetia textitur: vt quæcumque in mundo vident, quasi prætereuntia & caduca contemnant, & præparent se ad iudicij diem, vbi vltor aduersus viros Assyrios affuturus est dominus.

INCIPIT ARGVMENTVM.



*N*abum consolator orbis interpretatur. Increpat ciuitatem sanguinum, & post euer-sionem illius loquitur: Ecce super montes pedes euangelizantis, & annuntiantis pacem.

**N**ahum Propheta natus in Elckesi trans Iordanem fluium, versus Begabar, de tribu Simeon. Hic est Propheta ille qui post Ionam ostentum dedit super Ninuen, quod ab aquis dulcibus igneque terreno olim vastaretur: id quod tandem factum est. Quippe eam terra motu igne vndique ambiente, mox etiam aqua de eremo superueniens sublimiores etiam omnes vrbis locos seu partes occupauit. Expirauit vero Nahum in pace, & in Begabar sepultus est. Epiphanius de vita Prophetarum.

Incipit Nahum Prophetia.

Vltio domini in Ninuem & Assyrios, & miseratio super Iudæorum captiuitatem, & confusio super Sennacherib captiuantem. Cap. I.


a. Cum enim ad predicacionem Ionæ Ninuiter ad tempus penitusissent, post aliquotulum temporis ad vomitum redierunt: idcirco per Nahum prælicet eos spiritus sanctus perituros. Dion. ibid.  
 1. Vltionem referans.  
 2. Innocentem non faciet innocentem. 7o. vel desolatam nõ desolat. i. Heb. vel. nocentem non faciet innocentem. Hiero. ibid.  
 3. Arefacit.

b. Cũ quidam eum solũ Iudæorum deũ esse opinarentur, non abs re propheta docet montes & colles, & commotũ terrã vñ cum spũs incoherensibus solo nutu dei conuerti possit. Theodo. ibid.  
 4. Conuulset ab.

5. Fortitudo.  
 6. Diluuium vocat generalẽ tribulationem, qua rex Assyriorũ afflicto omnes gentes. Albertus ibidem.  
 7. Altera vice. Heb. Non vindicabit bis in idipsum in tribulatione, Græci quod tu in te seuerus agnoscis, ego punitur ignoscam: quod tu tristes acutas, ego lætus absoluiam: quod tu recedat in publicum, ego oblitiscar in æternum: & quia per penitentiam tuã pœnitentiã leuentionem meã, teo iam gladiũ meum, ac me tibi ad remunerationem tuã tempora referuabo. In Heb. Eust. de per. Ninuic. hom.  
 8. Vique ad sinas complexas venient, & tanquam potatione sua inebriati deuorabuntur.  
 9. Conuul impietatis.  
 10. Iugum eius & te.  
 11. Votum cum à deo acceptatũ, illegem in posterum facit per autoritatẽ acceptatoris. Exinde enim sciendum maldan, qui factum comprobauit. Tertulli. contra Psychicos.  
 12. Impius qui i vniuersum delatur est.

13. Dissipator.  
 14. Hoc non vt quisdam diebus ad Assyrium loquitur, sed adhuc ad Iudam verba facit, & iubet eum contemplari vias, & nuntios expectare, & ab illis allatos bonos nuntios suscipere, & pro priorĩ feruitute robur recipere. Theod. ibid.  
 15. Rubricatus est.  
 16. Coccineo colorati sunt, & quasi ignis lampadarum.  
 17. Abiegnũ lanceæ conspicitur.  
 18. Infantiunt currus, & horrendũ ferunt in platæis.

19. Palatium.  
 20. Regia inexpugnabilis discoperata atque excelsa est.



**N**us Ninuic: Liber visionis Nahum Helchetai: † Deus æmulator & vlciscens dominus, vlciscens dominus & habens furorem, vlciscens dominus in hostes suos, & irascens ipse] inimicis suis. Dominus patiens & magnus fortitudine, & mundus non faciet innocentem. ] Dominus in tempestate & turbine viæ eius, & nebula puluis pedum eius. Increpans mare & exiccans illud, & omnia flumina ad desertum deducens. ] Infirmatus est Basan & Carmelus, & flos Libani elanguit. b Montes commoti sunt ab eo, & colles desolati sunt. Et contremuit terra à facie eius, & orbis & omnes habitantes in eo. Ante faciem indignationis eius quis stabit? & quis resistet in ira furoris eius? Indignatio eius effusa est vt ignis, & petrae dissolutæ sunt ab eo. Bonus dominus & confortans ] in die tribulationis, & sciens sperantes in se. Et in diluuiũ prætereunte consummationem faciet loci eius: & inimicos eius persequetur tenebræ. Quid cogitatis contra dominum? Consummationem ipse faciet. † Non conseruet duplex ] tribulatio, quia sicut spinæ se inuicem complectuntur, sic conuiuium eorum pariter potentium. Confumentur ] quasi stipula ariditate plena. Ex te enim exhibit cogitans contra dominum malitiam, mente pertractans præuaricationem. ] Hec dicit dominus: Si perfecti fuerint & ita plures, sic quoque attondentur & pertransibit. Affixi te, & non affligam te vltra. Et nunc conteram virgam eius in dorso tuo, ] & vincula tua dirumpam. Et præcipiet super te dominus: Non seminabitur ex nomine tuo amplius. De domo dei tui interficiam. Sculptile & conflatile ponam sepulchrum tuum, quia inhonoratus es. † Ecce super montes pedes euangelizantis, & annuntiantis pacem. Ce lebra Iuda festiuitates tuas, & redde vota tua, quia non adiiciet vltra vt pertranseat in te. † Belial, vniuersus interit. ]

Obsidio Ninuic, & eius à Chaldæis depopulatio, atque superbiæ eius deiectio. II.



**A**scendit qui dispergat ] coram te, qui custodiat obsidionem. a Contem-  
 plare viam, conforta lumbos, roborata virtutem valde: Quia reddidit dominus superbiã Iacob, sicut superbiã Israel. Quia vastatores dissipauerunt eos, & propaggines eorum corruerunt. Clypeus fortium eius ignitus, ] viri exercitus in coccineis. Ignæ habenæ ] currus in die præparationis eius, & agitatores eius confopiti sunt. ] In itineribus conturbati sunt, quadrigæ collisæ sunt in platæis. ] Aspectus eorum quasi lampades, quasi fulgura discurrentia. Recordabitur fortium suorum, ruent in itineribus suis. Velociter ascendent muros eius, & præparabitur vmbraculum. Porta fluuiorum aperta sunt, & templum ] ad solum dirutum. Et miles captiuus abductus est, ] & ancillæ eius minabantur gementes vt columba,

A Anni ante Christi. 774.  
 Anni mundi. 3184.  
 1 De per. di. p. c. Nahum.

B Ifa. 52. b  
 Rom. 10. c

C † 24. n. 5. cap. Quid ergo. 1 De per. di. p. c. Sunt plures &c. Quærit hic aliquis. 81. d. d. l. in. ch. Presbyter. 13. q. 2. cap. Quæritur est. De penitenti. Facilis.

D Ifa. 37. a. & 12. b  
 Rom. 10. c



c columbae, murmurantes in cordibus suis. Et Niniue, quasi piscina aquarum aquae eius, ipsi vero fugerunt. State, state & non est qui reuertatur. Diripite argentum, diripite aurum, & non est finis diuitiarum ex omnibus vasis desiderabilibus. Dissipata est & scissa, & dilacerata, & cor tabescens & dissolutio genicularum, & defectio in cunctis renibus, & facies omnium eorum sicut nigredo ollae. Vbi est habitaculum leonum & pascua catulorum leonum? Ad quam iuit leo ut ingrederetur illuc, catulus leonis: & non est qui exterreat. Leo cepit sufficere catulis suis, & necauit leonis suis. Et impleuit praedam spelucas suas, & cubile suum rapina. Ecce ego ad te, dicit dominus exercituum, & succendam usque ad fumum quadrigas tuas, & leunculos tuos comedet gladius. Et exterminabo de terra praedam tuam, & non audietur ultra vox nuntiorum tuorum.

116.13.b

Niniue vrbs sanguinum vastabitur sub nomine adulterae, & populus eius occidetur. III.

116.47.c

A **V**bi est ciuitas sanguinum, vniuersa mendacij dilaceratione plena. Non recedet a te rapina. Vox flagelli, & vox impetus rotae, & equi frementis, & quadrigae feruentis, & equitis ascendentis, & micantis gladij, & fulgurantis hastae, & multitudinis interfectae, & grauis ruinae, nec est finis cadauerum. Et corruent in corporibus suis propter multitudinem fornicationum meretricis speciosae & gratae & habentis maleficia, quae vendidit gentes in fornicationibus suis, & familias in maleficiis suis. Ecce ego ad te, dicit dominus exercituum, & reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam in gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam. Et proiciam super te abominationes, & contumelias te afficiam, & ponam te in exemplum. Et erit, omnis qui viderit te, resiliet a te, & dicit: Vastata est Niniue. Quis commouebit super te caput? Vnde quaram consolatorem tibi: Nunquid melior est Alexandria populorum, quae habitat in fluminibus? Aequae in circuitu eius, cuius diuitiae mare, aquaeque muri eius. Aethiopia fortitudo eius, & Aegyptus, & non est finis. Africa & Libyes fuerunt in auxilio tuo, sed & ipsa in transmigratione ducta est in captiuitatem. Paruuli eius elisi sunt in capite omnium viarum, & super inclytos eius miserunt sortem, & omnes optimates eius confixi sunt in compedibus. Et tu ergo inebriaberis, & eris despecta, & queres tu auxilium ab inimico. Omnes munitiones tuae sicut ficus cum grossis suis, si concussa fuerint cadent in os comedentis. Ecce populus tuus, mulieres in medio tui. Inimicis tuis ad apertionem pendentur portae terrae tuae, deuorabit ignis vestes tuas. Aquam propter obsidionem hauri tibi, extruere munitiones tuas. Intra in lutum & calca, subigens tenebram laterem. Ibi comedet te ignis, peribis gladio, deuorabit te ut bruchus. Congregare ergo ut bruchus, multiplicare ut locusta. Plures fecisti negotiationes tuas, quam stellas sint caeli. Bruchus expansus est, & auolauit. Custodes tui quasi locustae, & paruuli tui quasi locustae locustarum, quae confidunt in sepibus in die frigoris. Sol ortus est & auolauerunt, & non est cognitus locus earum vbi fuerint. Dormitauerunt pastores tui rex Assur, sepelientur principes tui. Latitauit populus tuus in montibus, & non est qui congreget. Non est obscura contritio tua, pessima est plaga tua. Omnes qui audierunt auditionem tuam, compresserunt manum tuam super te. Quia super quem non transit malitia tua semper?

116.47.c

De pec. di. 4. e. Nahum.

8. Percutientes pectora sua.  
9. A diebus antiquis fuit.  
10. Respicias, vel retrospicias.  
11. Excepta ciuitatis praedae auerit, & voluptatis, & tyrannidis, & denique insularum victis, facies omnium sicut nigredo ollae voluptuosos significat. Vbi est habitaculum leonum &c. tyrannidem exprimit ad quam iuit leo id est Nabuchodonosor. Loricatus ibid.  
12. Laxa &c.

c. Cuius infinita est potentia, & immutabilia sunt verba, qui de terminat quid faciendum sit per exercitum honorum angelorum & malorum, Albertus ibidem.

a. Describitur potentia Niniue, & sub lamentatione crudelitatis arguitur: Vx ciuitas sanguinum in qua nulla veritas, sed omne mendacium, plena rapina, & laceratione praedarum. Vox flagelli crudelis semper & semper eius imperij, & vox impetus totae Hierony. ibid.  
1. Mendacio & deceptione.  
2. Sanguis.  
3. Corpore cadauerum.  
4. Cadaueribus eorum hostes.  
5. Fimbrias tuas.  
6. Turpitudinem.  
7. Tanquam inquinamentum.  
8. Compatietur eum.  
b. Alexandria ciuitas magna Aegypti, sic dicta, plurimum populosa, quae olim vocabatur Noë, sed cum a Chaldeis destructam diu postmodum reedificasset Alexander magnus, nominauit eam Alexandriam: quae sita est inter flumina. Est enim inter Nilum ex vna parte, & mare ex altera, & lacu Mareoticum. Dion. ibidem.  
9. Antequam mare, & a mari.  
10. Abscondita.  
11. Niniue quae speciosa dicitur, animam nocet, natura pulchra, quae voluptatibus haerens effeminatur, & porras sensuum aperit vitis & demonibus. Si quis enim est amator voluptatis potius quam dei, porras terrae suae aperit inimicis, & vestes huius Babylonis igne consumentur. Glo. ordi. ibid.  
12. In laura.  
13. Cementum.  
14. Lacerificium.  
15. Principes.  
16. Duces.  
17. Modus est enim locustarum adueniente frigore se in sepibus congregare, & ibi se occultare quantum possunt contra frigus, sed si superueniat ortus solis an regnum sunt mortuae, statim exierunt inde. De Lyra ibidem.  
18. Iacent magnifici tui, dispersus est.  
19. Curata.  
20. Aegra.  
21. Famam tuam, compleretur.

INCIPIIT PROLOGVS. IN Habacuc Prophetam.



Quatuor prophetae in duodecim Prophetarum volumine sunt, de quibus tres in principio ponuntur, id est, pondus, titulum habent. Nahum, Habacuc, & Malachias. Porro Zacharias in medio & circa finem duos huiusmodi ponit titulos: ex quibus vnus est, Onus verbi domini in terra Adrach, & Damasci requie eius: alter, in fine scilicet, Onus

verbi domini super Israel. De Nahum orationibus tuis iam liber vnus editus est, de Zacharia & Malachia si vita comes fuerit, deseretur. Nunc Habacuc habemus in manibus, qui vel ex eo quod amabilis deo est, vocatur amplexatio, vel quod in certamen & luctam, & (vt ita dicam) amplexum cum deo congregitur, amplexantis, id est, luctantis, fortitius est nomen. Nullus enim tam audaci voce ausus est deum ad disceptationem iustitie prouocare, & dicere ei: Cur in rebus humanis, & mundi istius pompa tanta rerum versatur iniquitas? Vociferabor ad te vim patiens, & non saluabis: quare ostendisti mihi iniquitatem & laborem videre? Lacerata est lex, & non peruenit vsque ad finem relictum iudicium, quia impius praeualeat aduersus iustum, ideo egreditur ad iudicium peruersum. Vide quam temeraria vox sit, & quodammodo blasphemantis creatorem suum ad iudicium prouocare, & vas fragile aduersus figulum cur tale vel tale factum sit disputare. Necnon & hoc animaduertendum quod assumptio vel pondus, quae graua iam esse diximus, Propheta visio est, & aduersum Montani dogma peruersum intelligit quod videt, nec vt amens loquitur, nec more insipientium foeminarum dat sine mente sonum. Vnde & Apostolus iubet, vt si prophetatibus aliis alij fuerit reuelatum, taceant qui prius loquebantur. Et statim subiunxit: Non est, inquit, dissentionis deus, sed pacis. Ex quo intelligitur cum quis ex voluntate reticet, & alij locum dat ad loquendum, posse & loqui & tacere cu velit. Qui iam in ecstasi, id est, inuitus loquitur, nec tacere nec loqui in sua potestate habet. Illud quoque disce, quia semel a me violenter exigis, vt quasi gradus quosdam & scalas ad altiora nitenti, historiam tibi interpreter, prophetiam esse contra Babylonem & Nabuchodonosor regem Chaldaeorum, vt quomodo prior Propheta Nahum quem Habacuc sequitur, vaticinium habuit contra Niniuem & Assyrios, qui vastauerunt decem tribus quae vocantur Israel, ita Habacuc prophetiam habeat aduersus Babylonem & Nabuchodonosor, a quibus Iudas & Ierusalem templumque subuersa sunt. Et vt scias eo tempore fuisse Habacuc, quo iam duae tribus quae vocabantur Iuda, ductae erant in captiuitate, Daniel docere te potuit: ad quem in lacum leonum Habacuc cum praedio mittitur, quanquam apud Hebr. eos haec ipsa non legatur historia. Igitur siue quis recipiat scripturam illam, siue non recipiat, vtrunque pro nobis est. Aut enim iam recipit, & post factam rem liber Habacuc textitur, aut si non recipit, & quasi Propheta scribit quae ventura cognoscit, Interim secundum litteram causatur aduersus deum Propheta, cur Nabuchodonosor templum dei vastet & Iudam, cur Ierusalem quondam vrbs domini destruat. Quare clamet populus, & non audiat, vociferetur ad dominum oppressus a Chaldaeis, & non saluetur: quare etiam ipse Propheta vel populus ex cuius persona loquitur, ad hoc vixerit, & bucusque perductus sit, vt iniquitatem hostium & suam viderit laborem, cur iniustitia praeualeat aduersus se, & hoc dicit praemementis angustia, sciens aurum in igne conflari, & tres pueros de camino puriores exisse quam intrauerant. Sed & hoc generaliter accipere possumus, quod ex persona humane impatientiae loquatur, vt in querulam vocem & plenam doloris erumpat, dicens: Quare respicis contemptores & taces, conculcante impio iustiores se? Haec autem loquitur nesciens iudicia dei inuestigabilia, & profundum diuitiarum sapientiae & scientiae eius, quod non ita videt deus vt videt homo, homo tantum praesentia respicit, deus futura & aeterna cognoscit. Et quomodo si aegrotans & aestuans febribus aquam frigidam postulet, & dicat ad medicum: vim patior, crucior, vrer, exanimor, vsquequo medice clamabo & non exaudies? & respondeat ei sapientissimus & clementissimus medicus: Scio quo tempore debeam quod postulas dare, non misereor modo, quia misericordia ista crudelitas est, & voluntas tua contra te petit. Ita & dominus noster sciens clementiae suae pondera atque mensuras, interdum non exaudit clamantem, vt eum comprobet, & magis me prouocet ad rogandum: & quasi ignem excoctum iustiorum & puriorum faciat, quod intelligens Apostolus secundum id quod misericordiam est consecutus est a domino, ait: Sed non desicimus, & benedicimus deum in omni tempore: & scit quia qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit, & gloriatur in labore & dolore, & cum Ieremia dicit: Tribulationem & miseriam inuocabo: vt quomodo alius inuocat deum, sic sanctus vir & bellator innictus ad exercendum se & probandum, tribulationem & miseriam inuenire desiderat.

## VITA HABACVC.



Habacuc de tribu Simeonis, in agro Bethacat ortus est. Cum ante expugnationem prospiceret captiuitatem Ierosolymae, eam super ciuitatem quam super populum, maxime luxit. Appropinquante autem Nabuchodonosor, fugit in Ostracinam, donec Chaldaei reuenteretur ad



[c. Hic ponitur secundum vitium quod est violentia, qua rex Babylonie subiecit sibi alia regna. Et hoc fuit maxime tempore Nabuchodonosor: de quo dicitur, Et congregavit ad se omnes gentes, eas sibi violenter subiecit. De Lira ibid.]

4. Interpretationem enigmati propter eum.

5. Qui te commovebunt.

6. Directionem.

[d. Ad diabolum vel Antichristum, vel hereticum sermo dicitur. Est bona avaritia doctoris ecclesiastici, qui studio labore plures sibi semper cupit facere discipulos. Sed va illi qui avari cogit domum suam perpetua conuenticula, qui & pollicetur secatore suos secum possituros regna caelorum, nec furore invidia gehem. Gloria ordinis.]

7. Confutasti.

8. Laqueare ex tabulato.

9. Lamentis cerere & lactibus dignus es, qui ex inuisis cadibus regnum tuum aueris, & non intellexeris quod deus omnipotens abs te repositet rationes vite inique transactae. Theodo. ibidem.

9. Instaurat.

10. Aspicias.

11. Es potius ignominia quam.

12. Turpis fies, versabitur super te.

13. Tyrannus quum fecisti.

14. Ea propter sanguinem humanum & captivum.

15. Ut esset consultatio, & annuntiret mendacium, & rationem.

16. Idola quidem muta & stulta existunt, & vniuersis viribus deificatis, non tamen deum quodam templum quoddam eorum habent, nec in terris etiam sibi consecratum locum habent Ierusalem, quare aquum & inustum est, ut ab omnibus creaturis summa religione obsecrentur. Theod. ibid.]

ipse quasi mors, & non adimpletur. Et congregavit ad se omnes gentes, & coaceruavit ad se omnes populos. Nunquid non omnes isti super eum parabolam sument, & loquelam aenigmatum eius? Et dicitur: Vae ei qui multiplicat non sua. Vtique quo & aggrauat contra se densum lutum? Nunquid non repente confurgent qui mordeant te? Et suscitabuntur lacerantes te, & eris in rapinam eis. Quia tu spoliasti gentes multas, spoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis, propter sanguinem hominis & iniquitatem terrae, ciuitatis & omnium habitantium in ea. Vae qui congregant auaritiam malam domui suae: ut sit in excelsis nidus eius, & liberari se putat de manu mali. Cogitasti confusionem domui tuae, conscidisti populos multos, & peccauit anima tua. Quia lapis de pariete clamabit, & lignum quod inter iuncturas aedificiorum est, respondebit. Vae qui aedificat ciuitatem in sanguinibus, & preparat urbem in iniquitate. Nunquid non haec sunt a domino exercituum: laborabunt enim populi in multo igni, & gentes in vacuum, & deficient. Quia replebitur terra ut cognoscant gloriam domini, quasi aquae operientes mare. Vae qui potum dat amico suo, mittens fel suum, & inebrians, ut aspiciat nuditatem eius. Repletus est ignominia pro gloria. Bibe tu quoque & consopire. Circundabit te calix dexterae domini, & vomitus ignominiae super gloriam tuam. Quia iniquitas Libani operiet te, & vastitas animalium deterrebit eos, de sanguinibus hominis, & iniquitate terrae & ciuitatis, & omnium habitantium in ea. Quid prodest sculptile, quia sculptit illud fictor suus, conflatile & imaginem falsam, quia sperauit in figmento fictor eius, ut faceret simulachra muta? Vae qui dicit ligno: expergiscere, surge, lapidi tacenti. Nunquid ipse docere poterit? Ecce iste coopertus est auro & argento, & omnis spiritus non est in visceribus eius. Dominus autem in templo sancto suo, sileat a facie eius omnis terra.

† Eze. 24. Nahum 3. 4

† Psal. 100

Oratio Habacuc Prophetae pro ignorantibus.

III.

a. Terruit me cum appropinquaret traditor Iudas ut immineret passionis hora, quod dixisti ad patrem: Pater si heri potest, tulerat a me calix iste. Et tristes te vique ad mortem praenimia anxietate sanguine sudore profusus coram Apostolis es professus. Cyr. de passio. Christi.

1. In ira.

2. b. Them: veni, ut patet Deute. 33.

\* c. Sela, hoc est, Amen, vel in perpetuum. Per quae verba sicut loci ipsius Ierusalem amantatemque designat. Chry.

3. Pestis.

4. Aurique.

5. Chusan.

6. Contra flumina.

\* Sela, ut supra.

7. Insuper, sive inordinario.

8. Hoc est, si voluerit fulgurare contra Babylonios, sicut in praeterito fecisti, cum Moyses & Iosue, tunc proficiet ibunt Cyrus & Darius, sic conculcabis regnum Babyloniorum, & ipsos Babylonios conteret. Alber. ibidem.

8. Triturabis.

\* Sela.

9. Perforasti ventrem eius caput exercituum eius, venerunt.

10. Incedere fecisti per mare equos tuos, per molem.

[c. Hic consequenter propheta approbat iudicium diuini de captiuitate populi sui ad partem peccatorum, dicens: Audisti, & scilicet populi infirmum innumerantem contra tuum iudicium de eius captiuitate. De Lira ibid.]

11. Exsuscitatum, qui me quiescere putabam.

12. Ascendat hostis contra populum, ut succidat eum.

[c. Eoslem autem Iudas & vineas & ficum appellauit. Ficum eo quod aliquando dulces ficus tulerint, & vineas, veluti qui olim dederint doctrinam vinum, quod laetificat cor hominis. Barthy.]

13. In musicis instrumentis meis victorem.



Omne audiui auditionem tuam, & timui. Domine opus tuum, in medio annorum viuifica illud. In medio annorum notum facies, cum iratus fueris, misericordiae recordaberis. Deus ab austro veniet, & sanctus de monte Pharam. Operuit caelos gloria eius, & laudis eius plena est terra. Splendor eius ut lux erit, cornua in manibus eius. Ibi abscondita est fortitudo eius, ante faciem eius ibit mors. Egredietur diabolus ante pedes eius, stetit & mensus est terram. Aspexit & dissoluit gentes, & contriti sunt montes seculi. Incuruati sunt colles mundi, ab itineribus aeternitatis eius. Pro iniquitate vidi tentoria Aethiopiae turbabuntur pelles terrae Madian. Nunquid in fluminibus iratus es domine, aut in fluminibus furor tuus, vel in mari indignatio tua? Qui ascendes super equos tuos, & quadrigae tuae saluatio. Suscitans suscitabis arcum tuum, iuramenta tribus quae locutus es. Fluvios scindens terrae: viderunt te & doluerunt montes, gurges aquarum transit. Dedit abyssus vocem suam, altitudo manus suas leuauit. Sol & luna steterunt in habitaculo suo, in luce sagittarum tuarum ibunt, in splendore fulgurantis haste tuae. In fremitu conculcabis terram, & in furore obstupescies gentes. Egredus es in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo. Percussisti caput de domo impij, denudasti fundamentum eius vsque ad collum. Maledixisti sceptris eius, capiti bellatorum eius, venientibus ut turbo ad dispergendum me. Exultatio eorum, sicut eius qui deuorat pauperem in abscondito. Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum. Audiui & conturbatus est venter meus, a voce contremuerunt labia mea. Ingrediat putredo in ossibus meis, & subter me scateat. Ut requiesquam in die tribulationis, ut ascendam ad populum accinctum nostrum. Ficus enim non florebit, & non erit germen in vineis. Mentietur opus oliuae, & arua non afferent cibum. Abscindetur de ouili pecus, & non erit armentum in praesepibus. Ego autem in domino gaudebo, & exultabo in deo Iesu meo. Deus dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos quasi ceruorum. Et super excelsa mea deducet me victor, in Psalmis canentem.

INCI-

INCIPIT PROLOGVS IN SOPHONIAM  
Prophetam.

**R**adunt Hebraei, cuiuscunque Prophetæ pater, aut auus ponatur in titulo, ipsos quoque prophetas fuisse. Vnde & Amos vnus de duodecim Prophetis, qui dixit: Non sum Prophetæ nec filius Prophetæ: sed pastor caprarum, vellicās Sicomoros, patris nomen in titulo non habet. Hoc si verum est, Sophonias Prophetæ, qui nomine (vt ita dicam) prophético, & gloriosa maiorum suorum stirpe generatus est. Habuit enim patrem Chusi, auum Godoliam, proauum Amariam, at auum Ezechiam, & talem quadrigam ipse velut extremus auriga compleuit. Nomen Sophoniæ, alij speculam, alij arcanum domini transfulerunt. Siue igitur specula, siue arcanum domini interpretetur, vtrunque Prophetæ conuenit. Dicitur enim ad Ezechielem: Fili hominis speculatorem domui Israël te posui. Iste ergo Prophetæ qui erat in specula & in sublimibus constitutus, & nouerat misteria domini, filius erat Chusi, qui interpretatur humilitas: habebat quoque auum Godoliam, qui dicitur magnitudo domini, & proauum Amariam, qui & ipse verititer in sermone domini, & at auum Ezechiam, qui sonat fortitudo domini. De fortitudine itaque domini natus est sermo domini, & de sermone domini nata est magnitudo domini, & de magnitudine domini nata est humilitas, vt cum peruenerit aliquis ad perfectum, dicat: quia non sum dignus vocari Apostolus, & illud in Psalmo, Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei. Iosiam regem Iudæ, cuius temporibus Sophonias prophetasse inuenitur, deo præ omnibus regibus Iudæ placuisse, historia quarti libri Regum, & secundi Paralipomenon demonstrat. Iosias simulachra quæ pater suus Ammon, vel auus Manasses in templo dei collocauerat, deiecta comminuisse monstratur. In quibus etiam serpentem æneum à Moysè factum, quem errori inductus populus superstitione idolorum detentus, admiserat. Idem custodisse pascha, & intermissis temporibus multis solus celebrasse monstratur. Ideo deus per Prophetam temporibus memorati regis quæ prouentura erant, ostendens gentibus quidem lectione comprehensis affuturum iudicium, Populo vero Israël salutem, & ciuitati Ierusalem restorationem tunc temporis tribuendam, textu lectionis denunciavit.

VITA SOPHONIÆ.

**S**ophonias Prophetæ de tribu Simeonis in agro Saraba ortus, & gloriosa maiorum suorum stirpe progenitus, de Ierosolyma prophetauit. Nempe quod multo foret satius si in longum latumque edificaretur. Super consummatione etiam gentium, necnon & super confusione impiorum, de quæ aduentu domini. Mortuus autem in agro suo solitarius sepultus est. Ex Isidoro & Epiphano, de vita & morte sanctorum.

Incipit Sophoniæ Prophetia.

Seuerum domini in impios iudicium: vnde Ierusalem propter Idola & mundus propter scelera venit iudicandus. Ca. I.

A  
Anni ante  
Christi. 645.  
Anni mundi  
3317.



Erbū domini quod factum est ad Sophoniā filiū Chusi, filij Godolię, filij Amarię, filij Ezechię: in diebus Iosię filij Amon regis Iudæ: <sup>b</sup> Congregās congregabo] omnia à facie terræ, dicit dominus, <sup>c</sup> cōgregans] hominem & pecus, congregans volatilia cœli & pisces maris. Et ruinā impiorū erūt, & disperdam homines à facie terre, dicit dominus. Et extendam manū meam super Iudam, & super omnes habitates Ierusalem: & disperdam de loco hoc reliquias Baal, & nomina ædituorum cum sacerdotibus, & eos qui adorant super tecta malitiam cœli, & adorant & iurant in do-

a. Virtutum verbi reuelati notat. Verbum enim domini in factis plus est quàm in dictis: & ad factum plus refertur, quàm ad auditum. Albert. ibidem.  
b. Quia igitur populus poterat se excusare in rebus malis, & dicere: nos volumus deo seruire, sed prohibemur à regibus. Datur rex iustus, quo zelate zelum domini, & populo nihilominus in idolorum cultu perseverante iusta ire causi profertur à domino, & prophetaur de euerfione Ierusalem, de captiuitate Iudæ, & victoria Nabuchodonosor. Dixitque dominus per prophetam: Nequaquam vltra tribuam penitentiam, sed à facie terre vniuersa consumam. Non homo, non iumentum, nō volatile, non pisces maris remanent. Hiero. ibidem.  
c. Exterminans exterminabo, a. Exterminabo, & infra.

Gg



3. Per regem suum.  
 4. Retro cesserunt à domino.  
 c. Cum in diebus Iosif regis p[ro]phetie punitionis iudicium constituetur, & exerceatur, & Rex nulli obnoxius esset crimini, & filius filij, qui in scelerebus vestiti fuissent, pomas dedissent eorum que admisisse, propterea non dixit: vicesit in regem, sed in principes. Theodo. ibid.  
 5. Dominorum suorum.  
 6. Machbes, eliminatus est.  
 7. Qui arulebant argenteum.  
 d. Sed nemi[n]e in ea vel qui m[er]uerat, vel qui accedebat, vel qui illuminaretur inuenit, ideo eam in tenebris dereliquit. Ambr. in Phil. 118. Ser. 18.  
 8. Substantia.  
 c. Quid enim facturi erant qui vias deseruunt rectas, & se implicent iniquis operibus, quod iam iudicij acerbis temporibus, & nullus datur locus penitentiæ. Quando iuxta Sophoniam, dies domini magnus veniet, dies ire, dies tribulationis, &c. Rabai in 3. cap. Eccli.  
 9. Clamabit.  
 f. Quid enim per ciuitates multas exprimitur nisi suspecte metes, & fallaci semper defensionis circumdantur quoties eorum culpa corripitur, veritatis autem iacula non admittunt. Grego. Pastoral. 3. Par. admonitio 13.  
 10. Turres excelsum.  
 11. Sed terribilem.

mino, & iurant<sup>3</sup> in Melchon, ] & qui<sup>4</sup> auertuntur de post tergum domini, ] & qui non quaesierunt dominum, nec inuestigauerunt eum. Silete à facie domini dei, quia iuxta est dies domini, quia praparaui dominus hostiam, sanctificauit vocatos suos. Et erit in die hostiæ domini visitabo super Principes, & super filios regis, & super omnes qui induti sunt veste peregrina. Et visitabo super omnem qui arroganter ingreditur super limen in die illa, qui complent domum<sup>5</sup> domini dei sui ] iniquitate & dolo. Et erit in die illa, dicit dominus, vox clamoris à porta piscium, & vlulatus à secunda, & contritio magna à collibus. Vlulate habitatores<sup>6</sup> pilæ: Conticuit] omnis populus Chanaan, disperierunt omnes<sup>7</sup> inuoluti argento. ] Et erit in tempore illo, scrutabor Ierusalem in lucernis, & visitabo super viros defixos in fecibus suis, qui dicunt in cordibus suis: Non faciet bene dominus, & non faciet male. Et erit<sup>8</sup> fortitudo] eorum in direptionem, & domus eorum in desertum. Et edificabunt domos, & non habitabunt, & plantabunt vineas, & non bibent vinum earum. Iuxta est dies domini magnus, iuxta est & velox nimis. Vox diei domini amara: tribulabitur] ibi fortis. Dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustiae, dies calamitatis & miseriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulae & turbinis, dies tubæ & clangoris super ciuitates<sup>9</sup> munitas, & super<sup>10</sup> angulos excelsos. ] Et tribulabo homines, & anubulabunt vt cæci, quia domino peccauerunt, Et effunderetur sanguis eorum sicut humus, & corpora eorum sicut stercora. Sed & argentum eorum, & aurum eorum non poterit liberare eos in die iræ domini. In igne zeli eius deuorabitur omnis terra, quia consummationem<sup>11</sup> cum festinatione] faciet cunctis habitantibus terram.

† Amos, 5c

† Iere, 30. b  
† Joel, 2. c  
† Amos, 5c

† Ezech, 7c

† Inf, 1b

Omnes gentes terræ sanctæ ad respicientiam vocat, inuebitur tamen in Philisteos, Moabitas, Ammonitas, Aethiopes, & Assyrios. II.

1. Scrutamini vestros, & scrutamini, sub, alios.  
 2. Principio vocat ad penitentiam. Obsequi hæc bona opera ciuilia ciuicorum etiam prodele multitudini. Quærit aut, manifesti terræ, qui iudicium eius estis operati. d. quærit vt per vestram intercessionem aliis parcatur. Loricibus. ibid.]  
 2. Iustitiam.  
 3. Humilitatem.  
 4. Oram, & infra.  
 5. Cerechim.  
 6. Habacaculum.  
 b. Interrogemus ergo Iudæos quare has potissimum gentes Moab, filios Ammon, & Aegyptum, & Philistin, & Idumæam, deus puniat, & non totum orbem, in quo Iudæi longè latè que dispersi sunt? I enim Moab meretur corripi Iudæis insultans, & filij Ammon, & reliquæ gentes in circuitu, quare Gallia nos corripit, quare Britannias in estimatione non ponit? cur Hispania ex pæna alienæ sunt quæ ob causam de Italia nihil dicunt de Africa cur taceant? Et vt senel dicam, cum totus orbis Iudæos captiuos teneat, quid fore gentes tantum commiserit flagitij, quæ in circuitu eius sunt, vt sole potissimum nominentur? hæc contra Iudæos, & generalem in omnibus prophetis vbicunque aduersum gentes aliqua propheta dicitur, explanationem. Hiero. ibid.  
 7. Scipios magnificantes, & inf.  
 8. Exitus vitæ, & fodina.  
 9. Niniuem.  
 10. Desolatio.  
 11. Cedum eius nudauit.  
 c. Propheta diuina iustitiæ se conformans, & zelo iustitiæ per concitiamini Nisue insultans, subiungit: hæc est ciuitas cuius populus de sua fortitudine & vrbis firmitate nimis præsumpsit, quare deserta manebit passâ rui nam. Dion. ibidem.

Onucnite, congregamini] gens non amabilis, priusquam pariat iustitiam, quasi puluerem transeuntem diem, antequam veniat super vos ira furoris domini, antequam veniat super vos ira indignationis domini. Quærite dominum omnes mansueti terræ, qui iudicium eius estis operati. Quærite<sup>2</sup> iustum, ] quærite<sup>3</sup> mansuetum, ] si quo modo abscondamini in die furoris domini: Quia Gaza destructa erit, & Ascalon in desertum. Azorum in meridie eiicient, & Accaron eradicabitur. Væ qui habitatis<sup>4</sup> funiculum] maris, gens<sup>5</sup> perditorum. ] Verbum domini super vos Chanæan terra Philistinorum, & disperdam te, ita vt non sit inhabitator. Et erit funiculus maris<sup>6</sup> requies] pastorum, & caulæ pecorum. Et erit funiculus eius qui remanserit de domo Iuda. Ibi pascentur, in domibus Ascalonis ad vesperam requiescent. Quia visitabit eos dominus deus eorum, & auertet captiuitatem eorum. Audiui opprobrium Moab, & blasphemias filiorum Ammon, quæ exprobrauerunt populo meo, & magnificati sunt] super terminos eorum, propterea viuo ego, dicit dominus exercituum deus Israel: Quia Moab vt Sodoma erit, & filij Ammon quasi Gomorra, siccitas spinarum & acerui] salis, & desertum vsque in æternum. Reliquiæ populi mei diripient illos, residui gentis meæ possidebunt illos. Hoc enim eis superueniet pro superbia sua, qua blasphemauerunt & magnificati sunt super populum domini exercituum. Horribilis dominus super eos, & attenuabit omnes deos terræ. Et adorabunt eum viri de loco suo, omnes insulæ gentium. Sed & vos Aethiopes interfestis gladio meo eritis. Et extendet manum suam super aquilonem, & perdet Assur. Et ponet<sup>9</sup> speciosam] in solitudinem & in inuium, & quasi desertum. Et accubabunt in medio eius greges omnes bestiarum gentium, & onocrotalus, & hericius in liminibus eius morabuntur. Vox cantantis in fenestra, coruus] in superliminari, quoniam<sup>11</sup> attenuabo robur eius. ] Hæc est ciuitas gloriosa habitans in confidentia, quæ dicebat in corde suo: Ego sum, & extra me non est alia amplius. Quomodo facta

† Isa, 14c

facta est in desertum, cubile bestiae? Omnis qui transit per eam sibilauit, & mouebit manum suam.

Increpat dominus Ierusalem, duces eius, principes, iudices & sacerdotes, quod ad prophetarum vocem non pœnituerint. III.

† Ezech. 22. f Mich. 3. d

† 81. dist. ca. Oportet, & 2. q. 1. c. Sacer dotes.

† Sup. 1. b

**A** **M**<sup>a</sup> **Æ**<sup>t</sup> prouocatrix & redempta ciuitas, columba. ] Non audiuit vocem, & non suscepit disciplinam. In domino non est confisa, ad deum, suum non appropinquauit. † Principes eius in medio eius, quasi leones rugientes. Iudices eius lupi uespere, non relinquebant \* in mane. Prophetæ eius uesani, uiri infideles. † Sacerdotes eius polluerunt sanctum iniuste egerunt contra legem. Dominus iustus in medio eius, non faciet iniquitatem. † Mane mane ] iudicium suum dabit in luce, & non <sup>3</sup> abscondetur. Nesciuit ] autem iniquus confusionem. Disperdidit gentes, & dissipati sunt anguli earum. Desertas feci uias eorum, <sup>4</sup> dum non est ] qui traseat. Desolatae sunt ciuitates eorum, non remanente viro neque ullo habitatore.

**B** <sup>5</sup> Dixi: Attamen timebis me, suscipies disciplinam. Et non peribit habitaculum eius, <sup>6</sup> propter omnia in quibus uisitaui eam. ] Veruntamen diluculo surgentes, corruperunt omnes cogitationes suas. <sup>b</sup> Quapropter expecta me, dicit dominus, in die resurrectionis meae <sup>c</sup> in futurum, ] quia iudicium meum ut congregem gentes, & colligam regna. Et effundam super eos indignationem meam, omnem iram furoris mei. † In igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra. Quia tunc <sup>7</sup> reddam populis ] labium electum, ut inuocent omnes nomen domini, & seruiant ei humero vno. Ultra flumina Æthiopiae, <sup>8</sup> inde supplices mei filij ] disperforum meorum deferent munus mihi. <sup>c</sup> In die illa non confundêris super cunctis adinventionibus tuis, quibus prauaticata es in me. Quia tunc auferam de medio tui <sup>9</sup> magniloquos superbiae tuae, ] & non adicies exaltari amplius in monte sancto meo. Et derelinquam in medio tui populum pauperem & egenum, & sperabunt in nomine domini. Reliquiae Israel non facient iniquitatem, nec loquentur mendacium, & non inuenietur in ore eorum lingua dolosa. <sup>d</sup> Quoniam ipsi pascentur, & accubabunt, & non erit qui exterreat. Lauda filia Sion, iubila Israel. Latrare & exulta in omni corde filia Ierusalem. Abstulit dominus iudicium tuum, auertit inimicos tuos. Rex Israel dominus in medio tui, non timebis malum ultra. <sup>e</sup> In die illa dicetur Ierusalem: Noli timere Sion, non dissoluantur manus tuae. Dominus deus tuus in medio tui fortis, ipse saluabit: Gaudebit super te in latitia, silebit in dilectione tua, & exultabit super te in laude. <sup>10</sup> Nugas quæ à lege recefferant, congregabo, ] quia ex te erant, <sup>11</sup> ut non ultra habeas super eis ] opprobrium. <sup>e</sup> Ecce ego interficiam omnes qui afflixerunt te in tempore illo, & saluabo claudicantem, & eam quæ eiecta fuerat, congregabo. Et ponam eos in laudem & in nomen, in omni terra confusionis eorum, in tempore illo quo adducam vos, & in tempore quo cōgregabo vos. Dabo enim vos in nomen & in laudem omnibus populis terre, cum conuertero captiuitatem uestram coram oculis uestris, dicit dominus.

2. Lamentis certe & lachrymia digna urbs, que cum diuini te dindaret, precata & peccatis fuit, que sepe à deo omnipotente saltem consecuta fuit & spiritalibus donis distulit. Aut enim hoc per columbam prophetam designare arbitror, aut uerbis oratum & pulcherrum diuini. Et enim animal hoc formosum est. Theo. ibid.

1. Sordida & inquinata ciuitati pradarum.

\* Osa.

2. Quotidie.

3. Prohibetur, non cognoscit.

4. Ut non sit.

5. Nec onine quod decreui aduersus eam.

b. Expectare nos iubet dominus, & futurae uisionis diem forti patientia sustinere, qui & in Apocalypsi loquitur, dicens: Ne fugeris uerba prophetie libri huius, quia iam tempus in proximo est: & hi qui persequuntur nocere, noceant. Cyp. de lapsi.

6. Ad pradam.

7. Conuertam ad populos.

8. Erunt mihi supplicantes, filia scilicet ecclesia fidelium.

9. In his item relicturum sibi populum mansuetum, & humilem dominus pollicetur est, non alid uerbo significans, quam est qui de circuncisione in Christum transiit crediturus. Et rursum eos qui reliqui fuerint ex Israel, saluos saluos futuros, cum reliquorum gentium uocatione, quam initio prophetie significauit. Euseb. de demonstrat. Euang. lib. 2. c. 12.

10. Moxore affector ob tepus eos gregauit.

11. Qui propter et sustinuerit. Et hoc synagoga quæ nō clausa erat, sed ueritate truncata est hec, pollicetur sibi in aduentu Christi sui, quem sperare esse uerum, & putat omnes gentes interficiendas à domino, quæ afflixerunt Israel, & saluandam synagogam. Hec & multa alia sibi repromittit, & propterea nō agit pœnitentiam: & dum sperat incerta, perdit certam salutem. Hiero. ibidem.

INCIPIT PROLOGVS IN HAGGÆVM Prophetam.

**H**ieremias Propheta ob causam periurij Sedechie regis (ut in historia libri secundi Paralipomenon indicatur) qui fidem promissam Nabuchodonosor regi Chaldeorum non seruauerat, populum Israel refert, cum memorato rege Ierusalem expugnata Ierusalem, captiuum in Babylonem fuisse perductum. Sed cum memoratus populus multis temporibus idolis seruiendo, etiam effusione sanguinis innocentum se grauiter impiasset, uolens ergo deus generationem uniuersam eiusdem populi ob causas memoratas pœnitens deperire, septuaginta annorum captiuitatem eundem populum in terra Chaldeorum statuit sustinere, hac ratione, ut cōpleto numero annorum, nouus populus immunis à memoratis peccatis ad renouationem

Gg ij

Ierusalem perueniret. sexagesimo itaque secundo anno, regno Chaldeorum subuerso, cui adhuc octo anni ad regnandum restabant, quod etiam sexta visio Danielis ostendit, cum propter causam sacri- legij quæ in eadem visione continetur, fuisset extinctum. Darius qui Medis imperabat, vt septima vi- sio Danielis ostendit, memoratorum regno successit. Cuius primo anno regni vt decima visio Danielis manifestat, Daniel supputatis annis videns appropinquare tēpus reuerſionis quæ per Ieremiam fue- rat promissa, orans tam pro se quàm pro populo, eandem promissionem à deo postulabat impleri. Cui per Gabrielem archangelum in eadem visione iuxta preces eiusdem, vniuersa esse completa deus edi- xit. Nam moriente supradicto Dario rege Medorum, & succedente in regno Cyro rege Persarum, promissione dei completa, per eundem Regem populum Israel in Ierusalem reductum, historia libri secundi Paralipomenon, & initium Esdræ prophetæ confirmant. Cumque à populo Israel & senio- ribus templum dei edificari cœpisset, mortuo Cyro rege, ac regnante Dario rege Persarum, qui memo- rato Cyro successerat, vicina gentes ciuitatis Ierusalem (vt idem Esdras refert) restorationem tem- pli & ciuitatis resistendo impedire cœperunt: qua ratione deterritus populus Israel, restorationem su- pradicti templi domini, necdum iuxta promissionem concessam esse credebat. Propter quod in secun- do anno regni memorati Darij regis Persarum Haggæus propheta à deo missus ad Zorobabel, qui de tribu Iuda erat, qui potestatem regni suscepturus erat, & Iesum filium Iosedech summum sacerdo- tem admonet, vt credat completo numero annorum, tempus restorationis Ierusalem aduenisse, hoc etiam addito, ne incredulitatem populi vellent imitari, de quo deus dixit per eum: Populus hic dicit: Nondum venit tempus vt reedificetur domus dei. Omnia autem quæ textu huius prophetiæ conti- nentur, reuerſionem populi, reedificationem templi, renouationem ciuitatis, obseruationem sacerdo- talem, & interitum regnorum gentium exterarum significant.

## VITA HAGGÆI.

**H**aggæus natus in Babylonia, iuuenis admodum ex Babylone profectus est Ierolimam, & ingenuè de reditu populi vaticinatus est: structuram templi ex bona parte conspexit. Hic primus omnium cecinit Alleluia. Ibidem igitur prope sacerdotes cum honore & gloria se- pulchus quiescit. Proinde etiam hodie psallimus Alleluia, qui hymnus Haggæi & Zachariæ perhibe- tur. Ex Isidoro & Epiphano de vita & morte sanctorum.

## Incipit Haggæi Prophetia.

Incitantur principes & populus ad templi reedificationem, quod illo neglecto propria curabant: vnde Zorobabel & Iesus opus aggreduuntur. Cap. I.

a. Ante captiuitatem tempora Regum arque Israel ascribentur propheta: post vero captiuitate, quod Iudæ sine regibus suis remansissent, Persarum regis mi- rabilis Haggæus tempus adscri- bit: ac vero non anni modo, sed mensis, diei quoque meminit: volens non solum compedium demonstrare adificationis, sed etiam benedictionis ab omni- potenti deo concessæ. Theodo- ribidem.

\* Tempus.

b. Quod si illius templi negle- xus excitaui iram nimirum, mul- to magis huius templi neglectus ad iracundiam prouocabit do- minum. Chryf. de Hanna & Sa- muel. educ.

c. Seminat multum & parum colligit, qui de diuinis manda- tis, vel audiendo, vel legendo multa cognoscit, sed pauca ne- gligenter operando fructifica- te facit. Greg. super Ezech. ho- mil. 10.

d. In faculo quippe percusso vi- dentur quædam pecunia mittitur, sed quando amittitur non vide- tur. Qui ergo quanta largitur aspicunt, sed quanta rapiunt non perpendunt, in percusso fac- culo mercedes mittit, quia pro- fectus hanc spem suæ fiducia in- uentæ congeunt, sed non in- uentæ percipiunt. Raba. in 14. Ecclæ.



**I**n anno secundo Darij regis, in mense sexto, in die vna<sup>a</sup> mensis, factum est verbum domini in manu Haggæi Pro- phetæ ad Zorobabel filium Salathiel, ducem Iuda, & ad Ie- sum filium Iosedech sacerdotem magnum, dicens: Hæc ait dominus exercituum, dicens: Populus iste dicit: Nondum venit tempus domus domini ædificandæ. Et factum est ver- bum domini in manu Haggæi Prophetæ, dicens: Nunquid tempus vobis est, <sup>b</sup> vt habitetis in domibus laqueatis, & do- mus ista deserta? <sup>c</sup> Et nunc hæc dicit dominus exercituum: Po- <sup>B</sup> nite corda vestra super vias vestras: <sup>c</sup> Seminastis multum, & intulistis parum. Comedistis, & non estis fatiati. Bibistis, & non estis inebriati. Operui- stis vos, & non estis calefacti. <sup>d</sup> Et qui mercedes congregauit, misit eas in sacculum pertusum. Hæc dicit dominus exercituum: Ponite corda vestra super vias vestras. A- scēdite in montem, portate ligna, & ædificate domum, & acceptabilis mihi erit, & glo- rificabor, dicit dominus. Respexistis ad amplius, & ecce factum est minus. Et intulistis in domum

Anni ante  
Christi. 590  
Anni mundi  
3442.  
71. Efd. 6. a

<sup>a</sup> Deut. 28. d  
<sup>b</sup> Mich. 6. d  
De pæ. d. j.  
c. De percusso

domum, & exufflavi illud. <sup>8</sup> Quam ob causam dicit dominus exercituum? Quia domus mea deserta est, & vos festinatis vnusquisque in domum suam. <sup>9</sup> Propter hoc super vos prohibiti sunt cœli ne darent rorem, & terra prohibita est ne daret germen suum. Et vocavi siccitatem super terram & super montes, & super triticum & super vinum & super oleum, & quæcunque profert humus, & super homines, & super iumenta, & super omnem laborem manuum. Et audiuit Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedech sacerdos magnus, & omnes reliquæ populi vocem dei sui, & verba Haggæi Prophetæ sicut misit eum dominus deus eorum ad eos, <sup>10</sup> & timuit omnis populus à facie domini. Et dixit Haggæus nuncius domini, <sup>11</sup> de nunciis domini populo,] dicens: Ego vobiscum sum dicit dominus. Et suscitauit deus spiritum Zorobabel filij Salathiel ducis Iuda, & spiritum Iesu filij Iosedech sacerdotis magni, & spiritum reliquorum de omni populo, & ingressi sunt, & faciebant opus in domo domini exercituum dei sui.

fe. Super vos prohibiti sunt cœli, ne darent rorem, & terra prohibita est, ne daret germen suum, & per consequens impedia sunt terra, & iumenta, & per consequens nutritio non habita quod requiritur ad multiplicationem hominum & iumentorum, quia semen eorum est de superfluo alimenti. Virtus enim nutritiua materiam ministrat generatiue. 2. de Anima. De Lyr.]  
f. Hoc est, sola multitudo quæ necesse in vnum & perfectum virum venerat, nec spiritui copulatus id esse meruit quod speritus. Timuit autem populus à facie domini, sciens quod facies domini super facientes mala, & peccata de terra memoriam eorum. Hiero. ibidem.  
i. In legatione domini ad populum.

*Maior gloria nouissima domus quam prioris speratur propter Christi aduentum, qui sua presentia illam glorificabit actis & miraculis.* 11.

**N** die vicesima & quarta mensis, in sexto mense: in anno secundo Darij regis in septimo mense, vicesima & prima mensis, factum est verbum domini in manu Haggæi prophetæ, dicens: Loquere ad Zorobabel filium Salathiel ducem Iuda, & ad Iesum filium Iosedech sacerdotem magnum, & ad reliquos populi, dicens: Quis in vobis est derelictus qui vidit domum istam in gloria sua prima? <sup>b</sup> Et <sup>c</sup> quid] vos videtis hanc nunc? Nunquid non ita est, quasi non sit in oculis vestris? Et nunc confortare Zorobabel, dicit dominus, & confortare Iesu filii Iosedech sacerdos magne, & confortare omnis populus terræ, dicit dominus exercituum, & facite ( quoniam ego vobiscum sum, dicit dominus exercituum ) verbum quod pepigi vobiscum, cum egredere mini de terra Ægypti, & spiritus meus <sup>2</sup> erit] in medio vestrum. <sup>3</sup> Nolite timere, quia hæc dicit dominus exercituum. <sup>4</sup> Adhuc vnum modicum est, & ego commouebo cœlum & terram, & mare & aridam. Et mouebo omnes gentes, & veniet <sup>5</sup> desideratus] cunctis gentibus. Et implebo domum istam gloria, dicit dominus exercituum. <sup>6</sup> Meum est argentum & meum est aurum, dicit dominus exercituum. Magna erit gloria domus istius nouissimæ plusquam primæ, dicit dominus exercituum. Et in loco isto dabo pacem, dicit dominus exercituum. In vicesima & quarta noni mensis in anno secundo Darij regis, factum est verbum domini ad Haggæum Prophetam, dicens: Hæc dicit dominus exercituum: Interroga sacerdotes legem, dicens. <sup>7</sup> Si tulerit homo carnem sanctificatam in ora vestimenti sui, & tetigerit de summitate eius panem aut pulmentum, aut vinum, aut oleum, aut omnem cibum, nunquid sanctificabitur? Respondentes autem sacerdotes dixerunt: Non. <sup>8</sup> Et dixit Haggæus: Si tetigerit pollutus in anima ex omnibus his, nunquid non contaminabitur? Et responderunt sacerdotes, & dixerunt: Contaminabitur. Et respondit Haggæus, & dixit: Sic populus iste, & sic gens ista ante faciem meam, dicit dominus, & sic omne opus manuum eorum, & omnia quæ obtulerunt ibi contaminata erunt. Et nunc ponite corda vestra à die hac, & supra, antequam poneretur lapis super lapidem in templo domini, <sup>9</sup> cum accederetis ad aceruum viginti modiorum & fierent decem,] & intraretis ad torcular vt exprimeretis quinquaginta lagenas, & siebant viginti. <sup>10</sup> Percussi vos vento vrente & aurugine, & grandine omnia opera manuum vestrarum, & non fuit in vobis qui reuertetur ad me, dicit dominus. Ponite corda vestra ex die ista, & <sup>11</sup> in futurum,] à die vicesima & quarta noni mensis, à die qua fundamenta iacta sunt templi domini, ponite super cor vestrum. <sup>12</sup> Nunquid iam semen <sup>13</sup> in germine] est? Et adhuc vinea, & ficus, & malogranatū, & lignum oliuæ non floruit. Ex die ista benedicam. Et factū est verbū domini secundò ad Haggæum in vicesima & quarta mensis, dicens:

a. Et nota quod licet biblia communitur hic incipiant capitulum, tamen secundum Hieronymum & glossandum est istud cum fine præcedentis capituli, & sic præstandum est: Et ingressi sunt, & faciebant opus in domo domini exercituum dei sui in die vicesima quarta mensis, in septimo mense, & postea incipit capitulum. In anno secundo Darij regis in septimo mense, &c.  
Alberus ibidem.  
b. Quidam enim illorum quæ primum templum viderat, istis adhuc diebus vixerant: si quis primo lib. Et sic habetur quod plures de sacerdotibus ad Leuitis, & principes patrum, qui viderant templum primum, fuerunt vni fundamētis secundi. Dionys. ibidem.  
1. Qualem.  
2. Perseuerabit.  
c. In Christi aduentu commoti sunt cœli & terra, propter variam & inaudita eius miracula: quæ cum virtute diuina cœlesti fierent, ab hominibus terræ exalta bantur. Chrys. in 1. ca. Heb. hom. 32.  
3. Desiderabilis.  
d. Cum plerique Iudeorum prophetis non crediderent templum posse instar prioris instaurari, Haggæus ex persona dei in hæc verba prorupit: Quid timetis quid dubitatis? meum est argentum, meum est aurum: non habeo necesse aliunde mutatis ornare templum. Chrys. in 1. Cor. 13. hom. 34.  
e. Carnes oblatas in altari, alias sacerdotes in abditis templi comedebant, alias propinquis eorum domi, alias qui de sacerdotibus videbantur maculari, alias Israelitæ qui nullam habebant immunditiam. Gloss. ord. 7.  
4. Ante hæc venit qui spem ad aceruum viginti, & contractus est in decem.  
f. Ex hac die qua fundamenta fecistis cum in præteritum vos sterilitate & fame & grandine, & siccitate punierim, & nō fuerit qui ad me per has plagas reuertetur: vobis: ponite ergo corda vestra in futurum & deinceps, & videte quia omnia vobis prospero exitu suam. Hoc autem vobis eueniet quia templum meum ædificare cepistis iuxta quem sensum breuiter possumus dicere frustra aliquos munera offerre deo, & elemosinis atque oblationibus putare deum posse placari: cum ipsi in se non extiterint templum spiritui sancto. Hiero. ibidem.  
4. Supra.  
5. In horreo.

Hebr. 12. g

2. q. 1. c. Sic populus.

† Exod. 9. e 20. c.

*[g. De vtroque aduertu hęc pof-  
funt dici. Quia regnauit Chriftus  
cum venit, & regnabit cum ve-  
nerit. Si de fine mundi volueri-  
mus accipere dicimus deſtinen-  
dum omnem principatum, & om-  
nium poteſtatem & virtutem,  
ve fit Deus omnia in omnibus,  
quia myſtici eſt quod dicitur,  
& ad finem rerum pertinet. Glo-  
ſa ordinaria ibidem.]*

*7. Vnuſquiſque.*

Loquere ad Zorobabel ducem Iuda, dicens: Ego mouebo cœlum pariter & terram, & ſubuertam folium regnorum, & conteram fortitudinem regni gentium. Et ſubuertam quadrigam & aſcenſorem eius, & deſcendent equi & aſcenſores eorum, <sup>7</sup> vir] in gladio fratris ſui. † In die illo dicit dominus exercituum, aſſumam te Zorobabel fili Salathiel ſerue meus, dicit dominus, & ponam te quaſi ſignaculum, quia te elegi, dicit dominus exercituum.

† Ecclē. 49. c.

### INCIPIT PROLOGVS IN ZACHARIAM Prophetam.

**A**nno ſecundo Darij regis Medorum Haggæum & Zachariam prophetæſſe, lectio-  
nes eorum declarant. Sed hac de cauſa Haggæus Zachariæ in ordine Prophetarum  
prælatuſ videtur, quod eum duobus menſibus (vt prædictæ lectioes oſtendunt) in  
prophetia præceſſiſſe inuenitur. Ad reſtaurationem etiam templi præcepto domini po-  
pulum animaffe, vt Eſdras refert, dicens: in ſecundo anno Darij regis Perſarum prophetauerunt  
Haggæus & Zacharias filius Addo Prophetæ ſuper Iudæos, qui erant in Iudæa & in Ieruſalem ſu-  
per Iſrael in nomine dei ſuper eos. Tunc ſurrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Ieſus filius Iofe-  
dech, & principes eius, inchoauerunt ædificare domum dei, quæ eſt in Ieruſalem. Quibus cum <sup>1</sup> au-  
diſſent] Prophetæ, exhortatione ſua adiuuerunt eos, nam & populum Iſrael ab imitatione paterno-  
rum delictorum per ſuam commonitionem idem Prophetæ cupiens reuocare verbis lectioe compre-  
henſiſ uſus eſt. Vidi nocte, & ecce vir aſcenderat ſuper equum rubeum, &c. Vidit propheta virum e-  
quo rubeo ſedentem, & ſtantem in medio myrreti umbroſi. Cuius viſionis hæc ſolutio eſt ſecundum  
Hebræorum traditionem: Vir aſcendens ſuper equum rubeum, licet angelus intelligatur, tamen quia  
prædicti coloris equum conſcendere viſus eſt, vindictam ſanguinis in eam gentem ſignificat proferen-  
dam, quæ populum Iſrael in captiuitatem redegerat. Nam & Iſaias Prophetæ per ruborem veſti-  
mentorum inter gentes, vindictam cum ſanguine à deo proferendam demonſtrans, iis verbis uſus  
eſt, dicens: Quis eſt iſte qui venit de Edom tinctiſ veſtibus de Boſra? Stantem vero in medio myrreti  
umbroſi, quod dixit, lætitiæ populi aſſuturam, per myrreti ſignificationem voluit ſignificare vel de-  
ſignare. Eius ligni Moſes in libro Leuitico cum faceret mentionem, ait: Accipietis die primo fructus  
ligni ſpecioſi, vt lætitiæ populi per bene olentiſ ligni & ſpecioſi umbraculum, demonſtraret. Sed hæc  
viſionem quæ liberationem populi, & vindictam de aduerſariis futuram demonſtrat, ob hoc nocte  
Propheta ſe viſiſſe memorauit, quia populum Iſrael in prima liberatione de terra Aegypti, nocte diſ-  
ceſſiſſe conſtabat. Cuius exempli quia præſens populus aliquam partem in ſe retinere videbatur, libe-  
ratio eiſdem ac redituſ captiuitatiſ de terra Chaldæorum per noctem Prophetæ eſt reuelata.

s. Adheſſe.

### VITA ZACHARIÆ.

**Z**acharias Prophetæ natus è Barachia à terra Chaldæorum ſoluit, & inter proficiſcendum  
per multa populo vaticinatus eſt, demonſtrationiſ cauſa, ſine ad oſtentationem. Plurima  
quoque deſignauit miracula. Hic eſt qui in os annuntiauit Iofedech: Naſcetur ex te filius,  
qui ſacriſ initiatus Ieruoſolymis ſacrificabit domino. Hic etiam benedixit Salathiel in fi-  
lio, dicens: Procreabit filium, & indet illi nomen Zorobabel, &c. Deceſſit in vltima ſenectute in Iu-  
dæa, proximè cum Haggæo prophetæ inhumatus eſt. Epiphanius de vita Prophetarum.

Incipit



Incipit Zachariæ Prophetia.

Hortatur propheta a populum ad respicientiam, ne patres suos prophetas persequentes imitentur, pro quibus promittitur Saluator, & in populos animadverso.

Cap. I,

Anni ante Christi 520. Anni mundi 3442.

† Malach. 3. a

† Isa. 27. c. 31. c. 45. d. Jer. 1. e. Ezech. 18. g. 20. a. 31. c. † Hosee. 14. a. Joel. 2. e

† Inf. 8. a

† Inf. 2. a. 5. 6. a.

† Inf. 5. a



IN mēse octauo, in anno secundo Darij regis, factum est verbum domini ad Zachariam filiū Barachia filij Addo Prophetam, dicens: Iratus est dominus super patres vestros iracundia. Et dices ad eos: Hæc dicit dominus exercituum: Convertimini ad me, ait dominus exercituum. Et conuertar ad vos, dicit dominus exercituum, ne sitis sicut patres vestri, ad quos clamabant Prophetæ priores, dicentes: hæc dicit dominus exercituum, Convertimini de viis vestris malis, & de cogitationibus vestris pessimis, & non audierunt neque attenderunt ad me, dicit dominus. Patres vestri ubi sunt & Prophetæ: Nunquid in sempiternum viuunt? Veruntamen verba mea & legitima mea quæ mandauī seruis meis Prophetis, nunquid non comprehenderunt patres vestros? Et conuersi sunt, & dixerunt: Sicut cogitauit dominus exercituum facere nobis secundum vias nostras, & secundum adinventiones nostras fecit nobis. In die vicesima & quarta vndecimi mensis Sabbath, in anno secundo Darij, factum est verbum domini ad Zachariam filium Barachia filij Addo Prophetam, dicens: Vidi per noctem, & ecce vir ascendens super equum rufum, & ipse stabat inter myrteta quæ erant in profundo, & post eum equi rufi, varij & albi. Et dixi: Qui sunt isti, domine mi? Et dixit ad me angelus domini qui loquebatur in me: Ego ostendam tibi quid sint hæc. Et respondit vir qui stabat inter myrteta, & dixit: Isti sunt quos misit dominus, vt perambulent terram. Et responderunt angelo domini qui stabat inter myrteta, & dixerunt: Perambulauimus terram, & ecce omnis terra habitatur, & quiescit. Et respondit angelus domini, & dixit: Domine exercituum, vsquequo tu non miseraberis Ierusalem, & urbium Iuda, quibus iratus es? Iste iam septuagesimus annus est. Et respondit dominus angelo qui loquebatur in me verba bona, verba consolatoria, Et dixit ad me angelus qui loquebatur in me: Clama, dicēs: Hæc dicit dominus exercituum: zelatus sum Ierusalem & Sion zelo magno. Et ira magna ego irascor super gentes opulentas, quia ego iratus sum parum, ipsi verò adiurauerunt in malum. Propterea hæc dicit dominus. Reuertar ad Ierusalem in misericordiis, & domus mea ædificabitur in ea, ait dominus exercituum, & perpendicularum extendetur super Ierusalem. Adhuc clama, dicens: Hæc dicit dominus exercituum. Adhuc affluent ciuitates meæ bonis, & consolabitur adhuc dominus Sion, & eliget adhuc Ierusalem. Et leuaui oculos meos, & vidi, & ecce quatuor cornua. Et dixi ad angelum qui loquebatur in me: Quid sunt hæc? Et dixit ad me: Hæc sunt cornua, quæ ventilauerunt Iudam & Israel & Ierusalem. Et ostendit mihi dominus quatuor fabros. Et dixi: Quid isti veniūt facere? qui ait, dicens: Hæc sunt cornua quæ ventilauerunt Iudam & per singulos viros, & nemo illorum leuaui caput suum. Et venerunt isti deterere ea vt deiciant cornua gentium quæ leuauerūt cornua super terram Iuda, vt dispergerent eam.

Instruatio Ierusalem, & inhabitatio eius promittitur dispersis propter Saluatoris aduentum, & gentium in ecclesiam ingressum.

II.



LEuaui oculos meos & vidi, & ecce vir, & in manu eius funiculus mensuræ. Et dixi: Quid tu vadis? Et dixit ad me: Vt metiar Ierusalem & videam quanta sit latitudo eius, & quanta longitudo eius. Et ecce angelus qui loquebatur in me, egrediebatur, & alius angelus egrediebatur in occursum eius, & dixit ad eum: Curre, loquere ad puerum istum, dicens: Absque

Gg iiii

a. Qui missus est ad Ieroboam in Bethel, sub quo altare dirutum est, & man' regis aruit, tunc sumique ad preces illius restituta est. Hiero. ibid. quod difficile mihi videtur, cum à tempore Ieroboam ad hunc Zachariam, sunt plus minus 444. anni. b. Sed quia conuersi ad eum sine ipso non possunt, ideo quotidie eum propheta clamamus. Conuerte nos deus salutaris no. Hier. Greg. in 7. P. sal. panis. P. sal. 142. 1. Studij, vel operibus. c. Patres vestri idololatæ & pseudopropheta quibus ceciderunt, cum eos cõfiterentur in malo, ubi sunt nescio q. d. in quanta miseria sunt Iere. i. Prophetæ prophetabant mendacium, & sacerdotes applaudebant manib' suis, & populus meus dilexit talia. Nunquid viuunt vita æternæ usq. d. non, quoniam in xerem mortentur, ita quod nunquam permouentur. Albert. ibid. 2. Deere. d. Sequentes ordinem literæ v. rum qui ascendit super equum rufum & ceteros qui sequuntur quatuor regna interpretantur. Primum & secundum sanguinarium Assyrios & Chaldæos, quorum primi contritus sub Salmanasar duxere captiuos. Secundi, Iudam & Beniamin in cæsa Ierusalem & templo subuerso. Tertios & quatuor varios & albos, Medos & Persas. Glo. 4. ordina. ibidem. e. Ostendit quod angelus qui ad ipsum verba faceret, per corporam speciem extra non esset. Greg. Moral. li. 28. c. 6. f. Angelus etiam apud Zachariam à deo quebat, dicens: Domine exercituum vsquequo, & c. Et expediebat quousque verba consolatoria audiret. Hi omnes sunt serui & creatura meditatione indigentes verbi, rogabant consilium patris ab eo discere vsquequo cum ipse seruum patris & voluit subfiliis, doceri non querit. Cyril. contra hæres. lib. 5. ca. 3. 3. Fuit ista iam septuaginta annis. 4. Quoniam. 5. His bonis post festissima persecutionis incendia, quæ & ge. tibus & ab hæreticis Ariarianis ecclesie domini pertulerunt: pace reddita videmus domini ecclesias affluere, & consolariam Sion, & electam Ierusalem, quas dudum abiecerat. Hoc ipsum & de templo domini, & de vnoquoque credentium intelligere possumus. Hiero. ibid. 6. Bos. h. Cum autem quatuor dicit, non gentium quatuor, numerum exprimit, sed quatuor orbis partes designat: orientem, occidentem, medietatem, & septentrionem: quoniam hinc Assyrii & Baby. lonij, illinc Allophylj & Aegyptij, aliunde Idumæi & Moabitæ, & Ammonitæ inuasissent. Theodo. ibidem. 6. Bos. a. Mensura primis formale est, ad quod referret totum ædificium, & significat charitatem ex tribus complexam, vt diligamus ex toto corde dulciter, & ex tota mente sapienter, & ex totis viribus fortiter. Albert. ibidem. b. Dum angelus ad angelum dicitur egredere & loquere: non dubium est quin angelus angelum mittat. Minora vero sunt que mittuntur, maiora vero que mittuntur. Greg. in Euang. homil. 34.

1. Muris. [c. iuxta sicut Ierusalem Assy-  
rij & Babylonij qui Dei popu-  
li valauerunt, in terra, Aquilo-  
nis habitabant. Angelus qui lo-  
quebatur ad angelum prophetam  
tem in Zacharia, nunc loquitur  
ad illos qui habitabant in Ba-  
bylone, vt à quatuor ventis in  
quos fuerant toto orbe dispersi  
reuerterentur in Sion, & dicitur  
quod nunc habitas in Babylonis,  
reverte ad pristinam sedem.  
Glosa ordi. ibidem.]  
2. Salutare.  
d. Ad exprimentam teneritudi-  
nem pietatis sue, tueritiam  
partem humani corporis nomi-  
nauit, vt aperitissime intelligere  
m<sup>o</sup> eam cum pauca sanctorum  
sorum contumelia le. 11, quam  
parui verberis tactu humani vi-  
sus acies laederetur. Salua. lib. 8  
e. In Christi aduentu multz ge-  
res ad eum confugiunt, ex qui-  
bus dominus populum consti-  
tuit.  
f. In medio enim ecclesie deum  
habitare credimus, quem admo-  
dum ipse pollicitus est, cum di-  
xit Marth. vlt. Ecce ego yobifici  
sum omnibus diebus vsque ad  
consummationem seculi. Et vi-  
bi sunt duo aut tres congregati  
in nomine meo, in medio cordi-  
sum, & c. Eu. sub. de demonstra.  
lib. 5. cap. 26. lib. 6. 17.  
a. Locutus est de Iesu filio dei,  
vt ostenderet eum primo in hu-  
manitate & carne esse uerum.  
Hæc est enim uelut solida, vt  
pararet templum deo, & sicut ri-  
tio igni comburere, id est, ab  
hominibus euacuatam perfer-  
ret, & ad vltimum extinguere-  
tur. Laſantius lib. 4. cap. 14.  
b. Sordidis vestibus Iesus indu-  
tus erat, quia quædam alienis ab  
omni peccato esset, tamen in si-  
militudine carnis peccati uenit  
Greg. Moral. lib. 20. ca. 20.  
c. Corpus ex genere peccatorum  
accepit. Chyl. ex uariis in Mar-  
thæum locis. ho. 5.

1 muro ] habitabitur Ierusalem præ multitudine hominum & iumentorum in medio eius. Et ego ero ei, ait dominus, murus ignis in circuitu, & in gloria ero in medio eius. O. o. o. fugite de terra aquilonis, dicit dominus, quoniam in quatuor ventos cæli dispersi vos, dicit dominus. O Sion fuge ] quæ habitas apud filiam Babylonis, quia hæc dicit dominus exercituum: Post gloriam misit me ad gentes, quæ spoliauerunt vos. † Qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei: Quia ecce ego leo manum meam super eos, & eruet prædæ iis qui seruibant sibi, & cognoscetis quia dominus exercituum misit me. Lauda & lætare filia Sion, quia ecce ego venio & habitabo in medio tui, ait dominus. Et applicabuntur gentes multæ ad dominum in die illa, & erunt mihi in populum. Et habitabo in medio tui, & scies quia dominus exercituum misit me ad te. Et possidebit dominus Iudam & partem suam in terra sanctificata, & eliget Ierusalem. Sileat omnis caro à facie domini, quia confurrexit de habitaculo sancto suo.

† 2. que. 7. c.  
Accusatio.  
8. q. 2. c. Qui  
vos spernit.  
9. 6. dist. c. Si  
imperator.  
6. quæst. 1. c.  
Oues.

*Ignominia in Christum, & gloria sub typo Iesu sacerdotis super vxore alienigena ac-  
cusati, & vestium mutatione. IIII.*



† ostendit mihi dominus Iesum sacerdotem magnum stantem coram angelo domini, & Sathan stabat à dextris eius, vt aduersaretur ei. Et dixit dominus ad Sathan: Increpet dominus in te Sathan, & increpet dominus in te qui eligit Ierusalem. Nunquid non iste torris est erutus de igne? Et Iesus erat indutus vestibus sordidis, & stabat ante faciem angeli. Qui respondit, & ait ad eos qui stabant coram se, dicens: Auferte vestimenta sordida ab eo. Et dixit ad eum: Ecce abstuli à te iniquitatem tuam, & indui te mutatoriis. Et dixit: Ponite cydarim mundam super caput eius. Et posuerunt cydarim super caput eius mundam, & induerunt eum vestibus. Et angelus domini stabat, & contestabatur angelus domini Iesum, dicens: Hæc dicit dominus exercituum: Si in viis meis ambulaueris, & custodiam meam custodieris, tu quoque iudicabis domum meam, & custodies atria mea, & dabo tibi ambulantes de iis qui nunc hic assistunt: Audi Iesum sacerdos magne, tu & amici tui qui habitant coram te, quia viri portendentes sunt. Ecce enim ego adducam seruum meum orientem, quia ecce lapis quem dedi coram Iesu, super lapidem vnum septem oculi sunt. Et ecce ego cælabo ] sculpturam eius, ait dominus exercituum: & auferam iniquitatem terræ illius in die vna. In die illa dicit dominus exercituum, vocabit vir amicum suum subter vineam & subter ficum.

† 50. dist. ca.  
Iesus.  
De par. di. 3.  
c. Si enim.

1. Vias inter illas stantes.  
2. Portenti vel mirabiles.  
3. Germen.  
d. Hoc est, super Christum vni-  
uersitas scientiæ spiritalis inhabi-  
tatur. Cuius Apostolus Petrus  
meminit, dicens: Ad quem accen-  
dentes lapidem viuum, & ipsi cæ-  
quam lapides viuus superædifica-  
mini. Bed. Dominica 2. post Ep-  
iphia.  
4. Aperiam.  
a. Quædam suntque humana fra-  
gilitate relinquuntur imbecillita-  
ti, deia nobis & angelorum eius  
auxilium abire credendum est.  
Ergo & propheta supore mag-  
næ visionis attonitus tota me-  
te torpebat, & clarum veritatis  
lumen videre non poterat. Vnde à  
visione præcæta suscitatur  
ad aliam visionem, quasi de som-  
no euigilans, vt videat quod clau-  
sis oculis non videbat. Hieron.  
ibidem.  
g. I. encicula eius.  
h. Non incongruè candelabrum  
ad doctorem vel prælatum re-  
fertur. De quibus dicitur Luc.  
12. Et lucernæ ardentes in mani-  
bus vestris. Et tunc septem infu-  
soria septem sunt sacre scriptu-  
ræ Iudæa. Primum Literale, scilicet  
adveritatem 2. Allegoricum  
ad fidem 3. Topologicum, ad  
mores 4. Anagogicum ad spem,  
quæ est de eternis 5. Disputati-  
uum ad exteriores continenten-  
das. Tit. 1. Amplectentem eum  
qui secundum doctrinam est, fi-  
dem sermone, vt pærens sit  
in doctrina sua exhortari, & cõ-  
tradictores renuicere. 6. Exhor-  
tatorium, ad bonos vt proficiat.  
7. Inreputium, ad duros & ob-  
stinatos, ne nocent. 8. Timor.  
9. arguere, increpare, obsecra in om-  
ni patientia & doctrina. Alber-  
tus. ibidem.  
2. Lenticula.  
3. Imprecabantur illi gratiam &  
gratiam.

*Candelabrum aureum & duæ oliuæ Christum & ecclesiam præfigiunt. IIII.*



† reuersus est angelus qui loquebatur in me, & suscitauit me quasi virum qui suscitatur de somno suo. Et dixit ad me: Quid tu vides? Et dixi: Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius ] super caput ipsius. & septem lucernæ eius super illud, & septem infusoria lucernis quæ erant super caput eius, & duæ oliuæ super illud, vna à dextris lampadis, ] & vna à sinistris eius. Et respondi, & aio ad angelum qui loquebatur in me, dicens: Quid sunt hæc domine mi? Et respondit angelus qui loquebatur in me, & dixit ad me: Nunquid nescis quid sunt hæc? Et dixi: Non domine mi. Et respondit, & ait ad me, dicens: Hoc est verbum domini ad Zorobabel, dicens: Non in exercitu, nec in robore, sed in spiritu meo, dicit dominus exercituum. Quis tu mons magne coram Zorobabel in planum? Et educet lapidem primarium, & exæquabit gratiam gratiæ eius. ] Et factum est verbum domini ad me, dicens: Manus Zorobabel fundauerunt domum istam, & manus eius perficient eam, & scietis quia dominus exercituum misit me ad vos. Quis enim despexit dies paruos? Et lætabuntur, & videbunt lapidem stanneum in

† Luc. 16

Infra. 9

in manu Zorobabel. <sup>c</sup>Septem sunt oculi domini, qui discurrunt in vniuersam terram. <sup>d</sup>Et respondi, & dixi ad eum: Quid sunt duæ oliuæ istæ ad dexteram candelabri & ad sinistram eius? Et respondi secundo, & dixi ad eum: Quid sunt duæ spiciæ oliuarum quæ sunt iuxta duo <sup>4</sup>rostra aurea, in quibus sunt suffusoria ex auro? ] Et ait ad me dicens: Nunquid nescis quid sunt hæc? Et dixi: Non domine mi. Et dixit: Isti sunt duo filij olei qui assistunt dominatori vniuersæ terræ.

Sup. eodem.

*Liber volans & mulier amphoræ insidens populum in captiuitatem ducendum significat.*

† Sup. 2. d & 2. a infra. 6. a

**A** T conuersus sum, <sup>†</sup> & leuau i oculos meos & vidi, & ecce volumen volans. Et dixit ad me: quid tu vides? Et dixi: <sup>a</sup> Ecce ego video volumen volans, longitudo eius viginti cubitorum, & latitudo eius decem cubitorum. Et dixit ad me: <sup>b</sup> Hæc est maledictio quæ egredietur super faciem omnis terræ: quia omnis fur, sicut ibi scriptum est, iudicabitur, & omnis iurans ex hoc similiter iudicabitur. <sup>c</sup> Educam illud dicit dominus exercituum, & veniet ad domum furis, & ad domum iurantis in nomine meo mendaciter, & commorabitur in medio domus eius, & cõsumet eam, & ligna eius & lapides eius. <sup>d</sup> Et egressus est angelus qui loquebatur in me, & dixit ad me: Leua oculos tuos & vide. Quid est hoc quod egreditur? Et dixi: Quid nã est? Et ait: <sup>e</sup> Hæc est amphora ] egrediens. Et dixit: Hæc est oculus eorum in vniuersa terra. Et ecce talentum plumbi portabatur, <sup>d</sup> & ecce mulier vna sedens in medio amphoræ. Et dixit: Hæc est impietas. Et proiecit eam in medio amphoræ, & misit massam plumbeam in os eius. <sup>d</sup> <sup>e</sup> Et leuau i oculos meos & vidi, & ecce duæ mulieres egredientes, & spiritus in alis earum. Et habebant alas quasi alas milui, & leuauerunt amphoram inter terram & cœlum. Et dixi ad angelum qui loquebatur in me: Quod istæ deferunt amphoram? Et dixit ad me: Vt ædificetur ei domus in terra Sennaar, & stabiliatur & ponatur ibi super basem suam.

Sup. eod.

*Quatuor quadrigæ quatuor regnorum successiones indicant sub typo regni Christi & sacerdotij eius.*

† Sup. 1. d & 2. a.

**A** T conuersus sum, <sup>†</sup> & leuau i oculos meos & vidi: & ecce <sup>a</sup> quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium, & montes, mōtes arrei. In quadriga prima equi rufi, in quadriga secunda equi nigri, in quadriga tertia equi albi, & in quadriga quarta equi varij & fortes. Et respondi, & dixi ad angelum qui loquebatur in me: Quid sunt hæc domine mi? Et respondit angelus, & ait ad me: Isti sunt quatuor venti cœli, qui egrediuntur vt stent coram dominatore omnis terræ. <sup>b</sup> <sup>b</sup> In qua erant equi nigri, egrediebantur in terram aquilonis, & albi egressi sunt post eos, & varij egressi sunt ad terram austri. Qui autem erant robustissimi, exierunt & querebant ire & discurrere per omnem terram. Et dixit: Ite, & perambulate terram, & perambulauerunt terram. Et vocauit me, & locutus est ad me, dicens: Ecce qui egrediuntur in terram aquilonis, requiescere fecerunt spiritum meum in terra aquilonis. <sup>c</sup> <sup>c</sup> Et factum est verbum domini ad me, dicens: Sume à transmigratiõne ab Holdai & à Thobia & ab Idaia, & venies tu in die illa, & intrabis domum Iosia filij Sophoniae, qui venerunt de Babylone, & sumes aurum & argentum, & facies coronas, & pones in capite Iesu filij Iosedech sacerdotis magni, & loqueris ad eum, dicens: Hæc ait dominus exercituum, dicens: <sup>†</sup> Ecce vir, <sup>†</sup> oriens ] nomen eius. Et subter eum <sup>2</sup> orietur, ] & ædificabit templum domino, & ipse extruet templum domino. <sup>d</sup> Et ipse portabit gloriam: & sedebit, & dominabitur super folio suo. Et erit sacerdos super folio suo, & consilium pacis erit inter illos duos. Et coronæ erunt Helem & Thobia & Idaia & Heu filio Sophoniae: memoriale in templo domini. Et qui procul sunt, venient & ædificabunt in templo domini. <sup>d</sup> Et scietis quia dominus exercituum misit me ad vos, erit autem hoc, si auditu audieritis vocem domini dei vestri.

† Luc. 1. g 11. di. c. Ecce siasticarum.

[c. Id est, vniuersitas Angelorum designata per septenarium, eodem loquendi quo dicit Raphael Angelus Tobia 12. Ego sum vnus ex septem, qui stans ante dominum. Omnes enim angeli assistunt coram deo, in quantum faciem eius clarè vident, & ideo mittuntur in vniuersum seculum quod dicitur Hebr. Omnes ad ministratorij spiritus sunt, & in quantum voluntatem eius exequuntur. De Luca ibid.]  
4. Canalia aurea, quæ effundit à se aurum.

a. Volumen volans sacra scriptura est, quæ cum de cœlestibus coeque, ad superiora leuat in cœtionem. Grego. Moral. li. 1. c. 6.  
b. Hæc maledictio in prophetia peccata Iudæorum simul cum Iudæis expelletur de terra. Imitationis ad diuersas mundi prouincias, in quibus captiui abducti sunt Iudæi. Dionys. ibidem.  
c. Angelus qui loquebatur in prophetia est egressus de eo, & quasi cominus loquens precipitur vt leuatis oculis videat peccata plurimum mensuram coaceruatam. Perfecta & impleta delicta cunctorum hæc amphora est oculus, i. ostensio peccatorum. Glo. ord. ibid. j  
d. Ephraim, vel ephraim, id est, medius & infra.  
e. Parua est omnis iniquitas & malitia in comparatione idololatriæ & hereticæ prauitatis, quia in his non per fragilitatē carnis peccatur, sed per superbiam mētis. Omne enim quod in eis agitur, in cõtemptum dei fit, & ideo impietas dicitur, quæ alio nomine negationē dei possumus appellare: quæ incorecta non habet veniam, sed penam sempiternam. Ideo in Zacharia propheta mulier sedens in medio amphoræ, hæc plūbea proiecit in os eius, & defecit in Babylone: quia impietas quæ sedebat super peccata Israel, & in suo scelere gloriabatur, postea mittitur in medium Babylonis, & captiuitatis malo premittitur, vt obduratum os habeat & ultra se iactare non possit. Rab. in 25. cap. Ecclii.  
a. Quatuor mundi regna significantes, & de quatuor mundi partibus egredientes. Ab aquilone enim egressus est regnum Chaldeorum, à meridie regnum Græcorum, ab oriente regnum Medorum, ab occidente regnum Romanorum. Albertus ibid.  
b. Vult 4. quadrigas, in quarum prima equi rufi erant, cruci & sanguinarij, & babylonica crudelitate terribiles. In quadriga secunda erant equi nigri, regnum Medorum atque Persarum. In quadriga tertia equi albi, Macedones, sub quorum rege Antiocho Machabæorum historiam legimus. In quadriga quarta equi varij fortes, regnum Romanorum. Hierony. ibid.  
c. Sanctam ecclesiam ipsa virtus suo dogmate temper irrigat & inebriat, vt fructus patris spiritualis quotidie profert, in doctrina videlicet catholica, & sacris virtutibus, & merito, quia illuminata à vera luce, quæ illuminat omnē hominem venientem in hunc mundum, à sole iustitiæ ipsæque oriente, de quo scriptum est: Visitauit nos oriente ex alto: & alibi, Ecce vir orientis nomen eius, Raban. in 24. cap. Ecclii.  
1. Germani.  
2. Germaniabit.  
d. Quod si is dominus qui mittit, est omnipotens dominus, & si qui dicit semisum, est icidē, duo igitur sunt. Euseb. de demonstr. lib. 5. cap. 25.

~~... dispersentur autem Iudæi propter contemptum diuinorum mandatorum: quorum dominus miseretur si panixerint VII.~~

a. In anno 4. ex quo cepit regnare Darius filius Hystaspis, qui factus fuit clemens Iudæis, & quarta die mensis noni, qui est Castellus, apud nos autem Nouembrius si à Marcio annum accipiant: fin vero ab Aprili, nostro tempore decembris. Albertus ibid.  
[b. Quia in omni bono negotio præmittenda est oratio, ut dicitur de sacerdotibus, qui debent respondere de lege, & de aliis diebus. De Lyra.]  
c. Abstinet à cibis.  
d. Non deo sed sibi quisque ieiunat, si ea quæ venturi ad tempus subtrahit, nec egenis tribuit: sed venturi offerenda custodit. Greg. Pastoral. 3. part. admonit. 20.



Factum est in anno quarto Darij Regis, factum est verbum domini ad Zachariam in quarta mensis noni qui est Castellus. Et miserunt ad domum dei Serafar & Rogo melech, & viri qui erant cum eis, ad deprecandum faciem domini, ut dicerent sacerdotibus domus domini exercituum & prophetis, loquentes. Nunquid stendum est mihi in quinto mense, vel sanctificare me debeo sicut feci iam multis annis? Et factum est verbum domini exercituum ad me, dicens: Loquere ad omnem populum terræ, & ad sacerdotes, dicens. Cum ieiunaretis & plangeretis in quinto & septimo per hos septuaginta annos, nunquid ieiunium ieiunastis mihi: Et cum comedistis & bibistis: nunquid non vobis comedistis & vobismetipsis bibistis? Nunquid non hæc sunt verba quæ locutus est dominus in manu prophetarum priorum cum adhuc Ierusalem habitaretur, & esset opulenta, ipsa & vrbes in circuitu eius, & ad austrum & in campesribus habitaretur? Et factum est verbum domini ad Zachariam, dicens: Hæc ait dominus exercituum, dicens: Iudicium verum iudicate, & misericordiam & miserationes facite vnusquisque cum fratre suo. Et viduam & pupillum, & aduenam, & pauperem, nolite calumniari, & malum viri fratri suo non cogitet in corde suo, & noluerunt attendere, & auerterunt scapulam recedentes, & aures suas aggrauauerunt ne audirent, & cor suum posuerunt ut ad amantem ne audirent legem, & verba quæ misit dominus exercituum in spiritu suo sancto per manum Prophetarum priorum. Et facta est indignatio magna à domino exercituum. Et factum est, sicut locutus sum, & non audierunt, sic clamabunt & non exaudiam, dicit dominus exercituum. Et dispersi eos per omnia regna quæ nesciunt, & terra desolata est ab eis, in eo quod non esset transiens & reuertens, & posuerunt terram desiderabilem in desertum.

- 2. Quæta.
- 3. Pars meridiana, & campestris habitarentur.
- d. Vestris, inquit, patribus dixi, in iudicando æquam & iustam sententiam ferent, proximi misericordia commouerentur, subuenientes graui viduitatis pœnitentiæ & parentibus orbatos ne potentia opprimerent, ne ex infirmitate pauperum opportunitates rei augenda ducerent. Præterea in iustitiam memoriam deleteret, & noluerunt lacessiti iniuria. Equidem ergo dixi, illi verò nihil audire voluerunt, sed ad plagas quas accipiunt, inducunt Theodo. ibid.
- 4. vnusquisque.
- 5. Rebellem.
- 6. In omnes gentes quas non uerunt.
- 7. Post eos.

*Exilij Iudaici miseratus dominus populum reuocat in Ierusalem, multa promittens si præcepta sua illa seruauerint, cum quibus gentes ad Christum tandem conuenient. VIII.*

a. Populum Israel qui hic nomine Sion designatur, desponsauit sibi deus, & quasi in conjugem sibi assumpti, dum ei in deserto legem tradidit: ne de cetero mente fornicaretur cum idolis gentium. Vnde Ierem. 2. Recordatus sum tui miserans adolescentiam tuam, & charitatem desponsationis, quando secutus es me in deserto. Hieron. ibid.  
b. Hoc autem fieri quando scituræ & profunda pax urbium est, ut gaudium ciuitatum, iustitiam & thronis, ætas lætitiæ concelebret. Quod si reserimus ad ecclesiam, de qua dicitur: Gloriosa dicta sicut de ciuitate dei. Quis poterit ambigere plateas ecclesie esse virtutes, in quibus sapientia agit fiducialiter, & in murorum ciuitatibus prædicatur. Vnde & ad dominum psalmista clamat psal. 118. Latum datum tuum nimis. Hieron. ibidem.  
c. Cum Haggai & Zachariæ exhortati fuissent populum ad edificandum, nunc iam secundum admonitionem eorum extructo templo hortantur, nunc ierem & dices & populum ut experti veritate in his quæ prius audierant, nunc etiam accomodent fidem his quæ modo promittuntur: timentes impetum Medorum, nec insidias nationum per circuitum impedire uolentium, sed confortetur per os prophetarum ex die quo iam facta sunt fundamenta templi usque ad diem quo superedificatum est templum. Glor. ordi. 7



Factum est verbum domini exercituum, dicens: Hæc dicit dominus exercituum: Zelatus sum Sion zelo magno, & indignatione magna zelatus sum eam. Hæc dicit dominus exercituum: Reuersus sum ad Sion, & habitabo in medio Ierusalem. Et uocabitur Ierusalem ciuitas veritatis, & mons domini exercituum, mons sanctificatus. Hæc dicit dominus exercituum: Adhuc habitabunt senes & anus in plateis Ierusalem, & viri baculus in manus eius præ multitudine dierum. Et plateæ ciuitatis complebuntur infantibus, & puellis ludentibus in plateis eius. Hæc dicit dominus exercituum: Si videbitur difficile in oculis reliquiarum populi huius in diebus illis, nunquid in oculis meis difficile erit, dicit dominus exercituum? Hæc dicit dominus exercituum: Ecce ego saluabo populum meum de terra orientis, & de terra occisus solis, & adducam eos, & habitabunt in medio Ierusalem, & erunt mihi in populum, & ego ero eis in deum in ueritate & in iustitia. Hæc dicit dominus exercituum. Confortentur manus uestræ qui auditis in his diebus sermones istos per os Prophetarum, in die qua fundata est domus domini exercituum ut templum edificaretur. Si quidem ante dies illos merces hominum non erat, nec merces iumentorum erat, neque introeunti & exeunti erat pax præ tribulatione, & dimissi omnes homines unumquemque contra proximum suum. Nunc autem non iuxta dies priores ego faciam relictis populi huius, dicit dominus exercituum, sed semen pacis erit. Vineam dabit fructum suum, & terra dabit germen suum. Et cæli dabunt rorem suum, & possidere faciam reliquias populi huius uniuersa hæc. Et erit, sicut eratis maledictio in gentibus domus Iuda & domus Israel, sic saluabo vos, & eritis benedictio. Nolite timere, Confort-

Anni ante Christum, 518. Anni mundi 3444.

† Isa. 58. a

† Leuit. 19. e

† Exod. 12. d. f. a. f. 1. e. 6. g

† Sup. a. e

B

C

for-

fortentur manus vestrae, quia hec dicit dominus exercituum: Sicut cogitavi ut affligerem vos cum ad iracundiam prouocassent patres vestri me, dicit dominus, & non sum misertus, sic conuersus cogitavi in diebus istis ut benefaciam dominui Iuda & Ierusalem. Nolite timere. Hec sunt ergo verba quae facietis. † Loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo: Veritatem & iudicium pacis iudicate in portis vestris, & vnusquisque malum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris, † & iuramentum mendax ne diligatis. Omnia enim haec sunt quae odi, dicit dominus. † Et factum est verbum domini exercituum ad me, dicens: Hec dicit dominus exercituum: † Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi, erit domui Iudae in gaudium & laetitiam, & in solonitates preclaras. Veritatem tantum & pacem diligite. Hec dicit dominus exercituum: † Vsquequo veniant populi & habitent in ciuitatibus multis, & vadant habitatores vnus ad alterum, ] dicentes: Eamus & deprecemur faciem domini, & quaeramus dominum exercituum. † Vadam etiam ego. Et venient populi multi & gentes robuste ad querendum dominum exercituum in Ierusalem, & deprecandam faciem domini. Hec dicit dominus exercituum: In diebus illis in quibus apprehendentur decem homines ex omnibus linguis gentium, & apprehendent simbriam viri Iudaei, dicentes: ibimus vobiscum. Audiuimus enim quoniam deus vobiscum est.

† Ephem. 4. f

† 22. q. 4. cap. Actione.

† 76. diff. ca. Ieiunium.

*Humilis Christi aduentus super asinam gentes ad se conuertet, & in ecclesiam introducet, multa patietur, ac inferno spoliato resurget.* I X.

**A** Nus verbi domini in terra Hadrac & Damasci requiei eius, quia ' dominus est oculus hominis ] & omnium tribuum Israel. Emath quoque in terminis eius, & Tyrus & Sidon. <sup>a</sup> Assumpserunt quippe sibi sapientiam ] valde. Et aedificauit Tyrus munitionem suam, & coaceruauit argentum quasi humum, ] & aurum vt lutum platearum. Et ecce dominus possidebit eam, & percutiet in mari fortitudinem eius, & hec igni deuorabitur. Videbit Afcalon & timebit, <sup>b</sup> & Gaza & dolebit nimis, & accaron, quoniam confusa est spes eius. <sup>c</sup> Et peribit Rex de Gaza, & Afcalon non habitabitur. <sup>d</sup> Et sedebit † separator ] in Azoto, & disperdam superbiam Philistinorum. Et auferam sanguinem eius de ore eius, & abominationes eius de medio dentium eius. Et relinquetur etiam ipse deo nostro, & erit quasi dux in Iuda, & Accaron quasi Iebusaeus. Et <sup>e</sup> circundabo domum meam ex iis qui militant mihi euntes & reuertentes, ] & non transibit super eos vltra exactor, quia nunc vidi in oculis meis. <sup>f</sup> Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem. † Ecce rex tuus veniet tibi iustus & Saluator, <sup>g</sup> ipse pauper, & ascendens super asinam, & super pullum filium asinae. <sup>h</sup> Et disperdam quadrigam ex Ephraim, & equum de Ierusalem, & dissipabitur arcus belli. Et loquetur pacem gentibus, & potestas eius a mari vsque ad mare, & a fluminibus vsque ad fines terrae. <sup>i</sup> Tu quoque in sanguine testamenti tui <sup>j</sup> emisisti victos tuos de lacu, in quo non est aqua. Conuertimini ad munitionem victi spei. Hodie quoque annuntians duplicia reddam tibi, quoniam extendi mihi Iudam quasi arcum, impleui terram Ephraim. Et suscitabo filios tuos Sion super filios tuos Graecia, & ponam te quasi gladium fortium. Et dominus deus super eos videbitur, & exibit vt fulgur iaculum eius. <sup>k</sup> Et dominus deus in tuba canet, & vadet in turbine austri. Dominus exercituum proteget eos & deuorabunt, <sup>l</sup> & subiicient lapidibus funde. Et bibentes <sup>m</sup> inebriabuntur quasi a vino, ] & replebuntur vt phialae, & quasi cornua altaris. Et saluabit eos dominus deus eorum in die illa vt gregem populi sui, quia lapides sancti eleuabuntur super terram eius. <sup>n</sup> Quid enim bonum eius est, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum & vinum germinans virgines?

† Matr. 21. a. Ica. 6. d

[d. Iratus dominus 12. tribubus tradidit eas captiuitati: conuersus autem ad misericordiam, iudicio Israel in captiuitate bene facit Ierusalem, & domui Iuda. Glosa ad Iudae.]  
 e. Hoc est idcirco tribuum populo a Chaldae reuerso. Loquitur enim deus affectu & more humano, vt melius capiat: quanta imperturbabili atque inuariabili deo nulla prouocatio sit ad iram, neque conuersio mutatione ponens in ipso. Qualliter vero illa illi conueniant dicit Ieremias, ca. 29. c. Ego enim scio cogitationes quas cogito super vos, ait dominus, cogitationes pacis & non afflictionis: vt deum vobis finem & patientiam. Diony. ibid.  
 f. Adhuc cur, & venient populi, & habitatores ciuitatum multarum, & ibunt habitatores vnus ad alteram.  
 g. Hinc est.  
 h. Quia deus in humana natura assumpta venit in Ierusalem, ubi oblatas fuit in templo, vbi frequenter orauit & praedicauit populum exhortando. De Lyra ibidem.]  
 i. Qui bene videtur quinque geminis sensibus. Quinque enim sunt sensus exteriores, visus, auditus, olfactus, gustus, & tactus: & quinque interiores: sensus communis, imaginatio, phantasia, estimatiua, & memoria. Qui ergo sensibus exterioribus nihil illicitum haurit, & sensibus interioribus nihil illicitum cordi representat, bene videtur sensibus, & est decem homines. Albertus ibidem.]

*Incitatur populus veritatis doctrinam a domino petere, huic dominus se promittit domum Iuda, & domum Israel visitaturum.* X.

a. Praedicat has vrbes quondam impie viuentes, Hadrach, Damascum & Emath ex priore errore expiatis, sacra deo facturas esse. Omnes enim respiciens homines, no solas tribus Israel percutiet. Hadrach autē vrbis est Arabia, Emath nunc Epiphaniam appellatam sacra scriptura vocat magnam Emath, alias Anthiochiam & Syria para. Theodoritus ibidem.  
 b. Ad dominum oculus hominis est.  
 c. Quia sapiens fuit.  
 d. Puluerem.  
 e. Et dicitur hic separator Alexander, qui bona terrae separauit & diuisit suis bellatoribus. De Lyra ibid.  
 f. Alienigena.  
 g. Ero lancea domui meae aduentus exercitum transuentem & reuertentem.  
 h. Hoc impletum est quando exierunt obuiam Christo cum ramis palmarum, clamando: Benedictus qui venit in nomine domini. Q. Hanna in excelsis Sion & Ierusalem eadē ciuitas, quia Sion arx est in Ierusalem. Glosa ordinaria ibidem.]  
 i. Humilis & sedens super asinam, & super pullum filium vnus asinatum.  
 j. Sedebat angelus in resurrectione domini super reuolutū lapidē quo ostium monumenti claudebatur, vt claustra inferorum sua Christum viuere deiecit: ac superasle doceret: quatenus omnes quos ibi suos inuenerat, ad paradisi locū requiem que subleuaret, iuxta illud prophetae: Tu quoque in sanguine testamenti, &c. Hec dicit homi. r. de tempore actuali.  
 k. Emisit victos tuos.  
 l. Persecutiones eis praedicat, & passionem venturas, in martyriū vtique & in salutē: Vt Zach. 9. d. Dominus omnipotens proteget eos, &c. Textul. aduer. Martionem lib. 4.  
 m. Tumultuabunt quasi vinum, quia enim est bonitas eius, & quata pulchritudo eius? Frumentum iuuenes, & vinum virgines fructificare faciet.



1. Quia iam extremum tempus est prophetarum, & mundus declinat ad finem, & omnia quæ prædicta sunt, sui terminum præstolantur: petite à domino ut det vobis pluuiam serotinam: Christus qui promissus est, veniat & tribuat vobis rores & niues. Dominus ergo qui facturus est niues, & siccitatem omnis terræ, euangelica prædicationis irrigaturus est pluuiis: ipse dabit niues credentibus, & veritate omnia complebitur: ut postquam in Christo crediderint nationes intelligant vana esse quæ colunt. Hierony. ibid.

2. Niues.

3. Somnia vana locuti sunt. b. Nonne sancti in primitiua ecclesia fortissimè contra hoc seculum nequam, contra diabolum & proprium corpus pugnarunt, cum dicit Apostolus: Non coronabitur nisi qui legitime certauerit. Et item: Si secundum hominem ad bestias pugnaui Ephesi. Fuit autem Christus etiam eis per gratiam singulari, qui dixit: Sine me nihil potestis facere. Dionys. ibid.

4. Reformatione facta, iterum reuocet spiritus domini dispersit & paltes oues. Denique Assue & sceptrum Aegypti, hoc est, omnis tyranus & ambitio in medio auferetur. Emissi de lacu in quo non erat aqua, omnes dei gratia memores erunt, mille cordes bonis insidiabant operibus. Loricatus ibid.

5. Non sufficiet.

6. In mare tribulatio.

**P**erite pluuiam à domino in tempore serotino, & dominus faciet niues] & pluuiam imbris, & dabit eis singulis herbam in agro, quia simulachra locuta sunt inutile, & diuini viderunt mendacium, & somniores locuti sunt frustra,] & vanè consolabantur. Idcirco adducti sunt quasi grex, affligetur quia non est pastor eis. Super pastores iratus est furor meus, & super hircos visitabo. Quia visitauit dominus exercituum gregem suum domum Iuda, & posuit eos quasi equum gloriæ suæ in bello. Ex ipso angulus, & ex ipso paxillus, ex ipso arcus prelij, & ex ipso egredietur omnis exactor simul. Et erunt quasi fortes, conculcantes lutum viarum in prelio. Et bellabunt, quia dominus cum eis, & confundentur ascensores equorum. Et confortabo domum Iuda, & domum Ioseph saluabo. Et conuertam eos, quia miserebor eorum, & erunt sicut fuerunt quando non proieceram eos. Ego enim dominus deus eorum, & exaudiam eos. Et erunt quasi fortes Ephraim, & lætabitur cor eorum quasi à vino, & filij eorum videbunt & lætabuntur & exultabit cor eorum in domino. Sibilabo eis & congregabo illos, quia redemi eos. Et multiplicabo eos sicut antè fuerant multiplicati, & seminabo eos in populis. Et de longe recordabuntur mei, & viuent cum filiis suis & reuertetur. Et reducam eos de terra Aegypti, & de Assyriis congregabo eos. Et ad terram Galaad & Libani adducam eos, & non inuenietur] eis locus. Et transiet in maris freto,] & percutiet in mari fluctus, & confundentur omnia profunda fluminis, & humiliabitur superbia Assur, & sceptrum Aegypti recedet: Confortabo eos in domino, & in nomine eius ambulabunt, dicit dominus.

*Planctus magnus super templi destructione per Romanos, nec parceret gregi cui pastores non parcerant: Christus autem gregem pascet, Antichristus dissipabit: XI.*

a. O Libanus, hoc est, templum Ierosolymitanum, exalatum ut Libanus & ex lignis Libani edificatum, aperies velis nolis portas tuas aduentibus Romanis, ut ipsi libere ingrediantur. Vicia enim ciuitate in templum ingressi sunt, & templum succiderunt. Albertus ibid.

b. Sicut altitudinem templi iuxta situm Iudææ terre altitudinis Libani comparauit: quia Libano in terra pmissionis nihil est excelsum, aut nemorosius, sic Iordani qui maximus est in Iudæa iuxta morantur leones, ferum iungit leonem propter ardorem sitis, vel ob deserti viciniam. Unde dicitur: Ascendit leo de Iordane, id est, Nabuchodonosor contra Ierusalem de sedibus suis tanquam leo de cubili suo Glo. ordi. ibid.]

1. Peccare non putabant.

2. Vel elegiam, & infra, id est, Mosaicam adorationem.

3. Dissipates, & infra, id est, quæ ad vniuersam gentem pertinet Iudæorum. Euseb.

4. Arbitror sic res ordines eorum significari, qui olim populo dei præerant, regum, pontificum, & prophetarum. Euseb.

5. Nauseam passa est.

6. Hoc est, Moysi adorationem.

7. Quod scilicet non nominarentur Iudæis quædam Iudæi ferirent fideliter mihi, & per talem modum loquendi dicitur Hoseæ 2. Et percutiam eis foder meum in die illa eum bestia agri, & cum voluere caeli, &c. scilicet quod non nocent populo meo. De Lyra ibid.]

8. Obleruant me.

9. Figulum, Heb. fornacis, Græc. & inica.

10. Hæc sunt sine cocleata sunt, quam Iudas abiit ad principes sacerdotum, ut Christum tradideret, & ipsi gauis promiserunt ei 30. argenteos. Euseb.

11. Ex illo enim illa gentis multitudo abiecta est procul ab illa dei terra, quæ prius illos conseruabat. Euseb.

12. Succisa.

13. Nouellum agnum.

14. Vt pastor inutili, qui dereliquit gregem.



**A**peri Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. Ulula abies, quia cecidit cedrus, quoniam magnifici vastati sunt. Ululate quercus Basan, quoniam succisus est saltus munitus. Vox ululatus pastorum, quia vastata est magnificentia eorum. Vox rugitus leonum, quoniam vastata est superbia Iordanis. Hæc dicit dominus deus meus: Pasce pecora occisionis, quæ qui possederant, occidebant, & non dolebant,] & vendebant ea, dicentes: Benedictus dominus, diuites facti sumus. Et pastores eorum non parcebant eis, & ego non parcam vltra super habitantes terram, dicit dominus. Ecce ego tradam homines, vnumquæque in manu proximi sui, & in manu Regis sui, & concident terram, & non eruam de manu eorum, & pascam pecus occisionis propter hoc o pauperes gregis. Et assumpsi mihi duas virgas, vnâ vocaui decorem,] & alteram vocaui funiculum,] & pasci gregem. Et succidi tres pastores in mense vno, & contracta est] anima mea in eis. Siquidem & anima eorum variauit in me. Et dixi: Non pascam vos. Quod moritur, moriatur: & quod succiditur, succidatur: & reliqui deuorent vnusquisque carnem proximi sui. Et tuli virgam meam quæ vocabatur decus, & abscidi eam, vt irritum facerem foedus meum quod percussi cum omnibus populis, & in irritum deductum est in die illa. Et cognouerunt sic pauperes gregis qui custodiunt mihi, quia verbum domini est. Et dixi ad eos: Si bonum est in oculis vestris, afferte mercedem meam: & si non, quiescite. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit dominus ad me: Proiice illud ad statuarium. Decorem pretium, quo appretiatum sum ab eis. Et tuli triginta argenteos, & proieci illos in domo domini ad statuarium. Et præcidi virgam meam secundam quæ appellabatur funiculus, vt dissoluerem germanitatem inter Iudæam & Israel. Et dixit dominus ad me: Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti. Quia ecce ego suscitabo pastorem in terra qui derelicta] non visitabit, dissipatum] non quæret, & contritum non sanabit, & id quod stat non enutriet, & carnes pinguium comedet, & vngulas eorum dissoluet. O pastor & idolum, derelinquens gregem:] gladius super brachium eius, & super oculum dextrum eius. Brachium eius ariditate siccabitur, & oculus dexter eius tenebrens obscurabitur.

Vasta-

Vastato templo Ierusalem exaltabitur: in cuius filios spiritus sanctus effundetur, & eos ad Christum conuertet. XII.

**A** Nus verbi domini super Israel. Dixit dominus extendens cœlum & fundans terram, & fingens spiritum hominis in eo. Ecce ego ponam Ierusalem super liminare crapulæ] omnibus populis in circuitu, sed & Iuda erit in obsidione contra Ierusalem. Et erit, in die illa ponam Ierusalem lapidem oneris cunctis populis. Omnes qui eleuabunt eum, concisione] lacerabuntur, & colligentur aduersus eam omnia regna terræ. In die illa dicit dominus: <sup>b</sup> percutiam omnem æquum in stupore, & ascensorem eius in amentia. <sup>c</sup> Et super domum Iuda aperiam oculos meos, & omnem equum populorum percutiam cecitate. Et dicent Duces Iuda in corde suo, <sup>3</sup> confortentur mihi habitatores] Ierusalem in domino exercituum deo eorum. In die illa, ponam Duces Iuda sicut caminum ignis in lignis, & sicut facem ignis<sup>4</sup> in scœno,] & deuorabunt ad dexteram & ad sinistram omnes populos in circuitu. Et habitabitur Ierusalé rursus in loco suo in Ierusalem: & saluabit dominus tabernacula Iuda sicut in principio, <sup>5</sup> vt non magnificè gloriatur] domus Dauid, & gloria habitantium Ierusalem contra Iudam. <sup>6</sup> In die illo proteget dominus habitatores Ierusalem. Et erit qui <sup>6</sup> offenderit ex eis] in die illa quasi Dauid, & domus Dauid quasi dei, sicut angelus domini in conspectu <sup>7</sup> eius. <sup>7</sup> Et erit in die illa, queram contemere omnes gentes quæ veniunt contra Ierusalem, & effundam super domum Dauid & super habitatores Ierusalem spiritum gratiæ & precum. <sup>8</sup> Et aspicient ad me quem confixerunt, & plangent eum planctu quasi super vnigenitum, & dolebunt super eum vt dolere solet in morte primogeniti. <sup>9</sup> In die illa magnus erit planctus in Ierusalem, sicut planctus Adadrémou in campo Mageddon. <sup>10</sup> Et planget terra, familiæ & familiæ seorsum. <sup>11</sup> Familiæ domus Dauid seorsum, & mulieres eius seorsum. Familiæ domus Nathan seorsum, & mulieres eorum seorsum. Familiæ domus Leui seorsum, & mulieres eorum seorsum. Familiæ Semei seorsum, & mulieres eorum seorsum. Omnes familiæ reliquæ, familiæ & familiæ seorsum, & mulieres eorum seorsum.

a. Nō ergo, inquit Propheta, vobis hæc enarrato, sed omnium factor & opifex, qui coram alicuius in alius conclusa fupit, & vna cum his animas creat, ille per me loquitur, dicens: Vt Ierusalem ab omnibus gentibus facile expugnari, & capi possit, asseriam. Theodo. lib. 1. Calhem ebrietas.  
 2. Tacendum.  
 3. Vt enim in historiis habetur, Pompeius Ierusalem cepit, & eplum irruenter ingressus est. Ex quo tempore ipse cum suis desistere & perire incipit, nec amplius vt ante prosperauit. Dion. ibid.  
 4. Robur est mihi & habitatoribus.  
 5. In manipulo, vel inter manipulum.  
 6. Propterea nō magnificabitur gloria.  
 7. Infirmitas fuerit inter eos.  
 8. Eorum.  
 9. Hæc dies misericordiæ, quæ nobis de aduentu redemptoris nostri promissa est. Grego. in Ezech. lib. 2.  
 10. Et tunc cognoscent in quæna putgerunt, & cadent pœnora sua filius ad tribum, vtiq; vt retro non cognouerunt eum in humilitate conditionis humanæ constitutum. Tertul. aduersus Iudeos. In fine.  
 11. In Dauid tribus regia accipitur, hoc est, tribus Iuda. In Nathan prophetalis ordo describitur. Leui refertur ad sacerdotem, ex quo ortum est sacerdotium. In Semei doctores accipiuntur. Reliquis tribus tacuit, quæ nō habent aliquod priuilegium dignitatis. Hierony. ibid.

† Hol. 19. g. d  
 † Para. 35. d  
 † Ezech. 30. d  
 † Matt. 26. e  
 Mar. 14. e  
 12. 41. e. 1. e. &  
 ca. 2. 6. q. 1. ca.  
 Verum. & ca.  
 Ex merito.  
 De conse. di.  
 3. c. Celebran  
 tem.  
 † Psal. 90. d

Adueniente Christo Baptisma instituetur, idololatria & Pseudopropheta auferetur, Christus autem patiens probabit electos. XIII.

**A** N illa die erit fons patens domui Dauid & habitantibus Ierusalem: <sup>1</sup> in ablutionem peccatoris & menstruata. <sup>2</sup> Et erit in die illa dicit dominus exercituum, disperdam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur vltra. Et prophetas & spiritum immundum auferam de terra. Et erit cum prophetauerit quispiam vltra, dicent ei pater eius, & mater eius qui genuerunt eum: <sup>3</sup> Nō viues, quia mendacium locutus es in nomine domini. Et configent eum pater eius, & mater eius, genitores eius cum prophetauerit. Et erit, in die illa confundentur Prophetæ vnusquisque ex visione sua cum prophetauerint, <sup>4</sup> nec cooperientur pallio <sup>5</sup> sacco] vt mentientur. Sed dicet, non sum Propheta: homo agricola ego sum, quoniam <sup>6</sup> Adam exemplum meum] ab adolescentia mea. <sup>7</sup> Et dicetur ei: <sup>8</sup> Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Et dicet: His plagatus sum in domo eorum qui diligebant me. Framea suscitare super pastorem meum, & super virum coherentem mihi, dicit dominus exercituum: <sup>9</sup> <sup>d</sup> percutite pastorem, & dispergentur oves. Et conuertam manum meam ad paruulos, & erunt in omni terra, dicit dominus. <sup>10</sup> Partes duæ in ea dispergentur & deficient, & tertia pars relinquetur in ea. Et ducam tertiam partem per ignem, & <sup>11</sup> vram eos sicut vritur] argentum, & probabo eos sicut probatur aurum. <sup>12</sup> Ipse vocabit nomen meum, & ego exaudiam eum. Et dicam: populus meus es, & ipse dicet: dominus deus meus.

a. Fons quippe occultus est vnigenitus patris inuisibilis deus. Fons vero patens est idem deus incarnatus. Qui fons patens re- & domus Dauid dicitur: quia ex Dauid genere, noscer ad nos redemptor processit. Ierusalem autem visio pacis interpretatur. Hi ergo Ierusalem habitant qui in visione pacis intima mentem signat. Grego. in Ezech. ho. 20.  
 1. Propter veritatem & immunditiam.  
 2. Mos erat prophetis in diu facio quando populum ad penitentiam prouocabat. Vnde Iſaie præcipitur vt auferat facem de lumbis, & nudus incedat. Gloſa ordi. ibid.  
 3. Piloſo.  
 4. Homo me fecit pastorem.  
 5. Figuras deinde clauord monſtrante Christo, angeli rufus rogan: Quid ſunt iſtae plage, &c. Dilectæ enim domus Iſrael erat, quæ dominum ſuum clauis & lancea petiit. Cyril. in Ioan. lib. 12. cap. 58.  
 6. Dominus ſecundum fidem & meritum tribuit, & remunerationis obſequium: omnes enim ſicut legitur, in paſſione Chriſti diſcipuli trepidauerunt. Omnes enim penè cum traderetur reliquerunt, facti ſicut ſicut ſeripsum eſt: Percutiam pastorem, & diſpergentur oves gregis. Ambro. Sermo. 45.  
 7. Conſabo eos ſicut conſatur.

Pugnabit Christus pro Ierusalem, & ibi mirabilia faciet: ecclesiam dilatabit, hostes affliget, impiosque ab ecclesia expellet. XIII.

a. Cōtentanea sunt hæc his quæ  
 propōita sunt de incertu vni-  
 uersæ nationis Iudæorū, qui ad  
 illas post Christi aduentum per-  
 uenit. Hæc enim Zachariæ post  
 reditum de Babylone vaticina-  
 tur, canens extremam illam pe-  
 puli vastationem, quæ à Roma-  
 nis inferenda erat in qua cū co-  
 gens Iudaica in hostium po-  
 tēstatem ventura esse, solos eos  
 dicit, qui de populo reliqui fue-  
 rint saluos fore. Sic sanè aposto-  
 los saluos totis nostri apertissimè  
 significans. Euseb. de demonst. r.  
 Etang. lib. 1. Actio. 33. li. 6. c. 18.  
 1. Vel valle.  
 2. Ad Azal.  
 b. Hæc in aduentu saluatoris no-  
 stri complexa sunt, quando cum  
 angelis venit in terram, & cum  
 apostolis conuersatus est.  
 c. Nam saluatore nostro altius  
 sublato in ipsa diei luce nox ab  
 hora sexta id quod circum ter-  
 ram est, obtinuit vigæ ad hora  
 nonam, postquam rursus desin-  
 entibus tenebris dies & lux re-  
 uersa est. Euseb.  
 3. Pretiosa & coagulata, id est,  
 diei & noctis.  
 4. Redigetur omnis terra quasi  
 planities à Goba vsque ad.  
 [d. Scilicet ecclesia quæ fuerat  
 ab Antichristo & suis depresta,  
 ut supra dictū est. Postet etiam  
 intelligi de Ierusalem ad literā,  
 quæ capietur & deprimetur ab  
 Antichristo, ut supra dictū est,  
 & post mortē eius exaltabitur.]  
 5. Exterminium.  
 [e. Hic propter rei atrocitatem  
 replicat Antichristi frustiam,  
 & penam, quæ dominus sumet  
 de omnibus eius corruialibus.  
 Confusè utrunque agit, q. d. Sa-  
 uit ille, vnde fruiet & hic, sic erit  
 ruina equi & muli & cetera.  
 Intelligit de impiissimis com-  
 plicibus Antichristi. Impij sicut  
 sicut equus & mulus &c. Psa.  
 31. Locustis ibid.]  
 6. Et ipse habit.  
 f. Hæc vocations omnium gen-  
 tium continent, si sensum duntaxat  
 spectemus eorum, quæ de  
 Ierusalem & celebritate taber-  
 naculorum dicta sunt, quæ qui-  
 dem suo tempore aptam inter-  
 pretationem habitura sunt.  
 Euseb. de demon. Euang. lib. 1.  
 cap. 1. Nam quauis multi voca-  
 ti sint, pauci tamen admodum  
 in supernam Ierusalem ascen-  
 dunt. Pauci enim electi sunt, ut  
 ait saluator. Cyril. in Ioan. li. 4.  
 cap. 35.  
 [g. Quia mortuo Antichristo ta-  
 lis erit pax quod non erit neces-  
 sarius usus armorum & equorū;  
 & ideo aurum & argentū quod  
 ante ponebatur in frenis offerre  
 tur ad cultū diuinū. De Lyca.]  
 7. Pelues.  
 h. Mercator dicitur vel hypoeci-  
 ta, qui pro laude vedit, vel simo-  
 niacus, vel ad literam negotia-  
 tor. De quibus omnibus Ioh. 2.  
 Auferre ista hinc, & nolite face-  
 re domum patris mei, domū ne-  
 gotiationis. Albertus ibid.]



**E**cce dies domini veniunt, dicit dominus, & diuentur spolia tua in medio  
 tui. Et congregabo omnes gentes ad Ierusalem in prælium, & capietur ciui-  
 uitas, & vltabuntur domus, & mulieres violabuntur. Et egredietur media  
 pars ciuitatis in captiuitatem, & reliquum populi non auferetur ex vrbe. Et egredietur  
 dominus, & præliabitur contra gentes illas, sicut præliatus est in die certaminis. Et sta-  
 bunt pedes eius in die illa super montem oliuarum, qui est contra Ierusalem ad orientem.  
 Et scindetur mons oliuarum ex media parte sui ad orientem & ad occidentem  
 prærupto] grandi valde. Et separabitur medium montis ad aquilonem, & medium  
 eius ad meridiem, & fugietis ad vallē montium eorum: quoniam coniungetur val-  
 lis montium vsque ad proximum.] Et fugietis sicut fugistis à facie terræ motus in  
 diebus Osæ Regis Iuda. Et veniet dominus deus meus, omnesque sancti cum eo. Et  
 erit, in die illa non erit lux, sed frigus & gelu.] Et erit dies vna quæ nota est domino,  
 non dies neque nox, & in tempore vesperi erit lux. Et erit, in die illa exhibunt aquæ vi-  
 uæ de Ierusalem. Medium earum ad mare orientale, & medium earum ad mare no-  
 uissimum. In æstate & in hyeme erunt, & erit dominus Rex super omnem terram. In  
 die illa erit dominus vnus, & erit nomen eius vnum. Et reuertetur omnis terra vsq; ad  
 desertū, de colle] Rēmon ad austrū Ierusalē. Et exaltabitur & habitabitur in loco suo  
 à porta Benjamin vsque ad locum portæ prioris, & vsque ad portā angulorum, & à  
 turre Ananhel vsque ad torcularia Regis, & habitabunt in ea, & anathema] non  
 erit amplius. Sed sedebit Ierusalem secura, & hæc erit plaga qua percutiet domi-  
 nus omnes gentes, quæ pugnaverunt aduersus Ierusalem. Tabescet caro vnusquisque  
 stantis] super pedes suos, & oculi eius contabescet in foraminibus suis, & lingua eo-  
 rum contabescet in ore suo. In die illa erit tumultus domini magnus in eis, & apprehendit  
 vir manum proximi sui, & conferetur manus eius super manum proximi sui.  
 Sed & Iudas pugnabit aduersus Ierusalem. Et congregabuntur diuitiæ omnium gen-  
 tium in circuitu, aurum & argentum & vestes multæ satis. Et sic erit ruina equi &  
 muli & cameli & asini, & omnium iumentorum quæ fuerint in castris illis, sicut rui-  
 na hæc. Et omnes qui reliqui fuerint de vniuersis gentibus quæ venerunt contra Ie-  
 rusalem, ascendent ab anno in annum, vt adorent Regem dominum exercituum, &  
 celebrent festiuitatem tabernaculorum. Et erit qui non ascenderit de familiis ter-  
 ræ ad Ierusalem, vt adorent Regem dominum exercituum, non erit super eos imber.  
 Quod & si familia Ægypti non ascenderit, & non venerit, nec super eos erit. Sed erit  
 ruina qua percutiet dominus omnes gentes, quæ non ascenderint ad celebrandam fe-  
 stiuitatem tabernaculorum. Hoc erit peccatum Ægypti, & hoc peccatum omnium  
 gentium, quæ non ascenderint ad celebrandam festiuitatem tabernaculorum. In  
 die illa erit quod super frænum est equi sanctum domino, & erunt lebetes in domo  
 domini quasi phialæ] coram altari. Et erit omnis lebes in Ierusalem, & in Iuda san-  
 ctificatus domino exercituum. Et venient omnes immolantes & sument ex eis, & co-  
 quent in eis. Et non erit mercator vltra in domo domini exercituum in die illo.

1. Par. 26.  
 Amos 1.

Inf. eodem.

## INCIPIT PROLOGVS IN MALACHIAM Prophetam.



**D**eus per Moysen populo Israeli præceperat, sacerdotes tabernaculi sui omni corporali  
 vitio liberos, hostias omni vitio vacuas sibi offerre: quibus legem suam ad regendum  
 populum ob hoc dederat, vt per sacrificiorū oblationem internuntij dei & hominum  
 facti, populum præceptis cælestibus facerent obedire. Vnde sacerdotes angelos dei esse, hoc  
 in loco scriptura testatur. Sed quia tanti muneris gratiam contemntes, supradictus populus ac sa-  
 cerdotes sacrificia vitio deturpata ipsi criminibus atque impietatibus maculat, ideo offerre cæperunt.  
 Ideo per Malachiam Prophetā deus populum suum Israel increpans, ait: Dilexi vox, dicit dominus,  
 & dixisti: In quo dilexisti nos? Nonne frater erat Esau Iacob, dicit dominus: & dilexi Iacob, Esau  
 autem

autem odio habui. Esau autem fratrem Iacob non iniqua aut spontanea voluntate odio habitum a deo, vel sine meriti gratia Iacob dilectum manifestum est, cum secundum præscientiam suam Esau qui idem effusionē sanguinis fraterni concupiscere, Iacob autem in sui cognitione obseruandam legem desiderare cognosceret. Cuius rei gratia, supradictorūsus est exemplo, dicens: Dilexi Iacob, Esau autem odio habui, quannus ex operibus memoratorum, quorū liber Genesios meminit, in quo vnusquisque eorum futurus erat proposito, manifeste constat, vt scriptum est: Creuerunt pueri, & erat Esau homo agrestis sciens venari: Iacob autem homo simplex manens in tabernaculo. Nam reliqua quæ electione comprehensa sunt, præuaricationem populi Israel in obseruandis sacrificiis dei, increpationemque in eundem quod deos alienos coluerit, significant.


VITA MALACHIÆ.

**M**alachias propheta à tribu Zabulon emicuit. Hic post reditū populi de Babylone natus perhibetur in Sopha, in terra nempe Zabulon. Is ab ineunte ætate vitā inculpatam egisse fertur. Super aduentu domini, deque vita functorum iudicio nonnulla ab eo vaticinata sunt. Quodque ritus cum legibus Moysi terminabuntur, seu emendabuntur. Ceterum cum populus illum non minus sanctimonia quàm mansuetudine præditum coleret, indiderunt illi nomen Malachil: quod angelum sonat. Quacunque enim in prophetia dixit, visus est angelus. Is tandem adhuc iuuenis fato concessit iuxta maiores suos in proprio agello sepultus. Epiphanius de vita Prophet.

Incipit Malachiæ Prophetia.

Approbato Iacob, & reprobo Esau, conqueritur dominus suo honore & timore tuo, & super sacrificio indebito & dolo.

Cap. I.



Nus verbi domini ad Israel<sup>a</sup> in manu Malachię Prophetæ: ] Dilexi vos, dicit dominus. Et dixistis: In quo dilexistis nos? Nonne frater erat Esau Iacob, dicit dominus? ] Et dilexi Iacob. ] Esau autem odio habui. ] Et posui ] Seir ] montes eius in solitudinem & hereditatem eius in dracones deserti. ] Quod si dixerit Idumæa: ] destructi ] sumus, sed reuertentes ædificabimus que destructa sunt, hæc dicit dominus exercituum: ] Isti ædificabunt, & ego destruam. Et vocabuntur termini iniquitatis, & populus cui iratus est dominus vsque in æternum. ] Et oculi vestri videbunt, & vos dicetis: Magnificetur dominus super terminum Israel. Filius honorat patrem, & seruus dominū suū. ] Si ergo pater ego sum, vbi est honor meus? & si dominus ego sum, vbi est timor meus, dicit dominus exercituum? ] Ad vos o sacerdotes, qui despicitis nomen meum. Et dixistis: In quo despeximus nomen tuum? ] Offeris super altare meum panem pollutum. Et dicitis: In quo polluimus te? In eo quod dicitis: mensa domini despecta est. Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum est? ] Et si offeratis claudum & languidum, nonne malum est? ] Offer illud duci tuo si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam, dicit dominus exercituum. Et nunc deprecamini vultum dei vt misereatur vestri, (de manu enim vestra factum est hoc,) ] si quo modo ] suscipiat facies vestras, dicit dominus exercituum. ] Quis est in vobis qui claudat ostia, ] & incendat altare meum gratuito? ] Non est mihi voluntas in vobis dicit dominus exercituum, & munus non suscipiam de manu vestra. ] Ab ortu enim solis vsque ad occasum, ] magnum est nomen meum in gentibus, & in omniloco ] sacrificatur, & ] offeritur nomini meo ] oblatio munda, quia magnum est nomen meum in gentibus, dicit dominus exercituum. ] Et vos poluistis illud in eo quod dicitis: mensa domini con-

Annate Christi. 576. Anni mundi 3446. Rom. 9. c. 47. dist. ca. Quantumlibet. q. 4. ca. Beclia.

† 61. dist. cap. Oportet.

† 49. dist. ca. Sacerdotes.

† 1. q. 3. c. 1. Infra. 2. e

† 9. sal. 49. a. 113. a

a. Quod autem dicit: in manu Malachię, manum pro operibus accipite, vt in manu Hæcei, in manu Ieremie, & in manu Moysi factus est sermo dei. Hierony. ibidem.

b. Est autem creator deus & corporis & animi: neutrum malū, & neutrum odit deus, nec odit in homine nisi peccatū. Est autem peccatum hominis inordinatio atque peruersitas. Nō igitur deus odit Esau hominē, sed Esau peccatorē. Aug. ad Simpli. lib. 1. quest. 2.

1. Attenuari, vel pauperes facti. c. Hoc est, si filius es, exhibe patri pietatis affectum, si seruus es redde domino timoris obsequium. Tu autem gratias non agis, deum nec veteris nec diligis: superbus es filius. Ingrati et hoc qui deum nec quasi filij honorificant vt patrem, nec quasi serui merentur vt dominū. Ambro. Sermo. 41.

d. Manifestissime significat peccatū, quoniam prior populus cessabit offerre deo omni aut loco sacrificium offerret ei altaris & hoc purum ex quo nomen eius glorificatur in gentibus. Irenæus lib. 4. c. 32.

2. Et putatis quod.

3. Nāquid, in cælis altare meū gratis? e. Recusatio gentis Iudææ & corporalis ex lege Moysi adorationis relictio, ad iudæa gentium vera per Christum adoratione. Euseb.

\* Eius. 4. Sacrificium. Nā si Iesus Christus dominus & deus noster ipse est sacerdos dei patris, & sacrificium deo patri primus obtulit, ei fieri in sui cōmémorationem præcepit, vtique ille sacerdos vice Christi vere fungitur, qui id quod Christus fecit, imitatur. Et sacrificium verum & plenum tunc offertur in ecclesia deo patri, si se inchoiat offerre, secundum quod ipsam Christum videtur obtulisse. Cypria Epist. lib. 1. epist. 7. \* Atque.

3. Verbum eius contemptibile est & cibis eius.  
 4. Dixistis de captivitate reuer-  
 si sumus, praedixit hostibus fu-  
 mus, labore vig & paupertate at-  
 triti sumus, qualicumque habe-  
 mus offerimus; & hoc dicendo  
 exufflastis, id est, per exufflato-  
 nem indigna vestra fecistis sa-  
 crificia, & ideo non suscipiam.  
 Glofa ordi. bid.]  
 6. Fatigatio.

taminata est, & quod superponitur contemptibile est cum igne qui illud deuorat. Et dixistis: Ecce de labore, & exufflastis illud dicit dominus exercituum, & intulistis de rapinis, claudum & languidum, & intulistis munus. Nunquid suscipiam illud de manu vestra, dicit dominus: Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculum, & votum faciens immolat debile domino. Quia Rex magnus ego, dicit dominus exercituum, & nomen meum horribile in gentibus.

*Sacerdotes legis dei contemptores, & proximos affligentes increpat dominus, & eorum reprobat sacrificia, & violatum ab eis fructum.* II.

1. Corruptiolem ingeminat v-  
 tranque iterum primo sacerdo-  
 tes colligit. Primo vero prophe-  
 ta dicit se hoc facere iustum, in-  
 terim etiam illis dita minatur,  
 Loricatus ibid.]  
 2. Maledictionem.  
 3. Sicut etiam maledixi, & scilicet  
 benedictioni vestrae haecenus.  
 4. Rendo vobis semen.  
 5. Stercus.  
 6. Ea de causa vitæ & pacis hoc  
 testamentum appellauit, quod  
 obtemperantibus vitam & pa-  
 cem conciliat. Theodo. ibid.]  
 7. Eas illi ad.  
 8. Ipse contritus est.  
 9. Quod enim Aaron fecit vitu-  
 lum constabilem fuit ex timore  
 mortis, nec ipse nec alij Leuitæ  
 crediderunt quod in viculo esset  
 aliquid numinis, quod pater  
 ex hoc quod tota tribus Leui  
 iunxit se Moyse, ad inuicem  
 dum illos qui peccauerant in  
 idololatria vituli. Exod. 32. De  
 1. Lyra ibid.]  
 6. Abiectos coram.  
 7. Neque propterea creati sumus  
 ut edemus & biberemus, ve-  
 lestque tegeamus, sed ut place-  
 remus deo, & bonis poritemur  
 futuris. Chrylost. De libello re-  
 pudij.  
 7. Circumuenitur vnusquisque  
 à fratre suo.  
 8. Populus Iudæ & Babylone re-  
 uertis legem dei non custodi-  
 uit in templi adificatione, sacri-  
 ficio oblatione, sabbati ob-  
 seruatione, & alienigenarum v-  
 zorum acceptione, in quibus ni-  
 mis negligentes fuerunt. Et hæc  
 patet in lib. Esdræ, & Nehemiæ,  
 Dion. ibid.]  
 8. Excitantem & respicientem.  
 9. Operiunt, sub. vxores vestras.  
 10. Nec vnus quidem facit, &  
 excellentia spiritus illi erat  
 11. Fecit, quærebat.  
 12. Et legendum est dicit mihi,  
 Scriptum est: Cum odio habue-  
 ris eam, dimitte, dicit dominus  
 deus Israel. Statim respondit,  
 Hoc in lege permissum est, sed  
 propter dicitiam cordis vestri.  
 Hierony. ibid.]  
 13. Id est, vestimentum vitæ. Sic  
 enim sonat littera Hebraica, que  
 non potest referri nisi ad masculi-  
 num, & non ad feminam secun-  
 dum modum loquendi Hebrai-  
 cum. De Lyra ibid.]

**N**unc ad vos mandatum hoc o sacerdotes: Si nolueritis audire, & si nolueritis ponere super cor, ut detis gloriam nomini meo, ait dominus exercituum, mittam in vos egestatem, & maledicam benedictionibus vestris, & maledicam illis, quoniam non posuistis super cor. Ecce ego proiciam vobis brachium, & dispergam super vultum vestrum stercus solennitatum vestrarum, & assumet vos secum. Et sciatis, quia misi ad vos mandatum istud, ut esset pactum meum cum Leui, dicit dominus exercituum. Pactum meum fuit cum eo vitæ & pacis, & dedi ei timorem, & timuit me, & à facie nominis mei pauebat. Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non est inuenta in labijs eius. In pace & iniquitate ambulauit mecum, & multos auertit ab iniquitate. Labia enim sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. Vos autem recessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege. Irritum fecistis pactum Leui, dicit dominus exercituum. Propter quod & ego dedi vos contemptibiles & humiles omnibus populis, sicut non seruastis vias meas, & accepistis faciem in lege. Nunquid non pater vnus omnium nostrum? Nunquid non deus vnus creauit nos? Quare ergo despicit vnusquisque nostrum fratrem suum, violans pactum patrum nostrorum? Transgressus est Iuda, & abominatio facta est in Israel, & in Ierusalem, quia contaminauit Iudas sanctificationem domini quam dilexit, & habuit filiam dei alieni. Disperdat dominus virum qui fecerit hoc, magistrum & discipulum de tabernaculo Iacob, & offerentem munus domino exercituum. Et hoc rursus fecistis. Operiebatis lachrymis altare domini fletu & mugitu, ita ut non respiciam ultra ad sacrificium, nec accipiam placabile quid de manu vestra. Et dixistis: Quam ob causam? quia dominus testificatus est inter te & vxorem pubertatis tuæ, quam tu despexisti. Et hæc particeps tua, & vxor fœderis tui. Nonne vnus fecit, & residuum spiritus eius est? Et quid vnus querit, nisi semen dei? Custodite ergo spiritum vestrum, & vxorem adolescentiæ tuæ noli despiciere. Cum odio habueris eam dimitte, dicit dominus deus Israel. Operiet autem iniquitas vestimentum eius, dicit dominus exercituum. Custodite spiritum vestrum, & nolite despiciere. Laborare fecistis dominum in sermonibus vestris. Et dixistis: In quo eum fecimus laborare? in eo quod dicitis: omnis qui facit malum, bonus est in conspectu domini, & tales ei placent, aut certe vbi est deus iudicij?

*Adueniente domini præcurfore Christus in impios animaduertet, blasphemantes in eum supplicij afficiet, & iustos mercede donabit.* III.

a. Ipse enim deus omnipotens,  
 dominum ait venturum in tem-  
 plum suum, interim de alio lo-  
 quens: significat portum deus ver-  
 bati quem postea angelum re-  
 stantem vocat: quæritque etiam  
 ipse dominus omnipotens docet  
 se mittere ante faciem suam,  
 dicens: Ecce ego mittam ange-  
 lum meum. Euseb. de demonst.  
 lib. 4. cap. 28.  
 1. Exurgabit.  
 2. Ex his non solum edocemur  
 de aduentu & iudicio, sed & de  
 potestate eius & regno, quia po-  
 testas eius æterna sit, & sine cor-  
 ruptionis sine sit regnum, ut in  
 euangelio dicitur, & regni eius  
 non erit finis. Cyp. in Symbolo  
 Apostolorum.  
 3. Sustinere.  
 4. Borith.  
 5. Constat.  
 6. In diebus seculi, & sicut in  
 annis antiquis.

**E**cce ego mittam angelum meum, & preparabit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum suum dominator quem vos queritis, & angelus testamenti quem vos vultis. Ecce venit, dicit dominus exercituum. Et quis poterit cogitare diem aduentus eius? Et quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum. Et sedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Leui. Et colabit eos quasi aurum & quasi argentum, & erunt domino offerentes sacrificia in iustitia. Et placebit domino sacrificium Iuda & Ierusalem sicut dies seculi, & sicut anni antiqui. Et accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis & adulteris & periuris, & qui calumniantur mercedem mercena-

Amos, 6

Leui. 26. b  
Deut. 28. b  
Isa. 1. d  
181. dist. cap.  
Si qui sunt  
presbyteri.  
1. q. ca. Male-  
dicam & c.  
Multi.  
Hoc. 8. d

41. dist. ca.  
11. q. 1. cap. Sa-  
cerdotibus.  
De hæret. ca.  
Cum eximij  
60.

Math. 23. e  
Eph. 4. b

Sup. 1. e  
Amos, 6

Mat. 11. b  
Marc. 1. a  
Luc. 1. b. &  
7. d  
Psalm. 131. d.

450. dist. ca.  
Purgabit



mercenarij, & humiliant viduas & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timentur me, dicit dominus exercituum. Ego enim dominus & non mutor, & vos filij Iacob non estis consumpti. A diebus enim patrum vestrorum recessistis a legitimis meis, & non custodistis. Reuertimini ad me & ego reuertar ad vos, dicit dominus exercituum. Et dixistis: In quo reuertemur? Si affigit homo deum, quia vos configitis me. Et dixistis: In quo configimus te? In decimis & in primitiis. Et in penuria vos maledicti estis, & me vos configitis] gens tota. Inferte omnem decimam in horreum meum, & sit cibus in domo mea, & probate me super hoc, dicit dominus. Si non aperuero vobis catharactas caeli, & effudero vobis benedictionem vsque ad abundantiam. Et increpabo pro vobis deuorantem, & non corrumpet fructum terrae vestrae, nec erit sterilis vinea in agro, dicit dominus exercituum. Et beatos vos dicent omnes gentes. Eritis enim vos terra desiderabilis, dicit dominus exercituum. Inualuerunt super me verba vestra, dicit dominus. Et dixistis: Quid locuti sumus contra te? Dixistis: Vanus est qui seruit deo. Et quod emolumentum, quia custodiimus praecipua eius, & quia ambulauimus tristes coram domino exercituum? Ergo nunc beatos dicimus arrogantes. Si quidem aedificati sunt facientes impietates, & tentauerunt deum, & salui facti sunt. Tunc locuti sunt timentes deum, vnusquisque cum proximo suo. Et attendit dominus & audiuit, & scriptus est liber monumenti coram eo timentibus dominum, & cogitantibus nomen eius. Et erunt mihi ait dominus exercituum in die qua ego faciam in peculium, & parcam eis sicut parcat vir filio suo seruienti sibi. Et conuertimini & videbitis quid sit inter iustum & impium, & inter seruientem deo & non seruientem ei.

† Zecha. 1. a  
16. q. 1. c. Re.  
uertimini.  
7. qu. 1. c.  
Omnes.  
De deci. cap.  
11. a. 2

† Job. 11. b  
† Job. 21. b

c. Nam licet in eo verbo illud dicitur sic Apostolus: quia factus est homo, non tamen mutatus est, sed sicut dixit Apostolus Hebr. 1. b. Iesus Christus heri & hodie, ipse & in secula. Tripart. h. lib. 1. cap. 11.  
7. Nunquid homo vin tacitus deo, quia mihi vin tacitus d. Vt sit sensus, si fraudat homo deum quia vos fraudastis me. Et reuera fecidum historiz ordinem, quia decimas & primitias Leuitis populus nō reddebat, seipsum fraudem dicit dominus iustinere: cuius ministri fame coacti & penuria, templū deseruerunt. Si enim deus per alios visitatur in carcere, & agros suscipitur, & curis sitientibus cibum accipit atque potatur, cur non in ministris suis ipse decimas accipiat? Hiero. libid.  
8. Vini tibi facimus.  
9. In maledictione.  
10. Mea vos rapitis.  
11. Domum thesauri.  
\* Exercituum.  
12. Vt sufficienter non sit finis. c. Sensus est. Diderat melius loqui. Et attendit Dominus, & audiuit, hoc est, labores pauperum considerat, & gemitus eorum audit: Dominus demum proteget pios, & reprobos illis, gloriam pro laboribus suis & contumeliis: Tyrannos quoque maximis tormentis vide gloriosus appareat, referat. Conuertimini ergo ad Dominum, iustitiae videbitis auxilium Domini super vos. Lonic. libid.]

In aduentum Christi veniet Ioannes baptista in spiritu Eliae venturi. IIII.

**E**cce enim dies veniet succensa quasi caminus, & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem stipula. Et inflamabit eos dies veniens, dicit dominus exercituum: quae non derelinquet eis radicem & germē. Et orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiae, & sanitas in penis eius. Et egrediemini & salietis sicut vituli de armento, & calcabitis impios cum fuerint cinis sub planta pedum vestrorum, in die qua ego facio, dicit dominus exercituum. Mementote legis Moysei serui mei, quam mandavi ei in Horeb ad omnem Israel, praecipua & iudicia. Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam: antequam veniat dies domini magnus & horribilis. Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum, ne forte veniam & percutiam terram anathemate.

† Luc. 1. g.  
24. q. 1. cap.  
Quonia ver.  
De consecra.  
di. 4. c. Nec  
quenquam.  
† Exod. 10. a  
† Math. 17. b  
Marc. 9. c  
Luc. 1. b

a. Succendi & cremati alienigenas praecinit dominus, id est, alienos a diuino genere & profanos, spiritualiter non renatos, nec dei filios factos. Euadere enim eos solos posse qui tenentur signo Christi signati fuerit. Cypria. contra Demetrianum. Tracta 1.  
1. Clibanus.  
2. Ramus.  
b. Qui saepe nominatur est, & dominus & deus & angelus, & princeps imperatorum, & Christus, & sacerdos, & verbum, & sapientia dei, & imago: nunc idem Sol iustitiae dicitur, &c. Euseb. de demonstr. lib. 5. ca. 29.  
3. Pinguescit sicut viridi saginati.  
4. c. Mitto] Quoniam propter ministerij similitudinem Iohannes quoque poterat Elias nominari, ne confusio fiat, patriam ascripsit. Eliam Thesbitem appellans. Chryso.  
d. Vnum igitur atque idem virtusque opus est, Iohannis scilicet & Eliae, fidem scilicet atque intellectum, quae habuere patres, filiorum mentibus praedicando infondere. Bed. in vigilia. Iohannis Bap.

INCIPIT PROLOGVS BEATI HIERONYMI PRESBYTERI in libros Machabæorum.

**M**achabæorum libri duo praenotant praelia inter Hebræorum Duces gentemque Persarum: pugnam quoque sabbatorum, & nobiles Machabæi ducis triumphos: ex cuius nomine & libri iidem sunt nuncupati. Haec quoque historia continet etiam inelyta illa gesta Machabæorum fratrum: qui sub Antiocho Rege pro sacris legibus diuina tormenta perpessi sunt. Quos mater pia, dum diuersis supplicis urgerentur, non solum non fleuit, sed & gaudens hortabatur ad gloriam passionis.

ITEM ALIVS PROLOGVS.

**M**achabæorum libri licet non habeantur in canone Hebræorum: tamen ab ecclesia inter diuinorum voluminum annotatur historias. Praenotant autem praelia inter Hebræorum Duces, gentemque Persarum, pugnam quoque sabbatorum & nobiles Machabæi triumphos: sedus quoque amicitiarum cum Romanorum ducibus atque legationum. Machabæi septem fratres Hh

ab una matre Machabæa nomine genti custodientes legem, patris traditionem, non manducantes carnem porcinam, ob hoc ab Antiocho Rege sæuissimo in Antiochia martyrij gloria coronati sunt cum matre sua, atque sepulti cum magna reueratione ibi quiescunt.

## ARGVMENTVM.



Machabæorum libri, quos non Iudæi, sed ecclesia pro canonicis habet, propter quorundam martyrum passiones uehementes atque mirabiles. Qui antequam Christus uenisset in carnem, usque ad mortem pro lege dei certauerunt, & mala grauisima atque horribilia per-tulerunt. Aug. de ciuitate dei, lib. 18. cap. 36.

## Incipit liber primus Machabæorum.

Mortuo Alexandro succedens Antiochus profanauit Ierusalem, quam spoliata Aegypti spoliauit, & inde percussit leges, idololatriæ Iudæos sequi præcepit, ac renitentes misere trucidauit.

Cap. I.

a Darius sextus, & ultimus Persarum & Medorum rex spe pacis ab Alexandro amissa, 400000 pedum, 100000 equum Alexandro ab Aegypto reuerenti apud Tharsum bello se opponit. Nec pugna mora omnes in ferrum ruunt. Macedones totiens se victis hostibus animo si, Perse nisi vincant, moti præoptant. Raro in nullo prælio tantum sanguinis fusus est. Sed Darius cum uinci suos uideret, moti in bello paratos persuasum suorum fugere compulsi sunt, qui tamen fugiens multum vulneribus confusus animam exhalauit. Orofius lib. 3. ca. 16.

\* Sic regnauit pro eo prius in Græcia, &c.

a Tyrannides.

b Reuerfus Alexander Sybarioniam multis diebus ocio dedit, intermissum olim conuictis solemniter instituit, totisque in lætitiis fusus, cum diei nocte conuictis peragisset, iam de cõuictio medicus Thessalus instaurata comestatione, & ipsum & sodales eius inuitat. Accepit poculo medi potione repente ueluti telo Alexander confusus ingenuit. Elatusque de cõuictio semianimis tanto dolore cruciatus est, ut ferrum in remedia posceret, tactisque hominum uelut uulnera indolesceret. Sexta tandem die decessit mense vno, annos tres & triginta natus, Imperij uero sui duodecimo anno Iustini lib. 12. in fine.

Mortuus est Alexander.

a Multiplicauerunt.

c. Numerando scilicet a principio regni Syrie, 12. annos postquam Alexander occidit. Hic enim Syrorum Regum sola gesta narrantur in Iudæor.

3. Pasdum.

d. Profectus Antiochus cum magno exercitu Pelusium, astu circumuento Philometore, Aegyptum occupat, & redacta prius in potestatem Mæphi, locisque circumuicinis ad Alexandriam ducit urbem, & regem subiugaturus. Ioseph. Antiq. li. 12. c. 6.

4. Reuersus est.

5. In sanctuarium, & infra.

e. Post annos fere trecentos quadraginta ab instaurata Ierusalem per Esdram & Nehemiam rex Græcorum nefandissimus Antiochus fraude capta Ierusalem templi foribus idololatriæ profanauit, autem inde & confiscans altare domini aureum, mensam propositionis, candelabrum luminis, & cetera templi uasa aurea, quæ inuenire potuit, Beda in dedicatione ecclesie. ho. 1.



T factum est postquam percussit Alexander Philippi Macedo qui & primus regnauit in Græcia, ] egressus de terra Cethim, a Darium Regem Persarum & Medorum, \* constituit prælia multa, & obtinuit omnium munitiones, & interfecit Reges terræ. Et pertransiit usque ad fines terræ, & accepit spolia multitudinis gentium, & siluit terra in conspectu eius. Et congregauit virtutem & exercitum fortem nimis, & exaltatum est & eleuatum cor eius, & obtinuit regiones gentium & tyrannos ] & facti sunt illi in tributum. Et post hæc decidit in lectum, & cognouit quia moreretur. Et

vocauit pueros suos nobiles qui secum erant nutriti à iuuentute sua, & diuisit illis regnum suum cum adhuc uiueret. Et regnauit Alexander annis duodecim, & mortuus est, & obtinuerunt pueri eius regnum, unusquisque in loco suo, & imposuerunt omnes sibi diademata post mortem eius, & filij eorum post eos annis multis, & multiplicata sunt ] mala in terra. Et ex eis radix peccati Antiochus illustris filius Antiochi Regis, qui fuerat Romæ obses, & regnauit in anno centesimo tricesimo & septimo regni Græcorum. In diebus illis exierunt ex Israel filij iniqui, & suaserunt multis, dicentes: Eamus & disponamus testamentum ] cum gentibus quæ circa nos sunt, quia ex quo recessimus ab eis, inuenerunt nos multa mala. Et bonus uisus est sermo in oculis eorum. Et destinauerunt aliqui de populo, & abierunt ad Regem, & dedit illis potestatem: ut facerent iustitiam gentium. Et ædificauerunt gymnasium in Ierosolymis secundum leges nationum, & fecerunt sibi præputia, & recesserunt à testamento sancto, & iuncti sunt nationibus, & uenudati sunt ut facerent malum. Et paratum est regnum in conspectu Antiochi, & cœpit regnare in terra Aegypti, ut regnaret super duo regna. Et intrauit in Aegyptum in multitudine graui, in curribus & elephantis, & equitibus, & copiosa nauium multitudine. Et constituit bellum aduersus Ptolomæum Regem Aegypti, & ueritus est Ptolomæus à facie eius & fugit, & ceciderunt vulnerati multi. Et comprehendit ciuitates munitas in terra Aegypti, & accepit spolia terræ Aegypti. Et conuertit ] Antiochus postquam percussit Aegyptum in centesimo & quadragesimo & tertio anno, & ascendit ad Israel, & ascendit Ierosolymam in multitudine graui. Et intrauit in sanctificationem ] cum superbia, & accepit altare aureum, & candelabrum luminis, & uniuersa uasa eius, & mensam propositionis, & libatoria, & phialas, & mortariola aurea, & uelum, & coronas, & ornamentum aureum, quod in facie templi erat, & comminuit omnia. Et accepit aurum & argentum & uasa concupiscibilia, & accepit thesauros occultos quos inuenit, & sublati omni-

Anni ante Christum 333.  
Anni mundi 3839.

Ios. 12. 6.  
1. j. Reg. 11. 6.

Anni ante Christum 164.  
Anni mundi 3788.

Anni ante Christum 168.  
Anni mundi 3792.

omnibus abiit in terram suam. Et fecit eadē hominum, & locutus est in superbia magna. Et factus est planctus magnus in Israel, & in omni loco eorum. <sup>8</sup> Et ingemuerunt Principes & Seniores, & iuvenes & virgines infirmati sunt, & speciositas mulierū immutata est. Omnis maritus sumpsit lamentum, & quæ sedebant in thoro maritali, lugebant, & commota est terra super habitantes in ea, & vniuersa domus Iacob induit confusionem. <sup>9</sup> Et post duos annos dierum misit rex principem tributorum in ciuitates Iuda, & venit Ierusalem cum turba magna. Et locutus est ad eos verba pacifica in dolo, & crediderūt ei. Et irruit super ciuitatem repente, & percussit eam plaga magna, & perdidit populum multum ex Israel. Et accepit spolia ciuitatis, & succedit eam igni. Et destruxit domos eius, & muros eius in circuitu. <sup>10</sup> Et captiuas duxerunt mulieres & natos, & pecora possederunt. Et edificauerunt ciuitatem David muro magno & firmo, & turribus firmis, & facta est illis in arcem. Et posuerunt illic gentem peccatricem, viros iniquos, & conualuerunt in ea. Et posuerunt arma & escas, & congregauerunt spolia Ierusalem, & reposuerūt illic, & facti sunt in laqueum magnum. <sup>11</sup> Et factum est hoc ad insidias sanctificationi, & in diabolum] malū in Israel. <sup>12</sup> Et effuderunt sanguinem innocentem per circuitum sanctificationis, & contaminauerunt sanctificationem, & fugerunt habitatores Ierusalem propter eos, & facta est habitatio exterorum, & facta est exera semini suo, & nati eius reliquerunt eam. <sup>13</sup> Sanctificatio eius desolata est sicut solitudo, <sup>14</sup> dies festi eius conuersi sunt in luctum, sabbata eius in opprobrium, honores eius in nihilum. Secundum gloriam eius multiplicata est ignominia eius, & sublimitas eius conuersa est in luctum. <sup>15</sup> Et scripsit Rex Antiochus omni regno suo, vt esset omnis populus vnus. Et reliquerunt] vnusquisque legem suam, & consenserunt omnes gentes secundum verbum Regis Antiochi. Et multi ex Israel consenserunt <sup>16</sup> ei] & sacrificauerunt idōlis, & coinquinauerunt sabbatum. Et misit Rex Antiochus libros per manus nuntiorum in Ierusalem & in omnes ciuitates Iudæ, vt sequerentur leges gentium terræ, & prohiberent holocausta & sacrificia & placationes fieri in templo dei, & prohiberent celebrari sabbatum] & dies solennes. <sup>17</sup> Et iussit coinquinari sancta, & sanctum populum Israel. <sup>18</sup> Et iussit edificari aras & <sup>19</sup> templa] & idōla, & immolari carnes suillas & pecora communia, & relinquere filios suos incircuncisos, & coinquinari animas eorum in omnibus immunditiis & abominationibus, ita vt obliuiscerentur legem, & immutarent omnes iustificationes dei. <sup>20</sup> Et quicumque non fecissent secundum verbum Regis Antiochi, morerētur. Secundum omnia verba hæc scripsit omni regno suo, & præposuit Principes <sup>21</sup> populo qui hæc fieri cogere. ] Et iusserunt ciuitatibus Iudæ sacrificare. <sup>22</sup> Et congregati sunt multi de populo ad eos qui dereliquerant legem domini, & fecerunt mala super terram, & <sup>23</sup> effugauerunt populum] Israel in abditis & in absconditis fugitiuorum locis. Die quintadecima mensis Casleu, quinto & quadragesimo & centesimo anno, <sup>24</sup> edificauit Rex Antiochus <sup>25</sup> abominandum idōlum desolationis super altare dei,] <sup>26</sup> & per vniuersas ciuitates Iudæ in circuitu edificauerunt aras, & ante ianuas domorum, & in platēis incendebant thura & sacrificabant. <sup>27</sup> Et libros legis dei combusserunt igni, scindentes eos, & apud quemcunque inueniebantur libri testamenti domini, & quicumque obseruabat legem domini, secundum edictum Regis trucidabant eum. In virtute sua faciebant hæc populo Israel, qui inueniebatur in omni mense in ciuitatibus. Et quinta & vicesima die mensis sacrificabant super aram quæ erat contra altare, & mulieres quæ circuncidebant filios suos, trucidabantur secundum iussum Regis Antiochi. Et suspendebant pueros <sup>28</sup> à ceruicibus] per vniuersas domos eorum, & eos qui circunciderant, illos trucidabant. <sup>29</sup> Et multi de populo Israel <sup>30</sup> definierunt apud se,] vt non manducarent immunda, & elegerūt magis mori quàm cibus coinquinari immundis, & noluerunt infringere legē dei sanctam, & trucidati sunt. Et facta est ira magna super populum Israel valde.

Anni ante  
Christū. 166.  
Anni mundi  
3796.

† Tob. 2. b  
Amos. 8. c

Anni ante  
Christū. 166  
Anni mundi  
3796.

f. Que 1 78 psalmo accepimus, completa sunt in Antiochi tem poribus, qui vocat<sup>r</sup> est illudis, qui cum in Syria regnaret, iussit quidem in vrbem Ierusalem, sedauit vero templum, & sanctuarium euerit. Euseb. de demouit. li. 10. cap. 1. [g. Diximus superius quod Antioch<sup>9</sup> tenet tyrum Antiochi si similitur idem perditionis filius, hoc in loco princeps tributorum accipi potest, quem princeps huius mundi, & rector tenebrarum diabolus, ad hoc incitat. Glosa ordin.] h. Daniel has ludæorum præuidens calamitates cap. 8. respicit hanc eadē que sub Antiocho illustri facta est captiuitatem, ex eidiūque atque desolationem templi, etiam ipsum tempus addidit. Exinde ostendit in ipsam abominationem, & eos qui violant testamentum, hoc est, præuicaciter Iudæos, adducunt in vrbem, tecum habent ac traherent, & populus cognoscens deum suum præualebit, Machabæorum res significans quæ acciderit sub Iuda, & Symone, & Ioanne Chrysolastus Iudæos oratione 2. 6. Calumniam.

\* Semper. [i. In loco enim templi eruerūt arborilla, vt dicitur infra cap. 4. De Tyra.] [k. Scriptura & epistola spiritus sancti Antiochi philotopi sunt g<sup>o</sup> illi & heretici atque schismatici Christianorum qui veritatē legis Christi atque statum catholicæ fidei falsè ueris enipit, quibus dicitur est cultus diuini, & religio Christiana, sed quomaximè per etroicm student libi homines, adiuuare eo magis faciunt illos ab inuicem discordare, quia nec ipsi inter se inuicē concordant, sed uariis sectis dissonantes discrepant. Glosa ordin. 7. Relinqueret. 8. Seruituti eius. 9. Libationem ex sanctuario, & coinquinarent sabbata. 1. In templo quoque ara postea porcos mactauit, sacrificium are sigillone Iudæorum alienissimū, & excolat omnes abrogato veteri dei cultu, ipsius ueneratū numina, & oppidatū exercutiū templi, atque altatibus, porcinas in eis quotidie iugulare uictimas Iosep. Antiq. lib. 12. cap. 6. 10. Lucos. [m. Horetico eius exemplum inter Christianos uidet. Ex eplum eorum ac manifestum est, principes hereticorum patronos, catholicos sacerdotes à catholica doctrina, ad nouas hereseon opinioniones cogere, sacramenta edelestæ abolere, noua officia Misset catholico clerico obrudere, & id genus alia facinorosa sacrilega committere. I. orich. lib. 1. 11. Super omnem populum. \* Per vrbem & vrbem. 12. Posuerunt. 13. A edificauerunt abominationem desolationis, super altare. n. Sed & in templo dei simiacetrum Iouis flagitans, populum que tormentis ad sacrificiū idola idolis cogens. Beda in dedica. eccles. hom. 1. 6. Et dum Antiochus Iudæos Græcorum moribus viuere cogit, quamplurimos eorum tam inares q̄ feminas, qui neque proprias leges neque patriā pietatem deserece volebant, variis prius vexatōs supplicis interfecit. Euseb. de demouit. Equi pelica lib. 10. cap. 1. 14. Ex collis eorum. 15. Nulla perfectio, nullāque tribulatio sanctos dei qui prædestinati sunt, & vocati secundum præsentiam Dei patris à fide Christi nunquam euellere potuit sed in veritate persistentes, nec idololatra manducantes, nec immunditia peccatorū coinquinari consentiebant, nec etiam legem dei sanctam heretice prauitate infringere, atque contempere patiebantur. sed m.

Hh ij

gis eligeant pro nomine Christi mori quàm consentire impietati. Glosa ordinata ibidem.] 15. Fortificati sunt, & confirmati in se.

*Matathias legis dei zelator Antiochi leges contemnens fugit in montem cum filiis & amicis suis: ubi tandem moriens iubet filios suos exemplo patrum suorum legem dei tueri.*

I I.

a. Tunc multi Iudaorum sponte quidem timore regis iusta se cuti sunt, probati vero partem legibus adhaerere. Erat autem vir de Modio modico Iudæ viro sacerdos, nomine Matathias filius Ioannis, filij Simonis, filij Amonai, de vice Iochim, id est, vnus illorum 24. quos Dauid elegit, & in eadem modum dicitur est Zacharias pater Ioannis baptiste de vice Abia. Erantque ei filij quinque Ioannes, Simon, Iudas, Eleazarus, & Ionathan: quorum quisque suo cognomine censabatur. Comest. libro. Machab. c. 1.

1. Et vidit blasphemias.

2. Sanctuarium in manu alieno cum solum est.

[ b. Vasa gloriæ eius adducta sunt. Nam Antiochus ea asportauerat, vt dictum est cap. prece den. At que gens non hereditauit regnum eius quod dicitur, eo quod in exercitu Antiochi erant multi de diuersis nationibus collecti.

3. Infantes.

c. In fine ciuitas propter Machabæos celebris in tribus beniamin sinitibus, super montem Bahala sita: super torrente qui apud Hieronimo effunditur, patria Machabæorum ubi est eorum memorabilis sepultura, septem pyramides ex quadam mole surgentes.

4. Congregati sunt.



**N** diebus illis surrexit Matathias filius Ioannis filij Simeonis sacerdos ex filiis Ioarim ab Ierusalem, & confedit in monte Modin. Et habebat filios quinque, Ioannem qui cognominabatur Gaddis, & Simōnem qui cognominabatur Thasi, & Iudam qui vocabatur Machabæus, & Eleazarum qui cognominabatur Abaron, & Ionathan qui cognominabatur Apphus. Hi viderunt mala quæ fiebant in populo Iuda & in Ierusalem, & dixit Matathias: Vae mihi. Vt quid natus sum videre contritionem populi mei & contritionem ciuitatis sanctæ, & sedere illic cum datur in manibus inimicorum? Sancta in manu extraneorum facta sunt, templum eius sicut homo ignobilis. Vasa gloriæ eius captiua abducta sunt, trucidati sunt fenestras eius in platæis, & iuuenes eius ceciderunt in gladio inimicorum. Quæ gens non hereditauit regnum eius, & non obtinuit spolia eius? Omnis compositio eius ablata est. Quæ erat libera, facta est ancilla. Et ecce sancta nostra, & pulchritudo nostra, & claritas nostra, desolata est: & coinquinauerunt eam gentes. Quo ergo nobis adhuc viuere? Et scidit vestimenta sua Matathias, & filij eius, & operuerunt se ciliciis, & planxerunt valde. Et venerunt illuc qui missi erant à Rege Antiocho, vt cogere eos qui confugerent in ciuitatem Modin, immolare & accendere thura, & à lege dei discedere. Et multi de populo Israel consentientes accesserunt ad eos, sed Matathias & filij eius constanter steterunt, & respondentes qui missi erant ab Antiocho, dixerunt Matathias: Princeps & clarissimus & magnus es in hac ciuitate, & ornatus filiis & fratribus. Ergo accede prior, & fac iussum Regis sicut fecerunt omnes gentes & viri Iuda, & qui remanserunt in Ierusalem, & eris tu & filij tui inter amicos Regis, & amplificatus auro & argento & muneribus multis. Et respondit Matathias, & dixit magna voce: Et si omnes gentes Regi Antiocho obediunt, vt discedant vnusquisque à seruitute legis patrum suorum, & consentiant mandatis eius, ego & filij mei, & fratres mei obediemus legi patrum nostrorum. Propitius sit nobis deus, non est nobis vtile relinquere legem & iustitias dei. Non audiemus verba Regis Antiochi, nec sacrificabimus transgredientes legis nostræ mandata, vt eamus altera via. Et vt cessauit loqui verba hæc, accessit quidam Iudæus in omnium oculis sacrificare idòlis super aram in ciuitate Modin secundum iussum Regis. Et vidit Matathias, & doluit, & contremuerunt renes eius. Et accensus est furor eius secundum iudicium legis, & insiliens trucidauit eum super aram. Sed & virum quem Rex Antiochus miserat, qui cogebat immolare, occidit in ipso tempore, & aram destruxit, & zelatus est legem sicut fecit Phinées Zambri filio Salomi. Et exclamauit Matathias voce magna in ciuitate, dicens: Omnis qui zelum habet legis statuens testamentum, exeat post me, & fugit ipse & filij eius in montes, & reliquerunt quæcunque habebant in ciuitate. Tunc descenderunt multi quærentes iudicium & iustitiam in desertum, & sederunt ibi ipsi & filij eius, & mulieres eorum & pecora eorum, quoniam inundauerunt super eos mala. Et renunciatum est viris Regis, & exercitui qui erant in Ierusalem ciuitate David, quoniam discessissent viri quidam qui dissipauerunt mandatum Regis in loca occulta in deserto, & abissent post illos multi. Et statim perrexerunt ad eos, & constituerunt aduersus eos prælium in die sabbatorum. Et dixerunt ad eos: Resistis & nunc adhuc? Exite, & facite secundum verbum Regis Antiochi, & viuetis. Et dixerunt: Non exhibimus, neque faciemus verbum Regis, vt polluamus diem sabbatorum. Et concitauerunt aduersus eos prælium & non responderunt illis, nec lapidem miserunt in eos, nec oppilauerunt loca occulta, dicentes: Moriamur omnes in simplicitate nostra, & testes erunt super nos cælum & terra, quod iniuste perditis nos. Et intulerunt illis bellum sabbatis, & mortui sunt ipsi & vxores eorum, & filij eorum & pecora eorum, vsque ad mille animas hominum.

5. Tu & filij tui glorificabimini. Quæ sunt in familia regni.

6. Ambulabimus in testamento.

7. Vt prætereamus seruitutem nostram dextra vel sinistra. Cuius præcepti diuini & vigoris memor Matathias in effectum eum qui ad aram sacrificaturum necessitat. Quod si ante aduentum Christi circa deum colendum, & idola hærædæ hæc præcepta seruata sunt, quæ magis post aduentum Christi seruanda sunt: cum ille veniens nõ verbis tantum nos hortatus est, sed & factis, post omnes iniurias & contumelias passus quoque & crucifixus, vt nos pati & morti suo exemplo doceret, vt nulla sit homini excusatio pro se non patienti, cum passus sit pro nobis, & cum ille passus sit pro alienis peccatis, multo magis pro suis peccatis vnusquisque debere. Cypria. Exhort. in marty. ca. 4.

8. Vique nunc egressi.

9. Quid de Machabæis. Sed de populo dicam parum, qui cum parati essent ad repugnandum pro templo dei, & pro legitimis suis, dolo hostium die iacessit sabbati maluerunt vulneribus offerre nuda corpora quam repugnare, ne violaret sabbatum. Itaque omnes se obtulerunt morti. Sed Machabæi considerantes, quod hoc exemplo gens omnis posset perire, sabbato etiam edipiti in bellum prouocauerunt, vt sint innocentium necem fratrum suorum. Amb. offic. lib. 2. cap. 40.

10. Nunc dubio istud processit ex quâ simplici deuotione quia hierum erat eis in die sabbati se defendere. Vnde & Ios. 6. dicitur quod cuncti bellatores de voluntate domini circumiicerent vibram iericho semel in die, & hoc septem diebus, in quibus dies sabbati erat inclusus. Lyra.

Ios. 12. 7

B

C

† 21. q. 5. c. Si audierit

† Num. 25. b

† 21. q. 3. c. Si nulla

minum. Et cognouit Matathias & amici eius, & luctum habuerunt super eos valde.  
 Et dixit vir proximo suo: Si omnes fecerimus sicut fratres nostri fecerunt, & non pu-  
 gnauerimus aduersus gentes pro animabus nostris, & iustificationibus nostris, citius  
 disperdent nos à terra. Et cogitauerunt in die illa, dicentes: Omnis homo quicumque  
 venerit ad nos in bello die sabbatorum, pugnemus aduersus eum, & non moriemur  
 omnes, sicut mortui sunt fratres nostri in occultis. Tunc congregata est ad eos Syna-  
 goga Iudæorum, fortis viribus ex Israel, omnis voluntarius in lege, & omnes qui fu-  
 giebant à malis additi sunt ad eos, & facti sunt illis ad firmamentum. Et collegerunt  
 exercitum, & percusserunt peccatores in ira sua, & viros iniquos in indignatione  
 sua, & cæteri fugerunt ad nationes, vt euaderent. Et circuiuit Matathias & amici eius,  
 & destruxerunt aras, & circumciderunt pueros incircuncisos, quotquot inuenerunt in  
 finibus Israel in fortitudine. Et persecuti sunt filios superbæ, & prosperatum est opus  
 in manibus eorum. Et obtinuerunt legem de manibus gentium, & de manibus Re-  
 gum, & non dederunt cornu peccatori. Et appropinquauerunt dies Matathiæ mori-  
 riendi, & dixit filiis suis: Nunc confortata est superbia, & castigatio, & tempus euer-  
 sionis, & ira indignationis. Nunc ergo ô filij æmulatores estote legis, & date animas  
 vestras pro testamento patrum. Et mementote operum patrum quæ fecerunt in gene-  
 rationibus suis, & accipietis gloriam magnam & nomem æternum. Abraham non  
 in tentatione inuentus est fidelis, & reputatum est ei ad iustitiam. Ioseph in tem-  
 pore angustiarum suarum custodiuit mandatum, & factus est dominus Ægypti. Phinees pa-  
 ter noster zelando zelum dei, accepit testamentum sacerdotij æterni. Iesus dum im-  
 pleuit verbum, factus est dux in Israel. Caleph dum testificatur, in Ecclesia accepit  
 hæreditatem. Dauid in sua misericordia consecutus est sedem regni in secula. Elias  
 dum zelat zelum legis, receptus est in cælum. Hananias, Azarias, & Misahel creden-  
 tes, liberati sunt de flamma, Daniel in sua simplicitate liberatus est de ore leonum.  
 Et ita cogitate per generationem & generationem, quia omnes qui sperant in eum,  
 non infirmantur. Et à verbis viri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius stercus  
 & vermis est. Hodie extollitur, & cras non inuenietur: quia conuersus est in terram  
 suam, & cogitatio eius perit. Vos ergo filij confortamini, & viriliter agite in lege, quia  
 cum feceritis quæ vobis præcepta sunt in lege à domino deo vestro, in ipsa glo-  
 riosi eritis. Et ecce Simon frater vester scio quod vir consilij est. Ipsum audite semper,  
 & ipse erit vobis pater. Et Iudas Machabæus fortis viribus à iuuentute sua, sit vobis  
 princeps militiæ, & ipse agat bellum populi. Et adducetis ad vos omnes factores  
 legis, & vindicatis vindictam populi vestri. Retribuite retributionem gentibus, & in-  
 tendite in præceptum legis. Et benedixit eos, & appositus est ad patres suos. Et defun-  
 ctus est ceterisimo & quadagesimo sexto anno, & sepultus est à filiis suis in sepulchris  
 patrum suorum in Modin, & planxerunt eum omnis Israel planctu magno.

¶ Valde igitur detestatur boni  
 uociferatem, quæ inimica est a-  
 nimæ, & ideo potius eligit  
 contra inimicos spirituales quo-  
 tidie virtutibus consistere, quæ  
 desideria inerti ocioso corpore,  
 maxime est spes victoriæ non  
 à se sed per auxilium præsumite  
 habere diuinitus: sibi fecerit  
 in præsentem, sed in futu-  
 ro præmittunt. Gloriosa ordina.  
 h. Septem dies venduntur in  
 tium acceperunt, sabbati dicunt  
 fecum concludant necesse est,  
 quo die non tantum sacerdotes  
 tunc operari, sed in ore gladij  
 præda facta sit ciuitas ab omni  
 populo Israel. Nec dubium est  
 opus feruile eos esse operatos,  
 cum prædas belli agerent ex  
 dei præcepto. Nam & tempori-  
 bus Machabæorum sabbatis pu-  
 gnando fortiter fecerunt, & ho-  
 stes Allophylos expugnaverunt,  
 & legem paternam ad præsumit  
 vitæ statum pugando sabbatis  
 reuocauerunt. Nec putem alij  
 legem defendisse, nisi in qua  
 de die sabbatorum meminerunt  
 esse præscriptum. Tertullij aduersus  
 Iudeos.  
 9. Aspidocorum.  
 10. Sine lege.  
 i. Exacto autem anno post prin-  
 cipatum morbo correptus Ma-  
 thias educatus ad se liberos:  
 Equidem, inquit, filij, iam ita-  
 lem viam ingredior, interim  
 commendo vobis meum pro-  
 positum, & rogo ne per igna-  
 uiam cessetis id exequi: sed  
 potius memores paternæ volunta-  
 tis feruente citius patrios, & tem-  
 publicam tantum non collap-  
 sam restituite, neque illis acce-  
 dite qui aut sponte aut vi eam  
 prodiderunt hostibus. Prima au-  
 tem cura sit concordia, & qui-  
 bus quique præcedit tribus,  
 his vitatur reliquis concedenti-  
 bus: Simonemque fratrem exi-  
 mia prudentia vitum paternis  
 loco habete, obtemperantes eius  
 consiliis: Machabæum autem  
 propter fortitudinem exercitum  
 præfite. Hic enim vicietetur  
 suæ gentis iniurias repulsi ho-  
 stibus. Ad hoc autem negotium  
 adhibete quotquot vsque sunt  
 iusti & pij, & hoc pacto vires  
 vestras augebitis. Hæc locutus  
 filijs, præcaturusque deum adesse  
 illorum constabat, & populo  
 præsumit viuendi morem res-  
 tituit, non multo post mori-  
 tur, & in Modin sepelitur. Iose-  
 phus lib. 12. cap. 8.  
 11. In stercus & in vermis ho-  
 die extolletur.  
 12. Bellabit bellum populorū  
 k. Retribuite retributionem gen-  
 tibus, quæ vexauerit vos, & pu-  
 nite pro malis illarū fidelibus.  
 Per hoc dedit exemplum prin-  
 cipibus & prælati, vt facerent  
 testamentum de obseruanda fi-  
 dei & morum posteris suis &  
 amicis, De Lyra.]

† Gene. 22. e  
 & 25. f  
 † Gene. 41. e

† Eccl. 45. d  
 † Ios. 1. d  
 † Num. 14. d

† Ios. 14. d  
 † 1. Re. 24. d  
 † 3. Reg. 2. f  
 † 4. Reg. 2. d  
 † Danie. 3. g

† Ex. 6. f

Ios. 18.  
 Anni ante  
 Christi 275.  
 Anni mundi.  
 3797.

*Iudas Machabæus Iudæis præfectus Apollonium & Seren principes occidit, Lysia præ-  
 fecto Syriæ misso ad delendam Iudæam occurrit, viriliter ordines instituens. ¶ 11.*

**A** Surrexit Iudas, qui vocabatur Machabæus filius eius pro eo, & adiua-  
 bant eum omnes fratres eius, & vniuersi qui se coniunxerant patri eius, &  
 præliabantur prælium Israel cum lætitia. Et dilatauit gloriam populo suo,  
 & induit le loricam sicut gigas, & succinxit se arma bellica sua in præliis:  
 & protegebat] castra gladio suo, similis factus est leoni in operibus suis, & sicut catu-  
 lus leonis rugiens in venatione. Et persecutus est iniquos perferens eos, & qui con-  
 turbabant populū suum, eos succedit flammis, & repulsi sunt inimici eius præ timore  
 eius. Et omnes operarij iniquitatis conturbati sunt, & directa est salus in manu eius. Et  
 exacerbabat reges multos, & lætificabat Iacob in operibus suis, & in seculum memo-  
 ria eius in benedictione. Et perambulabat ciuitates Iudæ, & perdidit impios ex eis, &  
 auertit iram ab Israel. Et nominatus est vsque ad nouissimum terræ, & congregauit

Hh iij

a. Et surrexit pro patre Iudas  
 Machabæus, & factus est quasi  
 leo defendens Israel clypeo suo.  
 Comestor historia Machabæo,  
 lib. 1. cap. 2.

1. Constituit prælia protegens  
 b. Iudas Machabæum præfeci-  
 serunt 11. duces de domo David,  
 per annos 163. Ioseph primus  
 annis 7. Abner Semei ann 17.  
 Elyh. Matathias ann. 12. Asar  
 Maar 9. Nagid Araxat 10. A-  
 gai Helly 8. Mastor Nahum 7.  
 Amos Syrach 14. Matathias  
 Siloa 10. Iosephus Iunior Ar-  
 tes 60. Ianneus vel Ianna secun-  
 dus Hircanus, vltimus princeps  
 Iudæorū de tribu Daud, an. 16.  
 Hunc sequitur Iudas Macha-  
 bæus à Simonorū primus ann.  
 6. Philo Iudæus lib. 2. Breviarij

Ios. 12. g.



¶ His auditis Apollonius præfecit Samariam captivam contra Iudam duxit exercitum. Nec in Iuda mora fuit, sed obviam ei factus prælio viduum cum aliis multis interfecit, gladio etiam eius potitus velut opimo spolio, plurimos etiam hostium vulneratis, & castris eorum direptis, ditatus præda rediit. Ioseph. lib. 12. cap. 10.

[d. Cōsequenter describitur bellum Iudæ cū Seron duce Syriæ. Circa quod primo ponitur ipse Seron apparatus. Secundo Iudæorum metus, sibi. Et exiit Iudas obviam illis cum paucis ideo timuerat, scilicet multitudinem fortem contra se veniret. Tertio ponitur per verba Iudæ ipse populi consolatio.]

De Iudæ.]

1. Fortia ad adiuvandum eum.

2. Quantum apud pios celebratum fuerit ieiunium, ostendit Hierony. aduersus Iouinianum: Partes veteris testamenti in afflictione constituti semper per ieiunium misericordiam & consolationem inueniunt. In Exodo aduersus Amalech oratione Moysi & totius populi, vsque ad vespæram dimicatum est. Iesus filius Naue rationem impetrauit Solis & Lunæ, & mediam plusquam vnius diei victoris exercitus protulit. Saul malebatur qui ante victoriam fameret eum. Elias 40. diebus ieiunio vidit deum in Horeb.

3. Congregatum Samuel populum in Bethel ut iudicio ieiunio roboraret, & fecit hostibus sortirem, Daniel, Machabæi, Iudith & Esther ieiunio de hostibus triumpharunt. Et item Achab impulsus, ut sententiam dei subterfugeret, & euentus domus eius differretur in posterum, ieiunio impetrauit & fecit, &c.

4. Hier. aduersus Iouinia. lib. 2.

5. Incipit.

6. Incidit.

7. Auditis hæc Antiochus congregauit omnem propriam virtutem, & multos ab insulis recede compulsi. Cumque militibus stipendia distulisset, vidit thesaurum desicere. Non enim illi omnia tributa reddebantur propter seditiones gentium, & liberant ire in Persidem, & accipere tributa regionum. Et reliquit Lysiam de genere regali super negotia regni ab Euphrate vsque ad fines Asiæ interioris, & ut nutrebat Antiochum filium eius donec rediret. Et tradidit ei medietatem exercitus & elephantes, præcipiens ut vasteret Iudæam, & euerteret Ierusalem, & genus Iudæorum extirparet. Comestoc. 1. Machab. 1.

8. in annum.

9. Libera manu.

10. Ad terminos.

11. Hic consequenter ponitur ordinatio regis exercitus, & primo ex parte regis, cum dicitur: Et exiit ab Antiochia ciuitate regni sui metropoli. De Iudæ.]

12. Dimidium exercitum residuum.

13. h. Quid per Lysiam nisi fallus mandatus designatur, qui per tres viros hoc est per tres ordines persecutorum bellum Christi ecclesie ingerit, hoc est per paganos, per hæreticos, & per falsos Christianos quibus subrogantur quadraginta milia virorum, & septem milia equitum, ut disperdant Iudam secundum verbum regis. Glossa ordinaria. Iudæam.]

14. Immanum.

15. Iudas animaduertens hostium multitudinem, hortatus est suos milites, ut forti essent animo, & in deo collocarent omnem fiduciam, & ceteris supplicationibus, quibus more patrio in magnis periculis induti facis solent orare veniam: ut deus ad miserationem flexis visceribus contra hostem eis adideret Ioseph. Antiquit. Iudæic. lib. 12. c. 11.

16. Et congregauit Apollonius gentes, & à Samaria virtutem multam & magnam ad bellandum contra Israel. Et cognouit Iudas, & exiit obviam illi, & percussit & occidit illum, & ceciderunt vulnerati multi, & reliqui fugerunt, & accepit spolia eorum. Et gladium Apollonij abstulit Iudas, & erat pugnans in eo omnibus diebus. Et audiuit Seron princeps exercitus Syriæ, quod congregauit Iudas congregationem fidelium & Ecclesiam secum. Et ait: Faciam mihi nomen, & glorificabor in regno, & debellabo Iudam, & eos qui cum ipso sunt, qui spernebant verbum Regis. Et præparauit se, & ascenderunt cum eo castra impiorum fortes auxiliarij, ut facerent vindictam in filios Israel. Et appropinquauerunt vsque Bethoron, & exiit Iudas obviam illis cum paucis. Ut autem viderunt exercitum venientem sibi obviam, dixerunt Iudæ: Quomodo poterimus pauci pugnare contra multitudinem tantam & tam fortem? Et nos fatigati sumus ieiunio hodie? Et ait Iudas: Facile est concludi multos in manu paucorum, & non est differentia in conspectu dei cæli liberare in multis & in paucis, quoniam non in multitudine exercitus victoria belli, sed de cælo fortitudo est. Ipsi veniant ad nos in multitudine contumaci & superbia, ut disperdant nos & vxores nostras, & filios nostros, & ut spolient nos. Nos verò pugnamus pro animabus nostris & legibus nostris, & ipse dominus conteret eos ante faciem nostram. Vos autem ne timueritis eos. Ut cessauit autem loqui, insiluit in eos subito, & contutus est Seron & exercitus eius in conspectu ipsius, & persecutus est eum in descensu Bethoron vsque in campum. Et ceciderunt ex eis octingenti viri, reliqui autem fugerunt in terram Philistiim. Et cecidit timor Iudæ ac fratrum eius, & formido super omnes gentes in circuitu eorum, & peruenit ad regem nomen eius, & de præliis Iudæ narrabant omnes gentes. Ut audiuit autem Rex Antiochus sermones istos, iratus est animo, & misit, & congregauit exercitum vniuersi regni sui, castra fortia valde. Et aperuit ararium suum, & dedit stipendia exercitui in annum, & mandauit illis ut essent parati ad omnia. Et vidit quod defecit pecunia de thesauris suis, & tributa regionis modica, propter dissensionem & plagam quam fecit in terra, ut tolleretur legitima quæ erant à primis diebus. Et timuit ne non haberet, & semel & bis in sumptus, & donaria quæ dederat antè larga manu, & abundauerat super Reges qui ante eum fuerant. Et consternatus erat animo valde, & cogitauit ire in Persidem, & accipere tributa regionum, & congregare argentum multum. Et reliquit Lysiam hominem nobilem de genere regali, super negotia regia, à flumine Euphrate vsque ad flumen Ægypti, & ut nutrebat Antiochum filium suum donec rediret. Et tradidit ei medium exercitum, & elephantes, & mandauit ei de omnibus quæ volebat, & de inhabitantibus Iudæam & Ierusalem, & ut mitteret ad eos exercitum ad coterendam & extirpandam virtutem Israel, & reliquias Ierusalem, & auferendam memoriam eorum de loco, & ut constitueret habitatores filios alienigenas in omnibus finibus eorum, & forte distribueret terram eorum. Et rex assumpsit partem exercitus residui, & exiit ab Antiochia ciuitate regni sui anno centesimo & quadragesimo septimo, & transfretauit Euphraten flumen, & perambulabat superiores regiones. Et elegit Lysias Ptolomæum filium Dorimini, & Nicanorem, & Gorgiam viros potentes ex amicis regis, & misit cum eis quadraginta milia virorum, & septem milia equitum, ut venirent in terram Iudæ, & disperderent eam secundum verbum Regis. Et processerunt ut irent cum vniuersa virtute sua, & venerunt, & applicuerunt Ammaum in terra campestri. Et audierunt mercatores regionum nomen eorum, & acciperent argentum & aurum multum valde, & pueros, & venerunt in castra ut acciperent filios Israel in seruos. Et additi sunt ad eos exercitus Syriæ, & terra alienigenarum. Et vidit Iudas & fratres eius quia multiplicata sunt mala, & exercitus applicabat ad fines eorum, & cognouerunt verba Regis quæ mandauit populo facere in interitum & consummationem, & dixerunt vnusquisque ad proximum suum: Erigamus deiectionem populi nostri, & pugnemus pro populo nostro & sanctis nostris. Et congregatus est conuentus ut essent parati in prælium, & ut orarent & peterent misericordiam

& mi-

Ios. 12. 9

Antiochus  
Christi. 64.  
Anni mundi  
3796.  
Ios. 12. 9. 10.

& miserationes. <sup>k</sup> Et Ierusalem non habitabatur, sed erat sicut desertum. Non erat qui ingrederetur & egrederetur de natis eius, & sanctum concubatur. Et filij alienigenarum erant in arce, ibi erat habitatio gentium. Et ablata est voluptas a Iacob, & defecit ibi tibia & cithara. <sup>l</sup> Et congregati sunt, & venerunt in Maphat contra Ierusalem, quia locus orationis erat in Maphat ante in Israel. Et ieiunauerunt illa die, & induerunt scilicis, & cinerem imposuerunt capiti suo, & <sup>m</sup> diffuserunt] vestimenta sua. Et expande- runt libros legis de quibus scrutabantur gentes <sup>n</sup> similitudinem <sup>o</sup> simulachrorum suorum, & attulerunt ornamenta sacerdotalia, & primitias, & decimas, & suscitauerunt Nazareos qui impleuerant dies. <sup>p</sup> Et clamauerunt voce magna in caelum, dicentes: <sup>q</sup> Quid faciemus istis, & quo eo ducemus? Et sancta tua concubata sunt, & contamina- nata sunt, & sacerdotes tui facti sunt in luctum & in humilitatem. Et ecce nationes con- uenerunt aduersum nos, ut nos disperdant. <sup>r</sup> Tu scis quae cogitant in nos. Quomodo poterimus subsistere ante faciem eorum, nisi tu deus adiuues nos? Et tubis exclamaue- runt voce magna. Et post haec constituit Iudas duces populi. Tribunos & Centuriones, & Pentacontarchos, & Decuriones <sup>s</sup> Et dixit his qui aedificabant domos, & sponsabant vxores, & plantabant vineas, & formidolosis, ut redirent unusquisque in domum suam secundum legem. Et mouerunt castra, & collocauerunt ad austrum Ammaum. Et ait Iudas <sup>t</sup> Accingimini, & estote filij potentes, & estote parati in mane, ut pugnetis aduer- sus nationes has quae conuenerunt disperdere nos, & sancta nostra, quoniam melius est nos mori in bello, quam videre mala gentis nostrae & sanctorum. Sicut autem fue- rit voluntas in caelo, sic fiat.

† Deut. 20. b  
Judith. 7. a

*Iudas Gorgiam insidiantem & Lysiam inuadentem fugat, templum altari erecto purificat & eius dedicationem celebrat.* IIII.

**A** T assumpsit Gorgias quinque milia virorum, & mille equites electos. Et mouerunt castra nocte, ut applicarent ad castra Iudaeorum, & percuterent eos subito. Et filij qui erant ex arce, erant illis duces. <sup>b</sup> Et audiuit Iudas, & surrexit ipse & potentes percutere virtutem exercituum Regis, quae erat in Ammaum. Adhuc enim dispersus erat exercitus a castris. Et venit Gorgias in castra Iudae noctu, & neminem inuenit. Et quarebat eos in montibus, quoniam dixit: fugiunt hi a nobis. Et cum dies factus esset, apparuit Iudas in campo cum tribus milibus virorum tantum, qui tegumenta & gladios non habebant. Et viderunt castra gentium valida, & loricatos, & aequitatus in circuitu eorum, & hi docti ad praellium. Et ait Iudas viris qui secum erant. Ne timueritis multitudinem eorum, & impetum eorum ne formidatis. <sup>c</sup> Mementote qualiter salui facti sunt patres nostri in mari Rubro, cum sequeretur eos Pharaon cum exercitu multo. <sup>d</sup> Et nunc clamemus in caelum, & miserebitur nostri dominus, & memor erit testamenti patrum nostrorum, & conteret exercitum istum ante faciem nostram hodie, & scient omnes gentes quia est deus qui redimat & liberet Israel. <sup>e</sup> Et leuauerunt alienigenae oculos suos, & viderunt eos venientes ex aduerso. Et exierunt de castris in praellium, & tuba cecinerunt ij qui erant cum Iuda. Et congressi sunt & contritae sunt gentes, & fugerunt in campum. Nouissimi autem ceciderunt in gladio, & persecuti sunt eos vsque Gezeron, & vsque in campos Idumaeae, & Azoti, & Iamniae, & ceciderunt ex illis vsque ad tria milia virorum. Et reuersus est Iudas, & exercitus eius sequens eum. Dixitque ad populum: Non concupiscatis spolia, quia bellum contra nos est, & Gorgias & exercitus eius prope nos in montibus: sed stete nunc contra inimicos nostros, & expugnat eos, & sumetis postea spolia securi. <sup>f</sup> Et adhuc loquente Iuda haec, ecce apparuit pars quaedam prospiciens de monte. Et vidit Gorgias, quod in fugam conuersi sunt sui, & succenderunt castra. Fumus enim qui videbatur, declarabat quod factum est. Quibus illi conspectis timuerunt valde, aspicientes simul & Iudam, & exercitum in campo paratum ad praellium. Et fugerunt omnes in campo alienigenarum, & Iudas reuersus est ad spolia castrorum, & acceperunt aurum mul-

† Exod. 14. g

B

† Intra. 9. b

Hh iij

[k. Hoc interponitur ad reddendum causam quare non uenerit in Ierusalem ad orandum cum esset ibi locus domini cultus. De Lyr.]  
[l. Illi qui ad dimicandum contra hostes congregati fuerant, uenerunt in Maphat contra Ierusalem. Et quid per Maphat (qui iudicium interpretatur) nisi uetus testamentum significetur? hoc orationis erat in Maphat, quod prospicit semper ad nouum testamentum, & testimonium praebet euangelio Christi. Glo- ria ordinata.]  
[m. Scelerum.]  
[n. Insistere in ipsis.]  
[o. Videlicet, ut morte diuinae legis exhiberet simulachrum suum, uel ordinem sacrificiorum Rupertus in 20. cap. Genes.]  
[p. Clamauerunt ad impetrandum dei misericordiam dicentes: Quid faciemus istis? nam extra Ierusalem non erat locus sacrificij: Nazarei uero tenebant offerre sacrificia in expletio ne uoti sui. De Lyr. ibi.]  
[q. Nihil enim fortius homine legitime orante. Nam si seuum principem quendam qui neque, deum timebat, nec hominum placerebat ut, placere potius mihi, multo magis deum allicere qui ei iugiter assistit, uine uentrem, & delicias esum inae. Si uero corpus tantum infirmum est ad ieiunandum, non tamen est infirmum ad orandum, nec ad uentris despectum tubecillo. Chry- ad popu. Antioch. ho. 71.]  
[r. Post orationem Iudas etiam expeditionem & apparatus belli cum auctoritate instruxit idem & principes nostri facerent. Sed nos obuiamus & disputamus, Turcis & Lutheranis ac ecclesie hostibus resistendum seruiet neque ecclesie & Dei gloriae sunt non curamus. Lotich.]  
[s. In de stimulus rex Antiochi cum bellum accenderet per duces suos, Lysiam, Nicanorem, Gorgiam item cum orientibus suis & Alysiam acrius est copis, ut quidam agunt & octo milia in medio capite tribus milibus prosterentur. Amb. offi. lib. 1. cap. 40.]  
[t. Sed Iudas Machabaeus esse genere esset sacerdoti, collecto exercitu iustorum aduersus Antiochi duces arma arripens, eosque de Iudaea expellens persecutioni grauissimam finem imposuit, ac templum ab imaginibus emundans, noua rursus aetaria, & cetera uasa uel ornamenta faciens, atque in templum imponens, deditque ea simul cum templo Bed. in dedicatione. eccl. ho. 1.]  
[u. Clamemus in caelum, quia sub caelo omnia, labor & dolor uanitas & afflictio spiritus. Bernar. in psal. Qui habitat. Ser. 16.]  
[v. His Iudas suorum horatus, suad ignarus quantum momenti in celeritate esset, noctu ad hostium castra oculis itineribus ducit. Ita sane accidit, ut eodem tempore Gorgias uir impiger cum cohorte una & mille equitibus speculatum missis ad Machabaei castra, & Iudas cum suis diuersis itineribus ad hostem perueniret. Ceterum Gorgias, ubi omnia deserta uidit, rati hostes metu in denios montes abiisse, aliquandiu delibetabundus stetit, pergeret ne illos seculum retro ad suos rediret. Iudas interea hostium munitiones ex improviso adortus, tantum terroris ad primum clamorem hostibus iniecit, ut sine praegio alio uero maiore conatu castra irruerit, ignemque tabernaculis iniecit. Tum uero ferro & flamma late grassantibus fuga facta est, multi mortales intra extraque munitiones caesi, caedique Gazaram vsque dilata, ad tria milia hominum caesa dicuntur. Superuenit Gorgias suorum cladi qui procul stidentia intui castra subsistit, inde ubi res perditas uidit, ne tenato quidem praelio fugam cepisset. Sabellus Enead. 5. lib. 8.]

sc. Salus magna est in Israel quod  
do numerus credentium multu  
pliciter domino populorum  
qui saluatores agnoscent fide  
confitentur ore, acque in bona  
glorificabant operatione. Ali  
ter. Tunc in Israel erit salus ma  
gna quando in ecclesia Christi  
aduersitas erit nulla. Et signan  
ter additum est in illa die. In  
die vniuersæ resurrectionis quan  
do sponsa nobilissima in cæle  
sti regno superno iungetur spõ  
so, quia quando omnes sancti in  
conspetu dei non solum de a  
nimarum sequie suarum, sed et  
iam dei corporum gaudebunt  
immortalitate. Glofa ordi. ibi. j  
i Idumæam.

ff. Et tradidisti castra, &c. 1.  
Reg. 14. Tercio ponitur vtrorũ  
que confictus, cum dicitur. Et  
commiserunt prælium. De Ly  
ra ibidem. j

ff. Bene dicitur quod Iudas co  
tritus hostibus acque sopitis ad  
tempus bellis, horreatur suos ve  
muniditate sancta ac renoua  
rent, quia maximum studiu ha  
bent doctores, vt in quibus  
cũque locis habent subuersa  
sunt ecclesia, ad pristinum sta  
tum sanctæ conseruationis ite  
rum restituantur. Glofa ordi. j  
\* Et ceciderunt ex aduerso eor  
um.

2. Exercitus autem Iudæ factus  
audaciam.

3. Et multiplicauit factum exer  
citus, & cogitabat iterum factu  
um venire.

h. Pastophorium thalamus est.  
vbi pallia seruari solebant, inde  
pastophori dicebantur qui pal  
lia serabant, vt sepe fit in præca  
tionibus publicis. Et proprie pa  
stophori appellandi sunt sacer  
dotes cultores palliorum.

4. Precepit Iudas viris oppu  
gnate eos.

i. Non est igitur res noua tem  
pla habere ornata. & altaria deo  
consecrata. Die enim oro, si rex  
tibi præcipit domum extruere,  
vt ille habitet, nonne omnia  
fecisses? Nonne igitur regia est  
Christi ecclesie constructio, ne  
hunc templum faceret, sed sanctum  
compara. Chrysol. in Ad. Apost.  
ca. 8. ho. 18.

h. Hic consequenter describitur  
templi purificatio renouatio:  
Et primo quod ad altaria ho  
locaustorum, cum dicitur, & ce  
ceperunt lapides integros secu  
dum legem quæ habetur. Exo.  
20. & leuit. 27. & edificauerunt  
altare nouum secundum illum  
quod fuit. j

\* Holocaustorum &c.

l. Vicefima quintadie mensis No  
uembris facta fuit tercia dedica  
tio templi Ierosolimitani, de  
qua Iob. 10. Facta sunt enezia  
Ierosolymis, & hyems erat. Pri  
ma enim de qua 2. Paralipo. 7.  
fuit tempore autumni. Secunda  
de qua 1. Esdr. 6. tempore veris.  
Hæc autem tempore hyemis.  
Prima Salomone 2. 3. Zoroba  
bel 3. 3. Iuda Machabæo 1. 10. Se  
ptembris 2. 1. die Februarij, hæc  
autem 25. die Nouembris. Cy  
ril. in Iob. lib. 7. ca. 9.  
\* Mane surrexerunt prima luce  
& sacrificauerunt sacrificiu sal  
uationis & laudis.

m. Iudas Machabæus multis &  
ipse inelytus victoribus, cum fre  
quenter exultanti populo pacè  
fortiter pugnando tribuisset, nũ  
quid gloriam quandoque parti  
tur est aliquid. Denique & facta  
est magna in populo, sed læti  
tia magna in populo. Quid mi  
nus ab his omnibus fecit condi  
tor omnium, quominus & ipse  
debeat gloriari singulariter. Ber  
nar. super cantu. Sermo. 13.

tum & argentum & hyacinthum, & purpuram marinam, & opes magnas, & cõuerfi  
hymnum canebant, & benedicebant deum in cœlum quoniam bonus est, quoniam  
in seculum misericordia eius. Et facta est salus magna in Israel in die illa. Quicumque  
autem alienigenarum euaserunt, venerunt, & nuntiauerunt Lysia vniuersa quæ acci  
derant. Quibus ille auditis, consternatus animo deficiebat, quod non qualia voluit,  
talia contigerunt in Israel, & qualia mandauit Rex. \* Et sequenti anno congregauit  
Lysias virorum electorum sexaginta milia, & equitum quinque milia, vt debellaret  
eos. Et venerunt in Iudæam, & castra posuerunt in Bethoron, & occurrit illis Iudas  
cum decem milibus viris. Et viderunt exercitum fortem, & orauit, & dixit: Benedictus  
es Saluator Israel, qui contriuisisti impetum potentis in manu serui tui Dauid, & tradi  
didisti castra alienigenarum in manu Ionathæ filij Saul, & armigeri eius. Conclude  
exercitum istum in manu populi tui Israel, & confundantur in exercitu suo & equiti  
bus. Da illis formidinem, & tabefac audaciam virtutis eorum, & commoueantur con  
tritione sua. Deice illos gladio diligentium te, & collaudent te omnes qui nouerunt  
nomen tuum in hymnis. Et commiserunt prælium, & ceciderunt de exercitu Lysia  
quinque milia virorum. \* Videns autem Lysias suorum fugam, & Iudæorum au  
daciam, & quod parati sunt aut viuere aut mori fortiter, abiit Antiochiam & elegit  
milites, vt multiplicati rursus venirent in Iudæam. \* Dixit autem Iudas & fratres e  
ius: Ecce contriti sunt inimici nostri, ascendamus nunc mundare sancta & renouare.  
Et congregatus est omnis exercitus, & ascenderunt in montem Sion. Et viderunt  
sanctificationem desertam, & altare profanatum, & portas exustas, & in atrijs virgula  
ta nata sicut in saltu, vel in montibus, & pastophoria diruta. Et sciderunt vestimen  
ta sua, & planxerunt planctu magno, & imposuerunt cinerem super caput suum, &  
ceciderunt in faciem super terram, & exclamauerunt tubis signorum, & clamaue  
runt in cœlum. Tunc ordinauit Iudas viros, vt pugnarent aduersus eos, qui erant in  
arce, donec emundarent sancta. Et elegit sacerdotes sine macula, voluntatem habentes  
in lege dei, & mundauerunt sancta, & tulerunt lapides contaminationis in locum  
immundum. Et cogitauit de altari holocaustorum quod profanatum erat, quid de  
eo faceret. \* Et incidit illi consilium bonum, vt destrueret illud, ne forte illis esset in  
opprobrium, quia contaminauerunt illud gentes, & demoliti sunt illud. Et reposue  
runt lapides in monte domus in loco apto, quoadusque veniret Propheta & respon  
deret de eis. \* Et acceperunt lapides integros secundum legem, & edificauerunt altare  
nouum secundum illud quod fuit prius, & edificauerunt sancta, & quæ intra domum  
erant — intrinsecus & ædem, & atria sanctificauerunt. Et fecerunt vasa sancta noua,  
& intulerunt candelabrum, & altare, incensorum & mensam in templum. Et incen  
sum posuerunt super altare, & accenderunt lucernas quæ super candelabrum erant,  
& lucebant in templo. Et posuerunt super mensam panes, & appenderunt vela  
mina, & consummauerunt omnia opera quæ fecerant. Et ante matutinum surre  
xerunt quinta & vicefima die mensis noni, hic est mensis Casleu centesimiquadra  
gesimi octauis anni, & obtulerunt sacrificium secundum legem super altare holocau  
storum nouum quod fecerunt. \* Secundum tempus & secundum diem in qua con  
taminauerunt illud gentes, in ipsa renouatum est in canticis, & citharis, & cinaris, &  
cymbalis. Et cecidit omnis populus in faciem, & adorauerunt, & benedixerunt in cœ  
lum eum qui prosperauit eis, & fecerunt dedicationem altaris diebus octo, & obtu  
lerunt holocausta cum lætitia & salutaria laudis. Et ornauerunt faciem templi  
coronis aureis & scutulis, & dedicauerunt portas & pastophoria, & imposuerunt eis  
ianuas. Et facta est lætitia in populo magna valde, & auersum est opprobrium gen  
tium. Et statuit Iudas & fratres eius, & vniuersa Ecclesia Israel, vt agatur dies dedica  
tionis altaris in temporibus suis, ab anno in annum per dies octo, à quinta & vicefima  
die mensis Casleu cum lætitia & gaudio. Et edificauerunt in tempore illo montem  
Sion, & per circuitum muros altos & turre firmas, nequando venirent gentes, &  
conculcarent eum sicut antea fecerunt. Et collocauit illic exercitum vt seruarent  
eum,

† 1. Reg. 14. f  
† 1. Reg. 7. f  
& 14. b

Anni ante  
Christi. 16.  
Anni mundi  
3799.  
1062. 10.

† De conf. d.  
c. Solennit.

† Ioh. 10. c

cum, & muniuit eum ad custodiendam Bethsuram, vt haberet populus munitionem contra faciem Idumææ.

*Iudas auxiliantibus fratribus gentes inimicas percutit, Timotheum & filios Esau expugnat, & gentium idola succendit.*

**A** **B** **T** factum est vt audierunt gentes in circuitu, quia ædificatum est altare & sanctuarium sicut prius, iratæ sunt valde, & cogitabant tollere genus Iacob, qui erant inter eos, & cœperunt occidere de populo & persequi. Et debellabat Iudas filios Esau in Idumæa, & eos qui erant in Acrabathane, quia circumfedeabant Israelitas, & percussit eos plaga magna. Et recordatus est malitiam filiorum Bean, qui erant populo in laqueum, & in scandalum, insidiantes ei in via. Et conclusi sunt ab eo in turribus, & applicuit ad eos, & anathematizauit eos, & incendit tures eorum igni cum omnibus qui in eis erant. Et transiuit ad filios Ammon, & inuenit manum fortem & populum copiosum, & Timotheum ducem ipsorum. Et commisit cum eis prælia multa, & contriti sunt in conspectu eorum, & percussit eos, & cœpit Iazer ciuitatem & filias eius, & reuersus est in Iudæam. Et congregatæ sunt gentes quæ sunt in Galaad aduersus Israelitas, qui erant in finibus eorum, vt tollerent eos, & fugerunt in Datheman munitionem, & miserunt literas ad Iudam & fratres eius, dicentes: Congregatæ sunt aduersum nos gentes per circuitum, vt nos auferant, & parant venire & occupare munitionem in quam confugimus, & Timotheus est dux exercitus eorum. Nunc ergo veni, & eripe nos de manibus eorum, quia cecidit multitudo de nobis. Et omnes fratres nostri qui erant in locis Tubin interfecti sunt, & captiuas duxerunt vxores eorum, & natos, & spolia, & peremerunt illic ferè mille viros. Et adhuc epistola legebatur. Et ecce alij nuncios venerunt de Galilæa conscissis tunicis, nuntiantes secundum verba hæc, dicentes conuenisse aduersum se à Ptolemaide, & Tyro, & Sidone, & repleta est omnis Galilæa alienigenis, vt nos cõsumant. Vt audiuit autem Iudas & populus sermones istos, conuenit Ecclesia magna, cogitare quid facerent fratribus suis qui in tribulatione erant, & expugnabantur ab eis. Dixitque Iudas Simoni fratri suo: Elige tibi viros, & vade & libera fratres tuos in Galilæa, ego autem & frater meus Ionathas ibimus in Galaaditim. Et reliquit Iosephum filium Zachariæ, & Azariam duces populi cum residuo exercitu in Iudæa ad custodiam, & præcepit illis, dicens: Præstote populo huic, & nolite bellum committere aduersum gentes donec reuertamur. Et dati sunt Simoni viri tria milia, vt iret in Galilæam, Iudæ autem octo milia in Galaaditim. Et abiit Simon in Galilæam, & commisit prælia multa cum gentibus. Et contritæ sunt gentes à facie eius, & persecutus est eos vsque ad portam Ptolemaidis. Et ceciderunt de gentibus ferè tria milia virorum, & accepit spolia eorum. Et assumpsit eos qui erant in Galilæa & in Arbatis cum vxoribus & natis, & omnibus quæ erant illis, & adduxit in Iudæam cum lætitia magna. Et Iudas Machabeus & Ionathas & fratres eius transferunt Iordanem, & abierunt viam trium dierum in desertum. Et occurrerunt eis Nabuthæi, & susceperunt eos pacificè, & narrauerunt eis omnia quæ acciderant fratribus eorum in Galaaditide, & quia multi ex eis comprehensi sunt in Barasa, & Bosor, & in Alimis, & in Casphor, & Mageth, & Carnaim. Hæc omnes ciuitates munitæ & magnæ. Sed & in cæteris ciuitatibus Galaaditidis tenentur comprehensi. Et in crastinum constituerunt admouere exercitum ciuitatibus his, & comprehendere & tollere eos in vna die. Et conuertit Iudas & exercitus eius viam in desertum Bosor repente, & occupauit ciuitatem, & occidit omnem masculum in ore gladij, & accepit omnia spolia eorum, & succendit eam igni. Et surrexerunt inde nocte, & ibant vsque ad munitionem. Et factum est diluculo, cum eleuassent oculos suos, & ecce populus multus cuius non erat numerus, portantes scalas & machinas, vt cõprehenderent munitionem & expugnarent eos. Et vidit Iudas quia cœpit

10.12.11.

10.12.12.

v. Porro gentes finitimæ reparationem Ierusalêm, & robur Iudæorum, ægre ferebant & persequebantur eos. Quos Iudas viriliter debellabat, & pulsit Idumæos plaga magna: & pugnavit cœtra Timotheum ducem filiorum Ammon. Comest. lib. 10. Mach. c. 4. \* Dedicatum est. 1. Acrabathine. \* Et compressit eos, & accepit spolia eorum. b. Scandalum ni fallor non bonæ rei, sed malæ exemplum est, eductans ad delictum. Bonæ res neminem scandalizat, nisi malâ mentem. Tertu. de virginib. vel. dicit. c. Filij autem Ammon molesti semper fuerunt Iudæis, quantum debuisset illis esse beneuoli, eo qd descenderant de Loth nepote Abraham. Et cepit Iazer ciuitatem & filias eius. De Lyra. j. 2. Gazer. d. Dethemâ munitio est in monte Galaad Iudæort. Et videtur vicinia Masphar, vt legitur in Macha. Et conuertit Iudas ad munitionem Datheman in Masphar. j. Quæ in circuitu nostro sunt. e. Sed quamprimû finitimæ gentes ferere eius abiit, contra dicitur conuiss in Galaaditica regione finitimos Iudæos adorti sunt, ac illi refugerunt in castris Datheman, significabant Iudæ per nuncios & literas, qd oppugnandi essent à Timotheo, rogantes vt se hoc periculo epererent. Et interim dum legisset has literas Iudæ, uenerunt Galilæorum nuncios querentes se infestari à Ptolemaide, Tyro, Sidone, & aliis finitimis populis. Ioseph. Antiq. Iudæic. lib. 12. cap. 12. 4. Suppellectilem. f. Sicur diuerse sunt ecclesiæ impugnationes ab hostibus, sic & distincta esse debent pœlia spiritalis bellatorum. Distinguitur Simon in Galilæam cum tribus milibus viuis, sicut in sequentibus ostenditur, vt liberet fratres suos. Iudas autem & Ionathas eunt in Galaaditim cum octo milibus. Et quod per Simonem qui in Galilæam, hoc est rotam mittitur, nisi predicator in gressu directi insinuat. Gl. ord. j. g. Ptolemaide ciuitas est maximâ Phœnicie ad Belum fluium post Carmelum montem, quem à meridie habet in finibus Asfer. Distat à Tyro miliaria Italica. 32. nunc Aceon dicta. 5. Contra eos qui captiuos Iudæos in Galaaditide tenuerunt, Iudas Machabeus & frater eius Ionathas cum comitibus suis abiierunt viam trium dierum per desertum. Gl. ord. ibid. h. Iudas vero & Ionathas postq. transferunt Iordanem, ambulauerunt viam trium dierum per desertum: & occurrerunt eis Nabuthæi, & susceperunt eos pacificè, & narrauerunt eis quæ acciderant fratribus eorum in Galaaditide, & quomodo in munitione tenerentur comprehensi. Iudas autem prius spoliavit Bosor, & incendit. Et surgens nocte eum diluculo venisset ad munitionem, vidit portantes scalas & machinas, vt cõprehenderent munitionem. Et venit post eos tribus ordinibus, & insouit tuba: & castra Timothei cognouerunt, quia Machabeus esset, & fugerunt ab eo, & ceciderunt ex eis ferè octo milia: & vastauit Iudas ciuitates gentium in Galaaditide. Comest. Mach. 4. 6. Dilcessit. 7. Inceptum.

Hh v

1. Vidit Iudas quia cepit bellum ad capiendam dictam munitionem & venit in tribus ordinibus post eos. Diuisit enim exercitum suum in tres partes, irruens super aduersarios à tergo. Lyra. [k. Castra Timothei cognita Machabæo, fugerunt à facie eius: quia heretici cognita virtute & veritate Dñi nosse Iesu Christi perteriti fugiunt & percutiuntur plaga magna.]

8. Ad.

1. Aliquantis post Timotheus conuersis numerosis copiis, & inter ceteros auxiliares conduda manu arabum, trans torrentem castra posuit contra oppidum Rafaim. Ibi hortatus est suos milites sperare pugnae & accerente Iudæos à torrente transire, in hoc enim sitam vitiosam, Iudæis futuris superioribus si trahere potuerint. Iudas autem audito quod Timotheus paratus esset ad prælium, prope eorum castra cum duxit exercitum, trahere & torrens aduersus hostes, & que torrente profectus, partim resistere profectus, partim in fugam abiecit. Horum nonnulli caecitate pedis salutem conseruati sanequidam verò in fanum, quod Carnaim dicunt refugientes, tutos se ibi fore sperauerunt. At Iudas & oppidum id occupauit, & incendio templo hostium alios flammis, alios ferro perdidit. Ioseph. antiq. Iud. lib. 12. cap. 12.

9. Vlta.

\* Castrametari.

[m. Et ut expeditius fugerent proiecerunt arma, deo suo auxilium petentes in delubris eius. Vbi delusit pro bona parte eius delubro suo occisit. De Lyra. 10. In lucum, & infra.

\* Et facinas.

n. Bethon ciuitas valida super Iordanem & orientales partes, quasi contra Scythopolim, vltra tamen Iordanem.

[o. Diuersa gentium prælia varia victorum atque erroris significatione bella. Diximus quod gentes illæ que fuerunt in terra Galaad, & Israelitæ captiuare contedebant, significarent hereticos atque Iudæos. Sed modo his oppreis qui fuerunt in Carnaim, resti illi qui fuerunt in Ephron, resti Iudæ & socii eius molitur: quia obtritis diuersis hereticis, adhuc illi qui literam sequuntur veteris testamenti, aditum spiritibus intelledus aperire nolunt. Glo. ordina.]

p. Dux sunt Galilæe, que superior & inferior appellantur: atque Phœnicæ & Syria coniungunt. Dixerunt verò ab occidente Ptolemais terciois sui finibus, & quoniam Galilæam, nunc autem Tyriorum nunc Carnaim, cui coniuncta est Gabaa equitum ciuitas, que sic appellatur, eo quod equites ab Herode dimissi, coloni eo deducebantur. A meridie autem Samiritis & Scythopolis vsque ad flumen Iordanem. Ab oriente verò Hippene & Gadaris, sed & Gaulanitis desinit, qui etiam regni Agrippæ fines sunt. Septentrionalis eius tractus Tyro, itemque Tyriorum finibus terminatur. Inferioris quidem Galilæe longitudo à Tyberia de vsque ad Zabulon, cui vicina est in locis maritimis Ptolemais, protenditur. Latitudine autem pater à vico Xaloth, qui in magno copiosus est, vsque ad Bethabé: vnde etiam superioris Galilæe latitudo incipit vsque ad Bæca vici, qui terram dicitur Tyriorum. Longitudo vero eius à Thela vico Iordanis proximo vsque ad Meroth extenditur. Ioseph. de bel. Iud. lib. 3. cap. 2.

21. Fuga.

22. Vir Iudas & fratres eius.

\* Destruxit.

23. Vrbium.

bellum, & clamor belli ascendit ad cælum sicut tuba, & clamor magnus de ciuitate. Et dixit exercitui suo: Pugnate hodie pro fratribus vestris. Et venit tribus ordinibus post eos, & exclamauerunt tubis, & clamauerunt in oratione. Et cognouerunt castra Timothei, quia Machabæus est, & refugerunt à facie eius. Et percusserunt eos plaga magna, & ceciderunt ex eis in die illa <sup>9</sup> fere octo milia virorum. Et diuertit Iudas in Maspha, & expugnauit & cepit eam, & occidit omnem masculum eius, & sumpsit spolia eius, & succendit eam igni. Inde perrexit & cepit Casbon, & Maged, & Bofor, & reliquas ciuitates Galaaditidis. Post hæc autem verba congregauit Timotheus exercitum alium, & castra posuit contra Raphon trans torrentem. Et misit Iudas specularem exercitum, & renuntiauerunt ei, dicentes: quia conuenerunt ad eum omnes gentes quæ in circuitu nostro sunt, & exercitus multus nimis. Et Arabas conduxerunt in auxilium sibi, & castra posuerunt trans torrentem, parati ad te venire in prælium. Et abiit Iudas obuiam illis, & ait Timotheus principibus exercitus sui: Cum appropinquauerit Iudas & exercitus eius ad torrentem aquæ, si transferit ad nos prior, non poterimus sustinere eum, quia potens poterit aduersum nos. Si verò timuerit transire, & posuerit castra <sup>9</sup> extra flumen, transfretemus ad eos, & poterimus aduersus illum. Ut autem appropinquauit Iudas ad torrentem aquæ statuit scribas populi secus torrentem, & mandauit ei dicens: Neminem hominum reliqueritis, sed veniant omnes in prælium. Et transfretauit ad illos prior, & omnis populus post eum. Et contritæ sunt omnes gentes à facie eorum, & proiecerunt arma sua, & fugerunt <sup>10</sup> ad fanum quod erat in Carnaim, & occupauit ipsam ciuitatem, & fanum succendit igni cum omnibus quæ erant in ipso. Et oppressa est Carnaim, & non potuit sustinere contra faciem Iudæ. Et congregauit Iudas vniuersos Israelitas qui erant in Galaaditide à minimo vsque ad maximum, & vxores eorum & natos, & exercitum magnum valde, ut venirent in terram Iudæ. Et venerunt vsque <sup>11</sup> Ephron, & hæc ciuitas magna in ingressu posita munita valde, & non erat declinare ab ea dextra vel sinistra, sed per mediam iter erat. Et incluserunt se qui erant in ciuitate, & obstruxerunt portas lapidibus. Et misit ad eos Iudas verbis pacificis, dicens: <sup>1</sup> Transeamus per terram vestram, ut eamus in terram nostram, & nemo vobis nocebit, tantum pedibus transibimus. Et nolebant eis aperire: & præcepit Iudas prædicari in castris, ut applicarent vnusquisque in quo erat loco. Et applicuerunt se viri virtutis, & oppugnauit ciuitatem illam tota die & tota nocte, & tradita est ciuitas in manu eius: & premerunt omnem masculum in ore gladij, & eradicauit eam & accepit spolia eius, & transiuit per totam ciuitatem super interfectos. Et transgressi sunt Iordanem in campo magno contra faciem Bethsan. Et erat Iudas congregans extremos, & exhortabatur populum per totam viam, donec venirent in terram Iuda. Et ascenderunt in montem Sion cum lætitia & gaudio: obtulerunt holocausta, quod nemo ex eis cecidisset, donec reuerteretur in pace. Et in diebus quibus erat Iudas & Ionatas in terra Galaad, & Simon frater eius in <sup>2</sup> Galilæa contra faciem Ptolemaidis, audiuit Iosephus Iachariæ filius, & Azarias princeps virtutis res bene gestas, & prælia quæ facta sunt, & dixit: Faciamus & ipsi nobis nomen, & eamus pugnare aduersus gentes quæ in circuitu nostro sunt. Et præcepit his qui erant in exercitu suo, & abierunt Ianniam. Et exiuit Gorgias de ciuitate, & viri eius obuiam illis in pugnam. Et fugati sunt Iosephus & Azarias vsque in fines Iudææ, & ceciderunt illa die de populo Israel ad duo milia viri. Et facta <sup>11</sup> plaga magna in populo, quia non audierunt Iudam & fratres eius, existimantes fortiter se facturos. Ipsi autem non erant de semine virorum illorum, per quos salus facta est in Israel. Et <sup>12</sup> viri Iuda magnificati sunt valde in conspectu omnis Israel & gentium omnium, vbi audiebatur nomen eorum. Et conuenerunt ad eos fausta acclamantes. Et exiuit Iudas & fratres eius, & expugnabant filios Esau in terra quæ ad austrum est, & percussit Chebron & filias eius, & muros eius, & turres eius succendit igni in circuitu. Et mouit castra, ut iret in terram alienigenarum, & perambulabat Samariam. In die illa ceciderunt sacerdotes <sup>13</sup> in bello dum volunt fortiter facere, dum sine consilio

† Num. 10. a

† Ios. 1. 1. a



consilio<sup>9</sup> exeunt in praelium. Et declinavit Iudas in Azotum in terram alienigenarum, & diruit aras eorum, & spolia deorum suorum succendit igni, & cepit spolia ciuitatū, & reuersus est in terram Iuda.

[9. Quid de sua virtute perficiētes contra Iudę mandatus ad praeliandum contra gentes exierunt sibi nomen factū, sed ambitionis eius penas statim hosti dederunt. Lortchius ubi.]

*Antiochus patri in obsidione Elimaidis mortuo succedens venit Ierusalem, & cum pacem iurasset fregit insurādum, & reuersus Antiochiam inuenit Philippum ciuitati dominantem.*  
VI.

Anni ante  
Christū. 167.  
Anni mundi  
3799.  
Ioh. 12. 10.

**A**T Rex Antiochus perambulauit superiores regiones. Et audiuit esse ciuitatem Elimaidem in Perside nobilissimam & copiosam in argento & auro, templūque in ea locuples valde. Et illic, velamina aurea, & lorica, & scuta quæ reliquit Alexander Philippi rex Macedo, qui regnauit primus in Græcia. Et venit, & quærebat capere ciuitatem, & deprædari eam, & non potuit, quoniam innotuit sermo his qui erant in ciuitate. Et insurrexerunt in praelium, & fugit inde, & abiit cum tristitia magna, & reuersus est in Babyloniam. Et venit qui nuntiaret ei in Perside, quia fugata sunt castra quæ erant in terra Iuda, & quia abiit Lysias cum virtute forti in primis, & fugatus est à facie Iudæorum, & inualuerunt armis, & viribus, & spoliis multis, quæ ceperunt de castris, quæ exciderunt. <sup>b</sup> Et quia diruerunt abominationem quam ædificauerant super altare quod erat in Ierusalem, & sanctificationem, sicut prius circumdederunt muris excelis, sed & <sup>c</sup> Bethsuram ciuitatem. Et factum est, vt audiuit Rex sermones istos, expauit, & commotus est valde, & decedit in lectū, & incidit in languorem præ tristitia, quia non est factum sicut cogitabat. <sup>d</sup> Et erat illic per dies multos, quia renouata est in eo tristitia magna, & arbitratus est se mori. Et vocauit omnes amicos suos, & dixit illis: Recessit somnus ab oculis meis, & concidi, & corruui corde præ solitudine. Et dixi in corde meo: Inquantam tribulationem deueni, & in quos fluctus tristitiæ in qua nunc sum, qui iucundus eram, & dilectus in potestate mea. <sup>e</sup> Nunc verò reminiscor malorum quæ feci in Ierusalem: vnde & abstuli omnia spolia aurea & argentea quæ erant in ea, & misi auferre habitantes Iudæam sine causa. Cognoui ergo, quia propterea inueniunt me mala ista, & ecce pereō tristitia magna in terra aliena. Et vocauit Philippum vnum de amicis suis, & præposuit eum super vniuersum regnum suum. Et dedit ei diademam, & <sup>f</sup> stolam suam & annulum, vt adduceret Antiochum filium suum, & nutrirer eum vt regnaret: & <sup>g</sup> mortuus est illic Antiochus rex anno centesimo quadragésimo nono. Et cognouit Lysias quoniam mortuus est Rex, & constituit regnare Antiochum filium eius quem nutriuit adolescentem, & vocauit nomen eius Eupatorem. <sup>h</sup> Et ij qui erant in arce concluderant Israel in circuiu sanctorum, & querebant eis mala semper ad firmamentum gentium. <sup>i</sup> Et cogitauit Iudas disperdere eos, & conuocauit vniuersum populum, vt obsiderent eos. Et conuenerunt simul, & obsederunt eos anno centesimo quinquagesimo: & fecerunt <sup>\*</sup> balistas & machinas. Et exierunt quidam ex eis qui obsidebantur, & adiunxerunt se illis aliqui impij ex Israel, & abierunt ad regem, & dixerunt: Quousque non facis iudicium, <sup>3</sup> & vindicas] fratres nostros? Nos decreuimus seruire patri tuo, & ambulare in præceptis eius, & obsequi edictis eius, & filij populi nostri propter hæc alienabant se à nobis. Et quicumque inueniebantur ex nobis interficiebantur, & hereditates nostræ diripiebantur. Et non ad nos tantum extenderunt manum, sed & in omnes fines nostros. Et ecce applicuerunt hodie ad arcem in Ierusalem occupare eam, <sup>\*</sup> munitiōnem in Bethsura munitiōnem. Et nisi preuenieris eos velocius, maiora quàm hæc facient, & non poteris obtinere eos. <sup>b</sup> Et iratus est rex vt hæc audiuit, & conuocauit omnes amicos suos, & principes exercitus sui, & eos qui super equites erant. <sup>c</sup> Sed & de regnis alijs, & de insulis maritimis venerunt ad eum exercitus conductitij. Et erat numerus exercitus eius centum milia peditum, & viginti milia equitum, & elephanti triginta duo, docti ad praelium. Et venerunt per Idumæam, & applicauerunt ad Bethsuram, & pugnaverunt dies multos, & fecerunt machinas: & exierunt, & succenderunt eas igni, & pugnaue-

a. Per id tempus Antiochus quæ in Persidem profectū diximus, cum aliquando ad Elimaidem vberem confodisset, expugnandæ studio: vt Diane templum quod ibi fuit multarum gentium deo naris opulentum diriperet, deum ignominiosè inde repulsus, cum in Babylonem venisset, accepto nuntio de his quæ in Galilæa facta erant, nimia animi egritudine in morbum incidit, paucisque diebus vita decessit. Primum quæ existare, sicut dicitur, fuit flus tectatus, se iunctura morte extingui, vt Ierosolymitanū templū in prætorio misset, Sabellie. l. mead. s. lib. 8.  
[b. Diruerunt abominationem, id est, idolum Iouis, quod adhi canerat Antiochus super altare domini, sicut supra dictum est cap. 1. De Iyra ibid.]  
c. Bethsura præsidium vrbs Ierusalem impositum claustris munitum ad Raphaim vallem super publica via quæ ad Ierusalem Gazam ducit procul. s. Iudæis. Hæc & Bethsura vocat Ioseph.  
[d. Et arbitratus est se mori, desperans de infirmitate posse sanari. Tunc vocatis omnibus amicis reuelauit eis quid animo cogitaret, & quanta doloribus pæmeceretur. De Iyra ibid.]

r. Probus.

e. Huius penitentia similitudine peccata est, qui postquam peccauit, atque peccati rades languinem iusti, cum verò peccaret, ait. Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradidit. Hæc re dilectissimi fratres edocuerunt, quod negligentibus ac desidiosis facile admonitio professe non poterit: Eudis autem etiam admonitione cessate multum commoditatis accidit. Næ & Iudas quando magister admonerat, ad se secebat: & quando nullus admonuit, excitata conscientia, scelus cognouit admittitum, sic & iste Antiochus. Chry. de prod. Iudæ, homil. 2. Vltim.

f. Mors Antiochi Epiphaniæ seu illius, qui tot Ierusalem mala intulerat, vt supra, & mortuus est primo anno Eupatoris, postquam, ut an. periticos regnauerat.  
g. Tunc cogitauit Iudas vt obsideret eos qui erant in arce præsidij, & fecit balistas & machinas, & confortauit aggerē. Tunc egressi sunt quidam de obsidibus & adiunxerunt se illis aliqui impij Israel, & venerunt ad regem & dixerunt: Quousque non vindicas nos, qui decreuimus seruire patri tuo & tibi Aleandæ & libera obsequios suos, & redde nobis hereditates nostras. Et iratus est rex vehementer, & col legit exercitum, sed & de regnis alijs venerunt ad eum conductitij. Et erant 100000. peditum, & 10000. equitum, & elephanti 32. Comest. ibid.  
\* Contra eos.  
3. Vindicabis.  
\* Et sanctum.  
[h. Congregat typus Antiochus exercitum nō solum à proprijs, sed etiam de extranejs, quia scilicet persequentium non contenta est seditione infera, sed etiam sociis factis Christi immania excitat bella. Glo. ordi. ibid.]

Anni ante  
Christū. 162.  
Anni mundi  
3890.

Anni ante  
Christū. 167.  
Anni mundi  
3910.

i. Bethzachara siue iuxta Iosephum Bethzacharia, locus quidam angustus prædium Iudæ Machabæi contra Antiochum: distans ab hostibus. 10. milibus stadiorum, siue 70. stadiis Iosephus antiq. Iudaic. lib. 12. c. 14. [k. Hic consequenter describitur bellum in cæpo. Circa quod primo ponitur belli preparatio. Secundo belli congressio: ibi, Et appropinquauit Iudas & exercitus eius. Tertio populi liberatio. Ibi, Et audiuit Lysias: Circa primum dicit: Quia surrexit rex summo mane ut iret ad pugnam contra Iudam.]

[l. Nec Iudas descendit in tam terribili hosti apparatu omittit arcis obfisione cum suis copiis uenienti regi occursum. Antiochus Bethsura relicta, ad fauces quas Iudas infederat, dicit exercitum. Iudæi locorum natura strati sub primum congressum aliquot ex regis ferocis inuictos obruticant est que aduersus bellas dimicatio, quartum ab Eleazar Iudæ fratres cõfossi in vulnus eorum sua morte percussorem oppressit. Sabellicus. Emu. 5. li. 8.]

4. Intus eius.

5. Pars ad.

m. Virtutem ducis Iudæ Machabæi de uno eius milite considerate. Namque Eleazar cum sui pereminentem ceteris elephantem lorica vestitus regia aduerteret, arbitrat quod in eo esset rex, cursu cõdito in medium legionis se proripuit, & abiecit clypeo utraque manu interfecit bestiam, atque intrauit sub eam, & subiecto gladio interemit eam. Itaque cadens bestia oppressit Eleazarum, atque ita mortuus est. Ambrosio. Osi. lib. 1. cap. 40.

6. Et tenuit in.

n. Quasi sub hostem quem proster nit mortitur, qui de culpa quam superat eleuatur. Grego. Moral. 29. 17.

o. Septimus quisque annus terræ sabbatum erat. Ab initio enim ingressioni in terram sanctam sabbata terræ competunt. Unde anno 7. primum sabbatum terræ ac remissionis celebratum est: quo neque ferere neque metere licebat, sed anno 6. terra protulit duplos fructus, imo trium annorum, qui sufficerent usque ad annum nonum. Ut Leuit. 25. 3. nōq̄ prohiberetur uesci fructibus quos terra sponte sua ferret. Tenebantur etiam septimo quoque anno remittere ieros Hierozō, sed & pauperibus remittere debent præstitum. Ut Deuter. 15. Sed nec sabbatum terræ incipiebat prima die primi mensis Nisan, qui nostro reponit Martio vel Aprili, sed ro die septimi mensis quo primo terræ promissionis sunt ingressi. Propterea hic annus creditur esse. 87. sabbatum terræ ab ingressu terræ promissionis.

7. Ad sanctuarium.

p. Tantum laborabatur vitæ penuria, q̄ fruges veteres abstumpserant, & annus inciderat septimus, per quem fructus nō colliguntur, q̄ eum cessare ab agri cultu lex nostra iubet, nec permittere tam acere terram, vel ferere: quo factum est ut multi se elam subduerent propter inopiam, ut penes paucos templi tutela remanserit. Ceterum rex & Lysias Imperator cognito q̄ Philippus uirupato sibi regno, aduenterat ex Perside, decreuerunt soluta obfisione illi occurrere, exstantes tamen, quantum fieri poterat, id consilium, tam militem quam duces reliquos, Ioseph. lib. 12. ca. 14. Antiquit.

runt viriliter. Et recessit Iudas ab arce, & mouit castra ad Bethzacharan contra castra regis. Et surrexit rex ante lucem, & concitauit exercitus in impetum contra viam Bethzacharan. Et comparauerunt se exercitus in prælium, & tubis cecinerunt. Et elephantis ostenderunt sanguinem uæ, & mori ad acuendos eos in prælium, & diuiserunt bestias per legiones, & astiterunt singulis elephantis mille viri in lorice cõcate-natis, & galeæ æræ in capitibus eorum, & quingenti equites ordinati unicuique bestie electi erant. Hi ante tempus vbicumque erat bestia, ibi erant: & quocumque ibat, ibant: & non discedebant ab ea. Sed & turres lignæ super eos firmæ protegentes, super singulas bestias, & super eas machine. Et super singulas viri virtutis trigintaduo qui pugnabāt desuper, & intus magister bestie. Et residuum equitatum hinc & inde statuit in duas partes, tubis exercitum commouere, & perurgere constipatos in legionibus eius. Et ut refulsit sol in clypeos aureos & æreos, resplenduerunt montes ab eis, & resplenduerunt sicut lampades ignis. Et distincta est pars exercitus regis per montes excelsos, & alij per loca humilia, & ibant cautè & ordinatè. Et commouebantur omnes inhabitantes terram à voce multitudinis eorum, & incessu tubæ, & collisione armorum. Erat enim exercitus magnus valde & fortis. Et appropiauit Iudas & exercitus eius in prælium, & ceciderunt de exercitu regis sexcenti viri. Et vidit Eleazar filius Saura vnam de bestiis loricateam lorice regis, & erat eminens super cæteras bestias. Et visum est ei quod in ea esset rex, & dedit se ut liberaret populum suum, & acquireret sibi nomen æternum. Et cucurrit ad eam audacter in medio legionis interficiens à dextris & à sinistris, & cadebant ab eo huc atque illuc. Et iuit sub pedes elephantis, & supposuit se ei, & occidit eum, & cecidit in terram super ipsum: & mortuus est illic. Et videntes virtutem regis & impetum exercitus eius: diuerterunt se ab eis. Castra regis autem ascenderunt contra eos in Ierusalem, & applicuerunt castra regis ad Iudæam & montem Sion. Et fecit pacem cum his qui erant in Bethsura, & exierunt de ciuitate, quia non erant eis ibi alimenta conclusis, quia sabbata erant terræ. Et comprehendit rex Bethsuram, & constituit ibi custodiam seruare eam, & conuertit castra ad locum sanctificationis] dies multos. Et statuit illic balistas, & machinas, & ignis iacula, & tormenta ad lapides iactandos, & spicula, & scorpiones ad mittendas sagittas, & fundibula. Fecerunt autem & ipsi machinas aduersus machinas eorum, & pugnaverunt dies multos. Ercæ autem non erant in ciuitate, eo quod septimus annus esset, & qui remanserant in Iudæa de gentibus, consumpserant reliquias eorum que repositæ fuerant. Et remanserunt in sanctis viri pauci, quoniam obtinuerat eos fames, & dispersi sunt vnusquisque in locum suum. Et audiuit Lysias quod Philippus, quem constituerat rex Antiochus cum adhuc viueret, ut nutrebat Antiochum filium suum, & regnaret, reuersus est à Perside & media, & exercitus qui abierat cum ipso, & quia quarebat suscipere regni negotia. Et festinauit ire, & dicere ad regem & duces exercitus: Deficimus quotidie, & esca nobis modica est, & locus quem obsidemus est munitus, & incumbit nobis ordinare de regno. Nunc itaque demus dexteras hominibus istis, & faciamus cum illis pacem, & cum omni gente eorum, & constituamus illis ut ambulēt in legitimis suis sicut prius. Propter legitima enim ipsorum que despeximus, irati sunt, & fecerunt omnia hæc. Et placuit sermo in conspectu regis & principum, & misit ad eos pacem facere, & receperunt illam, & iurauit illis rex & principes, & exierunt de munitione. Et intrauit rex montem Sion, & vidit munitionem loci, & rupit citius iuramentum quod iurauit, & mandauit destruere murum in gyro. Et discessit festinanter, & reuersus est Antiochiam, & inuenit Philippum dominantem ciuitati, & pugnauit aduersus eum, & occupauit ciuitatem.

*Demetrius occisis Antiocho & Lysia regnat: per Bacchidem vero & Alcimum filios Israel affligit, quibus Nicanor superueniens à Iuda interfectus est.*

VII.

Anno

Anno  
Christi. 166.  
Anni mundi  
1810.  
1611. 14.

Anni ante  
Christi. 167.  
Anni mundi  
3803.  
10712.15.



**A** Nno centesimo quinquagesimo & primo exiit Demetrius Seleuci filius ab vrbe Roma, & ascendit cum paucis viris in ciuitatem maritimam, & regnauit illic. Et factum est vt ingressus est domum regni patrum suorum, comprehendit exercitus Antiochum & Lysiam, vt adduceret eos ad eum, & res ei innotuit, & ait: Nolite mihi ostendere faciem eorum. Et occidit eos exercitus. Et sedit Demetrius super sedem regni sui, & venerunt ad eum viri iniqui & impij ex Israel, & Alcimus dux eorum, qui volebat fieri sacerdos. Et accusauerunt populum apud regem, dicentes: Perdidit Iudas & fratres eius omnes amicos tuos, & nos disperdidit de terra nostra. Nunc ergo mitte virum cui credis vt eat & videat exterminium omne, quod fecit nobis in regionibus regis: & puniat omnes amicos eius &] adiutores eorum. **B** Et elegit Rex ex amicis suis Bacchidem, qui dominabatur trans flumen magnum in regno, & fidelem Regi, & misit eum vt videret exterminium, quod fecit Iudas. **C** Sed] & Alcimum impium constituit in sacerdotium, & mandauit ei facere vltionem in filios Israel. Et surrexerunt, & venerunt cum exercitu magno in terram Iuda, & miserunt nuntios, & locuti sunt] ad Iudam & ad fratres eius verbis pacificis in dolo, & non intenderunt sermonibus eorum. Viderunt enim quia venerunt cum exercitu magno, & conuenerunt ad Alcimum & Bacchidem congregatio scribarum requirere quæ iusta sunt. Et primi Assidei qui erant in filiis Israel, & exquirebant ab eis pacem. Dixerunt enim: Homo sacerdos de semine Aaron venit, non decipiet nos. Et locutus est cum eis verba pacifica, & iurauit illis, dicens: Non inferemus vobis malum, neque amicis vestris. **C** Et crediderunt ei, & comprehendit ex eis sexaginta viros, & occidit eos in vna die secundum verbum quod scriptum est: **D** Carnes sanctorum tuorum, & sanguinem ipsorum effuderunt in circuitu Ierusalem: & non erat qui sepeliret. Et incubuit timor & tremor in omnem populum, quia dixerunt: Non est veritas & iudicium in eis. Transgressi sunt enim constitutum, & iusturandum quod iurauerunt. Et mouit Bacchides castra ab Ierusalem, & applicuit in Bethzecha, & misit & comprehendit multos eis qui a se refugerant, & quosdam de populo maectauit & in puteum magnum proiecit. **E** Et commisit regionem Alchimo, & reliquit cum eo auxilium in adiutorium ipsi: Et abiit Bacchides ad Regem, & satis agebat Alcimus pro principatu sacerdotij sui. Et conuenerunt ad eum omnes qui perturbabant populum suum, & obtinuerunt terram Iuda, & fecerunt plagam magnam in Israel. **E** Et vidit Iudas omnia mala quæ fecit Alcimus, & qui cum eo erant filii Israel multo plus quam gentes, & exiit in omnes fines Iudæ in circuitu, & fecit vindictam in viros desertores, & cessauerunt vltra exire in regionem. Vidit autem Alcimus quod præualuit Iudas & qui cum eo erant, & cognouit quia non potest sustinere eos, & regressus est ad Regem, & accusauit eos multis criminibus. **F** Et misit Rex Nicanorem vnum ex principibus suis nobilioribus, qui erat inimicitias exercens contra Israel, & mandauit ei euertere populum. Et venit Nicanor in Ierusalem cum exercitu magno, & misit ad Iudam & ad fratres eius cum dolo verbis pacificis, dicens: Non sit pugna inter me & vos. Veniam cum viris paucis, vt videam facies vestras cum pace. **E** Et venit ad Iudam, & salutauerunt se inuicem pacifice, & hostes parati erant rapere Iudam. Et innotuit sermo Iudæ, quoniam cum dolo venerat ad eum, & conterritus est ab eo, & amplius noluit videre faciem eius. Et cognouit Nicanor quoniam denudatum est consilium eius, & exiit obuiam Iudæ in pugnam iuxta Capharsalama. Et ceciderunt de Nicanoris exercitu ferè quinque milia] viri, & fugerunt in ciuitatem Dauid. Et post hæc verba ascendit Nicanor in montem Sion, & exierunt de sacerdotibus] populi salutare eum in pace, & demonstrare] ei holocaustomata quæ offerebantur pro Rege. Et irridens spreuit eos, & polluit, & locutus est superbe, & iurauit cum ira, dicens: Nisi traditus fuerit Iudas & exercitus eius in manus meas, continuo cum regressus fuero in pace, succendam domum istam. **F** Et exiit cum ira magna, & intrauerunt sacerdotes, & steterunt ante faciem altaris & templi & flentes dixerunt: Tu domine elegisti domum istam ad inuocandum nomen tuum

1 Psal. 78. a

1a. Mac. 14. b

a. Eodem tempore Demetrius Seleuci filius à Roma protulit: Tiro-polim occupare in Syria, al-funusque diademate, & contra-rius quatuor portus milia? mercenarij regnum inuadi. Cuiusque certatim ad eum populi desideret exierunt cum ob-uitis manibus, etiam Antiochi regis & Lysiam comprehesos vi-uos ad eum perduxerunt: qui mox iussu Demetrii necati sunt, post ex-actum regi Antiochi annu alterum Joseph. Antiq. lib. 12. cap. 15.

b. Alcimus cum pessimis qui buslam à synagoga ad Deme-rium victorem iugit. Pontifica tum à Demetrio sperans posse conseq. Sic nouus hostis con-igit synagoga. Vide notatio- res hostes non esse quam sunt falli fratres. In quos euenit pa-uerbium: Hostes non hostes. Lo-rius ibid.]

\* Eius & c. Nō multo post Alcimus qui dam per ambitionem cum à ge- nere sacerdotali esset alienus, quod nefas erat, pontifex est fa-ctus. Augu. de ciuit. dei lib. 8. cap. 45.

d. Conuenerunt igitur ad faci-um sine Alcimum, & Bacchidē congregatio scribarum requi-entium quæ iusta sunt. Et deit cepti adiungit, & iurauit illis, dicens: Non inferemus vobis ma- lum, neque amicis vestris, & cre- diderunt ei: & comprehendit ex his sexaginta viros, & occidit eos in vno die, secundum verbum Alchimi, quod scripsit: Dederunt morticua feruorum tuorum es- cas volatilibus caeli, carnes san-ctorum tuorum bellis terrea: san- guinemque eorum effuderunt in circuitu Ierusalem, & non erat qui sepeliret. Euseb. de demon-stra Euang. lib. 10. cap. 1.

\* Cum exercitibus & iniuria.

e. Bethzecha ciuitas est Gaulo- nis, propinqua Thebbath & A- behmeula, in tribu Manasse. [f. Et commisit regionem Iudæ Alchimo regendum, & reliquit cum eo auxiliu, id est, viros bel-liciores. Et satis agebat Alcimus quia quantum poterat nitenda- tur pro principatu sacerdotij sui. De I. I. ibid.]

g. Quid est quod Iudas vltionē in præuicatoribus facit, nisi quod redemptor noster vindi- cet electos suos, nec quæquam suorum in vacuum perire per- mitit. Sed duobus malis vindi-ctam in his quæ merentur expe-ctet. Glo. ordi.

h. Capharsalama ipsa est Anrpa trida in optino Iudæ campo, & diuini arborib' & fluminibus sita inter diopolim & Cesareā, procul ab Ioppe. 150. stadiis; cō- tra orientalem plagam.

i. Iudas & ipse celeri fuga agmē repertens, hosti infensor factus, prælium ferociter iniit. Pugna- tum est ad vicū Capharsalama, ibique Iudas Machabæus victus in proximam aream compellit- tur. Nec ita multo post eū mil- le duntaxat circa Adalsis vicus, qui minus quatuor milibus pas- sium à Bethoro procul aberat, iterum cum hoste est cōgressus.

Nicanore cadente ita Demetrius nos afflixit, vt ex totorum mili- bye hominum nemo ferè super- fuerit; cum mille interim necè amplius Iudæ adessent. Dies in qua Iudar tam feliciter in Ni- canorē dimicauit, solennis mart- is apud Iudeos. Quæ euerit que- etinde res eius gentis nonnihil ab externis armis. Sabelle. En- nea. 5. lib. 8.

j. Ex sanctis, & à senioribus pos- tuli, vt salutarent eum pacifice, & demonstrarent.

[k. Per Nicanorem istum, quæ in alio loco prepositum elephætorum fuisse legitur, falsos apostolos seu pseudoprophetas, qui ex Iudæis superbis sive functioni invidentes ad ecclesiam gentium veniebant, postmodum intel ligere. Hi per simulationem in ecclesia Christi errorum intro ducere molientes fingebant se esse pacificos, sed ut in fine appa rebat hostes leuissimi. De quibus Ioh. Apo. in Apocalypsi las scribens ait: Qui dicunt se lu scribent & non sunt, sed sunt synagoga satanæ. Quos magister gentium Paulus in sua epi stola, ad Cor. ca. ii. Pseudoprophetas nominat operarios sub dolo transfigurantes se in Apo stolos Christi: & non mirum est ipse satanas transfigurare se quasi angelum lucis. Glo. ordi. ibid.] l. Rex Nicanor contra Iudam misit, Iudas inuocato nomine domini, manum cum Nicanore cõseruit, & ipsum statim primo congressu confecit. Vides here ses & simonios ad gladium seculare cõfugere. Sed etiam si submergatur nauicula Petri, e mergit tamen. Hereticis male feritis vi resistit. Litchius.] 4. Postquebantur eos. 5. Diem lætitiæ magnæ.

in ea, ut esset domus orationis & obsecrationis populo tuo. Fac vindictam in homine isto & exercitu eius, & cadat in gladio: Memeto blasphemias eorum, & ne dederis eis ut permaneant. Et exiit Nicanor ab Ierusalem, & castra applicuit ad Bethoron, & occurrit illi exercitus Syriæ. Et Iudas applicuit in Adarfa cum tribus milibus viris. Et orauit Iudas, & dixit: Qui missi erant a rege Sennacherib domine, quia blasphemauerunt te, exiit angelus & percussit ex eis centum octogintaquinque milia, sic cõtere exercitum istum in conspectu nostro hodie, & scient ceteri quia male locutus est super sancta tua, & iudica illum secundum malitiam illius. Et commiserunt exercitus prælium tertiadecima die mensis Adar, & contrita sunt castra Nicanoris, & cecidit ipse primus in prælio. Ut autem vidit exercitus eius, quia cecidisset Nicanor, proiecerunt arma sua, & fugerunt, & persecuti sunt eos viam vnus diei, ab Adazar vsque quo veniatur in Gazara, & tubis cecinerunt post eos cum significationibus. Et exierunt de omnibus castellis Iudææ in circuitu, & ventilabant eos cornibus, & conuertebantur iterum ad eos. Et ceciderunt omnes gladio, & non est relictus ex eis nec vnus. Et acceperunt spolia eorum in prædam, & caput Nicanoris amputauerunt, & dexteram eius quam extenderat superbè, & attulerunt & suspenderunt contra Ierusalem. Et lætatus est populus valde, & egerunt diem illam in lætitia magna. Et constituit agi omnibus annis diem istam tertiadecima die mensis Adar, & filuit terra Iuda dies paucos.

† 4. Reg. 19. 8  
Tob. 1. 4  
Eccl. 4. 8. d  
Ier. 17. 8  
Io. 1. 16.

*Iudas audita Romanorum fama cum illis fœdus percussit: ad quem Romani suum fœderis rescriptum mittunt.*

V III.

a. Iudas cum multa audisset de Romana potentia, & de iustis Gallis & Hispanis ac Cartaginensibus, Græciam quoque subegerint: & reges Persarum, Philippum magnūq; Antiochum perduerunt, decreuit conciliare sibi eos amicitiam. Misit igitur in hoc Romanos duobus ex amicorum numero, Eupolemo Iohannis, & Isane Eleazaris filio, rogauit ut in societatem & amicitiam recipere: & ut De merito scriberet, ne posthac Iudas bello lacesseret. Iosephus Antiquit. lib. 12. cap. 17.

b. Ut obtinerent. c. Tolerando patierent laborem, qui est in exercitio armorum. d. ysa. ibid. e. Iosephus dicit Cethæorum reges ita quæ vterque erat rex in diuersis cænis patribus terræ illius, sicut aliquando in Gallia fuerunt plures reges, & ideo videtur quod hoc ponatur singulari pro plurali, scilicet regem pro reges, sicut frequenter fit in scriptura. Vnde Exod. 8. Venit multa grauisissima multitudo muscarum. De Iyra ibid.]

\* Et. d. Romani sua bellæ prudentia viceunt plura quæ fortitudine. Vnde Vegetius in libro suo de re militari quod in nullo legitur Romani orbem terræ sibi subiecisse, nisi prudentia bellæ & armorum exercitio. Græci enim erant illis astutiores, Hispani ferociores, Theutonici corpore maiores & fortiores, Galli autem plures. Hæc ille.

2. Captiuauerunt multos. c. Consequenter ponitur fama Romanorum ex fidelitate amicitiarum, cui dicitur: Cum amicitia aut suis, &c. De Iyra ibid.] f. A principio enim urbis conditæ fuerunt reges Romæ vsque ad Tarquinium superbum, quo die deo propter eius superbiam & tyrannidem, populus cõsules præterit regimini reipublicæ, deinde tribunos plebis, & dictatores, rursum consules reipublicæ gubernauerunt vsque ad Julium Cæsarem, qui primus acripuit imperium singulare. Patet igitur quod tempore Machabæorum cõsules præerat reipublicæ: unde nullus vtebatur imperio regibus. Iyanus ibid.] g. Gubernent eos.



**R**audiuit Iudas nomen Romanorum, quia sunt potentes viribus, & acquiescunt ad omnia quæ postulantur ab eis, & quicumque acceperunt ad eos, statuerunt cum eis amicitias, & quia sunt potentes viribus. Et audierunt prælia eorum & virtutes bonas quas fecerunt in Galatia, quia obtinuerunt eos & duxerunt sub tributum. Et quanta fecerunt in regione Hispaniæ, & quod in potestatem redegerunt metalla argenti & auri quæ illic sunt, & possederunt omnem locum consilio suo & patientia, loca quæ longè erant valde ab eis, & reges qui superuenerant eis ab extremis terræ contriuerunt, & percusserunt eos plaga magna. Ceteri autem dant eis tributum omnibus annis. Et Philippum \* Perfen Cethæorum regem, & ceteros qui aduersus eos armaulerant, contriuerunt in bello, & obtinuerunt eos. Et Antiochum magnum Regem Asiæ, qui eis pugnam intulerat, habens centumviginti elephantes, & equitatum, & currus, & exercitum magnum valde contritum ab eis: & quia ceperunt eum viuum, & statuerunt ei ut daret ipse & qui regnarent post ipsum, tributum magnum, & daret obfides & constitutum. Et regionem Indorum, & Medos, & Lydos de optimis regionibus eorum, & acceptas eas ab eis dederunt Eumeni regi. Et quia qui erant apud Helladam, voluerunt ire & tollere eos, & innotuit sermo his & miserunt ad eos ducem vnum, & pugnaverunt contra illos, & ceciderunt ex eis multi, & captiuas duxerunt vxores eorum & filios, & diripuerunt eos, & terram eorum possederunt, & destruxerunt muros eorum, & in seruitutem illos redegerunt vsque in hunc diem. Et residua regna & insulas quæ aliquando restiterant illis, exterminauerunt, & in potestatem redegerunt. Cum amicis autem suis, & qui in ipsis requiem habebant, conseruauerunt amicitiam, & obtinuerunt regna quæ erant proxima, & quæ erant longè, quia quicumque audiebant nomen eorum, timebant eos. Quibus vero vellent auxilio esse, ut regnarent, regnabant: quos autem vellent regno deturbabāt, & exaltati sunt valde. Et in omnibus istis nemo portabat diadema, nec induebatur purpura, ut magnificaretur in ea. Et quia Curiam fecerunt sibi, & quotidie consulebant trecentos viginti, consilium agentes semper de multitudine, ut quæ digna sunt, gerant. Et committunt vni homini magistratum suum per singulos annos dominari vniuersæ terræ suæ, & omnes obediunt vni, & non est inuidia neque zelus inter eos. Et elegit Iudas Eupolemum filium

A Anniante  
Christi. 159.  
Anni mundi  
3809.  
Ios. 12. 17.

† 12. q. 1. cap. mouet.

filium Iohannis, filij Iacob, & Iafonem filium Eleazari, & misit eos Romam constituere cum illis amicitiam & societatem, & vt auferrent ab eis iugum Grecorum, quia viderunt quod in seruitutem premerent regnum Israel. Et abierunt Romam viam multam valde, & introierunt Curiam, & dixerunt: Iudas Machabæus & fratres eius, & populus Iudæorum miserunt nos ad vos statuere vobiscum societatem & pacem, & conscribere nos socios & amicos vestros. Et placuit sermo in conspectu eorum. Et hoc rescriptum quod rescripserunt in tabulis aereis, & miserunt in Ierusalem, vt esset apud eos ibi memoriale pacis & societatis: Bene sit Romanis & genti Iudæorū in mari & in terra in æternum, gladiūque & hostis procul sit ab eis. Quod si insisterit bellum Romanis prius, aut omnibus sociis eorum in omni dominatione eorum, auxiliū feret gens Iudæorum, prout tempus dictauerit corde pleno. Et præliantibus non dabunt neque subministrabunt triticum, arma, pecuniam, naues, sicut placuit Romanis, & custodient mandata eorum, nihil ab eis accipientes. Similiter autem & si genti Iudæorum prius acciderit bellum, adiuuabūt Romani ex animo prout eis tempus permiserit, & adiuuantibus non dabitur triticum, arma, pecunia, naues, sicut placuit Romanis, & custodient mandata eorum absque dolo. Secundum hæc verba constituerunt Romani populo Iudæorum. Quod si post hæc verba hi aut illi addere aut demere ad hæc aliquid voluerint, facient ex proposito suo: & quæcunque addiderint, vel dempserint, rata erunt. Sed & de malis quæ Demetrius rex fecit in eos, scripsimus ei, dicentes: quare grauasti iugum tuū super amicos nostros & socios Iudæos? Si ergo iterum adierint nos aduersum te, faciemus illis iudicium, & pugnabimus tecum mari terraque.

sg. Iudas qui mittit legatos ad Romanos constituere cum illis amicitiam & societatem, significat redemptorem nostrum per prædicatores sanctos euangelij pacis gentibus offerre, & conuocare eos ad fidem suam: quibus illi rescripserunt in tabulis aereis, quod pollulaci fuerant & miserunt in Ierusalem, vt esset apud eos ibi memoriale pacis & societatis: quia gentes ad crudelitatem Christi conuerse, sicutum fidei sue statuerunt passum, quod signum longo tempore duraturum, & vera confessionis monumentum erant in ecclesia catholica, vt ibi sit memoriale societatis eorum in perpetuum. Glor. ordi. libid.]

4. In senatum & responderunt. h. Placuit sermo Romanis, & rescripserunt fœderis formam in hunc modum: Bene sit Romanis & genti Iudæorum in mari & in terra: & pax in æternum. Quod si insisterit bellū Romanis, auxiliū feret gens Iudæorū, nulla accipiens stipendia à Romanis. Idipsum faciet Romani Iudæis: Tunc etiam rescripserunt Romani ad Demetriū: Quare grauasti iugum tuū super amicos nostros & socios Iudæos? Si ergo iterum adierint nos aduersum te, faciemus illis iudicium, pugnabimus tecum terra marisque. Comest. libid. cap. 7.

(i. Hi Romani vel Iudæi post hæc verba non cōsenserunt, sed aliquid addere vel demere voluerunt ultra quæ scripta sunt, ex cōmuni consensu vtrouique extra synagogam stant. De Lyra ibid.)

5. Ad libitum suum.

*Iuda à Bacchide & Alcimo missis à Demetrio in bello occiso Ionathas frater sufficitur. Alcimo autem paralyti dissoluto reuersus Bacchides contra Ionathan vincitur, & fœdus cum Ionatha inire cogitur. I X.*

Iof. 12. 8.

Anni ante Christū. 159. Anni mundi 3893.

**N**tereā vt audiuit Demetrius quia cecidit Nicanor & exercitus eius in prælio, apposuit & Bacchidem & Alcimum rursus mittere in Iudæam, & dextrum cornu cum illis. Et abierunt viam quæ ducit in Galgala, & castra posuerunt in Masaloth, quæ est in Arbellis, & occupauerunt eam, & peremerunt animas hominum multas. In mense primo anni centesimi & quinquagesimi & secundi applicuerunt exercitū ad Ierusalem, & surrexerunt & abierunt in Berean viginti milia virorum, & duo milia equitum. Et Iudas posuerat castra in Laifa, & tria milia viri electi cū eo. Et viderunt multitudinē exercitus quia multi sunt, & timuerunt valde, & multi subtraxerunt se de castris, & non remanserunt ex eis nisi octingenti viri. Et vidit Iudas quod defluxit exercitus suus, & bellum perurgebat eum, & contractus est corde, quia non habebat tempus congregandi eos, & dissolutus est. Et dixit his qui residui erant: Surgamus & eamus ad aduersarios nostros, si poterimus pugnare aduersus eos. Et auertebant eum, dicentes: Non poterimus, sed liberemus animas nostras modo, & reuertamur ad fratres nostros, & tunc pugnabimus aduersus eos. Nos autem pauci sumus. Et ait Iudas: Absit istam rem facere, vt fugiamus ab eis. Et si appropiauit tempus nostrum, moriamur in virtute propter fratres nostros, & non inferamus crimen gloriæ nostræ. Et mouit exercitus de castris, & steterunt illis obuiam. Et diuisi sunt equites in duas partes, & fundibularij & sagittarij præibant exercitum, & primi certaminis omnes potentes. Bacchides autem erat in dextro cornu, & proximauit legio ex duabus partibus, & clamabant tubis. Exclamauerunt autem & ij qui erant ex parte Iudæ etiam ipsi, & commota est terra à voce exercituum, & commissum est prælium à mane vsque ad vespèram. Et vidit Iudas, quod firmior est pars exercitus Bacchidis in dextris, & conuenerunt cum ipso omnes constantes corde, & contrita est dextera pars ab eis, & persecutus est eos vsque ad montem Azoti. Et qui in sinistro cornu erant, viderunt quod contritum est

a. Iudas hoc fœdere impetente, multo audacior factus, nouum Demetrii exercitum, Bacchidis ductu Iudæam ingressum, fortiter excepit. Et tunc Iudas duo milia armatorum, his ille Iudææ felicitate fretus ad Barzitan castra fecit. Audito deinceps hostium accessu, ceteris metu dilapsis, cum ostingens reliquos, nullis suorum precibus fœdū potuit. Sabel. vbi supra.

2. Quod fecit.

3. Bellum.

(b. hic consequenter ponitur Iudæ apparatus ad bellum ex parte Iudæorum, quando cōstituerat castra in Laifa cum multa & electa copia fecit. De Lyra ibi.)

c. Verum quia fortitudo non solum secundis rebus, sed etiā aduersis probatur, spectemus Iudæ Machabæi exitum. Is enim post victum Nicanorem regis Demetrii ducenti, secutorio aduersus viginti milia exercitus regis, cum non gentis vitis bellum aduersus volentibus his cedere, ne multitudinē opprimerent, gloriosam magis mortem, quam vitæ fugam suscipi. Ne crimen inquit, hostiæ relinquamus gloriæ. Itaque commisit prælium, cum à primo ortu diei in vespèram dimicaretur, dextrum cornu in quo validissimam manū aduertit hostium, aggressus facile auertit. Sed dum fugientes sequitur, à tergo vulneri locum præbuit. Ita gloriosam mortem triumphis inuenit. Ambr. Officij. cap. 4.

3. Nunc reuertente: Et fratres nostri reflexerunt.

4. Relinquamus.

5. Tunc enim erat strepitus clamoris & iugum & collisionis armorum, quod terra videbatur commoueri, nihilominus commissum est prælium à mane vsque ad vespèram. De Lyra.

† Sup. 4. b. Iof. 12. 18.



se. Iudas hic vndique hostibus  
sepeus, cum nulla in terra hostium  
multitudine exoptio fieri pos-  
set, Iudas in orbem dimicans alia  
multumque in terra Demetri-  
norum caede veritus pluribus  
confossus vulneribus concidit.  
Sabellius Enne. lib. 8. p.

f. Simon autem & Ionathas fra-  
tres inducitur factis, recepto, aliis  
redempto Iudæ cadauere, dela-  
tum in Modim vi cum magni-  
fico funere intulerunt monu-  
mento patrio & publico lectu  
per aliquam multos dies hono-  
rauerunt eius memoriam. Iose-  
phi p. i. cap. 18.

g. Nec est igitur nona hæc lex  
exequiarum nostri temporis qua  
ita exhorrent heretici, quam à  
veteribus habet ecclesia. De tan-  
di vero p. i. qui facta propin-  
quitate mortuorum similitudi-  
nem ipsum qui talis est predicat,  
quod ad operum peruenit vi-  
dente finem: auroque victorie  
laudes cum gratiarum actione  
perfoluit: seipsum quoque oran-  
tes ad similem requiem admitti-  
t. Sumentes autem ipsum ad pon-  
tificem ducunt, quasi coronis do-  
nandum sacris. Hunc ille liben-  
ter suscipere eaque pagit, quæ di-  
uino iustitico sup. sancte quie-  
scerebus sunt. S. Dionys. hiero-  
hierat. cap. 7.

h. Verborum &  
i. Rebellium.

\*Eos.

h. Fugit Ionathas imminente  
bello cum suis in desertum The-  
cue: quia exadefcente hostium  
persecutione doctores sancti cũ  
sunt sequacibus? celsis autem præ-  
dicibus penetrant secretum, vt ibi  
inuocando omnipotentis dei  
intendant auxilium. Quem tota  
intentione cordis venire sibi po-  
stulauit in adiutorium. [Glo. ord.]  
[i. Hic consequenter describitur  
in surgens aduersus, sed prius  
persecutio Ionathæ proponitur.  
Secundo mors Iohannis fratris  
sui interponitur, & tertio ad  
principium reuertitur. Et audi-  
uit Bacchides, & cognouit inhi-  
tationem Ionathæ. De Lya.]  
k. Madaba, vel Medaba ciuitas  
est Rubenica: tribus trans Ior-  
danem, quondam Moabitum,  
& postea Amorrhæorum, à quo  
illi & gladio tolerant, & muris  
circueunt. Sita est in planitie,  
cui & nomen dedit, non procul  
ab Hebron, vt ait Hierony. in eu-  
ius ætatem vsque hoc nomen re-  
tinuit.

l. Et ecce tumultus ex multitu-  
dine venientium, & spoliis præ-  
cesis, & amici eius. Et fratres e-  
ius obuiam illi qui adducebat  
sponsam cum tympanis & plu-  
ribus musicis instrumentis ac-  
plurisque armis. De Lya.]  
m. Audiuit Bacchides, & venit  
de sabbatorum in virtute magna.  
Et dixit Ionathas ad suos. Ecce  
bellum ex aduerso, aqua vero Ior-  
danis hinc & inde, & paludes,  
& saltus, & non est locus diuertendi.  
Clamate ergo in cælum  
& pugnemus. Et commissum  
est bellum. Et ceciderunt ex parte  
Bacchidis mille viri, & reuer-  
sus est in Ierusalem: & ædifica-  
uit in Iudæa ciuitates munitas,  
& posuit custodiam in eis. Et ac-  
cepit filios principum regionis  
obsides, & posuit eos in arce Ie-  
rusalem in custodia. Comestor  
ibid. cap. 9.

n. Nunc pro animabus vestris.

\*Nostrium, & post nos.

\*Ad vltiorem partem, & no-  
transierunt.

o. Renerit sunt in Ierusalem, scilicet  
Bacchides & sui. Et ædifica-  
uerunt plurimas ciuitates hic  
nominatas, & munitis eas, & ac-  
cepit filios principum, id est, p. i.  
cap. 9. Iudæorum. De Lya. ibi.]  
p. Hi muri circumdabant sancta  
sanctorum interitum patre domus  
templi. Opera vero Prophetarum  
erant secundum templum de quo  
loquitur, quod ædificatum fuit  
post exhortationem & adiutorium  
Haggai & Zacharie prophetarum,  
vt patet 1. Eisd. 6. Lya. ibi.

dextrum cornu, & secuti sunt post Iudam, & eos qui cum ipso erant à tergo. Et in-  
grauatum est prælium, & ceciderunt vulnerati multi ex his & ex illis. Et Iudas cecidit,  
& cæteri fugerunt. Et Ionathas & Simon tulerunt Iudam fratrem suum, & sepelie-  
runt eum in sepulchro patrum suorum in ciuitate Modim. Et fleuerunt eum omnis  
populus Israel planctu magno, & lugebant dies multos, & dixerunt: Quomodo ce-  
cidit potens, qui saluum faciebat populum Israel? Et cætera verba bellorum Iudæ  
& virtutum quas fecit, & magnitudinis eius, non sunt descripta. Multa enim erant val-  
de. Et factum est post obitum Iudæ emerferunt iniqui in omnibus finibus Israel, &  
exorti sunt omnes qui operabantur iniquitatem. In diebus illis facta est fames ma-  
gna valde, & tradidit se Bacchides] omnis regio eorum cum ipsis. Et elegit Bacchides  
viros impios, & constituit eos dominos regionis, & exquirebant & perscrutabantur  
amicos Iudæ, & adducebant eos ad Bacchidem, & vindicabat in illos, & illudebat. Et  
facta est tribulatio magna in Israel, qualis non fuit ex die qua non est visus Propheta  
in Israel. Et congregati sunt omnes amici Iudæ, & dixerunt Ionathæ: Ex quo frater  
tuus Iudas defunctus est, vir similis ei non est, qui exeat contra inimicos, Bacchidem  
& eos qui inimici sunt gentis nostræ. Nunc itaque te hodie eligimus esse pro eo no-  
bis in principem & ducem, ad bellandum bellum nostrum. Et suscepit Ionathas tem-  
pore illo principatum, & surrexit loco Iudæ fratris sui. Et cognouit Bacchides, &  
quærebat eum occidere. Et cognouit Ionathas & Simon frater eius, & omnes qui  
cum eo erant, & fugerunt in desertum Thecue, & confederunt ad aquam lacus AC-  
phar. Et cognouit Bacchides, & die sabbatorum venit ipse & omnis exercitus eius  
trans Iordanem. Et Ionathas misit fratrem suum ducem populi, & rogauit Nabu-  
theos amicos suos, vt commodarent illis apparatus suum, qui erat copiosus. Et exi-  
erunt filij Iambri ex Madaba, & comprehenderunt Iohannem, & omnia quæ habe-  
bat, & abierunt habentes ea. Post hæc verba renuntiatum est Ionathæ & Simoni fra-  
tri eius, quia filij Iambri faciunt nuptias magnas, & ducunt sponsam ex Madaba fi-  
liam vnus de magnis principibus Chanáan cum ambitione magna. Et recordati sunt  
sanguinis Iohannis fratris sui, & ascenderunt & absconderunt se sub tegumento mō-  
tis. Et eleuauerunt oculos suos, & viderunt, & ecce tumultus & apparatus multus, &  
sponsus processit & amici eius, & fratres eius obuiam illis cum tympanis, & musicis,  
& armis multis. Et surrexerunt ad eos ex insidiis, & occiderunt eos, & ceciderunt vul-  
nerati multi, & residui fugerunt in montes. Et acceperunt omnia spolia eorum, &  
conuersæ sunt nuptiæ in luctum, & vox musicorum ipsorum in lamentum. Et vindicauerunt  
vinctum sanguinis fratris sui, & reuersi sunt ad ripam Iordanis. Et audiuit  
Bacchides, & venit die sabbatorum vsque ad oram Iordanis, in virtute magna. Et dixit  
ad suos Ionathas: Surgamus, & pugnemus contra inimicos nostros. Non est enim  
hodie sicut heri, & nudius tertius. Ecce enim bellum ex aduerso: aqua vero Iordanis  
hinc & inde, & ripæ, & paludes, & saltus, & non est locus diuertendi. Nunc  
ergo clamate in cælum, vt liberemini de manu inimicorum vestrorum. Et commisi-  
sum est bellum, & extendit Ionathas manum suam percutere Bacchidem, & diuertit  
ab eo retro. Et dissiliit Ionathas, & qui cum eo erant in Iordanem, & transfataue-  
runt ad eos Iordanem. Et ceciderunt de parte Bacchidis die illa mille viri, & reuer-  
si sunt in Ierusalem, & ædificauerunt ciuitates munitas in Iudæa, munitionem quæ  
erat in Iericho, & in Ammaum, & in Bethoron, & Bethel, & Thannatha, & Phara,  
& Thopo, muris excelsis, & portis, & seris. Et posuit custodiam in eis, vt inimicitias  
exercerent in Israel. Et muniuit ciuitatem Bethsuram, & Gazaram, & arcem, & po-  
suit in eis auxilia & apparatus escarum, & accepit filios principum regionis obsi-  
des, & posuit eos in arce in Ierusalem in custodiam. Et anno centesimo quinquage-  
simotertio, mense secundo præcepit Alcimus destrui muros domus sanctæ inter-  
rioris, & destrui opera Prophetarum. Et cœpit destruere. In tempore illo percussus  
est Alcimus & impedita sunt opera illius, & occlusum est os eius, & dissolutus est pa-  
ralysi, nec vltra potuit loqui verbum, & mandare de domo sua. Et mortuus est  
Alcimus

Ios. 11. p.

Sup. 4. b

Anni ante  
Christum. 144.  
Anni mundi  
4804.

Alcimus in tempore illo cum tormento magno. Et vidit Bacchides quoniam mortuus est Alcimus, & reuersus est ad regem, & fluuit terra annis duobus. <sup>p</sup> Et cogitauerunt omnes iniqui, dicentes: Ecce Ionathas & qui cum eo sunt, in silentio habitant confidenter: Nunc ergo adducamus Bacchidem, & comprehendet eos omnes vna nocte. Et abierunt, & consilium ei dederunt. Et surrexit vt veniret cum exercitu multo. Et misit occultè epistolas sociis suis qui erant in Iudæa, vt comprehenderent Ionathan, & eos qui cum eo erant, sed non potuerunt, quia innotuit eis consilium eorum. Et apprehendit de vitis regionis, qui principes erant <sup>8</sup> militiæ] quinquaginta viros, & occidit eos. <sup>9</sup> Et recessit Ionathas & Simon, & qui cum eo erant in Bethbessem, quæ est in deserto & extruxit diruta eius, & firmauerunt eam. Et cognouit Bacchides, & congregauit vniuersam multitudinem suam, & his qui de Iudæa erant, denuntiavit. Et venit, & castra posuit desuper Bethbessen, & oppugnauit eam dies multos, & fecit machinas. <sup>8</sup> Et reliquit Ionathas Simõnem fratrem suum in ciuitate, & exiuit in regionem, & venit cum numero, & percussit Odaren & fratres eius, & filios Phaseron in tabernaculis ipsorum, & cœpit cedere & <sup>9</sup> crescere in virtutibus. ] Simon verò, & qui cum ipso erant exierunt de ciuitate, & succenderunt machinas, & pugnaverunt contra Bacchidem, & contritus est ab eis. Et afflixerunt eum valde quoniam consilium eius & congressus eius erat inanis. Et iratus contra viros iniquos, qui ei consilium dederant vt veniret in regionem ipsorum, multos ex eis occidit. Ipse autem cogitauit cum reliquis abire in regionem <sup>10</sup> suam, ] & cognouit Ionathas, & misit ad eum legatos ] componere pacem cum ipso, & <sup>11</sup> reddere ei captiuitatem. ] Et libenter accepit, & fecit secundum verba eius, & iurauit se nihil facturum ei mali omnibus diebus vitæ eius. Et reddidit ei captiuitatem, quam prius erat prædatus de terra Iuda. <sup>1</sup> Et conuersus abiit in terram suam, & non opposuit amplius venire in fines eius. Et cessauit gladius ex Israel. Et habitauit Ionathas in Machmas: & cœpit Ionathas ibi iudicare populum, & exterminauit impios ex Israel.

*Demetrius cum Alexandro super fœdere Iudæorum contendens, Ab Alexandro occiditur, Apollonius autem cum Ionatha congressus vincitur, Ionathas verò ab Alexandro multis muneribus donatur.* X.

Anni ante  
Christum. 157.  
Anni mundi  
3811.  
Ios. 13. 8.

**A** Anno centesimo sexagesimo ascendit Alexander Antiochi filius, qui cognominatus est <sup>a</sup> Nobilis, & occupauit Ptolemaida, & receperunt eum, & regnauit illic. Et audiuit Demetrius rex, & congregauit exercitum copiosum valde, & exiuit obuiam illi in prælium. Et misit Demetrius epistolam ad Ionatham verbis pacificis, vt magnificaret eum. Dixit enim: Anticipemus facere pacem cum eo, priusquam faciat cum Alexandro aduersum nos. Recordabitur enim omnium malorum quæ fecimus in eum, & in fratrem eius, & in gentem eius. Et dedit ei potestatem congregandi exercitum, & fabricare arma, & esse ipsum socium eius, & obsides qui erant in arce iussit tradi ei. Et venit Ionathas in Ierusalem, & legit epistolas in auditu omnis populi, & eorum qui in arce erant. Et timuerunt timore magno, quoniam audierunt quòd dedit ei rex potestatem congregandi exercitum. Et traditi sunt Ionathæ obsides, & reddidit eos parentibus suis. <sup>b</sup> Et habitauit Ionathas in Ierusalem: & cœpit ædificare, & innouare ciuitatem. Et dixit facientibus opera, vt extruerent muros & montem Sion, in circuitu lapidibus quadratis ad munitionem, & ita fecerunt. Et fugerunt alienigenæ qui erant in munitionibus quas Bacchides ædificauerat, & reliquit vnusquisque locum suum, & abiit in terram suam, tantum in Bethsura remanserunt aliqui ex iis qui reliquerant legem & præcepta dei. Erat enim hæc eis ad refugium. Et <sup>c</sup> audiuit Alexander rex promissa quæ promisit Demetrius Ionathæ, & narrauerunt ei prælia & virtutes quas ipse fecit & fratres eius, & labores quos laborauerunt. <sup>d</sup> Et ait: Nunquid inueniemus aliquem virum talem? Et nunc faciemus eum amicum & socium nostrum. Et scripsit

<sup>p</sup> Inuident hostes vniuersi paucos & quieti ecclesiæ dei. Vnde exortio luce illi bonorum quæ sunt ad eandem ausilitatorem. Quod designat epistola Bacchidis occultè missa sociis suis qui erant in Iudæa, vt comprehenderent Ionatham, & eos qui cum eo erant in Iudæa, quia cum persecutori socii extincti non prævalerent tormētis subiretore confessoris Christi, cœstrum dolos intrinsecus per falsos fratres qui videtur in ecclesia commanere vt quos illi non potuerit gladio huius illi decipiant dolo. Glor. ord. ibi. ] 8. Malitia. q. Ionathas autem cum fratre & suorum manu, metu fecerit in vicium Bethbessen, quem Iosephus vocat Bethlagan, qui in deserto situs est, cumque munitionibus, vt totum haberet receptaculū. Quo auditio Bacchides cum totis suis copiis, adiungitque Iudæorum suæ factionis auxilium, contra eum profectus est, & aggressus oppugnare munitiones per aliquot dies in eo conatu persistit. At ille nihil reuertitur, acriter restitit: reliquæ ad oppidit utelam Simonæ fratre, eli egressus, & collectis in vicina regione suæ factionis hominibus, noctu in Bacchidis castra irruit: & multis trucidatis effecit vt frater aduentum suum cognosceret. Ioseph. lib. 13. cap. 1. 9. Ascendit cum exercitibus. 10. Exortio. 11. Redderet illis captiuos. 12. Celsantibus turbibus belli Ionathas in Machmas ingrediatur ibique inhabitat iudicat populum, & exterminat impios ex Israel, quia Iosephus pauorū bellis, prædicatōras scēti hoc quod prius de mortalitate subditorū propter imminentes tempestates prætorū minebatur restaurare contendunt, & iustæ feruitutis pensū lonis moribus creata tori suo reddere omni modo tā agunt Glor. ord. ibid. ] a. Nobilitas quadruplex: Prima est quam ex seipsum habuimus, quæ omnes equaliter nobilitat secundum quoniam secundum dei imaginem a nos facti sumus. Secunda, à carne exordium sumit, quoniam haud sciam, num quis eo nobilitas esse possit, cū sit corruptioni subiectus. Tertia, quæ à prauitate vel virtute incitū sumit, de qua plus aut minus participamus, secundum quod vt arbitror, plus imaginem putam custodimus aut corumpimus. Hæc nobilitatem vnusquisque vere sapiens, & philosophus amabit. Quarta, quæ per literas fit & edicta, cum pretio dignum censo, eum & pulchritudine, quæ in coloribus est, incipiamus, cum tuncque venerat, cum leo esse iubebatur. Gre. Nazian. Ora. 26. b. Ionathas acceptis literis à Demetrio venit Ierusalem: & cepit innouare ciuitatem, & munire montem Sion in circuitu: & suggerunt custodes quos posterat Bacchides in Iudæa in Bethsura tamen aliqui remanserunt quæ erat illis in refugium. Comell. ibidem. c. Alexander tot regum auxiliis fretus, ferociter bellum Demetrio infero. Ille tantam belli molem aspernatus, vt Iudæam pacetorem haberet, Ierosolymam misit, qui obsidibus Ionathæ restituit, custodiebantur hi in arce, quæ templo imminēbat, ipsum honorarent, vt ex tota gente, auxilia ad bellum cōtraheret: quo contigit, vt summa totius res Demetrii fauore ad vnum Ionatham velat principem gentis, sit ex insperato deuoluta. Alexander quoque ad Ionatham scribit, vt iniuriarum quas à Demetrio accepisset, memor in partibus esse mallet. Summum ad hæc sacerdotum ei tradidit, misit & dignitatis insignis purpuream stolam, & cum ea auream coronam, Sabel. vbi prius.

Ed. Alexander quoque ad Ionatham scribit, ut iniuriâ quas à Demetrio accepisset, memor in partibus esse inisset. Summum sacerdotem ei tradidit: misit & dignitatis insignia, purpuram stolam, & cum ea auream coronam. Sic, quadringentio post Iudæ in exercitum cum nemò in eius locum successisset, Ionathas intermissam dignitatē recepit. Quod ubi Demetrius audiuit, in eum percussus, ad Ionatham & omnem Iudæorum gentem scripsit. Sabellius Enchiridion. lib. 8. 1. Gaudere, 2. Exhortationis & altitudinis & donorum, c. His literis acceptis Ionathas pontificiam stolam induit in ipso Scenopegiz festo post quadringentium exactum à Iudæa. Iudæa tris obit, cum vacasset interrim sacerdotium, moxque contraxit exercitum, & fabricavit magni armorum numerum. Demetrius verò hoc cognito multum doluit, damnans suam cunctationem, quod non præuenisset armulū eblandicus sit Ionathæ federa, sed alibi sibi hanc occasio nem, & ab Alexandro corripit patulus sit. Scripsit tamen & ipse populo in hanc sententiam: rex Demetrius Ionathæ & genti Iudæorum salutem: Quoniam seruastis ad nos pactum, & mansistis in amicitia nostra, & non accessistis ad inimicos nostros, audiuius, & gauisi sumus. Et nunc perseuerate adhuc conseruare ad nos fidem, & retribuemus vobis bona pro iis quæ fecistis nobiscum, & remittemus vobis multas, & dabimus vobis donationes. Et nunc absoluo vos, & omnes Iudæos à tributis, & pretia falsis indulgeo, & coronas remitto, tertias seminis, & dimidiam partem fructus ligni, quod est portiois meæ relinquo vobis ex hodierno die & deinceps, ne accipiatur à terra Iudæa, & à tribus ciuitatibus quæ additæ sunt illi ex Samaria & Galilæa, ex hodierna die, & in totum tempus. Et Ierusalem sit sancta & libera cum finibus suis, & decimæ & tributa ipsius sint. Remitto etiam potestatem arcis quæ est in Ierusalem, & do eam summo sacerdoti, ut constituat in ea viros quoscunq; ipse elegerit, qui custodiant eam. Et omnem animam Iudæorum, quæ captiua est à terra Iudæa in omni regno meo, relinquo liberam gratis, ut omnes à tributis soluantur etiam pecorum suorum. Et omnes dies solennes, & sabbata, & neomeniæ, & dies decreti, tres dies ante diem solennem, & tres dies post diem solennem sint omnes immunitatis & remissionis omnibus Iudæis qui sunt in regno meo. Et nemo habebit potestatem agere aliquid, & mouere negotia aduersus aliquem illorum in omni causa. Et ut ascribantur ex Iudæis in exercitu regis, ad triginta milia virorum. Et dabuntur illis copiæ ut oportet omnibus exercitibus regis, & ex eis ordinabuntur qui sint in munitionibus regis magni. Et ex iis constituentur super negotia regni quæ aguntur ex fide, & principes sint ex eis, & ambulent in legibus suis, sicut præcepit rex in terra Iudæa. Et tres ciuitates quæ additæ sunt Iudææ ex regione Samariæ cum Iudæa reputentur] ut sint sub vno, & non obediunt alienæ potestati, nisi summo sacerdoti. Ptolemaïda & confines eius, quas dedi donum sanctis qui sunt in Ierusalem ad necessarios sumptus sanctorum. Et ego dabo singulis annis quindecim milia siclorum argenti de rationibus regis, quæ me contingunt, & omne quod reliquum fuerit, quod non reddiderant qui super negotia erant annis prioribus, ex hoc] dabunt in opera domus. Et super hæc quinque milia siclorum argenti quæ accipiebant de sanctorum ratione per singulos annos, & hæc] ad sacerdotes pertineat, qui ministerio funguntur. Et quicumque confugerint in templum, quod est Ierosolymis, & in omnibus finibus eius, obnoxij regi in omni negotio dimittantur, & vniuersa quæ sunt eis in regno meo libera habeant.] Et ad ædificanda vel restauranda opera sanctorum sumptus dabuntur de ratione regis, & ad extruendos muros in Ierusalem, & communiendos in circuitu, sumptus dabuntur de ratione regis, & ad construendos muros in Iudæa. Ut audiuit autem Ionathas & populus sermones istos, non crediderunt eis, nec receperunt eos, quia recordati sunt malitiæ magnæ quam fecerat in Israel, & tribulauerat eos valde. Et complacuit eis in Alexandrum, quia ipse fuerat eis princeps sermonum pacis, & ipsi auxilium ferebant omnibus diebus. Et congregauit rex Alexander exercitum magnum, & admouit castra contra Demetrium. Et commiserunt prælium duo reges, & fugit exercitus Demetrii, & insecutus est eum Alexander, & incubuit super eos. Et inualuit prælium nimis donec occidit sol, & cecidit Demetrius in die illa. Et misit Alexander ad Ptolemæum regem Ægypti legatos secun-

epistolam, & misit ei secundum hæc verba, dicens: rex Alexander fratri Ionathæ salutem. ] Audiuius de te, quod vir potens sis viribus, & aptus es ut sis amicus noster. Et nunc constituimus te hodie summum sacerdotem gentis tuæ, & ut amicus voceris regis. ( Et misit ei purpuram & coronam auream ) ut quæ nostra sunt sentias nobiscum, & conferues amicitias ad nos. Et induit se Ionathas stola sancta septimo mense, anno centesimo sexagesimo, & in die solenni Scenopegia. Et congregauit exercitum, & fecit arma copiosa. Et audiuit Demetrius verba ista, & contristatus est nimis. Et ait: Quid hoc fecimus, quod præoccupauit nos Alexander apprehendere amicitiam Iudæorum ad munimen sui? Scribam & ego illi verba deprecatoria & dignitates & dona,] ut sit mecum in adiutorium. Et scripsit ei in hæc verba: rex Demetrius genti Iudæorum salutem. ] Quoniam seruastis ad nos pactum, & mansistis in amicitia nostra, & non accessistis ad inimicos nostros, audiuius, & gauisi sumus. Et nunc perseuerate adhuc conseruare ad nos fidem, & retribuemus vobis bona pro iis quæ fecistis nobiscum, & remittemus vobis multas, & dabimus vobis donationes. Et nunc absoluo vos, & omnes Iudæos à tributis, & pretia falsis indulgeo, & coronas remitto, tertias seminis, & dimidiam partem fructus ligni, quod est portiois meæ relinquo vobis ex hodierno die & deinceps, ne accipiatur à terra Iudæa, & à tribus ciuitatibus quæ additæ sunt illi ex Samaria & Galilæa, ex hodierna die, & in totum tempus. Et Ierusalem sit sancta & libera cum finibus suis, & decimæ & tributa ipsius sint. Remitto etiam potestatem arcis quæ est in Ierusalem, & do eam summo sacerdoti, ut constituat in ea viros quoscunq; ipse elegerit, qui custodiant eam. Et omnem animam Iudæorum, quæ captiua est à terra Iudæa in omni regno meo, relinquo liberam gratis, ut omnes à tributis soluantur etiam pecorum suorum. Et omnes dies solennes, & sabbata, & neomeniæ, & dies decreti, tres dies ante diem solennem, & tres dies post diem solennem sint omnes immunitatis & remissionis omnibus Iudæis qui sunt in regno meo. Et nemo habebit potestatem agere aliquid, & mouere negotia aduersus aliquem illorum in omni causa. Et ut ascribantur ex Iudæis in exercitu regis, ad triginta milia virorum. Et dabuntur illis copiæ ut oportet omnibus exercitibus regis, & ex eis ordinabuntur qui sint in munitionibus regis magni. ] Et ex iis constituentur super negotia regni quæ aguntur ex fide, & principes sint ex eis, & ambulent in legibus suis, sicut præcepit rex in terra Iudæa. Et tres ciuitates quæ additæ sunt Iudææ ex regione Samariæ cum Iudæa reputentur] ut sint sub vno, & non obediunt alienæ potestati, nisi summo sacerdoti. Ptolemaïda & confines eius, quas dedi donum sanctis qui sunt in Ierusalem ad necessarios sumptus sanctorum. Et ego dabo singulis annis quindecim milia siclorum argenti de rationibus regis, quæ me contingunt, & omne quod reliquum fuerit, quod non reddiderant qui super negotia erant annis prioribus, ex hoc] dabunt in opera domus. Et super hæc quinque milia siclorum argenti quæ accipiebant de sanctorum ratione per singulos annos, & hæc] ad sacerdotes pertineat, qui ministerio funguntur. Et quicumque confugerint in templum, quod est Ierosolymis, & in omnibus finibus eius, obnoxij regi in omni negotio dimittantur, & vniuersa quæ sunt eis in regno meo libera habeant.] Et ad ædificanda vel restauranda opera sanctorum sumptus dabuntur de ratione regis, & ad extruendos muros in Ierusalem, & communiendos in circuitu, sumptus dabuntur de ratione regis, & ad construendos muros in Iudæa. Ut audiuit autem Ionathas & populus sermones istos, non crediderunt eis, nec receperunt eos, quia recordati sunt malitiæ magnæ quam fecerat in Israel, & tribulauerat eos valde. Et complacuit eis in Alexandrum, quia ipse fuerat eis princeps sermonum pacis, & ipsi auxilium ferebant omnibus diebus. Et congregauit rex Alexander exercitum magnum, & admouit castra contra Demetrium. Et commiserunt prælium duo reges, & fugit exercitus Demetrii, & insecutus est eum Alexander, & incubuit super eos. Et inualuit prælium nimis donec occidit sol, & cecidit Demetrius in die illa. Et misit Alexander ad Ptolemæum regem Ægypti legatos secun-

Ios. 13.  
Anni ante  
Christum 197.  
Anni mudi  
3811.

6. Addeet Iudææ ad computationem.

7. A locis atinentibus.

8. Sic nunc.

9. Negotiis, ut in primis annis sancti de ratione singulis annis, & hæc remittuntur, quia, g. Si templum tanta tunc gaudeat immunitate, quanta nunc gaudeat ecclesie in honorē Christi conseruata. Nam opus est ut vnusquisque quiescat ecclesiam. Foris quidem ac balnea faciunt multi, ecclesias verò non item, & omnia magis quam has. Ideo oro ac supplico, & gratiam peto, imò & legem pono, ut nullus qui habet villam, appareat eare ecclesia. Ne mihi dixeris, prope est, in vicinia est, magnus est sumptus, non magnum est commodum. Si quid habes infirmum, istum illic quam ibi, educa magistrum, educa diaconum, & sacerdotale ordinem. Venerabilis est & presbyter postea, & ad seruiciū agri conducet. Preceat illic perpetuo propter te, laudes & suauitates propter te, oblatio per singulos dies dominicos. Quid magis mirandū quod alij exerunt clara sepulchra, ut posteri audiant quod ille extruxit, an quod tu ecclesiam exieris? Cogita quod vsque ad Christi aduentum mercedem habiturus sis, qui altare dei excitatus es. Chrysin Act. A. po. esp. 8. ha. 19.

secundum hæc verba, dicens: Quoniam regressus sum in regnum meum, & sedi in sede patrum meorum, & obtinui principatum, & contriui Demetrium, & possedi regionem nostram, & commisi pugnam cum eo, & contritus est ipse & castra eius a nobis, & sedemus in sede regni eius, & nunc statuamus adinuicem amicitiam, & da mihi filiam tuam vxorem, & ero gener tuus, & dabo tibi dona, & ipsi dignitatem. Et respondit rex Ptolemæus, dicens: <sup>h</sup> Felix dies in qua reuersus es ad terram patrum tuorum, & sedisti in sede regni eorum. Et nunc faciam tibi quod scripsisti, sed occorre mihi Ptolemæidam, vt videamus inuicem nos, & <sup>10</sup> spondeam tibi, ] sicut dixisti. Et exiit Ptolemæus de Ægypto ipse & Cleopatra filia eius, & venit Ptolemæidam anno centesimo sexagesimo secundo. Et occurrit ei Alexander rex. <sup>i</sup> Et dedit ei Cleopatram filiam suam, & fecit nuptias eius Ptolemæidæ, sicut reges in magna gloria. Et scripsit Alexander rex Ionathæ, vt veniret obuiam sibi, Et abiit cum gloria Ptolemæidam, & occurrit tibi duobus regibus, & dedit illis argentum multum & aurum \* & dona, & inuenit gratiam in conspectu eorum. Et conuenerunt aduersus eum viri pestilentes ex Israel, viri iniqui interpellantes aduersus eum, & non intendit ad eos Rex. Et iussit <sup>11</sup> spoliari ] Ionathan vestibus suis, & <sup>12</sup> indui ] eum purpura. Et ita fecerunt. Et collocauit eum rex sedere secum, dixitque principibus suis: <sup>k</sup> Exite cum eo in medium ciuitatis, & prædicate vt nemo aduersus eum interpellat de vlllo negotio, nec quisquam ei molestus sit de vlla ratione. Et factum est vt viderunt qui interpellabant gloriam eius quæ prædicabatur, & opertum eum purpura, fugerunt omnes. Et magnificauit eum Rex, & scripsit eum inter primos amicos, & posuit eum ducem & participem principatus. Et reuersus est Ionathas in Ierusalem, cum pace & lætitia. <sup>l</sup> In anno centesimo sexagesimo quinto, venit Demetrius filius Demetrii à Creta in terram patrum suorum. <sup>1</sup> Et audiuit Alexander rex, & contristatus est valde, & reuersus est Antiochiam. Et constituit Demetrius rex Apollonium ducem qui præerat Cœlesyriæ: & congregauit exercitum magnum, & <sup>13</sup> accessit ad Iamnam, & misit ad Ionathan summum sacerdotem, dicens: Tu solus <sup>14</sup> resistis nobis? ] Ego autem factus sum in derisum & in opprobrium, <sup>15</sup> propterea quia ] tu potestatem aduersum nos exerces in montibus. Nunc ergo si confidis in <sup>16</sup> virtutibus ] tuis, descende ad nos in campum, & comparemus illic inuicem, quia mecum est <sup>17</sup> virtus bellorum. ] Interroga & disce quis sum ego, & cæteri qui auxilio sunt mihi, qui & dicunt: quia non potest stare pes vester ante faciem nostram, quia bis in fugam conuersi sunt patres tui in terram suam. Et nunc quomodo poteris sustinere equitatum & exercitum tantum in campo vbi non est lapis neque saxum, neque locus fugiendi? Vt audiuit autem Ionathas sermones Apollonij, motus est animo. Et elegit decem milia virorum, & exiit ab Ierusalem, & occurrit ei Simon frater eius in adiutorium. Et applicuerunt castra in Ioppen. Et exclusit eum à ciuitate, quia custodia Apollonij Ioppe erat, & oppugnauit eam. Et exterriti qui erant in ciuitate aperuerunt ei, & obtinuit Ionathas Ioppen. Et audiuit Appollonius, & admouit tria milia equitum, & exercitum multum. Et abiit in Azotum tanquam iter faciens, & statim exiit in campum, <sup>m</sup> eo quod haberet multitudinem equitum, & confideret in eis. <sup>n</sup> Et insecutus est eum Ionathas in Azotum, & commiserunt prælium. <sup>o</sup> Et reliquit Apollonius in castris mille equites post eos occultè. Et cognouit Ionathas quoniam insidiæ sunt post se, & circuierunt castra eius, & eiecerunt iacula in populum à mane vsque ad vesperam. Populus autem stabat sicut præceperat Ionathas, & laborauerunt equi eorum. Et eiecit Simon exercitum suum, & commisit contra legionem. Equites enim fatigati erant. Et contriti sunt ab eo, & fugerunt. Et qui dispersi sunt per campum, fugerunt in Azotum, & intrauerunt in Bethdagon idòlum suum, vt ibi seliberarent. Et succendit Ionathas Azotum, & ciuitates quæ erant in circuitu eius, & accepit spolia eorum, & templum Dagon, & omnes qui fugerunt in illud, succendit igni. Et fuerunt qui ceciderunt gladio cum iis qui succensi sunt, ferè octo milia virorum. Et mouit inde Ionathas castra, & applicuit ea <sup>n</sup> Afcalonem,

Anni ante Christū. 139.  
Anni mundi 3823.

Anni ante Christū. 164.  
Anni mundi 3788.

[h. Ptolemæus rex Ægypti Alexandro congratulatur, atque ei Cleopatram filiam suam despondit. Venit Ionathas ad nuptias. Sunt ibi pestilentes viri qui Ionatham atro carbone apud regem detulerunt. Loric. j. 10. Ero tibi socer.

1. Alexander Demetrio subdito, Ptolemæi filiam sibi vxorem posposuit: nuptique regio apparatu sunt Ptolemæidæ celebratae vbi magno mortaliū cœnæ tu Ionathas est purpurea vestitus Alexander donatus, & amicorum princeps est appellatur. Sabel. vbi supra.  
\* Ex amicis eorum.

ii. Rex, & spoliauerunt.  
12. Induerunt.  
k. Mandauitque Alexander ducibus suis vt in medium vrbis eo producto, præconis voce edicerent, nemini licere accusationem contra hominem iniuriam, aut vlla in re exhibere ei negotium. Quo facto cum manifestum esset, quanti rex eum faceret, aduersarij qui ad accusandum parati venerant, subdixerunt: leuiter ne ipsis potius mali aliquid accideret. Ioseph. Antiq. l. lib. 13. ca. 5.

1. Initio belli Alexandri in Demetrium hic Demetrius duos filios apud hospitem suum Gnidium cum magno auxilio pendere demandauerat, vt belli periculis eximerentur: & ita fors tulisset, vltioni parentis fecisset: sed his motis Demetrius & nos pubertatis egressus, audita Alexandri luxuriamque insperata opes, & alienæ felicitatis ornamenta, velut captiuum inter scortorum greges desident in regia tenebant, auxiliarijs Cretensibus securum, ac nihil hostile mentem aggredditur. Antiochenis quoque veterem patris offensam nouis meritis correcturi se eradunt. Sed & milites patris fauore iuuentis accessi priores sacramentis religionem noui regis superbie præteritis, signa ad Demetriū transferunt. Atque ita Alexander non mino ri impetu fortune desertus, quæ factus patris proelio victus in se sicur. Dedecusque penam & Demetrio quem occiderat, & Antiocho cuius mentitus originem fuerat. Iust. lib. 35.

13. Posuit castra in Iamnia.  
14. Extolleris contra nos.  
15. Propterea, eo quod.  
16. Exercitibus.  
17. Exercitus vrbium.

[m. eo quod haberet multitudine, & prælium commiserunt, non tamen statim, sed postea & subditur causa. Et reliquit Apollonius in castris mille equites post eos, id est, post recessum suum de castris. De Ly. ibidem. n. Afcalon seu Afcalon, ciuitas maritima Azoto ad austrum: & vrbis ex quinque principibus Philistæorum distat Ierolyma secundum Iosephum stadiis. 72. antiqua & potens, magna nò admodum, sed muris cincta validissimis, quos & hodie vident: ob id Satacenorum robur existit. Micum autem toties destructam, exustam, & tantum nò funditus eradicta, id quod propheta omnes ferè prædixerunt, veterum ruinatum potuisset seruire reliquijs.





amicis nostris, & conseruantibus quæ iusta sunt, apud nos decreuimus benefacere propter benignitatem ipsorum quam erga nos habent. <sup>c</sup> Statuimus ergo illis omnes fines Iudææ, & tres ciuitates \* Lydam & Ramathæ quæ additæ sunt Iudææ <sup>12</sup> ex Samaria,] & omnes confines earum sequestrari omnibus sacrificantibus in Ierosolymis, pro iis quæ ab eis prius rex accipiebat per singulos annos, & pro fructibus terræ <sup>13</sup> & pomorum. ] <sup>d</sup> Et alia quæ ad nos pertinebant decimarum & tributorum, ex hoc tempore remittimus eis, & <sup>14</sup> areas salinarum, & coronas quæ nobis deferebantur, ] omnia ipsis concedimus, & nihil horum irritū erit <sup>15</sup> ex hoc & ] in omne tempus. Nunc ergo curate facere horum exemplum, & detur Ionathæ & ponatur in monte sancto, & in loco \* celebri. Et videns Demetrius rex quod siluit terra in conspectu suo, & nihil ei restitit, dimisit totum exercitum suum, vnumquenque in locum suum, excepto peregrino exercitu quem traxit ab insulis gentium, <sup>d</sup> & inimici erant ei omnes exercitus patrum eius. <sup>e</sup> Triphon autem erat quidam partium Alexandri prius, & vidit quoniam omnis exercitus murmurauit contra Demetriū, & iuit ad Emalchuel Abrabé qui nutriebat Antiochum filium Alexandri, & affidebat ei, vt traderet eum ipsi: vt regnaret in loco patris sui. Et enuntiauit ei quanta fecit Demetrius, & inimicitias exercituum eius aduersus illum. Et mansit ibi diebus multis. <sup>f</sup> Et misit Ionathas ad Demetrium regem vt eiceret eos qui in arce erant in Ierusalem, & qui in prædiis erant, quia impugnabant Israel. Et misit Demetrius ad Ionathan, dicens: Non hoc tantum faciam tibi & genti tuæ, sed gloria illustrabo te & gentem tuam, cum fuerit opportunum. <sup>g</sup> Nunc ergo rectè feceris, si miseris in auxilium mihi viros, quia discessit omnis exercitus meus. <sup>h</sup> Et misit ei Ionathas tria milia virorum fortium Antiochiam. Et venerunt ad regem: & delectatus est rex in aduentu eorum. Et conuenerunt qui erant in ciuitate, centum viginti milia virorum, & volebant interficere regem. Et fugit rex in aulam, & occupauerunt qui erant de ciuitate itinera ciuitatis, & ceperunt pugnare. Et vocauit rex Iudæos in auxilium, & conuenerunt omnes simul ad eum. Et dispersi sunt omnes per ciuitatem, & occiderunt in illa die centum milia hominum. Et succenderunt ciuitatem, & ceperunt spolia multa in illa die, & liberauerunt regem. Et viderunt qui erant de ciuitate quod obtinissent Iudæi ciuitatem sicut volebant, & infirmati sunt mente sua, & clamauerunt ad regem cum precibus, dicentes: Da nobis dexteram, & cessent Iudæi oppugnare nos, & ciuitatem. Et proiecerunt arma sua, & fecerunt pacem. Et glorificati sunt Iudæi in conspectu regis, & in conspectu omnium qui erant in regno eius, & nominati sunt in regno. ] Et regressi sunt in Ierusalem, habentes spolia multa. Et sedit Demetrius rex in sede regni sui, & siluit terra in conspectu eius. Et mentitus est omnia quæcunque dixit, & abalienauit se à Ionatha, & non retribuit ei secundum beneficia quæ sibi tribuerat, & vexabat eum valde. <sup>i</sup> Post hæc autem reuersus est Triphon & Antiochus cum eo puer adolescens, & regnauit & imposuit sibi diadema. Et congregati sunt ad eum omnes exercitus quos dispererat Demetrius, & pugnaverunt contra eum, & fugit & terga vertit. Et accepit Triphon bestias, & obtinuit Antiochiam. Et scripsit <sup>h</sup> Antiochus adolescens Ionathæ, dicens: Constituo tibi sacerdotium, & constituo te super quatuor ciuitates, vt sis de amicis regis. Et misit illi vasa aurea in ministerium, & dedit ei potestatem bibendi in auro, & esse in purpura, & habere fibulam auream. Et Simōnem fratrem eius constituit ducem <sup>16</sup> à terminis ] Tyri, vsque ad fines Ægypti. Et exiit Ionathas, & perambulabat trans flumen <sup>17</sup> ciuitates, ] & congregatus est ad eum omnis exercitus Syriæ in auxilium. Et venit Ascalonem, & occurrerunt ei honorificè de ciuitate. Et abiit inde Gazan, & concluderunt se qui erant Gazæ, & obsedit eam, & succendit <sup>18</sup> quæ erant in circuitu ciuitatis, ] & prædatus est eam. Et rogauerunt Gazenses Ionathan, <sup>1</sup> & dedit illis dextram, & accepit filios eorum obfides, & misit illos in Ierusalem, & perambulauit regionem vsque Damascum. <sup>g</sup> Et audiuit Ionathas quod <sup>19</sup> præuaticati sunt ] principes Demetrii in cades quæ est in Galilæa, cum exercitū multo volentes eum remouere <sup>20</sup> à negotio regni, ] & occurrit illis, fratrem autem suum Simōnē reliquit intra prouinciā,

Ios. 13. 8.

<sup>c</sup> Ciuitates quæ ex Samaria distradæ Demetrius addidit Iudææ. Lyda enim ciuitas est Palestina in litore maris magno ista, & Ramatha vrbis est Samuclis de qua libro Regum narratur iure ergo amicitie rex Demetrius Ionathæ concedens immunitatem Iudææ addidit ciuitates prædictas. Remittens decimarum & tributorum censum, & areas salinarum, in quibus salis confectio reipublica debebatur, necnon & alia debita quæ illi regio factu debebantur iuxta confessionem eî Ionathæ habitam omnia condonauit. Glosa ordinata ibid. <sup>12</sup> A Pherem, & <sup>13</sup> A Samaritide. <sup>14</sup> Et de fructibus arborum. <sup>15</sup> Salis magna & pertinetes ad nos eorum. <sup>16</sup> Ex nunc. <sup>17</sup> Vili. <sup>18</sup> Inimici erant ei qui erant de regno Syriæ. Nā à regnis præcedentibus consueuerant annuā accipere, nō solū tempore belli, sed etiā pacis: vt sic essent parati pugnare pro rege tempore necessitatis. Lyranus ibidem.

<sup>e</sup> Triphon autem qui prius erat partii Alexandri, videns omnem exercitū cetera Demetrii murmurare, iuit in Arabiā vt inde reduceret Antiochum filium Alexandri in terram patris sui. Eo tempore dum Demetrius erat absentis, iuit ad Ionathā vt eiceret eos qui erant in arce in Ierusalem, & qui in prædiis erant, quia impugnabant Israel. Comest. ibid. <sup>f</sup> Interea Ionathas præfex volens tollere Ierosolymitanæ arcis prædium, & impios trans fugas reliquosque qui arces tenebant in ea regione legationem cum muneribus misit ad Demetriū. Ios. lib. 13. ca. 9. Antiqui id nihil grauati Ionathas fecerunt: quia Iudæorum milia ad regem misit, quibus ille vsus Antiochenos, quorum defectione fuerat in arcem cōpulsus, igne ex ipsa regia in Iudæam et domos Iudæorum, & quædam prædium in ciuitate incendiū cōstitutorum impetravit. Sed tantū abfuit vt eonominis sit Demetrius Ionathæ & Iudæis gratificatus, q̄ multo minacius quam antea tribuit exire sit ad ortus: regis istæque, vt si quando alias acerbitissime, nisi Diodorus, qui & Triphon, interea regem ipsum maiore negotio occupasset: quippe qui diademate puero in mediū prolato, cōcitisque ad arma militibus cum valido exercitū ad Demetriū expugnandū est profectus viduque præio in Seleuciam conpulit. Vnde ille postea est Particum bellum molit? Sabel. Ennea. 5. lib. 9.

<sup>h</sup> Erat enim rex nouus, & adhuc vni locū patris regni tenebat Demetrius, propterea indigebat Ionathæ cōfederatione. Lyr. lib. 16. Ab ascensu. <sup>17</sup> In vrbibus. <sup>18</sup> Suburbia eius igne. <sup>19</sup> Tum Gazæ videntes præsentem calamitatem ab hoste, nec viliū interim auxilium à Demetrio, & spem quoque incertam propter locorū distantiam, factius existimauerunt illo omisso necessitati suæ cōsulere & missis ad Ionathā nuntiis, recepti sunt in societatem atque amicitiam. Aliquidē enim homines non nisi suo malo docti intelligunt quid sit vtilitū debent sapere ante acceptū incommo- dum, & vitro potius quam coacti imperata facere. Ionathas verò acceptis obfidibus, & missis Ierosolymam, digressus inde totam regionem vsque Damascum obibat. Ioseph. Antiqu. Iudæic. lib. 13. cap. 8.

<sup>20</sup> Aderant. <sup>21</sup> A regione.

[k. Quid per Bethsuram uisile-  
tio sanctam scripturam de-  
notat. Quia Bethsura domus  
robustorum interpretatur. Et  
bene sacra scriptura domus ro-  
bustorum dici potest: quia ibi  
quinque sortes & robusti viri  
semper discendo & bene opera-  
do in habitant: quia cum Psal-  
mista, in lege domini meditan-  
tur die ac nocte. In hac enim do-  
mo aliquando heretici falso in  
habitate videntur, cum scrip-  
turas legere, sed non intelligere  
omnino probantur. Unde dicitur  
quod Simon expugnauerit  
Bethsuram diebus multis, & ce-  
perit ciuitatem, & elecit pra-  
uos habitatores inde, postea  
que ibi praesidium quia docto-  
res sancti hoc maxime habent  
in conam, ut hereticos expugn-  
ent, filiam eorum doctrinam  
destruant. Glosa ordin. ibid.]  
21. Surrexerunt in campo Na-  
sor.  
22. Ipsi autem occurrerunt.  
23. Principes.  
24. Fugerunt.  
25. Castra posuerunt ibi.

<sup>k</sup> Et applicuit Simon ad Bethsuram, & expugnabat eam diebus multis, & cōclufit eos. Et postulauerunt ab eo dextras accipere, & dedit illis. Et eiecit eos inde, & cepit ciuitatem, & posuit in ea praesidium. Et Ionathas & castra eius applicuerunt ad aquam Genesar, & ante lucem <sup>21</sup> vigilauerunt in campo Afor. ] Et ecce castra alienigenarum occurrebant in campo, & tendebant ei insidias in montibus, <sup>22</sup> ipse autem occurrit ] ex aduerso. Insidiae verò exurrexerunt de locis suis, & commiserunt praelium. Et fugerunt qui erant ex parte Ionathas omnes, & nemo relictus est ex eis, nisi Matathias filius Absolomi, & Iudas filius Calphi, <sup>23</sup> princeps ] militiae exercitus. Et scidit Ionathas vestimenta sua, & posuit terram in capite suo, & orauit. Et reuersus est Ionathas ad eos in praelium, & conuertit eos in fugam, & <sup>24</sup> pugnaverunt. ] Et viderunt qui fugiebant partis illius, & reuersi sunt ad eum, & insequerantur cum eo omnes vsque Cades ad castra sua, & <sup>25</sup> peruenerunt vsque illuc. ] Et ceciderunt de alienigenis in die illa, tria milia virorum, & reuersus est Ionathas in Ierusalem.

*Ionathas cum Romanis foedus renouans, & cum Spartiatis, sed tandem apud Ptolemaidem à Triphone dolo captus est, & omnes qui cum eo erant interfecti sunt. XII.*

a. Et misit Ionathas Romam re-  
nonate cum eis amicitiam. Spar-  
tatis quoque scripsit quos su-  
pra Laedemonios diximus, di-  
cens: Pridem scripsit nobis Da-  
rius rex vester sub Onia summo  
sacerdote Iudaeorum: Quia de  
genere Abrahae estis & fratres  
nostri, & fecimus vobiscum fra-  
ternitatem. Ex tunc memores su-  
mus vestri in sacrificiis & obte-  
rationibus nostris, sicut decet  
nos meminisse fratrum, & nunc  
misimus ad vos, vt inueniamus  
fraternitatem. Et rescriptum  
Spartiatis: Pecora nostra & pos-  
siones nostra vestrae sunt, & vestra  
nostra. Et in nouata est fraterni-  
tas. Com. lib. 1. cap. 11.  
2. Genarum.  
b. Spartiatis à Sparta regione,  
quae postea Laedemonia dicta est,  
à Laedemone quodam heroe  
municipa. Partibus quoque ne-  
mo alius de ea re diligenter sci-  
psit. Elegerunt in Laconia regio-  
ne regnare prohidit: ab eoque  
primum Telegesides fuisse La-  
edemones. Haec quibus in or-  
dine Laedemon in imperio suc-  
cessit, qui ducta in vxorem Spar-  
ta. Euiora sibi in ista regio-  
nem à se Laedemonia, vrbem  
quam in ea condiderat, ab vxore  
Spartam nominauit.  
2. Gaudere.  
c. Hic quare ponitur ratio qua-  
re non scripsit Spartiatis te-  
pote tribulationis & bellorum  
quae acciderent Iudaeis, cum di-  
citur: Nos autem, &c. De Lyra.  
Ibidem.]  
\* Adiuuans nos.  
\* Ab inimicis nostris.  
2. Quae misit Onias rex Spar-  
tatarum Onias sacerdoti ma-  
gno gaudere.  
d. Demetrii duces qui ad Ce-  
demon ab Ionatha uicti fuerat,  
vt aliquando ignominiam ibi  
acceptam sibi demerent, citato  
agnome Iudaeam intrudere con-  
stiturunt: & iam domo profecti  
cursum in hostem intederant,  
cui Ionathas subitis nunciis ex-  
citus ad Amathidem illis occur-  
rit: & iam castra ad quinquagin-  
ta stadia inter se propinquau-  
erunt, cum hostes suis vicibus dif-  
fidentiam & miles paucis ante die-  
bus uictis ad fugam potius quam  
ad pugnam spectabat, noctu va-  
sa colligunt, in eoque & vassa  
taquamque sunt, regione in  
pacem excessere. Ionathas ad  
hostium castra progressus, ubi  
ea delata vult, conuerso in Na-  
bathzo curiu quos hic vocant  
Zabados, omnem partem in de-  
ditione recepit. Sabel. ubi prius.  
4. Transiitum.



**E**t vidit Ionathas quia tempus eum iuuat, & elegit viros, & misit eos Ro-<sup>A</sup>  
mam, statueret & renouare cum eis amicitiam. Et ad Spartiatis, & ad alia  
loca misit epistolas secundum eandem formam. Et abierunt Romam, &  
intrauerunt Curiam, ] & dixerunt: Ionathas summus sacerdos, & gens Iu-  
daeorum miserunt nos, vt renouemus amicitiam & societatem secundum pristinam.  
Et dederunt illis epistolas ad ipsos per loca, vt deducerent eos in terram Iuda cum pa-  
ce. Et hoc est exemplum epistolarum, quas scripsit Ionathas Spartiatis: Ionathas sum-  
mus sacerdos, & seniores gentis & sacerdotes, & reliquus populus Iudaeorum Sparti-  
tis fratribus, salutem. ] Iam pridem missae erant epistolae ad Oniam summum sacer-  
dotem à Dario, qui regnabat apud vos, quoniam estis fratres nostri, sicut scriptum  
continet quod subiectum est. Et suscepit Onias virum qui missus fuerat cum honore,  
& accepit epistolas in quibus significabatur de societate & de amicitia. Nos enim  
cum nullo horum indigeremus, habentes solatio sanctos libros qui sunt in manibus  
nostris, maluimus mittere ad vos renouare fraternitatem & amicitiam, ne forte alieni  
efficiamur à vobis. Multa enim tempora transferunt, ex quo misistis ad nos. Nos er-  
go in omni tempore sine intermissione in diebus solennibus & ceteris quibus oportet,  
memores sumus vestri in sacrificiis quae offerimus, & in obseruationibus, sicut fas  
est & decet meminisse fratrum. Laetamur itaque de gloria vestra. Nos autem circum-  
dederunt multae tribulationes & multa praelia, & impugnaverunt nos reges qui sunt  
in circuitu nostro. Noluimus ergo vobis molesti esse, neque ceteris sociis & amicis  
nostris in his praелиis. Habuimus enim de caelo auxilium, liberati sumus nos, & hu-  
miliati sunt inimici nostri. Elegimus itaque Numenium Antiochi filium, & Antipa-  
trem Iasonis filium, & misimus ad Romanos renouare cum eis amicitiam & socie-  
tatem pristinam. Mandauimus itaque eis, vt veniant etiam ad vos, saluent vos, &  
reddant vobis epistolas nostras de inuouatione fraternitatis nostrae. Et nunc benefa-  
cietis, respondentes nobis ad haec. Et hoc rescriptum epistolarum quod misit Onias:  
rex Spartatarum Onias, Ionathas sacerdoti magno salutem. ] Inuentum est in scri-  
ptura de Spartiatis & Iudaeis, quoniam sunt fratres, & quia sunt de genere Abra-  
ham. Et nunc ex quo haec cognouimus, benefacitis scribentes nobis de pace ve-  
stra. Sed & nos rescripsimus vobis. Pecora nostra & possessiones nostrae vestrae sunt,  
& vestrae nostrae. Mandauimus itaque haec nuntiari vobis. Et audiuit Ionathas, quo-  
niam regressi sunt principes Demetrii cum exercitu multo supra quam prius ] pu-  
gnare aduersus eum, & exiit ab Ierusalem, & occurrit eis in Amathite regione. Non  
enim dederat eis spatium vt ingrederentur regionem eius. Et misit speculatores in ca-  
stra eorum, & reuersi renuntiauerunt quod constituerunt superuenire illuc nocte. Cum  
occidisset

Ios. 13.

occidisset autem sol, præcepit Ionathas suis vigilare, & esse in armis paratos ad pugnam tota nocte. Et posuit custodes per circuitum castrorum. Et audierunt aduersarii, quod paratus est Ionathas cum suis in bello, & timuerunt & formidauerunt in corde suo, & accendunt focos in castris suis. Ionathas autem & qui cum eo erant, non cognouerunt vsque mane. Videbant autem lumina ardentia, & secutus est eos Ionathas, & non comprehendit eos. Transferunt enim flumen Eleutherum. Et diuertit Ionathas ad Arabes, qui vocabantur Zabadari, & percussit eos, & accepit spolia eorum. Et iuixit, & venit Damascum, & perambulabat omnem regionem illam. Simon autem exiit, & venit vsque Afcalonem, & ad proxima præsidia, & declinauit in Ioppen, & occupauit eam. Audiuit enim quod uellent præsidium tradere partibus Demetrii, & posuit ibi custodes, ut custodirent eam. Et reuersus est Ionathas, & conuocauit Seniores populi, & cogitauit cum eis ædificare præsidia in Iudæa, & ædificare muros in Ierusalem, & exaltare altitudine magna inter medium arcis & ciuitatis, ut separet eam a ciuitate, ut esset ipsa singulariter, & neque uendant, neque emant. Et conuenerunt ut ædificarent ciuitatem, & cecidit murus qui erat super torrentem ab ortu solis, & reparauit eum qui uocatur Caphetheta. Et Simon ædificauit Adiada in Scephela, & munuit eam, & imposuit portas & seras. Et cum cogitasset Triphon regnare Asia, & assumere diademata, & extendere manum in Antiochum regem, timens ne fortè non permitteret eum Ionathas, sed pugnaret aduersus eum, quarebat comprehendere eum & occidere. Et exurgens abiit in Bethsan: & exiit Ionathas obuiam cum quadraginta milibus uirorum electorum in prælium, & uenit Bethsan: Et uidit Triphon quia uenit Ionathas cum exercitu multo, ut extenderet in eum manus, & timuit. Et excepit eum cum honore, & commendauit eum omnibus amicis suis, & dedit ei munera. Et præcepit exercitibus suis, ut obedirent ei sicut sibi. Et dixit Ionathas: Ut quid vexasti uniuersum populum, cum bellum nobis non sit? Et nunc remitte eos in domos suas. Elige autem uiros paucos qui tecum sint, & ueni mecum Ptolemaidam, & tradam eam tibi, & reliqua præsidia, & exercitum, & uniuersos præpositos negocij, & cõuersus abibo. Propterea enim ueni. Et credidit ei, & fecit, sicut dixit, & dimisit exercitum, & abierunt in terram Iuda. Retinuit autem secum tria milia uirorum, ex quibus remisit in Galilæam duo milia, mille autem uenerunt cum eo. Ut autem intrauit Ptolemaidam Ionathas, clauserunt portas ciuitatis Ptolemenses, & comprehenderunt eum, & omnes qui cum eo intrauerunt, gladio interfecerunt. Et misit Triphon exercitum & equites in Galilæam & in campum magnum, ut perderet omnes socios Ionathæ. At illi cum cognouissent, quia comprehensus est Ionathas, & periit, & omnes qui cum eo erant, hortati sunt semetipsos, & exierunt parati in prælium. Et uidentes ij qui insecuti fuerant, quia pro animares est illis, reuersi sunt. Illi autem uenerunt omnes cum pace in terram Iuda. Et planxerunt Ionathan, & eos qui cum ipso erant, valde. Et luxit Israel luctu magno. Et quæsierunt omnes gentes quæ erant in circuitu eorum contere eos. Dixerunt enim: Non habent principem & adiuuantem, nunc ergo expugnemus illos, & tollamus de hominibus memoriam eorum.

*Simon ad fratris Ionathæ redemptionem multam pecuniam, & filios eius misit Triphoni, qui accepta pecunia patrem cum filiis occidit, & inde Antiochum regem. Simon autem Demetrio fœderatus Gazam & Sion occupat, & Ioannem belli ducem constituit. XIII.*

**A**udiuit Simon quod congregauit Triphon exercitum copiosum, ut ueniret in terram Iuda, & attereret eam, uidens quia in tremore] populus est & in timore, ascendit Ierusalem, & congregauit populum, & adhortans, dixit: Vos scitis quanta ego & fratres mei & domus patris mei fecimus pro legibus & pro sanctis prælia, & angustias quales uidimus: Horum gratia perierunt fratres mei omnes propter Israel, & relictus sum ego solus. Et nunc non mihi contingat parcere animæ meæ in omni tempore tribulationis. Non enim melior li iij

se. Illi enim nocte præcepit uentire qui ex eo corde præcepit uentire tenebrarum agere, & contra Ionathas suos vigilare, & esse in armis paratos ad pugnam vsque tota nocte, quia profectum est electorum magistrorum, ut per uigilare de eorum dote esse subditos suos omni tempore illius uix, quo in incerto se gentes ad certum finem tendant. Glosa op dinaria.]

5. Mouens castra. Et hic consequenter describitur confictus Simonis cum aduersariis, cum dicitur, Simon autem quoniam exiit de Ierusalem ubi remanerat ad terræ cultum. Et uenit vsque Afcalonem, & ad proxima præsidia, in quibus erant homines Demetrii ea tenentes: Et inde declinauit in Ioppen. De Lyra. ibid.]

6. Appropinquauit mucro torrentis. Scephela quæ & Rephaim, ualidis est iuxta Eleutheropolim in ter septentrionem & occidentem, factus paucorum agrorum, in tribu Iuda, ubi Simon Ioythæ frater Adiadam urbem, condidit.

h. Triphon autem cognita calamitate Demetrii, non amplius fidus erat Antiocho, sed cogitabat quoniam pacto eo sublato, regnum posset ipse inuadere & occupare. Nec aliud uidebatur magis ob stare eius cupiditati, quam Ionathas amicus Antiocho. Itaque decreuit eum prius de medio tollere, atque ita demum adolefcentem aggredi. Quamobrem ad Bethsan profectus quæ Giæcis nominatur. Scythopolis, inuenit ibi Ionatham cum quadraginta milibus electissimorum militum, præcium obfistere si quis uim inferre conatur. Iosep. antiq. lib. 13. cap. 9.

i. Hic patet Ionathæ nimia crudelitas, quia hic Triphon principalior erat in domo Antiochi regis, cui Ionathas magis erat fœderatus & amicus, sed ignorabat machinationes ipsius Triphonis in mortem Antiochi. Lyra. ibidem.

k. Cogitauit Tripho occidere Antiochum, sed timuit Ionatham, cui præcipue inuidias nexas. Credulus Ionathas incidit in eius castes præda cupita, & ab eo captiuus est detentus. Ambitio quid possit, hic uidetur. Dominus suis non pareri præclarissimis uiris præcipue inuidet, & inuidia tur. Nulla ergo fides ambitioni habenda. Ionathas hæc in re, gminus cautus fuit, misere perit Loriculus. ibidem.

\* Et timuerunt.

Jos. 13. 9.

Jos. 13. 9.

b. Mithur qui & Ioppæ ex im-  
 prouiso occuparet, ne oppidum  
 auditio Ionathæ casu, Diodorus  
 hæc est Triphon in verbis ac-  
 pert. Ille pueris dicitur quibus  
 hæc acta sunt, est valido exercitu,  
 & Ionathæ vincto Iudæas in-  
 gressus, Ierusalem iter intravit:  
 cui venisti Simo cum exercitu in  
 trepidè occurreris, nauis fraude  
 est prius animasueris, periturus  
 est. Sabel. ubi sup.

c. Triphon igitur cognito quòd  
 Simo Iudæorū princeps sit con-  
 stitutus, misit ad eum nuncios, &  
 hominem dolo circumvenire cu-  
 piens: mandabatque vt si vellet  
 dimittere fratrem Ionatham, cen-  
 tum argenti talenta persolueret,  
 & cum eis duos Ionathæ filios  
 mitteret ad se obsides futuros.  
 Jos. lib. 11. cap. 11. Antioch.

2. Vt accideret in regionem &  
 diuisionem circumueniret Tripho-  
 ni & castris eius, vt obtineret illi  
 in prælium antequam Iudæam  
 viderent. Lyr. ibid.

3. Contraueniebant.

4. Qui vigerent eum vt veniret  
 ad eos.

5. Et non venit propter niuem,  
 sed abiit, & venit.

6. Et sepultus est ibi.

e. Nec igitur nouum sepeliendi  
 funis nec reces inuētū, vt etiam  
 Hier. de funere Pauli. Trāstara,  
 inquit, Paulus episcopus cum mani-  
 bus, & ceruicē feratō subiciētū-  
 bus, cū alij pōtētes lapidas ex-  
 cedētiq; præterrent, alij choros  
 psallētiū ducerēt, in media eccle-  
 sia spelunca salutaris est postea.  
 Totus ad funus eius Palestinarū  
 vrbium turba conuenit. Hier. de  
 Epitaphio Pauli, in f.

\* Fecit machinamenta, &  
 f. Diodorus seu Tripho Antio-  
 chū. Ioan. natum sustulicorru-  
 per medicis, qui ad populū mē-  
 tū dicerent eum calculi dolore  
 consumi, secundūque puero ad-  
 hibiti, dum curare videri volūt,  
 in Diodori gratiam necauerūt.  
 Quo sublato Diodorū homo ne-  
 quam ab exercitu pecunia cor-  
 rupto, rex Syriæ constituitur Sa-  
 helici. ubi pridem.

\* Fraude.

g. Recupero regno Demetrii  
 & ipse rerum successu corruptus  
 vitis adoleſcēti in segnitiam  
 labitur, tantūque in segnitiam  
 apud oēs inertis, quāsi odium  
 ex superbia patre habuerat, con-  
 traxit. Itaque est ab impetio ei⁹  
 vrbium ciuitates dederent, ad  
 abolēdi segnitie maculā bel-  
 lum Parthis inferre statuit. Ad  
 postremū tamē pacis simulatio-  
 ne deceptus, capitur, et adūtiq; que  
 per orat ciuitatū populū qui de-  
 stierant in ludibriū fauoris offē-  
 ditur. Missus deinde in Itecaniā,  
 benignē & iuxta cultū pristinæ  
 fortunæ habetur. Iulian. lib. 33  
 Verum Antiocho in Parthia cū  
 exercitu delecto, frater eius De-  
 metrius obsidione Parthorum  
 liberatus, accessitque in regnū,  
 cum omnis Syria in luctu pro-  
 pter amissum exercitum esset:  
 quāsi Parthia ipsius & fratris  
 bella, quibus alter captus, alter  
 occisus erat prosperè perficeret,  
 ita Aegypto bellum inferre sta-  
 tuit. Id. lib. 39. Interea Simon ad  
 Demetriū pro liberatis restitu-  
 tione nuntios mittit. Lyr. ibid. 7.  
 Erant rapinæ. 8. Bainem.

9. Iis qui sunt super negotia vt  
 remittant vobis remissiones.

10. Nostros.

h. Tūc descēdit Simo in Gazā,  
 & obsedit eam, & eiecit idolola-  
 tras & idola de ciuitate, & mun-  
 dauit ades, & collocavit in ea  
 viros qui legem facerent, & mu-  
 niuit eā, & recit sibi habitatio-  
 nem, & obsedit eos qui erant in  
 arce Ierusalem. Et clamauerunt  
 ad Simonem vt acciperent dex-  
 tras, & dedit illis: & eiecit eos  
 inde, & mundauit arcem à con-  
 taminationibus, & intrauit eam  
 cū musicis instrumentis, & hym-  
 nis, & ramis palmarum: statuens  
 vt omnibus annis ageretur hæc  
 dies cū letitia. Comell. lib. 13.  
 vt. Eruperunt qui erant in ma-  
 china, in urbem.

sum fratribus meis. Vindicabo itaque gentem meam & sancta, natos quoque nostros  
 & vxores, quia congregatae sunt vniuersae gentes conterere nos inimicitia gratia. Et  
 accensus est spiritus populi simul vt audiuit sermones istos, & responderunt voce ma-  
 gna, dicentes: tu es dux noster loco Iudæ, & Ionathæ fratris tui: Pugna prælium no-  
 strum, & omnia quaecunque dixeris nobis, faciemus. Et congregans omnes viros hel-  
 latores, acceleravit consummare vniuersos muros Ierusalem, & munivit eam in gyro.  
 Et misit Ionatham fillum Absolomi, & cum eo exercitum nouum in Ioppen, & eie-  
 ctis iis qui erant in arce, remansit illic ipse. Et mouit Triphon à Ptolomaida cum exer-  
 citu multo vt veniret in terram Iudæ, & Ionathas cum eo in custodia. Simon autem ap-  
 plicuit in Addus contra faciem campi. Et vt cognouit Triphon, quia surrexit Simon  
 loco fratris sui Ionathæ, & quia commissurus esset cum eo prælium, misit ad eum lega-  
 tos, dicens: Pro argento quod debebat frater tuus Ionathas in ratione regis propter  
 negocia quæ habuit, detinuimus eum. Et nunc mitte argenti talenta centum, & duos  
 filios eius obsides, vt non dimissus fugiat à nobis, & remitemus eum. Et cognouit Si-  
 mon, quia cum dolo loqueretur secum. Iussit tamen dari argentum & pueros, ne ini-  
 micitiam magnam sumeret ad populum Israel, dicentem: quia non misit ei argentum  
 & pueros, propterea periit. Et misit pueros & centum talenta. Et mentitus est, & non  
 dimisit Ionatham. Et post hæc venit Triphon in regionem vt contereret eam, & gy-  
 rauerunt per viam quæ ducit Ador. Et Simon & castra eius ambulabant in om-  
 nem locum quocunque ibant. Qui autem in arce erant, miserunt ad Triphonem le-  
 gatos, vt festinaret venire per desertum, & mitteret illis alimonias. Et parauit Tri-  
 phon omnem equitatum, vt veniret illa nocte: Erat autem nix multa valde, & non  
 venit in Galadithim. Et cum appropinquasset Bescaman, occidit Ionatham & filios  
 eius illic. Et conuertit Triphon, & abiit in terram suam. Et misit Simon, & accepit  
 ossa Ionathæ fratris sui, & sepeliuit ea in Modin ciuitate patrum eius. Et planxe-  
 runt eum omnis Israel planctu magno, & luxerunt eum dies multos. Et ædificauit Si-  
 mon super sepulchrum patris sui & fratrum suorum ædificium altum visu, lapide po-  
 lito retro & antè, & statuit septem pyramidas, vnam contra vnam patri & matri, &  
 quatuor fratribus. Et iis circumposuit columnas magnas, & super columnas arma, ad  
 memoriam æternam, & iuxta arma naues sculptas, quæ viderentur ab hominibus nauigantibus  
 mare. Hoc est sepulchrum quod fecit in Modin vsque in hunc diem. Triphon autem cum iter  
 faceret cum Antiocho rege adolescente, dolo occidit eum, & regnauit in loco eius. Et imposuit  
 sibi diadema Asiæ, & fecit plagam magnam in terra. Et ædificauit Simon præsidia Iudææ: muniens ea  
 turribus excelsis, & muris magnis & portis & feris, & posuit alimenta in munitionibus.  
 Et elegit Simon viros, & misit ad Demetrium regem, vt faceret remissionem regioni, quia actus omnes Triphonis  
 per direptionem fuerant gesti. Et Demetrius rex ad verba ista respondit ei, & scripsit  
 epistolam talem: rex Demetrius Simoni summo sacerdoti & amico regum, & senioribus & genti  
 Iudæorum, salutem. Coronam auream, & Bahen quam misistis suscepimus, & parati sumus  
 facere vobiscum pacem magnam, & scribere præpositis regis remittere vobis quæ indul-  
 simus. Quaecunque enim constituimus, vobis constant. Munitiones quas ædificastis vobis  
 sint. Remittimus quoque ignorantias & peccata vsque in hodiernum diem, & coronam  
 quam debebatis. Et si quid aliud erat tributarium in Ierusalem, iam non sit tributarium.  
 Et si qui ex vobis apti sunt conscribi inter nos, conscribantur, & sit inter nos pax. Anno centesimo-  
 septuagesimo ablatum est iugum gentium ab Israel. Et cœpit populus Israel scribere in  
 tabulis & gestis publicis: anno primo sub Simone summo sacerdote, magno duce, &  
 principe Iudæorum. In diebus illis applicuit Simon ad Gazam, & circumdedit eam  
 castris, & fecit machinas, & applicuit ad ciuitatem, & percussit turrem vnam, & con-  
 prehendit eam. Et qui eruperant, erant intra machinam & ciuitatem, & factus est  
 motus magnus in ciuitate. Et ascenderunt qui erant in ciuitate cū vxoribus & filiis  
 supra murum scissis tunicis suis, & clamauerunt voce magna postulantes à Simone dex-  
 tras

Anni ant  
 Christi. 447.  
 Anni mundi  
 3811.

tras sibi dari; & dixerunt: Non nobis reddas secundum malitias nostras, sed secundum misericordias tuas, & seruiemus tibi.] Et flexus Simon non debellauit eos, eiecit tamen eos de ciuitate, & emundauit arces in quibus fuerant simulachra, & tunc intrauit in eam cum hymnis benedicens dominum. Et eiecit ab ea omni immunditia, collocavit in ea viros qui legem facerent, & muniuit eam, & fecit sibi habitationem. Qui autem erant in arce Ierusalem prohibebantur egredi & ingredi regionem, & emere ac vendere, & esurierunt valde, & multi ex eis fame perierunt. Et clamauerunt ad Simonem vt dexteras acciperent, & dedit illis. Et eiecit eos inde, & mundauit arcem a cotaminationibus. Et intrauerunt in eam tertia & vicesima die secundi mensis, anno centesimo septuagesimo primo, cum laude & ramis palmarum, & citharis & cinaris & cymbalis & nablis & hymnis & canticis: quia contritus est inimicus magnus ex Israel: Et constituit vt omnibus annis agerentur dies hi cum latitia. Et minuit montem templi qui erat secus arcem, & habitauit ibi ipse & qui cum eo erant. Et vidit Simon Iohannem filium suum quod fortis prelij vir esset, & posuit eum ducem virtutum vniuersarum, & habitauit in Gazaris.

*Demetrio ab Arsace deuicto Simon in Israel magna pace fruitur, cum Romanis & Spartiatis fœdus renouat, in scriptum æreis tabulis affigit. X IIII.*



**A** Nno centesimo septuagesimo secundo congregauit Rex Demetrius exercitum suum, & abiit in Mediam ad contrahenda sibi auxilia, vt expugnaret Triphonem. Et audiuit Arsaces Rex Persidis & Mediæ, quia intrauit Demetrius confines suos, & misit vnum de principibus suis vt comprehenderet eum viuum, & adduceret eum ad se. Et abiit & percussit castra Demetrii, & comprehendit eum, & duxit eum ad Arsacem, & posuit eum in custodiam. Et siluit omnis terra Iuda omnibus diebus Simonis, & quasiuit bona genti suæ, & placuit illis potestas eius, & gloria eius omnibus diebus. Et cum omni gloria sua accepit Ioppen in portum, & fecit introitum in insulis maris. Et dilatauit fines gentis suæ, & obtinuit regionem. Et congregauit captiuitatem multam, & dominatus est Gazara, & Bethsuræ, & arci, & abstulit immunditias ex ea, & non erat qui resisteret ei. Et vnusquisque colebat terram suam cum pace, & terra Iuda dabat fructus suos, & ligna camporum fructum suum. Seniores in platæis sedebant omnes, & de bonis terræ tractabant, & iuuenes induebant se gloriam & stolas belli. Et ciuitatibus tribuebat alimonias, & constituebat eas vt essent vasa munitionis, quoad usque nominatum est nomen gloriæ eius vsque ad extremum terræ. Fecit pacem super terram, & lætatus est Israel lætitia magna. Et sedit vnusquisque sub vite sua, & sub ficulnea sua, & nõ erat qui eos terreret. Defecit impugnans eos super terram. Reges contriti sunt in diebus illis. Et confirmauit omnes humiles populi sui, & legem exquisiuit, & abstulit omnem iniquum & malum. Sancta glorificauit, & multiplicauit vasa sanctorum. Et auditum est Romæ, quia defunctus esset Ionathas, & vsque in Spartiatis, & contristati sunt valde. Vt audierunt autem quod Simon frater eius factus esset summus sacerdos loco eius, & ipse obtineret omnem regionem, & ciuitates in ea, scripserunt ad eum tabulis æreis, vt renouarent amicitias & societatem, quam fecerant cum Iuda & cum Ionatha fratribus eius. Et lætæ sunt in conspectu Ecclesiæ in Ierusalem. Et hoc exemplum epistolarum quas Spartiatæ miserunt. Spartianorum principes & ciuitates, Simononi sacerdoti magno, & senioribus & sacerdotibus & reliquo populo Iudæorum fratribus salutem. Legati qui missi sunt ad populum nostrum, nuntiauerunt nobis de vestra gloria, & honore, & lætitia: & gauisus sumus in introitu eorum. Et scripsimus quæ ab eis erant dicta in consiliis populi sic: Numenius Antiochi & Antipater Iasonis filius, legati Iudæorum venerunt ad nos, renouantes nobiscum amicitiam pristinam. Et placuit populo excipere viros gloriosè, & ponere exemplum sermonum eorum in segregatis populi libris, vt sit ad memoriam populo Spartiatarum. Exemplum autem horum scripsimus Simononi magno sacerdoti. Post hoc autem misit Si-

Anni ante Christi. 140.  
Anni mundi 3822.

Anni ante Christi. 139.  
Anni mundi 3823.

li. Tunc etiam quando errores eiecit sunt gentium, cum laudibus dei doctores sancti in cõuenticula intrabunt gentium. Tunc quoque viros qui legem faciunt ibidem ponunt, qui veros cultores Christi p̄i prelicia tionibus esse faciunt ibi & muniunt eam, faciuntque sibi eam habitationem, cum per euangelium vndique fidei numine ecclesiam firmantes in eius domicilio ipsi magistri commorantur, pro labore pio, premia æterna que pro confessione ipsorum impenduntur à iudice viuorum ac mortuorum in sine sibi retribuenda expectant. Glo. or. j

k. Populus magnus qui erat in arce & multum grauabat populum, & impediabat cultum diuinum. Lysa ibid.

a. Tunc congregauit rex Demetrius exercitum, & intrauit Mediam ad contrahenda sibi auxilia, vt expugnaret Triphonem. Sed Arsaces rex Persidis & Mediæ misit vnum de principibus suis, qui percussit castra Demetrii, & comprehendit eum viuum, & posuit eum Arsaces in custodiam. Conest. ibid. ca. 14. b. Hic ponitur presbiterus Iudæum, scilicet pacificatio Iudææ sub Simonis regimine, est dicitur: Et sicut, scilicet à preliis nocuit. Et quasiuit bona genti suæ principibus quàm sibi: quia bonum quanto cõmuni, tanto melius & diuinius. De Iyra. j

c. Gazara sive Gazera aliter dicitur Gazi, apud Philistinos olim celebris, de qua Iudæi, d. Eiusdem nominis est Gazer in forte tribus Ephraim vbi sepelata I. enitis, quam & ipsam expugnauit Iosue, rege eius interfecto. Aedificata est autem postea à Salomone in Gazara villa dicitur, i. quarto militario Nicopolos cõtra septentrionem. Veruntamen sciedum, quod a Iudæis ex ea Ephraim nõ potuit expellere. Hierony. de locis Hebr.

i. Consultabant in communi. [I. Tals fecit legem Simon noster, & abstulit omnem iniquum & malum, cum modo per sanctos doctores excommunicat hæreticos arque schismaticos & omnes impios. Glo. ord. j]

e. Et misit Simon ad Spartiatas ad innouandæ fraternitatis. Romanis quoque misit clypeum aureum inuatum mille, & statuerunt ei Romani libertatē, & scripserunt in tabulis æreis fœdus quæ postea sunt in viculis in monte Sion. Conest. ibid. cap. 13. f. Quod de Simone sacerdoti accipiente, diuersæ gentes ad eum legatos mittunt, rogantes ea quæ pacis sunt, significat quod Apostolis atque doctoribus noui testamenti post passionem Christi & resurrectionem atque ascensionem ad celos, euangelium in mundo prædicantibus, multitudine gentium ad fidem confluxerit, & pacem magno opere cum ecclesiis habere postulauerit, mittentes epistolas, hoc est, secreta cordis sui per confessionem illis patefacientes. Glo. ord. i. ibid. j

g. Romani benignè Iudæorum legatos excipientes super amicitie renouatione est Iudæis quæ primò fecerant Iuda supra ca. 7. & cum Ionatha cap. 12. secretis firmant singulas literis permanentibus. Lysan. ibid. j. In patensibus.



mon Numenium Romam habentem clypeum magnum aureum pondo minarum mille, ad statuendam cum eis societatem. Cum autem audisset populus Romanus sermones istos, dixerunt: <sup>h</sup> Quam gratiarum actionem reddemus Simoni & filiis eius? <sup>i</sup> Restituit enim ipse fratres suos, ] & expugnauit inimicos Israel ab eis. Et statuerunt ei libertatem, & descriperunt in tabulis æreis, & posuerunt <sup>j</sup> in montem Sion. Et hoc est exemplum scripturæ. <sup>k</sup> Octauadecima die mensis Elul, anno centesimo septuagesimo secundo, anno tertio sub Simone sacerdote magno in Assaramel in conuentu magno sacerdotum & populi & principum & gentis & seniorum regionis nota facta sunt hæc: <sup>l</sup> Quoniam frequenter facta sunt prælia in regione nostra. Simon autem Matathie filius ex filiis Iarib, & fratres eius dederunt se periculo, & restiterunt aduersariis gentis suæ, vt starent sancta ipsorum & lex, & gloria magna glorificauerunt gentem suam. <sup>m</sup> Et congregauit Ionathas gentem suam, & factus est illis sacerdos magnus, ] & appositus est ad populum suum. Et voluerunt inimici eorum <sup>n</sup> calcare sancta, & atterere ] regionem ipsorum, & <sup>o</sup> extendere ] manus in sancta sanctorum. <sup>p</sup> Tunc restitit ] Simon, & pugnavit pro gente sua, & erogauit pecunias multas, & armauit viros virtutis gentis suæ, & dedit illis stipendia. Et muniuit ciuitates Iudææ, & Bethsuram quæ erat in finibus Iudææ, vbi erant arma hostium antea, & posuit illic præsidium viros Iudæos. <sup>q</sup> Et Ioppen muniuit quæ erat ad mare, & Gazaram quæ est in finibus Azoti, in qua hostes antea habitabant. Et collocauit illic Iudæos, & quæcunque apta erant ad correptionem eorum posuit in eis. Et vidit populus <sup>r</sup> actum ] Simonis, & gloriam quam cogitabat facere genti suæ, & posuerunt eum ducem suum & principem sacerdotum, eo quod ipse fecerit hæc omnia, & iustitiam & fidem quam conseruauit genti suæ: & exquisiuit omni modo exaltare populum suum. <sup>s</sup> Et in diebus eius prosperatum est in manibus eius, vt tollerentur gentes de regione ipsorum, & quæ in ciuitate David erant in Ierusalem <sup>t</sup> in arce, ] de qua procedebat & contaminabant omnia quæ in circuitu sanctorum sunt, & inferebant plagam magnam castitati. Et collocauit in ea viros Iudæos <sup>u</sup> ad tutamentum regionis & ciuitatis, & exaltauit muros in Ierusalem. <sup>v</sup> Et rex Demetrius statuit illi summum sacerdotium. Secundum hæc fecit eum amicum suum, & glorificauit eum gloria magna. Audiuit enim quod appellati sunt Iudæi a Romanis amici, & socij — & fratres, ] & quia susceperunt legatos Simonis gloriose, & quia Iudæi & Sacerdotes eorum consenserunt eum esse ducem suum & summum sacerdotem in æternum, donec surgat Propheta fidelis, & vt sit super eos dux, & vt cura esset illi pro sanctis, <sup>w</sup> & vt constitueret prepositos super opera eorum, & super regionem, & super arma, & super præsidia, & cura sit illi de sanctis, & vt audiat ab omnibus, & scribantur in nomine eius omnes conscriptiones in regione, & vt operiatur purpura & <sup>x</sup> auro, ] & ne liceat vlli ex populo & ex sacerdotibus irritum facere aliquid horum, & contradicere iis quæ ab eo dicuntur, aut conuocare cõuentum in regione sine ipso, & vestiri purpura, vt vti fibula aurea. Qui autem fecerit contra hæc, aut irritum fecerit aliquid horum, reus erit. Et complacuit omni populo statuere Simonem, & facere secundum verba ista. Et suscepit Simon, & placuit ei vt summo sacerdotio fungeretur, & esset Dux & princeps gentis Iudæorum & sacerdotum, & præfesset omnibus. Et scripturam istam dixerunt ponere in tabulis æreis, & ponere eas in <sup>y</sup> peribolo sanctorum in loco celebri. Exemplum autem eorum ponere in ærario, vt habeat Simon & filij eius.

h. Quid non solum sibi sunt reddenda gratias & honores pro amicitia quæ nobis requisit, & propter salutem notabile, quæ ad nos misit: sed etiam propter eius probitates quibus aduersarios populi fortiter expugnauit, idem ibidem.  
i. Firmavit enim ipse & fratres eius, & domus patris eius.  
j. Incolantibus.  
k. Sic patet quod huiusmodi institutionis vel decreti descriptio facta est solemniter, scilicet per tempora regum & pontificum: sicut descriptur beati Iohannis Baptistæ predicatio, vt patet Luc. 1. Lyra. ibid.  
l. Nobis.

6. Princeps sacerdotum.  
7. Ascendere in regionem eorum vt conerent.  
8. Extenderent.  
[k. Tunc restitit Simon vt amplius patuit precedenti cap. ned & erogaui pecunias multas de substantia sua pro sua gente defendenda. De Lyra.]  
9. Surrexit.  
l. Ioppe, Iepho, seu Iapha, oppidum Palæstine tribus Manasse, quamquam Hieronymus Davidicæ coniungat, videtur tamen terminus eius, ab eo qui Ioppe respicit connumerari, toto orbe est antiquissimum. Inde nomen si à Iaphet Noe filio conditum & appellatum cõtendunt: vel ab Ioppe Aroli filia vxore Cophet. Sicum est autem ad mare nõ procul à Lydda, in litore saxato atque arido, adeoque vt inde Ierusalem videri possit. Hoc portus est Ioppe Iudæi frequens sima, quo ligna, exeretique ad templi structuram necessaria, lapides missi sunt. Inque eum hodie nauis nostræ primum applicat, Zaphu seu Iapham appellat: licet importusissimum, ob id ad excursus pyrariens commodior. In quæ vitum Machabæorum serate frequenter occupat est. Olim potens, nunc viculus exiguus, non nisi casualis quibusdam habitatus, nihilque nisi ruinas veteris nobilitatis ostendens.  
ro. Fidem.  
xi. Qui fecerant sibi æream, & sic muniuit eam.  
j. m. Reperit quod supra capite præcedenti dictum est, reperit autem ad institutum scribendi ratificandum. Instituit ostendere Simonem citra mercurium ad pontificatum dignitatem, & ad ducatum non exaltatum, sed ex iustitia & clementia, exeretique virtutibus præcipuis, atque à deo præfatis subdit ergo etiam rationem humanam vel le testes honorari viros. Hic locus ex scriptura aliqua authentica est de promptu, vnde supra dixit: Et hoc est exemplum scripturæ, & c. Loricus ibid.  
12. Aurum ferat.

n. Peribolus dicitur murus atque domus domini, qui totum templum per quadrum ambiat in circuitu. Græcè περιβολος à περιεῖν ambio, circundo, cingo, amplector. Glo. ordi.

a. Hic Antiochus secundus Demetrii frater minor natus, per Asiæ vires in certis erroribus vagabatur: quæ Cleopatra Demetrii vxor exeretitu subnixæ ad suas nuptias & regnum capessendum inuicem quam insperatam occasione ille complexus, Seleuciam venit. Huc Diodorus quæ sapienter Triphonem diximus eum valido exeretitu occurrit. Sabel. Vbi prius.  
r. Gaudere, & infra.

*Antiochus Simoni fœderatus Triphonem persequitur: Romani Iudæos ceteris nationibus commendant: Antiochus missum à Simone auxilium recusans, in eum mittit Cendebeum dum persequitur Triphonem.* XV.

**E**tmisit Rex Antiochus filius Demetrii epistolas ab insulis maris Simoni sacerdoti, & principi gentis Iudæorum, & vniuersæ genti, & erant continentales hunc modum, Rex Antiochus Simoni sacerdoti magno, & genti Iudæorum salutem. ] Quoniam quidam pestilentes obtinuerunt regnum patrum nostrorum

Anni ante Christum, 119. Anni mundi 3823.

A. 1069. 11.

<sup>b</sup> volo autem vindicare regnum, & restituere illud sicut erat antea, & electam <sup>2</sup> feci multitudinem ] exercitus, & <sup>3</sup> feci ] naues bellicas. Volo autem procedere per regionem, vt vlciscar in eos qui corruerunt regionem nostram, & qui desolauerunt ciuitates multas in regno meo. Nunc ergo statuo tibi omnes <sup>4</sup> oblationes ] quas remis-  
<sup>d</sup> runt tibi ante me omnes Reges, & quaecunque alia dona miserunt tibi, & <sup>5</sup> permit-  
<sup>e</sup> to ] tibi facere percussuram proprii numismatis in regione tua. <sup>6</sup> Ierusalem autem  
<sup>f</sup> sanctam esse & liberam, ] & omnia arma quae fabricata sunt & praesidia quae con-  
<sup>g</sup> struxisti quae tenes, maneat tibi. Et omne debitum regis, & quae futura sunt regi, ex  
<sup>h</sup> hoc & in totum tempus remittuntur tibi. <sup>i</sup> Cum autem obtinuerimus regnum no-  
<sup>k</sup> strum, glorificabimus te & gentem tuam, & templum gloria magna, ita vt manifeste-  
<sup>l</sup> tur gloria vestra in vniuersa terra. Anno centesimo septuagesimo quarto exiit Antio-  
<sup>m</sup> chus in terram patrum suorum, & <sup>n</sup> conuenerunt ad eum omnes exercitus, ita vt pau-  
<sup>o</sup> ci relictis essent cum Triphone. Et insecutus est cum Antiochus Rex, & venit Doram  
<sup>p</sup> fugiens per maritimam. Sciebat enim quod congregata sunt mala in eum, & reliquit  
<sup>q</sup> eum exercitus. <sup>r</sup> Et applicuit Antiochus super <sup>s</sup> Doram cum centum viginti milibus  
<sup>t</sup> virorum bellicorum, & octo milibus equitum. Et circuiuit ciuitatem, & naues a mari  
<sup>u</sup> accesserunt, & vexabant ciuitatem a terra & mari, & neminem sinebant ingredi vel  
<sup>v</sup> egredi. Venit autem Numenius, & qui cum eo fuerant ab vrbe Roma, habentes epi-  
<sup>w</sup> stolas regibus & regionibus scriptas, in quibus continebantur haec: Lucius consul Ro-  
<sup>x</sup> manorum, Ptolemaeo Regi salutem. Legati Iudaeorum venerunt ad nos amici nostri  
<sup>y</sup> renouantes pristinam amicitiam & societatem, missi a Simone principe sacerdotum  
<sup>z</sup> & populo Iudaeorum. Attulerunt autem clypeum aureum minarum mille. <sup>aa</sup> Placuit  
<sup>ab</sup> itaque nobis scribere regibus & regionibus, vt non inferant illis mala, neque impu-  
<sup>ac</sup> gnent eos & ciuitates eorum, & regiones eorum, & vt non ferant auxilium pugnantibus  
<sup>ad</sup> aduersus eos. Visum autem est nobis accipere ab eis clypeum. Si qui ergo pesti-  
<sup>ae</sup> lentes fugerint de regione ipsorum ad vos, tradite eos Simoni principi sacerdotum,  
<sup>af</sup> vt vindicet in eos secundum legem suam. <sup>ag</sup> Haec eadem scripta sunt Demetrio regi, &  
<sup>ah</sup> Attalo, & Arabe, & Arsaci, & in omnes regiones: Sampsam, & Spartanis, & Delo, &  
<sup>ai</sup> Mido, & Sitioni, & Cariae, & in Samnum, & Pamphylia, & Eicyam, & Alicarnasum,  
<sup>aj</sup> & Rhodum, & Phaselida, & Coos, & Siden, & Arado, & Cortynam, & Cnydum, &  
<sup>ak</sup> Cyprum, & Cyrenem. <sup>al</sup> Exemplum autem eorum scripserunt Simoni principi sacer-  
<sup>am</sup> dotum, & populo Iudaeorum. ] Antiochus autem Rex applicuit castra in Doram  
<sup>an</sup> secundo, admouens ei semper manus & machinas faciens: & conclusit Triphonem  
<sup>ao</sup> ne procederet. Et misit ad eum Simon duo milia virorum electorum in auxilium, &  
<sup>ap</sup> argentum & aurum & vasa copiosa, & noluit ea accipere, sed rupit omnia quae pactus  
<sup>aq</sup> est cum eo antea, & alienauit se ab eo. <sup>ar</sup> Et misit ad eum Athenobium vnum de ami-  
<sup>as</sup> cis suis, vt tractaret cum ipso, dicens: Vos tenetis Ioppem & Gazaram & arcem quae  
<sup>at</sup> est in Ierusalem ciuitates regni mei, fines earum desolastis & fecistis plagam magnam  
<sup>au</sup> in terra, & dominati estis per loca multa in regno meo. <sup>av</sup> Nunc ergo tradite ciuitates  
<sup>aw</sup> quas occupastis, & tributa locorum in quibus dominati estis extra fines Iudae. Si au-  
<sup>ax</sup> tem, date pro illis quingenta talenta argenti, & exterminij quod exterminastis, & tri-  
<sup>ay</sup> butorum ciuitatum alia talenta quingenta. Si autem, veniemus & expugnabimus  
<sup>az</sup> vos. Et venit Athenobius amicus Regis in Ierusalem, & vidit gloriam Simonis & <sup>ba</sup> claritatem in auro & argento, ] & apparatus copiosum, & obstupuit, & retulit ei verba  
<sup>bb</sup> Regis. Et respondit ei Simon, & dixit ei: Neque alienam terram sumpsimus, neque a-  
<sup>bc</sup> lienam detinemus, sed haereditatem patrum nostrorum, quae iniuste ab inimicis no-  
<sup>bd</sup> stris aliquo tempore possessa est. Nos vero <sup>be</sup> tempus ] habentes vindicamus haeredita-  
<sup>bf</sup> tem patrum nostrorum. <sup>bg</sup> Nam de Ioppe, & Gazara quae expositas, ipsi faciebant in  
<sup>bh</sup> populo plagam magnam, & in regione nostra, horum domus talenta centum. Et non  
<sup>bi</sup> respondit ei Athenobius verbum. <sup>bj</sup> Reuersus autem cum ira ad Regem, renuntiauit  
<sup>bk</sup> ei verba ista, & gloriam Simonis & vniuersa quae vidit, & iratus est Rex ira magna. Tri-  
<sup>bl</sup> phon autem fugit naui in Orthosaida. Et constituit Rex Cendebaeum ducem mariti-

Anni ante  
Christi. 137.  
Anni mundi  
3825.

<sup>fb</sup> Antiochus hic qui Assidetes cognominatus est, illius fuit Demetrii Socheris, frater autem Demetrii minoris, qui post Alexan-  
<sup>gc</sup> drum Philobatem regem in Syria regnauit. Demetrius autem Socher post Antiochi Epiphanis, vt Cronicon Eusebii & Hieronymi testatur: & regnauit annis Post quem Alexander filius Ioparus annis regnauit 10. Post hunc Demetrius filius demetrii annos tres, qui captus a Ptolemaeo in Hucania ab Arsacide rege re-  
<sup>hd</sup> traditur. Post quem Antiochus Assidetes frater ciuilem Demetrii tenuit regnum annis 14. Glo. ordina. ibid.]  
<sup>ie</sup> 2. Collegi multitudinem.  
<sup>if</sup> 3. Parauit.  
<sup>ig</sup> 4. Oblationes.  
<sup>ih</sup> 5. Permiserunt.  
<sup>ii</sup> 6. Et sancta esse libera.  
<sup>ij</sup> c. Hic fit promissio de futuro, quae tamen non fuit impleta, vt infra patebit. Na obiecto regno alienauit se a Simone. Et ideo tales promissiones videbantur simulatae, quouique esset in regni possessione. Lira ibid.]  
<sup>jk</sup> d. Ceterum a veterano exercitu qui Triphonis molles erat se-  
<sup>kl</sup> tens ad Cleopatram subita defec-  
<sup>km</sup> sione se contulerat, vt tunc ex fu-  
<sup>kn</sup> pte Syria in Phoenicem fugit  
<sup>ko</sup> inuadit. Antiochus fugientem  
<sup>kp</sup> secutus, aliquid diu in Dora Phoe-  
<sup>kq</sup> nices obstitit: vnde Diodorus  
<sup>kr</sup> Apamea fugere conatus, in hostium  
<sup>ks</sup> manus incidit: capiti quoque  
<sup>kt</sup> interfectus tercio suo regni anno.  
<sup>ku</sup> Sabellicus ibidem.  
<sup>kv</sup> e. Dora in 11. miliario Caesaris  
<sup>kw</sup> Stratonis, in Hebraeo dicta Na-  
<sup>kx</sup> phath. Dor ciuitas regia, de qua  
<sup>ky</sup> Iosephus Hieronymus de Paula  
<sup>kz</sup> mitione, scribit: Mirata quos  
<sup>la</sup> Dor vrbis quondam portissime,  
<sup>lb</sup> fuit enim illustis adeo, q. xate  
<sup>lc</sup> Machabaei Antiochus rex ea  
<sup>ld</sup> obstitit. 12000. peditum. 8000. e-  
<sup>le</sup> quitum exercitu. Idem de locis  
<sup>lf</sup> Hebraicis Doraphis, qd Sym-  
<sup>lg</sup> machus trisulsi Dor maritima.  
<sup>lh</sup> Haec est Dora in nono miliario  
<sup>li</sup> Caesaris Palastinae pergitibus  
<sup>lj</sup> Tyrum, nunc deserta. Quae cum  
<sup>lk</sup> cecidisset in sortem tribus Ma-  
<sup>ll</sup> nasse, eam possidere non potuit,  
<sup>lm</sup> quia in ea pristini habitatores  
<sup>ln</sup> remanserunt.  
<sup>lo</sup> \*Et socij  
<sup>lp</sup> [f. Haec eadem scripta sunt per  
<sup>lq</sup> recapitulationem. Na hoc conti-  
<sup>lr</sup> nitur Demetrio iure Antiochi  
<sup>ls</sup> ad hunc regnum. Hoc enim patet  
<sup>lt</sup> per illud quod habetur ea praecedenti,  
<sup>lu</sup> scilicet quod rex Demetrius  
<sup>lv</sup> fecit Simonem amicum suum  
<sup>lw</sup> & glorificauit eum. Et subditur  
<sup>lx</sup> adhuc vna ratio, cum dicitur:  
<sup>ly</sup> Audiuit enim quia appellati sunt  
<sup>lz</sup> Iudaei a Romanis amici, &c. Ex  
<sup>ma</sup> quo patet q. iam receperit hie-  
<sup>mb</sup> ras ipsas de renouatione amicitiae  
<sup>mc</sup> inter Romanos & Iudaeos.  
<sup>md</sup> De Lira.]  
<sup>me</sup> g. Haec est ruptio foederis Antio-  
<sup>mf</sup> chi, quod iam desiderabat, quia  
<sup>mg</sup> remisit numeribus solenni mi-  
<sup>mh</sup> situm ad repetendum ciui-  
<sup>mi</sup> tates plures, & tributa per suos  
<sup>mj</sup> antecessores imposita. Lira ibid.]  
<sup>mk</sup> h. Quod Antiochus per possessas  
<sup>ml</sup> per prelia ciuitates a Simone  
<sup>mm</sup> repetit, significat antiquum  
<sup>mn</sup> hostem semper sanctorum vi-  
<sup>mo</sup> ritibus inuidere, & inuiso fer-  
<sup>mp</sup> uicio sibi eos subingere velle:  
<sup>mq</sup> sed eas Simon spiritualis sibi ven-  
<sup>mr</sup> dicando sui iuris esse dixit, ac  
<sup>ms</sup> patrum suorum haereditatem,  
<sup>mt</sup> nec vllum sibi hostem habere de-  
<sup>mu</sup> bere communionem, quia pos-  
<sup>mv</sup> sessio virtutum proprie electo-  
<sup>mw</sup> rum est, non reproborum. Glo. or.]  
<sup>mx</sup> 7. Abaeum cum vasis aureis &  
<sup>my</sup> argenteis.  
<sup>mz</sup> 8. Opportunitatem.  
<sup>na</sup> i. Simon autem regendis fortis-  
<sup>nb</sup> sig. rebus inchoat. Zata quidam  
<sup>nc</sup> & Iuppem & Iamnam cepit.  
<sup>nd</sup> Euerit autem & Accaron sub-  
<sup>ne</sup> adis praesidiis: aduersusque Tri-  
<sup>nf</sup> phonem Antiocho auxilium pre-  
<sup>ng</sup> buit, qui Doram ante expeditionem  
<sup>nh</sup> qua in Medos fecit, obside-  
<sup>ni</sup> bat: sed regis audientiam facere  
<sup>ni</sup> non potuit, quibus neci Tripho-  
<sup>nj</sup> nis sua quoque opera adhibuit.  
<sup>nk</sup> Ioseph. de bello Iud. li. i. c. 2.

fk. Solent qui ab amicis volunt discedere occasione querere. Apologia de lupo ad caput fluy bibente. & conueniente de bus quod sibi equam turbavit, huc quadrat. Ictus enim Rex, Cendebæum contra Iudam mit rit. Vilemus regem ad explen dam impietate suam ministros iustitia semper in pröptu habe re. Lorichius ibid.] 9. Munire. 10. Intrare.

mum, & exercitum peditum & equitum dedit illi. Et mandauit illi mouere castra cõtra faciem Iudææ, & mandauit ei ædificare Cedronem, & obstruere ] portas ciuitatis, & debellare populum. Rex autem persequebatur Triphonem. Et peruenit Cendebæus Iamnam, & cepit irritare plebem, & conculcare Iudæam, & captiuare populum, & interficere, & ædificare Cedronem. Et collocauit illic equites & exercitum, vt egressi perambulantem viam Iudææ, sicut constituit ei Rex.

*Cendebæo à filiis Simõnis percusso, Ptolemæus Simõnem focerum suum cum duobus filiis suis in conuiuio dolose percussit, cui Ioannes filius in sacerdotio successit. XVI.*

4. Antiochus Triphonem perse quens cõstituerat Cendebæum ducem matricinum, & reliquit ei exercitum vt Iudæam expug naret: interea ædificauit Cedro nem, collocauit illic milites, qui vastare Iudæam. Quod cum accepisset Simon, vocauit duos filios suos seniores, Iudam & Ioannem, & ait illis: Ego & fratres mei expugnauim⁹ hostes Israel ab adolescentia vsque in hunc diem. Nunc autem senui, sed estote loco mei: & pugnat pro gente vestra, auxilium verò de celo vobiscum sit. Et dedit illis 20000. pugnatorum & equites. Et profecti sunt aduersus Cendebæum. Comestor. \*Vas autē in misericordia sufficiens estis in annis. fb. Quod dux ipse cum videret populum trepidantem ad trans fretandum torrentem, transfretauit primus: Ostēdit q̄ illi qui ihagitatorum loco, & doctoris officio in ecclesia funguntur, ti miditatem subiectionum suarū fidei atque constantie exemplo confortare debent, ac sacris tubis, hoc est, dogmatibus diuinis in arcem contra hostes exacue re. Sitque Cendebæus spiritus & casta eius fugantur & cadite, ex eis multi vulnerati: quia diuina maiestatis virtutem tan de sentiant timore conuulsi. Glosa ordinaria ibid.] c. Cedron seu Cedor, vicus præ grandis in 20. milia Dio spolis ad Eleuteropolin, qui apud historiam Machabæorum scribitur Cedro, quæ ædificauit Cendebæus dux Antiochi aduersus Iudæos. d. Simon autem penes quem erat rerū omnium summa, est facti grauis annis, sibi tamē præficio fultus, exercitū aduersus hostē haud contēptibile intruxit. Tū arte viribus adhibita, præfictum regis exercitum in momento angustis aduersus, cū multos ita se fugaret: atque per hunc patet adeptus, factisque sibi ab omni externa vi tutis videbatur, cū domestica est fraudis oppressus. fuitque. Ptolemæus gener eius huius necis auctor, cuius Simõ venenū in conuulio imprudēs, haust. Eius vxorem & liberos in vincula coniecit, præter vñd Iohannem, quem hircanū vocabant, quē Ptolemæus capere nō potuit. Sabellie. Ennead. 6. l. i. r. Irreuerunt in Simõnem in conuulio. e. Ptolemæus occiso focerō & focerū cum duobus filiis conclu sēs, certos misit vt Ioannem ter tium (cui Hircanus nōmē fuit) interficerent. Cognito autē impetu qui parabat, adolescens ad ciuitatem properabat multo populo fretus, & propter memo riam paternæ virtutis, & quod iniquitas Ptolemæi cundis esset iniusta. Voluit autē Ptolemæus alia porta ingredi ciuitatē, sed à populo reiectus, est, qui manuē Hircanum suscepit: & is qui dem statim recessit in quoddā iuxta Ierichonæ castellum, quod Dagon vocatur. Ioseph. de bello Iudææ. lib. i. cap. 2.

**T** ascendit Ioannes de Gazaris, & nuntiauit Simõni patri suo quæ fecit Cendebæus in populo ipsorum. Et vocauit Simon duos filios suos seniores Iudam & Ioannem, & ait illis: Ego & fratres mei & domus patris mei expugnauimus hostes Israel ab adolescentia vsque in hunc diem & prosperatum est in manibus nostris liberare Israel aliquotiens. Nunc autem senui, sed estote loco meo & fratris mei, & egressi pugnat pro gēte nostra. Auxilium verò de cœlo vobiscum sit. Et elegit de regione viginti milia virorum belligeratorum & equites, & profecti sunt ad Cendebæum, & dormierunt in Modin. Et surrexerunt mane, & abierunt in campum. Et ecce exercitus copiosus in obuiam illis peditum & equitum, & fluuius torrens erat inter medium ipsorum. Et admouit castra cõtra faciem eorum ipse & populus eius, & vidit populum trepidantem ad transfretandum torrentem, & transfretauit primus. Et viderunt eum viri, & transierunt post eum. Et diuisit populum, & equites in medio peditum. Erat autem equitatus aduersariorum copiosus nimis. Et exclamauerunt sacris tubis, & in fugam conuersus est Cendebæus & castra eius, & ceciderunt ex eis multi vulnerati, residui autem in munitionem fugerunt. Tunc vulneratus est Iudas frater Ioannis, Ioannes autem insecutus est eos donec venit Cedronem quam ædificauit, & fugerunt vsque ad turres quæ erant in agris Azoti, & succendit eas igni. Et ceciderunt ex illis duo milia virorum, & reuersus est in Iudæam in pace. Et Ptolemæus filius Abobi constitutus erat dux in campo Iericho, & habebat argentum & aurum multum. Erat enim gener summi sacerdotis. Et exaltatum est cor eius, & volebat obtinere regionem & cogitabat dolum aduersus Simõnem & filios eius vt tolleret eos. Simon autem perambulans ciuitates quæ erant in regione Iudææ, & sollicitudinem gerens earum, descendit in Iericho, ipse & Marathias filius eius, & Iudas anno centesimo septuagesimo septimo, mense vndecimo. Hic est mensis Sabath. Et suscepit eos filius Abobi in munitiunculam quæ vocatur Doch, cum dolo, quam ædificauit, & fecit eis conuiuium magnum, & abscondit illic viros. Et cum inebriatus esset Simon & filij eius, surrexit Ptolemæus cum suis, & sumpserunt arma sua, & intrauerunt in conuiuium, & occiderunt eum & duos filios eius, & quosdam pueros eius. Et fecit deceptionem magnam in Israel, & reddidit mala pro bonis. Et scripsit hæc Ptolemæus & misit Regi, vt mitteret ei exercitum in auxilium, & traderet ei regionem & ciuitates eorum & tributa. Et misit alios in Gazaram tollere Ioannem, & tribunis misit epistolas vt venirent ad se, & daret eis argentum & aurum & dona. Et alios misit occupare Ierusalem, & montem templi. Et præcurrens quidam nuntiauit Ioanni in Gazara, quia periit pater eius, & frater eius, & quia misit te quoque interfici. Vt audiuit autem, vehementer expauit, & comprehendit viros qui venerant perdere eum, & occidit eos. Cognouit enim quia querebant eum perdere. Et cætera sermonum Ioannis, & bellorum eius, & bonarum virtutum quibus fortiter gessit, & ædificij murorum quos extruxit, & rerum gestarū eius, ecce hæc scripta sunt in libro dierum sacerdotij eius, ex quo factus est princeps sacerdotum post patrem suum.

10. f. 12. 13.

Anni ante Christū. 117. Anni mundē 3830.

Mortuus est autem 56. mō anno ante Christum 332. anno mō di. 3830. Et iura Machabæorū historia 42. solum com plectitur annos. Et hic bibliorum tem pora terminat. Cætera ad Christum vsque ab Iosepho & aliis chronographis accipiuntur.

Liber

Liber secundus Machabæorum.

*Iudæi ab Ierosolymis Iudæis in Aegypto scribunt mortem Antiochi & exercitus eius apud Persas ignem sacrificij in puteo absconditum & tandem repertum. Cap. I.*



**B**atribus qui sunt per Ægyptum Iudæis, salutem dicunt fratres qui sunt in Ierosolymis Iudæi, & qui in regione Iudæa, & pacem bonam. <sup>b</sup>Beneficiat vobis deus, & meminerit testamenti sui, quod locutus est ad Abraham, & Isaac, & Iacob, seruatorum suorum fidelium, & det vobis cor omnibus ut colatis eum, & faciatis eius voluntatē corde magno & animo volenti. <sup>c</sup>Adaperiat cor vestrum in lege sua & in præceptis suis, & faciat pacem. Exaudiat orationes vestras, & recõcilietur vobis, nec vos deserat in tempore malo. Et nunc hîc sumus orantes pro vobis. <sup>d</sup>Regnante Demetrio anno centesimo sexagesimo nono, <sup>e</sup>nos Iudæi scripsimus vobis in tribulatione, & impetu qui superuēnit nobis in istis annis, ex quo recessit Iason à sancta terra, & à regno. Portam succenderunt, & effuderunt sanguinem innocentem. Et orauimus ad dominum & exauditi sumus, & obtulimus sacrificium & similaginem, & accendimus lucernas & proposuimus panes. Et nunc frequentate dies Scenopegia mensis <sup>f</sup> Casleu. Anno centesimo octogesimo octauo, populus qui est Ierosolymis & in Iudæa, Senatûsque & Iudas, Aristobolo magistro Ptolomæi Regis qui est de genere Christorum sacerdotum & iis qui in Ægypto sunt Iudæis, <sup>1</sup> salutem & sanitatem. <sup>2</sup> De magnis periculis à deo liberati, magnificè gratias agimus ipsi, utpote qui aduersus talem Regem dimicauimus. Ipse enim ebullire fecit — de Perside ] eos qui pugnaverunt contra nos, & sanctam ciuitatem. Nam cum in Perside esset dux ipse, & cum ipso immensus exercitus, cecidit in templo Nanæ, <sup>3</sup> consilio deceptus sacerdotum Nanæ. ] Etenim in ea habitaturus venit ad locum Antiochus & amici eius, & ut acciperet pecunias multas dotis nomine. Cùmque proposuissent eas sacerdotes Nanæ, & ipse cum paucis ingressus esset intra ambitum phani, clausurunt templum. Cùm autem intrasset Antiochus, <sup>4</sup> apertoque occulto aditu templi ] mittentes lapides percusserunt ducem, & eos qui cum eo erant, & diuiserunt membratim, & capitibus amputatis <sup>4</sup> foras ] proiecerunt. <sup>d</sup> Per omnia benedictus deus, qui tradidit impios. <sup>e</sup> Facturi igitur quinta & vicesima die mensis Casleu purificationem templi, necessarium duximus significare vobis, ut & vos quoque agatis diem Scenopegia, & diem ignis — qui datus est ] quando Nehemias aedificato templo & altari obtulit sacrificia. <sup>h</sup> Nam cùm in Persidem ducerentur patres nostri, sacerdotes qui tunc cultores dei erant, acceptum ignem de altari occultè absconderunt <sup>5</sup> in valle, vbi erat puteus altus & siccus, & in eo contutati sunt eum, ] ita ut omnibus ignotus esset locus. Cum autem præterissent anni multi, & placuit deo, <sup>6</sup> ut mitteretur Nehemias à Rege Persidis, nepotes sacerdotum illorum qui absconderant, misit ad requirendum ignem, & sicut narrauerunt nobis, non inuenerunt ignem, sed aquam crassam. Et iussit eos haurire, & afferre sibi, & sacrificia quæ imposita erant iussit sacerdos Nehemias aspergi ipsa aqua, & ligna & quæ erant superposita. Utque hoc factum est, & tempus affuit quo sol resulsit, qui prius erat in nubilo, accensus est ignis magnus ita ut omnes mirarentur. Orationem autem faciebant omnes sacerdotes dum consummaretur sacrificium Ionatha inchoante, cæteris autem respõdentibus. <sup>k</sup> Et Nehemias erat oratio hunc habens modû: <sup>8</sup> Domine deus omnium creator, terribilis & fortis, iustus & misericors, qui solus est bonus Rex, solus prestans, solus iustus, & omnipotēs & æternus, qui liberas Israel de omni malo, qui fecisti patres electos, & sanctificasti eos, accipe sacrificiû pro vniuerso populo tuo Israel, & custodi partem tuam & sanctifica. Congrega dispersionem nostrâ, libera eos qui seruiunt gentibus, & contemptos & abominatos respice, ut sciant gentes quia tu es deus

Anni ante Christû. 142. Anni mundi 3820.

Anni ante Christû. 121. Anni mundi 3819.

† 1. q. 1. Sicut eunuchus. De celebra. missa. c. fin.

a. Huius secundi libri historia sub prioris gestis cum temporibus comprehenditur.

b. Liber iste secundus Machabæorum quædam abbreviatio est eiuſdem magni voluminis, à Iasone Cyrenæo cõscripti, continens quinque libros partiales, in quibus gesta Iudæ Machabæi & factorum eius continentur diffusè, in hoc autè libro succinctè & quasi sub compendio, ut patet in fine cap. 1. Lyranus ibidem.

c. Vnde Iustinus in capite libri ponitur epistola qua se Iudæi mutuo sunt consolati. In epistola qua liber hic incipit, primò captatur beneuolentia eorum ad quos mittitur. Loricus ibid.

d. Verum cum esset in Hircania captiuus, & loco eius Antiochus Sedetes regnum administraret per 9. annos, post quos iterum regno restitutus, 4. annos regnauit.

e. Quia idem populus fuit tempore Iudæ & Simonis, & cum hoc etiam eadem petitiõne utrum in multis, ut patet de Iudæ & Simone qui fuerunt fratres & contemporanei, ut patet 2. ca. 1. libri. De I. gra. ibid.

f. Hebræorum sicut Latinorum 12. sunt mentes sibi correspondentes, licet variis temporibus annum incipiant. Latini enim à Ianuario, cui correspondet Schebar. Februario, Adar. Martio, Nisan. Aprili. Iar. Maio. Sivan. Iunio. Tamuz. Iulio. Ab. Augusto. Elul. Septembri. Tisi. Octobri. Marsen. Nouembri. Casleu. Decembri. Thebet. Egressus ex Ægypto fuit in mense Nisan, idco primò dicebatur. Ingressus autem in terrâ sanctam fuit in mense Tisi. vnde ab eodena nunc annum noui Hebræi incipiunt.

1. Gaudere & saluere.

2. Deceptione ventibus iis qui circa Nanæam sacerdotibus.

3. Aperientes laqueis portam occultam.

4. His qui foras erant. Concludunt Iudæi scribentes iis qui exules erant in Ægypto tempore Demetrii, ut eos inducant ad celebrationem purificationis & dedicationis templi. Lyranus vbi supra.

h. Hæc quippe quæ Ierosolymitani Iudæi scribentes ad eos qui per Ægyptum fuerunt, Iudæos de igne reperto in puteo in similitudinem aquæ crassæ conuerso, neque in Esdræ neque in Nehemias scriptis aut didis reperire potuimus. Glor. ordi.]

i. In concubitate pueri ordinem habentis sicum, in quo tutati sunt.

k. Erat illis velut patens puteus aquæ secessu infrequens, nec populari vsui patens, ignoto & ab arbitris temerario loas, ibi ob signauerant iudicio sacro pariter ac silicio ignem reconditum. Non illis fuit studio aurum ædificare, argentum abscondere quod seruarent posteris suis: sed inter extrema sua honestatis eorum habentes sacrum ignem seruandum putarunt, ne eum vel impuri communicarent, vel defunctorum sanguis extingueret vel desolatum ruinatum rectorus aboleret. Ambr. offi. lib. 3. cap. 14.

l. Hic attendas orationis vires & cõditiones. Nã illa potissima est deprecatio, quum ab inimicis voces ferunt, hoc præcipue mētis est exercitare, nõ intentionis vocis, sed animi ferore peccationem absolvere. Sic orauit & Moyses: qui cum nihil voce resonaret, deus eum, quid inquit, clamas ad me. Chryso. super epistola Anan. homil.

noster. Afflige opprimentes nos, & contumeliam facientes in superbia. † Constitue populum tuum in loco sancto tuo, sicut dixit Moyses. † Sacerdotes autē psallebant hymnos, vsque quo consumptum esset sacrificium. Cum autem consumptum fuisset sacrificium, ex residua aqua Nehemias iussit lapides maiores perfundi. \* Quod ut factum est, ex eis flamma accensa est, sed ex lumine quod refulsit ab altari consumpta est. Vt verò manifestata est res, renuntiatum est Regi Persarum quòd in loco in quo ignem absconderant ij qui translati fuerant sacerdotes, aqua apparuit, de qua Nehemias & qui cum eo erant, purificauerunt sacrificia. \* Considerans autem Rex, & rem diligēter examinans fecit ei templum: vt probaret quod factum erat. Et cum probasset, sacerdotibus donauit multa bona, & alia atque alia munera: m & accipiēs manu sua tribuebat eis. † Appellauit autem Nehemias hunc locum Nephthar, quod interpretatur purificatio. Vocatur autem apud plures Nephi.

*Compendium eorum qui à Babylonica captiuitate gesta sunt quo pacto Ieremias tabernaculum, arcam & altare abscondit, & quinque libri Iasonis in vnum redacti sunt.*



**N**uenitur autem in descriptionibus Ieremiæ Prophetæ, quòd iussit eos ignem accipere qui transmigrabantur vt significatum est, & vt mandauit transmigratis. † Et \* dedit illis legem ne obliuiscerentur præcepta domini, & vt non exerrarent mentibus videntes simulachra aurea & argentea, & ornamenta eorum, & alia huiusmodi dicens hortabatur ne legem amouerent à corde suo. Erat autem in ipsa scriptura, quomodo tabernaculū & arcam iussit propheta diuino responso ad se facto comitari secum, vsque quo exiuit in montem, † in quo Moyses ascendit, & vidit dei hæreditatem. \* Et veniens ibi Ieremias inuenit locum spelunçæ, & tabernaculum & arcam & altare incensi intulit illuc, & ostium obstruxit. Et accesserunt quidam simul qui sequebantur, vt notarent sibi locum, & non potuerunt inuenire. Vt autem cognouit Ieremias, culpans illos dixit, quòd b ignotus erit locus donec congreget deus congregationem populi, & propitius fiat. Et tunc dominus ostendet hæc, & apparebit maiestas domini, & nubes erit † sicut & Moyfi manifestabatur, † & sicut cum Salomon petiit vt locus sanctificaretur magno deo manifestabat hæc. \* Magnificè etenim sapientiam tractabat, † & vt sapientiã habens obtulit sacrificium dedicationis & consummationis templi. † Sicut & Moyses orabat ad dominum, & descendit ignis de cælo & consumpsit holocaustum, † & dixit Moyses eo quòd non sit comestum quod erat pro peccato, & consumprum est. † Similiter & Salomon octo diebus celebravit dedicationem. Inserabantur autem in descriptionibus & commentariis Nehemię hæc eadem, & qualiter construens bibliothecam congregauit † de regionibus libros, † & Prophetarum & Dauid, & epistolas Regum & de donariis. Similiter autem & Iudas ea quæ didicerat per bellum quod nobis acciderat, congregauit omnia, & sunt apud nos. Si ergo desideratis hæc, mittite qui perferant vobis. \* Acturi itaque purificationem scripsimus vobis. Bene ergo facietis, si egeritis hos dies. Deus autem qui liberauit populum suum, & reddidit hæreditatem omnibus, & regnum & sacerdotium & sanctificationē, † sicut promisit in lege, speramus \* quòd cito nostri miserebitur, & congregabit de sub cælo in locum sanctum. Eripuit enim nos de magnis periculis, & locum purgauit. \* De Iuda verò Machabæo & de fratribus eius, & de templi magni purificatione, & de aræ dedicatione, sed & de præliis quę pertinent ad Antiochum nobilem, & filium eius Eupatorem, \* & de illuminationibus quę de cælo factę sunt ad eos qui pro Iudæis fortiter fecerunt, ita vt vniuersam regionem cum pauci essent, † vindicarent, † & barbaram multitudinem fugarent, & famosissimum toto orbe templum † recuperarent, † & ciuitatem liberarent, vt leges quę † abolendę erant, restituerentur domino cum omni tranquillitate propitio facto illis: itēque ab Iasone Cyrenæo quinque libris comprehensa tentauimus nos vno volumine breuiare. † Considerantes enim multitudinem librorum, & difficultatem,

1. Quatuor autē genera orationum Apollolus esse significat ad Timotheum scribens, quæ complectitur hæc oratio. Exoro primū omniū fieri precationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones. Humilitatis nota est deprecari, magnificentię dei est orari, fidei est postulare, confessionis & laudis est gratulari. Hilarius in Psal. 140.  
6. Circumspiciens autem rex templum fecit vt probaret rem, & quibus gratificabatur Rex multa diuersa accipiebat & dabat. Im. Id est, non solum per prædictum ducem dedit eis munera, sed etiam in persona propria, quod tripliciter potest intelligi vno modo veniendo in Ierusalem ex deuotione, alio modo p semetipsum disponendo in Perside dona sacerdotibus in Ierusalem transmittenda: tertio modo, quia ciuitate recalcificata Nehemias sacerdos rediit ad regē & cum eo alique sacerdotes, quibus manu propria dona dedit. De Lyra ibid.]

a. In hoc autem loco huius epistole legitur Ieremias abscondisse non tantū ignē, sed & arcam & altare incensī in speluncā mōtis in quem Moyses ascendit, & vidit dei hæreditatem, vt videtur est Deuter. 34. a. Et accesserunt quidam qui sequebantur Ieremiam, vt notarent sibi locum & non potuerunt inuenire. Quos culpans Ieremias dixit: Ignotus erit locus donec cōgrediet deus congregatiōem populi, & propitius fiat: & tunc ostendet dominus hæc, & apparebit maiestas domini, & nubes sicut diebus Moyfi, & sicut cum Salomon fecit vt locus sanctificaretur magno deo. Comest. in præfatione ad 2 Machab.

\* Propheeta.  
b. Hanc autem cōgregationem & propitiationem expectat Iudæi futuram in aduentu Messie: & nos intelligimus esse factam in aduentu Christi, secundum quod dicitur Ioh. 11. Calphas cū esset pōtēx anni illius prophetauit quia Iesus erat moriturus pro gente, & non tantum pro gente, sed vt filios dei qui erant dispersi congregaret in vnum. Lyra ibid.

c. Nihil errauit Salomon qui templum consecrauit, & dedicationis festum celebrauit. Fecit hoc exēplum Moyfi, & aliorum patrum. Quomodo ergo erret ecclesiā huiusmodi exēpla ritē sequendū? Lorichius ibid.]

a. Ea quæ de regibus.  
d. Innuauerunt eis duas à se solennitates nouiter institutas, hortantes vt eas susciperent: & quorū annis solennitarent. Vnam de purificatione templi, quam fecerant 25. die mēsis Calæu post tres annos pollutionis ab Antiocho. Alteram quam instituerat 15. die mēsis Adar: pro incedibili victoria, quam habuerunt interfecto Nicanore, cuius caput & manum cōtra templum suspenderūt. Nihilominus hortantur vt solennē agerent diem Scenopęgię, & diem ignis qui datus est de crassa aqua, quādo Nehemias obtulit sacrificia. Comestor ibid.

\* Baim in deo.  
c. Præmissa inuitatione ad obseruantiam duplicis festi, hic compendiosè ponitur processus huius libri secundū vbi facis breuiter tangitur materia libri abbreviandi causa, & scribendi forma. Quod autem ponitur de inuitatione ad duorum festorum obseruantiam, non proprie pertinet ad huius libri præfationē, sed magis est aliquid adiunctū vt præambulū. Lyra, ibidem.  
2. Popularentur.  
3. Restaurarent.  
4. Aboliret.

† Deut. 30. a

† 1. q. 1. cap. Si euc. Euanucl.

† Deut. 30. a

† Deut. 34. a

† Exod. 40. d  
† 1. Reg. 8. g  
2. Para. 6. c  
Nume. 9. c

† Leuit. 9. d  
† Leuit. 10. d  
† 1. Para. 7. a

† Deut. 30. a



**F** Item volentibus aggredi narrationes historiarum, propter multitudinem rerum, <sup>f</sup> cui  
 rauius volentibus quidem legere vt esset animi oblectatio, studiosis verò vt facile  
 possint memoriæ commendare, omnibus autem legentibus vtilitas conferatur. Et no-  
 bis quidem ipsis qui hoc opus breuiandi causa suscepimus, non facilem laborem, imò  
 verò negotium plenum vigiliarum & sudoris assumpsimus. Sicut ij qui præparant  
 conuiuium, & quærunt aliorum voluntati parère, \* propter multorum gratiam liben-  
 ter laborem sustinemus, veritatem quidem de singulis autoribus cõcedentes, <sup>g</sup> ipsi au-  
 tem secundum datam formam breuitati studentes. <sup>h</sup> Sicut enim nouæ domus archite-  
 cto de vniuersa structura curandum est, ei verò qui pingere curat quæ apta sunt ad  
 ornatum exquirenda sunt, ita æstimandum est & in nobis. Etenim intellectum colligere  
 & ordinare sermonem, & curiosius partes singulas quasque disquirere, historia  
 congruit autori, breuitatem verò dictionis sectari, <sup>i</sup> executiones rerum vitare breuiati  
 concedendum est. Hinc ergo narrationem incipiemus, <sup>k</sup> de præfatione tantum dixisse  
 sufficiat. ] Stultum etenim est ante historiam effluere, in ipsa autè historia succingi.

*Simon templi thesauros prodit, ad quos rapiendos missus Heliodorus à deo percussus Oniæ  
 sacerdotis precibus liberatur.*  
 III.

**A** **I**gitur cum sancta ciuitas habitaretur in omni pace, leges autem adhuc  
 optimè custodirentur propter Oniæ Pontificis dispositionem & pieta-  
 tem, & animos odio habentes mala, siebat vt & ipsi reges & principes ]  
 locum summo honore dignum ducerent, & templum maximis muneribus  
 illustrarent, ita vt Seleucus Asia Rex de redditibus suis præstaret omnes sumptus  
 ad ministerium sacrificiorum pertinentes. Simon autem de tribu Benjamin Preposi-  
 tus templi constitutus, contendebat <sup>l</sup> obsistente sibi principe sacerdotum, iniquum  
 aliquid in ciuitate moliri. ] Sed cum vincere Oniam nõ posset, venit ad Apollonium  
 Tharseæ filium, qui illo tempore erat Dux Cœlesyriæ & Phœnicis, & <sup>m</sup> nuntiauit ei pec-  
 uniis innumerabilibus plenum esse ærarium Ierosolymis, <sup>n</sup> & communes copias  
 immensas esse quæ non pertinent ] ad rationem sacrificiorum, esse autem possibile  
 sub potestate regis cadere vniuersa. Cùmque retulisset ad Regem Apollonius de pe-  
 cuniis quæ delatæ erant, illè accitum Heliodorum, qui erat super negocia eius, misit  
 cum mandatis vt prædictam pecuniam transportaret. Statimque Heliodorus iter est  
 aggressus, specie quidem quasi per Cœlesyriam & Phœnicem ciuitates esset peragra-  
 turus, re autem vera Regis propositum perfecturus. Sed cum venisset Ierosolymam,  
 & benignè à summo sacerdote in ciuitate esset exceptus, narrauit de dato indicio pec-  
 uniarum, & cuius rei gratia adesset aperuit. Interrogabat autem, si verè hæc ita essent.  
 Tunc summus sacerdos ostendit deposita esse hæc & victualia viduarum & pupillo-  
 rum, quædam verò esse Hyrcani Thobiæ viri valde eminentis, <sup>o</sup> in iis quæ detulerat ]  
 impius Simon, vniuersa autem argenti talenta esse quadringenta, & auri duceta: <sup>p</sup> de-  
 cipi verò eos qui credidissent loco & templo, quod per vniuersum mundum hono-  
 ratur, pro sui veneratione & sanctitate, omnino impossibile esse. At ille pro iis quæ ha-  
 bebat in mandatis à rege, dicebat <sup>q</sup> omni genere regi ] ea esse deferenda. Constituta  
 autem die intrabat de iis Heliodorus ordinaturus. <sup>r</sup> Non modica verò per vniuersam  
 ciuitatem erat trepidatio. Sacerdotes autem ante altare cum stolis sacerdotalibus ia-  
 ctauerunt se, & inuocabant de cœlo eum qui de depositis legem posuit, vt iis qui de-  
 posuerant ea salua custodiret. Iam verò qui videbat summi sacerdotis vultum, mente  
 vulnerabatur. Facies enim & color immutatus, declarabat internum animi dolorem.  
 Circūfusa enim erat mœstitia quædam viro, & horror corporis, per quem manifestus  
 aspicientibus dolor cordis eius afficiebatur. <sup>s</sup> Alij etiam gregatim de domibus con-  
 fluebant publica supplicatione obsecrantes, pro eo quòd in contemptum locus esset  
 venturus. Accinctæque mulieres ciliciis pectus per platæas confluebant, sed & <sup>t</sup> virgi-  
 nes quæ conclusæ erant, <sup>u</sup> procurrebant ad Oniam, ] aliæ autem ad muros, quædam  
 verò per fenestras aspiciebant, vniuersæ autem protendentes manus in cœlum, depre-

Anni ante  
 Christi. 184.  
 Anni mundi  
 3777.

<sup>f</sup> Hic obsequenter describitur  
 scribentium motus ratio, quæ  
 est vtilitas legentium qui gan-  
 dent breuitate. Sic loquitur  
 breuiter legunt libentius, & me-  
 moria commendant melius. Pro-  
 pter quod isti si plures fuerint  
 laborem abbreviandi sumptu-  
 runt. Et idem fuit mortuum, si  
 vnus eam abbreviauit. De 17.]

\* Non facile tamen.  
<sup>g</sup> Hodie quoque similis labor  
 in ecclesia probandus, hoc est,  
 pro vtilium capiti, patrum mo-  
 numenta vel contrahere in cõ-  
 pendia, vel commentariis decla-  
 rare. Diabolium est studium,  
 opinionem quibus aut oblectan-  
 tur, aut tollitur parè educra-  
 tiones, in luce eiecit. Cornelius  
 ibidem.]  
<sup>h</sup> Curiositatem negotij omittit.  
<sup>i</sup> Prædictis tantum adiungentes.

a Vbiq; pacem petimus. Nihil  
 est illi ad quatuor potest. In eccle-  
 sis pacem, in precationibus, in  
 supplicationibus, in precationi-  
 bus, & semel atque iterum, & ter-  
 tio, & saepe eandem qui ecclesiam  
 percellit imperit, dicens: Pax vo-  
 bis. Quamobrem? Quamobrem? in-  
 fiamer est homo cum omnia in  
 ista causa est. Quamobrem? in-  
 tantò bonè est pax, vt filij  
 vocentur, qui ipsam effugunt.  
 Chrysol. ad Coloss. hom. 11.  
 1. Cum principe sacerdotum ve-  
 ca qua in vrbè adhibere.  
 b. Nam cum iudicium factum  
 esset pecuniarum quas in templo  
 Ierosolymis maximas reperiri  
 posse Simon natus Antiocho  
 regi prodidit, missus in Ierosolam  
 Heliodorus ad templum venit,  
 & summo sacerdoti aperuit in-  
 dicij inuolam & aduentus sui  
 causam. Tunc theodoros dixit de-  
 posita esse viduarum victualia &  
 pupillorum: in quædam autem Hyrcani  
 Thobiæ viri sancti, & quæ de  
 molleant. Argenti talenta qua-  
 draginta erant auri verò duceta.  
 c. Que cum Heliodorus creptus  
 ire vellet, & regis vindicare co-  
 modis, sacerdotis ante altare ia-  
 ctauerit se, induti sacerdotales  
 stolas, & deum viuum, qui depo-  
 sitis legem dederat, stentis inuo-  
 cabant eundem se præceptorum  
 præstare suorum. Vultus verò  
 & color summi sacerdotis im-  
 mutatus declarabat dolorem a-  
 nimi, & mentis interitum sollicitu-  
 dinem. Flebant omnes quòd in  
 contemptu locus vcturus foret,  
 si nec in dai templo sua fidei ser-  
 uatetur custodia: nec illi quæque  
 mulieres pectus, & clausæ virgi-  
 nes possibant ianus, ad muros  
 alij currelant, per fenestras alij  
 prospicebant omnes ad eundem  
 tendebant manus, vt scis  
 dominus ad esset legibus. Helio-  
 dorus autè nec his terit, quod  
 intendat, vrgebat, & in illi-  
 bus suis ærarium sperat, &c.  
 Ambro. offic. lib. 2. cap. 29.  
 2. Adeo quòd multorum diuer-  
 sorum innumerabilis esset, & non  
 percinerent ea.  
 3. Non ve calumniatus fuerat.  
 4. Omnino in regium.  
 c. Ne igitur contemptu inferre-  
 tur dei templo, non immetto  
 adest populi maximo trepida-  
 tio. Ad quem intendendum subli-  
 tur communis ad dei precatio,  
 & primò sacerdotum, deinde ple-  
 bis, Lyra ibid.

d. Aliqui exponunt hoc, dicen-  
 tes quòd aliquæ virgines nobi-  
 les prope templum custodiebat-  
 tur inclusa, vsquequo impuri  
 traderentur. Lyra. ibid.  
 5. Aliæ concurrebant ad ianuam.

se. Erat enim Iudæorum cuiuscunque status, sexus, & magni sacerdotis in agone confituti, & in anxietate mentis. De Lyra ib. 7. Hic consequenter describitur Heliodori percussio. Apparuit Heliodoro & eius satellitibus regio equus terribilis habens sessorum arma aurea gestis. Equus verò Heliodoro priores calces calcas. Loricatus ibid. 7.

6. Admirantes dei virtutem. Hic itaque equus in figura Chivitus scilicet & ante est demollitus tempore Machabæorum, quæ super sedebat dux illa militum caelestis aureis armis resurgens, qui Heliodorum depulsores illum depositi vidua litæ, cæcorumque que sacre fuerant commendata custodiæ, & stravit & percussit, & prostrati Oniæ sacerdotis precibus, vitali viui reformavit. Unde vere in eo arma aurea resulserunt, quia solus hunc equum sedit, & vicit in quo nullus culpe inmensis eualit. Ambr. in psal. 40.

7. Vngulas. H. Onias quidem intercessionis salutaris est. Scimus enim quod peccatores Deus non exaudit. Hæretici qui omni merito exciderit, gloriam sanctorum egre audiunt. Obloquitur eidem hæretici catholicis iuxta exemplar sui traditæ Simonis, de quo loquitur caput seq. Loricatus ibid. 7. Seleucus de reditibus suis mitere solebat sumptus ad ministrum sacrificiorum, sed ad suggestionem Simonis de tribu Benjamin, qui erat prepositus templi, & inuidebat Oniæ summo sacerdoti, misit Heliodori ad spoliandum omnem ærarium: quod dicit non pertinere ad rationem sacrificiorum. Erat quidem hæc congregata ad victualia viduarum & pupillarum: & pleraque erant deposita diuitum. Frustra autem Heliodorus contra dei providentiam innoxius, iram dei percussit. Comestor ibid.

8. De caelo. k. Ironicè à Rege interrogatus, ironicè respondet: Si quem hostem habes de quo caute te velis expedire, mitte cum illuc, & experietur quæ ego ipse sum expertus, si tamen mortem euaserit. Hoc autem addidit, quia si mittere tenetur se mortem non euasisset nisi per preces Oniæ. Lyranus ibidem.

cabantur. Erat enim misera cõmixtæ multitudinis, & magni sacerdotis in agone cõstituti expectatio. Et hi quidem inuocabant omnipotentem deum, vt credita sibi iis qui crediderant, cum omni integritate conseruarentur. Heliodorus autem quod decreuerat, perficiebat eodem loco ipse cum satellitibus circa ararium præfens. Sed spiritus omnipotentis dei magnam fecit sue ostensionis euidentiam, ita vt omnes qui ausi fuerant parere ei, ruentes dei virtute in dissolutionem & formidinem conuerterentur. Apparuit enim illis quidam equus terribilem habens sessorum optimis adornatus. Isteque cum impetu Heliodoro priores calces elisit: Qui autem ei sedebat, videbatur arma habere aurea. Alij etiam apparuerunt duo iuuenes virtute decori, optimi gloria, speciosi que amictu, qui circumsteterunt eum, & ex vtraque parte flagellabant, sine intermissione multis plagis verberantes. Subito autem Heliodorus concidit in terram, eumque multa caligine circumfusum rapuerunt, atque in sella gestatoria positum eiecerunt. Et iis qui cum multis cursoribus & satellitibus prædictum ingressus est ararium, portabatur nullo sibi auxilium ferente, manifesta dei cognita virtute. Et ille quidem per diuinam virtutem iacebat mutus, atque omni spe & salute priuatus. Hi autem dominum benedicebant, quia magnificabat locum suum, & templum quod paulò ante timore ac tumultu erat plenum, apparente omnipotente domino, gaudio & lætitia impletum est. Tunc verò ex amicis Heliodori quidam rogabant confestim Oniam vt inuocaret altissimum, vt vitam donaret ei, qui in supremo spiritu erat constitutus. Considerans autem summus sacerdos ne fortè Rex suspicaretur malitiam aliquam ex Iudæis circa Heliodorum consummatam, obtulit pro salute viri hostiam salutarem. Cumque summus sacerdos exoraret, iidem iuuenes eiusdem vestibus amicti, astantes Heliodoro, dixerunt: Oniæ sacerdoti gratias age. Nam propter eum dominus tibi vitam donauit. Tu autem à deo flagellatus, nuntia omnibus magnalia dei & potestatem. Et his dictis non comparuerunt. Heliodorus autem hostia deo oblata, & votis magnis promissis ei qui viuere illi concessit, & Oniæ gratias agens, recepto exercitu repedabat ad Regem. Testabatur autem omnibus ea que sub oculis suis viderat opera magni dei. Cum autem Rex interrogasset Heliodorum, quis esset aptus adhuc semel Ierofalymam mitti, ait: Si quem habes hostem, aut regni tui insidiatorem, mitte illuc, & flagellatum eum recipies, si tamen euaserit, eo quod in loco sit verè dei quædam virtus. Nam ipse qui habet in cælis habitationem, visitator & adiutor est loci illius, & venientes ad malefaciendum percutit, ac perdit. Igitur de Heliodoro & ararij custodia ita res se habet.

*Iason sacerdotium ambiens omnem dei cultum peruertit, quo pulso Menelaus sacerdotium occupat, à quo deturbatur succedente Lysimacho. Menelai suasu Andronicus Oniam dolo occidit, qui iussu Antiochi occiditur Lysimacho à populo oppresso. Menelaus verò apud Regem accusatus multa pecunia mediante absolvitur.* IIII.



Imon autem prædictus pecuniarum & patriæ delator, male loquebatur de Onia, tanquam ipse Heliodorum instigasset ad hæc, & ipse fuisset inceptor malorum, prouisorumque ciuitatis ac defensorem gentis suæ, & æmulatorem legis dei, audebat insidiatorem regni dicere. Sed cum inimicitie in tantum procederent, vt etiam per quosdam Simonis necessarios homicidia fierent, considerans Onias periculum contentionis, & Apollonium insanire, vt potest Duce Cælesyriæ, & Phœnicis, ad augendam malitiam Simonis, ad Regem se contulit, non vt ciuium accusator, sed communem vtilitatem apud semetipsum vniuersæ multitudinis considerans. Videbat enim sine regali prouidentia impossibile esse pacem rebus dari, nec Simonem posse cessare à stultitia sua. Sed post Seleuci vitæ excessum, cum suscepisset regnum Antiochus, qui nobilis appellabatur, ambiebat Iasonem frater Oniæ summum sacerdotium, adito rege, promittens ei argenti talenta trecenta sexaginta, & ex rebus aliis talenta octoginta. Super hoc promittebat & alia centum quinquaginta, si potestati eius concederetur gymnasium, & ephēbiam sibi constitue-

a. Hunc Heliodorum putat Iosephus dictis Apollonium, in libro de Machabæis, qui tanta passus statim regi cuncta festinans nuntiare festinauit. Ac Seleuco iam mortuo, in eius loco Antiochum reperit imperantem, qui suis moribus & veterano quodam nature odio Oniæ prosequens sacerdotem, Iasonem fratrem eius, promissis ab eo tribus milibus sexcentis sexaginta argenti talentis per singulos annos dandis, pontificem creauit. Ioseph. de Mach.

1. Quendam ex his qui à Simone probati erant.

b. Iesus & Onias filij Simonis pontificis, quos mortuo patre Antiochus successorie donauit sacerdotio: & Iesum appellauit Iasonem, Oniam verò Menelaum nominibus gentilium. Ioseph. 12. 6. Antiq.

†. g. s. Sicut eunuchus.

constituere, & eos qui in Ierofolymis erant Antiochenos scribere. <sup>c</sup> Quod cum rex annuisset, & obtinuisset principatum, statim ad gentilem ritum contribules suos transferre cœpit, & amotis iis quæ humanitatis causa Iudæis à regibus fuerant constituta, per Iohannem patrem Eupolem, qui apud Romanos de amicitia & societate functus est legatione legitima, ciuium iura destituens, praua instituta fanciebat. Etenim ausus est sub ipsa arce gymnasium constituere, & optimos quosque epheborum <sup>2</sup> in lupanaribus ponere. ] Erat autem <sup>3</sup> hoc non initium, sed incrementum quoddam, ] & profectus gentilis, & alienigenæ conuersationis, propter impij & non sacerdotis Iasonis nefarium & inauditum scelus, ita vt sacerdotes iam non circa altaris officia dediti essent, sed contempto templo & sacrificiis neglectis, <sup>d</sup> festinarēt participes fieri palæstræ, <sup>e</sup> & præbitionis eius iniustæ & in exercitiis disci, & patrios quidem honores nihil habētes, Græcas glorias optimas arbitrabantur. Quarum gratia periculosa eos contentio habebat, & eorum instituta æmulabantur, ac per omnia iis consimiles esse cupiebant, quos hostes & peremptores habuerant. In leges enim diuinas impiè agere, impune nõ cedit, sed hoc tempus sequens declarabit. Cum autem quinquennalis agon Tyro celebraretur, & Rex præfens esset, misit Iason <sup>4</sup> facinorosus ab Ierofolymis viros peccatores, ] portantes argenti didrachmas trecentas in sacrificium Herculis, quas postulauerunt ij qui asportauerant, ne in sacrificiis erogarentur, & quia non oporteret, sed in alios sumptus eas deputari. Sed hæc oblata sunt quidem ab eo qui miserat in sacrificium Hercules, ] propter præfetes autem data sunt in fabricam nauium triremium. <sup>f</sup> Misso autem in Ægyptum Apollonio Mnesthei filio propter primates Ptolemæi Philometoris Regis: cum cognouisset Antiochus alienum se à negotiis regni effectum, propriis vilitatibus consulens, profectus inde venit Ioppen, & inde Ierofolymam. <sup>g</sup> Et magnificè ab Iasone & ciuitate susceptus, cum facularum luminibus & laudibus ingressus est, & inde in Phœnicem exercitum conuertit. Et post triennij tempus misit Iason Menelaum supradicti Simõnis fratrem portantem pecunias Regi, & de negotiis necessariis <sup>h</sup> responsa ] perlaturum. At ille commendatus Regi, cum magnificasset faciem potestatis eius, in semetipsum retorfit summum sacerdotium, supponens Iasoni talenta argenti trecenta. Acceptisque à Rege mandatis venit, nihil quidem habens dignum sacerdotio, animos verò crudelis tyranni, & fera <sup>i</sup> beluæ ] iram gerens. Et Iason quidem qui proprium fratrem <sup>7</sup> captiuauerat, ] ipse deceptus, profugus in Ammanitem expulsus est regionem. <sup>8</sup> Menelaus autem principatum quidem obtinuit, De pecuniis verò Regi promissis nihil agebat, cū exactionem faceret Soltratus, qui arci erat præpositus. <sup>9</sup> Nam ad hunc exactio vetricaliū pertinebat, quam ob causam vtrique ad Regem sunt euocati. Et Menelaus <sup>10</sup> amotus est à sacerdotio, succedēte Lysimacho fratre suo. Soltratus autem prælatus est Cypriis. ] Et cum hæc agerentur, contigit Tharsenses & Mallotas seditionem mouere, eo quod <sup>11</sup> Antiochi Regis concubinæ dono essent dati. ] Festinanter itaque Rex venit sedare illos, relicto suscepto vno ex comitibus suis Andronico. Ratus autem Menelaus accepisse se tempus opportunum, aurea quædam vasa è templo furatus, donauit Andronico, & alia vendiderat Tyro & per vicinas ciuitates. Quod cum certissimè cognouisset Onias, arguebat eum: ipse in loco tuto se continens Antiochiæ secus Daphnem. Vnde Menelaus accedens ad Andronicum, rogabat vt Oniam interficeret. Qui cum venisset ad Oniam, <sup>12</sup> & datis dextris cum iureiurando, quauis esset ei suspectus, & suafisset de asylo procedere, <sup>13</sup> statim eum peremit, ] non veritus iustitiam. <sup>14</sup> Ob quam causam non solum Iudæi, sed etiam aliæ quoque nationes indignabantur, & molestè ferebant de nece tanti viri iniusta. Sed regressum Regem de Ciliciæ locis <sup>15</sup> adierunt Iudæi apud Antiochiam, simul & Græci, conquirentes de iniqua nece Oniæ. ] Contristatus itaque animo Antiochus propter Oniam, & flexus ad misericordiam, lachrymas fudit, recordatus defuncti sobrietatem & modestiam. <sup>16</sup> Accensisque animis Andronicum <sup>17</sup> purpura exutum ] per totam ciuitatem iubet circunduci, & in eodem loco in quo in Oniam impietatem commiserat, sacrilegum vitæ priuari, domino illi condignam retribuente poenam. <sup>18</sup> Multis autem

Anni ante  
Christi. 173.  
Anni mundi  
3789.

Anni ante  
Christi. 161.  
Anni mundi  
3775.

<sup>c</sup> Iason breui postea in domesticam seditionem incidit Menelaus eius frater inuidia motus, cum Tobias filio, qui Iasonem in se uiderat, secessione ab Antiocho facta, patrias se leges abnegare testati sunt. Id inde Græcorum ritu & legem nia factum, locoque à rege ad ædificandum imperato, sibi gymnasium constituerunt: in quo cœ postea exercebantur, ne quid à Græcis videretur dissentire, vt tendi summo studio texere. Sa. bel. Enne. 5. lib. 8.  
<sup>d</sup> Sub velum ducere.  
<sup>e</sup> Sic occasio quædam.  
<sup>f</sup> Id est autem palæstra locus vbi exercebatur luctus, sicut & gymnasium, & verumque trahitur ad significandum scholam, eo quod ibi disputant studentes adiuucent: & idem significat hoc nomine palæstræ quod supra nomen gymnasij De Iyra. lib. 1.  
<sup>g</sup> Regnante apud Iudæam Ozia, qui & Azarias, rege Ierofolymis apud Israel Phæcia, apud Athenienses quoque Etchilo, & apud Latinos Aemelio secundo anno Etchili iudicis Atheniensium, prima Olympias acta, in qua Chorebus Hellenis victor extitit. Glo. ord. lib. 1.  
<sup>h</sup> Scelerum sacerdotum procuratores, vt ab Ierofolymis Antiocheni.  
<sup>i</sup> Ptolemæus enim Philometor cum adhuc esset puer successit patri in regno Ægypti: Et quia erat nepos Antiochi sepulchranus: Antiochum accepit aliquas ciuitates de Regno Ægypti, quod curam gerens de regno nepotis sui, sed cum postea nepos illi ex reddere, principes Ægypti mouerunt contra eum bellum, zelantes pro rege suo: & sic alienus à negotiis nepos sui. Quæ obrem misit Apollonium in Ægyptum ad principes Ægypti, cur nollet Antiochum se intromittere de negotiis nepotis sui. De hoc enim audierat Antiochus rumores, ideo voluit per hunc Apollonium scire veritatem. Iyra. lib. 1.  
<sup>k</sup> Communitio.  
<sup>l</sup> Barbaræ.  
<sup>m</sup> Circumuentus.  
<sup>n</sup> Menelaus autem principatum sacerdotij obtinuit, ad mortem Onie procurandam in regis absentia per Andronicum cupidus. Et pecuniis autem regis promissis, vt supra dictum est, nihil agebat. De Iyra. ]  
<sup>o</sup> Reliqui sãmi sacerdotij successorem Lysimachum fratrem suum. Soltratus verò Craterem eum qui super Cyprios erat.  
<sup>p</sup> Antiochidi concubinæ in dono darentur.  
<sup>q</sup> Et persuasus eum dolo, & acceptus cum iuramentis.  
<sup>r</sup> Quem & statim coneluser.  
<sup>s</sup> Occurrerunt ciuitatis Iudææ simul scelus abominabilem & Græcis, propterea quod sine causa Onias interfectus fuerat. h. Irazus rex pro morte Iusti, Antiochicum exiit purpura, & flagellatum per ciuitatem in eodẽ loco fecit eum interficere, vbi illa occiderat Oniam, paruari redens. Comest. h. illo. E. I. her. cap. 11. & vltimo.  
<sup>t</sup> Purpuram auferens, & vestes sciendens.  
<sup>u</sup> Lysimachus multa pretiosa à templo abstulit, & præcipue aurea vasa. Menelai tamen consilio, vt de his præcipue, partem haberet & vt populum contra Lysimachum concitaret, & ab ipso eadem sacerdotium sibi ab Antiocho ablatum recipere, sic eut & statim inferius fuisse parabit. Nam Ptolemæo pro Menelao apud Antiochum agente, Lysimachus iuxta & caritè interfectus est. Menelaus autem in pristinum officium restitutus. Iyra. lib. 1.

[k. Multitudinem contra se cōmotam interfecit, per iniquos quos armauerat. De Lyra. bid. j. 13. Vasis aureis multis iam exportatis.]

[l. Menelaus fratris sui Lyfimachi, qui tum sacerdotio fungebatur multa sacrilegia profecerat, in causa fuit vt secus ararium interficeretur frater. Ipse presentissima pestis reipublice propter eorum qui in potestate erant, patrocinia, permansit in dignitate, crescens in malitia ad exitium ciuium. Et hinc. Pontifex auarus, presentissima est pernicies reipublice Christianæ. Ambicio clericorum, sacerdotij exitium certissimum post se trahit. Exemplum sunt filij Heli & Samuelis. Lorch. ibid.]

[m. Aurano ætate, nihil autē minus & mente.]

\* Accipiens.

[n. Cito, hoc est, precipitanter & male, iniustam pœnam eis debitam dederunt: qui pro ciuitate Ierosolym, & populo, ac sacris vasis persecuti sunt. De Lyra. ibidem.]

[o. Magni ciuiū insidiator conatus.]

sacrilegiis in templo à Lyfimacho commissis Menelai consilio diuulgata fama, congregata est multitudo aduersum Lyfimachum, multo iam auro exportato. Turbis autem insurgentibus & animis ira repletis, Lyfimachus armatis ferè tribus milibus iniquis manibus vt cœpit, duce quodam tyranno ætate pariter & dementia] prouocato. Sed vt intellexerunt conatum Lyfimachi, alij lapides, alij fustes validos arripuerunt, quidam verò cinerem in Lyfimachum iecere. Et multi quidem vulnerati, quidam autem & prostrati, omnes verò in fugam conuersi sunt. Ipsum etiam sacrilegum secus ararium interfecerunt. De his ergo cœpit iudicium aduersus Menelaum agitari. Et cum venisset Rex Tyrum, ad ipsum negotium detulerunt missi tres viri à senioribus. Et cum superaretur Menelaus, promisit Ptolemæo multas pecunias dare ad suadendum Regi. Itaque Ptolemæus in quodam atrio positum quasi refrigerandi gratia Regem adiiit, & deduxit à sententia: & Menelaum quidem vniuersæ malitiæ reum criminibus absoluit, miseros autem qui etiam si apud Scythas causam dixissent, innocentes iudicarentur, hos morte damnauit. Cito ergo iniustam pœnam dederunt, qui pro ciuitate & populo & sacris vasis causam persecuti sunt. Quamobrem Tyrij quoque indignati, erga sepulturam eorum liberalissimi extiterunt. Menelaus autem propter eorum qui in potentia erant auaritiam, permanebat in potestate, crescens in malitia ad insidias ciuium.]

*Signa caelestia visa Ierosolymis Antiochum templum dei spoliante mortuo Iasone portendunt: Antiochus discedens tyrannos reliquit Ierosolymis Iudæos persequentes, Iudæ Machabæo more ferarum in deserto agente.*

a. Iason in exilio agens audiuit Antiochum vicia excessisse: vnde bella tursum in Iudæos mouerunt, eorum leges abrogans, plurimos esse iniquos compulsi, & à religione seduxit, ita vt pro cōfructione thermarum ipsam nationem templi fabricandamque turbarit, & deos omnes in perfidia patre cōgredient. Quæ res indignationem diuinam protinus cœcitauit, nec irato deo hostis quæstus alienus est. Ioseph. de Machabæis.

\* Et gladiorum educationes.

\* Incurssiones vtrorumque.

[b. Portenta ergo aliquando portendunt prospera, aliquando verò præfigurant aduersa, sed semper iuxta id quod summus arbiter singulis rebus ac temporibus conuenire diiudicat. Nec mirum quod in Machabæorū temporibus equites auratas stolas habentes, & hastis armate cohortes per aera discurrere viderentur, ac armorum aureorum splendor fulgens aduersitatem prænunciare futuram, & eadem Iudæis venturam. Glo. sa. ordi. ibid.]

1. Igitur malam reuersionem cōsecutus conclusus est.

\* Ab omnibus persecutionem passus.

a. Vt pulvis patriæ peregrinus.

3. Sepultura nulla.

c. Porro cum Antiochus percussisset Aegyptum, in dolo ascendit in Ierosolym, & pro assentione ciuium ad libertatem fecit in eis, & percussit multos in Ierosolym, & iugebat omnis terra. Cūque redisset in Aegyptum, & esset repulsus per nuntios Romanorum, post biennium rediit in Ierosolym in furore. Et aperuerunt ei portas fauentes illi, & interemit contraria sentientes: & expoliavit templi Menelaoductore: tollens vasa & lucernas, mensam & sacrarium, & vna auream à velis quoque non abstulit. Et posuit in templum idolum Iouis Olympici. Oblationes Molochas fieri prohibuit, altare arcum amouit, & carnem suillam edere, & idolum immolare coegit Iudæos. Comest. hist. Esher. cap. vii.

4. Crudeliter occurrentes.

\* Vtrorumque.

\* Iugulatum.

5. Profanis manibus.

**E**odem tempore Antiochus secundam profectiōnem parauit in Aegyptum. Contigit autem per vniuersam Ierosolymorum ciuitatem videri diebus quadraginta per aera equites discurrentes, auratas stolas habentes & hastas, quasi cohortes armatas, & cursus equorum per ordines digestos, & congressiones fieri cominus, & scutorum motus & galeatorum multitudinem gladiis districtis, & telorum iactus, & aureorum armorum splendorem, omnique generis loricarum. Quapropter omnes rogabant in bonum monstra conuerti. Sed cum falsus rumor exisset, tāquam vita excessisset Antiochus, assumptis Iason non minus mille viris aggressus est ciuitatem repente, & ciuibus ad murum conuolantibus, ad vltimum apprehensa ciuitate, Menelaus fugit in arcem. Iason verò non parcebat in cæde ciuibus suis, nec cogitabat prosperitatem aduersum cognatos malum esse maximum, arbitrans hostium & non ciuium se trophæa capturum. Et principatum quidem non obtinuit, finem verò insidiarum suarum confusionem accepit, & profugus iterum abiit in Ammaniten. Ad vltimum in exitium sui conclusus ab Aretia Arabum tyranno, fugiens de ciuitate in ciuitatem omnibus odiosus, vt refuga legum & execrabilis, vt patriæ & ciuium hostis in Aegyptum extrusus est, & qui multos de patriâ sua expulerat, peregre periit, Lacedæmonas profectus, quasi procognitione ibi refugium habiturus. Et qui in sepultos multos abiecerat, ipse & illamentatus & insepultus abiicitur, sepultura neque peregrina vsus, neque patrio sepulchro participans. His itaque gestis suspicatus est Rex societatem deserturos Iudæos, & ob hoc profectus ex Aegypto efferatis animis, ciuitatem quidem armis cepit. Iussit autem militibus interficere, nec parcere occurrentibus, & per domos ascendentes trucidare. Fiebant ergo cædes iuuenum, ac seniorum, mulierum & natorum exterminia, virginumque & paruulorum neces. Erant autem toto triduo octoginta milia interfecti, quadraginta milia vincti, non minus autem venundati. Sed nec ista sufficiunt. Ausus est etiam intrare templum vniuersa terra sanctius Menelaoductore, qui legum & patriæ fuit proditor. Et scelestis manibus sumens sancta vasa quæ ab aliis Regibus & ciuitatibus erant posita ad ornatum loci & gloriam, contrectabat indignè & contaminabat. Ira alienatus mente Antiochus, non considerabat quod propter peccata habitantium ciuitatem modicum deus fuerat iratus, propter quod

Anni ante  
Christi. 178  
Anni mundi  
3794.

181. 4. 5. c. 6.

†Sup. 3.

quod & accidit circa locum despectio. <sup>d</sup> Alioquin nisi contigisset eos multis peccatis esse inuolutos, † sicut Heliodorus qui missus est à Seleuco Rege <sup>e</sup> ad expoliandum] ærarium, etiam hic statim adueniens flagellatus & repulsus utique fuisset ab audacia. <sup>c</sup> Verùm non propter locum gentem, sed propter gentem locum deus elegit. Ideoque & ipse locus particeps factus est populi malorum, \* postea autem fiet socius bonorum: & qui derelictus in ira dei omnipotentis est, iterum in magni domini reconciliatione cum summa gloria exaltabitur. Igitur Antiochus mille octingentis ablatis de templo talentis, velociter Antiochiam regressus est, existimans se præ superbia terram ad nauigandum, pelagus verò ad iter agendum deducturum propter mentis elationem. <sup>f</sup> Reliquit autem & præpositos ad affligendam gentem, Ierosolymis quidem Philippum genere Phrygem, moribus crudeliorem eo ipso à quo constitutus est: In Garisim autem Andronicum <sup>g</sup> \* & Menelaum, qui grauius quàm ceteri <sup>7</sup> imminabant ciuibus. ] Cùmque adpositus esset contra Iudæos, misit odiosum principem Apollonium cum exercitu viginti & duobus milibus, præcipiens ei omnes perfectæ ætatis interficere, mulieres, ac iuuenes vendere. Qui cum venisset Ierosolymam, pacem simulans, quieuit vsque ad diem sanctum sabbati, & tunc <sup>8</sup> feriatis Iudæis, arma capere suis ] præcepit. Omnésque simul qui ad spectaculum processerant trucidauit, & ciuitatem cum armatis discurrens ingentem multitudinem peremit. Iudas autem Machabæus qui <sup>h</sup> decimus fuerat, secesserat in desertum locum, ibique inter feras vitam in montibus cum suis agebat, & scæni cibo vescentes, demorabantur ne participes essent coinquinationis.

[d. Alioquin ait, nisi contigisset eius multis peccatis fuisse inuolutos, etiam Antiochum statim in templo fuisse flagellatum sicut fuit ipse Heliodorus. Loricus ibidem.]

e. Verisimile est Heliodori flagellationem ad aures penitentis Antiochi: sed dominus propter peccata populi permittebat locum contemni, quem tamen propter populum pius elegerat. Lrica.

\* Que venerunt. (f. Primum ponitur recessus Antiochi de Iudæa spoliato tamen prius templo Ierosolymitano, existimans præ animi superbia nauigandam se esse. De Lira.) g. Nec meliore conditione esse qui in vrbē relati sunt, multa indigna & nefaria passi ab his qui ad Ierosolymorum prælium telis fuerant. In minore erant luctu & merore constituti, quo longius ab ea malorum facie aberant proculque ab omni sensu eorum qui Ierosolymis in eo tempore religionis, contigisse leges & patrum morem sciebant. Sabot. Euseb. 3. lib. 9.

\* Ad hæc autem. 7. Superbia erat in ciuitate. 8. Accipiens otiosus Iudæos qui erant sub le arma capere. c. Iudas decimus fuit summus sacerdos à tempore regni Seleuci primi regis Syriæ, vt patet ex Philone, & ex Raba. post eum.

*Iudæis à lege dei arcentur, templum violatur & profanatur, monentur Iudæi custodire legem, ob quam plures mortem intrepidi subierunt. VI.*

ta postquam vrbis sanctæ & rei publicæ deustationem descriptit, nunc etiam legis ipsius abolitionem enarrat. Templum luxuria & comestationibus gentium dicitur fuisse plenum, denique & foratatione identidem pollebat. Quod horum hodie non sit in templo Dei Iericho.]

**S** <sup>a</sup> Ed non post multum temporis, misit Rex senem quendam <sup>1</sup> Antiochenum, ] qui compelleret Iudæos, vt se transferrent à patriis & dei legibus, \* contaminaret etiam quod in Ierosolymis erat templum, & cognominaret Iouis Olympij, <sup>b</sup> & in Garisim prout erant ij qui locum inhabitabant, Iouis Hospitalis. <sup>2</sup> Pessima autem & vniuersis grauis erat malorum incurfio. ] <sup>c</sup> Nam templum luxuria & comestationibus \* erat plenum, & scortantium cum meretricibus, sacratisque ædibus <sup>3</sup> mulieres se vitrò ingerebant, ] intrò ferentes ea quæ nõ licebant. Altare etiam plenum erat illicitis, quæ legibus prohibebantur. Neque autem sabbata custodiebantur, neque dies solennes patrij seruabantur, nec simpliciter <sup>d</sup> se quisquam Iudæum confitebatur. <sup>e</sup> Ducebantur autem cum amara necessitate in die natalis Regis \* ad sacrificia, & cum Liberi sacra celebrarentur, cogebantur hædera coronati Libero circumire. Decretum autem exiuit in proximas ciuitates <sup>f</sup> gentilium, ] suggerentibus Ptolemæis, vt pari modo & ipsi aduersus Iudæos agerent, vt sacrificarent, eos autem qui nollent transire ad instituta gentilium, interficerent. Erat ergo videre \* miseriam. Duæ enim mulieres delatæ sunt natos suos circumcidisse, quas ad vbera infantibus suspensis cum publicè per ciuitatem circunduxissent, per muros præcipitauerunt. <sup>g</sup> Alij verò ad proximas cœuentes speluncas, & latenter sabbati diem celebrantes, cum indicati essent Philippo, flammis succensi sunt, <sup>d</sup> eo quòd vererantur propter religionem & obseruationem manu sibi met auxiliium ferre. <sup>e</sup> Obscuro autem eos qui hunc librum lecturi sunt, ne abhorrescant propter aduersos casus, sed reputent ea quæ acciderunt non ad interitum, sed ad correptionem esse generis nostri. Et enim multo tempore non sinere <sup>f</sup> peccatoribus ] ex sententia agere, ] sed statim vliones adhibere, magni beneficij est indicium. Non enim sicut in aliis nationibus dominus patienter expectat, <sup>g</sup> vt eas cum iudicij dies aduenerit, in plenitudine peccatorum puniat, ] ita & in nobis statuit, vt peccatis nostris \* in finem deuolutis, ita demum in nos vindicet: propter quod nunquam quidem à nobis misericordia suam amouet, corripiens verò in aduersis populum suum non derelinquit. Sed hæc

1. Atheniensem. \* Non gubernarentur. b. Garisim mons est alius valde iuxta Iericho. Sunt enim iuxta Iericho duo montes inter se vicini, contra se inuicem respicientes, Gebal & Garizim, supra quos erant hi qui maledicta tempore Moysi resonabant iuxta montem Galgal. Hiero. de locis Hebraicis de quibus Deuter. 27. b. per amplius dictum est. c. Difficile autem & graue erat tunc præcipuum negotium. c. Manasses sacerdos. Pater Iulij summi pontificis diligebat filium Sanaballat gentilis, propterea repellatur ab altari, ad quod Sanaballat respondit se non sacerdotium tantum, sed & summum pontificatum paratum, & totiusque provincie principem eum futurum, modo Nicolo filium suam uxorem ducere: illi scaturumque templum Ierosolymitano simile in monte Garizim. Joseph. Antiq. Iudæica. lib. 12. cap. 7. \* Gentium. 3. Cum mulieribus sese miscerentibus. \* Singulis mensibus. 4. Graecorum, & infra. \* Presentem. (d. Propter quod per Marthiz & alios sapientes fuit superius declaratum. l. lib. cap. 2. quod licet tum erat eis se defendere in diebus sabbatorum. De Lira. ibi.) (e. Hic consequenter remouetur opinio falsa, 92. postea aliquis credere quod Deus permitteret Iudæis talia contigisse ex eius odio contra eos. Ad quod reuocandum dicitur quod talia nõ sunt signum odij Dei, sed dilectionis, sicut pius pater pro proprio filium quem diligit pro defectibus suis per flagella corripit, non autem alienum quem negligit. Idem qui prius. 5. Peccatorum. 6. Vique ad aduenire eos ad plenitudinem peccatorum venire. \* Non.



f. Nec Eleazarus tacendus est qui cum sibi ministris regis offerretur facultas ut accepta carne qua liceret sibi vesci ad circumueniendum regem, simularet se edere quæ de sacrificiis & illicitis cibis ingerebantur, consentiens ad hanc lallaciam noluit, dicens: Nec arari sus, nec nobilitati cõuenire, id fingere, quo ceteri scandalizarentur, existimantes & Eleazarum nonaginta annorum natum ad morem alienigenarum relicta & prodita dei lege transisse, nec tanti esse iactantem si breuia vita innotuit, ut offensa deo incurteret æterna supplicia. Atque illic exereciatus diu, & in extremo iam constitutus, cum inter verbera & tormenta moretur, ingemiscens ait Domine, qui sanctam habes scientiam, manifeste tu scis quia cõpossim à morte liberari, durissimi dolores corporis tolero, flagellis vapulans, animo autem propter cuiuspius metum libenter hoc patior. Syncretaportus fides & virtus integra, ac satis pura, non regem Antiochum cogitasse, sed deum iudicem, & scisse proficere sibi ad saltem non posse, si hominem desiderat ac falleret, cum deus qui conscientie nostre iudex est, & solus timendus est, nec desiderari posse omnino nec falli. Cyp. de exhor. Martij, cap. 11.

7. Ad seclsum sacrificium parati erant.

\* Ab eo paratas.

8. Assuqueretur benignitatem.

\* Propter me.

9. Nube vitam commutans.

[g. Eleazari exemplum senes catholicos admonet constantia, ut speciem gratuitatis adolescentie relinquunt in catholica fide immobiliter consistendi. Nam primo alius atque alii viciis doctrinarum loco moueri nos sustinuerimus, tandem peruenimus eo facilitatis ut Christum ipsum permutemus. Lotich.]

\* Flagellatus.

nobis ad cõmotionem legentium dicta sint paucis. Iam autem veniendum est ad narrationem. Igitur Eleazarus vnus de primoribus scribarum, vir ætate prouectus, & vultu decorus, aperto ore hians compellebatur carnem porcinam manducate. At ille gloriosissimam mortem magis quam odibilem vitam complectens, voluntarie præbat ad supplicium. Intuens autem quomodo oporteret accedere patienter sustinens, destinauit non admittere illicita, propter vitæ amorem. Ij autem qui astabant, iniqua miseratione commoti, propter antiquam viri amicitiam, tollentes eum secretò rogabant offerri carnes quibus vesci ei licebat, ut simularetur manducasse, sicut Rex imperauerat, de sacrificij carnibus, ut hoc facto à morte liberaretur, & propter veterem viri amicitiam, hanc in eo faciebant humanitatem. At ille cogitare cœpit ætatis ac senectutis suæ eminentiam dignam, & ingenitæ nobilitatis caniciem, atque à puero optimæ conuersationis actus, & secundum sanctæ & à deo conditæ legis constituta, respondit cito, dicens: præmitti se velle in infernum: Non enim ætati nostræ dignum est, inquit, fingere, ut multi adolescentes arbitantes Eleazarum nonaginta annorum transisse ad vitam alienigenarum, & ipsi propter meam simulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipiatur, & per hoc maculam atque execrationem meæ senectuti cõquiram. Nam & si in præsentis tempore supplicij hominum eripiar, sed manum omnipotentis nec viuus nec defunctus effugiam. Quamobrem fortiter vitam excedendo] senectute quidem dignus apparebo, adolescentibus autem exemplum forte relinquam, si prompto animo ac fortiter pro grauissimis ac sanctissimis legibus honesta morte perfungar. His dictis confestim ad supplicium trahebatur. Ij autem qui cum ducebant, & paulo antè fuerant mitiores, in iram conuersi sunt propter sermones ab eo dictos, quos illi per arrogantiam prolatos arbitrabantur. Sed cum plagis perimeretur, ingemuit, & dixit: Domine qui habes sanctam scientiam, manifeste tu scis, quia cum à morte possem liberari, duros corporis sustineo dolores, secundum animam verò propter timorem tuum libenter hæc patior. Et iste quidem hoc modo vita decessit, non solum iuuenibus, sed & vniuersæ gēti memoriam mortis suæ ad exemplum virtutis & fortitudinis derelinquens.

Anni ante Christum, 167, Anni mundi 3795,

Septem fratrum matrisque eorum ob legem dei tuendam indigna supplicia. VII.

a. Et ne longius euagetur, non minorè de superbo rege Antiocho Machabæi pueri reuexerunt triumphum, quam parentes pro prijs. Si quidem illi armati, scilicet Iudas cum socijs, isti sine armis vicerunt. Stetit inuicta septem puerorū cohors regis cincta legionibus, defecere supplicia, cæteris tormentis, non defecerunt martyres. Alius corid capitis excutus, speciem mutauerat, virtutem auerterat. Alius linguam iussus amputandam promerere, respondit: Non solum dominus audit loquentes, qui audiebat Moysen tacentem. Plus audit tacitas cogitationes suorum, quam voces omnium. Lingue flagellum times, flagellum sanguinis vocem nō times! Habet & sanguis vocem suam, quæ clamat ad deum, sicut clamauit in Abel. Quid de matre loquitur, quæ spectabat læta filiorū quot funera, tot trophæa: & mortientium vocibus tanquam psallentium cantibus delectabatur, pulcherrimam vtriusq; citharam in filijs cernens, & pietatis harmoniam omni lyre numero dulcior? Amb. offic. cap. 41, lib. 1.

\* Factus concionator.

1. Excoriantes extremas partes abscindere.

b. Quid in Machabæis beatorū martyrum graua tormenta, & multiformes septem fratrum pænes, & cõfortans suos liberos mater in pænis, denudatis ipsa quoque cum liberis! Non magis virtutis, & fidei decorem sustinet, & nos ad martyrij triumphum suis passionibus adhortatur? Cyp. Epist. lib. 4. Epist. 6.



Ontigit autem septem fratres vna cum matre apprehensos compelli à Rege edere contra fas carnes porcinas, flagris & taureis cruciatos. Vnus autem ex illis qui erat primus, sic ait: Quid quaris? & quid vis discere à nobis? Parati sumus mori magis, quam patrias & dei leges præuaricari. Iratus itaque Rex iussit sartagine & ollas æneas succendi, quibus statim succensis, iussit ei qui prior fuerat locutus, amputari linguam, & cute capitis abstracta, summas quoque manus & pedes ei præcidi, cæteris eius fratribus & matre insipientibus. Et cum iam per omnia inutilis factus esset, iussit ignem admoueri, & adhuc spirantem torreretur in sartagine, in qua cum diu cruciaretur, cæteri vna cum matre inuicem se hortabantur mori fortiter, dicentes: Dominus deus aspiciet veritatem, & consolabitur in nobis, quemadmodum in protestatione cantici declarauit Moyses: & in seruis suis consolabitur. Mortuo itaque illo primo hoc modo, sequentem deducebant ad illudendum, & cute capitis eius cum capillis abstracta, interrogabant si manducaret priusquam toto corpore per singula membra puniretur. At ille respondens patria voce, dixit: Non faciam. Propter quod & iste sequenti loco primi tormenta suscepit: & in ultimo spiritu constitutus, sic ait: Tu quidem scelestissime in præsentis vita nos perdis, sed Rex mundi defunctos nos pro suis legibus æternæ vitæ resurrectione suscitabit. Post hunc tertius illuditur, & linguam postulat cito protulit, & manus constanter extendit, & cum fiducia ait: E cælo ista possideo, sed propter dei leges nunc hæc ipsa despicio, quoniam ab ipso me ea recepturum spero. Ita vt Rex & qui cum ipso erant, mirarentur adolescentis animum, quod tan-

Anni ante Christum, 167, Anni mundi 3795,

† Deut. 32.

<sup>c</sup> tanquam nihil duceret cruciatus. <sup>e</sup> Et hoc ita defuncto, quartum vexabant, similiter torquentes. Et cum iam esset ad mortem, sic ait: Potius est ab hominibus morti datos spem expectare à deo, iterum ab ipso resuscitandos. Tibi enim resurrectio ad vitam non erit. Et cum admouissent quintum, vexabant eum: at ille respiciens in eum, dixit: Potestatem inter homines habens cum sis corruptibilis, facis quod vis. Noli autem putare genus nostrum à deo esse derelictum. Tu autem patienter sustine, & videbis magnam potestatem ipsius, qualiter te & semen tuum torquebit. Post hunc ducebant sextum, & is mori incipiens, sic ait: Noli frustra errare. Nos enim propter nosmetipsos hoc <sup>d</sup> patimur, peccantes in deum nostrum, & digna admiratione facta sunt in nobis. <sup>e</sup> Tu autem ne existimes tibi impunè futurum, quòd contra deum pugnare tentaueris. <sup>d</sup> Supermodum autem mater mirabilis & bonorum memoria digna, quæ pereuntes septè filios sub vnius diei tempore conspiciens, bono animo ferebat propter spem quam in deum habebat, singulos autem illorum hortabatur voce patria fortiter, repleta sapientia, & femineæ cogitationi masculinum animum inferens, dixit ad eos: Nescio qualiter in vtero meo apparuistis. Neque enim ego spiritum & animam donavi vobis & vitam, & singulorum <sup>e</sup> membra] non ego ipsa compegi. Sed enim mundi creator qui formavit hominis natiuitatem, quique omnium inuenit originem, & spiritum vobis iterum cum misericordia reddet & vitam, sicut nunc vosmetipsos despicitis propter <sup>e</sup> leges eius. <sup>e</sup> Antiochus autem contemni se arbitratus, simul & exprobrantis voce defecta, cum adhuc adolescentior superesset, non solum verbis hortabatur, sed & cù iuramento affirmabat diuitem se & beatum facturum, & translatum à patriis legibus amicum habiturum, & res necessarias ei præbiturum. Sed ad hæc cum adolescens nequam inclinaretur, vocauit Rex matrem, & suadebat ei vt adolescenti fieret \* in salutem. Cum autem multis eam verbis esset hortatus, promisit suaturum se filio suo. Itaque inclinata ad illum irridens crudelem tyrannum, ait patria voce: Fili mi miserere mei, quæ te in vtero nouem mensibus portauit, & lac triennio dedi & alui, & in ætatem <sup>e</sup> istam perduxi. <sup>e</sup> Peto nate, vt aspicias ad cælum & terrâ, & ad omnia quæ in eis sunt, & intelligas quia ex nihilo fecit illa deus & hominum genus, ita fiet vt non timeas carnificem istum, sed dignus fratribus tuis effectus particeps, suscipe mortem, vt in illa miseratione cum fratribus tuis te recipiam. <sup>e</sup> Cum hæc illa adhuc diceret, ait adolescens: Quem sustinetis? Non obedio præcepto Regis, sed præcepto legis, quæ data est <sup>e</sup> nobis] per Moysen. Tu verò qui inuentor omnis malitiæ factus es in Hebræos, non effugies manum dei. Nos enim pro peccatis nostris hæc patimur. Et si nobis propter inculpationem & correptionem dominus deus noster modicum iratus est, sed iterum reconciliabitur seruis suis. Tu autem ô sceleste & omnium hominum flagitiosissime, noli <sup>e</sup> frustra extolli vanis spebus, in seruos <sup>e</sup> eius inflammatus. <sup>e</sup> Nondum enim omnipotentis dei & omnia inspicientis iudicium effugisti. Nam fratres mei modico nunc dolore sustentato, sub testamento æternæ vitæ effecti sunt, tu verò iudicio dei iustas superbiæ tuæ pœnas exolues. Ego autem sicut & fratres mei animam & corpus meum trado pro patriis legibus, inuocans deum maturius gēti nostræ propiciam fieri, teque cum tormentis & verberibus confiteri, quòd ipse est deus solus. <sup>e</sup> In me verò & in fratribus meis desinet omnipotentis ira, quæ super omne genus nostrum iustè superduca est. Tunc Rex accensus ira, in hunc super omnes crudelius defæuit, indignè ferens <sup>e</sup> se derisum. <sup>e</sup> Et hic itaque mundus obiit, per omnia in domino confidens. <sup>e</sup> Nouissimè autem post filios & mater consumpta est. Igitur de sacrificiis & de nimis crudelitibus satis dictum est.

sc. Habemus & nos ignem quòd peccatores puniamus. Exhilarat tibi certamen esse cum gētibus ac ciuitatibus necnon & regib' effeminatissimis, ex quibus hi quidem vident, illi autem fortassis superabuntur. Quid autem Machabæi horum enim præfens est festiuitas quilibet minus honorentur à plerisque quòd non Christi certant gratia, omnibus tamen veneratio-ne sunt digni, quòd ob leges pateras fortiter egerint. Cù enim ante Christi passiones martyrii sustinere, quid facturi erant si post Christum persecutionem perculissent. Grego. Nazianzen'. d. Antiochus statens totis simulacrum in templum domini, tormentis vultum ad faciendam idoli cogebat. Quæ persecutione multè de populo pro diuine legis custodia trucidati sunt: inter quos & mater ipsa septem filiorum merito famo-sa nobilissimam pro domino cō-sobole martyrii metui coronat. Bedæ in dedicat. ecclesiaz, ho. x. c. Mater ibi erat animosa & generosa, puerorum simul ac dei amatrix: cuius materna viscera vitæ nature dilaniabantur rationem: non quia eam filiorum miseraretur cruciatus, sed quòd timore angereetur ne patereetur. Neque magis desiderabat abesse, quàm optabat vt residiu aliis adirecentur, & horum quidem rationem habebat matris quàm uotum qui iam decelerant. Nam horum certamen ancepe erat, at illorum dissolutio scutura, & non quidem iam deo conciliauerat, illos autem vt deus acciperet curabat. O anima uiriliter in corpore mulieci. O specimen admirandum & inagnanimum. O sacrificij illius Abrahamici, nisi forte mat' quid audendum sit. Gregor. Nazianze, oratione. 20.

2. Conglutinationem.  
\* Conciliatrix.  
\* Et molestias educationis sustulit.  
f. Ne ergo hoc consideres, quòd illa sibi tormenta tolerabat, sed illa magis contemplantur, quòd mater per singulos cordi duriter sustinebat dolores. Si vniuer filij cuiquam inatri nuntias est ægritudo, auditu solo viscera materna turbantur. Hic autem non vnum filiorum cæcum, sed chorum vno tempore patiter interfici videns mater, nec absens per auditum suscipiens passiones cordi, sed præfens oculis hauriens vulnera omnium quos pererat, quid non patiebatur? Quomodo non excedit mēte vnumquenque horum spectans horribilius, & diuersis penarū ingenijs excruciat? Chryso. de Machab. 10. in fine.  
3. Patiens nostris.  
4. Cæcitate eleuant manum.  
5. Itaque Machabæi septem fratres in fide stabiles, in spe fortes, diuine legis constantissimi obseruatores, inter tormenta acerbissima patientes, ab Antiocho rege pro lege dei cum matre eorum atrociter interempti, coronas martyrii meruerunt. I. sidorus. De vita & morte quorundam sancto. cap. 65.  
6. Ob subannationem.  
h. Horum autem septè Machabæorum mater Solomon a dicebatur. Primus eius filius, Machabæus 1. Aher 3. Machir 4. Iudas 5. Achar 6. Atesh 7. Iacob. Ex Ioseph. de Machab.

De pecc. di.  
3. ca. Auctori-  
tas.

*Iudas in Nicanorem armat exercitum, quem cum copiis suis prosternit, cumque fugeret ad Antiochum Iudæi deo gratias agunt.*

VIII.

Kk iij



**V**das verò Machabæus & qui cum illo erant, introibant latenter in ca-  
 stella, & <sup>1</sup> conuocantes ] cognatos & amicos, ] & eos qui permanse-  
 rant in Iudaismo assumentes, eduxerunt ad se sex milia virorum. Et in-  
 uocabant dominum vt respiceret in populum qui ab omnibus calcaba-  
 tur, & misereretur templo quod contaminabatur ab impiis. Misereretur etiam exter-  
 minio ciuitatis, quæ esset ilico complananda, & vocem sanguinis ad se clamantis  
 audiret, memoraretur quoque iniquissimas mortes paruulorum innocentium<sup>1</sup>, &  
 blasphemias nomini suo illatas, & <sup>2</sup> indignaretur super his. ] At Machabæus con-  
 gregata multitudine, intolerabilis gentibus efficiebatur. Ira enim domini in miseri-  
 cordiam conuersa est. Et superueniens castellis & ciuitatibus improuisus, succende-  
 bat eas, & opportuna loca occupans, non paucas hostium strages dabat. <sup>3</sup> Maxi-  
 me autem <sup>3</sup> noctibus ad huiuscemodi excursus ferebatur, ] & fama virtutis eius vbi-  
 que diffundebatur. <sup>b</sup> Videns autem Philippus paulatim virum ad profectum veni-  
 re, ac frequentius res ei cedere prosperè, ad Ptolemæum ducem Cœlesyriæ & Phœ-  
 nicis scripsit, vt auxilium ferret Regis negotiis. At ille velociter misit Nicano-  
 rem Patrocli de primoribus amicis, datis ei de permixtis gentibus, armatis non mi-  
 nus viginti milibus, vt vniuersum Iudæorum genus deleret, adiuncto ei & Gorgia vi-  
 ro militari, & in bellicis rebus experientissimo. <sup>c</sup> Constituit autem Nicanor vt Regi  
 tributum quod Romanis erat dandum, duo milia talentorum de captiuitate Iudæo-  
 rum suppleret. Statimque ad maritimas ciuitates misit conuocans ad coemptionem  
 Iudaicorum mancipiorum, promittens se nonaginta mancipia talentis distractu-  
 rum, non respiciens ad vindictam, quæ cum ab omnipotente esset consecutura.  
<sup>d</sup> Iudas autem vbi comperit, <sup>e</sup> indicauit iis qui secum erant Iudæis <sup>4</sup> Nicanoris ] ad-  
 uentum. Ex quibus quidam formidantes, & non credentes dei iustitiæ, in fugam verte-  
 bantur, <sup>f</sup> alij verò si quid eis supererat <sup>d</sup> veniebant, simulque dominum depreca-  
 bantur vt eriperet eos de impio Nicanore, qui eos priusquam cominus veniret, ven-  
 diderat. Et si non propter eos, propter testamentum tamen quod erat ad patres eo-  
 rum, & propter inuocationem sancti & magnifici nominis eius super ipsos. <sup>e</sup> Con-  
 uocatis autem Machabæus septem milibus qui cum ipso erant, rogabat ne hostibus  
<sup>1</sup> reconciliarentur, ] neque metuerent inique venientium aduersum se hostium mul-  
 titudinem, sed fortiter contenderent ante oculos habentes contumeliam, <sup>g</sup> quæ lo-  
 co sancto ab his iniuste esset illata, itémque & ludibrio habitæ ciuitatis iniuriam,  
 adhuc etiam veterum <sup>6</sup> instituta conuulsa. ] Nam illi quidem armis confidunt, air,  
 simul & audacia, nos autem in omnipotente domino, qui potest & venientes ad-  
 uersum nos, & vniuersum mundum vno nutu delere, confidimus. <sup>f</sup> Admonuit  
 autem eos & de auxiliis dei, quæ facta sunt erga parentes, <sup>†</sup> & quod sub Sennacherib  
 centum octoginta quinque milia perierunt, & de prælio quod eis aduersus Galatas  
 fuit in Babylonia, vt omnes vbi ad rem ventum est, <sup>\*</sup> Macedonibus sociis hæsitanti-  
 bus, ipsi <sup>7</sup> sex milia ] soli peremerunt centum viginti milia propter auxilium illis da-  
 tum de cælo, & beneficia pro his plurima consecuti sunt. His verbis constantes effe-  
 cti sunt, & prolegibus & patria mori parati. <sup>\*\*</sup> <sup>8</sup> Constituit itaque fratres suos du-  
 ces vtrique ordini, Simônem & Iosephum & Jonathan, subiectis vnicuique millenis  
 & quingentis, <sup>8</sup> ad hoc etiam ab Esdra ] lecto illi sancto libro, & dato signo adiu-  
 tori dei, in prima acie ipse dux commisit cum Nicanore. Et factis sibi adiutore omni-  
 potente, interfecerunt super <sup>h</sup> nouem milia <sup>9</sup> hominum. ] maiorem autem partem  
 exercitus Nicanoris <sup>10</sup> vulneribus debilem factam ] fugere compulerunt. Pecuniis ve-  
 rò eorum qui ad emptionem ipsorum venerant, sublatis, ipsos vsquequaque persecu-  
 ti sunt, sed reuersi sunt hora conclusi. Nam erat ante sabbatum, quam ob causam non  
 perseverauerunt insequentes. Arma autem ipsorum <sup>11</sup> & spolia congregantes, ] sabbat-  
 um agebant, benedicentes dominum, qui liberavit eos in isto die, misericordiæ ihiitum  
 stillans in eos. <sup>12</sup> Post sabbatum verò debilibus & orphanis & viduis diuiserunt spo-  
 lia, & residua ipsi cum suis habere. His itaque gestis, & communiter ab omnibus facta

<sup>a</sup> Multis Iudas suos hortat<sup>9</sup> dū  
 cogitat de futuro prælio, certo  
 indice comperit. Gorgiam misit  
 cum mille equitibus, pedu-  
 tum quinque milibus, vt ductu  
 profugarum noctu se inopiam  
 inuaderet: decreuitque ipse ead-  
 em nocte in hostium castra im-  
 perum facere, maximè quod ab  
 futura esset bona pars illorum  
 exercitus. Itaque confecta cona  
 restititque in castris multis sig-  
 nibus, tota nocte iter fecit ad B-  
 maanti propinqua castra hosti-  
 um. Itaque Gorgias nemine in-  
 castris Iudæarum inuenit, et  
 eas miser cessisse, & occultari ali-  
 cubi in montibus, statuit vbi nō  
 essent querere. Iudas autem sub  
 diluculum venit ad castra ho-  
 stium, ducens tria virorum mi-  
 lia, non satis instructa armis pro-  
 pter inopiam, videlicet hostem  
 armatum egegit & castra ex ar-  
 te disposita, hortatus primum  
 suos vt non dubitarent vel nudis  
 si ita opus esset corporibus  
 in pugnam ruere: quandoquidē  
 deus deleteretur tali fortitudine  
 eamque suo præsidio contra ar-  
 matos falciat, tubæ signa canere.  
 Ioseph. Antiq. lib. 12. ca. 11.

<sup>1</sup> Florabatur.  
<sup>2</sup> Sceleratos abhominaretur.  
<sup>3</sup> Noctes ad huiusmodi insidias  
 aditricas accipiebat.  
<sup>b</sup> Quem scilicet rex Antiochus  
 reliquerat Ierosolymis ad assu-  
 gendum populum Iudæorum vt  
 supra ca. 5. de Ly. ibi.  
<sup>c</sup> Hoc est superiori libro bre-  
 uiter commemoratum, tantum  
 quod mercatores conuenierunt  
 cum auro & argento, vt eo emer-  
 rent filios Israël sibi in seruos.  
 Hoc autem manifestius narra-  
 tur quod ab Nicanore qui reg-  
 num Iudæorum Iudæorum  
 Ioseph. Antiq. lib. 12. ca. 11.  
<sup>d</sup> Iudas cum tribus milibus suffi-  
 cienter armatis, ceteris autem  
 mediocriter, vt refert. Lyr. ex 1.  
 Macha. 4. plus vel minus vtrum-  
 que propter paucitatem. Cūque  
 hostes inopinatus inuaderet,  
 multos occidit, reliquos perse-  
 cutus est vsque Gezeron & cam-  
 pos Idumæ & Azoti, & cecide-  
 runt ex eis tria milia. Iudas ve-  
 rò dicebat suis præliam cōtem-  
 nere, dum adhuc pugna circa  
 Gorgiam esset. Com. 1. Mach. 2.  
<sup>e</sup> Abitererentur.  
<sup>f</sup> Institutorum dissolutionem.  
<sup>†</sup> Hic autem Iudas consequen-  
 ter suos animat exemplis cū di-  
 citur. Admonuit autem suos, &  
 c. In exitu Israël de Aegypto.  
 Exo. 14. Et quod sub Sennache-  
 rib, ab angelo dei percussa sunt,  
 187000. Assyriorum vt patet. 4.  
 Reg. 19. De Lyra. ibi.  
<sup>\*</sup> Octo milia est Macedonibus  
 quatuor milibus.  
<sup>7</sup> Octo milia.  
<sup>8</sup> Quod dispariter exercitū fecit  
 g. Distribuit deinde more anti-  
 quo gentis, in tribunos & centu-  
 riones ordinibus, & ablegatis  
 nouis maritis, qui vo agros reces-  
 sibi comparauerant, ne distracti  
 talibus cupiditatibus pugnarēt  
 segnius, verbis etiam aggressus  
 est hortari suos ad rem gestā  
 strenuè. Ioseph. Antiq. lib. 12.  
 cap. 11.  
<sup>9</sup> Adhuc autem & Eleazarum.  
 h. In 1. lib. ca. 4. dicuntur tantū  
 tria milia. Dicendum quod illa  
 3000. occiderunt in primo cō-  
 gressu belli, in persecutione au-  
 tem fugientium reliquit occide-  
 rēta quod in vniuersis 9000.  
 & spolia interfecit sunt. Ly. ibi.  
<sup>10</sup> Ex hostibus.  
<sup>11</sup> Vulneratos & membris mu-  
 tilos fecerunt, omnes autem.  
<sup>12</sup> Colligentes, & spolia eximen-  
 tes inimicorum.

Annianæ  
 Christi. 164  
 Anni madi.  
 3798.

† Infra 116.  
 1. Mach. 4. 2  
 4. Reg. 19. g  
 Tob. 1. d  
 Eccli. 18. d  
 Isa. 37. g

eta obsecratione, misericordem dominum postulabant, vt in finem seruis suis reconciliaretur.<sup>i</sup> Et ex iis qui cum Timotheo & Bacchide erant contra se contententes super viginti milia interfecerunt, & munitiones excelsas obtinuerunt, & plures prædas diuiserunt æquam portionem debilibus, pupillis & viduis, sed & senioribus facientes. Et cum arma eorum diligenter collegissent omnia composuerunt in locis opportunis.<sup>k</sup> Residua verò spolia Ierosolymam detulerunt, & Philarchen qui cum Timotheo erat, interfecerunt virum scelestum, qui in multis Iudæos afflixerat. <sup>g</sup> Et cum<sup>l</sup> Epinicia agerent in Ierosolymis, eos qui sacras ianuas incenderunt, id est, Calisthenem, cum in quoddam domicilium refugissent, incenderunt, digna eis mercede pro impietatibus suis reddita.<sup>m</sup> Facinorosissimus autem Nicanor qui mille negotiantes ad Iudæorum venditionem adduxerat, humiliatus auxilio domini ab iis quos nullos existimauerat, deposita veste gloriæ per mediterraneam fugiens solus venit Antiochiam, summam infelicitatem de interitu sui exercitus consecutus. Et qui promiserat Romanis se tributum restituere de captiuitate Ierosolymorum, prædicabat nunc protectorem deum habere Iudæos, & ob ipsum inuulnerabiles esse, eo quòd sequerentur leges ab ipso constitutas.

*Antiochus Persopolin spoliare cupiens, victus & fugatus est, cum verò Iudæos persequeretur à deo miserè percussus merita morte occubuit.* I X.

Anni ante  
Christi. 161.  
Anni mundi  
3799.

**B**odem tempore Antiochus inhonestè reuertebatur de Perside, Intraerat enim in eam quæ dicitur Persopolis, & tentauit expoliare templum, & ciuitatem<sup>n</sup> opprimere: sed multitudine ad arma concurrente, in fugam versi sunt: & ita contigit vt Antiochus<sup>o</sup> post fugam] turpiter rediret. Et cum venisset circa Ecbatanam, vt recognouit quæ erga Nicanorè & Timotheum gesta sunt, Elatus autem in ira, arbitratur se iniuriam illorum qui se fugauerant posse in Iudæos retorquere, ideòquæ iussit agitari currum suum, sine intermissione agens iter,<sup>b</sup> cœlesti eum iudicio perurgente, eo quòd ita superbe locutus est se venturum Ierosolymam, & congeriem sepulchri Iudæorum eam facturum. † Sed qui vniuersa conspicit dominus deus Israel, percussit eum insanabili & inuisibili plaga. Vt enim finiuit hunc ipsum sermonem, <sup>c</sup> apprehendit eum dolor dirus viscerum, & amara internorum tormenta. Et quidem satis iuste, quippe qui multis & nouis cruciatibus aliorum torserat viscera, licet ille nullo modo à sua malitia cessaret. <sup>d</sup> Super hoc autem superbia repletus, ignem spirans animo in Iudæos, & præcipiens accelerari negotium, contigit illum impetu euntem de curru cadere; & graui corporis collisione membra vexari. Isque qui sibi videbatur etiam fluctibus maris imperare, supra humanum modum superbia repletus; & montium altitudines in statera appendere, nunc humiliatus ad terram in gestatorio portabatur, manifestam dei virtutem in semetipso contestans, ita vt de corpore impij vermes scaturirent, ac<sup>e</sup> viuentes] in doloribus carnes eius effluerent, odore etiam illius & fœtore\* exercitus grauaretur. Et qui paulo antesydera cœli contingere se arbitratur, eum nemo poterat propter intolerantiam fœtoris portare. Hinc igitur cœpit ex graui superbia ductus, ad agnitionem sui venire; diuina admonitus plaga, per momenta singula doloribus suis augmenta capientibus. Et cum nec ipse iam fœtorem suum ferre possset, ita ait: Iustum est subditum esse deo, & mortalem non paria deo sentire. Orabat autem hic scelestus dominum, <sup>d</sup> à quo non esset misericordiam consecutus, \* ciuitatem ad quam festinans veniebat, vt eam ad solum deduceret, ac sepulchrum congestorum faceret, <sup>e</sup> nunc optat liberam reddere, & Iudæos quos nec sepultura quidem se dignos habiturum, sed auiibus ac feris diripiendos traditurum, & cum paruulis exterminaturum dixerat, æquales nunc Atheniensibus facturum pollicetur: templum etiam sanctum, quod prius expoliauerat, optimis donis ornaturum, & sancta vasa multiplicaturum, & pertinentes ad sacrificia sumptus de redditibus suis præstaturum. Super hæc & Iudæum se futurum, & omnem

† 2. Par. 35. c

B

C

i. Consequenter interpositus de conflictu cum Timotheo & Bacchide, qui plenius habetur, lib. 1. ca. 5. Videtur tamen quòd iste Bacchides sit alius ab illo quem misit Demetrius cum Alchimo contra Iudæos vt lib. 1. cap. 7. De Lyra ibidem.]

k. Lyfias bello infeliciter reparato secundum eam classem Antiochiam concessit: post cuius discessum Iudas hostium metu liberatus, cum fortiorum manu Ierosolymam ingressus, primò templum inuissit, ubi omnia desolata & horrois plena intuitus, non potuit lachrymis temperare. Sabel. vbi prius.

l. Epinicius celebratus est, probabita victoria deo gratias agens m. Nicanor sua spes? præ nimia cõfusione discessit. Is enim mille & amplius mercatores ad duxerat qui emerent captiuos, quibus potius opus fuit scipso redimere. Lyra. ibid.

a. Per id tẽpus Antiochus, quẽ in Persidem profectum dixim⁹, audiuit Elimaidem ciuitatem opulentissimam, quæ hic vocatur Persopolis quasi Petrarum polis, id est, ciuitas diuissima, & toti⁹ Persidis metropolis: in eaque esse templum locuples admodum, in quo erant velamina aurea, & loricæ & scuta, quæ reliquerat Alexander, & quæ rebus prælati cam, sed non potuit. Nã Elimaida fugauerit eum ignominiosè. Et natiuitum est ei in via, quomodo fratri erant principis eius in Iudæa. Sed verius in tutorem iussit agitari currum suum sine intermissione, superbe intonans se venturum Ierosolymam, & facturum eam polychandrum Iudæorum. Comest. 1. Machab. ca. 5. i. Obtinere.

2. In fuga versis ab indigenis. b. An cœlesti iudicio Antiochi⁹ ad vindictam urgetur, est deus ad malum nunquam cooperetur. Ad cuius intelligentiam scidam quòd in hac festinatione duo erant, scilicet intentio Antiochi perueria ad populū Iudæorum deletionem, & ciuitatis solutorem: & hoc nō erat à deo impellente qui nunquam est auctor mali cuius, sed erat ab Antiochi malitia. Aliud erat velocitas motus, ad quam secus fuit casus Antiochi, & eius cœlitiatio grauis, & hæc fuit à deo impellente, qui est auctor mali potius, de quo dicitur Amos 3. Nō est malum in ciuitate quod nō fecerit dominus. Lyra. ibidem. c. Accedente igitur alia super aliam cura, impariem sollicitudini morbum sibi contraxit: quo magis ac magis inualefcente, intelligens adesse fatale tempus, amicos conuocat, etque & vim morbi & causam indicit: nimirum quod penas ob afflictā Iudæorum & templi laetetur: quæ ob solitum, & sacrilegio templum & contemptum cœlestis numinis. Atque his dijs exhalauit animam. Joseph. Antiq. Iudæic. lib. 12. ca. 13. j. Viuentis.

\* Ob putredinem. d. Cur autem non sit in misericordiam consecutus, qui desset admitti, & satisfacere promittit? Respondet. Aug. Ideò quæ nemo dignè punire potest, quæ non sustinet vnitas ecclesiæ. Ideò quæ non peccat sacerdoter per aliam quam culpam ab vnitate ecclesiæ diuisos. Iudas enim punitus iure ad Pharisæos, reliquit Apostolos nihil inuenit auxilij, sed agnitionem desperationis. Dixerunt enim: Quid ad nos, tu videris. Si peccasti, sibi sit, non tibi succurrimus. Aug. De vera & falsa penitentia. ca. 12. & de pecc. di. 6. c. Qui vult.

\* Sic dicens.

kk iiij

se. Hic consequenter deservit  
tur ei? humiliatio eorum homi-  
nibus scilicet Iudæis, quos ante  
supra modum ceteris plebas, scri-  
bens eis epistolam deprecatoriâ  
De Lyra, ibidem.]

4. Ex propria.  
5. Est in cælo spes habes vestri  
honoris & benevolentie recor-  
datus sum benignè.

[f. Hinc igitur cepit ex grande  
ductus superbia ad agnitionem  
sui venire, diuina admonit<sup>o</sup> pla-  
ga. Vexatio dat intellectum au-  
ditui. Qui tangit vos tangit pu-  
pillam oculi mei. Tyranni non  
vident se calcitrare stimulo mi-  
seros persequentes, sed perditio-  
eorum non dormiunt. Loricæ  
ibidem.]

16. Aquæ Antiochus Epiphan-  
tes in hunc modum perit, filio  
Antiocho sub Philippi vnius  
purpuratoris tutelo relicto Eu-  
pator est puer cognominat<sup>us</sup>. Sa-  
bellicus vbi prius.

\* Deponēbam, &.  
[ h. Petit Iudæos memores esse  
beneficiorū, tamen ex superiori-  
bus non apparet aliquid benefi-  
cium ab eo Iudæis præstitum, ni-  
si vni<sup>us</sup>, scilicet de vindicta mor-  
tis Oniz, De Lyra.]

i. Hoc multo verius est, quàm  
quod Polybius prodidit id illi  
accidisse, quia Diana templum  
violasset, quum si verus est Iose-  
phus, ne violaret quidem, non  
quia noluerit, sed quia non po-  
tuerit. Sabel, vbi supra.

locum terræ perambulatorum, & prædicaturum dei potestatem. Sed non cessantibus  
doloribus (superuenerat enim in eum iustum dei iudicium) desperans scripsit ad Iu-  
dæos in hunc modum deprecationis epistolam hæc continentem: Optimis ciuibus Iu-  
dæis plurimam salutem, & bene valere, & esse fœlices, Rex & princeps Antiochus. Si  
bene valetis, & filij<sup>4</sup> vestri,] & ex sententia vobis<sup>5</sup> cuncta sunt, maximas agimus gra-  
tias. Et ego in infirmitate constitutus, vestri autem memor benignè reuerfus de Per-  
sidis locis, & infirmitate graui apprehensus, necessarium duxi pro communi vtilitate  
curam habere, non desperans memetipsum, sed spem multam habens effugiendi infir-  
mitatem. Respicens autem quod & pater meus quibus temporibus in locis superio-  
ribus ducebat exercitum, ostendit qui post se susciperet principatum, vt si quid cõtra-  
rium accideret, aut difficile nuntiaretur, scientes hi qui in regionibus erant, cui esset re-  
rum summa derelicta, non turbarentur: ad hæc considerans de proximo potentes  
quosque & vicinos temporibus insidiantes, & euentum expectantes, designaui filium  
meum Antiochum Regem, quem sæpe recurrentes in superiora regna multis vestrum  
commendabam, & scripsi ad eum quæ subiecta sunt. Oro itaque vos & peto me-  
mores beneficiorum publicè & priuatim, vt vnusquisque conseruet fidem ad me & ad  
filium meum. Confido enim eum modeste & humane acturum, & sequentem propo-  
situm meum & communem vobis fore. Igitur homicida & blasphemus pessimè per-  
cussus, & vt ipse alios tractauerat, peregre in montibus miserabili obitu<sup>1</sup> vita functus  
est. Transferebat autem corpus Philippus collactaneus eius, qui metuens filium Antio-  
chi ad Ptolemæum & Philometorem in Ægyptum abiit.

*Iudas recepta ciuitate templum purgat, cum solennitate. Eupator Antiocho patri succedens  
Ptolemæum veneno interemit, Gorgiam in Iudæos misit. Timotheus vero nonas ducēs  
copias à Iudæis victus est, quinque viris cælius auxiliantibus.*

X.

a. Hoc est, tertio anno à pollu-  
tione eius, eadem die qua fuerat  
ante pollutum, vt supra. 1. Ma-  
chab. 4. Et sic hoc fuit in cõple-  
tione tertij anni. Sed non post  
triennium, vel incipiendo à bel-  
li Iudæ Machabæi post regis  
discessum. Lyra, ibidem.

b. Celebrauit autem Iudas reco-  
pti templi festiuitatem per dies  
octo sacrificans, in quibus nul-  
lum honeste voluptatis genus  
omissum est: sed populo quidē  
sumptuosum ac splendidum e-  
pulum est exhibitum, in dei ve-  
rè laudē, hymnis & canticis per-  
sonabant omnia, tanta vero leiti-  
tia ob reductos ritus patrios, &  
priscam religionem occupauit  
genus eius animos, maximè q-  
uæ sollicitas ex insperato obrige-  
rat, vt lex iace sit ad posteros,  
quæ iuberet, quatinus hoc fe-  
stum reparati cum cæremoniis  
templi per octo dies celebrari:  
& ex eo tempore mos hic apud  
nostros obrinuit: vocantque  
hanc festiuitatem luminum, o-  
pinor ideo, quia ex insperato no-  
bis illuxerit tanta sollicitas. Iose-  
ph. Antiq. Iudæic. lib. 12, ca. 11.  
a. Pulchros, item & palmas habet  
res hymnos referēbant.

\* Festos.  
\* Continua.

2. Cælesyriæ & Phœnicie ducē  
primarium.

c. Ille enim videtur fuisse in eod-  
em officio, sed depositus fuit  
dupliti ratione. Prima est, quia  
erga Iudæos se habebat modo-  
stè contra intentionem Antio-  
chi Epiphantis. Secunda est, quia  
notabitur apud regem de prod-  
tione, quod cum primo esset cū  
rege Ægypti relinquendo Cy-  
prium sibi datam ad custodiam,  
& postea transiens ad Antiochū  
regem non fideliter se habuisset,  
& sic dato sibi veneno periit:  
& loco eius Lysanias institutus  
fuit. Lyra, ibid.

3. Tentabat res.

\* Neque nobilem potestatem ge-  
nerosè administrans.

4. Simul verò cum hoc & Idu-  
māi competet opportunum  
munitionum existentes exerce-  
bant Iudæos, &

**M**Achabæus autem & qui cum eo erant domino se protegente templum  
quidem & ciuitatem recepit: aras autē quas alienigenæ per plateas extru-  
xerant, itēque delubra demolitus est. Et purgato templo aliud altare fe-  
cerunt, & de ignitis lapidibus igne concepto sacrificia obtulerunt<sup>a</sup> post  
biennium, & incensum, & lucernas, & panes propositionis posuerunt. Quibus ge-  
ntis rogabant dominum prostrati in terram, ne amplius talibus malis inciderent. Sed &  
si quando peccassent, vt ab ipso mitius corriperentur, & non Barbaris ac blasphemis  
hominibus traderentur. Quia die autem templum ab alienigenis pollutum fuerat,  
contigit eadem die purificationem fieri vicefima & quinta mensis, qui fuit Casleu.  
Et cum latitia diebus octo egerunt in modum tabernaculorum, recordantes quod  
ante modicum temporis diem solennem tabernaculorum in montibus & in spelun-  
cis more bestiarum egerant: propter quod thyrsos & ramos<sup>1</sup> virides & palmas præfe-  
rebant] ei, qui prosperauit mundare locum suum. Et decreuerunt communi præce-  
pto & decreto, vniuersæ genti Iudæorum omnibus annis agere dies<sup>2</sup> istos. Et Antio-  
chi quidem (qui appellatus est nobilis) vitæ excessus ita se habuit. Nunc autem de Eu-  
patore Antiochi impij filio quæ gesta sunt narrabimus, breuiantes<sup>3</sup> mala quæ in bel-  
lis gesta sunt. Hic enim suscepto regno constituit super negotia regni Lysiam quen-  
dam<sup>4</sup> Phœnicis & Syriæ militiæ principem. Nam<sup>5</sup> Ptolemæus qui dicebatur Ma-  
cer, iusti tenax erga Iudæos esse constituit, & præcipuè propter iniquitatem quæ fa-  
cta erat in eos, & pacificè] agere cum eis. Sed ob hoc acensatus ab amicis apud Eu-  
patorem, cum frequenter proditor audiret, eo quod Cyprum creditam sibi à Philo-  
metore deseruisset, & ad Antiochum Nobilem translatus etiam ab eo recessisset<sup>6</sup> ve-  
neno vitam finiuit. Gorgias autem cum esset dux locorum, assumptis aduenis frequē-  
ter Iudæos debellabat. Iudæi verò qui tenebant opportunas munitiones,] fuga-  
ros ab Ierosolymis suscipiebant, & bellare tentabant. Hi verò qui erant cum Macha-  
bæo per orationes dominum rogantes, vt esset sibi adiutor, impetum fecerunt in  
muni-

Anni ante  
Christū. 161.  
Anni mundi  
3799.

Anni ante  
Christū. 161.  
Anni mundi  
3800.



**D** munitioes Idumæorum, multaque ut insistentes loca obtinuerunt, & \* occurrentes interem erunt, & omnes simul non minus viginti quinque milibus trucidauerunt. **Q**uidam autem \* cum confugissent in duas turres valde munitas, omnem apparatus ad repugnandum habentes, Machabæus ad eorum expugnationem relicto Simone & Iosepho, itemque Zachæo, eisque qui cum ipsis erant satis multis, ipse ad eas quæ amplius perurgebant pugnas conuersus est. Hi verò qui cum Simone erant cupiditate ducti, à quibusdam qui in turribus erant, suasi sunt pecunia, & septuaginta milibus didrachmis acceptis, dimiserunt quosdam effugere. Cum autem Machabæo nuntiatum esset quod factum est, principibus populi congregatis, accusauit quod pecunia fratres vendidissent, aduersariis eorum dimissis. **H**os igitur proditores factos interfecit, & confestim duas turres occupauit. Armis autem ac manibus omnia prosperè agendo in duabus munitioibus plusquam viginti milia peremit. **E**t Timotheus qui prius à Iudæis fuerat superatus, conuocato exercitu peregrinæ multitudinis, & congregato equitatu Asiatico aduenit, quasi armis Iudæam capturus. Machabæus autem & qui cum ipso erant appropinquante illo, deprecabantur dominum, caput terra aspergentes, lumbosque ciliciis præcincti, ad altaris crepidinem prouoluti, ut sibi propicius, inimicis autem eorum esset inimicus, & aduersariis aduersaretur, sicut lex dicit. Et ita post orationem sumptis armis, longius de ciuitate procedentes, & proximi hostibus effecti refederunt. **P**rimo autem solis ortu utriusque commiserunt, isti quidem victoriæ & prosperitatis sponsorem cum virtute dominum habentes, illi autem ducem belli animum habebat. Sed cum vehemens pugna esset, apparuerunt aduersariis de cælo viri quinque in equis, frænis aureis decòri, ducatum Iudæis præstantes: ex quibus duo Machabæorum medium habentes armis suis circumseptum incolumem conseruabant, in aduersarios autem tela & fulmina iaciebant, ex quo & cæcitate confusi, & repleti perturbatione, cadebant. Interfecti sunt autem vigintimilia quingenti peditum, & equites sexcenti. **T**imothæus verò cõfugit in Gazaram præsidium munitum, cui præerat Chereas. Machabæus autem & qui cum eo erant, lætantes obsederunt præsidium diebus quatuor. **A**t hi qui intus erant, loci firmitate confisi, supra modum maledicebant, & sermones nefandos iactabant: sed cum dies quinta illucesceret, viginti iuuenes ex his qui cum Machabæo erant, accensi animis propter blasphemiam, viriliter accesserunt ad murum, & feroci animo incedentes turres ascendebant, sed & alij similiter ascendentes turres, portasque succendere aggressi sunt, atque ipsos maledicos viuos concremare. Per continuum autem biduum præsidio vastato, Timothæum occultantem se in quodam reperto loco peremerunt, & fratrem illius Cheream & Appollophanem occiderunt. Quibus gestis in hymnis & confessionibus benedicebant dominum, qui magna fecit in Israel, & victoriam dedit illis.

\* Omnesque qui in muro pugnant vti sunt. Id. Machabæo spiritale dimicte compulsi hostes in duas turres confugunt. Cuius qui fidem Christi expugnare nitentur, licet nullo modo viciari eum angelij resistere valent, tamē solubiter credentes, nec iudicio nec iudicium domini sicutum pertimescentes, magis eligunt in superbia atque insolentia turres effugere, quam penitentia doloris compuncti errores suos relinquere. Contra quos Iudas cum Simone & Iosepho milites mittit: Sed pecuniarum amor aliqui eorum decessi belli committunt petagere neglexerunt. Glofa ordi. lib. I.]  
\* Non minus nouem milibus. s. Ad horum obditionem ipse fecerunt.  
e. Nec longo interiecto tempore Timothæus cum aliquanto maiore exercitu in aperto castra fecit. Ceterum pari euentu ad Romanum urbem prælio victus est, & castris exutus, Rophus simul expugnata, quod multo ex fugas se te operant, magnaque hic hostium caedes edita. Iudas post rē in Ananias prælatē gestam, copias Ierusalem reduxit, Iudæos qui in Galadite erant ne prælatē essent finitimi, cum liberis & vxoribus, omnique ut pellecile in Iudæam traiecit. Sabellicus Ennead. s. lib. 8.  
f. Iudæi confidebant deuitura diuina, geriles verò de ducis sui animositate, & sic de sola potestate humana. De I. ysa. ibid. ]  
g. Solabatur nos visio qua erit aduersarij Iudæorum videtur vitor quinque in equis frenis aureis decurrit ducatum Iudææ præstare. Obferus etiam si nos ipsi videtur nos ius derelictis nobis dominari, proxime adesse. Si enim Iomirum nobis vico momento sui detraherit gratiam, hostis nos continud decoret. Quinque viri sunt typos virtutis quinque: v. n. e. u. Christi. I. orichus ibid. ]  
h. Quid est quod Timothæus & Iudas superatus in Gazare præsidium munitum cum suis confugiens Iudæ maledictiones confusus loci firmitate iactabat in populum suum quod hæretici ab unitate rectæ fidei lapsi ac separati, eorum suorum latibulis se committentes cõsidendo veritatem munitiois, maledictionis verba iactant contra catholicos. Glofa ordina. ]  
i. Ex viuenti.  
k. Blaphemabant.  
l. Et vicissim.  
m. Eum qui occurrebat feriebatur. Alij autem portas fregerunt. Inromittentes autem reliquum exercitum occupauerunt ciuitatem, &.  
n. Laeu.

*Lysias in Iudæos armatus superno victus auxilio eorum amicitiam querit. Lysias Antiochi, & Romanorum epistole ad Iudæos, & uem Antiochi ad Lysiam.* X I.

**A** Ed paruo post tempore, Lysias procurator regis & propinquus ac negotiorum prepositus grauitè ferens de his quæ acciderant, congregatis octoginta milibus & equitatu vniuerso, veniebat aduersum Iudæos, existimans se ciuitatem quidem captam gentibus habitaculum facturum, templum verò in pecuniæ questum, sicut cætera delubra gentium habitaturum, & per singulos annos vanale sacerdotium, nusquam recogitans dei potestatem, sed mente effrenatus in multitudine peditum & in milibus equitum & in octoginta elephantis confidebat. Ingressus autem Iudæam, & appropians Bethuræ, quæ erat in angusto loco ab Ierolyma interuallo quinque stadiorum illud præsidium expugnabat. **V**t autem Machabæus & qui cum eo erant, cognouerunt expugnari præsidia, cum fletu & lachrymis rogabant dominum, & omnis turba simul, ut bonum ange-

a. His auditis Antiochus puer fratus est, accessissetque amicis, & ducibus iussit eos mercenarium parare militem: & per totam suam ditionem electus habere, ita ut breui confectus sit exercitus peditum circiter centum milium, equitum verò viginti milium: atque insuper duo & triginta elephantum. Cuius huius copis egrossus est Antiochiam commissa Lysias administratio ne vniuersi exercitus: & progressus usque Idumæam, inde descendit usque ad oppidum Bethsuræ bene munitum, & expugnatum non facile. Ioseph. Antiq. lib. 12. cap. 14.  
1. Græcis.  
2. Decem militibus.

b. Cum egredereetur Iudas à Ierolymis vt dimicaret aduersus Lyfiam, apparuit præcedens eos eques in veste candida, armis aureis, hastâ vibrans. Tunc omnes simul benedixerunt misericordem dominum, & conualuerunt animis, non solum homines, sed & bestias ferocissimas & c. muros ferreos parati penetrare. <sup>6</sup> Ibant igitur prompti de cælo habentes adiutorem, & miserantem super eos dominum. Leonum autem more impetu irruentes in hostes, prostrauerunt ex eis vndecim milia peditum, & equitum mille sexcentos, vniuersos autem in fugam verterunt, plures autem ex eis vulnerati nudi euaserunt. Sed & ipse Lyfias turpiter fugiens euasit. <sup>d</sup> Et quia non insensatus erat, secum ipse reputans factam erga se diminutionem, & intelligens inuictos esse Hebræos omnipotentis dei auxilio innitentes, misit eos, promisitque se consensurum omnibus quæ iusta sunt, & regem compulsurum amicum fieri. Annuit autem Machabæus precibus Lyfiæ, in omnibus vtilitati consulens. Et quæcunque Machabæus scripsit Lyfiæ de Iudæis, ea rex concessit. <sup>e</sup> Nam erant scriptæ Iudæis epistolæ, à Lyfiâ siquidem, huc modum continentes: Lyfias populo Iudæorum salutem Ioannes & Abessalon qui missi fuerant à vobis tradentes <sup>3</sup> scripta] postulabant, vt ea quæ per illos significabantur, implem. Quæcunque igitur regi potuerunt perferri, exposui: & quæ res permittebat <sup>4</sup> concessi. <sup>f</sup> Si igitur in negotiis fidem conseruaueritis, & deinceps bonorum vobis causa esse tentabo. De cæteris autem per singula verba mandavi & istis & his qui à me missi sunt, colloqui vobiscum. Bene valete. Anno centesimo quadragesimo octauo <sup>5</sup> mensis Dioscori,] die vicesima & quarta. Regis autem epistola ista continebat. Rex Antiochus, Lyfiæ fratri salutem. <sup>6</sup> Patre nostro inter deos translato, nos volentes eos qui sunt in regno nostro sine tumultu agere, & rebus suis adhibere diligentiam, au diuimus Iudæos non consensisse patri meo, vt transferrentur ad ritum Græcorum, sed tenere velle suum institutum, ac propterea postulare à nobis concedi sibi legitima sua. Volentes igitur hanc quoque gentem quietam esse, statuentes iudicauimus templum restitui illis, vt agerent secundum suorum maiorum consuetudinem. Bene igitur feceris, si miseris ad eos & dexteram dederis, vt cognita nostra voluntate, bono animo sint, & vtilitatibus propriis deseruiant. <sup>7</sup> Ad Iudæos verò regis epistola talis erat: <sup>f</sup> rex Antiochus, Senatui Iudæorum, & cæteris Iudæis salutem. Si valeris, sic estis vt volumus, sed & ipsi bene valemus. Adiit nos Menelaus dicens, velle nos descendere ad vestros qui sunt apud nos. His qui igitur comitantur vsque ad diem tricesimum mensis Xanthici, damus dextras securitatis, vel Iudaicis vtantur cibis & legibus suis, sicut & prius, & nemo eorum villo modo molestiam patiat de his quæ per ignorantiam gesta sunt. Misimus autem & Menelaum, <sup>6</sup> qui vos alloquatur. <sup>g</sup> Valete. Anno centesimo quadragesimo octauo, <sup>5</sup> Xantici mensis quintadecima die. <sup>8</sup> Miserunt autem etiam Romani epistolam ita se habentem: Quintus Memmius & Titus Manilius Legati Romanorum, populo Iudæorum salutem. De his quæ Lyfias cognatus regis concessit vobis, & nos concessimus. De quibus autem ad regem iudicauit referendum, festim aliquem mittite diligentius inter vos conferentes, vt decernamus sicut congruit vobis. Nos enim Antiochiam accedimus. Ideoque festinate <sup>7</sup> scribere,] vt nos quoque sciamus cuius estis voluntatis. Bene valete. Anno centesimo quadragesimo octauo, quintadecima die mensis Xantici.

6. Hyperbole est ad exprimendâ magnitudinem constantiæ, quæ conceperunt ex dictâ apparitione, quasi nihil videretur illis impossibile. Lyranus ibid.

d. Cæterum rex & Lyfias imperator cognito qd Philippus viator sibi regi aduenerat à Perside, decreuerunt soluta obsequio illi occurrere, eandem tamen quantum id poterat fieri, consilium tam militem quam duces reliquos. Quapropter dissimulato aduentu Philippi iussit rex Lyfiam vt alloqueretur duces & milites, dicens oppugnationem eam non esse modicam temporis, quod locus esset munitionis, & commensus eos nō desiceret, & auocarent multa regni negotia quæ opus esset regem cōponere. Itaque prestare fœdus, & amicitiam cum hac gente facere, & sinere eos patrii vti legibus, quibus se priuari non sultinentes, rebellauerunt, atque ita rediuros esse in suam quæque patriam. Quæ sententia apud exercitum exposita per Lyfiam cōmuni omnium suffragio comprobata est. Tum rex in illo educatore pacem Iudæ & cæteris obsecris leniuissimè, libertatemque vti edicti propriis legibus Ioseph. Antiquit. lib. 11. cap. 14. & 15.

3. Subscriptum responsum.

4. Concessit.

5. Louis Gorinchij.

f. Hæc enim opinio gentiliū quod patres eorum in morte trāsferrebantur in consortium deorum, sicut de bonis Christianis dicimus quod transferantur ad consortium angelorum. De Lyra ibid.]

ff. Præsignatio est vocationis gentium quæ eadem in sanguine Christi effusione ratificata est. Fœdus enim nomen à fœderio accipit. Lorichius ibid.]

6. Vos horatutum.

g. Xanthicus vel Xandicus mensis est quidam Macedonicus. Menses autem Macedonici sic correspondent Latinis. Primus, Apuleius, Decembri. 2. Sydumæus, Ianuario. 3. Pyricius, Februario. 4. Distus, Martio. 5. Xandicus, April. 6. Artemisus, Maio. 7. Dioscorus, Iunio. 8. Panemus, Iulio. 9. Dorus, Augusto. 10. Gorpel, Septembri. 11. Hyperboreus, Octobri. 12. Diu, Nouembri. 7. Mitte aliquos.

a. Frequenter enim insultus faciebant populo in extremitatibus Iudææ agri in absentia Lyfiæ propter quod Iudas decreuit debellare ipsos: utpote qui fregerint inducias. Lyra ibid.

2. Superbus.

b. Ioppitæ rogauerunt Iudæos se cum habitantibus ascendere scaphas à pânas nauiculas, quas parauerant in die festo ad colloquendâ. Cùmque in altis processissent, immerferunt ex eis non minus ducentos. Quosobrem Iudas in nocte superueniens, portum succendit & scaphas, & re fugos ab igne gladio peremit. Inmittis quoque nocte superuenisse, & portum cum nauibus succendit ita vt lumen ignis appareret Ierolymis, stadiis 240. Comestora. Macha. 1.

lum mitteret ad salutem Israel. <sup>b</sup> Et ipse primus Machabæus sumptis armis, ceteros adhortatus est simul secum periculum subire, & ferre auxilium fratribus suis. Cùmque pariter prompto animo procederent Ierolymis, apparuit præcedens eos eques in veste candida, armis aureis, hastâ vibrans. Tunc omnes simul benedixerunt misericordem dominum, & conualuerunt animis, non solum homines, sed & bestias ferocissimas & c. muros ferreos parati penetrare. <sup>6</sup> Ibant igitur prompti de cælo habentes adiutorem, & miserantem super eos dominum. Leonum autem more impetu irruentes in hostes, prostrauerunt ex eis vndecim milia peditum, & equitum mille sexcentos, vniuersos autem in fugam verterunt, plures autem ex eis vulnerati nudi euaserunt. Sed & ipse Lyfias turpiter fugiens euasit. <sup>d</sup> Et quia non insensatus erat, secum ipse reputans factam erga se diminutionem, & intelligens inuictos esse Hebræos omnipotentis dei auxilio innitentes, misit eos, promisitque se consensurum omnibus quæ iusta sunt, & regem compulsurum amicum fieri. Annuit autem Machabæus precibus Lyfiæ, in omnibus vtilitati consulens. Et quæcunque Machabæus scripsit Lyfiæ de Iudæis, ea rex concessit. <sup>e</sup> Nam erant scriptæ Iudæis epistolæ, à Lyfiâ siquidem, huc modum continentes: Lyfias populo Iudæorum salutem Ioannes & Abessalon qui missi fuerant à vobis tradentes <sup>3</sup> scripta] postulabant, vt ea quæ per illos significabantur, implem. Quæcunque igitur regi potuerunt perferri, exposui: & quæ res permittebat <sup>4</sup> concessi. <sup>f</sup> Si igitur in negotiis fidem conseruaueritis, & deinceps bonorum vobis causa esse tentabo. De cæteris autem per singula verba mandavi & istis & his qui à me missi sunt, colloqui vobiscum. Bene valete. Anno centesimo quadragesimo octauo <sup>5</sup> mensis Dioscori,] die vicesima & quarta. Regis autem epistola ista continebat. Rex Antiochus, Lyfiæ fratri salutem. <sup>6</sup> Patre nostro inter deos translato, nos volentes eos qui sunt in regno nostro sine tumultu agere, & rebus suis adhibere diligentiam, au diuimus Iudæos non consensisse patri meo, vt transferrentur ad ritum Græcorum, sed tenere velle suum institutum, ac propterea postulare à nobis concedi sibi legitima sua. Volentes igitur hanc quoque gentem quietam esse, statuentes iudicauimus templum restitui illis, vt agerent secundum suorum maiorum consuetudinem. Bene igitur feceris, si miseris ad eos & dexteram dederis, vt cognita nostra voluntate, bono animo sint, & vtilitatibus propriis deseruiant. <sup>7</sup> Ad Iudæos verò regis epistola talis erat: <sup>f</sup> rex Antiochus, Senatui Iudæorum, & cæteris Iudæis salutem. Si valeris, sic estis vt volumus, sed & ipsi bene valemus. Adiit nos Menelaus dicens, velle nos descendere ad vestros qui sunt apud nos. His qui igitur comitantur vsque ad diem tricesimum mensis Xanthici, damus dextras securitatis, vel Iudaicis vtantur cibis & legibus suis, sicut & prius, & nemo eorum villo modo molestiam patiat de his quæ per ignorantiam gesta sunt. Misimus autem & Menelaum, <sup>6</sup> qui vos alloquatur. <sup>g</sup> Valete. Anno centesimo quadragesimo octauo, <sup>5</sup> Xantici mensis quintadecima die. <sup>8</sup> Miserunt autem etiam Romani epistolam ita se habentem: Quintus Memmius & Titus Manilius Legati Romanorum, populo Iudæorum salutem. De his quæ Lyfias cognatus regis concessit vobis, & nos concessimus. De quibus autem ad regem iudicauit referendum, festim aliquem mittite diligentius inter vos conferentes, vt decernamus sicut congruit vobis. Nos enim Antiochiam accedimus. Ideoque festinate <sup>7</sup> scribere,] vt nos quoque sciamus cuius estis voluntatis. Bene valete. Anno centesimo quadragesimo octauo, quintadecima die mensis Xantici.

*Iudas armatus in Ioppitæ, Arabes, Timotheum & Gorgiam, pro Iudæis ibidem occisis oblationem obtulit, spem resurrectionis protestatus.* XII.



Is factis pacationibus, Lyfias pergebat ad regem. Iudæi autem agriculturæ opera dabant. <sup>a</sup> Sed hi qui resederant Timotheus & Apollonius Gennæ filius, sed & Hieronymus & Demophon, <sup>1</sup> super hos] & Nicanor Cypriarches, non sinebant eos in silentio agere & quiete. <sup>b</sup> Ioppitæ verò tale quod-

Anni ante Christū, 164.  
Anni mundi 3799.

Anni ante Christū, 164.  
Anni mundi 3799.

quoddam flagitium perpetrarunt: Rogauerunt Iudæos cum quibus habitabant, ascendere scaphas quas parauerant cum vxoribus & filiis, quasi nullis inimicitis inter eos subiacentibus. Secundum commune itaque decretum ciuitatis, & ipsis acquiescentibus, pacisque causa nihil suspectum habebant, cum in altum processissent, submerferunt non minus ducentos. Quam crudelitatem Iudas in suæ gentis homines factam vt cognouit, præcepit viris qui erant cum ipso, & inuocato iusto iudice deo, venit aduersus interfectores fratrum, & portum quidem nocte succendit, scaphas exussit, eos autem qui ab igne refugerant, gladio peremit. <sup>2</sup> Et cum hæc ita egisset, discessit quasi iterum reuersurus, & vniuersos Ioppitas eradicaturus. <sup>3</sup> Sed cum cognouisset & eos qui erant Iamniæ, velle pari modo facere habitantibus secum Iudæis, Iamnitibus quoque nocte superuenit, & portum cum nauibus succendit, ita vt lumen ignis apparet Ierosolymis ab stadiis ducētis quadraginta. Inde cum iam abiissent nouem stadiis, & iter facerent ad Timotheum, commiserunt cum eo Arabes quinque milia viri, & equites quingenti. Cùmque pugna valida fieret, & auxilio dei prosperè cessisset, residui victi Arabes petebant à Iuda dextras sibi dari, promittētes se pascua daturos, & in cæteris profuturos. Iudas autem arbitratus verè in multis eos viles, promisit pacem, dextrisque acceptis, discessere ad tabernacula sua. Aggressus est autem & ciuitatem quandam firmam pontibus murisque circumseptam, quæ à turbis habitabatur gentium promiscuarum, cui nomen Casphin. <sup>4</sup> Hi verò qui intus erant confidentes in stabilitate murorum, & apparatu alimoniarum, remissius agebant, maledictis laceffentes Iudam ac blasphemates, & loquentes quæ fas non est. Machabeus autem inuocato magno mundi principe, qui sine arietibus & machinis temporibus Iesu præcipitavit Iericho, irruit ferociter muris, & capta ciuitate per domini voluntatem innumerabiles cædes fecit, ita vt adiacens stagnum stadiorum duorum latitudinis sanguine interfectorum fluere videretur. <sup>5</sup> Inde discesserunt stadia septingenta quinquaginta, & venerunt in Characha ad eos qui dicuntur Tibianei Iudæos, & Timotheum quidem in illis locis non comprehenderunt, nulloque negotio perfecto regressus est, relicto in quodam loco firmissimo præsidio. Dositheus autem & Sospater qui erant duces cum Machabeo, peremerunt à Timotheo relictos in præsidio, <sup>6</sup> decem milia viros. At Machabeus ordinatis circum se sex milibus, & constitutis per cohortes, aduersus Timotheum processit, habentem secum centum viginti milia peditum, equitumque duo milia quingentos. Cognito autem Iudæ aduentu Timotheus præmisit mulieres & filios & reliquum apparatus in præsidium quod Carniom dicitur. Erat enim inexpugnabile, & accessu difficile, propter locorum angustias. Cùmque cohors Iudæ prima apparuisset, timor hostibus incussus ex præsentia dei qui vniuersa conspicit: & in fugam versi sunt alius ab alio, ita vt magis à suis deiicerentur, & gladiatorum suorum ictibus debilitarentur. Iudas autem vehementer instabat puniens profanos, & prostravit ex eis triginta milia virorum. Ipse verò Timotheus incidit in partes Dosithei & Sospatris, & multis precibus postulabat vt viuus dimitteretur, eo quod multorum ex Iudæis parentes haberet ac fratres, quos morte eius decipi eueniret. <sup>7</sup> Et cum fidem dedisset restitutum se eos secundum constitutum, illesum eum dimiserunt propter fratrum salutem. Iudas autem regressus est à Carniom interfectis viginti quinque milibus. <sup>8</sup> Post horum fugam & necem mouit exercitum ad Effron ciuitatem munitam, in qua multitudo diuersarum gentium habitabat, & robusti iuuenes pro muris consistentes fortiter repugnabant. In hac autem machine multæ, & telorum erat apparatus. Sed cum omnipotentem inuocassent, qui potestate sua vires hostium confringit, ceperunt ciuitatem, & ex eis qui intus erant, viginti quinque milia prostrauerunt. Inde ad ciuitatem Scytharum abierunt, quæ ab Ierosolymis sexcentis stadiis aberat. Contestantibus autem his qui apud Scythopolitas erant Iudæis, quod benignè ab eis haberentur, etiam temporibus infelicitatis, quod modeste secum egerint, gratias agentes eis, & exhortati etiam de cætero erga genus suum benignos esse, venerunt Ierosolymam die solempni septima-

1. Hic consequenter ponitur de latro cõsilius Iudæ cum Timotheo propter quendam intingentiam in quibus Iudas fuit occupatus. Et primum fuit flagitium gẽtium in Ioppe habitatum, cum quibus habitabat multi Iudæi, quorũ Ioppe plures submerferunt proditioẽ facientes eos accedẽte nauibus sub specie pacis & amicitie ad videndum Iudam quem debebant in mari exercere, quod flagitium voluit Iudas ante omnia vindicare. De Ioppe.   
 2. Ipsa autem villa conclusa.   
 3. Per Iamnam quæ interpretatur Mare seismaticeorum conciliabulum, qui semper in tempestate sunt, intelligi potest. Scilicet ergo vt quidam volunt ab Iudæis animorum est vocatum. Hinc diuisionem ecclesie scilicet primum, non scilicet vt quidam profertur.   
 4. His qui circa Iudam a deo auxiliũ prospicitis victa pastores Arabes.   
 5. Tetra enim illorum erat multum pascualis, & Iudæi prope illam terram habitare habebant plura animalia: & sic pascua cum illis erat multum vtilis Iudæis. De Ioppe ibid.   
 \* Scaturum ergo eos.   
 6. Casphin ciuitas pontibus & muris munita, habet adiacens stagnum duorum stadiorum latitudinis. Videtur ẽ plus minus stadiis distare a Iamnia seu Iamnia, contra orientalem plagam.   
 7. Et est ita in forte tribus Iudæis.   
 8. Ciuitas hec sub eius communiõne pascualis, habet diuersa gẽtium conueniens habitauerit, nihil melius quam istius mundi potentium significatione arbitror, sub eius dominacione diuersa adierunt gentes, vt sub eorum detentione corpora liter ruerunt. Gloſa ordi. ibi.   
 \* Impletum.   
 h. Characha abas Tharacha seu Tharachi, locus qui memoratur in Tubianis Arabibus, quoniam dicitur Nabatheis, qui supra i. Mac. vocatur Nabatheis. Et Iudas, inquit, & fratres eius transierunt Iordanem, & abierunt viam trium dierum in desertum, & occurrerunt ei Nabathis: & suscepit eos pacifice, & narrauit eis omnia que acciderunt fratribus eorum in Galadulide.   
 9. Tubianus Iudæi.   
 10. Plures decem mille viros.   
 11. Ordinatus tum exercitum per cohortes, constituit eos in turmas, &c.

1106.6.e

7. Mucronibus transfugerunt.   
 i. Timotheus non ille qui supra. ca. 10. legitur occisus. Multi enim duces & milites ciuiles nominis erant. Hic autem multis precibus suam liberationem postulabat, quod multos Iudæos liberasset. Iyranus ibid.   
 8. Egrediens in Carnion, & Atergarem ingulauit viginti quinque milia corporum.   
 9. His rebus iustititer gestis, & contradiis ẽ tota regione Galadulide Iudæis, vna cum vxoribus & liberis ac facultatibus in Iudam eos trahebat. In eam tenere cum venisset ad Ephronẽ oppidum, per quod necessario transire debet, nisi retrosum teneret mallet, milit ad oppidanos rogans vt patefaceret sibi transitum: nam obstructis portis iam intraperat. Quod eã ab Ephronitis imperare nõ potest, cohortatus suos, eorum oppugnauit mœnia, & diem ac noctem ibi remoratus, cepit oppidum occisusque omnibus viribus per incensum cineres traxit exercitum. Tantis autem erat occisorum numerus vt in transeundo calcanda essent cadauera. Ioseph. Antiqu. lib. 12. cap. 12.   
 \* Subdiciam.

narum instante. Et post Pentecosten abierunt contra Gorgiam præpositum Idumæ. Exiuit autem cum peditibus tribus milibus, & equitibus quadringentis. Quibus congressis contigit paucos ruerè Iudæorum. Dositheus verò quidam de Bachinoris eques vir fortis Gorgiam tenebat: ] & cum vellet illum capere viuum eques quidam de Thracibus irruit in eum, humerumque eius amputauit, atque ita Gorgias effugit in Maresa. At illis qui cum Hefdrin erant diutius pugnantibus & fatigatis, inuocauit dominum Iudas adiutorem\* & ducem belli fieri, incipiens voce patria, & cum hymnis clamorem extollens, 10 fugam Gorgiæ militibus incussit. ] Iudas autem collecto exercitu venit in ciuitatem Odollam. Et cum septima dies superueniret, secundum consuetudinem purificati, in eodem loco sabbatum egerunt. Et sequenti die venit cum suis Iudas, vt corpora prostratorum tolleret, & cum parentibus poneret in sepulchris paternis. Inuenerunt autem sub tunicis interfectorum 11 de donariis idolorum quæ apud Iamniam fuerunt, ] à quibus lex prohibet Iudæos. 1 Omnibus ergo manifestum factum est, ob hanc causam eos corruisse. Omnes itaque benedixerunt iustum iudicium domini, qui occulta fecerat manifesta. Atque ita ad precès cõuersi, rogauerunt vt id quod factum erat delictum, obliuioni traderetur. At verò fortissimus Iudas hortabatur populum conseruare se sine peccato, sub oculis videntes quæ facta sunt pro peccatis eorum qui prostrati sunt. 12 Et facta collatione, duodecim milia drachmas argenti ] misit Ierosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, bene & religiose de resurrectione cogitans. Nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret, superfluum videretur & vanum orare pro mortuis. Et quia considerabat quòd hi qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo & salubris est cogitatio 13 pro defunctis exorare, ] vt à peccatis soluantur.

*Iudas in Antiochum Iudæam inuadentem irruens Menelaum transfugam occidit. Antiochi exercitum profligat, cum quo Antiochus inire fœdus cogitur reddens illi Prolemaidem.*  
XIII.



**A**nno centesimo quadagesimono nono cognouit Iudas Antiochum Eupatorum venire cum multitudine aduersus Iudæam, & cum eo Lyfiam procuratorem & præpositum negotiorum, 1 secum hebetem ] peditum centum decem milia, & equitum quinque milia\* & elephantes vigintiduos, currus cum falcibus trecentos. Commiscuit autem se illis & Menelaus, & cum multa fallacia deprecabatur Antiochum, non pro patriæ salute, sed sperans se constitui in principatum. Sed Rex regum suscitauit animos Antiochi in peccatorem, & superrente Lyfia hunc esse causam omnium malorum, iussit vt eis est consuetudo apprehensum in eodem loco necari. Erat autem in eodem loco turris quinquaginta cubitorum, 2 aggestum vndique habens cineris. ] Hæc 3 prospectum habebat in præceps. Et tali lege præuaticatorem legis cõgit mori, nec terrè dari Menelaum. Et quidem satis iuste. Nam quia multa erga aram dei delicta commisit, cuius ignis & cinis erat sanctus, ipse in cineris morte damnatus est. Sed rex mente effrenatus veniebat, ne quid maiorem se patre suo Iudæis ostendatur. Quibus Iudas cognitis præcepit populo, vt die ac nocte dominum inuocarent, quo sicut semper & nunc adiuuaret eos: quippe qui lege & patria sancto que templo priuari vererentur, ac populum qui nuper paululum respirasset, ne sineret blasphemis rursus nationibus subdi. Omnibus itaque simul id facientibus, & petentibus à domino misericordiam cum fletu & ieiuniis per triduum continuum prostratis, hortatus est eos Iudas vt se præparent. Ipse verò cum senioribus cogitauit priusquam rex aduocaret exercitum ad Iudæam, & obtineret ciuitatem, exire, & domini iudicio committere exitum rei. Dans itaque 4 potestatem omnium deo mundi creatori, & hortatus suos vt fortiter dimicarent, & vsque

9. Apprehē hī, & tenens ipsum chlamyda duxit eum fortiter.

\* Apparete.

10. Aggressus inperat eos qui circa Gorgiam fugam eorum fecit.

11. Sacra eorum quæ de Iamnia idolorum.

12. Sed dū in Galaadide Iudas bellaret, & Simon in Galilea, Io sippus Zacharie filius ad Iudæ præsidium restitit, et ab initio iustus fuerat nihil extra prouinciam mouere, gloriæ tamen cupidus non parua manu ad Iamniam cum Gorgiæ regis præfecto cõstitit, amissisque duobus milibus hominū, trucidat in pacatum refugit. Sabelli vbi sup.

13. Faciēque præparationes secundum vitiorum collectionem ad argēti drachmas duo mille.

m. In Machabæorum libris legimus oblati pro mortuis sacrificium. Sed & si nusquam in scripturis veteribus omnino legitur, nō parua est vniuersæ ecclesie, quæ in hac cõsuetudine claret autoritas, vbi in precibus sacerdotis, quæ dño deo ad eius altare funduntur, locum suū habet etiam cõmemoratio mortuorum. Augusti. de cura pro mortuis gerenda, cap. 2.

13. Vnde pro defunctis propitiacionem fecit.

a. Sciendum q̄ iste belli apparatus & cõflictus diffusus ponitur i. lib. ca. 6. tamen hic aliqua ponuntur quæ videntur dictis ibidem distinare. Primum quod dicitur hic 10000. peditum, & equitum, 5000, & elephantes. 22. Ibi verò 100000. peditum tãtū 20000. equitum, & 32. elephantes. Potest dici q̄ erant tantum 100000. peditum, quibus fuerūt decem milia: sed erant 5000. equitū, quibus accesserūt 15000. quorum electi numerantur, ceteri racentur. de elephanis pariter dici potest quòd erant 22. ceteris fortiores, qui soli hi numerantur. Lyra ibid.

b. Iudas exercitū primò orationibus parat deuotus, quibus magis quàm armis confidebat. Scitò exhortatione ad populū, exinde ieiunio & afflictione, & tandem armis. Lyranus ibid.

c. Igitur ieiunium mirare, pronique m̄ s̄ibus suscipere, quoniam quidem & in camino fert opes, atque in leonū custodit laena, de monteque fugat, & dei reuocat sententiam, vitiorumque futuram supprimit & ad ipsam reducit libertatē, plus inque in nostris cogitationibus quietē insinuat. Magis autem si rem diligentius volueris fructi, & sanitatis bonæque habitudinis partem inuenies. Atque si meīs ipse sermonibus detogas fidem, de his filios medicorum percunstate, ipsique eadem tibi manifestius explicabunt, qui ab infanti matrem sanitatis appellat. Pedum verò dolores, & grauedinem capitis, vomitum, apostema, & hydropisim, & phlegmata milleque morborum aliorū tormentas à delicatis cibis erapulsque prouenire dicunt: quasi à pessimo quodam fonte prauos riuulos, & bonam corporis habitudinem, & animæ sanam intellectum non tē. Iudæos quàm depopulantes. Chrysol. De penitent. homi. 1.

4. Procuracionem.

† Deut. 7. d

A. Anni ante Christū, 162.  
Anni mundi 3800.

vsque ad mortem pro legibus, templo, ciuitate, patria, & ciuibus starent, ] circa Modim exercitum constituit. <sup>a</sup> Et dato signo suis dei victoriae, iuuenibus fortissimis electis nocte aggressus aulam regiam in castris interfecit viros <sup>b</sup> quatuordecim milia, & maximum elephantorum cum his qui superpositi fuerant. <sup>c</sup> Summoque metu ac perturbatione hostium in castra replentes, rebúsque prosperè gestis abierunt. Hoc autem factum est die illu cescente, adiuuante eum domini protectione. Sed rex accepto gustu audaciae Iudæorum, <sup>d</sup> arte difficultatem locorum ] tentabat, & Bethsuræ quod erat Iudæorum praesidium munitum, castra admovebat, sed fugabatur, impingebatur, minorabatur. His autem qui intus erant Iudas necessaria mittebat. Enuntiauit autem mysteria hostibus Rodochus quidam de Iudaico exercitu, qui requisitus comprehensus est, & conclusus. <sup>e</sup> Iterum rex sermonem habuit ad eos qui erant in Bethsuris, dextram dedit, accepit, abiit, commisit cum Iuda, superatus est. <sup>f</sup> Vt autem cognouit rebellasse Philippum Antiochiaë qui relictus erat super negotia, mente consternatus Iudæos deprecans, subditúsque eis iurat de omnibus quibus iustum visum est, <sup>g</sup> & reconciliatus obtulit sacrificium, honorauit templum, & munera posuit. <sup>h</sup> Machabæum amplexatus est, & fecit eum à Ptolemaïde vsque ad Gerrenos ducem & principem. Vt autem venit Ptolemaïdem, grauius ferebant Ptolemenses amicitiaë conventionē, indignantes ne forte fœdus irrumperent. Tunc ascendit Lysias tribunal, & <sup>i</sup> exposuit rationem, & populum sedauit ] reuerúsque est Antiochiam, & hoc modo regis perfectio & reditus processit.

<sup>a</sup> Republiet.   
 <sup>b</sup> Hic consequenter ponitur edictum ad cuius intellectum sciendum quod Iudas cum rege habuit in campo duplicem castrum, vnum circa finem noctis, de quo tacetur in primo libro, aliud de clara die & sole resurgente in clypeis aureos & æreos qui distans scribitur primo libro ca. 6. Hic autem de utroque conflictu breuiter & commixtum sit mentio, vt supra dictum est ca. 2. Igitur de primo conflictu dicitur. Et dato signo suis dei victoriae, id est, victoria à deo consequenda. Quod autem fuerit hoc signum non dicitur hic, sed videtur Iudas se quædam reuelatio facta Iudæ quæ non explicatur propter breuitatem secundam, De Lyra.   
 <sup>c</sup> Duo mille.   
 <sup>d</sup> Per compendiosa loca.   
 <sup>e</sup> Ex his patet non idem esse bellum de quo Machab. Quædam tamen hic tacetur, que illic scribuntur & contra, vt conferendo parebit. Lyra ibid.   
 <sup>f</sup> Vides etiam corda regum in manu dei esse. Manus enim non semper accipitur in bonum, pro custodia, sed & in malum, pro potestate. Sic in manu dei est cor Antiochi & Philippi, vt gladiatorio animo dissideant, requiesque populo dei relinquat. Loricatus ibid.   
 <sup>g</sup> Defendit possibiliter, per fuit, sedauit, benignos fecit.

*Nicanor à Demetrio in Iudæos missus Alcimo suggerente cum Iudæis iniit amicitiam, quam rege cogente soluens Rastiam magnanimum iussit comprehendendi.*  
XIIII.

Anni ante Christu. 162.  
Anni mundi 3800.



Ed post triennij tempus cognouit Iudas & qui cum eo erant, Demetriu Seleuci cum multitudine valida & nauibus per portum <sup>a</sup> Tripolis ascendisse ad loca opportuna, ] & tenuisse regiones <sup>b</sup> aduersus ] Antiochum & eius ducem Lysiam. Alcimus autem quidam qui <sup>c</sup> summus sacerdos fuerat, sed voluntariè coinquinatus est temporibus commixtionis, considerans nullo modo sibi esse salutem neque accessum ad altare, <sup>d</sup> venit ad regem Demetrium centesimo quinquagesimo <sup>e</sup> anno, offerens ei coronam auream & palmam, super hæc <sup>f</sup> & talos qui templi esse videbantur. ] Et ipsa quidem die siluit, tempus autem opportunum dementiae suæ nactus, conuocatus à Demetrio ad consilium, & interrogatus, quibus rebus & consiliis Iudæi niterentur, respondit: Ipsi qui dicuntur Assidei Iudæorum quibus præest Iudas Machabæus, bella nutriunt, & seditiones mouent, nec patiuntur regnum esse quietum. <sup>g</sup> Nam & ego defraudatus parentum gloria, dico autem summo sacerdotio, huc <sup>h</sup> veni: primo quidem utilitatibus regis fidem seruans, secundò autem etiam ciuibus consulens. Nam illorum prauitate vniuersum genus nostrum non minime vexatur. Sed oro his singulis ò Rex cognitis, & regioni & generi secundum humanitatem tuam promulgatam omnibus prospice. Nam quamdiu superest Iudas, impossibile est pacem esse negotiis. Talibus autem ab hoc dictis, & ceteri amici hostiliter se habentes aduersus Iudam, inflammauerunt Demetrium. Qui statim Nicanorem præpositum elephantorum ducem misit in Iudæam, <sup>i</sup> datis mandatis vt ipsum quidem Iudam <sup>j</sup> caperet viuum, eos verò qui cum illo erant, dispergeret, & constitueret Alcimum maximi templi summum sacerdotem. Tunc gentes quæ de Iudæa suggerant Iudam, <sup>k</sup> congregatim ] se Nicanori miscebant, miseras & clades Iudæorum, prosperitates rerum suarum existimantes. <sup>l</sup> Audito itaque Iudæi Nicanoris aduentu, & conuentu nationum, conspersi terra rogabant eum qui <sup>m</sup> populum suum constituit, in æternum custodiret, quique suam portionem signis euidentibus protegit. Imperante autem duce, statim inde mouerunt, conueneruntque ad castellum Dessau. Simon verò frater Iudæ commiserat cum Nicanore,

<sup>a</sup> Tripolis sita in Chironso, fræ quæntique habitata habet enim ætate hæc opifites supra 4000. qui sericum texunt. Ager adiacet vbi longitudine solum milium passuum, latitudine mille, incæparabili fecunditate. Fœc oritur ad radices Lybani, procul ab vrbe 6000. passuum, qui breui spatio auditur totam plantam Tripolitana rigat.   
 <sup>b</sup> Nauticentem.   
 <sup>c</sup> Postquam occidit.   
 <sup>d</sup> Summus fuerat sacerdos non iure, sed de facto intrusus: primo per Antiochum Epiphaneum: qui licet esset de genere Aaron, tamen non descendit ab eo per lineam sacerdotalem, vt Machab. 7. patuit. Lyra ibid.   
 <sup>e</sup> Ad nouum regem confluerunt mille Iudæorum ob impietatem profugi, & cum eis Alcimus pontifex, accebatantque totam gentem, præcipue Iudam cum fratribus, quod post interfectos omnes amicos & fautores regis, se quoque sic essent à patria, metu cogatos solum vertentes, stababantque vt ex amicitia quæpiã ed mitteret, qui cognosceret quanta per Iudam patraia fuerint. At ille iratus mittit ed Bacchidem amicum regis Antiochi Epiphani, viru strenuū, cui tum Melopotamia præfectura cecidit fuerat: & committit ipsi Alcimo, traditòque exercitu, iubet vt Iudam & eum sequentes interuocione deleret. Ioseph. Antiquit. Iudææ. lib. 12. cap. 15.   
 <sup>f</sup> Et primo.   
 <sup>g</sup> Ex legitimis ramis templi.   
 <sup>h</sup> Nunc.   
 <sup>i</sup> Dams epistolat.   
 <sup>j</sup> Occideret.   
 <sup>k</sup> Sequegratim.   
 <sup>l</sup> Populum enim suu constituit in æternum duraturu. Nam lex vetus nõ est amota per Christu sed magis perfecta. Math. 5. Nõ veni soluere legẽ, sed adimplere, nec per consequens populus est amotus, sed perfectior factus. Lyra.



## \*Prosperitatem.

e Iudas decessu hostis ferocior factus, multos præuaricatorum insidias exceptos interfecit: latèque per Iudæam euagatus, in meritam suorum cladem impiorum eade uisitatur. Cuius rei fama ad Demetrium delata, Nicanorem eum numero exercitu misit in Iudæam. Estque illi impiis mandatum, ut Iudam & qui eum in patria lege tuenda persequeretur, ad unum ferro extingueret. Nicanor prouinciam pacate ingressus, ubi Ierosolymam adequauit, pacis studium præ se ferens, regia fide suaque iurando interposita componendæ pacis prætextu Iudam ad colloquium traxit, quem dato militibus signo frustra capere conatus, ubi irritum id cõsiliu cecit, ut sui arma expediant, edicit Iudas & ipse ceteri fugam agmen repositus, hosti infensor factus prælitium ferociter iniiit. Sabell. Ennead. 4. lib. 8.

[f. Qua de causa Alcimus Iudam affrebat regni insidiatorem nõ facile videtur, sed fallit eum notans crimine astrebat & successore sibi regni destinasse, quod similiter erat fallum. Sed Machabæus fœderis violati accusari manifestè his signis. Videns secum austerius agere Nicanorem, quia dispositio cordis vix potest celari quin appareat in exterioribus signis, ut in vultu, gestu, & aspectu. De Leyr. ibid. J. g. Iudas Nicanoris insidias cognoscens, occultauit se patum per ab eo, ne subito caperetur ab ipso, & ad Demetrium duceretur. Lira. ibid.

h. At Macedone à vitis quidem in desi temperans, minatus est nisi populum Iudam sibi traderet, breui se reuersurum, & in templum ipsum seuiturum. Ita ut ad solium vsque id dicitur, atque cum his minis reliquit Ierosolymam. Jos. lib. 12. c. 17. Antiq. J.

## 7. Probasti.

i. Non fuit iste vit eligenda mortis sapient, sed ferendæ humilitatis imparis. Scripsi est quod voluerit nobiliter & viriliter mori, sed nunquid ideo sapienter? Nobiliter scilicet, ne libertatem sui generis captiuus amitteret. Viriliter autem, quæ tantæ animi vires haberet, quibus idoneus esset, ut se ipse perimeret. Magna sunt hæc, nec tamen bona. Non enim bonum est omne quod magnu est: quoniam magna sunt etiam mala. Deus dixit innocenti & iustum nõ occides. Si ergo iste innocens & iustus non fuit, cur ponitur imitandus? autem innocens & iustus fuit, quare interfector innocenti & iusti fuit? putatur ideo esse laudandus. Augu. epi. 67.

## \*Presbyteris.

8. At multitudinibus futuris turrem occupare, & aulicam ianuam aggredientibus.

\*Et portas incendere.

9. Gladium sibi supposit.

10. Propria nobilitate indigne contumeliam pati.

11. Mledium in lacu.

[k. Nos æquiescentes iudicio ecclesie, Raziam bentum prædicamus, sed non probamus eos qui sibi manus inferunt desperabundi & animi impotentes. Iniqui ergo sunt, qui se ipsos interimunt, ligibus obnoxij, ne tali bono exemplo plebentur. Ceteri desperabundi Iudam Scariothem habent caput, nullum sanctorum patrum. Loriculus ibidem.]

12. Proferens intestina sua, & æcipiens.

sed contritus est repentino aduentu aduersariorum. Nicanor tamen audiens virtutem comitum Iudæ, & animi magnitudinem quam pro patriæ certaminibus habebant sanguine iudicium facere metuebat. Quamobrem præmisit Possidonium & Theodotium, & Matthiam, ut darent dextras atque acciperent. Cùm diu de his consilium ageretur, & ipse dux ad multitudinem retulisset, omnium vna fuit sententia amicitii annuere. Itaque diem constituerunt qua secreto inter se agerent, & singulis fellæ prolata sunt & posita. Præcepit autem Iudas armatos esse locis opportunis, ne forte ab hostibus repente mali aliquid oriretur. Et congruum colloquium fecerunt. Morabatur autem Nicanor Ierosolymis, nihilque iniquè agebat, gregesque turbarum quæ congregatæ fuerant, dimisit. Habebat autem Iudam semper charum ex animo, & erat viro inclinatus. Rogauitque eum ducere vxorem, filiosque procreare. Nuptias fecit, quietè egit, communitèrque viuebant. Alcimus autem videns charitatem illorum adinuicem, & conuentiones, venit ad Demetrium & dicebat Nicanorem rebus alienis assentire, Iudamque regni insidiatorem successorem sibi destinasse. Itaque rex exasperatus & pessimis huius criminationibus irritatus, scripsit Nicanori, dicens: grauitèr quidem se ferre de amicitia conuentione, iubere tamen Machabæum citius vincitum mittere Antiochiam. Quibus cognitis Nicanor consternebatur, & grauitèr ferebat, si ea quæ conuenerant, irrita gereret, nihil læsus à vero: sed quia Regi resistere non poterat, opportunitatem obseruabat, qua præceptum perficeret. At Machabæus videns secum austerius agere Nicanorem, & consuetum occursum ferocius exhibentem, intelligens non ex bono esse austeritatem istam, paucis suorum congregatis occultauit se à Nicanore. Quod cùm ille cognouit fortiter se à viro præuentum, venit ad maximum & sanctissimum templum, & sacerdotibus solitas hostias offerentibus, iussit sibi tradi virum. Quibus cum iuramento dicentibus nescire se ubi esset, qui querebatur, extendens manum ad templum iurauit, dicens: Nisi Iudam mihi vincitum tradideritis, istud dei sanu in planitiem deducam, & altare effodiam, & templum hoc Libero patri consecrabo. Et his dictis abiit. Sacerdotes autem protendentes manus in cœlum, inuocabant deum qui semper propugnator esset gentis ipsorum, hæc dicentes: Tu domine vniuersorum qui nullius indiges, voluisti templum habitationis tuæ fieri in nobis. Et nunc sancte sanctorum omnium domine, conserua in æternum impollutam domum istam quæ nuper mundata est. Razias autem quidam de senioribus ab Ierosolymis delatus est Nicanori, vir amator ciuitatis & bene audiens, qui pro affectu pater Iudæorum appellabatur. Hic multis temporibus continentia propositum tenuit in Iudaismo, corpusque & animam tradere contentus pro perseverantia. Volens autem Nicanor manifestare odium quod habebat in Iudæos, misit milites quingentos ut eum comprehenderent. Putabat enim si illum decepisset, sese cladem Iudæis maximam illaturum. Turbis autem irruere domum eius, & ianuam dirumpere, atque ignem admouere cupientibus, cum iam comprehenderetur gladio se petiit, eligens nobiliter mori potius quàm subditus fieri peccatoribus, & contra natales suos iniuriis indignis agi. Sed cùm per festinationem non certo ictu plagam dedisset, & turbæ in ostia irrumperent, recurrens audacter ad murum, præcipitavit semetipsum viriliter in turbas, quibus velociter locum dantibus casus eius venit per mediam ceruicem. Et cùm adhuc spiraret, acensus animo surrexit, & cùm sanguis eius magno fluxu deflueret, & grauissimis vulneribus esset saucius, cursu turbam pertransiit, & stans supra quandam petram præruptam, & iam exanguis effectus, complexus intestina sua vitrisque manibus proiecit super turbas, inuocans dominatorem vitæ ac spiritus, ut hæc illi iterum redderet, atque ita vita defunctus est.

*Iudas contra Nicanoris seuitiam cum suis nocturno visu roboratur, quem cum vicisset caput eius iussit ascindi, & linguam eius propter blasphemias in deum auibus exponi.*

XV.

Nicanor

**A** Icanor autem vt comperit Iudam esse in locis Samariæ, cogitavit cum omni impetu die sabbati committere bellum. Iudæis verò qui illum per necessitatem sequebantur dicentibus, ne ita ferociter & barbarè feceris, sed honorem tribue diei sanctificationis, & honora eum qui vniuersa cõspicit. At ille infelix interrogauit, si est potens in cœlo qui imperauit agi diem sabbatorum? & respondentibus illis: est dominus viuus ipse in cœlo potens qui iussit agi septimam diem. At ille ait: Et ego potens sum super terram, qui impero sumi arma, & negotia regis impleri. Tamen non obtinuit, vt consilium perficeret. Et Nicanor quidem cum summa superbia erectus, cogitauerat commune trophæum statuere de Iuda. Machabæus autem semper confidebat cum omni spe auxilium sibi à domino affuturum, & hortabatur suos ne formidarent ad aduentum nationum, sed in mente haberent adiutoria sibi facta de cœlo, & nunc sperarent ab omnipotente sibi affuturam victoriam. Et allocutus eos de lege & Prophetis, admonens etiam certamina quæ fecerant prius, promptiores constituit eos. Et ita animis eorum erectis, simul ostendebat gentium fallaciam & iuramentorum præuaricationem. Singulos autem illorum armavit non clypei & hastæ munitione, sed sermonibus optimis & exhortationibus, exposito digno fide somnio, per quod vniuersos lætificauit. Erat autem huiusmodi visus: Oniam qui fuerat summus sacerdos, virum bonum & benignum, verendum visu, modestum moribus, & eloquio decòrum, & qui à puero in virtutibus exercitatus sit, manus protendentem, orare pro omni populo Iudæorum. Post hoc apparuisse & alium virum ætate & gloria mirabilem, & magni decòris habitudinem circa illum. Respondentem verò Oniam dixisse: Hic est fratrum amator & populi Israel: hic est qui multum orat pro populo & vniuersa sancta ciuitate Ieremias Propheta dei. Extendisse autem Ieremiam dextram, & dedisse Iudæ gladium aureum, dicentem: Accipe sanctum gladium munus à deo, in quo deiicies aduersarios populi mei Israel. Exhortati itaque Iudæ sermonibus bonis valde, de quibus extolli posset impetus, & animi iuuenum confortari, statuerunt dimicare & conligere fortiter, vt virtus de negotiis iudicaret: eo quòd ciuitas sancta & templum periclitarentur. Erat enim pro vxoribus & filiis, itèmq; pro fratribus & cognatis minor sollicitudo, maximus verò & primus pro sanctitate timor erat templi: sed & eos qui in ciuitate erant, non minima sollicitudo habebat pro his qui congressuri erant. Et cum iam omnes sperarent iudicium futurum, hostesque adessent atque exercitus erat ordinatus, bestiarum equitèsq; opportuno in loco compositi, considerans Machabæus aduentum multitudinis, & apparatus varium armorum, ac ferocitatem bestiarum, extendens manus in cœlum, prodigia facientem dominum inuocauit, qui non secundum armorum potentiam, sed prout ipsi placet dat dignis victoriam. Dixit autem inuocans hoc modo: † Tu domine qui misisti angelum tuum sub Ezechia rege Iudæ, & interfecisti de castris Sennacherib centum octogintaquinque milia, & nunc dominator cœlorum mitte angelum tuum bonum ante nos in timore & tremore magnitudinis brachij tui: vt metuant qui cum blasphemia veniunt aduersus sanctum populum tuum. Et hic quidem ita perorauit. Nicanor autem & qui cum ipso erant, cum tubis & canticis admouebant. Iudas verò & qui cum eo erant: inuocato deo per orationes congressi sunt, manu quidem pugnantes, sed & dominum cordibus orantes, prostrauerunt non minus trigintaquinque milia, præsentia dei magnificè delectati. Cùmque cessassent, & cum gaudio redirent, cognouerunt Nicanorem ruisse cum armis suis. Facto itaque clamore & perturbatione suscitata, patria voce omnipotentem dominum benedicebant. Præcepit autem Iudas qui per omnia corpore & animo mori pro ciuibus paratus erat, caput Nicanoris, & manum cum humero abscissam Ierosolymam perferri. Quòd cum peruenisset, conuocatis contribulibus & sacerdotibus ad altare accersit & eos qui in arce erant. Et ostenso capite Nicanoris & manu nefaria] quam extenderat contra domum sanctam omnipotentis dei, magnificè gloriatus est. Linguam etiam impij Nicanoris

a. Nicanor secleratissimus cum persequeretur Iudæ post factum cum eo initum & postea factum, cõpente eò esse in locis Samariæ: & disposito bellum committere eò eò die sabbati. Iudæi verò qui sequebantur Nicanorem per necessitatem dixerunt ei, vt honorem dare diei sanctificationis, & deo qui vniuersa cõspicit. At ille quæsiuit ab eis, si potens est cœlo qui imperauit eis diem sabbatorum? Et dixerunt: Est deus vnus in cœlo potens, qui iussit agi diem septimum. At ille ait: Et ego potens sum super terram qui impero sumi arma, & negotia regis impleri. Comesto. 2. Macha. cap. 1.

2. Sceleratissimus. b. hic autem ponitur apparatus ex parte Iudæ, & primò per bonam exhortationem. Secundo, per deuotam orationem. Ipse enim consilicab cum omni spe, scilicet victoriam affuturam, non virtute humana, sed potius diuina, vnde subditur: Et hortabatur suos, ne formidarent, allegans quod maius auxilium haberent scilicet diuinum. De Lyra ibi. c. Si quis autem quæserit virtutem hæc visio ad mysterium aliqd referri possit hoc (ni fallor) in ea sententia potest quod Onias sacerdos sacerdotalem significaret ordinem, & Ieremias propheta, qui interpretatur excelsus dominus, ipsum dominum & caput exprimit prophetarum. De quo Moyses dicit: Prophetam suscitabit vobis dominus de fratribus vestris, ipsum tanquam me audietis. Glor. ord. lib. j.

d. Sancti itaque in cœlis pro viuis orant, vnde Nazianze. de fide filio: Et nunc in cœlis legitur ibique pro nobis, vt credo, sacrificia offert, ac pro populo orat. Iacet enim nos reliquit, non tamen omnino reliquit. Gregor. Nazian. ora. 3. in funere Basil. in fine.

e. Videbatur enim Iudæ quod Ieremias traderet sibi gladium, promittens qd aduersarios deum cecet per ipsum. Expet illum visionem. Intelligit Iudas affuturam sibi victoriam. Et sic exposit bellatoribus suis. Exposito digna fide somnio, i. reuelatione diuina in somnis facta secutus arma sumit. Quod cæcetur 1. Macha. 7. vbi describitur hoc bellum. I. ya. ibid. \* Et cum daret. 3. Et potestibus ad virtutem incitare, & animos iuuenum viriles facere, & non casta metati statuerunt, sed. \* Atque equitatu per conuata dispositio.

4. Perterreatur. f. Nicanor egressus Ierosolymam castris locum operauit apud vicum Bethoron: vbi se cum eo conuinxit alia manus recens tunc à Syria veniens. Iudas quoque castra posuit ad alium vicum nomine Adaf, triginta modo stadiis distantem ab hostibus, habens circa se non plus mille militum. Hoc cohortans ne terreatur hostium multitudine, neque cogitent cum quam multis decernerent: sed quales ipsi & pro quibus præmissis contederent, iussit forti animo hostes aggredi, & pugnam capessere. Itaque edito acri certamine multi ceciderunt ex hostibus, & inter cæteros Nicanor & Iudas. Ieremias perfundus officiorum inueniente ne cætera quidem scies subsistit amplius: sed amissio luce verterunt terga, arma iacentes, quo expeditius fugerent. Ioseph. Iudai. lib. 12. cap. 17. \* A necessitate. \* Acertis beneuolentiam erga contribuliles conseruans. 5. Blasphemi.

† 4. Reg. 15. g. Tob. 1. d. Eccl. 4. 8. d. Isa. 37. f. Anni ante Christu. 160. Anni mundi 3802.

Ig. Narrat liber Esther quod Aman Agite suadente, rex Assuerus iussit omnes Iudæos in regno suo interfici: & ad hanc necem consciendam decreta sunt dies 13. mensis 12. qui vocatur Adar, bonæque eorum dicitur. Sed domini metu eadem sententia conuersa est in percuttores eorum. Glosa ordina. ibid.]  
6. Exiliter & modicè.  
7. Solum.

**Colliges itaque**  
ex Bibliis Hebræis & Latinis veteris testamenti annos, ex Pentateuco scilicet 2492. & inde ad templi constructionem 440. ad eius verò destructionem 415. & hinc ad urbis reparationem, 225. & totidem biblia nostra tenent, unde ad Christum 490. ex aliis chronographis & Machabæorum historia iuxta 79. Daniellis hebdomades restant, qui in summam 3962. ascendunt.

precisam iussit particulatim aibus dari, manum autem dementis contra templum suspendi. Omnes igitur cæli benedixerunt dominum, dicentes: Benedictus qui locum suum incontaminatum seruauit. Suspendit autem Nicanoris caput in summa arce, vt cuidens esset & manifestum signum auxilij dei. Itaque omnes communi consilio decreuerunt nullo modo diem istum absque celebritate præterire, habere autem celebritatem tertiadecima die mensis Adar, quæ dicitur voce Syriaca, pridie Mardochæi die. Igitur his erga Nicanorem gestis, & ex illis temporibus ab Hebræis ciuitate possessa, ego quoque in his faciam finem sermonis. Et si quidem bene & vti historiae competit, hoc & ipse velim: si autem minus dignè, concedendum est mihi. Sicut enim vinum semper bibere, aut semper aquam, contrarium est, alternis autem vti delectabile: ita legentibus si semper exactus sit sermo, non erit gratus: hic ergo erit consummatus.

VETERIS TESTAMENTI  
finis.

## Liber tertius Machabæorum.

## CAPVT PRIMVM.

Dan. 11, b.

Exod. 10, b.  
Leuit. 16, g.  
Heb. 9, a.

1. Mach. 3, c.

**M** Philopator è reuersis intellexisset erepta sibi esse ab Antiocho loca quæ tenebat, excitis omnibus copiis tam pedestribus suis quam equestribus, assumptaq; secum Arsione sorore, excurrit ad vicinas vsque Raphiæ regiones, vbi castra habebant copiarum Antiochi. Theodotus autem quidam rem insidiis peragere cogitans, cum assumpsisset è commissis sibi à Ptolemæo armatis validissimos, contulit se ad tabernaculum Ptolemæi noctu, vt eum interficeret incautum, eoque pacto finem bello imponeret. Ad Dositheus filius Drymili dictus, natione Iudæus, postea verò facta à lege transitione, à patriis sanctionibus abalienatus, cum hunc subduxisset, ignobilem quendam supposuit in tabernaculo, quem pro illo multari contigit. Porro commisso acri prælio, cum fortius pugnaretur ab Antiocho, Arsinoe sedulo copias obambulans, capillis solutis cum lachrymis orabat miserabiliter, ferrent opem audacter sibi, liberis & vxoribus, binas victoribus auri minas daturam singulis pollicens. Ita hostes pugna confici, multosque capi contigit. Tum superatis insidiis vicinas obeundo ciuitates, sermone putauit confirmandas: quod vbi fecit, delubraque impertiuuit donariis, animos subiectorum erexit. Cum autem Iudæi misissent è senatu senes ad Philopatorem, qui saluarent eum, ferentes munera, deque rebus gestis ei gratularentur, accidit vt eum cupiditas maior caperet se quamprimùm ad eos conferendi. Venit itaque Hierosolymam, maximoque Deo sacrificauit: & gratulatione facta, quæ fas erat loco præstitit. Deinde in locum ingressus præ elaborato industria ornatu obstupuit, & concinnam templi structuram miratus: in adytum quoque intrare cupidè cogitabat. Illis autem negantibus hoc esse fas, quod ne indigenis quidem liceret ingredi, adeoque nec sacerdotibus, præterquam vni primo omnium pontifici, idque semel in anno tantum: nihil tamen permoueri se patiebatur. Cumque lex ei recitaretur, non cessabat porro inferre se, ingredi oportere se dictitans. Quod si negatus esset illis hic honos, at sibi non item esse oportere: rogabatque quare tandem se in quacunque delubra ingredientem nemo præsentium prohibuisset. Cumque improuidè quidam respondisset, male hoc ipsum fuisse factum: at factu, aiebat, hoc, quam de causa tandem minus velint nolint esset ingressurus. Itaque sacerdotibus cum omni vestitu se prosternentibus, & maximum Deum orantibus, vt subueniret vrgenti necessitati, & vim mala molientis auerteret, templumque clamore & comploratione replentibus, qui reliqui in vrbe erant perturbati, & quid accidisset ignari exilierunt. Conclusæ quoque thalamis virgines cum puerperis procurrere, capitibus puluere, cinerisque conspersis, & vicos implere luctu lamentisque. Quæ verò vexilla modo ad obuiam itionem adornata concinnarant, condecens se pudoris oblitæ perturbato cursu ferebantur per urbem, infantibusque liberis relictis, matres simul & nutrices alio atque aliò hæ per domos, per vicicos alia licenter concurrebant in summum templum: variaque erat collectorum in hoc comprecatio, aduersus ea quæ ille nefariè moliebatur. Ad hæc commoti audacia ciues non patiebantur eum prorsus irrumpere, propositum suum exequi conantem: sed ad arma capessenda, & ad mortem audacter pro lege patria oppetendam conclamantes magnam excitarunt eo loci exasperationem: sed tamen demoti à sacerdotibus ac senioribus, ad pristinum orationis locum rediere. Atque vulgus quidè interim, vt cœperat, intentum precibus erat: senes verò regem circumstantes, multifariam tentabant superbium eius animum à concepto consilio dimouere. At ille peruicaciter contemptis omnibus, nihilominus ingressum moliebatur, quod semel dixisset se putans perfecturum. Quod etiam ij qui ab eo stabant cernentes, conuersi ad eum, penes quem omnis potestas est, vnà cū nostris inuocabat eum, vt opem ferret rebus præsentibus, nec facinus nefarium ac superbium dissimularet: adeoque præ crebris & anxia turba collectis vocibus

¶ 1. vcl. contendit.

¶ 2. πέντες. vcl. κάμας.

¶ 3. αὐτομαρτυροῦντες.

¶ 4. παρατινόμενος δὲ.

¶ 5. ὅτι ἐξέστη τῷ τόπῳ.

¶ 6. ἐν τῷ παρατινόμενῳ. non est in emendationibus.

¶ 7. ἡδὴ.

¶ 8. ἰσχυρῶς.

¶ 9. ἀποτίσθαι. C. emendatiores παρατινόμενος.

¶ 10. ἄλλως ἢ ἄλλως.

¶ 11. ἰσχυρῶς. vcl. ἰσχυρῶς.

clamor quidam erat incomparabilis. Videbantur enim non solum homines, sed parietes quoque cum toto pavimento personare, utpote omnibus mortem tum preoptantibus potius, quam illius loci profanationem.

CAP. II.

¶ 1. Pro hac tota periodo usque ad precatorem, quædam exemplaria tantum habent, & εἶπον ὁμοθυμαδόν.



Imon quidem certe summus pontifex genibus ex aduersum adyto flexis, apte que protentis manibus huiusmodi præcationem fecit, Domine domine rex cælorum, & dominator rerū creatarū omnium, in sanctis sanctissime, monarcha omnipotens, respice nos, qui ab impio & impuro, audacia & potentia superbo opprimimur. Tu enim es qui creasti omnia, iustus princeps, qui cuncta obtines, tu iudex es violenter & superbè agētium, tu priscos iniustitię operatos, inter quos & robore audacięque freti gigantes erant, inducto immenso diluio deleuisti: tu superbię deditos Sodomitas, flagitiisque nobilitatos exemplum posteris statuens igni & sulphure concremauisti. tu cõtumaci Pharaoni, qui seruitute premebat sanctum populū tuum Israeliticū, ostendisti potentiam tuam variis multisque (quibus potentia ingens tua inclaruit,) supplicis exercito: & cum curribus multaque turba tuos persequentē profundo mari demersisti: te verò rerum omnium principe fretos traduxisti saluos, qui hæc omnia manu tuagesta agnoscentes, te omnipotentē laudauerunt. Tu rex conditor infinitæ & immensæ terræ, elegisti urbem hanc, & locum hunc ad celebritatem tibi, quãuis nullius omnium indigo, consecrasti, visoque illustrasti magnifico, cõmendatione ipsi ad gloriã magni & augusti nominis tui conciliata. Amore quoque domus Israeliticæ pollicitus es, vbi quid a nobis deliratū esset, quãobrem nos circūuenissent angustię, quas locū hūc ingressi deprecaremur, te preces nostras exauditurū. Fidelis autē es utique & verax. Quoniã verò oppressis maioribus nostris sæpe opē tulisti in afflictione, magnisque eos liberaisti periculis, & nūc etiã ecce rex sancte, nos propter multa magnaque peccata nostra premimur, hostibusque nostris subiecti viriū inopia deficimus in calamitate nostra: iste autē contumax & impurus meditatur temerare sanctū, nominique glorioso tuo dedicatū in terra locū, (alioqui enim domiciliū tuū cælū cælōrum est, locus hominibus inaccessus,) quoniam inquã gloriã tuã populo tuo, cõsecrando locū, hunc beneuolē impertiuisti: ne imputes nobis impuritatem istorū, aut castiges nos ob profanationē, vt ne gloriētur animis nefarij, neque iactantia linguę suę elati dicant, se ædem religiosam pessundidisse, sicut inuisa tibi delubra cõculcatur. Dele peccata nostra, delictaque discute, & hoc tempore misericordiam tuã ostende. Fac quã primū nobis obtingat miseratio tua, & ora collapsorum, atque fractorū animis, imbue laudibus pacē nobis cõficiendo. Ibi tum ille inspector omnium, & inter omnia sancta sanctissimus Deus, legitima cõprecatone exaudita, illū violētia magnaque cõtumacia elatū hinc atque illinc percellēs, vt arundinē ventus, ita flagellauit, vt iã humi iaceret inutilis, mēbrisque solutus, & iusto supplicio implicatus, vocē mittere non posset. Quocirca amici eius & stipatores corporis subitã & repentinã, qua oppressus esset, castigationem conspicati, metuentes ne cum vita quoque deficeret, ingenti protinus pauore perculsi eū extraxere. Postea verò cū se recollegisset, quamuis castigatus, nulla tamen pœnitētia ductus est, sed discessit minitās atrociam. Vt igitur peruenit in Ægyptū, tã suis flagitiorū incremētis, quã opera supradictorū adiutorū ca sociorū, qui ab omni iustitia recesserāt, nō solū se innumeris effudit libidinibus, sed eò quoque euasit temeritatis, vt maledicta passim sereret, multique amicorū, spectata regis sentētia, ipsi quoque voluntatē eius sequeretur. Cūque decreuisset rex gentē Iudaicã notare publicã ignominia, in colūna, quã imposita ad regiã turri crexerat, literis curauit insculpendū, Ne quis sacrificare nolēs, ingrederetur in tēpla Ægyptiorū, utque Iudæi omnes cēsu habito, ad seruile sortē redigeretur: cui rei si qui cõtradixissent, vi abrepti tollerentur è vita: sin qui nomina in censu fuissent professi, eorū corporibus pro stigmate insigne Bacchi foliū hederaceū inureretur. Atque hos quidem in iam dictã sanctionē segregauit. Cæterū ne omnibus inensus esse videretur, subscripsit, quod si qui inter eos qui solennibus sacris initiarētur, versari maluissent, vt pari cum Alexandrinis ciuibus iure vterentur. Quidã igitur in ciuitatibus gradus vrbane religionis exosi facillè seipos dedere, quasi magnam consecuturi essent ex futura cum rege cõmunicatione gloriã: plarique

Gen. 7. d.  
Gen. 19. e.  
Exo. 7. 8. 9.  
10. 11.  
Exo. 14.  
5. a. b. c. d.  
Exod. 14.  
Exod. 15. a.

¶ 4. ἀνορθό, non ἐάνρθό.

¶ 2. κενύθη σωματι.

¶ 3. ἐνταῦθα ὁ πάγον ἐπὶ πῆλι θείης, ἕξ ἀπὸ πᾶσι.

Supra. 2. a.

¶ 4. i. voluit nomina professos iam dicta sanctione uti, vt serui essent, & non inuoluerentur.  
ὅς ἕξ κατεχορισεν εἰς τὴν προνομισμα μὴν ἐνθεσίαν.  
Al. ἕξ κατεχορισται εἰς τὴν προνομισμα μὴν ἐνθεσίαν.  
¶ 5. ἐπὶ πᾶσι. al. ἐπὶ πόλεως.  
¶ 6. religione regis.

Judic. passim.





¶ 9. αὐθιγέρον τους ἕσση-  
 μαινο μέρους, al. αὐθαρί τὸς  
 ἕσση μαινοίς.  
 ¶ 10. σκυλιδόν.  
 ¶ 11. τὸν ἄνδρα ὄμιον.

hostes, mandandum putauimus, vt simul atque primùm hæc reddita fuerit epistola, eodem illo die qui indicati fuerint, vnà cum vxoribus & liberis, cum violentis vexationibus, ferreis vndique vinculis cōstricti mittantur ad nos, ad ineuitabilem calamitatem, & ad infamem cædem, hostibûsque congruentem. Nam simul atque in hos fuerit animaduersum, putamus fore vt in posterum res nostræ stabili & optimo loco, ac statu constituantur. Quod si quis Iudæum quempiam à natu maximo ad minimum, etiam ad lactentes vsque, tutatus fuerit, is cum omni familia cœdissimis tormentis excruciabatur: qui verò nomen cuiuspiam deferre voluerit, is præterquàm quòd consequetur bona damnati, & de regia pecunia drachmarum argenti duo millia, libertatis quoque corona donabitur. Omnis autem locus in quo deprehensus omnino fuerit Iudæus receptatus, is desolatus igni tradatur, omni que mortalium generi per omnia reddatur, ad perpetuum tempus inutilis. Atque eius quidem epistolæ ita scriptum erat exemplar.

CAP. IIII.



Uocunq;ue autem edictum hoc perlatum fuisset, publicum agitabatur à gentibus cum iubilis & gaudio conuiuium: vt pote indurato iam olim in animis eorum odio per licentiam tum se proferente. Iudæi autem in 'acerbissimo' luctu erant, perquam lamentabiles comploratione voces edentes, gemitibus vndique estuante corde eorum, inexpectatum, repentinâque sententia irrogatum sibi interitum desentium. Quæ præfectura, aut vrbs, aut quis omnino locus habitatus, quæ viæ placentu eorum, luctibusque non fuerunt impletæ? Adeo enim vna omnium acerbâ & immiti vrbanoꝝ præfectoꝝ sententia ablegabantur, vt propter inuisitata supplicia, quidam etiam hostium, communem miseriam ponentes sibi oculos, & animo suo incertam vitæ commutationem representantes, desierent miserrimam eorum ablegationem. Ducebatur enim senum multitudo canis opertorum, & præ senectute curuorum pedum tarditate, propter concitatam cum violentis sine pudore minis increpatione, ad celeritatem itineris abutentium. Quæ autem nuper ad coniugalem vitæ societatem thalamum intrauerant puellæ, luctus percipiebant pro iucunditate: & delibuta vnguētis coma, iam conspersa puluere, reiectæ ducebantur, lamentationem pro hymeneis vnâ ordientes: vt quæ vexationibus alienigenarum lacera, vinctæque publicè vsque ad nauis ingressum vi traherentur. Harum quoque coniuges, ceruicibus laqueis coronarum loco reuinctis, in vigente ac iuuenili ætate, pro conuiuio atque otio iuuentutis, reliquos nuptiarum dies in luctibus trahebant, ante pedes iam excubantem Orcum videntes. Auehebantur autem ferarum instar, ferreorum vinculoꝝ vi tracti, alij iugis nauium affixi ceruicibus, alij pedibus cōstricti pedicis indissolubilibus, densa quoque supernè tabula incumbente, qua oculis vndique obtenebratis, insidiatorum more tractarentur, per omnem nauigationem. Hos ita addictum nauigium perductos, rex nauigatione iuxta mandatum ipsius confecta, iussit eos collocari in tentoriis, in eo quod est ante urbem patens in immensum hippodromi spatio ad exemplum supplicij omnibus in urbem se conferentibus, eadēque se in agros peregre efferentibus, quàm opportunissimo, neque copiarum suarum communicatione eos, neque omnino murorum ambitu dignatus. Hoc vbi factum est, cum audisset ex vrbe clam congenere quosdam egressos, crebrius ignominiosam fratrum miseriam deplorare, iratus iussit eos quoque, eodem quo illos modo, cautè tractari, supplicio illorum nulla ex parte diminuto, atque adeo totum genus describi nominatim. Non enim iam se illos promulgata paulo ante laboriosa operum seruitute, sed exquisitis tormentis excruciatos, ad extremum vna die confecturum. Celebrata est itaque descriptio horum acerbò cum studio, affessioneque ab ortu solis ad occasum vsque continenti, quadragesimo die nondum ad finem perducta. Interim rex magno ac continuo gaudio plenus, conuiuia ad omnia simulachra celebrabat, deuia procul à veritate mente, orèque nefario laudans muta, & sermonis opisque vacua, in maximum autem Deum quæ minime fas est, effutiens. Porro post supradictum temporis spatium, cum scribæ ad regem renuntiaissent, se descriptioni Iudæoꝝ non sufficere amplius, propter immensam eorum multitudinem, vt quorum plurimi adhuc essent

¶ 1. ἀνήμερος, al. ἀληκίος.

¶ 2. μετὸ πικρὰς καὶ ἀγῶνι  
 κτου.  
 ¶ 3. ἐξ ἀλλοίς.

¶ 4. ἡγετο. al. ἡγετο.  
 ¶ 5. ἀπειθε. al. ἀπιστος.

¶ 6. ἀπλετο.

¶ 7. Vel, confortio.

¶ 8. ἀποδουλομένω. al.  
 ἀποδουλωμένω.  
 ¶ 9. Vel certis.

essent per regionem, alij domesticatim adhuc, alij certis locis congregati, adeo ut res esset omnibus per Ægyptum prefectis impossibilis: rex eis durius minatus est, quasi donis ad effugium illis molendum corruptis. Accidit tamen, ut res ei planè persuaderetur, cū argumentis euidentibus confirmaret, & chartam iam sibi, & calamos, quibus uteretur, defecisse. hoc autem erat efficax opus inuictæ eius, qui opem de cælo ferebat Iudæis, prouidentia.

## C A P. V.



**M** accersito Hermone prefecto curæ elephatorum, ita graui & indignatione per omnia implacabili plenus, † iussit ut proxima die thus largis manipulis cum vino mero plurimo, potui daretur elephantis omnibus numero quingentis, ut potu affatim præbito efferati, ad mortē Iudæis offerendam introducerentur. Atq; ille quidem cum hæc iussisset, conuocatis amicorum & exercitus sui præcipuis, hostiliter in Iudæos animatis, cōuertit se ad cōuiuium. Magister autē elephantorum Hermō iussā scitè exequēbatur: horūque ministri sub vesperam egressi manus obligabant miserorum, reliquaque circa ipsos cauenda accurabant, putantes sub crepusculum gentē vno esse exitio interituram. At qui omni defensione destituti videbantur esse gentibus Iudæi, propter vndique constringentem eos vinculorum necessitatem, Dominum omnipotentem, & omni potestate superiorem misericordem Deum suum & patrem, continenti voce omnes inuocabāt cū lachrymis, orantes ut impiū cōtra se consiliū auerteret, & magnifico interuētū ex instāti ante pedes fato eriperet. Atq; horū quidem assidua in cælū ferebatur supplicatio. Hermō autē, qui fauos elephātos iā repleat potu vini largē præbito, thurēq; saturauerat, mane aderat ad regiā, ut rē regi nūtiaret. At illud ab æuo condito pulchrum nocte ac die opificium, quæ immittitur ab eo, qui largitur omnibus quibuscūque voluerit ipse, pars somni ad regem missa est, quo ni Domini perquam suauis ac profundo detineretur, nefariōque proposito multū deceptus, implacabili sententia magnopere frustraretur. Iudæi ergo cū præfinitum tempus superauissent, laudabant sanctum Deum suum, & placabilem orabant denuo, ut potentiam validissimæ manus suæ gentibus superbis ostenderet. Media verò iā fermè hora decima, vocator frequentes adesse inuitatos videns accedit, regem exitat, vixque expergefācto, conuiuii tempus iam cedere nuntiat, † de his verba faciens: quibus rex admonitus, cum se in locum illū contulisset, iussit eos, qui ad conuiuiū venerant, ex aduerso sibi discumbere: quod cū illi fecissent, hortatus est ut epulis indulgentes præsens conuiuij tempus impenitē cohonestando hilaritati darent. Porro cū res sermonibus extraheretur diutius, rex accersitū <sup>c</sup> Hermonem acerbè minacitèrque interrogauit, quānam de causa Iudæi permisi essent ea adhuc die viuere superstites. Illo autem declarante se ea nocte iussā executum fuisse, amicisque eius idē testantibus crudelitate quā Phalaris atrociori præditus, Hodierno somno gratiā habeant, inquit, illi: cæterum tu citra cunctationem, elephantos in diē crastinum eodem modo præpara, ad nefariorum Iudæorum exitium. Hoc regis imperium cū lati qui aderant, omnes collaudassent, domum quisque suam diceffere: vbi tempus noctis non tam somno impenderunt, quā ad omnigenas miseris, ut putabantur, excogitadas illusiones. Ut ergo primū gallus mane cecinit, Hermon armatas in ampla porticu mouere belluas, totaque vrbe ad miserimum spectaculum confluere multitudo cupidè expectans diluculum. At Iudæi continuo illo tempore, † trahentes animam, lachrymosis precibus cum canticis flebilibus, manus in cælum tendendo, Deum maximum orabāt ut rursus eis atq; breui succurreret. Nondū autem diffusis solis radiis, cū rex amicos exciperet, Hermon stans vocabat ad exitum, significans paratam esse regis voluntatem: quod cū ille audisset, nefario illo exitu stupefactus, ut quem omniū cepisset obliuio, sciscitabatur quidnam esset cur hoc ab ipso tanto studio ageretur. † Cæterum efficax erat hoc opus Dei dominatoris omnium, qui menti eius obliuionem eorum quæ cogitarat antea, immiserat. Cū verò diceret Hermon, & omnes amici, Belluæ & exercitus, ô rex, secundum vehementem tuam voluntatem parati sunt:

Ll iij

1. Mach. 6. d  
Ioseph. con  
tra Appio.  
lib. 2. ab  
initio.

¶ 1. ἀμεταβίτου.

¶ 2. τὸν μετὰ τὴν ἡμέραν.

¶ 3. τὸν ἐξ.

¶ 4. ἀποτῶ.

¶ 5. ἡμετέρας.

¶ 6. ἡ ἐξουσία.

¶ 7. Vel stantes suspicis.

Deut. 28. c.

ille ob hæc dicta repletus ira graui, quod diuina prouidentia memoriam omnē horum amisisset, aspectu rigido ac minitabundus, dixit, Quotcunque parentes adfunt, aut prognati liberis, qui largum hoc sæuis belluis pabulum parauerunt, vicem sustineant infontium Iudæorum, qui suam erga me & maiores meos integram ac stabilem fidem eximiè declarauerunt: tametsi nemo ob fauorem sociæ educationis & officij vita pro his<sup>8</sup> est priuatus. Ita Hermon inopinatas simul ac periculosas minas pertulit, & aspectu vultuque inhorruit: amici verò sigillatim dilapsi tristes, eos qui conuenerant dimisere ad priuata sua quemque negotia. Iudæi autem iis quæ rex dixisset intellectis, laudabant celebratissimum Dominum Deum regem regum, à quo hanc opem fuissent consecuti. Porro cùm rex eadem consuetudine conuiuium rursus instituisset, vt hilaritati se dederent hortatus, accersito Hermone minitabundus, Quoties ibi videtur, inquit, idem præcipiendum miserrime? vel nunc tandem para elephantos in crastinum diem ad perimendum Iudæos. Tum qui vnà accumbebant cognati inconstantem mirati mentem eius, hæc prolocuti sunt. Quandiu, ô rex, quasi amentes nos pertentas, qui tertio iam præcipias deleri illos, rursusque in re gerunda mutatus, quæ constitueris irrita facias? Ciuitas certe hac de causâ suspensa tumultuatur, plenâque iam coitionibus, secessionis crebro minatur periculum. Quapropter alter per omnia Phalaris rex plenus amentia, factis in se ad Iudæorum conseruationem mutationibus animi pro nihilo habitis, <sup>9</sup> impotentissimo iureiurando firmiter asseueravit, se hos abiecta omni cunctatione, genibus & pedibus belluarum fœdatos, Orco demissurum: deinde expeditione suscepta in Iudæam, igni ferroque breui vastaturum illam, & ibi<sup>†</sup> inaccessum sibi Iudæorum sacrarium, deiectum igni traditurum quamprimum illis qui hostias illic perpetuò immolarent. Tum læti amici, ac cognati, vt digressi sunt, exercitui opportunissima quæque loca vrbs designauerunt fideliter ad custodiam. Præfectus autem elephantorum belluas ad insanam fermè, vt ita dicam, affectionem perduxit potibus odoratissimis, vinoque thure temperato, terribilique apparatu adornauit. Iamque circa auroram vrbe secundum hippodromum repleta innumera multitudine, regiam ingressus, regem ad rem propositam excitauit. Tum ille impio animo, iraque graui pleno, tota vi cum belluis se protulit, immiti animo, pupillisque oculorum ærumnosum ac miserum supradictorum exitium spectare cupiens. Vt autem Iudæi circa portam egredientium elephantorum, sequentisque armati exercitus, & pedum turbæ puluerem viderunt, horrifonumque tumultum audierunt, vltimum sibi vitæ momentum illud, finemque miserrimæ expectationis esse existimantes, ad commiserationem sui luctumque conuersi, osculabantur se inuicem amplexi, & coniciebant se in colla cognatis, patres filiis, & matres filiabus, & aliæ nuper natos infantes lac vltimum tracturos adhibebant vberibus. Rursus autem eorum quæ antea sibi lata fuissent de cælo auxiliorum memores, pronos vnanimiter se prosternentes, infantibus ab vberibus remotis, perquam magna voce clamabant, Omnipotenti supplicantes, vt interuentu suo misereretur ipsorum, qui iam ad Orci fores peruenissent.

CAP. VI.

**E**leazarus autem quidam vir insignis, vnus è sacerdotibus eius regionis, senectâ iam ætatem assecutus, & omni vitæ virtute ornatus, sedatis circum se senibus, sanctum Deum inuocando, hæc orauit. Rex præpotens, & altissime Deus omnipotens, qui creata cuncta clementer gubernas, respice semè Abrahami, sanctiq; Iacob progeniem, populū obuentionis tibi consecratæ in alienigena terra peregrinū, iniustèq; pereutem, ô pater. † Tu Pharaonē curribus abundantè, olim huius Ægypti principem, immiti contumacia, iactantiâque linguæ elatū, cum superbo exercitu mari demersum perdidisti, luce misericordiæ illustrando genus Israeliticum. † Tum innumeris exultatem copiis Sennacherib grauem Assyriorum regem, qui ferro iam totam terram ditioni suæ subiecerat, aduersus sanctam ciuitatem tuam elatum, diraque fastu & audacia lo-

¶ 8. ἐστὴν ἡ αὐτῆς ἐστὴν ἡ αὐτῆς.

¶ 9. vel in inimeperficiendo.

Sup. r.

Exod. 14. f.

Esa. 37. f.

B cia loquentem fregisti Domine, multis gentibus palàm ostendens tuam potentiã. † Tu  
 Dan. 3. d. tres illos in babilonia amicos, qui alacres vitam igni, ne vana colerent, tradiderãt, arden-  
 Dan. 6. d. tem fornacẽ irrorando, ad capillos vsque illãsos seruasti, flamma in omnes inimicos im-  
 Ionã. 2. a. missa. † Tu plenis inuidiã criminibus ad leones sub terrã deiectũ, vt à feris deuoraretur,  
 Danielem, in lucẽ reduxisti incolumẽ: † inque ventre alumni maris ceti maceratũ abun-  
 dẽ Ionã saluum denuò suis ostendisti, ô pater. Nunc quoq; ne cũcteris clemẽtissime om-  
 nium inspector, quo minus te quãprimũ ostẽdas Israelitico generi quod à detestan-  
 dis atque nefariis gẽtibus iniustẽ tractatur. Quòd si cõtraxit impietatẽ peregre vita no-  
 stra, ereptos è manu inimicorũ, quocunq; volueris, ô Domine, exitio perde nos, ne qui  
 vana cõgitant, vanis gratulẽtur de interitu eorũ quos charos habueris, ac dicãt, Ne Deus  
 quidem ipsorũ liberauit eos. Quamobrẽ tu qui summo robore, summãque potẽtia præ-  
 ditus es, æterne, respice nũc & miserare nos, qui per iniustam nefariorũ vim, insidiatorũ  
 in modũ è vita tollimur. Fac stupeãt gentes inuictã tuam potentiã hodie, & robur quo  
 C polles ad salutem generis Iacob † exerceas. Tibi supplicat omnis infantũ multitudo, &  
 eorundẽ parentes cum lachrymis. Palàm fiat omnibus gentibus te nobis adesse Domi-  
 ne, nec faciẽ tuã à nobis auertisse: sed vt locutus es, † quòd ne in hostili quidẽ terra tuos  
 Deut. 28. neglexeris, ita rem ô Domine perfice. Hęc orãdi cũ Eleazarus iam finẽ faceret, rex cum  
 belluis omniq; copiarũ strepidu ad hippodromum aderat: quod vbi viderũt Iudæi, in-  
 gentem in cælum clamorẽ extulere, adeo vt adiacentes valles resonãdo, largos toti exer-  
 citui fletus excuterent. Tũ perquã gloriosus, omnipotens, & verus Deus sanctã faciẽ  
 suã ostendens, cælestes portas aperuit, è quibus decori duo ac terribiles † angeli descẽde-  
 re, omnibus præterquã Iudæis conspicui. † Hi obstitendo copias hostiles perturbatio-  
 ne ac pauore repleuerunt, & præ quibus se mouere non possent cõpedibus cõstrinxere.  
 Tum corpus regis inhorruit, & iracundã eius audaciam cepit obliuio. Belluẽ quoque in  
 consequẽtes armatas copias cõuersã obterebant eas, & perimebant. † Ergo rex irã vertit  
 ad commiserationem, & ad ea quæ antea molitus fuerat, deploranda. Audito enim cla-  
 more, postquã prostratos ad interitum omnes vidit, lachrymans, & iracundẽ increpi-  
 D tans amicos, Rege abutimini, inquit, & tyrannos crudelitate superatis, mihi quẽ adeo ip-  
 si de vobis benemerito imperium & spiritum iam adimere conamini, clam ea quæ re-  
 gno minime profunt machinantes. Quis hos qui ditionis nostræ munitiones fideliter  
 obtinebant, sedibus suis euersos singulos huc congregauit inmeritos? Quis eos qui  
 iam inde ab initio beneuolentia erga nos gentes omnes per omnia antecesserunt, pesti-  
 mãque sæpe rerum humanarum subiere pericula, tam nefariis suppliciis implicuit? Sol-  
 uite iniusta vincula, soluite, & hos ad sua remittendo saluos antefacta deprecamini: di-  
 mittite filios omnipotentis, cælestis ac viui dei, qui à temporibus maiorum nostrorum  
 vsque adhuc statum rebus nostris præbet imperturbatũ. Atque hic quidẽ hæc dicebat:  
 illi verò continuo soluti cum modo mortẽ effugissent, sanctum Deum seruatorẽ suum  
 E prædicabant. Põst deinde rex in vrbe reuersus, accersitum reditũ dispensatorẽ, vina re-  
 liquãq; ad conuiuũ pertinẽtia Iudæis per dies septẽ subministrare iussit, decreto, vt quo  
 in loco mortem sibi subeundã putauissent, in eo salutiferam diẽ celebrarẽt. Tum illi con-  
 tumeliis appetiti antea, mortiq; vicini, imò iam mortẽ ingressi, pro acerbis & luctuosis  
 letho salutare conuiuũ instrumẽtes, pleni lætitiã, locũ ruinã suã sepulchrõque destina-  
 tum designabãt sedilibus, missoq; flebilissimo lamentationis carmine, seruatorẽ ac miri-  
 ficum Deũ laudãdo † patrium ordiebãtur canticum, omniq; comploratione & eiulatione  
 remota, choreas indicio pacificæ lætitiã instituebant. Similiter autem rex quo-  
 que super his ingens conuiuũ celebrã, laudes in cælũ indefinẽter ac magnificẽ, propter  
 inopinatam salutem datam extollebat. Qui verò antehac ad interitum, auib;que deuo-  
 randos destinabant illos, & addicebant cum gaudio, ij suscepta in se ignominia, atque  
 F ardenti audacia ingloriẽ extinctã, gemeabant. Iudæi ergo, vt iam diximus, supradictæ  
 saltationi & conuiuio dediti, in læris gratulationibus & canticis erant, † communi-  
 que sancita de his lege per omnem suam peregrinitatem ad posteros, supradic-  
 tos lætitiã dies agendos constituerunt, non computationis gratia aut commessa-

Dan. 3. d.

Dan. 6. d.

Ionã. 2. a.

Deut. 28.

2. Mach. 3. d  
ro. c. 11. b.  
Ioseph. con-  
tra Appio.  
lib. 2. ab  
initio hæc  
attingit.  
Prou. 16. a.

Esal. 29. a.

Ioseph. con-  
tra Appio.  
lib. 2. ab  
initio.



Supr. 4. c. d

¶ 4. Al. Abib.

tionis, sed propter datam sibi à Deo salutem: deinde rege adito, vt ad sua dimitterentur, postularunt. † Cæterū descriptio eorum celebrata fuit à vicesima quinta Pachonis die, vsque ad quartam Epiph. per dies quadraginta: perdendis autem eis opera nauata est, à quinta die † Epiph. vsque ad septimam eiusdem tribus diebus, quibus misericordiā suā magnificè ostendens, dominator omnium illæsos simul omnes conseruauit: conuiuia verò agitarunt, subministratis à rege sibi rebus omnibus, vsque ad quartamdecimā diē, qua die illum de se dimittendis adierunt. Quibus rex collaudatis, ad præfectos, singularem ciuitatum subiectam scripsit epistolam, magnificam animi vehementiam continentem.

CAP. VII.

**R**EX Ptolemæus Philopator sparsis per Ægyptum præfectis, omnibusque rerum administrationi præpositis, salutem & sanitatem: nam nos quidē cum liberis nostris valemus. Cum magnus Deus nobis successum rerū pro voto dedisset, quidam amicorum morositate crebrius instando nobis persuaserunt, vt subiectos regno Iudæos vno loco cōgregatos, vt perduelles inuisitatis supplicii afficeremus: quod dicerent res nostras nunquam in tranquillo fore, propter odium quod hi gererent in omnes gentes, donec hoc perfectū fuisset. Cūque adeo victos eos huc deportassent cum vexationibus, vt mancipia, imò vt insidiatores, citra omnem quæstionem causæque dictionem perimere conati sunt, crudelitate more Scythico feriore † præditi. Nos autem his propterea acerbis increpatis, quæ nostra est erga omnes homines † benignitas, postquam eos gratia nostra vix in vita retinuimus, & cælestem Deum Iudæos esse tutatum, & tanquam patrem filiis opitulatum per omnia certò cognouimus, tum etiam perpendimus amicitia qua firma prosequuntur nos (vt maiores nostros) beneuolentiam, meritò eos omni qualicumque crimine absoluiimus, mandauimusque singulis vt ad sua dimittantur omni in loco, ne quisquam eos omnino lædat, aut quicquam eorum quæ iniuste perpeffi sunt, exprobet. † Etenim scitote nos, si quid mali aduersum eos malitiosè moliti fuerimus, aut etiam eos omnino contristauerimus, non hominem, sed dominatorem omnis potentia Deum altissimum, vltione factorum infestum habituros, per omnia, semper, & ineuitabiliter. Valete. Hac tamē epistola accepta, non protinus festinarunt abscedere, sed regem hoc quoque poposcerunt, † vt qui ex Iudæorum gente sanctum Deum ac legem eius vltro violassent, merito supplicio ab ipsis afficerentur: quod dicerent eos qui ventris causa diuina mandata transissent, ne regis quidē imperiis vnquam fidos esse futuros. Hæc ille ab his vera dici deputans, collaudatis potestate dedit, eos qui legē Dei violassent, in omni regni sui loco, perimēdi liberè, citra omnē intercessionem regis potestatis, aut inquisitionē Tum regi gratias, vt par erat, actis, sacerdotes horum vnæque omnis multitudo Alleluia clamantes, cum gaudio discessere: atque ita obuium quenque impiatorum suæ gentis intereundum multabant, exemplaque statuendo perimebant: atque adeo illa die supra trecentos viros interfecerunt, gaudiaque celebrauerunt læti impios trucidantes. Qui autem Deo ad mortem vsque adhæserant, plenum salutis fructum consecuti ex vrbē profecti sunt, odoratissimis omnis generis floribus coronati, cum lætitia & clamore, per laudes hymnorumque suauissimum concentum, Deo patrum suorum sancto Israelis seruatori gratulātes. Cūque peruenissent Ptolemaidem Rodophoron, propter naturam loci, cognominatam, vbi clasis eos expectabat, ex cōmuni consilio conuiuū illic per septem dies celebrarunt, rege ipsis propenso animo cuncta ad profectiōnē necessaria cuius, donec domum suā peruenisset, suppeditante. Ita abscedentes salui cū meritis gratulationibus, similiter illic quoque statuerunt illos dies lætos tēpore peregrinitatis suæ agendos: iisque in cōiuiali precationis loco posita colūna dedicatis, profecti sunt terra, mari fluuiōque incolūmes, liberi ac læti: saluūque mandato regis domū quisque suam restituti sunt, ampliorē quàm antea in hostes suos, cū gloria & terrore adepti potestate, nec omnino à quoquam bonis suis depulsi. Omnes enim omnia sua ex celebrata descriptione receperunt, ita vt quicumque aliquid eorū haberent, cum summo timore redderent eis, summo Deo factis magnificis salutē eorum cōsummante. Prædicandus est liberator Israël ad tempora sempiterna.

TERTII LIBRI MACHABÆORVM FINIS.

¶ 1. ἐπιπορευσομεν  
 ¶ 2. vel, æquitas.

Iere. 30. 6.  
Zacha. 2. b

2. Mach. 2. d

c

I

# EPISTOLA DIVI HIERONYMI

AD DAMASVM PAPAM, QVÆ ET  
præfatio est in quatuor Euangelistas.



**N**OVVM opus me facere cogis ex veteri, ut post exemplaria scripturarum toto orbe dispersa, quasi quidam arbiter sedeam, & quia inter se variant, quæ sint illa quæ cum Græca consentiant veritate, decernam. Pius labor, sed periculosa præsumptio, iudicare de cæteris ipsum ab omnibus iudicandum, senis mutare linguam & canescentem iam mundum ad initia retrahere paruulorum. Quis enim doctus pariter vel indoctus, cum in manus volumen assumpserit, & à salina quam semel imbibit viderit discrepare quod lectitat, nõ statim erumpat in vocem, me falsarium, me clamitans esse sacrilegum, qui audeam aliquid in veteribus libris addere, mutare, corrigere? Aduersus quam inuidiam duplex causa me consolatur, quod & tu qui summus sacerdos es, fieri iubes, & verum non esse quod variat, etiam maledicorum testimonio comprobatur. Si enim Latinis exemplaribus fides est adhibenda, respondeant, quibus: tot enim sunt exemplaria penè quot codices. Si autem veritas est querenda de pluribus, cur non ad Græcam originem reuertentes, ea quæ vel à vitiosis interpretibus male reddita, vel à præsumptoribus impericis emendata peruersius, vel à librariis dormitantibus aut addita sunt aut mutata corrigimus? Neque verò ego de veteri disputo instrumento, quod à Septuaginta Senioribus in Græcam linguam versus tertio gradu ad nos vsque peruenit. Non quæro quid Aquila, quid Symmachus sapiant, quare Theodotium inter novos & veteres medius incedat. Sit illa vera interpretatio, quam Apostoli probauerunt. De nono nunc loquor testamento, quod Græcum non dubium est, excepto Apostolo Matthæo, qui primus in Iudæa Euangelium Christi Hebraicis literis edidit, hoc certè cum in nostro sermone discordat, & in diuersos riuulorum tramites ducit, vno de fonte querendum est. Prætermitto eos codices quos à Luciano & Hesychio nuncupatos paucorum hominũ asserit peruersa contentio, quibus utique nec in toto veteri testamento post Septuaginta interpretes emendare quid licuit, nec in nono profuit emendasse, cum multarum gentium linguis scriptura ante trãslata, doceat falsa esse quæ addita sunt. Igitur hæc præfatiuncula pollicetur, quatuor tantum euangelia, quorũ ordo est iste: Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes, codicũ Græcorũ emendata collatione, sed & veterum nec quæ multum à lectionis Latinæ consuetudine discreparèt. Ita calamo temperauimus velbis tantũ quæ sensum videbantur mutare, correctis, reliqua manere pateremur vt fuerãt. Canones quoque quos Eusebius Cæsariensis episcopus Alexandrinus secutus Ammonium, in decem numeros ordinauit, sicut in Græco habentur, expressimus. Quod si quis de curiosis voluerit nosse quæ in euangelis vel eadẽ, vel vicina, vel sola sint, eorũ distinctione cognoscat. Magnus siquidem hic in nostris codicibus error inoleuit, dum quod in eadem re alius euangelista plus dixit, in alio quia minus putauerint, addiderunt. Vel dum eundem sensum alius aliter expressit, ille qui vni de quatuor primum legerat, ad eius exemplũ cæteros quoque existimauerit emendandos. Vnde accidit vt apud nos mixta sint omnia, & in Marco plura Lucæ atque Matthæi: Rursum in Matthæo plura Ioannis & Marci, & in cæteris reliquorum quæ aliis propria sunt, inueniãtur. Cum itaque canones legeris qui subiecti sunt, confusionis errore sublato, & similia omnium scies, & singulis sua quæque restitues. In canone primo concordant quatuor, Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes. In secundo tres, Matthæus, Marcus, Lucas. In tertio tres, Matthæus, Lucas, Ioannes. In quarto tres, Matthæus, Marcus, Ioannes. In quinto duo, Matthæus, Lucas. In sexto duo, Matthæus, Marcus. In septimo duo Matthæus, Ioannes. In octauo duo, Lucas, Marcus. In nono duo, Lucas, Ioannes. In decimo propria quique quæ non habentur in aliis, ediderunt. Singulis verò euangelis ab vno incipiens vsque ad finẽ librorum, dispar numerus accrescit. Hic nigro colore præscriptus, sub se habet alium ex nimio discolorum numerum, qui ad decem vsque procedens, indicat prior numerus in quo sit canone requirẽdus. Cum ergo aperto codice, verbi gratia, illud sine illud capitulũ scire volueris cuius canonis sit, statim ex subiecto numero doceberis, & recurrrens ad principia, in quibus canonũ est distincta cõgeries, eodemq; statim canone ex titulo frontis inuento, illũ quem quærebas numerum, eiusdem euangelistæ qui &

ipse ex inscriptione signatur, inuenies, atq; è vicino cæterorum tramitibus inspectis, quos numeros è regione habeant, annotabis, cum scieris recurrere ad volumina singulorū, & sine mora reperitis numeros quos ante signaueras, reperies & loca in quibus uel eadem uel vicina dixerunt. Sciendū tamen, ne quis ignarū ex similitudine numerorū error inuoluat, quod scubi in subnotatione canonū distinctorum in canone quolibet tres euangelistæ bis, ter uel quater, aut etiam amplius eundē numerū per ordinem habuerint annotatū, & quartus è contrario, discrepantes, quod id tres illi in eo loco semel dixerint, quartus toties in corpore voluminis sui ponat, quoties diuersi numeri in eius canone positi sūt cōtra prædictorum numerorū continuatas similitudines. Item si in vno quolibet eorum aut etiā duobus idē in canone numerus bis, ter, & quater, aut eo amplius reperiat, in ordine collocatus, & dispares inueniantur in cæteris: dubiū non erit, quin id quod illius illorū uel canonis numerus bis ter, & repetitū ab his in volumine semel dictū esse ostendit, alter alteriue eorū toties vno atque eodem sensu loquantur, quoties præterierint in numerū annotatione distantiam. Et hoc in omnium nouē canonū collatione seruabitur. Cæterum in decimo (quonia propria singulorū tantummodo continentur) nō potest cōtra id cōparatio esse quod solū est. Opto ut in Christo ualeas, & memineris mei Papa beatissime.

DIVI HIERONYMI IN  
Matthæum Præfatio.



Lures fuisse qui euangelia scripserunt, & Lucas Euangelista testatur, dicens: Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem rerum, quæ in nobis completæ sunt, sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi uiderunt sermonem, & ministrauerunt ei, & perseuerantia, usque in præsens tempus monumenta declarant, quæ à diuersis aut oribus edita, diuersarum heresedn fuerunt principia, ut est illud iuxta Aegyptios, & Thomam, & Matthiam, & Bartholomæum, duodecimque apostolorum & Basilidis, atque Apellis ac reliquorū, quos enumerare longissimum est, cum hoc tantum in præsentiarum necesse sit dicere, extitisse quosdam qui sine spiritu & gratia dei conati sunt magis ordinare narrationē, quam historia texere ueritatē. Quibus iure potest illud propheticum coaptari: *Va qui prophetant de corde suo, qui ambulat post spiritum suū, qui dicunt: Dicit dominus, & dominus non misit eos.* De quibus & saluator in Euangelio Ioannis loquitur: *Omnes qui ante me uenerunt, fures & latrones fuerunt. Qui uenerunt, non qui misit sunt. Ipse enim ait: Veniebant, & ego non mittebā eos.* In uenientibus enim præsumptio temeritatis, in misis obsequium seruitutis est. Ecclesia autem quæ supra petram domini uoce fundata est, quam introduxit rex in cubiculum suum, & ad quam per foramen descensionis occulte misit manū suam, similis damule hinnulōque ceruorum, quatuor flumina paradisi instar eructas, quatuor angulos & anulos habet, per quos quasi arca testamēti & custos legis domini lignis immobilibus uelitur. Primus omnium Matthæus est publicanus, cognomento Leui, qui Euangelistū in Iudea Hebræo sermone edidit, ob eorum uel maximè causam qui in Iesum crediderat ex Iudæis, & nequaquam legis umbrā succedente Euangelij ueritate seruabant. Secundus Marcus interpres apostoli Petri, & Alexandrinæ ecclesie primus episcopus, qui dominū quidem saluatore ipse non uidit, sed ea quæ magistrum audierat prædicantē, iuxta fidem magis gestorū narrauit quā ordinem. Tertius Lucas medicus, natione Syrus Antiochensis, cuius laus in Euangelio, qui & ipse discipulus apostoli Pauli in Achaia & Bæotia, & partibus uolumen condidit, quædam altius repetens, & ut ipse in proœmio confitetur, audita magis quā uisa describens. Ultimus Ioānes Apostolus & Euangelista, quem Iesus amauit plurimū, qui supra pectus domini recumbēs, purissima doctrinarum fluentia potauit: & qui solus de cruce meruit audire: *Ecce mater tua.* Is cum esset in Asia, & iam tunc hereticorum serena pullularent, Cerinthis, Hebionis, & cæterorum qui negant Christum in carne uenisse, quos & ipse in epistola sua Antichristos uocat, & apostolus Paulus frequenter percutit, coactus est ab omnibus penè tunc Asia episcopis, & multarum ecclesiarum legationibus, de diuinitate saluatoris altius scribere, & ad ipsum (ut ita dicam) dei uerbum, non tam audaci quā felici temeritate prorumpere. Unde & Ecclesiastica narrat historia, cum à fratribus cogere ut scriberet, ita facturum se respōdisse, si iudicō ieiunio in commune omnes deum deprecarentur. Quo expleto reuelatione saturatus: illud proœmium è caelo ueniens eructauit: *In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum, hoc erat in principio apud deum.* Hæc igitur quatuor Euangelia multo ante prædicta, Ezechielis quoque

volumen

volumen probat, in quo prima visio ita contexitur: Et in medio sicut similitudo quatuor animalium & vultus eorum, facies hominis, & facies leonis, & facies vituli, & facies aquile. Prima hominis facies, Matthæum significat, qui quasi de homine exorsus est scribere: Liber generationis Iesu Christi filij David, filij Abraham. Secunda Marcum, in qua vox leonis in eremo rugientis auditur: Vox clamantis in deserto, parate viam domini, rectas facite semitas eius. Tertia vituli, quæ Euangelistam Lucam à Zacharia sacerdote sumpsisse initiū præfiguratur. Quarta Ioannē Euangelistam, qui assumptis pennis aquilæ, & ad altiora festinans, de verbo dei disputat. Cetera quæ sequuntur in eundem sensum proficiunt. Crura eorū recta & pennati pedes: & quocumque ibat spiritus, ibant & non reuertebantur, & dorso eorum plena oculis, & scintilla ac lampades in medio discurrentes, & rota in rota, & in singulis quatuor facies. Unde & Apocalypsis Ioānis post expositionē viginti quatuor seniorū, qui tenentes cytharas & psalteria adorant agnū dei, introducit fulgura atque tonitrua, & septē spiritus discurrētes, & mare vitreum, & quatuor animalia plena oculis, dicens: Animal primum simile leoni, & secundum, simile vitulo, & tertium simile homini, & quartum simile aquilæ volanti. Et post paululū: Plena, inquit, erant oculis, & requiem nō habebant die ac nocte dicentia: Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus omnipotens, qui erat, qui est, & qui venturus est. Quibus cunctis perspicue ostenditur, quatuor debere tantum Evangelia suscipi, & omnes apocryphorum nenas mortuis magis hæreticis quàm ecclesiasticis vivis canendas.

VITA SANCTI MATTHÆI PER  
Diuum Hieronymum.

**M**atthæus qui & Leui, ex publicano Apostolus, primus in Iudæa, propter eos qui ex circumcisione crediderant, Euangeliū Christi Hebraicis literis verbisq; composuit. Quod quis postea in Græcum translulerit, non satis certū est. Porro ipsum Hebraicum habetur vsque hodie in Casariensi bibliotheca, quam Pamphilus martyr studiosissime cōfecit. Mihi quoque à Nazaræis, qui in Betæa vrbe Syria hoc volumine vtuntur, describendi facultas fuit. In quo animaduertendum, quod vbiunque Euangelista siue ex persona sua, siue ex persona domini saluatoris, veteris scripturæ testimoniis vtitur, non sequatur septuaginta translatorum autoritatem, sed hebraicam, è quibus illa duo sunt: Ex Aegypto vocaui filium meū. Et: Quoniam Nazaræus vocabitur.

PROLOGVS IN MATTHÆVM  
Euangelistam.

**M**atthæus cum primò predicasset Euangeliū in Iudæa, volens transire ad gentes, primus Euangelium scripsit Hebraicè, quod fratribus à quibus ibat, ad memoriam reliquit. Sicut enim necesse fuit ad confirmationem fidei Euangelium predicare, sic & contra hæreticos scribi. Cum autem plures Euangelium scripserint, quatuor tantum habent autoritatis testimonium, quia per quatuor mundi partes fidem nuntiant trinitatis, & sunt quasi quatuor rotae in quadriga domini, quæ vehit eum, per predicationem Euangelij, & genus humanū quæ drisida morte peremptum, eorum erat predicatione viuificandum, vnde & aliorum Evangelia deciderunt, nec recepta sunt, quia nolebant præfinitum numerum cassari propter virtutem sacramenti. Designatur etiam Euangelista quatuor figuris, quæ non sunt deceptorie, sed iucundi mysterij sibi cōscia. Matthæus in homine intelligitur, quia circa humanitatem Christi principaliter immoratur. Marcus in leone, quia agit de resurrectione. Lucas in vitulo, agens de sacerdotio. Ioannes in aquila, scribens sacramēta diuinitatis. Christus verò quem describunt, homo fuit de virgine natus, vitulus in immolatione, leo in resurrectione, aquila in ascensione. Vel in homine humanitas, in vitulo sacerdotiū in leone regnum, in aquila exprimitur diuinitatis sacramentum.



The first part of the document discusses the importance of maintaining accurate records of all transactions. It emphasizes that every entry should be supported by a valid receipt or invoice. This ensures transparency and allows for easy verification of the data.

In the second section, the author outlines the various methods used to collect and analyze the data. This includes both manual and automated processes. The goal is to ensure that the information is both reliable and up-to-date.

The third part of the document focuses on the results of the analysis. It shows that there has been a significant increase in sales over the period covered. This is attributed to several factors, including improved marketing strategies and better customer service.

Finally, the document concludes with a series of recommendations for future actions. These include continuing to invest in marketing, maintaining high standards of customer service, and regularly reviewing financial performance.

The following table provides a detailed breakdown of the sales data for each quarter. This allows for a more granular view of the performance trends.

Quarter	Q1	Q2	Q3	Q4
Sales (Units)	1200	1500	1800	2200
Revenue (\$)	\$240,000	\$300,000	\$360,000	\$440,000
Profit (\$)	\$96,000	\$120,000	\$144,000	\$176,000

As shown in the table, there is a clear upward trend in both sales and profit throughout the year. This indicates that the business is on a strong growth trajectory.

In conclusion, the data presented in this report shows a positive and consistent growth in the company's performance. The implementation of the recommended strategies is expected to further enhance this growth in the coming year.



# INCIPIT EVANGELIUM SECVNDVM MATHÆVM.

Temporalis Christi generatio per quadraginta duas generationes processit ex Maria desponsata Ioseph, qui angelo nuntianti factus est certior. Cap. I.

† Luc. 3. c  
† Gene. 21. a  
† Gene. 29. g  
38. f  
† Para. 2. a  
36. dic. Dns.

† 36. dist. cap. Dominus. Ruth. 4. d

† 2. Reg. 12. f  
1. Para. 3. b

† 4. Re. 24. c  
2. Para. 36. a

† 2. q. 2. cap. Genit. Prin. & se. Deut. 24. a

† 2. q. 1. ca. Si peccauerit. 27. q. ca. Qui desponsatam. Luc. 1. c

† Isa. 7.

† De verbor. signi. Ioseph.

Anno. do. 1. A

† Mich. 5. a  
Ioan. 7. f



**L**IBER <sup>21</sup>† generationis] Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. † Abraham genuit Isaac. † Isaac autem genuit Iacob. † Iacob autem genuit Iudam & fratres eius. † Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar. Phares autē genuit Esron. Esron autem genuit Aram. Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naafon. Naafon autē genuit Salmum. † Salmon autem genuit Booz de Raab. Booz autem genuit Obeth ex Ruth. Obeth autē genuit Iesse. Iesse autē genuit Dauid Regem. † Dauid autem Rex genuit Salomonem, ex ea que fuit Vrię. Salomon autē genuit Roboam.

**R**oboam autem genuit Abiam. Abia autem genuit Iosaphat. Iosaphat autem genuit Ioram. Ioram autem genuit Oziam. Ozias autē genuit Iothan. Iothan autem genuit Achaz. Achaz autē genuit Ezechiam. Ezechias autē genuit Manassē. Manassē autem genuit Amon. Amon autē genuit Iosiam. † Iosias autem genuit Ieconiam & fratres eius in transmigatione Babylonis. Et post transmigationem Babylonis Ieconias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel. Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autē genuit Eliachim. Eliachim autē genuit Azor. Azor autem genuit Sadoch. Sadoch autem genuit Achim. Achim autē genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autem genuit Iacob. † Iacob autem genuit Ioseph virū Marię, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Omnes itaque generationes ab Abraham vsq; ad Dauid, generationes quatuordecim: & ad Dauid vsq; ad transmigationē Babylonis, generationes quatuordecim: & ad transmigationem Babylonis vsque ad Christum, generationes quatuordecim. \* Christi autem generatio sic erat: Cū esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph, antequam conuenirent, inventa est in vtero habēs, de spiritu sancto. Ioseph autem vir eius cū esset iustus, & nollet eam traducere, voluit occultē dimittere eam. Hęc autem eo cogitate, ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph, dicēs: Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. Pariet autē filium, & vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est a domino per Prophetam dicētem: Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum, nobiscum deus. Exurgens autem Ioseph a somno, fecit sicut pręcepit ei angelus domini, & accepit coniugem suam. Et non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum, & vocauit nomen eius Iesum.

Christus a Magis stella duce adoratus in Aegyptum angelo duce secessit, Herode in pueros seuiente: quo mortuo Christus ad propria rediit. II.



**V**n ergo natus esset Iesus in Bethléhem Iudę, in diebus Herodis Regis, ecce Magi ab oriente vęnerunt Ierosolymam, dicentes: Vbi est qui natus est Rex Iudęorum? Vidimus enim stellam eius in oriente, & vęnimus adorare eum. Audiens autem Herodes Rex, turbatus est, & omnis Ierosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum & scribas populi, sciscitabatur ab eis, vbi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei: In Bethléhem Iudę. Sic enim scriptum est per prophetam: Et tu Bethléhem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda. Ex te enim exiet dux qui regat populum meum Israel.

AA iij

a. i. Generationis. Hebręi generationes in plurali dicunt & propagationē & eius euentū significare, vt in plerisque veteris instrumenti locis, & sic in hoc loco si pluraliter dicatur, & Christi natiuitatem, & eius actiones designat. Vnde dubitare quippiā potuisset, eo qd hic liber non solum continet Christi natiuitatem, sed & omnem eius cōducationem, ac viuētiū rationem. Hęc dubitatio dissoluitur, quia conuentionis & modi viuētiū ratio, ne præcipua radix uolūtatis filius, fuit etus natiuitas. Luthymus ibid. b. Ideo Iesu Christi filij Dauid, ait, cum prior sit Abraham, quia specialiter Christus dicitur filius Dauid propter regnū: vt sicut deus deo, ita & rex de rege ortum caperet secundum carnem: sicut dictum est ad Dauid: De fructu ventris tui ponā super sedem tuam. Aug. q. ex no uo testamento par. 2. cap. 3. a. Ram & infra. 3. Boaz & infra. 4. Ipsi. c. Hic omittuntur tres reges, Ochofii filius Iorā, Iorā & Amasias. Hieronym. 3. Iothan. \* Iochim. Iochim autē genuit. d. Finit omēs generationes. 2. Vnus quippe ex his progenitoribus hic numeratur, id est Iechonias, a quo facta est in extraneas gentes deflexio. Aug. de cōsensu. lib. 2. cap. 1. e. Alius est Zorobabel iste filius Salathiel ab eo de quo 1. Paral. 3. qui fuit filius Phadaie filij Iechonias. Math. 2. cū Luca conuenit vsque ad zorobabel, sed quoniam ipse duos habuit filios, Resā & Abiud, ideo Lucas per Resā vsque ad patrem virginis progreditur lineam Nathan, & Math. per Abiud, eandem lineam progreditur vsque ad patrem Ioseph coniugis virginis Marię. Itaque per Resā natus est Maria, & per Abiud natus est Ioseph. Philo. f. Die scilicet dominicę. Nā eadē die dixit: Fiat lux, facta est lux, & uisitauit nos orient ex alto. Comes ibid. g. Christus, Græcum, Messia, uel Meschiag, Hebręum, Vndus. Latinum. h. Sic ergo iam non 42. generationes, quot facit ter quatuordecim, sed propter vnum bis numeratum 41. sunt si & ipsum Christum annumeremus: qui hinc regendę uiz nostre reipublice terrene, tanquam numero quodogenario reglariter p̄sedit. Quem ad istam mortalitatem nobiscum participandam, quia descendentem uoluit significare Marth. ideo & ipsę generationes ab Abraham vsque ad Ioseph, & vsque ad ipsū Christum natiuitatē descendendo commemorauit Aug. ubi supra. \* Iesu. 6. Eius. 7. Grauida. 8. Tradere. 9. Bi. 10. Inpregnata. 11. Vocabitur. i. Si nihil in eam de se transfuserit mater, nō peperit proprium, sed profudit alienum. Sed non ita est. Nam sicut totus deus ex deo, ita totū corpus hominis ex homine, de carne Marię coagulatus, de eius formatus uisceribus, de eius substantia conlumatus: & sanguinem etiam quē pro matre obtulit, ex sanguine matris accepit. Eusebius Emisenus de natiuitate do. ho. 1. a. Venimus, iuxta Græcū præteritum est, ac si diceret: Ad hoc uenimus, ut adoraremus eum. b. Non vbi natus esset, sed vbi per prophetias nasci debebat. c. Inter tribum principes. Hoc uerō dicens Ierusalē quoque p̄riter comprehendit. Nam omnis orbis Bethléhem conuicte, vbi natus postus est: & nobilis factus est locus ille, nō alia deo cuiusquam hac sola. Chreyto, ad uerba Genitil. Quōdā Christus est deus. 1. Mibi. 2. Reges.

¶ d. Herodes clam reges vocat, vt interroget studiosius, & ipsi elatissime securus ad inquisita respondet. Et quasi ab eis sekte repus quo stella eis apparuerat, apprehendere fatigans nati regis arat, vt sciretur quid sibi pro perloia, quid vero pro patria esset agendum. Non autem sano animo sibi & patrie prouidebat. De Casia lib. 1. Ser. mo. 13.  
3. Cognouit.

4. Oraculo, vel reuelatione. c. illud quoque per per aliam via regressi sunt, intelligamus vilitati ac saluti nostre peculiaris conuenire. Via enim immutatio, vice intelligitur emendatio. Nos quoque per alias incedimus, vias, quando veterē abnegamus hominem, quando superbiam suscepta humilitate deponimus: quando ad patientiam ab iracundia mente deflectimus: quando veteres voluptates & consuetudines peccatas ac desideria antiqua dimittimus. Euseb. Emif. homi. 1. de Epiph.  
5. Surgens.

f. Quis nouit quid istis parauit in seculo iudiciorum suorum bonae conuersationis referret deus? Quoniam quamquam nihil recte fecerit, tamen nec peccates aliquid iuste perpepsi sit. Non enim frustra etiam infantes illos, qui cum dominus Iesus Christus necandus ab Herode quæretur, occisi sunt, in honorem martyrum receptos commendat ecclesia. Aug. de lib. arbit. lib. 3.

g. Cruelitate Herodis in Christum & conuersos eius diuina statim vltio loquuta est. Euseb.

6. Lamentum Reu amaritudinum.

7. Apparet.

h. In Herodis locum filius eius Archelaus ab Augusto substituitur, & Tetrarche sunt quatuor factas, Herodes, Antipater, Lyfias, & Philippus. Euseb. Oraculo.

¶ Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit] ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis, & mittens illos in Bethléhem, dixit: ¶ Ite, & interrogate diligenter de puero, & cum inueneritis, renuntiate mihi, vt & ego veniens adorem eum. Qui cum audissent Regem, abierunt. Et ecce stella quam viderant in oriente, antecedebat eos, vsque dum veniens staret supra vbi erat puer. Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & proidentes adorauerunt eum, & apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. Et responso] accepto in somnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Qui cum recessissent, ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: ¶ Surge, & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum: & esto ibi vsque dum dicam tibi. Futurum est enim vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum. Qui confurgens, accepit puerum & matrem eius nocte, & secessit in Ægyptum. Et erat ibi vsque ad obitum Herodis, vt adimpleretur quod dictum est à domino per prophetam, dicentem. ¶ Ex Ægypto vocaui filium meum. Tunc Herodes videns quoniam illusus esset à Magis, iratus est valde, & mittens occidit omnes pueros qui erant in Bethléhem & in omnibus finibus eius, à bimatu & infra, secundum tempus quod exquisierat à Magis. Tunc adimpletum est quod dictum est per Ieremiam Prophetam, dicentem: ¶ Vox in Rama audita est, ploratus & ululatus multus, Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. Defuncto autem Herode, ecce angelus domini apparuit] in somnis Ioseph in Ægypto, dicens: Surge, & accipe puerum & matrem eius, & vade in terram Israel. Defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri. Qui confurgens, accepit puerum & matrem eius, & venit in terram Israel. Audiens autem quod Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illud ire: & admonitus in somnis secessit in partes Galilææ. Et veniens habitauit in ciuitate quæ vocatur Nazareth, vt adimpleretur quod dictum est per Prophetas: quoniam Nazareus vocabitur.

¶ Tob. 1. c.

¶ 17. q. 1. c. Ad uertitas. 21. q. 3. c.

¶ Ofec. 1. a. Anno do. 3.

¶ Her. 1. g. 31. a. Thren. 1. a. Anno do. 6.

*Ioannes Baptista in deserto pœnitentiam prædicans Christum & turbas baptizat, super quem trinitatis signa conspiciunt.* III.

a. In diebus quos Lucas 3. cap. dicit esse 15. ann. imperij Tyberij Cæsaris: qui fuit 30. annus à natiuitate Christi, omittis aliis annis.

1. Appropinquauit.

2. Qui dictus est.

b. Zona prænitentio efficax in omne opus bonum est apparatus, vt ad omne ministerium Christi uoluerit angelo sumus accendi. Hilarius ibid.

c. Sicut enim viperarum proles cum patitur, filios occidunt matres exfo. etiam ventris. sanè & Iudæi suos patres spirituales, puta prophetas occiderunt. Euthymus ibid.

3. Potest.

4. Arborum.

5. Suum, in horreum.

d. Tunc Christus baptizatus est, & euangelium vite prædicare inchoauit an. natiuitatis 31. ætatis vero 30. Annus qui ppe aut uertens, ex 12. scilicet mens aut emergens, ex cuius rei euentu, repote ex imperatorum aut regum primordiis, vnde annos Christi duplices dicitur, Natiuitatis, inquam, & ætatis, ex anno enim natiuitatis 7. tantum dies habuit natus in fine anni uertentis, & 42. Octauiani. Ita vt annus eius uertens, annum natiuitatis emergentem excederet anno viro, 7. diebus exceptis.

e. Vide quia omnis iustitia in baptisate cõstituta est, Ambr. de sacramen. lib. 1. c. 5.



¶ In diebus autem illis venit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudææ, & dicens: ¶ Pœnitentiam agite. ¶ Appropinquabit enim regnum cœlorum. Hic est enim de quo dictum est] per Isaiam Prophetam, dicentem: ¶ Vox clamantis in deserto: parate viam domini, rectas facite semitas eius. Ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos. Esca autem eius erat, locustæ, & mel syluestre. ¶ Tunc exibit ad eum Ierosolyma & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem. Et baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata sua. Videns autem multos Phariseorum & Sadducæorum venientes ad baptismum suum, dixit eis: ¶ Progenies viperarum, quis monstrauit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. ¶ Et ne velitis dicere intra vos: patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quoniam potens est] deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. ¶ Iam enim securis ad radicem arboris] posita est. ¶ Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. ¶ Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam: qui autem post me venturus est, fortior me est, cuius non sum dignus calceamenta portare. Ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igni. Cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. ¶ Tunc venit Iesus à Galilæa in Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo. Ioannes autem prohibebat eum, dicens: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Respondens autem Iesus, dixit ei: Sine modo. ¶ Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Tunc dimisit eum. Baptizatus autem Iesus confestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei cœli, & vidit spiritum dei descendentem sicut columbam, & ve-

Anno do. 30. Luc. 3. a. Ioan. 1. b. 17. q. 4. a. Hic autem. 31. q. 2. c. Au diuinit.

¶ De con. di. 4. c. Nō regerabatur. ¶ 11. a. 40. 2. Zach. 1. a. Mar. 1. a. Ioan. 1. c. Luc. 3. b. ¶ Ioan. 1. c. Luc. 3. b.

¶ Infra. 1. b. Infra. 7. d. Mar. 1. b. Luc. 3. d. Ioan. 1. d. Ag. 1. a. 1. b. & 19. b. Anno do. 30. Mar. 1. b. Luc. 3. b. ¶ Ioan. 1. d. De con. 4. 4. c. Per aquam.

† 19. dist. ca  
Secundum  
Marc. 1. b.  
Infra. 17. b  
1. Pet. 1. d.

& venientem super se, ]†† Ecce vox de cœlis, dicens: Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui.]

6. Eum.  
7. Hæc placitæ est animæ meæ,  
[† in columba super dominum  
spiritus apparuit: quia venit ut  
nos per mansuetudinem collige-  
ret. Super discipulos in igne  
quos ad consumendam rubiginem  
peccati contra seipsos vene-  
niebat accendere. Glosa ord.  
ibid.]

Post ieiunium Christus vincit diabolum super panis, præcipit, & adorationis  
tentatione, pœnitentiam prædicat, piscatores vocat, & varios languores  
curat. IIIII.

† Marc. 1. d.  
Luc. 4. a.

**V**nc Iesus ductus est in desertum à spiritu, ut têtaretur à diabolo: & cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit. Et accedens tentator, dixit ei: Si filius dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Qui respondens, dixit: Scriptum est: † Non in solo pane viuunt homo, sed in omni verbo quod procedit de ore dei.] Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem, & statuit eum supra pinnaculum templi, & dixit ei: Si filius deus, mitte te deorsum. Scriptum est enim: † quia angelis suis mandavit] de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Iesus rursus: Scriptum est: † Non tentabis dominum deum tuum. Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi & gloriam eorum, & dicit ei: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me. Tunc dicit ei Iesus: Vade retro satana. Scriptum est enim: † Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruias. Tunc reliquit eum diabolus, & ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei. † Cum autem audisset Iesus quod Ioannes traditus esset, secessit in Galilæam, & relicta civitate Nazareth, † venit & habitavit in civitate Capharnaum maritima, in finibus Zabûlon & Neptalim, ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam: Terra Zabûlon & terra Neptalim, via maris trans Iordanam Galilææ gentium: populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam, & sedentibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis. Exinde cœpit Iesus predicare & dicere: Pœnitentiam agite. Appropinquabit enim regnum cœlorum. Ambulans autem Iesus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simônem qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare. Erant enim piscatores. Et ait illis: Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum. At illi continuo relictis retibus secuti sunt eum. Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Iacôbum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius in nauicula cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia sua, & vocavit eos. Illi autem statim relictis retibus & patre, secuti sunt eum. Et circuibat Iesus totam Galilæam, docens in Synagógis eorû, & predicans Euangelium regni, & sanans omnem languorem & omnem infirmitatem in populo. Et abiit opinio eius in totam Syriam, & obtulerunt ei omnes malè habentes variis languoribus & tormentis] comprehensos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos & paralyticos, & curavit eos: & secuta sunt eum turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & de Ierosolymis, & de Iudæa, & de trans Iordanem.

† De off. orb.  
Inter cœtera.  
Deut. 8. a.

† Luc. 4. a.  
Psal. 90. c.

Deut. 6. c.

† Deut. 6. c.  
& 10. d.

† Ioan. 3. c.  
Marc. 1. c.

Luc. 4. c.

† Ioan. 4. f.

† Marc. 3. c.  
Luc. 4. c.  
Ila. 9. a

† Marc. 1. a.

Luc. 5. a. b

Infra. 10. b

Marc. 1. c.

Luc. 5. b

Octo beatitudines, divina mandata, consilia atque euangelicas perfectiones  
innocat Christus in monte. V.

† Luc. 6. a.  
Ibidem.  
† 3. quest. 1.  
c. Noli.

**V**idens autem Iesus turbas, ascendit in montem: & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiens os suum docebat eos, dicens: † Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. † Beati mites, quoniam ipsi possidebunt] terram. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. † Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. † Beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. † Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. † Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum: aduersum vos, mentientes propter me. Gaudete & exultate,

† De pen. di.  
1. Fleat.  
† 2. q. 1. cap.  
Noli exultare.  
† Distin. 43.  
Scimus.  
† Distin. 93.  
Sacerdotes.  
De renun. c. B  
Verum.  
1. Petri 3. c.

†a. Christus post aquas abiit in desertum à spiritu sancto ductus, ut à propria voluntate, quæ spiritus vultus hominem elicitur innotescere qui manserit in virtute occultus. De Call. lib. 4. cap. 4. 1. Viter.  
2. Egredietur os domini. Hebr. vel per os dei. Grix.  
b. Labor tentationis dominus de excelis ad inferiora deducere, & postum in templi summo, supra leges & Prophetas eminentem in humilibus, contere. Hilarius ibidem.  
3. Mandabit.  
[c. Tentare enim Deum, est quare experimentum de Deo vitare, ab ipse inuitabili necessitate, & hoc est peccatum. De Lya. ibidem.]  
d. Omnem scripturam sancte mente percurram, nequaquam reprobio quod fundoruna quisquam deum cadit adorauerit, sed quicumque idola & demones, & res illicitas adorauerit, cadens dicitur adorare. Hier.  
4. In Capharnaum maritima.  
[e. Hic sicut Marcus & Lucas prætermittit primum aduentum Domini in Galilæam postquam baptizatus est, ubi aqua mutauit in viuum, & cum matre & discipulis Capharnaum mansit à qua ascendit Ierusalem propter Pascha: Inde venit in Iudæam, & baptizabat eum Ioannes in Bethaniam iuxta Salina. Postquam verò traditus fuit Ioannes iterum abiit in Galilæam, Glosa ordinata ibidem.]  
5. Sedes. Grec. vel ambulancium in tenebris videtur. Heb. 6. Appropinquauit.  
6. Illi primi vocati sunt ut dominum sequerentur piscatores & illiterati mitterentur ad predicandum, ne fides credentium non virtute Dei, sed eloquentia atque doctrina fieri putaretur. Hiero. ibid.  
7. Fama & rumor.  
8. Veneribus.  
9. Lunatici tenentur affectione corruptorum humorum. Quia enim luna cum ad plenum lumen deuenerit nauam habet perspicillidorem suum attractiuam humorum, qui in corporibus sunt, sic ut hi tunc turbentur. Freques etenim ac primus vapor ab ipsis eleuatus cerebri dilaniat, hominèque contorquet: cumque hæc à luna pariantur lunatici appellantur. Euthymius ibidem.  
a. Nullus profecto spiritus pauperum humilis. Quis enim humilis nisi patiens, quia nemo subiacere se potest, sine patientia prima ipsius subiectionis. Tertul. de patientia  
r. Hereditabant.  
b. Deus videtur mente nō corpore, spiritu, non carne. Unde & angeli qui sunt spiritus vident deum. Homines ergo donec homines sunt, deum videre non possunt. Clemens Recognitionis. lib. 3.  
c. Ad apostolos qui aderant sermonem dirigunt, ostendens doctoribus proprium esse prohiberi affici. Ne autē suspicetur quod simpliciter verbis mali impetui sit beatum: idcirco addit que planè distinctionem faciunt: videlicet: ut que dicuntur, mendacia sint, & propter Christum ea dicantur. Euthymius ibid. \* Verbum.





**A** Tendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in cœlis est. Cum ergo facis elemosynam, noli ante te tuba canere, sicut hypocritæ faciunt in Synagógis & in vicis, ut honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Te autem faciente elemosynâ, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, ut sit elemosyna tua in abscondito: & pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi. Et cum oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in Synagógis & in angulis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Tu autem cum oraveris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. Orantes autem nolite multum loqui, sicut ethnici & faciunt. Putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis. Scit enim pater vester quid opus sit vobis, antequam petatis eum. Sic ergo tuum orabis: Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomē tuū. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra. Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Amen. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester cœlestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Cum autem ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Exterminat enim facies suas, ut pareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam. Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuā lava, ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi ærugo & tinea demolitur, & ubi fures effudiunt, & furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in cœlo, ubi nec ærugo, nec tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt, nec furantur. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuū tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est, tenebræ sunt, ipse tenebræ quantæ erunt? Nemo potest duobus dominis servire. Aut enim vnum odio habebit & alterum diliget, aut vnum sustinebit & alterum contemnet. Non potestis deo servire & mammonæ. Ideo dico vobis: ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est quàm esca, & corpus plus quàm vestimentum? Respicite volatilia cœli, quæ non serunt neque metunt, neque congregant in horrea, & pater vester cœlestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrum cogitans, potest adiicere ad staturam suam cubitum vnum? Et de vestimentis quid solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt. Non laborant neque nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis. Si enim fœnum agri quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, deus sic vestit, quanto magis vos modicæ fidei? Nolite ergo solliciti esse, dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester, quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primum regnum dei & iustitiam eius, & hæc omnia adiicietur vobis. Nolite ergo solliciti esse in crastinum: Crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi. Sufficit diei malitia sua.

a. Omnem curam rerum præsertim amoveat, & attentos satum esse in spem futuri iubet, neque sedari vel hominum favore ostentatione bonitatis, vel adfirationem religionis orationis publicæ copiam, sed intra conscientiam fidei fructum boni operis contentendum: quia humane laudis confectio, cum tantum quid ab hominibus expectat, mercedem sit receptura. Hilar. ibidem.  
 1. Elemosynam.  
 2. Habebitis.  
 b. Admonet in bonis operibus, quæ dei dona sunt, non esse in homine, sed in domino gloriantum: ne quod humilis accipit, superbus amittat. Prop. de promiss. cap. 32.  
 c. Quid igitur, in ecclesia non orabo? Omnino, sed recto animo, & citra ostentationem. Locutus enim non solet, sed modus & intentio. Multi enim etiam in abscondito orant, hoc ut hominibus placeat faciant. Theoph. ibidem.  
 \* In manifesto.  
 3. Ne sitis multiloqui.  
 d. Non in cœlis velut figuratus in loca, sed per omnia superexcelsus à nobis. Sed ex nomine colorum nil altius potuit monstrari hominibus. De Cass. lib. 10. cap. 27.  
 e. Taliter indulgemus eis qui in nos peccaverunt, qualiter volumus ut nobis indulgeat deus quociens in illum peccamus. Aug. Ser. 32. de tempore.  
 \* Quia tuum est regnum & potentia & gloria in sæcula sæculorum, Tam Hebræa quàm Græca habent, & plucina vetusta Latina.  
 f. Præstitit enim ieiunius legē sine tristitia transgendi. Tertul. contra Psychicos.  
 4. Appareant.  
 g. Accipit enim laudes suas, & quibus ut gloriaretur querit, & se prius illis quas dominus promissit, vepote maioris facies momentaneam hominum laudem quàm del omnium conditoris: id quod Christus de precibus, elemosynis, & ieiuniis fecit docuit, sicut tuus. Com. ieiunias vige caput tuum, &c. Chry. hom. 31. in Gene.  
 h. Vel abscondito, & infra.  
 \* In manifesto.  
 h. Simpliciter enim & absque nomine primum duos dicit dominos, ut audientes didi veritatem cogat consistere. Deinde nominatim illos ponit de quibus erat sermo. Duos vero dominos dicit contraria iubentes, deum & divitias. Euthym. 1. ibi.  
 6. Vni adhaerebit.  
 7. Comedatis, & quid bibatis.  
 8. Quoniam.  
 9. Præstatis, vel excellentiores estis.  
 10. Cogitans quomodo possit.  
 11. Vestimento.  
 i. Quomodo crescunt sine sollicitudine eorum, & secundum quantitatem suam à Deo vestiuntur. Vnde non laborant ad ornandū se, neque nent, ad faciendum sibi vestimentum, & tamen optime vestiuntur. De Lyr. ibidem.  
 k. De presentibus ergo concessit debere esse sollicitos, qui futura prohibet cogitare. Vnde & Apostolus. Thessal. 3. b. Nō estis & dis, inquit, manibus vestris operantes, ne quem vestrum grauaretis. Hieron. ibidem.  
 \* Qui in cœlis est.  
 l. Hic malitiam non contrariam virtuti possit, sed laborem & afflictionem. & angustias seculi sufficit ergo nobis presentis. tēporis cogitatio: futurorum curam, quæ incerta est, relinquamus. Idem ibidem.

† De per. di. 3. c. Cauendū nobis. 11. q. 1. cap. 1. Audi.

† De per. di. 3. c. De quodiam. Luc. 11. a. Rom. 8. d. Infra. 26. d. † Marc. 11. d. † Eccl. 28. a.

† De facta vno. c. 1.

† Luc. 12. d.

† Luc. 11. e.

† Luc. 6. e.

† Luc. 12. c. 2. Pet. 5. b. Phil. 54. d.

† Luc. 12. d.

† Luc. 12. d.

† Ibidem.

*Indicij mensuram à se prius index ex festuca & margarito mensuret, quemlibet ex opere iudicet, & operanti verba condonet.* VII.

† 2. q. 1. cap. Deus omnipotens. Luc. 6. f. Ro. 4. 2. a. 1. Cor. 4. 2. Iacob. 4. e. † Marc. 4. e. Luc. 6. f.

**A** Nolite iudicare, & non iudicabimini: & nolite condemnare, & non condemnabimini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua mensura mensi fueritis, remetiatur vobis. Quid autem vides festucam in

1. Vt non iudicemini. Gen. 2. Hanc sententiam Hebræa habent, Græca non habet, nec plura vetusta Latina.  
 2. Mensurabitur.



3. Dices. h. Corrige ergo te, & tunc poteris fratrem corrigere. Leniora obiciis, & gratiora committis. Festucam vides, &c. Hoc autem dicit dominus propter homines qui cum odio corripiunt, irascuntur corpius, & odio contabescunt. Aug. homi. 9.

l. Canes sunt infideles, porci autem porcina vitam agentes. Myseria igitur incredulorum sunt prodeunda, neque clari & margaritis similes sermones de theologia immundis communicandi. Porci enim conculcant quae dicuntur, canes autem conuersi laerant vos. Theoph. 7.

d. Nemo vult male hoc ipsum audite malum, quippe quod suum est natura complectitur: tamen si quidem contraria potius vitio sedetur, haud igitur illud dixerimus, hic natura bonus, hic natura malus. Nam si quis natura bonus fuisset, certe nunquam malus effici potuisset: contra verò si natura malus, nunquam profecto bonus. Chryf. de virtutib' & vitiis. Ser. 9.

4. Dona.

5. Alie.

6. Cautee vobis.

e. Blandimenta verbum & mansuetudinis simulatione admodum fructu operationis expendi oportere, ut non qualem quis verbis refert, sed qualem se rebus efficiat spectemus. Quia in multis vestra oculum rabies lupina contegitur. Hilari. ibidem. f. Nec inde sequitur propter solum deum operandum. Opera enim in spe sunt retributionis & coronarum. Chryf. de fide, lege natura, & spiritu sancto.

g. Maxime autem cauendum est ab his, qui propter nomen Christi, etiam mactacula habent, quae cum propter infideles dominus fecerit, monuit tamen ne à talibus decipiatur, putantes ibi inuisibilem esse per sapientiam ubi est visibile miraculum. Glo. or. 7. h. Cum ergo non dixit: qui audit verba mea tantum, sed addidit: Qui audit verba mea haec, factis, ut arbitror, significauit haec verba quae in mote locutus est, tam perfecte influere vitam eorum, qui voluerunt secundum ea viuere, ut merito comparentur aedificantibus supra petram. Sapientiam autem dixit, ut apparet istum sermonem omnibus praecipis quibus Christiana vita informatur, esse perfectum. Aug. 7. de Ser. do. in monte li. 1. c. 1.

oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Aut quomodo dicis] fratri tuo: frater, sine eiiciam festucam de oculo tuo, & ecce trabs est in oculo tuo? Hypocrita eiice primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eiicere festucam de oculo fratris tui. Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos: ne forte conculcent eas pedibus suis, & canes conuersi dirumpant vos. Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. Aut quis est ex vobis homo quem si petierit filius suus panem, nunquid lapidem porriget ei? Aut si piscem petierit, nunquid serpentem porriget ei? Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis pater vester qui in caelis est, dabit bona petentibus se? Omnia ergo quaecumque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis. Haec est enim lex & Prophetarum. Intrate per angustam portam, quia lata porta & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta porta & arcta via est quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. Attendite à falsis Prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit. Non potest autem arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, exciderit, & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi: domine domine, intrabit in regnum caelorum, sed qui facit voluntatem patris mei qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum. Multi dicent mihi in illa die: domine domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo daemonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? & tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos. Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Omnis ergo qui audit verba mea haec, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui aedificauit domum suam super petram, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit. Fundata enim erat super petram. Et omnis qui audit verba mea haec, & non facit ea, similis erit viro stulto, qui aedificauit domum suam super arenam, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina eius magna. Et factum est cum consummasset Iesus verba haec, admirabantur turbæ super doctrina eius. Erat enim docens eos sicut potestatem habens, & non sicut Scribæ & Pharisei.]

Iesus mundato in descensu montis leproso Centurionis puerum à paralyti, & Petri socrum à febre curat, à somno excitatus discipulos increpat, ac legionem in porcos mittit. VIII.



Vm autem descēdisset] Iesus de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ, & ecce leprosus veniens adorabat eum dicens: Domine, si vis potes me mundare. Et extendens manum Iesus tetigit eum dicens: Volo. Mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi Iesus: Vide nemini dixeris, sed vade, & ostende te sacerdoti, & offer munus tuum, quod præcepit Moyses in testimonium, illis. Cum autem introisset Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens: Domine puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et ait illi Iesus: Ego veniam, & curabo eum. Et respondens Centurio, ait: Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic, vade, & vadit: & alio, veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Audiens autem Iesus miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, quod multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno caelorum, filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & stridor dentium. Et dixit Iesus Centurioni: Vade,

1. Descenderet.

2. Quæ autem voluntas patris, nisi ut veniret Iesus in hunc mundum, & nos mundaret à vitio? Audi leprosum dicentem: si vis potes me mundare. Respondit Iesus, Volo, mundare. Et statim secutus est effectus sanitatis. Vides quia filius arbitri sui voluntatis est, & Christi voluntas eadem quæ patris est. Ambro. de fide lib. 2. c. 3.

b. Argumenta enim figurata ut pura prophetæ legis, adhuc in suis imaginibus tuebatur, quæ significabant hominem quodis peccatorem verbo mox dei emulata offerre munus deo apud templum, orationem scilicet & adionem gratiarum apud ecclesiam, per Christum Iesum catholici patris sacerdotem. Tertul. aduersus Marcio. lib. 4.

2. Verbum.

3. Alteri, vel alij.

c. Quod enim mirabatur dominus noster, nobis mirandum esse significat, quibus adhuc est opus moueri. Omnes ergo tales motus eius non perturbati animi sunt signa, sed docentis asperit. Sic sunt & verba veteris testamenti, quæ non deum iustum docent, sed nos in infirmitati blandiuntur. August. ex li. 1. Gene contra Manich. cap. 8.

† 1. q. 7. e. In facer. 4. d.

† 11. q. 1. cap. Nolite recedere. Infr. 1. c. 43. diffin. In mandatis. De pen. diff. 1. c. Nonnulli. † Luc. 11. b. Rom. 10. c. Infr. 2. c. Iacob. 1. a. Marc. 1. e. Ioan. 14. b. & 16. e. f. † Diff. 1. c. Luc. 6. e. † Luc. 13. e.

† De regu. iur. extra. B. f. † Luc. 6. f.

† Luc. 6. g.

† 1. q. 1. c. Prophetauit.

† Pfal. 6. d. Luc. 13. f. Infr. 2. g.

† Luc. 6. g.

† Luc. 6. g.

† Luc. 6. g.

† Marc. 1. g. Luc. 5. c.

† 1. q. 1. c. Do. minut. diff. De pen. diff. 1. c. Conuerti. min. Luc. 14. a. † Luc. 7. a. Ioan. 4. g. † 23. q. 1. c. Noli existimare. De conf. d. 1. c. Quotidie.

† Malac. 1. e.



& peior sciffura fit. Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres. Alioquin rumpuntur vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt. Sed vinum nouum in vtres novos mittunt, & ambo conseruantur. <sup>85</sup> Hæc illo loquente ad eos, ecce princeps vnus accessit & adorabat eum, dicēs: Domine filia mea modo defuncta est, sed veni impone manum tuam super eam, & viuet. Et surgens Iesus sequebatur eum & discipuli eius. <sup>†</sup> Et ecce mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, cecidit retro: & tetigit sabbriam vestimenti eius. <sup>†</sup> Dicebat enim intra se. Si tetigero tantum vestimentum eius: salua ero. At Iesus conuersus & videns eam, dixit: <sup>h</sup> Confide filia: <sup>†</sup> Fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora. <sup>†</sup> Et cum venisset Iesus in domum principis, & vidisset tibicines & turbam tumultuantem, dicebat: Recedite, non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum. Et cum eiecta esset turba, intrauit, & tenuit manum eius, & dixit puella surge. <sup>†</sup> Et surrexit puella, & exiit fama hæc in vniuersam terram illam. Et transeunte inde Iesu, secuti sunt eum duo cæci clamantes, & dicentes: Misere nostri filij Dauid. Cum autem venisset domum accesserunt ad eum cæci, & dicit eis Iesus: Creditis quia hoc possum facere vobis? Dicunt ei: <sup>8</sup> Vtique domine. Tunc tetigit oculos eorum, dicens: <sup>i</sup> Secundum fidem vestram fiat vobis. Et aperti sunt oculi eorum. Et comminatus est eis Iesus dicens. Videte ne quis sciat. Illi autem ex euntes, diffamauerunt eum in tota terra illa. <sup>†</sup> Egredis autem illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum dæmonium habentem, & eiecto dæmonio locutus est mutus & miratæ sunt turbæ, dicentes: Nunquam apparuit sic in Israel. Pharisei autem dicebant: In ptincipe dæmoniorum eiicit dæmones. Et circuibat Iesus omnes ciuitates & castella, docens in Synagógis eorum, & predicans Euangelium regni, & curans omnem languorem & omnem infirmitatem. <sup>\*k</sup> Videns autem turbas, misertus est eis, quia erant vexati, & iacentes sicut oues non habentes pastorem. Tunc dicit discipulis suis: <sup>†</sup> Messis quidem multa operarij autem pauci. Rogate ergo dominum messis, vt <sup>†</sup> mittat <sup>†</sup> operarios in messem suam.

*Discipulos mittens corporis occisores timere prohibet, verbi annuntiationem iubet, ac cuncta deo postponenda demonstrat.* X.

**E**T <sup>†</sup> conuocatis duodecim discipulis suis, <sup>†</sup> dedit illis potestatem <sup>†</sup> spirituum immundorum, <sup>†</sup> vt eicerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem. Duodecim autem <sup>†</sup> discipulorum <sup>†</sup> nomina sunt hæc: Primus Simon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius, Philippus & Bartholomæus, Iacobus Zebedæi, & Ioannes frater eius, Thomas & Mattheus publicanus, & Iacobus Alphæi, & <sup>\*</sup> Thaddæus, Simon Chananæus, & Iudas Scariotis, <sup>†</sup> qui & tradidit eum. Hos duodecim misit Iesus, præcipiens eis, & dicens: <sup>b</sup> In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, sed potius ite ad oues quæ perierunt domus Israel. Euntes autem prædicate, dicentes, quia <sup>†</sup> appropinquabit <sup>†</sup> regnum cælorum. <sup>†</sup> Infirmos curatæ, mortuos suscite, leprosos mundate, dæmones eiicite: <sup>†</sup> <sup>c</sup> gratis accepistis, gratis date. <sup>†</sup> Nolite possidere aurum neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris. Non peram in viâ, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam. Dignus est enim operarius cibo suo. <sup>8</sup> In quancunque autem ciuitatem aut castellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit, & ibi manete donec exeat. <sup>†</sup> Intrans autem in domum, salutate eam, dicentes: Pax huic domui. Et si quidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam: si autem non fuerit digna, pax vestra reuertetur ad vos. <sup>†</sup> Et quicunque non receperit vos, neque audierit sermones vestros, exeuntes foras de domo vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus vestris. <sup>†</sup> Amen dico vobis, tollerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicij quam illi ciuitati. Ecce ego mitto vos sicut oues <sup>†</sup> in medio luporū. <sup>†</sup> Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Cauete autem ab hominibus. <sup>†</sup> Tradent enim vos in concilijs & in Synagógis suis flagellabunt vos, & ad Reges

F. Quia tunc est in ebullitione. Ex his vult concludere quod dicitur quæ sunt perfectionis magna, non sunt imponenda hominibus donec spoliat fuerit veteri vita. De Iyra ibidem.]  
 Ig. Videtur ille fidem habere, quamuis non magnam. Obferat enim Iesum, non vt solum verbum dicat, sed & vt veniat & manum imponat. Defuncta autē dicit filiam, quamuis apud Lucam dicitur nondum defuncta. Dicit autem vel vt conuictans, eo quod reliquerat eam iam exhalantem extremum spiritum, vel vt augens calamitatē quo ad misericordiam pronocaret Christum Theophilactus in Matth. cap. 9.  
 h. Mulier vero nisi Christus factum suum manifestasset, cum magis laudibus caruisset, deo eam in medium produxit, factū illius prædicauit, metum eiicit, (tremens enim accessit) confidere iussit, & ad reparacionem sanitate alia quoque præbuit quietis viatica. Chryl. ibidem.  
 i. Semper consilium datur eis continere bonum, quod pericitur ex ea quæ est ad deū obediencia: & non tantum in operibus, sed in fide liberum, & suæ potestatis arbitrium homini seruaui dominus. Irenæus lib. 4. cap. 72.  
 \* Forum, Heb. vel in populo. Græc.  
 k. Verborum virtutes non minus oportet intraspicere quam reuolui a diximus, paria in dicitur æque in factis significacionū momenta consiliū. Turbari dominus miseretur vexatarum & iacentium, tanquam gregis sine pastore dispersi. Hilari. ibidem.  
 3. Eiicitat.  
 a. Sicut ipse curauerat omnem languorem & omnem infirmitatem, Apollolis quoque suis tribuit potestatem vt curaret omnem languorem & omnem infirmitatem in plebe. Hieron. lib. 2. In spiritus immundos, vel super.  
 2. Apostolorum.  
 4. Lebbeus qui cognominatus est.  
 3. Hierioties.  
 h. Magni autem & innarrabilis sacramenti mysterium est, quod prædicatoribus, quibus dictum est: ite in orbē vniuersum, & prædicate euangelium vniuersæ creaturæ, iustitiam prius dictum fuerat: in viam gentium ne abieritis: & non tamen dispensacionem suarum potestatem abstulerat, vt aliter quam occulto iustitiae iudicio flaguerat, consiliū sui ordo decurreret. Ambrosius de voca. gent. lib. 2. cap. 3.  
 4. Appropinquat.  
 c. Giesi puer propheta, qui secutus Naaman. Syrum composito mendacio, veni dicit, quod propheta gratis dederat, ea lepra percussus macula, qua ille mundatus fuerat hereticorum figuram ostendit. Prop. de promiss. c. 1. 3. Nec omnia propterea omnibus gratis comunicanda, quandoquidē hoc de gratia dei tantum exponunt doctores. Vnde Chryl. in Marcum homil. 13. Gratia enim dei non veni dicitur, sed donatur. Nō tantum ille in culpa est qui vendit, sed & qui emit. Infelix est qui emit. Gratia enim Christi autō nō potest comparari. Comunicatio autem, rētem temporalium nullo iure gratis comunicanda extra suprēmā necessitatem. Vnde Augu. de verbis Apolto. Serm. 26. Certe quod pro tuis necessitatibus procedis ad publicū, das nummos, & emis tibi panem, aut vinum, aut oleum, aut lignum, aut aliquid suppellectilem: das & accipis aliquid amicitis, & aliquid acquiriti, & hoc est emere. Hæc ille.  
 5. Intra lupos.

† Dist. 5. ca. Ad eiu.

† Mac. 9. d. Luc. 8. f. † Luc. 7. g. 18. g. † Mat. 5. f.

† Luc. a. b.

Luc. 11. a. Dist. 11. ca. non. Da hæc. Cf. ex inuado.

† Mac. 16. f. A Luc. 10. d. 1. g. ca. Quæ quid.

† Luc. 10. b. 1. Pet. 4. b. Rom. 16. d. Mar. 3. b. Di. 36. Qui ee elefaliens. † 19. 1. Qui quid. B 1. Pet. 4. b. † Mar. 6. b. Luc. 9. a. † Mat. 6. b. Luc. 9. a. † 12. q. 1. ca. ecclesiast. † Luc. 10. b.

† 1. q. 1. ca. Nonne Sodo mita. † Dist. 16. ca. Qui ecclesiast. Hicis. † 1. q. 16. a. Philip. 1. d.





\* Suis.  
 [e Sic Ioanes predicabat lamen-  
 ta penitentia, Christus exulta-  
 tionem misericordiae, sed gene-  
 ratio Iudaica nec plorat cō Ioa-  
 nne plorante, nec gaudet cum  
 Christo gaudente. Comparatur  
 autem hic nō persona personis,  
 quia sic per pueros elinantes  
 intelligerentur. Christus & Ioa-  
 nnes, per negligentes autem v-  
 rique audientes & non faciētes,  
 sed totum negotium toti nego-  
 rio, Nicolaus Gorram.  
 \* Autem.  
 4. Edax.  
 5. In sacco & puluere.  
 f. Et est duplex intelligētia, vel  
 ideo ad inferna descendens, quia  
 contra praedicationē meam su-  
 perbiimē resististi. Vel ideo  
 quia exaltata vsque ad caelum  
 meo hospicio & meis signis ac-  
 que virtutibus tantum habens  
 priuilegium, maioribus pleste-  
 ris supplicis, quōd his quoque  
 credere noluit. Hierony. ibid.  
 6. Quae vsque ad caelos exaltata  
 es.  
 g. Sine dubio excludit ceteros à  
 discutienda notitia, qui ad vni-  
 solum patrem scientiam filij ce-  
 uocauit. Euseb. Eccle. hi. li. c. r.  
 h. Loquendum ergo non aliter  
 de deo est, quā v ipse ad intel-  
 ligentiam nostram de se locu-  
 tus est. Hila. de trinit. lib. 5.

a. Quod autem spicas segetum  
 manibus cōficiant, & mediam  
 consolantur, vitae austeritatis in-  
 ducium est, nō preparatas epu-  
 las, sed cibos simplices quaten-  
 tum.  
 b. Dat dominus duplex accusa-  
 tionis exemplum, vnum regiae  
 potestatis de Dauid, alterum sa-  
 cerdotalis, de his qui per mini-  
 sterium templi sabbatum viola-  
 nt: vt multo minus ad ipsum  
 equitatum sabbato spicacē cri-  
 men pertinere, qui verus rex, &  
 verus sacerdos est, & ideo domi-  
 nus sabbati. Aug. quae. ex Matr.  
 q. 10.  
 7. Quando.  
 c. Neque enim si nō licebat fe-  
 ri, Dauid credidit sibi fecisse si-  
 ne crimine, neque sacerdotes si-  
 ne crimine sabbatum violasse.  
 In quo per Apostolicam doctri-  
 nam populo legis in fideliter ob-  
 uiantē salus gentiū datur: quia  
 maior ipse sit sabbato & absque  
 violatō legis culpa Euangelica  
 fides operatur in Christo. Hila.  
 ibid.  
 d. Et est sensus. Si misericordiā  
 comprobatis Achimelech eo qd  
 fame periclitante refoecillauit  
 Dauid & pueros eius, quare  
 discipulos meos condemnatis,  
 qui nihil tale fecerunt?  
 \* Erat.  
 e. Suspicientes qd curus quosdā  
 curatus esset, interrogatiōe  
 eum anticipant, vt cum respon-  
 disse licitum esse, sumerent oc-  
 casionem illum iam accusandi  
 tanquam transgressorem, & ita  
 prohiberent, & illi ne curaret,  
 & alios qui propter sanitates  
 fuissent credituri. Malebant em̄  
 suae gentis homines morbis ce-  
 rumpi quam Christum glorifica-  
 ead Euthymius ibid.  
 f. O pestiferam daemōnis astu-  
 tiam: vsque viam occupauit  
 atque obstruxit quibus erat ille  
 crediturus, visum scilicet, atque  
 audicum, quas tamē ambas vias  
 Christus reuertit. Chrysol. in  
 Matth. hom. 41.  
 g. Hoc dicens ex eorum confes-  
 sione volebat intelligi, qd in eis  
 non credendo in regno diaboli  
 esse delegissent, quod veique ad  
 uersum se diuinum stare non  
 possit. Eligant ergo Pharisei  
 quod voluerint. Si Sathanas Sa-  
 thanam nō potest eicere, nihil  
 contra dominum quod dicere  
 inuenire poterunt. Si autē po-  
 test, multo magis sibi proficiat  
 & recedant de regno eius: quōd  
 aduersum se diuinum stare non  
 potest Aug. sermo. 11. ex verbis  
 domini in euangelio secūdum  
 Matth.

Similis est pueris sedentibus in foro, qui clamantes coequalibus, \* dicunt: Cecinimus vobis, & non saltastis: lamentauimus, & non planxistis. † Vēnit enim Ioannes neque manducans, neque bibens, & dicunt: dæmonium habet. † Vēnit \* filius hominis manducans & bibens, & dicunt: ecce homo vorax, ] & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus. Et iustificata est sapientia à filiis suis. Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus in quibus factę sunt plurimę virtutes eius, quia non egissent penitentiam. Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidōne factę essent virtutes quę factę sunt in vobis, olim in cilicio & cinere ] penitentiam egissent. Veruntamen dico vobis, Tyro & Sidōni remissius erit in die iudicij quā vobis. † Et tu Capharnaū, nunquid vsque in cœlum exaltaberis? ] vsque in infernum descendes. † Quia si in Sodomis factę fuissent virtutes quę factę sunt in te, fortē māsissent vsque in hanc diem. Veruntamen dico vobis, quia terrę Sodomorum remissius erit in die iudicij quā tibi. In illo tempore, respondens Iesus, dixit: † Confitebor tibi pater domine cœli & terrę, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudētibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater, quoniam sic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt à patre meo. † Et nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quis nouit nisi filius, † & eui voluerit filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & † discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. † Iugum enim meum suauē est, & onus meum leue.

*Confutatis Phariseis in Apostolos spicas sabbato euellentes murmurantibus, aridam manum sanat & dæmoniacum eoque signum petentes arguit, & qui sint filij dei demonstrat.*  
 XII.



† N illo tempore, abiit Iesus per sata sabbato, † discipuli autem eius esurientes cœperunt vellere spicas, & manducare. Pharisei autem videntes, dixerunt ei: Ecce discipuli tui faciunt quod non licet — eis ] facere sabbatis. At ille dixit eis: † b Non legistis quid fecerit Dauid quādo esuriit, & qui cum eo erant, quomodo ] intrauit in domum dei, & panes propositionis comēdit, quos non licebat ei edere, neque his qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus? Aut nō legistis in lege, quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violant, & sine crimine sunt? Dico autem vobis, quia templo maior est hic. Si autem sciretis quid est: † d Mi-  
 sericordiam volo & non sacrificium, nunquam condemnassetis innocentes. Domi-  
 nus enim est filius hominis etiam sabbati. † Et cum inde transisset, venit in Synagō-  
 gam eorum. † Et ecce homo \* manum habens aridam, & interrogabant eum, dicen-  
 tes: † Si licet sabbatis curare? Vt accusarent eum. Ipse autem dixit illis: Quis erit ex vo-  
 bis homo, qui habeat ouem vnam, & si ceciderit hæc sabbatis in foueam, nōne te-  
 nebit & leuabit eam? Quanto magis melior est homo oue? Itaque licet sabbatis be-  
 nefacere. Tunc ait homini: Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est sanitati  
 sicut altera. † Exeuntes autem Pharisei, consilium faciebant aduersus eum, quomodo  
 perderent eum. Iesus autem sciens, recessit inde, & secuti sunt eum multi, & curauit  
 eos omnes. † Et præcepit eis, ne manifestum eum facerent: vt adimpleretur quod di-  
 ctum est per Isaiam Prophetam, dicentem: † Ecce puer meus quē elegi, dilectus meus  
 in quo bene complacuit animæ meæ. † Ponam spiritum meum super eum, & iudi-  
 cium gentibus nuntiabit. Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in pla-  
 teis vocem eius. Arundinem quassatam non confringet, & lignum fumigans non ex-  
 tinguet, donec eiiciat ad victoriam iudicium, & in nomine eius gentes sperabunt.  
 † Tunc oblatus est ei dæmonium habens cæcus & mutus, & curauit eum ita vt lo-  
 queretur & videret. Et stupebant omnes turba, & dicebant: Nunquid hic est filius Da-  
 uid? Pharisei autem audientes, dixerunt: † Hic non eiicit dæmones, nisi in Beelzebub  
 principe dæmoniorum. Iesus autem sciens cogitationes eorum, dixit eis: † Omne reg-  
 num diuisum contra se desolabitur: & omnis ciuitas vel domus diuisa contra se, nō  
 stabit.

† Luc. 7. e  
 † Diff. 35. c  
 Sexto die.  
 † Luc. 10. d  
 † 2. q. 6. cap.  
 Quilic.  
 † 1. Joan. 3. a  
 † Marc. 4  
 Luc. 6. a  
 † Marc. 2. g  
 Luc. 6. a  
 † Reg. 2. g  
 † Luc. 2. 4. b  
 Num. 2. a  
 † Osee. 6. o  
 Marc. 1. i  
 † Marc. 3. b  
 Joan. 10. g  
 † Sup. 3. a  
 & 9. f  
 Infia. 17. o  
 † Isa. 42. a  
 Sup. 9. d  
 Luc. 11. b  
 De pan. dist.  
 3. c. Sæ plura  
 † Marc. 3. c  
 Luc. 11. b



**D** stabit. <sup>h</sup> Et si Sathanas Sathanam eiicit, aduersus se diuisus est. Quomodo ergo stabit regnum eius? <sup>b</sup> Et si ego in Beelzebub eiicio dæmones, filij vestri in quo eiiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. <sup>i</sup> Si autem ego in spiritu dei eiicio dæmones, igitur peruēnit <sup>2</sup> in] vos regnum dei. Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem? Et tunc domum illius diripiet. Qui nō est mecum, contra me est: & qui non congregat mecum, spargit. Ideo dico vobis, <sup>t</sup> omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem <sup>3</sup> k blasphemiar, ] non remittetur. Et quicumque dixerit verbum contra filium hominis remittetur ei: <sup>1</sup> qui autem dixerit contra spiritum sanctum, neque remittetur ei: neque in hoc seculo, neque in futuro. <sup>g</sup> Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonus: aut facite arborem malam, & fructum eius malum. Siquidem ex fructu arbor cognoscitur, <sup>t</sup> Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? Ex abundantia enim cordis os loquitur. <sup>t</sup> Bonus homo de bono thesauro profert bona, & malus homo de malo thesauro profert mala. Dico autem vobis, <sup>m</sup> quoniam omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Ex verbis enim tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Tunc responderunt ei quidam de Scribis & Phariseis, dicentes: <sup>n</sup> Magister, volumus à te signum videre. Qui respondens, ait illis: <sup>f</sup> <sup>t</sup> & Generatio mala & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ Prophetæ. <sup>t</sup> Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. <sup>t</sup> Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam, quia poenitentiam egerunt <sup>4</sup> in prædicatione ] Ionæ. Et ecce plusquam <sup>o</sup> Ionas hic. <sup>t</sup> Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam, quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis. Et ecce plusquam Salomon hic. Cum autem immudus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida quærens requiem, & non inuenit. Tūc dicit: <sup>t</sup> Reuertar in domum meam vnde exiui. <sup>g</sup> Et veniens inuenit eam <sup>1</sup> vacantem. ] <sup>c</sup> scopis mundatam & ornatam. Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & intrantes habitant ibi, <sup>t</sup> & fiūt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit & generationi huic pessimæ. <sup>t</sup> Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres stabant foris quærentes loqui ei. Dixit autem ei quidam: <sup>q</sup> Ecce mater tua & fratres tui foris stant, quærentes te. <sup>\*</sup> At ipse respondens dicenti sibi, ait: <sup>q</sup> Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos suos, dixit: <sup>q</sup> Ecce mater mea, & fratres mei. Quicumque enim fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater, & soror & mater <sup>\*</sup> est.

*Regnum dei sub quadruplicis seminis zizaniorum, grani sinapis, fermenti in pasta, thesauri in agro, & margaritæ figura docet.* X III.

**A** Nullo die exiens Iesus de domo, sedebat secus mare. <sup>t</sup> Et congregatæ sunt ad eum <sup>a</sup> turbæ multæ, ita vt in nauiculam ascendens sederet, & omnis turba stabat in littore, & locutus est eis multa in parabolis, dicens: <sup>q</sup> Ecce, exiit <sup>1</sup> qui seminat seminare <sup>b</sup> & semen suum. ] Et dum seminat, quædam ceciderunt secus viam, & venerunt volucres cæli & comederunt ea. Alia autem ceciderunt in petrosa, vbi non habebant terram multam, & continuo exorta sunt, quia non habebant altitudinem terræ. Sole autem orto <sup>c</sup> astuauerunt, ] & quia non habebant radicem, aruerunt. <sup>t</sup> Alia autem ceciderunt in spinas, & creuerunt spinæ, & suffocauerunt ea. Alia autem ceciderunt in terram bonam, & dabant fructum, <sup>2</sup> aliud centesimum, ] aliud sexagesimum, aliud tricesimum. Qui habet aures <sup>3</sup> audiendi, ] audiat. <sup>t</sup> Et accedentes discipuli, dixerunt ei: <sup>q</sup> Quare in parabolis loqueris eis? Qui respondens, ait illis: <sup>g</sup> Quia vobis datum est nosse mysteria regni cælorum, <sup>d</sup> illis autem non est datum. <sup>t</sup> <sup>e</sup> Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit: qui autem non habet, & quod habet, auferetur ab eo. Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes non vident, & au-

[h. Si expulsio dæmonum à filio vestris, Deo non dæmonibus ad putatur, quare in me idem op<sup>o</sup> eandem nō habet causam. Glo. s. ord. mat. ]  
[i. Quod si in diuina virtute ego eiicio dæmonia, ergo ego sum filius Dei & adueni] propter vos, vt afficiamini beneficiis, acque ita peruēnit in vos meus aduentus. Hic enim est regnum Dei. Quid igitur aduentum meum, quod propter vos est, accusetis? Theo phylactus ibidem.]  
[k. Ad.]  
[l. Blasphemia (vt spiritus sūs genitiuus, & blasphemia nominatiuus) hoc est blasphemia in spiritum sanctum.]  
[m. Triplex est modus exponendi. Quidam exponit ad litteram, quia ipsi videbant eum miraculis facientem, & opera spiritus sancti, & dicebant eum habere spiritum immundum: ideo blasphemabant in spiritum sanctum. Et in hoc diuisa est expositio. Quidam dicit quod verumque debet referri ad personam filij, sed in sitio duplex est natura diuina & humana, secundum diuinitatem & spiritus est, & secundum carnem non est. Sædus Thomas ibid.]  
[n. Otiosum est verbum, quod nulla de re profertur, quod mendacium inquit, quod ad calumniam dicitur. Quidam autem otiosum etiam asserunt verba, quæ vana sunt, vt quæ profusum mouent ritum, aut cupia, impudica, illiberalia Chryl. in 12. cap. Marc. homil. 43.]  
[o. Scilicet quod dicitur Lu. 11. Aliqui volentes experiri Christi potestatem petebant sibi signa fieri in corporibus cælestibus, quod petebant non ex deuotione, sed magis ex curiositate, & ex iumentatione. De Iyza. ibidem.]  
[p. Ad prædicationem.]  
[q. Vnus autem & idem dominus qui plusquam templum est, & plusquam Salomon, & plusquam Ionas, donat hominibus id est, suam presentiam & resurrectionem à mortuis. Iren. li. 4. ca. 20. p. Non quia ipsa sua virtute ac potentia condemnabit, sed quia in eius comparatione condemnabuntur qui deuotionem eius sceleres, cum multa facilius possent, sapientia curam dissimulabāt habere. Hic. super 21. c. Pro. 5. Vacant.]  
[r. Est autem etiam in eo typica ratio seruata, vt mater eius & fratres foris starent, cum vique ingrediendi ad eum haberent (vt ceteri) potestatem. Sed quia in sua vniuersitate sui eum non receperunt: in matre eius in fratribus synagoga & Israelitæ præfiguratur, ingressu eius atque aditu abstinentes Hilarius, ibidem.]  
[\* Alloqui. \* Mea.]

a. Turba non vnus sententia est, sed diuersarum in singulis voluntatum. Vnde loquitur ad eum in multis parabolis: vt iuxta varias voluntates diuersis recipient discipulis. Hiero. ibidem. 1. Seminator ad feminandum vel vefeminare.  
b. Desumptum est, semen suum, ex Luca.  
c. Hoc est, excicera sunt.  
d. Vnum centuplum.  
e. Ad audiendum.  
f. Hoc autem dicit non necessitatem quampiam ostendens, nec certam ad aliquos doctrine attributionem à casu, & vt contingit illarum: sed vt in ipsis omnium causam esse ac gratiam su perius esse malorum significaret. ac aperire donum quod illi hoc est, ac gratia in futurum, que nullo pacto liberatam humang tollit naturæ. Chryl. ibid. Vnde reprobus nulla adigit necessitas post contemptum euangelium, quin illud recipere possit.  
g. Quid dabitur: id est, fides vel intellectus, vel salus ipsa. Quid auferetur: id est, quod dabitur. A quo dabitur & auferetur: à creatore. Tertu aduers. Marcio. lib. 4.

+ Marc. 3. d  
Luc. 11. b  
Dicit. 29. e  
Qualis  
  
+ Sup. 3. e  
+ Luc. 6. g  
+ 22. q. 5. e  
Quotiens,  
  
+ Marc. 8. b  
Luc. 11. b  
Luc. 9. e. 11. d  
Marc. 8. c  
Dicit. 32. a  
+ Rom. 2. a  
+ De pecc. d. 1  
6. Voluissent.  
  
+ Reg. 10. a  
2. Para. 9. a  
Luc. 11. c  
  
+ De pecc. di.  
4. c. Reuertar  
+ Reg. 10. a  
2. Para. 9. a  
Luc. 11. d  
+ Pet. 2. d  
+ Marc. 3. g  
Luc. 8. c  
  
+ Marc. 4. a  
Luc. 8. a  
  
+ 49. dist. e  
Hic etenim.  
  
+ Marc. 4. b  
Luc. 8. b  
  
+ Infra. 25. e  
Luc. 8. c  
& 19. d  
Marc. 4. e



Etiā. Ait illis: Ideo omnis scriba doctus in regno cœlorum similis est homini patrifamiliâs, qui profert de thesauro suo noua & vetera. Et factum est cum cõsummasset Iesus parabolas istas, transiit inde. <sup>†</sup> <sup>p</sup> Et ueniens in patriam suam docebat eos in Synagogis eorum, ita ut mirarentur, & dicerent: Vnde huic sapientia hæc & virtutes? Nõne hic est fabri filius? Nõne mater eius dicitur Maria, & fratres ei<sup>9</sup> Iacobus & Ioseph, & Simon & Iudas? & sorores eius nõne omnes apud nos sunt? Vnde ergo huic omnia ista? <sup>†</sup> Et scandalizabantur in eo. Iesus autem dixit eis: <sup>†</sup> Non est Propheta sine honore nisi in patria sua, & in domo sua. <sup>†</sup> Et non fecit ibi virtutes multas, propter incredulitatem illorum.

*Ioanne occiso Christus in deserto quinque hominum milia satiat, super aquas ambulans Petrum mergentem erigit, atque in terra Genezareth plurimos etiam simbrie tactu sanat.* X LIII.

**N**illo tempore, <sup>†</sup> <sup>a</sup> audiuit Herodes Tetrarcha famam Iesu, & ait <sup>†</sup> pueris] suis: Hic est Ioannes Baptista, ipse surrexit à mortuis, & ideo virtutes operantur in eo. <sup>†</sup> Herodes enim tenuit Ioannem, & alligauit eum, & posuit in carcerem propter Herodiadem uxorem <sup>\*</sup> fratris sui. Dicebat enim illi Ioannes: Non licet tibi habere eam. Et volens illum occidere timuit populum, <sup>†</sup> quia sicut Prophetam eum habebant. Die autem natalis Herodis saltauit filia Herodias in medio, & placuit <sup>†</sup> Herodi. <sup>†</sup> <sup>b</sup> Vnde cum iuramento pollicitus est ei dare quodcumque postulasset ab eo. At illa præmonita à matre sua: Da mihi, inquit, hic in disco caput Ioannis Baptistæ. Et contristatus est Rex, propter iusiurandum autem, & propter eos qui pariter recumbebant, iussit dari. Misitque & decollauit Ioannem in carcere. Et allatum est caput eius in disco, & datum est puellæ, & illa attulit matri suæ. <sup>†</sup> <sup>c</sup> Et accedentes discipuli eius, tulerunt corpus eius, & sepelierunt illud, <sup>†</sup> <sup>c</sup> & venientes nuntiauerunt Iesu. <sup>†</sup> <sup>d</sup> Quod cum audisset Iesus, secessit inde <sup>†</sup> in nauiculam] in locum desertum seorsum. Et cum audissent turbæ, secutæ sunt eum pedestres de ciuitatibus. <sup>†</sup> Et exiens vidit turbam multam, & misertus est eis, & curauit languidos eorum. <sup>†</sup> <sup>e</sup> Vespere autem facto,] accesserunt ad eum discipuli eius, dicentes: <sup>†</sup> Desertus est locus, & hora iam præterit, dimitte turbas, ut euntes in castella emant sibi escas. Iesus autem dixit eis: Non habent necesse ire: date illis vos manducare. Responderunt ei: Non habemus hic <sup>†</sup> nisi] quinque panes & duos pisces. Qui ait eis: Afferte mihi illos huc. <sup>†</sup> <sup>e</sup> Et cum iussisset <sup>†</sup> turbam] discumbere super fœnum, acceptis quinque panibus & duobus piscibus, aspiciens in cœlum, <sup>†</sup> benedixit & fregit, & dedit discipulis suis panes, discipuli autem dederunt turbis. Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et tulerunt reliquias, duodecim caphinos fragmentorum plenos. <sup>†</sup> Manducantium autem fuit numerus <sup>\*</sup> quinque milia virorum, exceptis mulieribus & paruulis. <sup>†</sup> Et statim <sup>†</sup> iussit] discipulos ascendere in nauiculam, & præcedere eum transfretum, donec dimitteret turbas. <sup>†</sup> Et dimissa turba, ascendit in montem solus orare. Vespere autem facto, solus erat ibi. Nauicula autem <sup>\*</sup> in medio mari iactabatur fluctibus. Erat enim contrarius ventus. Quarta autem vigilia noctis uenit ad eos ambulans super mare. <sup>†</sup> Et videntes eum <sup>\*</sup> super mare ambulante, turbati sunt dicentes: quia phantasma est. <sup>†</sup> <sup>e</sup> Et præ timore clamauerunt. Statimque Iesus locutus est eis, dicens: Habete fiduciam, ego sum, nolite timere. Respondens autem Petrus, dixit: Domine, si tu es, iube me venire ad te super aquas. Et ipse ait: Veni. Et descendens Petrus de nauicula, ambulabat super aquam, ut veniret ad Iesum. Videns verò ventum validum timuit. Et cum cœpisset mergi, clamauit, dicens: Domine, saluum me fac. Et continuo Iesus extendens manum, apprehendit eum, & ait illi: <sup>†</sup> Modicæ fidei quare dubitasti: Et cum ascendisset in nauiculam, cessauit ventus. Qui autem in nauicula erant, venerunt, & adorauerunt eum, dicentes: Verè filius dei es. <sup>†</sup> Et cū transfretassent, venerunt in terram <sup>†</sup> Genezareth. <sup>†</sup> Et cum cognouissent eum viri loci illius, miserunt in vniuersam regionem illam, & obrulerunt ei omnes malè habentes, & rogabant eum ut vel simbriam vestimenti eius tangerent. Et <sup>†</sup> quicumque] tetigerunt salui facti sunt.

Ep. Patria sua aliquando dicitur Nazareth, ubi nutritus est, & ibi fecit pauca miracula. Aliquando Bethleem ubi natus est, Aliquando Capharnaum, ubi in patria facit miracula. Vnde mirabatur, vnde illi tantæ virtutes essent S. Thomas ibidem.

q. Solemus enim homines familiares contemneret, & externos in admiratione habere. Quod autem adiecit in domo sua, ideo fecit, quia oderant eum & fratres sui domestici. Tu autem intellige quod & hodie Iesus in patria sua, hoc est apud Iudæos, ignominiosus est: nos autem ex terci illum veneramus, Theoph. ibidem.

a. Tu autem etiam hic animaduerte quam ingentes virtutes habeat vires. Nam hic Herodes adeo Ioannem perhorruit, ut inimia formidine vel de resurrectione philosopharetur. Vires nimium ipsum timuisse nec etiam hæc verba ad alienos effere audeat, sed veras suos alloquitur. Chrysin. Mat. 14. c. 1. homi. 49. a. Famulis.

\* Philipp. 2. Oculis Herodis.

b. Herodes saltatrici præmium turpiter promissit, eum deliter soluit. Turpe quod regni pro saltatione promittitur, crudelis quod mors prophetae pro iusiurandi religione donatur. Ambr. Officio lib. 3. ca. 12.

c. Finitis igitur legis repositibus, & cum Ioanne conspuitis, discipuli eius res ita gestas domino nuntiant, ad euangelica scilicet, ex lege venientes. Hilarius ibidem.

d. Ergo dei verbum lege finita nauem conscendens. Ecclesiam adit, & in desertum cœdit. Ra. licta quippe cõuersione Israelis in vacua diuine cognitionis pectora transt. Turba hæc audiens dominum de ciuitate pedes sequitur in desertum, de synagoga videlicet ad ecclesiam conuertit, quam videns miseratus est, & omnem languorem eius infirmitatēque curat. Idem.

e. Per nauim.

f. Vespere autem facta.

g. Plures quæm.

h. Ve turbæ facerent.

\* Fata.

i. Pro quinque sensibus corporis hi sunt qui in seculari habitu exterioribus vi nouauerunt. Hi quinque panibus i. legalibus præceptis adhuc necesse est ut instruantur. Nam qui mundo intere re renunciant, quatuor milia sunt & septem panibus, i. euangelica perfectione sublimis, & spiritali gratia refectitur. Gloria ordinata. ibidem.

7. Compulit. \* Iam.

8. Turbati in fratre Apostoli, licet adhuc non credentes corde, ubi primum sub pedibus domini ludere equas, & inquieto maris æstu deambulantis domini super aquas intrepida videre ve fligia, subitque nauis que fluctibus turbaretur, ubi enim tamē Christus ascendit, placida æquora, & elementa famulancia contempere, verum dei filium credi dicunt, dicentes: verè dei filius est. Ambr. de fide lib. 2. ca. 7.

\* Discipuli.

g. Cur hæstesisti, siue quare primum fiduciam habens, postmodum timuisti? id enim appellauit hesitationem: Nam qui contra suadus te fortiter reddebat, vtrique & contra ventum te fortem reddidisset. Euthy. ibidem.

8. Genezareth.

9. Quotquot.

† Mar. 6. a  
Joh. 6. e  
2. q. 1. Pauli  
ni

† Mar. 6. a  
Joh. 6. f  
† Luc. 4. d  
Joh. 4. f  
† 1. q. 1. Pat.  
ianista.

† Mar. 6. c  
Luc. 9. a

† Luc. 3. d  
Dis. 26. Vna  
tantum.

† Intra. 21. c

† 23. q. 1. V.  
nisi quisque.  
De homici.  
Cõiuramēto

† Marc. 6. d  
Luc. 9. b

† Joh. 6. a  
Luc. 9. g

† Mar. 6. e  
Luc. 9. b  
Joh. 6. a  
Intra. 15. g

† Di. 36. ca.  
Qui ecclesi.  
stici.

† Mar. 6. g

† Luc. 6. b  
Joh. 6. b  
Marc. 6. g

† Sup. 8. d  
Marc. 6. d  
† Sup. 4. d  
Marc. 6. g

Phariseorum traditiones diuinis a duersas reprobat. Chananæa filia à demonio & ple-  
riſque alijs liberatis, quatuor hominum milia cibata. X V.

a. Quamquam in omnibus locis erant Scribæ & Pharifæi, magis tamen erant venerabiles Ierofolymitanis ideo illi magis inuidebant, vt pote inanis gloriæ magis appetentes. Moram autem habebat Iudæi non comedere illotis manibus, idque ex patrum traditione. Has igitur traditiones vt vidiffent nō obferuari à discipulis, putauerunt illos contēnere feniores. Theophylactus ibidem.

1. Tradicionem.  
b. Quicquid deuoni deo tuo cedet utilitati, & sic tua; non succurream pietati.

c. Non per Moysen datam legem dicit præcepta hominum, sed traditiones presbyterorum, quas fixerant, quas vindicantes frustrabatur legem dei. Irenæus lib. 4. ca. 26.

\* Ore suo mihi appropinquet, &c.

d. Quis homo nisi male uoluntatis ruerit bonam in se non amat uoluntatem, quæ superni agricolæ prima plantatio est quicquid enim non est eradicandum, manifestum est à patre esse plantatum. Ambrosio de uocat. gent. 2. lib. 1.

e. Quæ est dura captiuitas anime impenitentis: de qua dicitur Apoc. 2. F. Dedit illi tempus vt penitentiam ageret, & penitere non uult.

f. Interpretare.  
g. Nihil intelligitis?

g. Proceat qui in corde suo hanc non esse testatur, & plenam in corpore isto mortali iusticiam confitebor. Hier. aduersus Pelagianos lib. 2.

h. Spiritualia dicta prophetarum, de cordis & corporis castigatione, vt hæc lauamini mundi estote. Pharifæi carnaliter de solo corpore accipiebant, quod uanum est fieri. Gloſa ord. ibid.

i. Vnde intelligere te conuenit, quia missus non id significat quod alieno sit coactus impetio, sed quod uoluntario sit coactus arbitratu: alioquin contemptum ostendit patris. Ambrosio de fide lib. 2. cap. 4.

k. In domo.  
k. Nōdum iactabat canibus panem filiorum, nondum in uiam gentium uel nationum ire mēdabat. Siquidem in fine præcepit vt uaderet ad docendas & tingendas nationes, consecuturi mox Spiritum sanctum paracletum: qui illos deducturus esset in omnem ueritatem. Tertullio de præscriptio. aduer. hæc.

l. Veruntamen etiam.  
l. Petis.

m. Repente curauit illos, non quod maiori sint metiri quam Chananæa, sed quod Iudæi sint: vt ingratorum obrutere ora Iudæorum: demonstrans illos maiori dignos supplicio, in gratias enim quatuor maioribus pluribus que attingit beneficiis, tantò ad maiore penam luendam est obnoxius. Euthymius ibidem.

\* Debiles sanos.  
\* Forè.  
\* Apud uos.

n. Supra in refectione quinque panum turbæ super fenum uide discumbere, nunc ubi septem panibus reficienda est, supra terram discumbere præcipitur: quia per scripturam legis carnis desideria calcare & comprimere iubemur. Omnis enim caro fenum, & omnis gloria eius tanquam flos feni. In nouo autem testamento ipsam quoque terram ac facultates temporales derelinquere præcipitur. Beda do. 7. post trinit.

o. Vltra.



Vnc<sup>†</sup> acceſſerunt ad eum ab Ierofolymis Scribæ & Pharifæi, dicentes: <sup>†</sup> Quare discipuli tui transgrediuntur <sup>†</sup> traditiones] feniorum? Non enim lauant manus suas cum panem manducant. Ipse autem respondens, ait illis: <sup>†</sup> Quare & vos transgredimini mādatum dei propter traditionem ueſtram? Nam deus dixit: <sup>†</sup> Honora patrem & matrem: <sup>†</sup> & qui maledixerit patri uel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: quicumque dixerit patri uel matri: <sup>†</sup> munus quodcunque est ex me, tibi proderit: & non honorificabit patrem suum aut matrem suam, & irritum feciſtis mādatum dei <sup>†</sup> propter traditionem ueſtrā. Hypocrytæ, bene prophetauit de uobis Iſaias, dicens. <sup>†</sup> Populus hic <sup>\*</sup> labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas & mādata hominum. Et conuocatis ad se turbis, dixit eis: Audite & intelligite. Non quod intrat in os coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem. <sup>†</sup> Tunc accedentes discipuli eius dixerunt ei: Scis quia Pharifæi audito hoc uerbo scandalizati sunt? At ille respondens, ait: <sup>†</sup> <sup>†</sup> Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur. Sinite illos, cæci sunt, & ] duces cœcorum. <sup>†</sup> Cæcus autem si cœco ductatum præſtet, ambo in <sup>†</sup> foueam cadunt. Respondens autem Petrus, dixit ei: <sup>†</sup> Ediffere nobis parabolam istam. At ille dixit: Adhuc & uos <sup>†</sup> sine intellectu estis: ] Non intelligitis, quia omne quod in os intrat, in uentrem vadit, & in secessu m emittitur? Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem. <sup>†</sup> De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemias. Hæc sunt quæ coinquinant hominem. <sup>†</sup> Non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem. <sup>†</sup> Et egressus inde Iesus, secessit in partes Tyri & Sydonis. Et ecce mulier Chananæa à finibus illis egressa, clamauit, dicens ei: <sup>†</sup> Misere mei domine, fili Dauid, filia mea malè à dæmonio vexatur. Qui non respōdit ei uerbum. Et accedentes discipuli eius, rogabant eum dicentes: Dimitte eam quia clamat post nos. Ipse autem respondens, ait: <sup>†</sup> Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt <sup>†</sup> domus] Israel. At illa uenit & adorauit eum, dicens: Domine, adiuua me. Qui respondens, ait: <sup>†</sup> Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa dixit: Etiam domine. <sup>†</sup> Nam & ] catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens Iesus, ait illi: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut uis. ] Et sanata est filia eius ex illa hora. Et cum transisset inde Iesus, uenit secus mare Galilææ, & ascendens in montem sedebat ibi. <sup>†</sup> Et acceſſerunt ad eum turbæ multæ habentes secum mutos, cæcos, claudos, debiles & alios multos, & proiecerunt eos ad pedes eius <sup>†</sup> & curauit eos, ita ut turbæ mirarentur, uidentes mutos loquētes, <sup>\*</sup> claudos ambulantes, cæcos uidentes, & magnificabant deum Israel. <sup>†</sup> Iesus autem conuocatis discipulis suis, dixit: <sup>†</sup> Misereor turbæ, quia triduo iam perseuerant mecum, & non habent quod manducant. Et dimittere eos ieiunos nolo, ne <sup>\*</sup> deficiant in uia. Et dicunt ei discipuli: Vnde ergo nobis in deserto panes tantos, ut saturemus turbam tantam? Et ait illis Iesus: Quot panes habetis? At illi dixerunt: Septem, & paucos pisciculos. <sup>†</sup> Et præcepit turbæ ut <sup>m</sup> discumberent super terram. Et accipiens septem panes & pisces, & gratias agens, fregit, & dedit discipulis, & discipuli dederunt populo. Et comederunt omnes, & saturati sunt. Et quod superfuit de fragmentis, tulerunt septem sportas plenas. Erant autem qui manducauerunt quatuor milia hominum, <sup>†</sup> extra] paruulos & mulieres. Et dimissa turba ascendit in nauiculam, & uenit in fines Maggedam.

† Mar. 7b  
† Exod. 20b  
Deut. 5b  
Marc. 7. b  
Eph. 6a  
† Exod. 21 c  
Leuit. 20 c  
Prou. 20c  
† 1 Jo. 29. d  
Marc. 7. b  
Diff. 8. ca. 5  
folus.  
† 1 Jo. 15. a  
Infra. 23. c  
† Diff. 38.  
Quæ ipſis.  
Marc. 7. c  
Luc. 6. f  
Diff. 17. Ideo  
De renuncia.  
Pet trāſlatio.  
nem:  
† Marc. 7. c  
Gm. 6. 2. 8. d  
† Marc. 7. e  
Marc. 7  
† Marc. 7. d  
Iſa. 35. b  
† Marc. 8. a  
† Marc. 6. f  
8. b  
1 Jo. 6. b

Cœlesti signo Pharifæis negato illorum fermento cauendum: discipulis autem post opinionem Christi confessam suam prædicat passionem. X VI.

Et tac-

† Marc. 8. b  
Luc. 12. g  
† Sup. 12. e  
† Ionæ. 2. a  
† Mar. 8. b  
† Luc. 12. a  
† Marc. 3. c  
† Marc. 8. c  
Luc. 9. c  
De baptisf.  
Maiotes.  
† Job. 6. g  
De maio. &  
obe. So. ite.  
Dist. 1. Ita  
dominus.  
† Dist. 9. Ita  
dominus.  
De maio. &  
bedi. c. Solite  
† Dist. 21. c  
In. nono.  
Quantis. 50.  
dist. ca. Fide-  
hor. 1. 1. 1. 1.  
ve. constitue-  
retur.  
† 11a. 12. c. 9  
9. 1. Aliorum  
† 24. q. 1. Au-  
ditimus. Ro-  
gan. 1. Loqui.  
24. q. 2. c. 1.  
Legitur. Nec  
quisquam.  
† Marc. 8. f. g  
† Luc. 9. c. &  
† 14. f. 17. g  
Sup. 10. g  
† De simo.  
Matthæus.  
Marc. 8. g  
Ioh. 12. d

**R**ogauerunt Jēū  
ut signum de cœlo ostenderet eis. At ille respondens, ait illis: Facto vespere  
dicitis, serenum erit, rubicundum est enim cœlum: Et mane, hodie tempe-  
stas, rutilat enim triste cœlum. \* Faciem ergo cœli diiudicare nōstis, signa autem  
temporum non potestis scire. † Generatio mala & adultera signum quærit, & signum  
non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Et relictis illis, abiit. Et cum venissent  
discipuli eius trans fretum, obliti sunt panes accipere. Qui dixit illis: † Intuemini &  
cauete à fermento Phariseorum & Sadduceorum. At illi cogitabant inter se, dicen-  
tes: Quia panes non accepimus. Sciens autem Iesus, dixit: † Quid cogitatis inter vos  
modicæ fidei, quia panes non habetis? † Nondum intelligitis, neque recordamini  
quinque panum & quinque milium hominum, & quot cophinos sumpsistis? Neque  
septem panum & quatuor milium hominum, & quot sportas sumpsistis? Quare non  
intelligitis, quia non de pane dixi vobis? \* cauete à fermento Phariseorum & Sad-  
duceorum. Tunc intellexerunt, quia non dixerit cauendum à fermento panum, sed à  
doctrina Phariseorum & Sadduceorum. † Venit autem Iesus in partes Cæsareæ Phil-  
ippi, & interrogabat discipulos suos, dicens: Quem — me] dicunt homines esse fi-  
lium hominis? At illi dixerunt: Alij Ioannem Baptistam, alij autem Eliam, alij verò  
Ieremiam, aut vnum ex Prophetis. Dicit illis Iesus: Vos autem quem me esse dicitis?  
Respondens Simon Petrus, dixit: † Tu es Christus filius dei viui. Respondens au-  
tem Iesus, dixit ei: † Beatus es Simon Bar-Ióna, quia caro & sanguis non reuelauit tibi,  
sed pater meus qui in cœlis est. Et ego dico tibi: quia tu es Petrus, & super hanc petram  
ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. † Et tibi  
dabo claves regni cœlorum. † Et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum &  
in cœlis, & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis. † Tunc præ-  
cepit discipulis suis: † vt nemini dicerent, quia ipse esset Iesus Christus. Exinde cœpit  
Iesus ostendere discipulis suis, quia oporteret eum ire Ierosolymam, & multa pa-  
ti à senioribus, & Scribis, & Principibus sacerdotum, & occidi & tertia die resurgere.  
Et assumens eum Petrus cœpit increpare illum, dicens: Absit à te domine, non erit tibi  
hoc. Qui conversus, dixit: † Vade post me sathana, scandalum es mihi: quia non sa-  
pis ea quæ dei sunt, sed ea quæ sunt hominum. Tunc Iesus dixit discipulis suis: † Si quis  
vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me. Qui  
enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam. Qui autem perdiderit anima  
suam propter me, inueniet eam. † Quid enim prodest homini, si mundum vniuersum  
lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiat? Aut quam dabit homo commuta-  
tionem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui cum ange-  
lis suis, & tunc reddet vnicuique secundum opera eius. Amen dico vobis, † sunt qui-  
dam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis ve-  
nientem in regno suo.

*Transfiguratus Christus lunaticum liberat, discipulosque miraculi impotentes informat,  
ac Casari tributum dari imperat. XVII.*

† Marc. 9. a  
Luc. 9. d  
† Marc. 1. b  
Luc. 3. c  
2. Pet. 1. d  
† Sup. 8. a. 9.  
f. & 12. b  
Mar. 7. g. b

**R**ogauerunt Jēū  
post dies sex assumpsit Iesus Petrum, & Iacobū, & Ioānem fratrē eius,  
& duxit illos in montē excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos. Et  
resplenduit facies eius sicut sol, vestimenta autē eius facta sunt alba sicut  
nix. Et ecce apparuerunt illis Moyses & Elias cū eo loquentes. Respondens  
autem Petrus, dixit ad Iesum: Domine bonum est nos hic esse, si vis faciamus hic  
tria tabernacula tibi vnum, & Moyfi vnum, & Eliæ vnum. Adhuc eo loquente, ecce  
nubes lucida obubravit eos. Et ecce vox de nube, dicens: Hic est filius meus dilectus  
in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Et audientes discipuli, ceciderunt in fa-  
ciem suam, & timuerunt valde. Eraccessit Iesus, & tetigit eos, dixitque eis: Surgite, &  
nolite timere. Leuantes autē oculos suos, neminem viderunt, nisi solum Iesum. Et

1. Rogantes.  
a. Non enim vt crederent, qua-  
rebant, sed facultatem reprehē-  
dendi intelligebant. Nā si qua-  
si credidit ipsum adfuerit cer-  
tē qui Chananeæ dicit: Non est  
bonum panem filiorum carnis  
mittere: & tamen præbuit ei  
quod quærebat, multo magis i-  
stis peronibus præstitit: dicit  
etiam hypocritas appellauit,  
quia aliud ore proferebat, aliud  
mente regebant. Chryl. in Mat.  
homil. 54.  
2. Rubescit.  
\* Hypocrita.  
b. Quemadmodum fermentum  
amarum est & vetus, ita & Phi-  
sæorum & Sadduceorum do-  
ctrina mordet animas, amara e-  
xistens, & veteres seniorum tra-  
ditiones introducens. Et sicut  
fermentum tepereura est: quæ  
& farina, sic & doctrina Phi-  
sæorum mixta est ex sermone &  
vita corrupta. Nō dixit illis ma-  
nifeste: Cauete à doctrina, sed à  
fermento. Theophyl.  
3. Non accepistis  
\* Quando dixi.  
c. Cum pro omnibus Petrus re-  
sponderet, Tu es Christus, non  
potest nō eum sensisse Christi,  
nisi quem nouerat in scripturis  
quem iam reuelabat in factis.  
† Terul. in Mar. lib. 4.  
d. Seruus aperit, dominus largi-  
tur, iste per se, ille per Christum.  
Faniulus claus accipit, domi-  
nus ordines potestates. Alius  
dicit dominum alius dispensantis  
obsequium est. Amb. de fide. li.  
3. ca. 6.  
e. Necessarium enim erat vt hoc  
ab ipso patre reuelaretur, ab ip-  
so autem filio ante mortem suā  
confirmaretur, & solis discipu-  
lis cognoscere: populares ve-  
rò id nunc scire noluit: quæ ad  
resurrectionem suam amouitur,  
ne suam impedirent passionem.  
Euthy. ibidem.  
4. Ne cuiquam.  
\* Ibi.  
5. Abi.  
6. Non auro redimitur, nō argē-  
to, imo auro amittitur. Quin-  
tiam mulieris decus dum ten-  
tat, adstringit. Clausus est libi-  
do, clausus est istia, clausus iracu-  
dia, clausi sunt omnes passiones  
quæ velut verus quoddam anima  
nostram penetrant, & in hunc  
corpori, visceribusque eius an-  
nedunt. Amb. de bono mortis,  
cap. 5.  
a. Er in hoc quidem facti gene-  
re seruat & ratio, & numerus,  
& exempli. Nam post dies sex  
gloria dominice habitus osten-  
ditur, sex milium scilicet anno-  
rum temporibus euolutis, regnū  
cœlestis honor præfiguratur.  
Hilarius ibidem.  
1. Visti sunt.  
b. Petrus in monte Moyses &  
Eliam cum filio dei vidit: nec  
errauit in natura, nec errauit in  
gloria. Denique quid facere de-  
beret non illos, sed Christum in  
terrogauit. Nam est tribus pa-  
rabat obsequium, vnus tamen  
expectabat imperium. Sed quo-  
niam vel tabernaculorum nu-  
merum descendunt tribus sim-  
pliciter estimauit, ascendunt  
dei patris autoritate dicentis.  
Hic est filius meus, &c. Id est,  
quid cum seruis tuos cum do-  
mino facias tuos? Hic est filius:  
non Moyses, filius, non Elias: fi-  
lius, sed hic filius. Amb. de fide,  
lib. 1. cap. 5.  
c. Senit emendationem Apo-  
stolus, procidit in faciem con-  
ternatus voce patris, & filij clari-  
tate, sed eleuatur à filio, qui fac-  
tes erigere consuevit. Amb. de  
fide lib. 1. cap. 5.  
d. Vident ergo Iesum stantem a-  
blata nube, & Moysen & Eliam  
suscepisse: quia postquam legis  
& prophetarum vmbra discesse-  
rit, quæ velamento suo aposto-  
los, terebat vtrumque in euā-  
gelio reperitur. Hiero. ibidem.



se. Denunciavit ne cui dicerent viliam eam gloriosam, donec a mortuis resurget. Rex glorie ante mortem suam noluit laudari, exemplum & documentum nobis relinquens, ne quem in vita sua laudemus. Beatiſſi- di (scilicet iacob) qui sustinuerit. Locichius.]

\* Eius. 1. Elias prior sue Thebites no- dum venit, venit autem circa secutum meum aduentum, & resurget omnem qui ei credide- rit: hoc est, converteret cor patris ad filium, ut ait propheta Mala- chias 4. b. Dico autem vobis qd Elias secundus sine Baptista in venit circa primum meum ad- ventum, ut dicitur scriptura, & non cognoverunt scriba quod etiam hic esset Elias tanquam praetor. Euthy. ibidem.

\* Prius. 2. Genus sua flectens. 3. Vides hominem delicti sui incredulitatis discipulis impu- gnans, quod infirmitates sine ve- ranone. Igitur. Do. confundit eum quod accusat discipulos, & di- cit: O generatio incredula, hoc est, non est tantum infirmitatis illorum, quantum tua incredulitatis delictum. Theoph. ibid.

3. Illud, scilicet demonium. h. Cur enim tristes, quod saluta- re docuit etiam aduersus dicitur demonia ieiunio prestandi? Quid enim mirum, si eadem ope- ratione spiritus iniquus educit- tur, quia sanctus inducitur? Ter- tul. aduersus Psychicos. Vnde vnde quid commodi ieiunium circa propriam operetur salutem, quod alio ieiunante interdum etiam ad alienam pertinet fan- tatem: vt homo per abstinentiam angelicam possit expugnare na- turam. Ex hoc quantum in ea infirmitate intelligi. Ecce ex- trinsecus virtus augetur, corpus affligitur, & diabolus effugatur. Euseb. Emif. homilia 1. de initio quadagesima.

descendentibus illis de monte, praecepit Iesus, dicens: Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis a mortuis resurgat. Et interrogauerunt eum discipuli, dicentes: Quid ergo scribae dicunt, quod Eliam oporteat primum venire? At ille respondens, ait eis: Elias quidem venturus est, & restituet omnia. Dico autem vobis, quia Elias iam venit, & non cognouerunt eum, sed fecerunt in eo quaecunque voluerunt. Sic & filius hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli, quia de Ioanne Baptista dixisset eis. Et cum venisset ad turbam, accessit ad eum homo genibus prouolutus ante eum, dicens: Domine, misere filio meo, quia lunaticus est, & male patitur. Nam saepe cadit in ignem, & crebro in aquam. Et obtuli eum discipulis tuis, & non potuerunt curare eum. Respondens autem Iesus, dixit: O generatio incredula & peruersa, quousque ero vobiscum? Usquequo patiar vos? Afferte huc illum ad me. Et increpauit illum Iesus, & exiit ab eo demonium, & curatus est puer ex illa hora. Tunc accesserunt discipuli ad Iesum secretim, & dixerunt: Quare nos non potuimus eiicere illum? Dixit illis Iesus: Propter incredulitatem vestram. Amen quippe dico vobis: si habueritis fidem sicut granum sinapis: dicetis monti huic: transi hinc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis. Hoc autem genus non eiicitur, nisi per orationem & ieiunium. Conuersantibus autem eis in Galilaea, dixit illis Iesus: Filius hominis tradendus est in manus hominum, & occident eum, & tertia die resurget. Et contristati sunt vehementer. Et cum venissent Capharnaum, accesserunt qui didrachmam accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei: Magister vester non soluit didrachmam? Ait: Etiam. Et cum intrasset in domum praueinit eum Iesus, dicens: Quid tibi videtur Simon? Reges terrae a quibus accipiunt tributum vel censum? a filiis suis, an ab alienis? Et ille dixit: Ab alienis. Dixit illi Iesus: Ergo liberi sunt filij. Vt autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem qui primus ascenderit, tolle & aperto ore eius inuenies stateram, illum sumens da eis pro me & te.

† Malac. 4. b. Super. b.

† Marc. 9. a. Luc. 9. e.

† Marc. 9. d. Luc. 17. b.

† Marc. 9. e. Luc. 9. e.

Humilitatem sectari & scandalum vitare quantum debeamus docet per membrorum abscisionem, fratris correptionem, perditio ouis inuentionem, clavis solutionem, & in digni serui repetitionem. X VIII.

a. Quia viderant a Christo Petrum honoratum (honoratus enim hic erat dando stateram pro Christo & pro se) & propterea humanum quid passi, inuidiaque incensit, oblique accedunt interrogantes dominum quis maximus esset? Theoph. ibidem.

b. Curiose inquit, scrutamini vos, quis vestrum maior sit, & de primatu contenditis: ego autem si quis humilior me se caris non effecerit, ipse ingressus caelesti emineo indignum alle- ro. Chrys. in Mat. hom. 9. c. Hic docet vitare scandalum generaliter. Vbi primo committitur non vitantibus. Secundo responderi duabus tacitis qua- sitionibus: dicit ergo: Vt mundo, id est, in mundanis peccatoribus a scandalis. 1. pro scandalis, quae non cauent. Ideo 1. Cor. 8. Si esca scandalizat fratrem meum non manducabo carnes interitum. Nico. Gorram.]

1. Mutuum, vel mancum.

\* Porus. 2. Est tibi cum vno oculo ad. d. Deus optimus ne absque cer- ris principibus ac perfectis in- stit. iustorum irationalium essent, qui in terra versabantur homines, tuores illis & curato- res diuinos angelos dedit. Euf. 3. Deserto.

e. Peccatorem fratrem iubet cor- ripi, quod qui non fecerit, vique deliquit, aut ex odio volens fra- trem persequere in delicto, aut ex acceptatione persona parcens ei, habens Leuiticum: Non o de- ris fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum, ne habeas super illo peccatum. Tertul. ad- uersus Marcio lib. 4.

† Nilla hora accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Quis putas maior est in regno caelorum? Et aduocans Iesus paruulum, statuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiami- ni sicut paruuli, non intrabitis in regnum caelorum. Quicumque ergo hu- miliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno caelorum. Er qui susceperit vnu paruulum talem in nomine meo, me suscepit. Qui autem scandalizauerit vnum de pu- sillis istis qui in me credunt, expediet ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Vt mundo ab scandalis. Necessesse est enim vt veniant scandala. Veruntamen vae homini per quem scandalu venit. Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & proiice abs te. Bonu tibi est ad vitam ingredi debile, vel claudu, quam duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem aeternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum & proiice abs te. Bonum tibi est vnum oculu habentem in] vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehenam ignis. Videte ne contematis vnu ex his pusillis. Dico enim vobis, quia angeli eorum in caelis semper vident facie patris mei qui in caelis est. Venit enim filius hominis sal- tare quod perierat. Quid vobis videtur? Si fuerint alicui centu oues, & errauerit vna ex eis, nonne relinquit nonaginta noue in motibus, & vadit quaerere eam qua errauit? Et si contigerit vt inueniat ea, amē dico vobis, quia gaudebit super ea magis quam super nonaginta noue quae non errauerunt. Sic non est voluntas ante patrem vestrum, qui in caelis est, vt pereat vnus de pusillis istis. Si autē peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipsum solū. Si te audierit, lucratus eris fratre tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos, vt in ore duoru vel trium testium

† Marc. 9. e. Luc. 9. f. 1. Cor. 14. d.

† De no. o. por. numis. Cum ex init. sto. Marc. 9. f. Luc. 17. a. 1. Sup. 4. e. Marc. 9. b.

† Psal. 11. a. Eccl. 5. b. 1. Luc. 9. b. 1. Luc. 15. a. 1. Luc. 17. a. Leuit. 19. d. Eccl. 19. b. Iaco. 3. d. 2. q. 1. Si peccauerit. De iudici. Nouit. De test. in omni 4. d. dist. Sed illud. 11. q. 6. Ab isto die. 1. Deut. 17. b. 2. Cor. 13. a. Heb. 10. c.

† 11. q. 3. Audi denique 35. q. c. Incessuosi.

† Ion. 8. c. Dist. 20. c. De quibus. 2. q. 1. Audimus. Alienus.

† Luc. 17. a

† De c. 6. d. 4. Quomodo, in fine.

† Sup. 3. d. Luc. 12. g.

† Marc. 10. a

Supra 3. d. Luc. 11. g. Marc. 10. a

† Gen. 1. d. Mar. 10. a

† Gene. 2. d. Eph. 5. d

35. q. 10. Fraternalitatis. De tralla. epi. dicer.

† 1. Cor. 6. d. Distin. 26.

Deinde 27. q. 2. Sunc quidi curit. Scribit nobis.

† Deut. 1. a. a

† Sup. 5. c.

78. q. 1. idolo facta.

33. q. 1. c. 1.

30. q. 4. Ad li. mina.

De conuert. coniuga.

† Marc. 10. a

Ex publico.

De diuort. Gaudemus.

† Marc. 10. b

Luc. 18. c

† Marc. 10. c

Luc. 12. d

18. d

testium ⁊ omne verbum. Quod si non audierit eos, ⁊ dic Ecclesiæ. ⁊ Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo: & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo. Iterum dico vobis, ⁊ quia ⁊ si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quancunque petierint, fiet illis à patre meo qui in cælis est. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ⁊ ibi sum in medio eorum. Tunc accedens Petrus ad eum, dixit: Domine, quotiens peccabit in me frater meus, & dimittam ei ⁊ vsque septies? Dicit illi Iesus: Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies. Ideo assimilatum est regnum cælorum homini Regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Et cum cœpisset rationem ponere, oblatus est ei vnus qui debebat ei decem milia talenta. Cum autem non haberet vnde redderet, iussit eum dominus eius venundari, & vxorem eius & filios, & omnia quæ habebat, & reddi. Prôcidens autem seruus ille rogabat eum dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Misertus autem dominus serui illius dimisit eum, & debitum dimisit ei. Egressus autem seruus ille, inuenit vnum de conferuis suis, qui debebat ei centum denarios, & tenens suffocabat eum, dicens: Redde quod debes. Et procidens conferuus eius rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autem noluit, sed abiit & misit eum in carcerem, donec redderet debitum. Videntes autem conferui eius quæ fiebant contristati sunt valde, & venerunt & narrauerunt domino suo omnia quæ facta fuerant. Tunc vocauit illum dominus suus, & ait illi: Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me. Nonne ergo oportuit & te misereri conferui tui, sicut & ego tui misertus sum? Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet vniuersum debitum. Sic & pater meus cœlestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.\*

Cum libelli repudij rationem tentantibus reddidisset, triplices esse docuit eunuchos, ac diuites reuiciens paruulos complectitur, & pauperes aeterna vita donat. XIX.

**F**actum est cum consummasset Iesus sermones istos, migravit à Galilæa, & venit in fines Iudææ, trans Iordanam, & secutæ sunt eum turbae multæ, & curauit eos ibi. Et accesserunt ad eum Pharisei tentantes eum, & dicentes: Si licet homini dimittere vxorem suam quacunque ex causa? Qui respondens, ait eis: Non legistis, quia ⁊ qui fecit ⁊ hominem ab initio, mascululum & fœminam fecit eos? Et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adherabit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Itaque iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo deus coniunxit, homo non separet. Dicunt illi: Quid ergo Moyses mādauit dari libellum repudij & dimittere? Ait illis: Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras, ab initio autē non fuit sic. Dico autem vobis, quia quicunque dimiserit vxorem suam nisi ob fornicationem, & aliā duxerit mœchatur: & qui dimissam duxerit, mœchatur. Dicunt ei discipuli eius: Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere. Qui dixit illis: Non omnes capiunt verbū istud, sed quibus datum est. Sūt enim eunuchi qui de matris vtero sic nati sunt, & sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus, & sunt eunuchi qui se ipsos castrauerunt propter regnum cælorū. Qui potest capere capiat. Tūc oblari sunt ei paruuli, vt manus eis imponeret, & oraret. Discipuli autem increpabant eos. Iesus vero ait eis: Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire, talium est enim regnum cælorū. Et cum imposuisset eis manus, abiit inde. Et ecce vnus accedens, ait illi: Magister bone, quid boni faciam vt habeam vitam æternam? Qui dixit: Quid me interrogas de bono? Vnus est bonus deus. Si autem vis ad vitam ingredi, serua mandata. Dixit illi: Quæ? Iesus autem dixit: Non homicidium facies, non adulterabis, non facies furtum, non falsum testimonium dices: honora patrem tuum & matrem, diliges pro-

4. Constat. f. Hoc est pœsulibus & pœsulibus Chryso. ibid. Homil. 61. nec ideo sufficit dicere eorum & congregationi publice: sed magis ecclesie, vbi mysteria facta sunt, ibi dignetur suam imperitari presentiam. Ambros. de his qui mysterijs iniciantur. c. 5. Acquisicendo bona voluntati eorum & petitioni. Dum tamen illi habeant condiciones conuenientes, quæ ad hoc requiruntur. De Lira ibidem] h. Neque enim natura nostra vitia indulgentiam merebantur. Ergo venia omnis ex eo est, cū etiam ea quæ in se sunt peccata post reditum confessionis indulgeant. Hilarius ibidem. G. Ideo assimilatum est &c. V. scilicet dimittendum esse conferuis, ostendit per similitudinem quæ si ille rex & dominus dimisit seruo, multo magis homo cōseruis suis. Glosa ord. ibidem.] D. Debitum. 5. Orabat. 6. Sustine domine &c. K. Vide penitentia vires ac domini humanitatem. Penitentia siquidem fecit sanum a malitia cadere. Stans enim firmus in peccato, nō poterat remissionem accipere. Dei vero humanitas siue benignitas omnino ignouit & alienum remittit. Atqui seruus non omnino remissionem, sed longanimitatem ac probationem quaerebat. Dico ergo deum conferre plura quàm nos posulemus tanta est dei benignitas & humanitas, etiam cum durior videtur. Euthymius ibidem. 7. Sustine, &c. l. Ille qui decem milia talentorum accepit, & centum exegit denarios: non propter hoc tantum puniebatur quod exigeret: verum & quoniam ex beneficio non est melior factus: nec incipientem dominum secutus est. Chryl. ad populum Antioche. homil. 33. 8. Delicta eorum. 9. Iterum vestra: in Iudæa vt nihil pariter possint qui nō credebant in Iudæa quod non frequentius apud ipsos versaretur, sed apud Galilæos. Iterum igitur post doctrinam, & consummatos sermonibus sequuntur miracula. Theophyl. ibid. b. Dicendo autem masculū & fœminam ostendit, secunda vitanda coniugia. Non enim ait: mascululum & fœminam, quod ex priorum repudio querebantur, sed mascululum & fœminam, vt vnus coniugij consortia necesse conuenit Hierony. 1. In carnem vnā ⁊ eam. c. Ipsi dixerant quod Moyses mandauit, sed non mandauit, sed permisit. De duritia eorum habetur Act. 7. Dura ceruice, & incircuncisi cordibus & auribus vos semper Spiritui sancto resististis. & S. Thomas ibidem d. Non est ergo quod exhortemur eos qui reconciliari timēt cōiugibus adulteris penitendo, sanatis, nisi ad custodiendam continentiam. Quoniam mulier alligata quamdiu, siue mœchus, siue castus vir eius vixit, mœchatur si alteri nupserit: & vir alligatus quamdiu, siue mœcha siue casta vxor eius vixit, mœchatur si alteram duxerit. Hec nanque alligatio quandoquidem non soluitur etiam si per repudium coniug casto corpore separetur multo minus separetur, si non separet mœchatur. Ac per hoc cōsuetudo soluit nisi mors coniugis, non in adultetium corruentis, sed de corpore exuentis. Aug. de adultetinis coniugis. cap. 13. lib. 2. 2. Contrahere matrimonium. 3. Nemo bonus nisi vnus deus, hic bonus est. c. Virtutes corporis seruandas admonet. Ambros. de Abraham lib. 2. cap. 10.

ximum tuum sicut te ipsum. Dicit illi adolescens: Omnia hæc custodiui à iuuentute mea, quid adhuc mihi deest? Ait illi Iesus: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & veni, sequere me. † Cum audisset autem adolescens verbum, abiit tristis. Erat enim habens multas possessiones. Iesus autem dixit discipulis suis: Amē dico vobis, quia diues difficilè intrabit in regnū cælorum. § Et iterum dico vobis: Facilius est camèlum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cælorum. Auditis autem his discipuli mirabantur valde, dicentes. Quis ergo poterit saluus esse? Aspiciens autem Iesus, dixit illis: Apud homines hoc impossibile est, apud deum autem omnia possibilìa sunt. Tunc respondēs Petrus, dixit ei: † Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quòd vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. † † Et omnis qui reliquerit domum vel fratres aut sorores, aut patrem aut matrem, aut vxorem aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. † Multi autem erunt primi nouissimi, & nouissimi primi.

*Aequale in vinea domini operantibus datur premium, ac mari filiorum Zebedæi negata petitione, duos cæcos in Iericho Christus illuminat.* X X.

**S**imile est <sup>a</sup> regnum cælorum homini patrifamiliàs, qui exiit primo <sup>1</sup> mane] conducere operarios in vineam suam. Conuètionem autem factam cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos, & dixit illis: Ite & vos in vineam meam, & <sup>2</sup> quod] iustum fuerit dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa sextam & nonam horam, & fecit similiter. <sup>b</sup> Circa vndecimam verò <sup>\*</sup> exiit, & inuenit alios stantes, & dicit illis: Quid hic statis toto die otiosi? Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dixit illis: Ite & vos in vineam meam. <sup>\*</sup> Cum sero autem factum esset, dicit dominus vineæ procuratori suo: Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à nouissimis vsque ad primos. <sup>§</sup> Cum venissent ergo qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt <sup>3</sup> singulos denarios. ] Venientes autem & primi, arbitrati sunt quòd plus essent accepturi, acceperunt autem & ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant aduersus patrem familiàs, dicentes: Hi nouissimi vna hora <sup>4</sup> fecerunt, ] & pares illos nobis fecisti qui portauimus pondus diei & æstus? At ille respondens vni eorum dixit: <sup>c</sup> Amice, non facio tibi iniuriam, Nónne ex denario conuenisti mecum? Tolle quod tuum est & vade. Volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi. <sup>5</sup> Aut ] non licet mihi quod volo facere? <sup>\* d</sup> An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi: multi enim sunt vocati, pauci verò electi. Et ascendens Iesus Ierosolymam, assumpsit duodecim discipulos suos secretò, & ait illis: <sup>† §</sup> Ecce ascendimus Ierosolymam, & filius hominis tradetur Principibus sacerdotum & Scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad <sup>e</sup> illudendum, ] & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die resurget. <sup>†</sup> Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic vt sedent hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo. Respondens autem Iesus, dixit: Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? <sup>\*</sup> Dicunt ei: Possumus. Ait illis: Calicem quidem meum bibetis, <sup>\* e</sup> sedere autem ad dexteram meam vel ad sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo. <sup>†</sup> Et audientes decem indignati sunt <sup>7</sup> de duobus fratribus. ] Iesus autem vocauit eos ad se, & ait: Scitis quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt potestatem exercent <sup>8</sup> inter eos. ] <sup>§</sup> Non ita erit inter vos, <sup>†</sup> Sed quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister.

Et qui

e. Sed in eo quod bona sua vendere, & dare pauperibus iubetur, confidentiam legis retinere admonetur, & eam festel commercio mutare, & vt meminerit vmbra in ea veritatis esse, quæ dicitur pauperibus, id est, genibus, sic sub ipitis veritatis colore diuidenda. Hæc autem regnum posse efficere, nisi qui se qui capere Christum, Hilarius ibidem.

f. Nemo est qui relinquat domum, aut parentes, aut vxorem, aut filios propter regnum dei, & non recipiat septies tantum in hoc tempore, in seculo autē vnturo vitam æternam possidebit. Nónne incrementa bonorū accidentium cum anime corporis que remuneracione promittit? Amb. de Abraham. lib. 2. ca. 10.

2. Christus est Rex regni cælorum, qui assimilatur homini secundum quòd humanam accepit formam: patrifamiliàs autē, quia dominus est domus, hoc est ecclesiæ. Hic igitur Christus exiit à sinibus patris, & cōduxit operarios in vineam vel scripturas, vel mandata. Vnumquēque conduxit, vt operetur vineam, id est, animam suam. Theophylactus ibidem.

1. In ipso diluculo.

2. Quodcumque.

b. Qui enim huiusmodi operarios in vineam suam conducebat, in vndecima hora eos vocauit. Quos ego profecto nō alios quam eos qui in Christum crediderant nominauerim. Quos cum interrogasset. Quid hic statis tota die otiosi? Aperte confessi sunt quia nemo nos conduxit. Nemo enim gentes ante saluatoris aduentum in dei cognitionem vocauit. Cyril. in Genesim lib. 3.

\* Otiosus.

\* Et quod iustum fuerit, accipietis.

3. Singuli denarium, & infra.

4. Operari sunt, velli laborauerunt.

c. Vnde si & nos aduersum patrifamiliàs inuenerimus, eo quòd nouissimi vocati totius diei operari multa opera quam penè nulla merentur, dicitur nobis, quod vni eorum responsum est. Amice, non facio tibi iniuriam. Ambro. de vocatio. gentium lib. 1. cap. 5. Merces quidem ex dono nulla est, quia debetur ex opere, sed gratiam deus omnibus ex fidei iustificacione donat. Hilarius ibidem.

5. An.

\* In rebus meis.

d. Certe huic calumniatori iniuria videbatur hæc largitas, & quid eruditionis retulit? quid rationis accepit? Non est uti dispensacionis huius reuelata iustitia, nec ad inspectionem; secreti latentis admittit est: sed vt à diuinitatis dei iudicis abstineret, opposita est ei bonitas misericordis, & volentis potestas, quàm illi ab Apostolo diceretur: Tu quis es qui respondeas deo? Nūquid dicit signentam ei qui se sinxit, quare me fecisti sic? Ro. 9. Amb. de vocatio. gentium. li. 1. cap. 5.

6. Deludendum.

\* Et baptizari baptismo, quo ego baptizabor.

\* Et baptizabimini baptismo, quo ego baptizabor.

e. Iure igitur reprehenduntur, multum, quæ & impossibilia & specialia quodam privilegio ab eo domino postularunt: quia ea que sanctis indicantur esse donanda, non duobus apostollis, sed omnibus discipulis etiam sine cuiusquam preceione voluntaria sui largitate contulerit. Ambro. de fide lib. 5. cap. 3.

7. Contra duos fratres.

8. In eos.

† Mate. 10. e  
Luc. 18. c  
Luc. 21. c  
Deut. 33. a

† Mate. 20. d

† 2. q. 11. c. 1

† Mate. 10. d  
Infra. 20. b  
Luc. 14. f

† Sup. 19. d  
Mate. 10. e  
Luc. 13. f  
Infra. 22. e  
† Sup. 26. e  
Mate. 10. e  
Luc. 8. f

† Mate. 10. e

† Iacob. 4. a  
Roma. 8. d  
1. Cor. 10. d

† Mate. 10. f

† Luc. 22. f  
Ibidem.  
† 9. d. Di. cont. 9. q. 1  
Nullus.

Et qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis. Et egredientibus illis ab Ierico, secuta est eum turba multa. Et ecce duo cæci sedentes secus viam audierunt quia Iesus transiret, & clamauerunt, dicentes: Domine, miserere nostri fili Dauid. Turba autem increpabat eos vt tacerent. At illi magis clamabant, dicentes: Domine, miserere nostri fili Dauid. Et stetit Iesus, & vocauit eos, & ait: Quid vultis vt faciam vobis? Dicunt illi: Domine, vt aperiantur oculi nostri. Misertus autem eorum Iesus, tetigit oculos eorum, & confestim viderunt, & secuti sunt eum.

† Marc. 10. g  
Luc. 18. g  
Sup. 9.  
† Luc. 18. g  
Sup. 9. g

† Marc. 8. d  
& 10. g

*Christus super asinam Ierusalem ingressus negotiatores à templo eiicit, multis sanitatem præstat. solo eius verbo ficulnea aruit, Iudæis sub vinea agricolis locata parabola suã denegat potestatem.*

X X I.

† Marc. 11. a  
Luc. 19. c  
Joan. 12. b

**B**ET cum appropinquassent Ierolymis, & venissent Bethphage ad montem Oliueti, tunc Iesus misit duos discipulos, dicens eis: Ite in castellum quod contra vos est, & statim inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea, soluite & adducite mihi. Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite, quia dominus his opus habet, & confestim dimittet eos. Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est per prophetam, dicentem: Dicite filie Sion: ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum filium subiugalis. Euntes autem discipuli, fecerunt sicut præcepit illis Iesus. Et adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & cum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via. Alij autem cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via. Turbæ autem quæ præcedebant & quæ sequebantur, clamabant, dicentes: Osanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine domini, osanna in altissimis. Et cum intrasset Ierolymam, commota est vniuersa ciuitas, dicens: Quis est hic? Populi autem dicebant: Hic est Iesus propheta à Nazareth Galilæe. Et intrauit Iesus in templum dei, & eiiciebat omnes vendentes & ementes in templo, & mensas nummulariorum & cathedras vendentium columbas euerit, & dixit eis: Scriptum est: domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et acceperunt ad eum cæci & claudi in templo, & sanauit eos. Videntes autem principes sacerdotum & scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes: Osanna filio Dauid, indignati sunt, & dixerunt ei: Audis quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis: Vtique. Nunquam legistis: quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem? Et relictis illis abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam, ibique mansit. Mane autem reuertens in ciuitatem, esuriit. Et videns fici arborem vnam secus viam, venit ad eam, & nihil inuenit in ea nisi folia tantum, & ait illi: Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum. Et arefacta est continuo ficulnea. Et videntes discipuli, mirati sunt, dicentes: Quomodo continuo aruit? Respondens autem Iesus, ait eis: Amen dico vobis, si habueritis fidem & non hæsitaueritis, non solum de ficulnea facietis, sed & si monti huic dixeritis, tolle te & iacta te in mare, fiet. Et omnia quæcunque petieritis in oratione credentes, accipietis. Et cum venisset in templum, acceperunt ad eum docentem, principes sacerdotum & seniores populi, dicentes: In qua potestate hæc facis? Et quis tibi dedit hæc potestatem? Respondens autem Iesus, dixit eis: Interrogabo vos & ego vnum sermonem, quem si dixeritis mihi, & ego vobis dicam in qua potestate hæc facio. Baptismus Ioannis unde erat, è caelo, an ex hominibus? At illi cogitabant inter se, dicentes: Si dixerimus è caelo, dicet nobis: Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus ex hominibus, timeamus turbam. Omnes enim habebant Ioannem sicut Prophetam. Et respondentes Iesu, dixerunt: Nescimus. Ait illis & ipse. Nec ego dico vobis in qua potestate hæc facio. Quid autem vobis videtur? Homo quidẽ habebat duos filios, & accedens ad primũ, dixit: Fili, vadẽ hodie operari in vineam meam. Ille autẽ respondens, ait: Nolo. Postea

† Zach. 9. b  
Ila. 61. d  
Joan. 12. b  
Marc. 11. a  
Luc. 19. c  
† Marc. 11. a  
Luc. 19. f  
Joan. 12. b  
† Marc. 11. b  
Luc. 19. g  
Joan. 12. c  
4. q. 1. Quibusdam.

† 1. q. 1. Quibusdam.  
† Marc. 11. b  
Luc. 19. g  
Joan. 12. c  
† 1. q. 1. ca. 1.  
Et hoc diximus.  
Ila. 56. c  
† 1. q. 1. Saluator. cap. Ex multis.  
Ila. 56. c  
Iere. 7. b  
Marc. 12. c  
Luc. 19. g  
† 1. q. 1. ca. 1.  
† Psal. 8. a  
† Marc. 11. d  
Luc. 19. g  
Sup. 17. c

† Marc. 11. d  
† Luc. 17. b

† Iacob. 1. a  
Luc. 20. a

† Marc. 11. f  
Luc. 20. a

† Sup. 14. a

9. Vt sibi ministraretur, sed ve ipse ministraret. [1. Fama cognouit eum ezi Dominum, & ouerubant tempus, cum audissent quod præteriret. Crediderunt autem quod Iesus qui ex femine Dauid fecidum carnem posuit curare illos, & pland multum seuebant fide, neque dum tacere iubebantur, filebant, sed longè amplius clamabant. Vnde non interrogauit illos an fidem habeant, sed quid velient, ne quis existimet, quod alia det alia volentibus. Theop. ibidem.]  
g. Interrogat non ignorans quid velint, sed vt ex responsonne eorum manifesta debilitas pateat, & virtus ex remedio cognoscatur. Vnde misertus eorum tangit oculos, & præstat artifice quod natura non dederat: aut certe quod debilitas tolerat, donat misericordia. Statimque viderunt, & secuti sunt eum, non tam pedibus quam virtutibus. Hieron. ibidem.  
a. Frequenter quidem Iesus venit in Ierusalem, sicut Ioannes testatur, nunquam tamẽ sibi adhibuit ministeria iumentorum, nec ramorum virentia circa se ornamenta cõstituit, nec ad recubilem laudem suæ diuinitatis animos populi excoluit, nisi in domino, vt patere vt ascendit. Ideo ergo cum tanta gloria ingressus est vt amplius illorum aduersum se excitaret inuidiam quia iam tempus passionis eius instabat, & non mors eum vrgebat, sed ipse magis aduersum se compellebat mortem. Chryl. ex variis in Mat. locis. Homil. 21.  
1. Oliuarum.  
2. Pauper.  
\* Et.  
3. Præcepit.  
b. Vnde non otiose in sancto miratur euangelio quod pullum asine infederit dominus Iesus: quia populus gentilis cepit esse Christianus, qui secundum legem habebatur immundus. Ambrosio de Cain & Abel lib. 2. cap. 3.  
4. Hosanna, & infra.  
c. Hosanna, & non Hosanna, vel Osanna, vt quidam putauerunt: hoc est saluum fac quæso, vt Psal. 117.  
d. Etenim veritas erat ipse qui loquebatur, & vere vindicabat suam domum, proiciens ex eam nummularios, vt ostenderet transgressores legis paternæ. Neque enim domum inuehabat, neque legem reprehendebat, qui venerat adimplere, sed eos qui non bene vtebantur lege, & eos qui legem transgrediebantur, arguebant. Irenæus lib. 4. cap. 5.  
e. Si autem quæ homo esurisset, nunquam mane esurisset, sed quæsi deus salutem humanam desiderat, & non quæsi indigens. Chryl. ex variis in Mat. locis homil. 21.  
f. Tu in arbore hac homo dei tergis, tu instruis, tu salubriter admoneris, tibi procuratur exemplum, tibi causæ aptatur, propter te illius arboris argumẽta traduntur. Chryl. ibidem.  
g. Et fide.  
g. In qua potestate hæc facis, prohibens que non prohibent, & quis tibi dedit potestatem hæc, cui nullus templi principatus commissus est? At qui bonum opus fuerat operatus repurgato templo, verum inuidia eia bona calumniari solet. Euthymio. ibidem.]  
h. Quare non receperat baptismum Ioannis, sed magis sperauerant, similiter & testimonium Ioannis de Christo, quod ipse audierant per nuncios ad Iohannem missos. De Lyra. ibid.]  
i. Primus & maior filius erat populus Gentium, minor autẽ populus Iudeorum: quoniam Gentes ex Noe patre etant, Iudæi ex Abraham.



autem penitentia motus, abiit. Accedens autem ad alterum, dixit similiter. At ille respondens, ait: <sup>6</sup> Eo] domine: Et non iuit. Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei: Primus. Dicit illis Iesus: Amen dico vobis, quia publicani & meretrices <sup>7</sup> praecedent vos in regno] dei. Venit autem ad vos Ioannes in via iustitiae, & non credidistis ei. Publicani autem & meretrices crediderunt ei, vos autem videntes nec penitentiam habuistis postea, ut crederetis ei. Aliam parabolam audite. <sup>†</sup> Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam, & sepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & aedificauit turrin, & <sup>k</sup> locauit eam agricolis, & peregre profectus est. Cum autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, ut acciperent fructus eius. <sup>8</sup> Et agricolae apprehensis seruis eius, alium caeciderunt, alium occiderunt, alium vero lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter. Nouissime autem misit ad eos <sup>l</sup> filium suum, dicens: verebuntur, & forte] filium meum. Agricola autem videntes filium, dixerunt intra se: <sup>m</sup> Hic est haeres, <sup>†</sup> venite, occidamus eum, & <sup>8</sup> habebimus] haereditatem eius. Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt. Cum ergo venerit dominus vineae, quid faciet agricolis illis? Aiuunt illi: Malos male perdet, & vineam suam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis. Dicit illis Iesus: Nunquam legistis in scripturis: <sup>†</sup> Lapidem quem reprobauerunt aedificantes, hic factus est in caput anguli? A domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Ideo dico vobis, quia auferetur a vobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Et <sup>n</sup> qui ceciderit super lapidem istum, confringetur: super quem vero ceciderit, conteret eum. Et cum audissent principes sacerdotum & Pharisei parabolas eius, cognouerunt quod de ipsis diceret. <sup>†</sup> Et quarentes eum tenere, timuerunt turbas: quoniam sicut Prophetam eum habebant.

6. Ego, Græc.  
7. Praecedunt vos in regnum.  
1. Et ideo responderunt primum voluntatem patris fecisse, proprio se condemnant iudicio: Ideo prius cepit eos, & confessi sunt quod ex duobus filiis ille obediens fuit qui fecerat voluntatem patris. Postea ubi confessi sunt, subdit venisse Ioannem per viam iustitiae, hoc est in via iustitiae, ubi etiam meretrices obediunt, vos autem non. Theophylactus.  
k. Quid sunt agricolae quibus vineam locat dominus excolendam, nisi sacerdotes? Ad gloriam quidem, si diligenter vineam dei, id est, populum eius tractauerint: ad periculum autem, si negligenter. Chrys. in Matth. hom. 40.  
l. Et vide quod ante seruos, postea filium nominauit: ut scias quod dei filium vngentis fecerunt diuinitatis potentiam nec nomen habet, nec consortium commune cum seruis. Reuerentem mittitur, non cum famulis reuerendus, & bene addidit meum non vnus de multis, nec de generis nature, aut minoris altitatis potestatis: sed verus a vero, patens imago venisse substantiae crederetur. Amb. de fide lib. 5. cap. 4.  
m. Ex omnibus operibus eius cognouerunt eum esse filium dei. Chrys. ex Mat. hom. 40.  
n. Occupemus, vel, ut nostra sit haereditas eius.  
o. Si quis Christianus Chriftum offenderit, non est Chriftus contumptus, sed ipse se contumptus. Chriftum igitur in Chriftum peccantes cauant super eum. Ipse vero cecidit in Iudaeos & gentes qui non crederunt in eum. Chrys. hom. 40. in Matth.

† Marc. 12. a  
Luc. 20. b  
Mat. 5. a  
Iere. 2. d  
† Gen. 27. d  
Marc. 12. b  
Luc. 20. c  
Sap. 2. a  
† Phil. 1. 7. b  
1. Pet. 2. a  
Tit. 4. b  
Act. 4. b  
Rom. 9. g  
Iia. 23. d  
Marc. 12. b  
Luc. 19. g  
2. Cor. 8. 22. a  
Ihon. 7. 19  
& 8.

*Reprobatis nuptiarum contemptoribus, & Caesari census exploratoribus, mortuorum resurrectionem & praeceptum primum affirmat, & se Dauid filium approbat. XXII.*

1. Locutus est.  
a. Vbi Rex nuptias facit, & nuptias filio suo, quid mirus hac equalitate fieri possit? Chrys. 1. Corinth. 1. hom. 15.  
b. Serui misit qui inuitatos vocarent ad nuptias, Chrifti & ecclesiae sunt Apostoli. Eorum enim erat proprium commune facere eos quos inuitauerat propheta. Qui vero iterum cum praceptorum conditione mittuntur, Apostolici sunt successores Apostolorum. Hila. ibidem.  
2. Negligentes.  
\* Igu.  
3. Quotcumque.  
4. Discumbentibus.  
c. Non de vestibus nobis sermo est, sed de operibus inmundis. Chrys. in Matth. ho.  
d. Vestis nuptialis charitas non fides, si enim vestem nuptialem baptisma vel fide dicimus, quis sine baptismo & fide has nuptias intraret? Eo enim ipso foris est qui necdum credidit. Quid ergo debemus intelligere vestem nuptialem, nisi charitatem? Qui ergo per charitatem venit ad homines, eadem charitatem induit vestem esse nuptialem. Greg. Hom. 3. Item Chrys. Nolimus igitur, nolimus inquam, dilectissimi, fidem nobis ad salutem foris esse existimare. Nam nisi vitam puram exhibuerimus, & hac castelli vocatione digna non induerimus vestimenta, cum illo misero excludemur. Chrys. in Io. hom. 9.  
5. Et sic.  
e. Non ad prudentes abeunt ad consilium petendum, sed ad sceleres & diabolos sui similes viros, ut palestrae consilium, quod est filios. Quoniam qui in diaboli iniquitatibus ambulat, ubi adiutorium necessarium habet, Chrysost. ex var. in Matth. Io. 15. hom. 22.

**R**espondens Iesus, <sup>1</sup> dixit iterum in parabolis eis, dicens: <sup>†</sup> Simile factum est regnum caelorum homini <sup>a</sup> Regi, qui fecit nuptias filio suo. <sup>b</sup> Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, & nolabant venire. Iterum misit alios seruos, dicens: Dicite inuitatis. Ecce prandium meum parauit, tauri mei & altilia occisa sunt, & omnia parata, venite ad nuptias. Illi autem <sup>2</sup> neglexerunt, & <sup>3</sup> abierunt, alius in villam suam, alius vero ad negotiationem suam. <sup>†</sup> Reliqui vero tenuerunt seruos eius, & contumelias affectos occiderunt. Rex autem cum audisset, iratus est: & missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit. <sup>\*</sup> Tunc ait seruis suis: Nuptiae quidem paratae sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Itaque ad exitus viarum, & <sup>3</sup> quoscumque] inueneritis, vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes quos inuenerunt, malos & bonos & impletae sunt nuptiae <sup>†</sup> discumbentium. <sup>†</sup> Intrauit autem Rex ut videret discumbentes, & vidit ibi hominem non <sup>c</sup> vestitum <sup>d</sup> veste nuptiali. Et ait illi: Amice, quomodo haec intraisti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris: <sup>†</sup> Ligatis manibus & pedibus eius, <sup>5</sup> mittite] eum in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & stridor dentium. Multi autem sunt vocati, pauci vero electi. <sup>†</sup> Tunc abeuntes Pharisei consilium inierunt, ut caperent eum in sermone. <sup>†</sup> Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis, dicentes: Magister scimus quia verax es, & viam dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo. Non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis quid tibi videtur: Licet census dari Caesari, an non? Cognita autem Iesus nequitia eorum, ait: Quid me tentatis hypocritae? Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Iesus: Cuius est imago haec & superscriptio? Dicunt ei: Caesaris. Tunc ait illis: <sup>†</sup> Reddite ergo quae sunt Caesaris Caesari, & quae sunt dei deo. Et audientes mirati sunt, & relicto eo abierunt. <sup>6</sup> In illo die accesserunt ad eum Sadducei, qui dicunt non esse resurrectionem: & interrogauerunt eum dicentes: Magister, Moyses dixit, <sup>†</sup> Si quis mortuus

Andreas  
Iuac. 1. d  
Apoc. 1. a  
† Sup. 1. f  
† 21. di. Beate  
fra.  
Iuac. 2. d  
Sap. 1. g  
21. q. 1. Nisi  
belli.  
† Mar. 12. b  
† Roma. 14  
De cle. 16. a  
Ex parte  
Marc. 12. b  
Luc. 20. d  
† Act. 23. d  
Deut. 25. b  
Marc. 12. d



mortuus fuerit non habens filium, vt ducat frater eius vxorem illius, & suscitet semen fratri suo. Erāt autem apud nos septem fratres, & primus vxore ducta defunctus est, & non habens semen reliquit vxorem suam fratri suo, similiter secundus & tertius, vsque ad septimum. Nouissimè autē omnium & mulier defuncta est. In resurrectione ergo cuius erit de septem, \* vxor? Omnes enim habuerunt eam. Respondēs autem Iesus, ait illis: Erratis, nescientes scripturas, neque virtutem dei. In resurrectione enim neque nubent neque nubentur, sed erunt sicut angeli dei in cælo. De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est à deo dicente vobis: † Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob? Non est \* deus <sup>b</sup> mortuorum, sed viuentium. Et audientes turbæ mirabantur in doctrina eius. <sup>g</sup> Pharisei autem audientes quòd silentium imposuisset Sadducæis, conuenerunt in vnum, & interrogauit eum vnus ex eis legis doctor tentans eum: † \* Magister quod est mandatum magnum in lege? Ait illi Iesus: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc est maximum & primum mandatum. Secundum autem simile est huic: † Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis, <sup>i</sup> vniuersa lex pendet & Prophetæ. Congregatis autem Phariseis interrogauit eos Iesus, dicens: Quid vobis videtur de Christo? Cuius filius est? Dicunt ei: Dauid. Ait illis: <sup>k</sup> Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum dominum, \* dicēs: † Dixit dominus domino meo sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid vocat eum dominum, quomodo filius eius est? Et nemo poterat respondere ei verbum, neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

† Exod. 3. b  
Mar. 12. c.

† Deute. 6. a  
Luc. 11. c.

† 13. q. 5. Si nõ  
licet.  
Mar. 12. c.  
Luc. 20. d.  
Luc. 2. b.

† Psal. 109. a  
Mar. 12. f.  
Luc. 20. g.

*Probata Scribarum & Phariseorum doctrina, eorum opera reprobat multis maledictis, & tandem finale illis comminatur exitium.*

X X I I I.

† An. do. 3. g.  
† 16. q. 1. c. Et  
hoc diximus.  
Dist. 19. Secũ  
dum.  
† 1. q. 1. Non  
quales.  
3. q. 7. Sacer  
dos.  
Mar. 12. g.  
† Luc. 11. d. f.  
26. q. 7. Alli  
gant.  
† Mar. 12. d.  
Luc. 11. f.  
† Iacob. 3. a.

† Iacob. 4. c.

† Mar. 12. g.  
Luc. 14. b. 16. c.  
† Luc. g.

† Mar. 12. d.  
Luc. 20. g.

† Luc. 11. f.

**T**unc Iesus locutus est ad turbas, & ad discipulos suos, dicens: † <sup>a</sup> super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisei. Omnia ergo quæcũque dixerint vobis, <sup>b</sup> seruare & facite, secundum opera verò eorum nolite facere. Dicunt enim & non faciunt. <sup>c</sup> Alligant autem <sup>d</sup> onera grauiã & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere. Omnia verò opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus. Dilatant enim <sup>e</sup> phylacteria sua, & magnificant fimbrias. <sup>f</sup> Amant autem primos recubitus in cœnis, <sup>g</sup> & primas cathedras in Synagógis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. <sup>h</sup> Vos autem nolite vocari Rabbi. Vnus est enim <sup>i</sup> magister <sup>j</sup> vester, \* omnes autem vos fratres estis. <sup>k</sup> Et patrem nolite vocare vobis super terram. <sup>l</sup> Vnus enim pater vester qui in cœlis est. Nec vocemini magistri, quia magister vester vnus est Christus. Qui maior est vestrum, <sup>m</sup> erit <sup>n</sup> minister vester. <sup>o</sup> Qui autem se exaltauerit humiliabitur, & qui se humiliauerit exaltabitur. <sup>p</sup> Væ autem vobis Scribæ & Pharisei hypocritæ, quia <sup>q</sup> clauditis regnum cœlorum ante homines. Vos enim nõ intratis, nec introeuntes finitis intrare. <sup>r</sup> Væ vobis Scribæ & Pharisei hypocritæ, <sup>s</sup> quia comeditis domos viduarum, orationes longas orantes, propter hoc amplius accipietis iudicium. Væ vobis Scribæ & Pharisei hypocritæ, quia circuitis mare & aridam, vt faciatis vnũ <sup>t</sup> profelytum, & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ \* duplo quàm vos. Væ vobis duces cæci, <sup>u</sup> qui dicitis: quicumque iurauerit per templum nihil est, qui autem iurauerit in auro templi, <sup>v</sup> debitor est. <sup>w</sup> Stulti & cæci, quid enim maius est, aurum an templum quod sanctificat aurum? Et quicumque iurauerit in altari, nihil est. Quicumque autem iurauerit in domo quod est super illud, debet. Cæci, quid enim maius est: donum, an altare quod sanctificat donum? Qui ergo iurat in altari, iurat in eo, & in omnibus quæ super illud sunt. Et quicumque iurauerit in tēplo, iurat in illo, & in eo qui habitat in ipso. Et qui iurat in cælo, iurat in throno dei, & in eo qui sedet super eum. Væ autem vobis Scribæ & Pharisei hypocritæ, <sup>x</sup> qui decimatis mentem & <sup>y</sup> anethum <sup>z</sup> & <sup>aa</sup> cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium, & misericordiam, & <sup>ab</sup> fi-

[f. Confutatis Phariseis est Herodiani, iterũ Sadducæi tentat eum. Hæretis autem illorum erat talis. Neque resurrectione, neque spiritum, neque angelũ credidit, diuina Pharisæis sentiebant. Rem fingunt, que nunquam contingit, aut quomodo, cum tertius non bene ominatus fuit, sed reuult nuptias, periculis præceditum admonuit? Theophylactus ibidem.]  
\* Illis.  
g. Nemo ergo miretur si angelis cõparentur, quæ angelorum domino copulantur. Quis igitur neget hanc vitam fluxisse de cælo, quã non facile inuenimus in terris? Amb. de virginib. li. 1. c. 6. Sunt.  
\* Autem ille.  
h. Manifestauit se esse deũ patris. Hoc est viuentiũ deũ. Quis est enim viuorum deus, nisi qui est super omnia deus, & super quem alius nõ est deus? Itenũ lib. 4. c. 1.  
\* Et dicens.  
i. Hec omnium virtutum summa, hoc fundamentum. Simul enim cum charitate in deum ingreditur dilectio proximi.  
Chryl. in 29. ca. Gene. 10. 55.  
k. habetur in lege quòd pater est maior filio, non ergo filius dñs est patris, ergo vel Christus nõ est filius Dauid, vel in eo est aliquid maius Dauid, cum vocet eum dominum? Postquam autem tria viderent in autoritate ista Psal. Primb præmiuentiam ad sanctos, æqualitatem ad patrem, & dominium super rebelles. S. Thomas ibid.  
\* Sum, & infra.

a Dominus noster Iesus Christus Rex & Iudex & deus noster vsque ad passionis diem serua vit honorem pontificibus & sacerdotibus, quantis illi nec timorem dei nec agnitionẽ Christi seruassent: illos autem redarguebat quòd quorũdam verba legis annuntiauerat, essent autem sine dilectione & propterea iniusti in deum & proximum. Iteneus lib. 4. cap. 20.  
1. Iusserint vos seruare.  
2. Ligant.  
3. Enim.  
b. Phylacterium Græcum est, Latine conseruatorium: quòd in eo legis memoria seruatur inscripta.  
\* Phylacterium suorum.  
4. Princeps.  
5. Chelitus.  
c. Non vt neminem patrem vocent, sed ne ignorent quẽ principiter patrem vocare oporteat. Nam quem ad modum nemo principaliter magister est, sic nec pater preter illũ qui tam magistrorum quàm patris omnium causa est. Chryl. in 23. c. Math. hom. 71. Nec igitur obstat quĩd patribus nostris patrimoniu speremus iuxta illud 2. Corinth. 12. Non enim debet filij parentibus thesaurizare, sed parentes filiis.  
5. Sic.  
6. Qui.  
d. Latine aduenã dicitur, vepete que ex aliena gente in alterã assumitur.  
\* Magis.  
e. Atque ideo Pharisei sic dicebant, vt si quis iurasset per eorum vas, vel bouem, vel ouem oblatam in sacrificium, & deinde peierasset, similia perfolueret, si per templum vel altare, nisi Theophyl.  
7. Debet vel reus est.  
8. Rurum.  
f. Idem quòd cuminum herba est sicut & syluestris.  
9. Veritate.

g. Sensus est, minima obseruatis  
maxima contemnit. Ex hac eis  
nimia peruersitate etiam illud eis  
accidit quod possunt hęc in al-  
legoriam referri, vt dimitterent  
Barabam, quia ipse videlicet nõ  
soluerat sabbatum, quod magna  
diligentia carnaliter obserua-  
bant. Aug. quæ. euangel. lib. 1.  
cap. 35. p.  
h. Cum à foris enim reddõ offer-  
re putentur, simile zelum Cain  
habebant in semetipsis, propter  
quod occiderunt iustum præter-  
mitentes consilium verbi, quõ  
adinodum & Cain. Irenæus lib.  
4. cap. 14.  
i. Fuisse enim.  
ii. Testes estis contra vosmet-  
ipsos.  
i. Patres vestri seruos occiderunt,  
& vos filium occideitis herilem.  
prophetas occiderunt, & vos do-  
minum occidendo peccati illor-  
um mensuram cõsummabitis.  
Chrysost.  
[k. Quia in discipulis Christi  
multi habuerunt propheticum  
spiritum, sicut Ioannes euange-  
listia, vt patet in Apocalypsi, &  
Agab, & multi alij, vt patet in  
Actibus Apосто. Aliqui etiam  
fuerunt scribæ, sicut euangeli-  
stæ, qui scripserunt euangeli-  
a. De Lyra.  
l. Propter has illorum impieta-  
tes abdicauit eos in perpetuõ:  
itaque desit propheta mittere  
ad eos. I. d. can. lib. 4. cap. 11.  
m. hoc sagẽ veterẽ libertatis ho-  
minis manifestauit: quia liberũ  
eum deus fecit ab initio habẽ-  
tem suam potestatem, sicut &  
suam animam ad vendẽ sciẽ-  
tia dei voluntariõ & non coactõ  
à deo. Vis enim à deo non fit,  
sed bona sententiã adest illi sem-  
per. Irenæus lib. 4. cap. 71.  
\*Suas.

dem.]<sup>h</sup> Hęc oportuit facere, & illa non omittere. <sup>g</sup> Duces cæci, excolantes culicem, <sup>c</sup>  
camelum autẽ glutientes. Vẽ vobis Scribẽ & Pharisei hypocritæ, quia mūdatis quod  
de foris est calicis & paropsidis, intus autem pleni estis rapina & immunditia. <sup>†</sup> Pha-  
sac cecẽ, munda prius quod intus est calicis & paropsidis, vt fiat & id quod de foris  
est mundum. Vẽ vobis Scribæ & Pharisei hypocritæ, <sup>h</sup> quia similes estis sepulchris  
dealbatis, quẽ à foris parent hominibus speciosa, intus verò plena sunt offibus mor-  
tuorum, & omni spurcitia. Sic & vos foris qui dem parent hominibus iusti, intus au-  
tem pleni estis hypocrisis & iniquitate. Vẽ vobis Scribæ & Pharisei hypocritæ, quia  
ædificatis sepulchra Prophetarum, & ornatis monumenta iustorum, & dicitis: Si fuif-  
semus in diebus patrum nostrorum, non <sup>10</sup> essemus] focij eorum in sanguine Prophe-  
tarum. Itaque <sup>†</sup> testimonio estis vobismetipsis, ] quia filij estis eorum qui Prophetas  
occiderunt. Et vos <sup>†</sup> implete mensuram patrum vestrorum. <sup>†</sup> Serpentes, & ] geni-  
mina viperarum, quomodo fugietis à iudicio Gehennæ? Ideo <sup>†</sup> dico vobis: ] <sup>k</sup> Ecce  
ego mitto ad vos Prophetas & sapientes & Scribas, & <sup>†</sup> ex illis occiditis & crucifige-  
tis, & ex eis flagellabitis in Synagõgis vestris, & persequimini de ciuitate in ciuitatem,  
vt veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram à sanguine Abel  
iusti, <sup>†</sup> vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiz, quem occidistis inter templum  
& altare. Amen dico vobis, venient hęc omnia super generationem istam. <sup>†</sup> Ierusalem  
Ierusalem quẽ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, <sup>†</sup> quotiens volui  
congregare filios tuos, quemadmodum gallina cõgregat pullos suos sub alas, <sup>\*</sup> & no-  
luisti? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis, non me vide-  
bitis à modo, donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine domini.

† Sup. 15. b  
Luc. 11. f  
Act. 23. a  
Rom. 1. c  
Sup. 7. d  
Luc. 11. g  
† Luc. 11. g  
† Theof. 1. d  
† Sup. 1. c  
Luc. 11. a  
† Heb. 11. a  
† Para. 24. f  
Luc. 11. g  
† Efd. 1. c

*Discipulis sciscitantibus à Christo signum aduentus eius & finis seculi, multa cauenda  
precipit, & varia futura prodigia prædicit. X X I I I I.*

a. Abiit.  
a. Cum audissent Apосто. Ecce  
relinquetur vobis domus vestra  
deserta, admittatur si tale tẽ-  
pulum desolandum esset. Et ideo  
accesserunt vt ostenderent ei  
struatur templi tanquam ad-  
mirandas. Ezech. ibid.  
b. Superius ingressus est domi-  
nus templum, quarens sanctita-  
tem templi: sed cum in templo  
nihil inueniret proprium tem-  
pli, egressus de tẽplo ibat: quia  
ædificium quidem stabat, quod  
exercent homines: sanctitas ve-  
rò occiderat, quam constituerat  
deus. Chry. in Mat. hom. 47.  
\*Nõnne.  
c. Regnum surget in regnum,  
& pestilentia eorum quotũ ser-  
mo vt cæter seruit. Et famer ver-  
bi dei, commotio terre, & à fi-  
de separatio. Glo. ordi. ibid. ]  
\*Se.  
\*Quisq; proximum suum.  
\*Quisq; fratrem suum.  
d. Nimirum vitæ boni operis  
perseueratiõ est. Et præcepto le-  
gis cauda hostia in sacrificio iu-  
betur offerri. In cauda quippe  
finis est corporis, & ille bene im-  
molat qui sacrificium boni ope-  
ris vsque ad finem debite perdu-  
cit ad honis. Greg. ho. 25.  
e. Hęc est, in accusationem &  
relegationem eorum, qui eu-  
gelio credere noluerunt. Chry.  
3. Vt tollat quequam.  
4. Vt tollat vestimenta sua.  
f. Pragnans est, qui res alienas  
concupiscit: nutries est qui iam  
rapuit quod concupierat. Aug.  
de verbis domini in euang. se-  
cundum Mat. Ser. 20.  
g. Confusus scilicet indicis si-  
gnorum perturbari necesse est,  
etiam eos qui in discernendis  
spiritibus, ad distinguendis vir-  
tutibus videntur eruditi. Cle-  
mens lib. 3. Recognit.



**E**t <sup>†</sup> egressus Iesus de templo <sup>†</sup> ibat. ] Et <sup>†</sup> accesserunt discipuli eius, vt osten-  
derent ei ædificationes templi. <sup>†</sup> Ipse autem respondens dixit illis: <sup>\*</sup> Vide-  
tis hęc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hęc lapis super lapidem,  
qui non destruat. Sedente autem eo super montem Oliueti, accesserunt  
ad eum discipuli eius secretõ, dicentes: Dic nobis quando hęc erunt, & quod signum  
aduentus tui, & consummationis seculi? Et respõdens Iesus, dixit eis: <sup>†</sup> Videte ne quis  
vos seducat. Multi enim venient in nomine meo, dicentes: ego sum Christus, & mul-  
tos seducunt. Audituri enim estis prælia & <sup>2</sup> opiniones ] præliorum, videte ne turbe-  
mini. Oportet enim hęc fieri, sed nondum est finis. <sup>c</sup> Consurget enim gens in gentem,  
& regnum in regnum, & erunt pestilentie & famer, & terræmotus per loca. Hęc au-  
tem omnia initia sunt dolorum. <sup>†</sup> Tunc tradent vos in tribulationem, & occident  
vos, & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabun-  
tur multi, & <sup>\*</sup> inuicem tradent, <sup>\*</sup> & odio habebunt inuicem. <sup>\*</sup> Et multi Pseudoprophete  
surgent, & seducunt multos, & quoniam abundabit iniquitas, refrigescet chari-  
tas multorum. <sup>†</sup> <sup>d</sup> Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Et præ-  
dicabitur hoc euangelium regni in vniuerso orbe <sup>c</sup> in testimonium omnibus genti-  
bus, & tunc veniet consummatio. Cum ergo videritis abominationem desolationis,  
quæ dicta est <sup>†</sup> à Daniele. Propheta, stantem in loco sancto, qui legit, intelligat. Tunc  
qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes: & qui in tecto, non descendat <sup>3</sup> tollere aliquid  
de domo sua: & qui in agro, non reuertatur tollere <sup>4</sup> tunicam suam. ] <sup>†</sup> Vẽ autẽ præ-  
gnantibus & nutrientibus in illis diebus. <sup>†</sup> Orate autem vt non fiat fuga vestra in hye-  
mæ vel sabbato. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vs-  
que modo, neque fiet. Et nisi breuitati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro, sed  
propter electos breuiabuntur dies illi. <sup>†</sup> Tunc si quis vobis dixerit: ecce hic est Chri-  
stus, aut illic, nolite credere. <sup>†</sup> Surgent enim pseudochristi & pseudoprophetæ, <sup>5</sup> &  
dabunt signa magna & prodigia: ita vt in errorem inducantur, si fieri potest, etiam  
electi,

Anno d. 34.  
† Marc. 13. g  
Luc. 19. g  
& 21. b  
† Marc. 13. b  
Luc. 21. b  
Aphes. 3. b  
Coloss. 2. d  
† Cor. 13. b  
Marc. 13. b  
Luc. 21. c  
† Heb. 9. f  
& 16. a  
Sup. 10. c  
† Rom. 10. e  
Marc. 13. b  
Luc. 21. d  
† Daniel. 9. g  
† Isa. 11. b  
Ezech. 11. d  
† Marc. 13. d  
Luc. 21. c  
† Luc. 17. d  
† 1. quæst. 1.  
Saluator.  
Marc. 13. e

electi. <sup>1</sup> Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis: ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut enim <sup>2</sup> fulgur] exit ab oriente, & paret vsque in occidentem, ita erit & aduentus filij hominis, <sup>3</sup> † Vbicunque fuerit <sup>6</sup> corpus, illuc] congregabuntur & aquilæ. Statim autem post tribulationem dierum illorum <sup>4</sup> † sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum commouebuntur: & tunc parebit signum filij hominis in cælo. <sup>5</sup> † Et tunc plangent omnes tribus terræ. Et videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli <sup>7</sup> cū virtute multa & maiestate. <sup>8</sup> † Et mittet angelos suos cum tuba & voce magna, <sup>9</sup> † & congregabunt electos eius à quatuor vètis à summis cælorum vsque ad terminos eorum. <sup>10</sup> † Ab arbore autem ficu discite <sup>9</sup> parabolâ: cum iam ramus eius tener fuerit & folia nata, scitis qui prope est æstas. Ita & vos cum videritis hæc omnia, scitote quia prope est inianis. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc donec omnia <sup>10</sup> fiant. <sup>11</sup> † Cælum & terra transibunt, verba verò mea non præteribunt. <sup>12</sup> † De die autem illa & hora] nemo scit, neque angeli cælorum, nisi pater <sup>13</sup> \* solus. <sup>14</sup> † Sicut autem in diebus Noe, ita erit & aduentus filij hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes & bibetes, nubentes & nuptui tradentes, vsque ad eum diem quo intravit in arcam Noe, <sup>15</sup> & non cognouerunt donec venit diluuium, & tulit omnes, ita erit & aduentus filij hominis. <sup>16</sup> † Tunc duo erunt in agro, vnus assumetur, & vnus relinquetur. Duæ <sup>17</sup> molentes in mola, vna assumetur, & vna relinquetur. Duo in lecto, vnus assumetur, & vnus relinquetur. <sup>18</sup> † Vigilate ergo, quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Illud autem scitote, quoniam si sciret pater familiâs quo hora <sup>19</sup> venturus esset, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam. <sup>20</sup> † Ideo & vos estote parati, quia nescitis qua hora filius hominis venturus est. <sup>21</sup> † Quis putas est fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus suus super familiam suam, vt det illis cibum in tempore? Beatus ille seruus quem cum venerit dominus eius inuenerit sic facientem. Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum. Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo: moram facit dominus meus venire, & cœperit percutere conseruos suos, manducet autè & bibat cum ebriosis, veniet dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocrytis. <sup>22</sup> † Illic erit fletus & stridor dentium.

1. 24. quæst. 1  
Quoniam  
venit.  
† Marc. 13. e  
Lucæ 21. e  
Ezech. 32. b  
Isa. 13. b  
Joel 3. e  
† Apoc. 1. b  
Marc. 13. f  
Luc. 21. f

† Luc. 21. f

† 35. q. 10. Fraternitatis.  
Lucæ 13. f  
2. Pet. 3. b  
† Gen. 7. b

† Luc. 17. g  
† Marc. 13. d

† Luc. 12. e  
Apoc. 1. a  
Luc. 12. e  
Apoc. 6. d  
2. Cor. 5. a

† Sup. 7. b  
13. f. g. & 22. e  
Iustia 25. e

Ch. Ad hæc ista prædico nunc vt caueatis pro tunc quia minus iaculis ferunt qua prævidentur. Vt dicit beatus Gregorius De Lira ibidem.]  
5. Fulgor.

6. j. Cadaver illius] Cadaver domini corpus propter mortem, nisi enim ille cecidisset, nos non te sumusissemus. Aquilas autem appellat, vt ostendat ad alta esse oportere cõsentire qui ad hoc corpus accedit. Chrysol. 1. Cor. 10. homil. 24.  
7. Cum potestate magna & gloria.

[K. Ne quis putaret à quatuor plagis terræ, & non à cunctis finibus simul & mediterraneis regionibus electos esse congregandos, vnde dicit à summo terra vsque ad summum cæli, ab extremis terræ finibus per directum vsque ad vltimos termini eius, vbi longè à spiciendis circumlocis terræ videtur incidere. Glosa ordibid.]  
8. Cum magna voce tubæ.  
9. Similitudinem.  
\* Hæc.

10. Diem autem illam & horam. Meus.  
11. Dicitio, solus, in ordine ad creaturas intelligitur, non ad filium. Euthymius ibidem.

11. Assumetur ecclesia, relinquetur synagoga, vel mens bona assumitur, improba derelinquitur. Amb. de Cain & Abel lib. 3. cap. 8.

12. Mola pauperes inopis que demonstrat: lectus, diuites & quos ostendit, significans quoniam tam de pauperibus quam de diuitibus quidem liberantur, & quidem peruenit. Chrysol. de ascensione dom. Sermo.

13. Veniet.  
14. Quoniam in commune nos ad indefessam vigilantiæ curâ adhortetur speciatim, tamen populi principibus, i. episcopis in expectatione aduerti que suo sollicitudinem mandat, hunc enim seruum fidelem acque prudentem præpositum familiæ significat commoda atque vtilitates commisit sibi populi curantem. Hilarius ibidem.

*Futuri iudicij severitas per parabolas decem virginum & decem talentorum arguitur, ac iustorum & iniustorum per opera discrimen & situs ordinatur. X X V.*

Anno do. 34.

† 9. 1. Quod quidam s. Item dominus.

† De fac. vn. Cā venisset. 2. Thess. 5. a

Sup. 7. e  
Luc. 19. e  
† Infra 26. d.  
† Lucæ 19. b  
Mar. 13. g

**N**unc simile erit regnum cælorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas exierunt obviam sponso & sponsæ. <sup>1</sup> † Quinque autem ex eis erant <sup>2</sup> fatuæ, & quinque prudentes. Sed <sup>3</sup> quinque] fatuæ acceptis lampadibus non sumpserunt <sup>4</sup> oleum secum. <sup>5</sup> † Prudentes verò acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes & dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: ecce sponsus venit exite obviam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades suas. Fatuæ autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur. Responderunt prudentes, dicentes: <sup>6</sup> \* Ne fortè non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emitte vobis. Dum autem irent emere, venit sponsus, & quæ paratæ erant intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nouissimè verò veniunt & reliquæ virgines, dicentes. <sup>7</sup> † Domine, domine, aperi nobis. At ille respondens, ait. Amen dico vobis, nescio vos. <sup>8</sup> † Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam <sup>9</sup> \*. Sicut enim homo peregre proficiscens vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. <sup>10</sup> † Et vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij verò vnum, vnicuique <sup>11</sup> secundum propriam virtutem, & profectus est statim. Abiit autem qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque. Similiter & qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem vnum acceperat, abiens fodit in terram & absco-

a. Fatuæ virginibus non infidelitatis aut peruersæ fidei crimen inuitur, sed olei tantum defectus: quia scilicet misericordiam non exerceant, neque elemosinas fecerant. Virgines erant, sed castum cor non habebant: castitas discordiæ non conuenit nec aliis vitis Chrysol. in 6. cap. Zacha. in hæc verba: Ecce vir orientis nomen eius.  
b. Que erant.  
c. Oleum illud misericordia est, si de substantia nostra aliis largiamur substantiam nostram olei facimus, tunc super quod habemus adiciunt nobis: & in illo tempore non dicemus: Date nobis de oleo vestro. Chrysol. in 12. cap. Heb. homil. 28.  
\* Non.  
\* In qua filius hominis venturus est.  
c. Id est secundum propriam & naturalem possibilitatem, non autem secundum meritum proprium, quia aliud est posse operari aliud operari: & aliud est posse habere charitatem, & aliud habere charitatem: & aliud est capacem esse continentiam, in stitia, sapientia, aliud verò esse continentem, iustum atque sapientem. Amb. de voc. gen. lib. 2. cap. 1.

a. Rediit.

d. Ille cui fuerant talenta quinque commissis, ille est qui docendi alii studium impendit: ille vero cui vnum est datum, dicei puli videtur gestare personam, cui non minus periculi imminet si negligat audita a preceptore, quam preceptor docere negligenti. Chry. in 12. ca. Heb. hom. jo.

e. Verè quod scriptum est: ad excusandas excusationes in peccatis, etiam huic sententiæ contrariet, vt ad pigritiam & ad negligentiam, superuacuo quoque crimine accedat. Qui enim simpliciter debuit: inertiam conserui, & orate patrem familias, econtrario calumniatur, & dicit se prudenti fecisse consilio dum luca pecunia quereret, etiam de forte periclitaretur. Hierony. ibid.

3. Noui.

4. Seminaui.

f. Sicut ille qui duo acceperat, imitatus est illum cui quinque data erant, sic & te decebat amolari illum cui fuerant duo talenta commissis. Chry. ibid.

g. Virtutum quippe munera ovisio esse non possunt. Quoniam sicut veritas ait: Omni habenti dabitur, &c. Non igitur ad hoc datur continentia vt concupiscentis non repugnet, nec cuiq; tribuitur sapientia & intellectus, vt non de die ac nocte in domini lege meditetur. Quid agit dominum dilectionis, si beneuolentia sollicitudo non vigilat? Quis fructus est patientie, si non habet fortitudo quod toleret? Ambro. de voc. gen. lib. 2. cap. 10.

5. Bar.

h. Vide autem quos tibi det gratia debitores. Facit tibi patrem debitorem deum, qui pro munere quo pauper adiuuatus est, scimus exoluit, quasi boni debitor creditore. Facit tibi debitorem filium dei, qui ait: Esuriui, & dedistis mihi manducare, &c. Quod enim vnicuique minimorum collatum fuerit, sibi dicit esse collatum. Ambro. de Nabuche. Iezraelia. cap. 14.

6. Peregrinus.

\* Te.

7. Peregrinum.

8. Quarenus, & infra.

\* Rex.

9. Peregrinus.

10. Peregrinum.

11. Ex his minimis.

dit pecuniam domini sui. Post multum verò temporis venit dominus seruatorum illorum, & posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque super lucratus sum. Ait illi dominus eius: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Accessit autem & qui duo talenta acceperat, & ait: Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo lucratus sum. Ait illi dominus eius: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Accedens autem & qui vnum talentum acceperat, ait: Domine, scio quia homo durus es, metis vbi non seminasti, & congregas vbi non sparsisti, & timens abij & abscondi talentum tuum in terra. Ecce habes quod tuum est. Respondens autem dominus eius, dixit ei: Serue male & piger, sciebas quia meto vbi non semino, & congrego vbi non sparsi, oportuit ergo te committere pecuniam meam nummulariis, & veniens ego recepissem vtique quod meum est cum vsura. Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta. Omni enim habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. Et inutilem seruum eiciete in tenebras exteriores, illic erit fletus & stridor dentium. Cum autem venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suae, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos abinuicem, sicut pastor segregat oves ab hœdis. Et statuet oves quidem à dextris suis, hœdos autem à sinistris. Tunc dicet Rex iis qui à dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare. Sitiui, & dedistis mihi bibere. Hospes eram, & collegistis me. Nudus, & operuistis me. Infirmus, & visitastis me. In carcere eram, & venistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem & pauperem, & sitientem & dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te, aut nudum & cooperuimus te? Aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te? Et respondens Rex dicet illis: Amen dico vobis: quando vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicet & iis qui à sinistris erunt: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare. Sitiui, & non dedistis mihi potum. Hospes eram, & non collegistis me. Nudus, & non operuistis me. Infirmus & in carcere, & non visitastis me. Tunc respondebunt ei & ipsi dicentes. Domine: quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non ministravimus tibi? Tunc respondebit illis, dicens: Amen dico vobis: quando vni de minoribus his, nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam.

Christus cœna facta in cœnaculo & precatione in horto à Iuda traditur, à Iudæis capitur, ducitur & accusatur, atque à Petro negatur. X XVI

a. Dixit autem hæc significans propinquam esse mortem suam. Nam ipse legalis pasche tempore passurus erat & ipse. Non autem simpliciter dixit, tradetur, sed addidit: vt crucifigatur. Euthymius ibid.

\* Et scribe.

b. Ab Anna potissime ad Caiphã mediabant tres pontifices, quorum nō meminere euangelium. Immanuel filius Iabai, Eleazarus filius Anne, & Simon filius Camathi, singuli per annum, quibus successit Caiphã anno quo Christus passus est. Euseb. post Joseph. lib. Antiq. 18. cap. 8.

1. Capere.

2. Ad quid.

\* Vnguentum.

c. Docet nos qd mulier hæc iuxta diuinam dispensationem hoc fecerit presignans mortem illius, & corporis sepulturam. Non enim tulisset Christus vnguentum vnguentum nisi mysterium quoddam subisset. Theophylact. ibid.



T factum est cum consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis: Scitis quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur. Tunc congregati sunt principes sacerdotum, & seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphã, & consilium fecerunt vt Iesum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant autem: non in die festo. Ne forte tumultus fieret in populo. Cum autem esset Iesus in Bethania in domo Simõnis leprosi, accessit ad eum mulier habes alabastrum vnguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius, recumbens. Videtes autem discipuli indignati sunt, dicentes: Vt quid perditio hæc? Potuit enim istud venundari multo, & dari pauperibus. Sciens autem Iesus, ait illis: Quid molesti estis huic mulieri? Opus enim bonum operata est in me. Nam semper pauperes habetis vobiscum, me autem non semper habebitis. Mittens enim hæc vnguentum hoc in corpus

† Luc. 19. e

† Sup. 13. b  
† Marc. 2. c  
† Luc. 8. c  
† 19. d

† Apoc. 19. d  
† Eph. 1. a

† Isa. 48. b  
† Exechiel. 18. b

† Di. 4. c. 1.  
† Ecc. 7. d

† Palm. 6. d  
† Supra. 7. c  
† Luc. 11. f

† Ioan. 5. e

Anno do. 34.  
† Marc. 14. a  
† Luc. 22. a  
† Ioan. 12. a

† Marc. 14. a  
† Ioan. 12. a  
† Luc. 7. f



in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Amen dico vobis, vbiunque predicatū fuerit hoc Euangelium in toto mundo, dicetur, & quod hæc fecit in memoriam eius.

**†** Tunc abiit vnus de duodecim qui dicebatur Iudas Scarioth, ad principes sacerdotū, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi constituerūt ei triginta argenteos. Et exinde querebat oportunitatem vt eum traderet. Prima autem die azymorū accefferūt discipuli ad Iesum, dicentes: Vbi vis paremus tibi comedere Pascha? At Iesus dixit: Ite in ciuitatem ad quēdam, & dicite ei: Magister dicit: Tēpus meum prope est, apud te facio Pascha cum discipulis meis. Et fecerūt discipuli sicut constituit illis Iesus, & parauerūt Pascha. Vespere autē factō discumbebat cū duodecim discipulis suis. Et edentibus illis, dixit: Amen dico vobis, quia vnus vestrūm me traditurus est. Et contristati valde, cœperunt singuli dicere: Nunquid ego sum domine? At ipse respondens, ait: Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet. Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo: vā autem homini illi per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Respondens autem Iudas qui tradidit eum, dixit: Nunquid ego sum Rabbi? Ait illi: Tu dixisti. Cœnantibus autem eis, accepit Iesus panem & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, & ait: Accipite & comedite, hoc est corpus meum. Et accipiēs calicem gratias egit, & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Dico autem vobis, non bibam amodo de hoc genimine vitis vsque in diem illum, cū illud bibam vobiscum nouum in regno patris mei. Et hymno dicto, exierunt in montem Oliueti. Tunc dixit illis Iesus: Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte. Scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Postquam autem resurrexerō, præcedam vos in Galilæam. Respondens autem Petrus, ait illi: Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. Ait illi Iesus: Amen dico tibi, quia in hac nocte antequam gallus cætet, ter me negabis. Ait illi Petrus: Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt.

**†** Tunc venit Iesus cum illis in villam quæ dicitur Gethsemani. Et dixit discipulis suis: Sedete hic, donec vadam illuc & orem. Et assumpto Petro & duobus filiis Zebedæi: cœpit contristari & mœstus esse. Tunc ait illis: Tristis est anima mea vsque ad mortem. Sustinete hic, & vigilate mecum. Et progressus pusillum, præcidit in faciem suam orans, & dicens: Pater mi, si possibile est transeat à me calix iste. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes, & dicit Petro: Sic non potuistis vna hora vigilare mecum? Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Iterum secundò abiit, & orauit, dicens: Pater mi, si non potest hic calix transire nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Et venit iterum, & inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis, iterum abiit & orauit tertio eundem sermonem, dicens: Tunc venit ad discipulos suos, & dicit illis: Dormite iam & requiescite. Ecce appropinquabit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite eam: appropinquabit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite eam: appropinquabit qui me tradet. Adhuc ipso loquēte, ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladiis & fustibus, missi à principibus sacerdotum & senioribus populi. Qui autem tradidit eum, dedit illis signum, dicens: Quemcunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Et confestim accedens ad Iesum dixit: Aue Rabbi. Et osculatus est eum. Dixitque illi Iesus: Amice, ad quid venisti? Tūc excefferunt & manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum. Et ecce vnus ex iis qui erant cum Iesu, extendens manum exemit gladium suum, & percutiens seruum principis sacerdotum amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Iesus: Conuerte gladium tuum in locū suum. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas quia non possum rogare patrem meum: & exhibebit mihi modò plusquam duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebuntur scripturæ? Quia sic oportet fieri. In illa hora dixit Iesus turbis: Tanquam ad latronem existis cum gla-

Zach. 11. c  
34. Abiit Iudas.  
Marc. 14. b  
Luc. 22. a  
Mat. 26. b  
Luc. 22. b  
Joan. 13. b

† 2. q. 1. Vnus ex vobis. Do offic. ordina. Si sacerdos. Supra 18 b  
Mat. 40. c

† 1. Cor. 11. e  
† De cele. mis. Cum Mar. the. De relig. & vene. in. Clemen. 6. 1.  
Marc. 14. c  
Luc. 22. b  
Joan. 6. f  
1. Cor. 11. e  
Heb. 9. c  
† Marc. 14. e  
Joannis. 18. a  
Zach. 13. c  
Joan. 6. g  
Marc. 14. c  
& 16. b

† Mat. 14. d  
Luc. 22. d  
Joan. 18. a  
Marc. 14. d  
De cele. mis. In quad.

† Joan. 12. d  
Luc. 22. c

† Marc. 14. e

† Ibid. e  
† Luc. 22. e  
Joan. 18.

† Marc. 14. e  
Luc. 22. ee  
† Joan. 18. b

† 2. q. 1. c. 1. 1  
4. 4. Duo ista q. 8. 8. De epi scopis.  
Cit à Iudeis.  
† Gene. 9. a  
Apoc. 3. c

ed. Multi voluerunt diuulgari Euangelium Christi per vnuer- sum mundum, & deleta est me- moria eorum, factū autem non est de eorum. S. Thomas.] f. e. Cū aliena mulier meretricis tantū exhiberet honorē, tunc di- scipulus abstitit proditorus illi: nō enim fuita adicitur: Tunc abiit. Sed vt ostendat impudē- tia Iudæ. Addidit autem Ica- rioth, vt notior eum redderet. Erat em̄ & alius Iudas qui Lab- baus dicebatur, hic verò proditor erat à pago qui dicebatur Ica- r. Theophylact.  
3. Icariores.  
4. Nam inuincibilis sacerdos viti- biles creaturas in sub stantiā cor- porū & sanguinis sui verbo suo deici. posse late conuertit, ita dicit: Accipite & comedite, &c. & sanctificatione reposita. A ce- pite & bibite, &c. Euseb. Emilei, humil. 5. de Pascha.  
g. Liqueat igitur q̄ præter natu- ræ ordinem, virgo gētauit, & hoc quod cōsumus corpus ex virgine est. Quid natura igitur queris ordinē in Christi corpo- re, cum præter naturam sit ipsa dūs Iesus parus ex virgine? Ve- ra vtiq̄ caro Christi, que cru- cifixa est, que sepulta est, verē et- go carnis illius sacramētū est. Ipse clamat dominus Iesus. Hoc est corpus meum. Antē benedi- ctionem verborum celestium alia species nominatus, post cō- sacrationē corpus Christi signi- ficatur. Ipse dicit sanguis meus. Antē consecrationem aliud dicitur, post consecrationem sine quis nuncupatur. Ambro. de iis qui inuocant mylteris, cap. 9. h. Hoc est in statu resurrectionis prope imminētis, in quo cū nouo modo comedit, scilicet immortalis factus, & in gloria translatus.  
4. Percute.  
i. Magnum profecto hoc dog- ma hūc distinxit, quia videli- cet nullo modo hominis voluntas sufficit, nisi auxilio superio- ri roboretur. Sit quia nihil pote- rimus lucrari superio-ri patro- nio, si voluntas nostra repugnat- quorum alterum Petrus, alie- rum Iudam confitens. Chry. in Math. hom. 83.  
5. Prædium cui nomen.  
6. Manere.  
k. Non ad spiritus sancti com- passionem, sed ad rationabilis- astu impionem animæ, & natu- ræ humanæ referat affectū. Am- brosius de incarn. domi. facta. cap. 7.  
l. Certe solennes orationes cum gratiarum actione sunt. desere- de, cū in somno fugimus, cū prodimus, cum cibum paramus sumere, cum somperimus, & ho- ra inuentis, cum denique cubiti- pergimus. Sed etiam in ipso cu- bili volo Psalmos cum oratio- ne dominica frequēti conre- xas vice, vel cum euigilanti- ris, vel antequam sopor corpus iriget: vt te in ipso quies ex- oclio rerum secularium cura li- beram diuina meditationem som- nus inueniat. Ambro. de virgi- nib. lib. 3.  
\* A me.  
7. Appropinquat, & infra.  
m. In his omnibus passionis est- ordo, sed f. ostendit Iudæ hæc fuit ratio, vt docerent inimicos om- nes, cōsque quos scierimus de- sculturos in nos esse, diligere. Osculatus enim eius dominus nō respuit. Hilarius ibidem.  
n. Priuati quique qui nullo iu- re vti gladio permittuntur, se- cus de magistratibus, qui iusta dei periciunt, & rationem de- nocentibus sumunt. ad Roma.  
13. a.  
Mado.  
o. Non indigeo duodecim A- postolorum auxilio, etiam si omnes me defenderent, qui pos- sam habere duodecim legiones angelici exercitus. Vna legio a- pud veteres sex milibus com- plebatur hominum. Hieron. ibidem.

Principalis





hodie <sup>†</sup> per visum ] propter eum. <sup>¶</sup> Principes autem sacerdotū & seniores persuaserunt populis vt peterent Barabbam, Iesum verò perderent. Respondens autem præfes ait illis: **Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt: Barabbam.** <sup>†</sup> Dixit illis Pilatus: **Quid igitur faciam de Iesu qui dicitur Christus? Dicunt omnes: Crucifigatur.** Ait illis præfes: **Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, dicentes: Crucifigatur.** Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua lauit manus coram populo, dicens: <sup>¶</sup> Innocens ego sum à sanguine huius iusti, vos videtis. Et respondens vniuersus populus, dixit: <sup>†</sup> Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Tunc dimisit illis Barabbam, Iesum autem flagellatum tradidit eis vt crucifigeretur. <sup>¶</sup> Tunc milites præsidis suscipientes Iesum <sup>†</sup> in prætorio, ] congregauerunt ad eum vniuersam cohortem: & exeuntes eum chlamydem coccineam circumdederunt ei: & plectentes <sup>¶</sup> coronam de spinis ] posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius, <sup>k</sup> & genu flexo ante eum illudebant ei, dicentes: <sup>†</sup> Ave rex Iudæorum. Et expuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius. Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamydem, & induerunt eum vestimentis eius, & duxerunt eum vt crucifigerent. <sup>†</sup> Exeuntes autem inuenerūt hominem Cyrenæum nomine Simōnem, hunc angariauerunt vt tolleret crucem eius. Et venerunt in locum qui dicitur <sup>¶</sup> Golgotha, ] quod est Caluariæ locus. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum. <sup>†</sup> Et cum gustasset, noluit bibere. <sup>†</sup> Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius sortem mittentes, vt impleretur quod dictū est per Prophetam, dicentem: <sup>†</sup> Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem, & sedentes seruabant eum. Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam: **Hic est Rex Iudæorū.** Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones, <sup>m</sup> vnus à dextris & vnus à sinistris. <sup>†</sup> Prætereuntes autem blasphemabant eum mouentes capita sua, & dicentes: <sup>†</sup> Vah qui destruis templum dei, & in triduo illud reedificas. Salua temetipsum. Si filius dei es, descende de cruce. <sup>†</sup> Similiter & principes sacerdotum illudentes cum Scribis & senioribus, dicebant: <sup>†</sup> Alios saluos fecit, seipsum nō potest saluum facere. Si Rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credimus ei. Confidit in deo, liberet eum nunc si vult. Dixit enim: quia filius dei sum. Id ipsum autē & latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. <sup>†</sup> <sup>¶</sup> A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terram, vsque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamauit Iesus voce magna, dicens: <sup>¶</sup> Eli, Eli, lamabactani. ] Hoc est, <sup>†</sup> Deus meus, deus meus vt quid dereliquisti me; **Quidam autem illic stantes & audientes, dicebant: Eliam vocat iste.** <sup>†</sup> Et continuo currens vnus ex eis acceptam spōgiam impleuit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere. Cæteri verò dicebant: **Sine, videamus an veniat Elias liberans eum.** <sup>†</sup> Iesus autem iterum clamans voce magna, <sup>¶</sup> emisit spiritum. <sup>†</sup> Et ecce velum templi scissum est in duas partes, à summo vsque deorsum. <sup>†</sup> Et terra mota est, & petra scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexerant. <sup>†</sup> Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, venerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. <sup>†</sup> <sup>¶</sup> Centurio autem & qui cum eo erant custodientes Iesum, viso terræ motu, & <sup>¶</sup> iis quæ fiebant, ] timuerunt valde, dicentes: **Verè filius dei erat iste.** <sup>†</sup> Erant autem ibi mulieres multæ à longè, <sup>\*</sup> quæ secutæ erant Iesum à Galilæa ministrantes ei: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Ioseph mater: & mater filiorum Zebedæi. <sup>†</sup> Cum autem sero factum esset, venit quidam homo diues <sup>¶</sup> ab Arithmathia ] nomine Ioseph, qui & ipse discipulus erat Iesu. Hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus. <sup>†</sup> Et accepto corpore, Ioseph inuoluit illud in sidone munda, & posuit illud in monumento suo nouo, quod exciderat in petra. Et aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti, & abiit. <sup>¶</sup> Erant autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria, sedentes contra sepulchrum. Altera autem die quæ est post Parasceuen, conuenerunt principes sacerdotum & Pharisei ad Pilatum, dicentes: **Domine recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc viuens, post tres dies resurgā. Iube ergo custodiri sepulchrum**

† Marc. 25. b  
Luc. 23. c  
Ioan. 18. g  
Act. 3. c  
† Ioan. 18. g  
19. e  
  
† 1. q. 4. Eccle  
sia.  
Marc. 15. o.  
  
† Ioan. 19. a  
Marc. 15. e.  
  
† Ibidem.  
Luc. 23. d  
Marc. 15. d  
Luc. 13. e  
Ioan. 19. c  
  
† De p. diff.  
2. Citiu.  
Ioan. 15. d  
† Marc. 15. d  
Luc. 23. c  
Ioan. 19. d  
† Psal. 21. a  
  
† Marc. 15. o  
  
† Ioan. 2. d  
Sup. 26. f  
Mar. 15. e  
† Sup. 2. f  
† Mar. 15. e  
Luc. 23. e  
  
† Marc. 15. e  
  
† Psal. 21. a  
  
† Marc. 15. f  
Luc. 23. e  
Ioan. 19. e  
† De eccl. mi.  
In quadam.  
† Marc. 15. f  
† Luc. 23. f  
† Apoc. 6. e  
Heb. 11. d  
† Marc. 15. c  
Luc. 23. g  
  
† Marc. 15. d  
Luc. 23. g  
  
† Ioan. 19. g

4. In somnis.  
g. Quia igitur Barabbas patris  
hiius interpretatur, iam atē dicit  
futuræ infidelitatis ostenditur  
Christo patris filium præferen-  
do, Antichristum scilicet homi-  
nem peccati & Zabuli filii, po-  
tiusque adhorantibus principi-  
bus iustis, eligunt damnationi re-  
seruatum, quam saluti auctorē,  
Hilarius ibid.  
h. Declarata Christi innocentia,  
vt visum est, hic ponitur ipsius  
innocentis iniusta condemnatio,  
quæ proeclit ex parte iudi-  
cis, ex timore, ne si dimitteret eū  
contra clamorē populū, accusa-  
retur postea ad Cæsarem. De Ly-  
ra ibid. ]  
i. Occiderūt enim omnium do-  
minum argue præ-nimia fecler-  
rositate autē sunt dicere: San-  
guis eius super nos, &c. Ac san-  
guis Abel contra duntaxat homi-  
cidā suum redūdauit, Christi  
vero sanguis preciosissimus,  
Iudæorum immanitatem ingra-  
titudinēque arguit, mundum  
tamen peccato redēdit, cuius  
gratia effusus est. Cyril. in Gen.  
lib. 2.  
5. In prætorio.  
6. Spinam coronam.  
k. Hoc loco impletur dictum  
Davidis: Opprobrium insipienti  
i dedisti me. Milites enim cum  
insipientes essent, indigna facie-  
bant. Theoph. ibid.  
7. Golgotha.  
l. Extendit in passione manus  
suas, orbēque dimensus est, vt  
iam tunc ostendebat orbē  
visum ad occasum magna  
populū ex omnibus linguis  
& tribubus congregatum. Iu-  
das suas esse venentium: & signū  
illud maximum atque sublima  
frontibus suis susceperunt. La-  
tan. lib. 4. cap. 26.  
\* Iesus.  
m. Vnus à dextris, per quē signi-  
ficatur mortificatio carnis pro  
cælesti gloria, & vnus à sinistris  
per quem iterum significatur  
mortificatio carnis pro aliqua  
mundi causa. Glofa ordina. ]  
n. Similiter propter blasphe-  
miam dicit. Nam & hi quoque  
blasphemis eum: appebantur,  
cū illis verbis. Dixerūt autem  
Alios saluos fecit, miracula eius  
celsūnter, tūcquam præcipitis  
facta fuerūt. Eutyimius ibid.  
o. Cū Iudæi solitare lumen il-  
luxisset, ipsique potius tenebras  
quā lucē amplexi essent, hoc  
quod ab ipsis electum est, ipsi  
terram inuast. Euseb. vt supra.  
8. Eli, Eli, lamabactani.  
p. In quo ostendit quantum ipsi  
stere debent qui peccant. Ne mi-  
retis verborum humilitatem, &  
queremonias delicti cum for-  
mam serui sciens scandalū cru-  
cis videt. Glofa ordi. ibid. ]  
q. Completis 33. annis, & mensi-  
bus tribus à natiuitate, ab incar-  
natione verò 34. annis integris  
r. Regressus ergo dominus post  
terciam diem, iustus secum tri-  
duana peregrinationis videntis  
bus reportauit, & vt omnes eū  
de inferis regredi crederent,  
restes secum ad superos, & præco-  
nes subactæ mortis exhibuit,  
Euseb. Emis. hom. 6. de Pascha.  
9. Quæ facta fuerant.  
f. Discipuli enim fugiunt, illæ  
permanent, soror matris eius  
hanc enim Iacobi appellat, &  
cæteræ. Chrysol. ibid.  
\* Prospicientes.  
10. De Arithmathia.  
c. Ioseph apolloforū habet spe-  
ciem: & idcirco quinquā in  
duodecim apolloforū nume-  
ro non fuerit, discipulus domi-  
ni nuncupatur. Hilarius ibid.  
i. Maria autem Magdalena, &  
altera Maria, hoc est, deipara,  
quæ supra dixerat Ioseph & Ia-  
cobi matrem, ambæ assederunt  
ad sepulchrum, ita vt cum furor  
Iudæorum cessaret, abirent, &  
abluerent corpus, ac inungerēt.  
Theophylactus ibid. ]

Et in hoc prophetauerunt, ideo magis peccauerunt, quia mirabilia viderunt, et tamen non crediderunt posse resurgere: quibus respondit, Pilatus, in vobis est vt custodiaris eum. S. Thomas.]

7. Quid mirum si dominus ad discipulos glorificatum corpus clauicis stupetibus intromissis, qui illæso materni pudoris signaculo ianuarum huius mundi intravit, cuius ortum natura non scinit: non dubites si potestatem exercere videas triumphantem, quem tam Augenda perficiat egisse nascentem. Quæ cum ita sint, quomodo eam repellere poterit, obiectus repuguli, quem non coercuerat pondus sepulchri Buteb. Emil. lio. 9. de Pascha. 2. Quia enim sabbati tunc appellabatur dies qui nunc dominicus appellatur, quod in euangelis aperius inuenitur. Nam dies resurrectionis domini prima sabbati à Mattheo, à cæteris autem tribus vna sabbati dicitur: quoniam constat eum esse qui dominicus postea appellatus est. August. Epist. 86. b. Angelus autem domini de caelo descendens, & lapidem reuoluens, & sepulchro assidens, misericordie dei patris in signum est, resurgens filio ab inferis virtutem celestium mysteria mittens. Atque ideo prior ipse resurrectionis est index, vt quodam fabularum patrum voluntatis resurrectione nuntiaretur. Hilarius ibidem.

\* Ab hostio. 1. Vestimenta. 2. Ite, &c. 3. Præcedit. \* Cum abissent vt annuntiaret discipulis eius. 4. Pax vobis. \* Quoniam. c. Custodes miraculum confiteatur, ad urbem conueniunt redeunt, nuntiant principibus sacerdotibus que videtur, que facta conspexerint. Illi qui debuerant conueniri ad penitentiam, & Iesum querere resurgentem, perseuerant in malitia, & pecunia que ad vtilitatem data fuerat, vertunt in redemptionem mendacis: sicut antea triginta argenteos dederat Iudæ proditori. Hieron. ibid.

d. Deinde illud legunt quia dixit in nomine patris & filij & spiritus sancti, & non intelligit quid ante premiserit, in nomine, inquit, tres personas quidem significauit, sed vnum trinitatis nomen asserunt. Vnus itaque deus, vnum nomen, vna diuinitas, vna maiestas. Ambro. in libro. virginis, cap. 10.

e. Id est, cum sicut oues introieritis in medium luporum, nolite de vestra infirmitate trepidare, sed de mea potestate confidite, qui vos vsque ad consummationem seculi in hoc opere non derelinquam, non ad hoc vt nihil patiamini, sed quod multo maius est, prestiturus vniuersi nulli scelerum crudelitate superemini. Ambro. de vocatione gentium, lib. 2. cap. 1.

vsque in diem tertium, \* ne forte veniant discipuli eius & furentur eum, & dicant plebi: surrexit à mortuis, & erit nouissimus error peior priore. Ait illis Pilatus: Habetis custodiam. Ite, custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum, & signauerunt lapidem cum custodibus.

† Marc. 16. c.

*Christus resurgens custodes perterruit, suam resurrectionem per angelos mulieribus, & per mulieres discipulis patefecit, Iudæi verò data custodibus pecunia illam celare non potuerunt.* X XVIII.



Esperare autem sabbati, quæ lucefcit in prima sabbati, venit Maria Magdalene & altera Maria videre sepulchrum. Et ecce terramotus factus est magnus. Angelus enim domini descendit de caelo, & accedens reuoluit lapidem, \* & sedebat super eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur, & vestimentum] eius sicut nix. Præ timore autem eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. Respondens autem angelus, dixit mulieribus: Nolite timere vos. Scio enim quod Iesum, qui crucifixus est, quæritis. Non est hic, surrexit enim, sicut dixit. Venite & videte locum, vbi positus erat dominus. Et cito euntes, dicite discipulis eius, quia surrexit, & ecce præcedet] vos in Galilæam. Ibi eum videbitis, ecce, prædixi vobis. Et exierunt cito de monumento cum timore, & gaudio magno eurrentes nuntiare discipulis eius. Et ecce Iesus occurrit illis, dicens: Auete. Illæ autem accefferunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Tunc ait illis Iesus: Nolite timere. Ite nuntiate fratribus meis vt eant in Galilæam, ibi me videbunt. Quæ cum abissent, ecce quidam de custodibus venerunt in ciuitatem, & nuntiauerunt principibus sacerdotum omnia quæ facta fuerant. Et congregati cum senioribus, consilio accepto, pecuniam copiosam dederunt militibus, dicentes: Dicite quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum nobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit à præside, nos suadebimus ei, & securos vos faciemus. At illi accepta pecunia fecerunt sicut erant edocti. Et diuulgatum est verbum istud apud Iudæos, vsque in hodiernum diem. Vndecim autem discipuli abierunt in Galilæam in montem, vbi constituerat illis Iesus. Et videntes eum adorauerunt, quidam autem dubitauerunt. Et accedens Iesus locutus est eis, dicens: Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui vobis. Et ecce, ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.

A Anno do. 34. † Marc. 16. a. Luc. 24. a. Ioan. 20. a.

Marc. 16. c. Luc. 24. b.

† Marc. 16. c. Luc. 24. a.

† Sup. 11. f. † Marc. 16. f. Supra. 11. g. † Luc. 10. f. 32. 4. 1. Recurrat. 3. His ita. De cons. di. 4. Propit.

VITA SANCTI MARCI PER Diuum Hieronymum.



Marcus discipulus & interpres Petri, iuxta quod Petrum referentem audierat, rogatus Romæ à fratribus, breue scripsit euangelium. Quod cum Petrus audisset, probauit, & Ecclesia legendum sua autoritate edidit, sicut Clemens in sexto epistolarum libro scribit. Et Papias Hierosolymitanus episcopus meminit huius Marci, & Petrus in epistola prima, sub nomine Babylonis figuratiter Romam significans: Salutat vos quæ in Babylone cum electa, & Marcus filius meus. Assumpto itaque euangelio, quod ipse confecerat, perrexit Aegyptum, & primus Alexandria Christum annuntians, constituit ecclesiam tantæ doctrinæ & vitæ continentia, vt omnes sectatores Christi ad exemplum sui cogeret. Denique Philo disertissimus Iudæorum, videns Alexandria primam Ecclesiam adhuc Iudaicam, quasi in laudem gentis suæ librum super eorum conuersatione scripsit, & quomodo Lucas narrat Hierosolymæ credentes omnia habuisse communia, sic ille quod Alexandria sub Marco fieri doctore cernebat, memoriæ tradidit. Mortuus est autem octauo Neronis anno, & sepultus Alexandria, succedente sibi Aniano.

INCI.

INCIPIT PROLOGVS IN EVANGELIUM SECUNDUM MARCUM.

**M**arcus Evangelista dei electus, & Petri in baptismo filius, atque in diuino sermone discipulus, sacerdotium in Israel agens, secundum carnem Leuita, ad fidem Christi conuersus, Euangelium in Italia scripsit, ostendens in eo quid & generi suo deberet & Christo. Nam initium principij in voce prophetica exclamationis instituens, ordinem Leuitice electionis ostendit: vt predicans predestinatum Ioannem filium Zacharie in voce angeli annuntiantis emissum: non solum verbum carnis factum, sed & corpus domini in omnia per verbum diuine vocis animatum, in initio Euangelice predicationis ostenderet: vt quibus hæc leges sciret cui initium carnis in domino, & Iesu aduenientis habitaculum caro deberet agnoscere: atque in se verbum vocis, quod in consonantibus perdidit, inueniret. Denique & perfecti Euangelij opus intrans, & à baptismo domini predicare deum inchoans, non laborauit natiuitatem carnis, quam in prioribus viderat, dicere: sed totius exprimens expositionem deserti, numerum ieiunij, tentationem diaboli, congregationem bestiarum, & ministerium protulit angelorum: vt instituens nos ad intelligendum, singula in breui compingens: nec auctoritatem factæ rei demeret, & perficendi operis plenitudinem non negaret. Denique amputasse, sibi post fidem pollicem dicitur, vt sacerdotio reprobis haberetur: sed tantum consentiens fidei predestinata potuit electio, vt nec sic in opere verbi perderet, quod prius meruerat in genere. Nam Alexandria Episcopus fuit. Cuius per singula opus fuit scire & Euangelij in se dicta disponere, & disciplinam legis in se agnoscere, & diuinam in carne domini intelligere naturam. Quæ & nos primum requiri, dehinc inquisita volumus agnoscere, habentes mercedem exhortationis: quoniam qui plantat, & qui rigat, vnum sunt: qui autem incrementuum præstat, deus est.

Incipit Euangelium secundum Marcum.

Ioannes pœnitentiæ baptismum prædicans, Christum cum turbis baptizat, qui post ieiunium tentatorem deuincit, ac Ioanne in vincula coniecto discipulos vocat, dæmoniacum, Petri socrum, & leprosum mundat. Cap. I.

Anno do. 30.

† Ma. 3. a. 11. b  
Luc. 3. a. 7. d  
Malac. 3. a  
† Isa. 40. a  
Ioan. 1. c  
Mat. 3. a  
Luc. 3. a

† Ioan. 3. e  
Mat. 3. a  
Luc. 3. c

† Ioan. 1. d  
Mat. 3. c  
Luc. 3. d  
† Ioan. 1. d

† Ag. 19. a  
Mat. 3. f

† Isa. 42. a  
Mat. 3. g. 7. b  
Luc. 1. c  
2. Pet. 1. d  
† Mat. 4. a  
Luc. 4. g  
Anno do. 31.  
† Mat. 4. c. d  
† Luc. 4. e  
† Ioan. 4. f



**I**n initium Euangelij Iesu Christi filij dei, sicut scriptum est in <sup>b</sup> & [Isaia] Propheta: <sup>†</sup> Ecce <sup>\*</sup> mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. <sup>†</sup> <sup>c</sup> Vox clamantis in deserto: Parate viam domini, rectas facite semitas eius. Fuit in deserto Ioannes baptizans, & prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. <sup>†</sup> Et egrediebatur ad eum omnis Iudææ regio, & Ierosolymitæ & vniuersi,] & baptizabantur <sup>\*</sup> ab illo in <sup>†</sup> Iordanis] flumine, confitentes peccata sua. Et erat Ioannes vestitus pilis <sup>2</sup> camelorum] & zona pellicea circa lumbos eius, & locustas & mel syluestre edebat, & prædicabat, dicens: <sup>3</sup> Veniet] fortior me post me, <sup>†</sup> cuius nō sum dignus procumbens soluere corrigiam calciamentorum eius. <sup>†</sup> Ego <sup>4</sup> baptizau] vos aqua, ille verò baptizabit vos spiritu sancto. Et factum est in diebus illis, <sup>d</sup> vñit Iesus à Nazareth Galilææ, & baptizatus est à Ioanne in Iordane. Et statim ascendens de aqua, vidit cœlos apertos, <sup>†</sup> & <sup>e</sup> spiritum sanctum tanquam columbam descendentem, & manentem <sup>5</sup> in ipso. ] Et vox facta est de cœlis: <sup>6</sup> Tu es filius meus dilectus, in te <sup>e</sup> complacui, <sup>†</sup> Et statim spiritus expulit eum in desertum. Et erat in deserto quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & tentabatur à sathana. Eratque cū bestiis: & angeli ministrabant ei. <sup>†</sup> Postquam autem traditus est Ioannes, venit Iesus in Galilæam, prædicans Euangelium regni dei, & dicens: Quoniam impletum est tempus, & <sup>7</sup> appropinquabit] regnum dei. Pœnitementi, & credite Euangelio. <sup>†</sup> Et præteriens secus mare Ga-

a. Initium Euangelij, finis legis est.  
b. Nunquam in Isaiâ propheta scriptum esse reperire potui quod ponitur. Ecce ego mitto: sed in Malachiâ sine scripto est. Chrysost. ex variis in Mar. locis homil. 1.  
\* Ego.  
c. Hoc est dicere: Non sum ego verbum quod erat in principio apud deum, sed vox potius, in noster sum verbi, vt per me ad auditus hominum sententiæ perueniat. Rufin. Emise. de Ioh. Bapt. homil. 1.  
\* Omnes. 1. Iordane.  
2. Cameli. 3. Venit.  
4. Baptizo.  
d. Descendit Christus, descendit & spiritus sanctus: sed Christus in veritate carnis, spiritus sanctus in specie, & non veritate columbæ, ergo descendit in aqua Christus & spiritus sanctus sicut columba descendit, pater quoque de cœlo locutus est. habes præteriam trinitatis. Ambros. de sacrament. lib. 1. cap. 5.  
e. Spiritus sanctus non libenter habitat vbi turbæ, & frequentia, & dissensiones, & rixæ sunt, sed proprie sedem habet solitudinis. Chrysost. vbi sup. hom. 3.  
5. Super ipsum.  
6. Beneplacitum est mihi.  
7. Venit Iesus quia Ioannes traditus est in carcerem. Clauis est enim lex quam Ioannes designat & iam præteritam non habet libertatem, sed de legibus suis ad euangelium Chrysost. homil. 4.  
7. Appropinquauit, vcl appropinquat.

f. g. Secundo enim illa vocatio est. Vide autem quomodo isti in illis laboribus sele emittant, & non ex inultis. Tales enim digni erant qui primi fieret discipuli Christi. Relictis igitur statim his que in manibus erant, secuti sunt eum. Theop. ibid. 7. Relascientes.  
 h. Capharnaum, non Capernaum, ut quidam neoterici, ne dicam nouitij, Hebraismi ignari: Capharnon, non Capern, quod est villa, ager, vel vicus: & nam, confolatio. Ciuitas est Galilee prima, in amantiori & feraciori loco Galilee sita à fonte eiusdem nominis dicta. Chryl. homil. 5.  
 9. Tanquam.  
 10. Quia vel quod.

i. Quid quæso noui docuerat, quid nouum dixerat? Eadem loquebatur per se, quæ locutus fuerat per prophetas. Sed ideo stupebant, quia erat doctrina eius, quasi potestatem habentis, & non sicut Scribæ. Nô loquebatur vt magister, sed vt dominus: non loquebatur auctoritatem referens ad maiore, sed ipse quod sum erat loquebatur. Chryl. in Marc. hom. 5.  
 \* Et.  
 11. Recumbebat.  
 k. Occasione enim huius sanationis illi qui habebat infirmos in illa vrbe adduxerunt eos ad Christum querentes remediũ. De Lym. 7.  
 \* Et. Et. Christum.

l. Abiit in desertum locum, vt nos doceret: quod si quando ad imitatione digna fecerimus, laudem ab hominibus fugiamus, & ab aliis segregati, deo qui nobis beneficium contulit, gratias agamus: ac deprecemur vt illud in posterum confirmet. Vnde locus desertus orationi conueniens est, eo quod distractionem non afferat. Euthy. ibid.  
 m. In voluntate tribuit potestatem, nec dubitat vt incredulus de voluntate Domini, sed collutionis sue conscientis non præsumit. Glofa ordin. ibid.  
 n. Misit autem illum ad sacerdotem eo quod lex præceperat nõ licere leprosum ciuitatem ingre di, nisi à sacerdote mundus esset, declaratus. Proinde & donum quod solebant purificati offerre iussit: quo cessaret se nõ esse aduersarium legis, sed ad adamicum vt & leproso, ea que legis sunt, præcipere. Theop. ibi. 12. At ille.  
 13. Diuulgare.

\* Vestibulum quod erat ad ianuam, i. iuxta ianuam.  
 2. Iamque in paralytico gentiũ vniuersitas offerret medenda, & curationis ipsius verba contulit. Non dicitur paralytico sanus esto: non dicitur: Surge & ambulat: sed dicitur: Constans esto filii, remissa sicut tibi peccata tua. In Adam vno peccata vniuersis gentibus remittuntur. Hilat. in Mat. 9. cap.  
 1. Loquitur blasphemias?  
 b. An debilis videtur eum paralytico præcipiens: Tolle grabatum tuum & ambula sanatis iam madabat officium, cum adhuc remedium ille debilitatis oraret. Ambro. de fide. lib. 4. cap. 3.  
 c. Nisiquam adhuc professus est se filium hominis, quam in isto loco: primum: in quo primum peccata dimittit, in quo primum indicauit dum absoluit, vt tean dolo isto discusso per scripturæ recordationem, facilius cum agnoscerent ipsum esse filium hominis ex ipsa peccatorum remissione. Tertul. lib. 4. aduer. Mat. 10.  
 2. Obstupescerent omnes, & glorificarent.

lilæ, vidit Simõnem, & Andream fratrem eius, mittentes retia in mare. (Erant enim piscatores.) Et dixit ei Iesus: Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum. Et protinus relictis retibus secuti sunt eum. Et progressus inde pusillum, vidit Iacobũ Zebedæi & Ioannem fratrem eius, & ipsos componentes ] retia in nauis, & statim vocauit illos. Et relicto patre suo Zebedæo in nauis cum mercenariis, secuti sunt eum. Et ingrediuntur Capharnaum, & statim sabbatis ingressus in Synagogam docebat eos. Et stupebant super doctrina eius. Erat enim docens eos quasi potestatem habens, & non sicut Scribæ. Et erat in Synagoga eorum homo in spiritu immundo, & exclamauit, dicens: Quid nobis & tibi Iesu Nazarene? Venisti ante tempus ] perdere nos. Scio quod sis sanctus dei. Et comminatus est ei Iesus, dicens: Obmutescere, & exi de homine. Et discerpens eum spiritus immundus, & exclamans voce magna, exiit ab eo. Et mirati sunt omnes, ita vt conquirerent inter se, dicentes: Quid nam est hoc? Quæ nam doctrina hæc noua? Quia in potestate spiritibus immundis imperat, & obediunt ei. Et processit rumor eius statim in omnem regionem Galilæe. Et protinus egredientes de Synagoga, venerunt in domum Simõnis & Andreæ cũ Iacobõ & Ioanne. Decumbat ] autem foculus Simõnis febricitans, & statim dicunt ei de illa. Et accedens eleuauit eam apprehensa manu eius, & continuo dimisit eam febris, & ministrabat eis. Vespere autem facto, cum occidisset sol, afferebant ad eum omnes male habentes, & dæmonia habentes, & erat omnis ciuitas congregata ad ianuam. Et curauit multos qui vexabantur variis languoribus, & dæmonia multa eiiciebat, & non sinebat ea loqui, quoniam sciebant eum. Et diluculo valde surgens, egressus abiit in desertum locum, ibique orabat. Et persecutus est eum Simon, & qui cum illo erant. Et cum inuenissent eum, dixerunt ei: quia omnes quærunte. Et ait illis: Eamus in proximos vicos & ciuitates, vt & ibi prædicem. Ad hoc enim veni. Et erat prædicans in Synagogis eorum, & in omni Galilæa, & dæmonia eiiciens. Et venit ad eum leprosus deprecans eum, & genu flexo, dixit: Si vis potes me mūdare. Iesus autem misertus eius, extendit manum suam: & tangens eum, ait illi: Volo. Mundare. Et cum dixisset, statim discessit ab eo lepra, & mundatus est. Et comminatus est ei: statimque eiecit illum, & dicit ei: Vide nemini dixeris, sed vade, ostende te Principi sacerdotum, & offer pro emundatione tua ] quæ præcepit Moyses in testimonium illis. Et ] egressus cepit prædicare & diffamare ] sermonem, ita vt iam non posset manifeste introire in ciuitatem, sed foris in desertis locis esse, & conueniebant ad eum vndique.

*Christus curato paralytico Mattheum vocat, suam cum peccatoribus conuersationem excusat, ac discipulos suos non ieiunantes, sed spicas sabbato euellentes à Phariseis accusatos defendit.*

II.



Iterum intrauit Capharnaum post dies octo, ] & auditum est quod in domo esset, & cõuenerunt multi, ita vt nõ caperet neque ad ianuam, & loquebatur eis verbum. Et venerunt ad eum ferentes paralyticum, qui à quatuor portabatur, & cum non possent offerre eum illi præ turba, nudauerunt tectum vbi erat, & patefacientes submiserunt grabatum, in quo paralyticus iacebat. Cum autem vidisset Iesus fidem illorum, ait paralytico: Fili, dimittuntur tibi peccata tua. Erant autem illic quidam de Scribis sedentes, & cogitantes in cordibus suis: Quid hic sic loquitur? Blasphemiat. ] Quis potest dimittere peccata, nisi solus deus? Quo statim cognito Iesus spiritu suo, quia sic cogitarent intra se, dicit illis: Quid ista cogitatis in cordibus vestris? Quid est facilius dicere paralytico: dimittuntur tibi peccata tua, ] an dicere: Surge, tolle grabatum tuum & ambula? Vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, (ait paralytico: ) Tibi dico surge, tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam. Et statim surrexit ille, & sublato grabato abiit inde coram omnibus, ita vt mirarentur omnes, & honorificarent ] deum, dicentes: quia nunquam sic vidimus. Et egressus est rursus ad mare,

Mat. 4. c. Luc. 5. a. Act. 3. d.

Mat. 4. c. 8. e. Luc. 5. b. Mat. 4. f. Luc. 4. c. Luc. 2. g. 4. e. Luc. 4. f.

Mat. 4. c. Luc. 4. e.

Anno do. 31.

Luc. 4. g. Infa. 3. c.

Mat. 8. a. Luc. 5. c. Anno do. 31.

Mat. 8. a. Luc. 5. c. Leuit. 14. a. & seq. Luc. 4. g.

Anno do. 31. Mat. 9. a. Luc. 5. d. Ioan. 4. a.

Luc. 7. g.

Ioan. 4. a. In. 4. d.

Mat. 9. a. Luc. 5. d. Ioan. 5. b.

Mat. 9. b. Luc. 5. f.



ad mare omnisque turba veniebat ad eum, & docebat eos. <sup>d</sup> Et cum prateriret, vidit Leui Alphæi sedentem ad telonium, & ait illi: Sequere me. Et surgens secutus est eum. <sup>f</sup> Et factum est cum accumberet in domo illius, multi publicani & peccatores simul discumbebant cum Iesu & discipulis eius. Erant enim multi qui & sequebantur eum. <sup>g</sup> Et scribæ & Pharisei videntes, quia manducaret cum publicanis & peccatoribus, <sup>c</sup> dixerunt] discipuli eius: <sup>g</sup> Quare cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit magister vester? Hoc audito, Iesus ait illis: Non <sup>h</sup> necesse] habent sani medico, sed qui malè habent. <sup>i</sup> Non enim veni vocare iustos, sed peccatores. <sup>k</sup> Et erant discipuli Ioannis & Phariseorum] ieiunantes, & veniunt & dicunt illi: Quare discipuli Ioannis & Phariseorum ieiunant, tui autem discipuli non ieiunant? Et ait illis Iesus: Nunquid possunt filij nuptiarum quandiu sponus est cum illis, ieiunare? Quanto tempore habent secum sponsum non possunt ieiunare. Venient autem dies cum auferetur ab eis sponus, & tunc ieiunabunt in illis diebus. <sup>l</sup> Nemo assumentum panni rudis assuit vestimento veteri. Alioquin aufert supplementum novum à veteri, & maior scissura fit. <sup>m</sup> Et nemo mittit vinum novum in vtres veteres, alioquin dirumpet vinum vtres, & vinum effundetur, & vtres peribunt. Sed vinum novum in vtres novos mitti debet. <sup>n</sup> Et factum est iterum cum <sup>o</sup> sabbatis ambularet per sata, & discipuli eius cœperunt <sup>o</sup> progredi] & <sup>o</sup> vellere spicas. Pharisei autem dicebant ei: Ecce, quid faciunt— discipuli tui] sabbatis, quod non licet? Et ait illis: <sup>p</sup> Nunquam legistis quid fecerit David, quando necessitatem habuit & esuriit ipse, & qui cum eo erant? quomodo introiit in domum dei sub Abiathar principe sacerdotum, & panes propositionis manducavit, quos non licebat manducare nisi <sup>q</sup> solis] sacerdotibus, & dedit eis— &] qui cum eo erant? Et dicebat eis: Sabbatum propter hominem factum est, & non homo propter sabbatum. <sup>r</sup> Itaque dominus est filius hominis, etiam sabbati.

† Matt. 9. b  
Luc. 5. f

† Matt. 9. c  
Luc. 5. f

† Dep. diff.  
libenter.  
1. Timoth. 1. b  
Mar. 9. b  
Luc. 9. g

Anno do. 32.  
† Matt. 12. b  
Luc. 6. a

† 1. Reg. 21. b

† Matt. 2. a  
Luc. 6. a

*Arida restituta manu Phariseos cum Herodianis insidiates confutat, discipulos insituit, suam virtutem non à Beelzebub manare conuincit, & parentes suos manifestat.*

III.

**E**T introiit iterum in Synagogam, & erat ibi homo habens manum aridam. <sup>a</sup> Et obseruabant eum si sabbatis curaret, <sup>a</sup> vt accusarent illum. Et ait homini habenti manum aridam: Surge in medium. Et dixit eis: <sup>b</sup> Licet sabbatis benefacere an malè, animam saluam facere an <sup>b</sup> perdere? At illi tacebant. Et circumspecti illos cum ira, contristatus super cæcitate cordis eorum, dicit homini: Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est manus illi. <sup>c</sup> Exeuntes autem Pharisei statim cum <sup>c</sup> Herodianis, consilium faciebant aduersus eum, quomodo eum perderent. <sup>d</sup> Iesus autè cum discipulis suis secessit ad mare, & multa turba à Galilæa & Iudæa secuta est eum, & ab Ierolymis, & ab Idumæa, & trans Iordanem, & qui circa Tyrum & Sidonem, multitudo magna, audientes quæ faciebat venerunt ad eum. <sup>e</sup> Et dixit Iesus discipulis suis, vt <sup>e</sup> in nauicula sibi deferrent] propter turbam, ne comprimerent eum. Multos enim sanabat, ita vt irruerent in eum, vt illum tangerent quotquot habebant plagas. <sup>f</sup> Et spiritus immundi cum illum videbant, procidebant ei, & clamabant, dicentes: Tu es filius dei. Et vehementer comminabatur eis, ne manifestarent illum. <sup>g</sup> Et ascendens in montem, vocauit ad se quos voluit ipse, & venerunt ad eum. Et fecit vt essent duodecim cum illo, & vt mitteret eos prædicare. Et dedit illis potestatem curandi infirmitates, & eiciendi dæmonia. <sup>h</sup> Et imposuit Simóni nomen Petrus, & Iacobum Zebedæi & Ioannem fratrem Iacobi, & imposuit eis nomina <sup>h</sup> Boanerges,] <sup>h</sup> quod est filij tonitru, & Andream & Philippum & Bartholomæum & Mattheum, & Thomam & Iacobum Alphei, & Thaddæum & Simónem Chananæum, & Iudam Scarioth] qui tradidit illum. <sup>i</sup> Et veniunt ad domum. Et conuenit iterum turba, ita vt non <sup>i</sup> possent] neque panem manducare. Et cum audissent sui, exierunt tenere eum. <sup>j</sup> Dicebant enim quoniam in furorem versus est. Et scribæ

Anno do. 32.  
† Matt. 12. b  
Luc. 6. b  
† Luc. 13. c  
& 14. a

† Matt. 12. b  
Ioan. 10. g

† Matt. 4. g  
Luc. 4. e  
Ioan. 6. a

† Luc. 4. g

† Matt. 10. a  
Luc. 6. b. c  
Anno do. 32.

† Matt. 10. a  
Luc. 6. c  
Act. 1. b  
† 6. dif. Le. gnum.

† Matt. 9. d  
& 12. b  
Luc. 11. b

[d. Alia species emulatiois Ita daturum ortu ex superbia, qua sibi miseri de sanctorum sua adeo placentur vt peccatores fastidiant, vides hypocritam pessimum esse facinus, vnde non minus quam per hæresin pax auferetur ecclesie. Crediderim ego nullam hodie esse in ecclesia hæresin nisi exundans ea atque excrecabilis hypocritis huiusmodi insaniam dedisset. Lo richius ibidem.  
3. Dicebant.  
4. Opus.  
5. De propheta Osee. 6. b. profert testimonium sigillat Scribæ & Phariseos, qui iustos & iustitiam peccatorum & publicanorum confortia declinant. Hierony. in Matt. cap. 9.  
6. Ad panitentiam.  
7. Pharisei.

f. Si concedimus in istam separationem legis veteris à noua per reformationem, per amplitudinem, per prophetum, sicut fructus separatur à semine, vt fructus semine, sic euangelium separatur à lege, dum prouenit ex lege aliud ab illa, sed non alienum diuersum, sed non extractum. Tertul. lib. 4. aduersus Marcionem.  
g. Dominus.  
h. Progredi.  
i. Sed & esurientes accipere sabbatis efus ex his que adiacebant non veniebat lex: metere autem & colligere in horreum verabatur. Quia igitur discipuli sacerdotes erant, pars Leuitica illorum erat. Ipsis igitur Leuiticam substantiam habentibus, licebat eis esurientibus à semine accipere efum. Irenaus lib. 4. cap. 20.

a. Vidè quomodo illos hoc exemplo conuincit: ostendens possessionem potius amatores esse, quam hominum: & quod iumentis parentes, hominum non miserentur. Obserua etiã quo pacto diuersas variis in locis dederit de sabbati solutione rationem, prout res expectabat vt rationabiliter legem solueret, nec tamen Iudæos perturbaret. Euthym. super Mat. cap. 12.  
b. Eum.  
c. Occidere.  
d. Eius sana vt alteri.  
e. Herodiani, vel milites Herodis. Vel hæresis quedam nuper admodum orta, que dicebat Herodem ipsum esse Christum, eo quod in illo Iudæorum regum successio finem habuisset. Ita enim exponebant prophetiam Iacob. Quando defuerit essent ex Iudæa principes, tunc venturum Christum. Theophyl. ibidem.  
f. Nauicula sibi inferret.  
g. Bene reges, hoc est filij tonitru, vel secundum Hieron. benedicem, quod non vt plerique putant, Boanerges, sed emendatius legitur Benereem, hæc Hier. super Daniele.  
h. Iherosolim.  
i. Post.  
j. Quoniam audierunt eum etiam prædicare, nec à predicatione cessare nec corporalia commoda curare, opinati sūt quod esset in furorem & euerus. Quod admodum Petrus ait ad Paulum: Multa litera ad infirmitatem conuertunt. Voluerunt ergo Iesum tenere ne ex infamia sibi ipsi vel illis nocerentum inferret. Dionys. ibidem.

qui ab Ierosolymis descenderant, dicebant: quoniam Beelzebub habet: & quia in principe dæmoniorū eiicit dæmonia. Et conuocatis eis, in parabolis dicebat illis: <sup>†</sup> Quomodo potest sathanas sathanam eiicere? Et si regnum in se diuidatur, non potest regnum illud stare. Et si domus super semetipsam dispartiat, nō potest domus illa stare. Et si sathanas consurrexerit in semetipsum, dispertitus est, & non poterit stare, sed finem habet. <sup>§</sup> <sup>†</sup> Nemo potest uasa fortis ingressus in domum \* diripere, nisi prius for-  
 tem alliget, & tunc domum eius diripiet. Amen dico uobis, quoniam omnia dimittentur filiis hominum peccata & blasphemix quibus blasphemauerint. <sup>†</sup> Qui autē blasphemauerit in spiritum sanctum, non <sup>7</sup> habebit] remissionem in æternum, sed reus erit æterni <sup>8</sup> delicti:] quoniam dicebat: spiritum immundum habet. Et ueniunt mater eius & fratres, & foris stantes miserunt ad eum, uocantes eum. Et sedebat circa eū turba, & dicunt ei: <sup>†</sup> Ecce mater tua & fratres tui foris quærent te. Et respondens eis, ait: Quæ est mater mea, & fratres mei? Et circūspiciens eos qui in circuitu eius sedebant, ait: Ecce mater mea, & fratres mei. Qui enim fecerit uoluntatem dei, hic frater meus & soror mea & mater est.

† Mat. 12.6  
Luc. 11.6

† Mat. 12.6  
Luc. 11.6  
Luc. 8. c  
1. Ioh. 4. d

† Mat. 12.6  
Luc. 8. g

e. Quod autem dicit dominus: Quomodo potest sathanas sathanam eiicere, ne forte quoniam urens non miratur alius quam infirmarum potestatem cum dæmonium exulescent, falsam putet esse istam domini sententiam, ad hoc intelligat dictum, quia hoc modo sathanas erit si corpori aut corporis sensibus patitur, ideo patitur, ut ipsius hominis uoluntati per impietatis errorem triumpho maiore dominetur. Hoc autem modo non exit sathanas, sed potius in intima ingreditur, ut in eo sic operetur, quemadmodum dicit Apollolus: Secundum principem potestatis aeris huius, qui nunc operatur in filiis dissidentia. Aug. lib. 23. quæ. 79.  
 \* Eius.  
 7. Habet.  
 8. Iudicij.

a. Iuxta mare.  
 a. Et notandum quod non omnia locutus sit eis in parabolis, sed multa. Si enim omnia dixisset in parabolis, absque emolumenta populi recessissent, perfricta miscet obiculis, ut per ea que intelligunt pronouentur ad eorum notitiam que non intelligunt. Hier. in 13. cap. Mar.  
 2. seminator.  
 \* Factum est.  
 3. Haberet.  
 b. Vide quam rara sunt bona, quamque pauci sunt qui saluatur. Ecce enim sola quarta semini pars fructificat, tres autē pericunt: qui sunt segnes, pusillanimes & seculi curis occupati, simul & diuitiarum fallacia tentantes. Euthy. Mat. 13. ca.  
 4. Tricesimum vel trigecuplū, & unum sexagesimum, vel sexagesuplum, & unum centesimum vel centuplum.  
 5. Solus.  
 c. Nunquid igitur per segregationem & naturale fatum aliis quidē datum est, aliis uero non? Absq. Sed aliis quidem datum est, qui inquirunt, quare enim inquit, & dabitur uobis, ceteros autem excaecauit deus, ne sit illis in maiorem condemnationē, si intelligant, & non faciant. Theoph. ibidem.  
 d. Via dicitur, qui segnis est, qui uerbum quidem doctrine audi tu recipit, uerum illud in corde suo pre segnitie non abscondit, sed quasi uia cœculara, ideoque dura, ipsum fert leuiter impostum.  
 6. Corda.  
 7. Temporarij.  
 e. Hinc est quod sunt quatuor genera hominum uerbum dei audientium, & quatuor differentia seminis: quorum quartū genus duntaxat saluatur. Nā pauci electi: & quarta pars seminis solum fructificat. Unde semē diuini uerbi quadripartitum, & tamen in tribus partibus perditū: nec propterea à predicatione cessandum. Dio. in 13. cap. Mar.  
 \* Huius.  
 8. Sed ut in palam ueniat, uel quod in prepatulū non ueniat. f. Regni mysteria fides percipit. Hæc in quibus fuerit proficet, & incrementis profectus sui abundabit: in quibus uero non fuerit, etiam quod habent aufertur ab eis. Damnum scilicet legis ex israeli inopia declarat: quod idem iudei non habentes, legē quoque quam habuerant, perdidērunt, & ideo perfectum lex euangelica habet donum: quia suscepta nouis fructibus dicat, repudiata uero etiā ueteris substantiæ opes detrahit. Hilar. in Mar. 13. cap.  
 9. Pullulet.

*Regno celorum sub uariorum seminum & grani sinapis parabola annuntiato mare traiciens dormit, excitatus autem uerbo tempestatem cunctis mirantibus sedat.*  
 IIII.

**H** <sup>†</sup> iterum cœpit docere <sup>1</sup> ad mare,] & congregata est ad eum turba multa, ita ut in nauim ascēdens sederet in mari, & omnis turba circa mare super terram erat: <sup>a</sup> & docebat eos in parabolis multa, & dicebat illis in doctrina sua: Audite: <sup>†</sup> Ecce, exiit <sup>2</sup> seminans] ad seminandum. Et <sup>\*</sup> dum seminatur, aliud cecidit circa uiam, & uenerunt uolucres cœli, & comederunt illud. Aliud uero cecidit super petrosam, ubi non habuit terram multam, & statim exortum est, quoniam non habebat altitudinem terræ, & quādo exortus est, sol exastuauit, & eo quod non <sup>3</sup> habebat] radicem, exaruit. Et aliud cecidit in spinas, & ascenderūt spinæ & suffocauerunt illud, & fructum non dedit. <sup>b</sup> Et aliud cecidit in terram bonam, & dabat fructum ascendentem & crescentem, & afferebat unum <sup>4</sup> triginta, & unum sexaginta, & unum centum. ] Et dicebat: Qui habet aures audiendi, audiat. Et cum esset <sup>5</sup> singularis,] interrogauerunt eum ij qui cum eo erant duodecim, parabolam. <sup>§</sup> Et dicebat eis: <sup>†</sup> Uobis datum est nosse mysterium regni dei, illis autem qui foris sunt, in parabolis omnia fiunt: ut <sup>c</sup> uidentes uideant, & nō uideant: & audientes audiant, & non intelligant: nequando conuertantur, & dimittantur eis peccata. Et ait illis: Nescitis parabolam hanc? Et quomodo omnes parabolam cognoscetis? <sup>†</sup> Qui seminatur, uerbum seminatur. Hi autem sunt qui <sup>d</sup> circa uiam ubi seminatur uerbum, & cum audierint, confestim uenit sathanas, & aufert uerbum quod seminatum est in <sup>e</sup> cordibus] eorum. Et hi sunt similiter qui super petrosam seminatur, qui cum audierint uerbum, statim cum gaudio accipiunt illud, & non habent radicem in se, sed <sup>7</sup> temporales] sunt: deinde orta tribulatione & persecutione propter uerbum, confestim scandalizantur. <sup>e</sup> Et alij sunt qui in spinis seminatur. Hi sunt qui uerbum audiunt, & ærumnæ seculi <sup>\*</sup> & deceptio diuitiarum, & circa reliqua concupiscentiæ introeuntes suffocant uerbum, & sine fructu efficitur. <sup>§</sup> Et hi sunt qui super terram bonam seminati sunt, qui audiunt uerbum & suscipiunt, & fructificant unum triginta, unum sexaginta, & unum centum. Et dicebat illis: <sup>†</sup> Nunquid uenit lucerna ut sub modio ponatur aut sub lecto? Nōne ut super candelabrum ponatur? <sup>†</sup> Non est enim aliquid absconditum, quod non manifestetur: nec factum est occultum, <sup>8</sup> quod non ueniat in palam. ] Si quis habet aures audiendi, audiat. Et dicebat illis: Videte quid audiatis. <sup>†</sup> In qua mensura mensi fueritis, remetietur uobis <sup>9</sup> & adicietur uobis. ] <sup>†</sup> Qui enim habet dabitur illi, & qui non habet, etiam quod habet auferetur ab eo. Et dicebat: <sup>†</sup> Sic est regnum dei, quemadmodum si homo iaciat sementem in terram, & dormiat, & exurgat nocte & die, & semen germinet, & <sup>9</sup> increseat] dum nescit ille. Vltro enim terra fructificat, primum herbam, deinde

Anno do. 31.  
† Mat. 13. a  
Luc. 8. a

† Mat. 13. a  
Luc. 8. a

† Mat. 13. b  
Luc. 8. b  
Ioh. 12. f  
1. Ioh. 6. c  
Ad. 17. f  
Rom. 1. b

† Mat. 13. c  
Luc. 8. b

† Mat. 13. d  
Luc. 8. c  
Ite  
† Mat. 13. c  
Luc. 8. c  
16. d  
† Mat. 7. a  
Luc. 6. f

† Mat. 13. b  
& 25. c  
Luc. 8. c  
& 16. d  
De pe. dist. 2  
Dunt. similit.

deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica. Et cum ex se produxerit fructus, statim mittit falcem quoniam adest messis. Et dicebat: <sup>b</sup> Cui assimilabimus regnū dei, aut cui parabolæ comparabimus illud: <sup>†</sup> <sup>g</sup> Sicut granum sināpis, quod cum seminatum fuerit in terra, minus est omnibus feminibus, quæ sunt in terra: & cum natum fuerit, ascendit & in arborem, ] & fit maius in omnibus oleribus: & facit ramos magnos, ita ut possint sub umbra eius aves cæli <sup>10</sup> habitare. ] Et talibus multis parabolis loquebatur eis verbum prout poterant audire: sine parabola autem non loquebatur eis. Secorsum autem discipulis suis differebat omnia. <sup>†</sup> Et ait illis in illa die, cum sero esset factū: Transseamus <sup>11</sup> contra. Et dimittentes turbam assumunt eum ita ut erat in naui, & aliæ naues erant cum illo. Et facta est procella magna venti, & fluctus <sup>12</sup> mittebat in nauim, ita ut impleretur nauis. <sup>h</sup> Et erat ipse in puppi super ceruical dormiens, & excitant eum, & dicunt illi: Magister, non ad te pertinet, quia perimus? Et exurgens comminatus est vento, & dixi mari: Tace, obmutesce. Et cessauit ventus, & facta est trāquillitas magna. Et ait illis: Quid timidi estis? <sup>13</sup> Necdum ] habetis fidem? Et timuerunt timore magno, & dicebant ad alterutrum: <sup>†</sup> Quis putas est iste, quia & ventus & mare obediunt ei?

†Mat. 13. c  
Luc. 13. d

†Mat. 8. c  
Luc. 8. l

†Mat. 8. g

g. In parte ista proponitur parabola feminis, quæ pertinet ad statum ecclesie finalis. Et dicitur tria. Primum est sicut ad excipiendum attentionem. Secundum est editio parabolæ ad instructionem. Tertium est cõfessio ad ostendendum Christi conuenientem predicationem. Unde regnum dei iuxta hanc est prædicatio euangelij, quæ dicitur ad regnum dei. Vt Sap. 5. Accipiant regnum decoris de manu Dei. Nicolaus Gorrani. ibidem. 20. Nidificare.  
11. In vltiorem ripam.  
12. Irruebant.  
h. Aliter dicitur dormire deus, cū fides eius inter prospera huius mundi in quorundam fidelium corde non vigilat, sed dormit. Hanc dormitionem saluator noster in se significauit, cū in nauis inter fluctus dormiuit. Vel certe dormire dei, est ecclesie suis in tribulationibus huius mundi positis, tardius subuenire. Aug. gust. de ciuit. diuinit.  
13. Quomodo non,

*Eiecta in porcos à demoniaco legione Christus Iairi filiam hemorrhoissa curata suscitauit.*

**E**T <sup>†</sup> venerunt trans fretum maris in regionem <sup>a</sup> Gerasenorum. Et exeuntes ei de nauis, statim occurrit de monumentis homo in spiritu immundo, qui domicilium habebat in monumentis. Et neque catenis iam quicquam poterat eum ligare, quoniam sæpe compedibus & catenis vinculus, dirupisset catenas & compedes comminuisset, & nemo poterat eum domare. Et semper die ac nocte in monumentis & in montibus erat, clamans & clamans voce magna, dixit: <sup>b</sup> Quid mihi & tibi Iesu fili dei altissimi? A diuro te per deum ne me torqueas. Dicebat enim illi: Exi spiritus immunde ab homine isto. Et interrogabat eum: Quod tibi nomen est? Et dicit ei: <sup>†</sup> Legio mihi nomen est, quia multi sumus. Et deprecabatur eum multum, ne se expelleret extra regionem. Erat autem ibi circa montem grex porcorum magnus, pascens & in agris. ] Et deprecabantur eum spiritus, dicentes: <sup>c</sup> Mitte nos in porcos ut in eos introeamus. Et concessit eis statim Iesus. <sup>g</sup> Et exeuntes spiritus, immundi, introierunt in porcos, & magno impetu grex præcipitatus est in mare ad duo milia, & suffocati sunt in mari. Qui autem pascabant eos, fugerunt & nuntiauerunt in ciuitatem, & in agros. Et egressi sunt videre quid esset facti, ] & venerunt ad Iesum, & vident illum qui à dæmonio vexabatur sedentem vestitum, & sanæ mentis, \* & timuerunt. Et narrauerunt illis qui viderant qualiter factum esset ei qui dæmonium habuerat, & de porcis. Et rogare cœperunt eum, ut discederet de finibus eorum. Cùmque ascenderet nauim, cœpit illum deprecari qui à dæmonio vexatus fuerat, ut esset cum illo, <sup>d</sup> & non admisit eum, sed ait illi: Vade in domum tuam ad tuos, & annuntia illis quanta tibi dominus fecerit, & misertus sit tui. Et abiit, & cœpit prædicare in Decapoli, quanta sibi fecisset Iesus, & omnes mirabantur. <sup>†</sup> Et cum transcendisset Iesus in nauim rursum trans fretum, conuenit turba multa ad eum, & erat circa mare. Et venit quidam de Archisynagogis nomine <sup>e</sup> Iairus, & videns eum procidit ad pedes eius, & deprecabatur eum multum, dicens: quoniam filia mea in extremis est. <sup>†</sup> <sup>g</sup> Veni, impone <sup>2</sup> manum tuam ] super eam, ut salua sit, & viuat. Et abiit cum illo, & sequebatur eum turba multa: & comprimebat eum. Et mulier quæ erat in profluuium sanguinis annis duodecim, & fuerat multa pepeffa à compluribus medicis, & erogauerat omnia sua, nec quicquam profecerat, sed magis deterius habebat: cum audisset de Iesu, venit in turba retró, & tetigit vestimentum eius. Dicebat enim: quia si vel vestimentum eius tetigero, salua ero. <sup>f</sup> Et confestim siccatus est fons sanguinis eius, & sensit corpore, quia sanata esset à plaga. Et statim Iesus in semetipso cognoscens virtutem

Anno do. 32. A  
†Mat. 8. d  
Luc. 8. d

†Mat. 8. g  
Luc. 8. c

†Mat. 9. c  
Luc. 8. f  
Joan. 4. g

†Mat. 9. d  
Luc. 8.

a. Gerasa, quæ & Gadara, vel Gergesa, ciuitas est tribus Simeonis trans Iordanem in deserto, vbi Abilou patrem persecuens diuinam sentit vitiolem. Propterea nihil refert an dicit Gerasenorum à Gadara vel Gadarenorum à Gergesa, vel Gergesenorum à Gergesa: quia his tribus nominibus appellatur ab euāgelistis.  
b. Non voluntatis ista cõfessio est, quam premium sequitur cõfiteus, sed necessitatis extorris quæ cogit inuitos. Velut si serui fugitiui post multum temporis dominum se multum videntes, nihil aliud nisi de veteribus deprecantur. Sic & dæmones cernentes dominum in terris repente verari ad iudicium se venisse erodebant. Præsentia enim saluatoris tormenta sunt dæmonum. Hieron. in Mat. cap. 8.  
c. Videntes igitur dæmones nō sibi iam locum in gentibus derelinqui, ut patiantur eos habitare in hæreticis deprecantur: quibus occupatis totus in mare impetu rapido per præcepit grex cõactus est, in cupiditatem scilicet secularium dæmonum precipitatus in istud in aquis multis, i. cum reliquatum gentiliū infidelitate notuū. Hilarius in Mat. cap. 8.  
\* Factum.  
† Eum qui habuerat legionem, [d. Hoc est, non recepit eum ad apostolatam vel discipulatam, propter horrorem præcedentis passionis. Item ne scriberetur dæmoni quod iste faceret si esset discipulus Christi. De Lyræ.  
e. Nomen autem ipsius exprimit propter Iudæos, qui sciebant id quod factum fuerat, dimidiatam autem fidem habebat vir ille. Et ceteris enim erat eo quiddam proci-debat ad pedes Iesu: sed quia & obsecrabat ut veniat, non quantam oportebat pro se fidem se-rebat. Theoph. ibid.  
2. Manus.  
f. Tangitur à femina quæ sanguine fluxabat, & nesciuit à qua? Quis me, inquit, tetigit? Etiam excusantibus discipulis, pe-seuerat ignorantia voce. Quid dicit hæreticus? Sciebat ne perionam? Et cur quasi ignoras lo-quebatur? ut confessio nem cer-tè pronocaret, ut tunc tem pro-bat. Tertul. aduers. Marcio, lib. 4.



<sup>d</sup> festinatione, ad Regem, petiuit, dicens: <sup>e</sup> Volo vt protinus des mihi in disco caput Ioānis Baptistæ. <sup>f</sup> Et contristatus est Rex propter iusiurandum, & propter simul discubentes, noluit eam contristare, sed misso spicatore, præcepit afferi caput eius in disco: <sup>g</sup> & decollauit eum in carcere. Et attulit caput eius in disco, & dedit illud puellæ, & <sup>h</sup> puella dedit matri suæ. Quo audito, discipuli eius venerunt, & tulerunt corpus eius, & posuerunt illud in monumento. Et conuenientes Apostoli ad Iesum, renuntiauerunt ei omnia, quæ egerant & docuerant. Et ait illis: Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum. Erant enim qui veniebant & redibant, multi: & nec spatium māducandi habebant. Et ascendentes in nauim, abierunt in desertū locum seorsum. <sup>i</sup> Et viderunt eos abeuntes, & cognouerunt multi, & pedestres de omnibus ciuitatibus cucurrerunt illuc, & præuenerunt eos. <sup>k</sup> Et exiens vidit turbam multam Iesus, & misertus est super eos, quia erant sicut oues non habentes pastorem, & cœpit illos docere multa. Et cum iam hora multa fieret, acceperunt <sup>l</sup> discipuli eius, dicentes: <sup>m</sup> Desertus est locus hic, & iam hora præterit, Dimitte illos, vt euntes in proximas villas & vicos, emāt sibi cibos <sup>n</sup> quos manducant. Et respondens ait illis: Date illis vos manducare. Et dixerunt ei: Euntes emamus ducentis denariis panes, & dabimus illis manducare. Et dicit eis: Quot panes habetis? Ite & videte, & cum cognouissent, dicūt: Quinque & duos pisces. <sup>o</sup> Et præcepit illis vt accumbere facerent omnes, <sup>p</sup> secundum contubernia ] super viride scœnum. <sup>q</sup> Et discubuerunt <sup>r</sup> in partes, ] per centenos & quinquagenos. <sup>s</sup> Et acceptis quinque panibus & duobus piscibus, intuens in cœlum <sup>t</sup> benedixit, & fregit panes, & dedit discipulis suis vt ponerent ante eos, & duos pisces diuisit omnibus. Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et sustulerunt reliquias fragmentorum duodecim cophinos plenos, & de piscibus. Erant autem qui manducauerunt, <sup>u</sup> quinque millia virorum. Et statim coegit discipulos suos ascendere nauim, vt præcederent eum trans fretum <sup>v</sup> ad Bethsaidam, dum ipse dimitteret populum. Et cum dimisisset eos, <sup>w</sup> abiit in montem orare. Et cum sero esset, erat nauis in medio mari, & ipse solus in terra. Et videns eos laborantes in remigando ( erat enim ventus contrarius eis: ) & circa quartam vigiliam noctis venit ad eos <sup>x</sup> ambulans super mare, & volebat præterire eos. <sup>y</sup> At illi vt viderunt eum ambulantem super mare, putauerunt phantasma esse, & exclamauerunt. Omnes enim viderunt eum, & conturbati sunt. Et statim locutus est cū eis, & dixit eis: confidite. Ego sum, nolite timere. Et ascendit ad illos in nauim, & cessauit ventus. Et <sup>z</sup> plus magis ] intra se stupebant. Non enim intellexerūt de panibus: Erat enim cor eorum obcæcatum. Et cum transfretassent, venerūt in terram <sup>aa</sup> Genesareth, & applicuerunt. <sup>ab</sup> Cūque egressi essent de naui, continuò agnouerunt eum, & percurrentes vniuersam regionem illam, cœperunt in grabatis eos qui se malè habebant, circumferre, vbi audiebant eum esse. Et quocunque introibat in vicos vel in villas aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent, & quotquot tangebant eum, salui fiebant.

† Mat. 14. c

† Mat. 9. d. 15. c  
Infra. 8. a

† Mat. 14. c. d  
Luc. 9. b  
Ioan. 6. a  
Infra. 8. a

† Mat. 15. g  
Luc. 9. b  
Ioan. 5. b

† Mat. 14. e  
Luc. 9. b  
Ioan. 6. b

† Mat. 14. d  
Luc. 9. b

† Mat. 14. g

*Hominum traditiones diuinis aduersas Christus reprobat. Chananæ filiam à demonio liberat: & surdum impedit a lingue restaurat. VII.*

Anno. do. 33.  
† Mat. 15. a

**E**T <sup>a</sup> conuenerunt ] ad eum Pharisei & quidā de Scribis venientes ab Ierosolymis. <sup>b</sup> Et cum vidissent quosdam ex discipulis eius cōmunibus manibus, id est, non lotis manducare panes, vituperauerunt. Pharisei enim & omnes Iudæi nisi crebro lauerint manus, non manducant, tenentes traditionem seniorū. Et à foro <sup>c</sup> venientes ] nisi <sup>d</sup> baptizentur, ] nō comedūt. Et alia multa sunt quæ tradita sunt illis <sup>e</sup> seruare, baptisimata ] calicū, & vrceorū, & ærametorum, & lectorū. Et interrogabant eum Pharisei & Scribæ: <sup>f</sup> Quare discipuli tui non ambulāt iuxta traditionē seniorum, sed communibus manibus māducant panē? At ille respondens, dixit eis: <sup>g</sup> Bene prophetauit Isaias de vobis hypocritis, sicut scriptū est: Populus hic labiis me honorat, cor autem <sup>h</sup> eorum longè est ] à me. In vanum autem me colūt,

† Ibidem.  
Isa. 29. d  
Mat. 15. b

f. Contristatus est Herodes propter incantamentum incautum & propter conuiuias suas: Fecerat enim eam principibus, & tribunis, & primis Galilææ, itaque ne in tantum virorum presentia videretur periculus & mēdax, vel ne ipsi turbarentur, iussit dāri caput Ioannis puellæ nequitissime Dion. in Mat. 14. cap. \* Ille autem abiit. g. Propter Herodiam Aristoboli fratris Herodis filii & Philippi uxorem legitimā dicit Iosephus, Ioānem super omnes iustissimum ab Herode capite caesum: propter quam etiam regno commemoratum depulsum, atque in exilium in Viēnam Galilææ urbem trusum. Euseb. Eccl. hist. lib. 2. cap. 13.

\* Ad eum.

8. Quid enim manducant, non habent.

h. Iesus ipse perfectio pura in eremo quinque panib⁹ quinque millia pascere fecit. Scitit & rursus septem millia quatuor & facietatis quidem reliquias, ubi cophini duodecim, illic verò septem, neutrum vt arbitror, absque ratione, seu spiritu indignum. Grego. Nazianze, in sanctam Pentecost. oratio. 9. Distinctos in conuicia. 10. Cateruatim. i. Benedixit & fregit patri agēs gratias post tēpora legis ac prophetarum se in euangelicum etiam verti significans. Hilari. in Mat. cap. 14. \* Panes ferme. k. Bethsaida ciuitas in sine lacu Genezar versus septentrionem, in cuius sede à Philippo Herodis fratre edificata est. Iulias in deserto Anlonis, iuxta Magdalenā, à quo dicta est Magdalenā. l. Magnum autem miraculum erat ambulare super mare, & reuera diuinum, & cum esset tanta tempestas, tūque contrarius ventus miraculi incrementum erat. Theoph. ibidem. 11. Amplius. m. Genesareth, Hebræi dicunt Ceneroth: Greci mare Chenereth. Lacus ad Carmeli radices: quem fundit Iordanis. Longitudine 8. leucarum, & latitudine trium, in sacris biblis miraculis multis celebratus.

1. a. Lauabant enim Iudæi ex decreto seniorum pocula, vrceos aramenta & lectos, existimantes ea hoc modo sanctificari. Aliaque multa huiusmodi tradebat obseruanda, legem quidem transgredientes, hæc autem ridiculi obseruantes. Eusby. 2. Lauentur. 3. Obseruanda, abluiones. b. Discipuli verò frequenter illotis manibus edebant non secantes ista. Quomodo id enim facere poterant, cum nunquam tale quippiam obseruassent, sed solius virtutis curam haberent corporales consuetudines despicientes, eo quod eorum transgressio nullam animæ posteritatem nocuerunt. Idem Euthym⁹ in Matth. 4. Suum elongauit.



docentes doctrinas & ] præcepta hominum. Relinquentes enim mandatum dei, tenetis traditiones hominum, baptismata vccorum & calicum, & alia similia his facitis multa. Et dicebat illis: Bene irritū fecistis] præceptum dei, vt traditionem vestram seruetis. Moyses enim dixit: † Honora patrem tuum & matrem tuam, † & qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur, Vos autem dicitis: Si dixerit homo patri aut matri Corban, quod est, donum, quodcunque ex me, tibi profuerit: & vltra non dimittitis eum quicquam facere patri suo aut matri, rescindentes verbum dei per traditionē vestram quam tradidistis. Et similia huiusmodi multa facitis. † Et aduocans iterū turbam, dicebat illis: Audite me omnes, & intelligite: Nihil est extra hominē introiens in eum quod possit eum coinquinare, sed quæ de homine procedunt, illa sunt quæ coinquinant hominē. Si quis habet aures audiēdi audiat. Et cum introisset in domum à turba, interrogabant eum discipuli eius parabolam. Et ait illis: Sic & vos imprudentes estis: Non intelligitis, quia omne extrinsecus introiens in hominē, non potest eum coinquinare: quia non intrat in cor eius, sed in ventrem vadit, & in secessum exit, purgans omnes escas: † Dicebat autem: quoniam illa quæ de homine exeunt, illa coinquinant hominē. † Abintus enim de corde hominum malæ cogitationes procedunt, adulteria, fornicationes, homicidia, furta, auaritia, nequitia, dolus, impudicitia, oculus malus, blasphemia, superbia, stultitia. Omnia hæc mala abintus procedunt, & coinquinant hominē. † Et inde surgens, abiit in fines Tyri & Sidonis, & ingressus domum neminem voluit scire, & non potuit latere. Mulier enim statim vt audiuit de eo, cuius filia habebat spiritum immundum, intrauit. Et procidit ad pedes eius. Erat enim mulier gentilis Syrophœnissa genere. Et rogabat eum vt dæmonium eiiceret de filia eius. Qui dixit illi: Sine prius saturari filios. Non est enim bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa respondit, & dixit illi: Vtique domine. Nam & canelli comedunt sub mensa de micis puerorum. Et ait illi: Propter hunc sermonem vade, exiit dæmonium de filia tua. Et cum abiisset domum, inuenit puellam iacentem supra lectum, & dæmonium exiisse. † Et iterum exiēs de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilææ inter medios fines Decapoleos. Et adducunt ei surdum & mutum. Et deprecabantur eum vt imponat illi manum. Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius, & expuens tetigit linguam eius, & suspiciens in cælum ingemuit, & ait illi: Epheta, quod est, adaperire. Et statim apertæ sunt aures eius, & solutum est vinculum linguæ eius, & loquebatur rectè. Et præcepit illis ne cui dicerent. † Quatò autem eis præcipiebat, tantò magis plus] prædicabant, & eo amplius admirabantur, dicentes: † Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui.

*Quatuor hominum milibus saturatis Pharisæis signum negat, cæcum illuminat, ac discipulis super sui opinione requisitis suam annuntiat passionem, & sequacibus suis promittit mercedem.*

VIII.

Facitis

c. Nec solum aduocando eos, verum etiam verbis acriter facit, dicens: Intelligite, attendite & argueat erigite. Si enim istis aut calcais istura sua tradentibus, multo magis par est me audire, qui ad veram vos oportune prophetiam induco. Chrysol. in Matth. hom. 52. 6. Turbas. 7. De parabola. 8. Sine intelligentia.

d. Vna sententia duo quædam hominis ora complexus est: vni corpus, alterum cordis. Nam vique vnde illi hominem putauit inquinari in os intrat cor poris. Vnde autem dominus dixit inquinari hominem, de cordis ore procedit. Aug. de trinita. lib. 15. cap. 10.

e. Ipsa quidem curatione in non eget, quia Christum & dominum & David filium conficitur, sed filia sua, plebi videlicet gentium dominati immundorum spirituum occupare opem posuit. Hieron. in Matth. cap. 15. f. Decapolis regio est Galilææ Jordani finitima, a numero eorum dicitur, cis Iordanem sita.

9. Hephetah.

10. Prohibebat, tantò amplius.

a. Vide domini humanitatem. Nam seors naturam humanam cibo indigere, prouider ei etiam non requisitus, cibumque præbet. Communicat autem cum discipulis, vt recordati miraculi qui que panis offerat ei panes quos habent, & dicant: multiplica etiam hos, sed non intellexerunt illi causam interrogationis, i. deo rursus in digentia obiciunt. Euthy. in Mar. 15. cap. b. Panes igitur septem offeruntur. Nulla enim ex lege & prophetis gentibus salus sumitur, sed per gratiam spiritus viuunt, cuius septiformis, vt per Iesum traditum, munus est. An definit? piscium numerus diuersorum donorum & charismatum partitiones ministracionis que significant: quibus fides gentium gratiam diuersitate satiat. Hil. in Mar. 16. cap. c. Quæ & Magdalum, de qua in historia euangelica, sita est inter locum Genezar, & Tabor montem.



† N diebus illis, iterum cum turba multa esset cum Iesu, nec haberet, quod manducarent, conuocatis discipulis, ait illis: † Misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducet, & si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficiet in via. Quidam enim ex eis de longè venerunt. Et responderunt ei discipuli sui: Vnde istos quis poterit hic saturare panibus in solitudine? Et interrogauit eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt: Septem. Et præcepit turbæ discumbere super terram. Et accipiens septem panes, gratias agens fregit, & dabat discipulis suis, vt apponerent: & apposuerunt turbæ. Et habebant pisciculos paucos, & ipsos benedixit, & iussit apponi. Et manducauerunt & saturati sunt, & sustulerunt quod superauerat de fragmentis septem sportas. Erant autem qui manducauerant quasi quatuor milia, & dimisit eos. † Et statim ascendens nauim cum discipulis suis, venit in partes Dalmanutha. † Et exierunt Pharisæi, & coeperunt conquirere cum eo, quærentes ab illo signum de cælo, tentantes eum. Et ingemiscens

† Exod. 20. c  
Leuit. 20. b  
Act. 5. c  
Deut. 5. b  
Eph. 6. a  
† Exod. 21. c  
Leuit. 20. b  
Prou. 20. c  
† Marc. 15. b

† Marc. 15. a  
Mat. 14. d  
† 15. 6. cap.  
Si quando.

† Marc. 15. e

† Marc. 15. e

† Marc. 9. f  
15. b. 17. c  
Iuda. 9. b  
Luc. 5. c  
† Gen. 9. d  
Eccl. 39. e

Anno. do. 33  
† Marc. 15. d  
† Sup. 6. c

† Marc. 16. 1  
Luc. 12. g

miscens spiritu ait: Quid generatio ista signum querit? Amen dico vobis: si dabitur generationi ista signum, & dimittens eos ascendit iterum nauim, & abiit trans fretum, & obliti sunt panem sumere, & nisi vnum panem non habebant secum in nauim, & precipiebat eis, dicens: Videte, & caute. <sup>d</sup> à fermento Phariseorum & fermento Herodis. Et cogitabant ad alterutrum] dicentes, quia panes non habemus. Quo cognito, ait illis Iesus: <sup>e</sup> Quid cogitatis, quia panes non habetis? Nondum cognoscitis, nec intelligitis? Adhuc cæcatum habetis cor vestrum? Oculos habentes non videtis, & aures habentes non auditis? <sup>f</sup> Nec recordamini quando quinque panes fregi in quinque milia, & quot cophinos fragmentorum plenos sustulistis? Dicunt ei: Duo & decem. Quando & septem panes in quatuor milia, quot sportas fragmentorum tulistis? Et dicunt ei: Septem. <sup>g</sup> Et dicebat eis: Quomodo nondum intelligitis? Et veniunt <sup>h</sup> Bethsaidam, & adducunt ei cæcum: & rogabant eum vt illum tangeret. Et apprehensa manu cæci, eduxit eum extra vicum, & expuens in oculos eius, impositis manibus suis interrogauit eum, si quid videret. Et aspiciens, ait: Video homines velut arbores ambulantes: Deinde iterum imposuit manus super oculos eius, & <sup>i</sup> cœpit] videre, & restitutus est, ita vt clarè videret omnia. Et misit illum in domum suam, dicens: <sup>k</sup> Vade in domum tuam, & si in vicum introieris, nemini dixeris. <sup>l</sup> Et ingressus] est Iesus & discipuli eius <sup>m</sup> castella <sup>n</sup> Cæsareæ Philippi, & in via interrogabat discipulos suos, dicens eis: Quem me dicunt esse homines? Qui responderunt illi, dicentes: Alij Ioannem Baptistam, alij Eliam, alij verò quasi vnum de Prophetis. Tunc dicit illis: Vos verò quem me esse dicitis? Respondens Petrus, ait ei: Tu es Christus. Et comminatus est eis, ne cui dicerent de illo. <sup>o</sup> Et cœpit docere eos quoniam oportet filium hominis pati multa, & reprobari à senioribus & à summis sacerdotibus & Scribis, & occidi, & post tres dies resurgere. Et palàm verbum loquebatur. Et apprehendens eum Petrus, cœpit increpare eum. Qui conuersus, & videns discipulos suos, comminatus est Petro dicens: <sup>p</sup> Vade retro me sathana, quoniam non sapis quæ dei sunt, sed quæ sunt hominum. Et conuocata turba cum discipulis suis, dixit eis: <sup>q</sup> Si quis vult me sequi <sup>r</sup> de- neget] semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. <sup>s</sup> Qui] enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam suam propter me & euangelium, saluam faciet eam. <sup>t</sup> Quid enim proderit homini, si lucretur mundum totum, & detrimentum animæ suæ faciat? Aut quid homo commutationis dabit pro anima sua? <sup>u</sup> Qui enim me <sup>v</sup> confessus fuerit, & verba mea in generatione ista adultera & peccatrice, & filius hominis <sup>w</sup> confitebitur] eum, cum venerit in gloria patris sui cum angelis sanctis.

*Transfiguratus Iesus Elia sub Ioannis nomine præsignat aduentum. Lunaticum curat, humilitatem insinuat, & scandalo prohibito ignem & salem accommodat. I X.*

† Ioan. 6. d.  
† Matth. 12. f.  
Luc. 12. d.

† Matth. 16. b.  
Luc. 12. a.

† Mat. 16. d.  
Luc. 9. c.

† Matth. 16. g.

† Mat. 10. g.  
16. f.  
Luc. 9. c. 14. f.  
Galat. 2. d.  
† Matth. 16. f.  
Luc. 17. g.  
Ioh. 18. d.  
† Matth. 10. f.  
Luc. 9. c. 12. b.  
De fac. vnct. cap. 1. §. Quia vero.  
† Matth. 10. d.  
Luc. 9. c. 12. b.

d. Hoc est, à simplata religione.  
1. Disputabant inter se.

e. Fermentum Phariseorum & Sadduceorum non corporalem panem, sed traditiones peruersas, & doctrinam significat dogmata: quare & cibi, quibus est nutritus populus dei, non veram doctrinam integramque significent: Hierony. in Matth. c. 15.

f. Bethsaidam vicus erat Petri & Andree: Iacobi & Ioannis euangelistæ. Chryso. ibid.

2. Fecit eum.

3. Egressus.

\* In.  
g. Cæsareæ duæ in bibliis commemorantur: Prima Philippi cognome Herodis fratris accepit, quæ prius Dan. à Danitis dicta erat, qui cum extorres possessione quærent, huius populis orisum & verbum eorum igne ferroque vastarunt: & nouam edificantes urbem vocauerunt Dan, quæ prius Lais dicebatur, vt Iudic. 18. plenius inuenies. Altera est Cæsarea Palestine, de qua Act. 8. vbi Centurio fidem à Petro accepit.

h. Quæ beatus Petrus minus cautus incurrit, dum prædicare domino passionem suam ignorans eam per legem atque prophetas promissam fuisse, Abiit à te domine. Et dominus: Vade retro Sathana, &c. Quod peccatum ignorantia, & sententiæ negationis simul & iustitias, respectuque compunctus omnia stans descendit. Deinde in his peccatorum atque prorsum protè diceret: Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Sana animam meam, qui peccati tibi. Prosper. de promiss. par. 2. cap. 5.  
4. Abneget.  
5. Qui eum que.  
6. Confessus fuerit, vel erubescit.  
7. Confundetur vel erubescet.

Anno 4033. A  
† Matth. 16. g.  
Luc. 9. d.

† Matth. 17. a.  
Luc. 9. d.

† Mat. 9. f.  
12. b. 17. c.  
Sup. 7. g.

† Mat. 17. e.



**E**T dicebat illis: Amen dico vobis, <sup>a</sup> quia sunt quidam de hinc stantibus qui non gustabunt mortem, donec videant regnum dei veniens in virtute. <sup>b</sup> Et post dies sex assumpsit Iesus Petrum & Iacobum & Ioannem, & ducit illos in montem excelsum <sup>c</sup> solos, & transfiguratus est coram ipsis. Et vestimenta eius facta sunt splendentia & candida nimis velut nix, qualia fullo non potest super terram candida facere. Et apparuit illis Elias cum Moyse, & erant loquentes cum Iesu. Et respondens Petrus ait Iesu: Rabbi, bonum est nos hic esse, faciamus tria tabernacula, tibi vnū, & Moyse vnum, & Elie vnū. Non enim sciebat quid diceret. Erant enim timore exterriti. Et facta est <sup>d</sup> nubes obumbrans eos, & venit vox de nube, dicens: Hic est filius meus charissimus, audite illum. <sup>e</sup> Et statim circumspecti, neminem amplius viderunt nisi Iesum tantum secum. <sup>f</sup> Et descendentibus illis de monte, præcepit illis ne cuiquam <sup>g</sup> quod] vidissent, narrarent, nisi cum filius hominis à mortuis resurrexerit. Et verbum continuerunt apud se, conquirentes quid esset, cum à mortuis resurrexerit. <sup>h</sup> Et interrogabant eum, dicentes: Quid ergo dicunt

a. Quia autem de gloria sua dicebat, volēs eis declarare quodd non hoc per arrogantiam loquebatur, dicit, quod sunt quidam de hinc stantibus, nempe Petrus, Iacobus & Ioannes, qui nō morientur donec ostendero eis in transfiguratione, quanta cum gloria venturus sim in secundo aduentu. Theo.  
\* Secorsum.

b. Lumē erat diuinitas illa, quā in monte discipulis ostendit, ac illos visus tantillum priuauit. Greg. Nazianze. in sanctum Ia uachum, orat.

c. Silentium enim eorum gestarum quas viderant, imperat, donec à mortuis resurrexerit. Hoc enim fidei præmium referebatur, vt honor redderetur his apud quos nō leuis sola preceptorum autoritas reperiretur. Hila. in 17. cap. Martini, 1. Quæ.

d. Iste qui uenturus est in seculo saluatoris aduētu iuxta corporis fidem, nunc per Ioannem uenit in uirtute & spiritu. Hieron. in 17. cap. Math. c. Id est, reliquum quod deprehenderit, ex Israel ad cognitionem dei reuocabit. Sed in uirtute & spiritu Elias Ioannem uenisse significat, in quo grauius quaque arguit aspera exercuit, ut domini aduētum praenuntians, passionē quoque precurreret, & iniuriarū & vexationis exemplo. Hilar. in 17. cap. Mat. 2. De filio. f. Mutum dicit spiritum, utpote impediens filij sui loquendam: nec id tantū, sed & audiens eius, & hunc Math. lunaticum dicit, quod demonum quidam fecerunt aduersus quosdam homines tempus certum lunae obseruabant, & tunc insultum in illos faciebant, ut dum lunam mali causa uideretur, eius creator calumnie exponeretur. Euthy. ibid. & Matth. 17. \* Discepit & 3. Prolapsus in terra. \* Hoc.

g. Timebant discipuli ne forte amitterent gratiam, quā eis dederat dominus, & propterea non potuerunt eiicere demonium. Omne enim demonium genus non egreditur alio quodam modo, nisi precatione & ieiunio. Oportet enim ieiunare eū qui demonem patitur & qui factus est: & utriusque necessarium est ieiunium, magis autē illius qui demonem patitur, ieiunium exigit scripto. Theoph. ibid. 4. Effert. \* Inter uos. 5. Disputabatis.

\* Quia non sequitur nobiscum. h. Quare ergo calicem aquae frigidae in medium duxit? Sine impensa elemosynam dixit. Nisi si frigida, aqua neque ligna esset: ubi uero sine impensa datum tanto beneficio repēditur. Christo, de penitent. hom. 5. \* Frigida. i. Si igitur iuxta dei uerbum in gehennam scandalis trahimur, recte profecto ut gehennam uitare possimus, etiam manibus nostris oculisque mutamur: non quod membris suis quis se priuare debeat, sed quia tam necessariae nobis sunt quaedam domesticorum obsequiorum necessitudines, ut his quasi oculis, interdu autē manibus utamur, recte nobis presentium ministerium officia subtrahimus, ne aeterni ignis tormēta paciamur. Salustianus lib. 3. 6. Mutulum.

[Pharisaei] & Scribae: quia Eliam oporteat uenire primum? Qui respondens, ait illis: Elias cum uenerit primo, restituet omnia, & quomodo scriptum est in filium hominis, ut multa patiatur & contemnatur. Sed dico uobis, quia & Elias uenit, & fecerunt illi quaecunque uoluerunt, sicut scriptum est de eo. Et ueniens ad discipulos suos uidit turbam magnam circa eos, & Scribas conquirentes eum. Et confestim omnis populus uidens Iesum, stupefactus est, & expauerunt, & accurrentes salutabant eum. Et interrogauit eos: Quid inter uos conquiritis? Et respondens unus de turba, dixit: Magister, attuli ad te filium meum habentem spiritum mutum, qui ubicunque eum apprehenderit, allidit illum, & spumat, & stridet dentibus, & arescit. Et dixi discipulis tuis, ut eiicerent illum, & non potuerunt. Qui respondens eis, dixit: O generatio incredula, quandiu apud uos ero? Quandiu uos patiar? Afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et cum uidisset eum, statim spiritus conturbauit illum, & elisus in terram uolubatur spumans. Et interrogauit patrem eius: Quantum temporis est ex quo ei hoc accidit? At ille ait: Ab infantia. Et frequenter eum in ignem & in aquam milit, ut eum perderet. Sed si quid potes, adiuua nos, misertus nostri. Iesus autem ait illi: Si potes credere, omniaabilia sunt credenti. Et continuo exclamans pater pueri cum lachrymis aiebat: Credo domine, adiuua incredulitatem meam. Et cum uidisset Iesus concurrentem turbam, comminatus est spiritui immundo, dicens: Surde & mute spiritus, ego precipio tibi, exi ab eo, & amplius ne introeas in eum. Et exclamans & multum discerpens eum exiit ab eo, & factus est sicut mortuus, ita ut multi dicerent: quia mortuus est. Iesus autem tenens manum eius eleuauit eum, & surrexit. Et cum introisset in domum, discipuli eius secreto interrogabant eum: Quare nos non potuimus eiicere eum? Et dixit illis: Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio. Et inde profecti praetergredebantur Galilaeam, nec uolebat quenquam scire. Docebat autem discipulos suos, & dicebat illis: quoniam filius hominis tradetur in manus hominum, & occident eum, & occisus tertia die resurget. At illi ignorabant uerbum, & timebant interrogare eum. Et uenerunt Capharnaum. Qui cum domi essent, interrogabat eos: Quid in uia tractabatis? At illi tacebant. Siquidem in uia inter se disputauerant: quis eorum maior esset. Et residens uocauit duodecim, & ait illis: Si quis uult primus esse, erit omnium nouissimus, & omnium minister. Et accipiens puerum statuit eum in medio eorum: quem cum complexus esset, ait illis: Quisquis unum ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit: & quicumque me susceperit, non me suscipit, sed eum qui misit me. Respondit illi Ioannes, dicens: Magister, uidimus quendam in nomine tuo eiicientem demonia, qui non sequitur nos, & prohibuimus eum. Iesus autem ait: Nolite prohibere eum. Nemo est enim qui faciat uirtutem in nomine meo, & possit cito male loqui de me. Qui enim non est aduersus uos, pro uobis est. Quisquis enim potum dederit uobis calicem aquae in nomine meo, quia Christi estis, Amen dico uobis, non perdet mercedem suam. Et quisquis scandalizauerit unum ex his pusillis credentibus in me, bonum est ei magis si circumdaretur mola asinaria collo eius, & in mare mitteretur. Et si scandalizauerit te manus tua, abscinde illam. Bonum est tibi debilem introire in uitam, quam duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem, ubi uermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et si pes tuus te scandalizat, amputa illum. Bonum est tibi claudum introire in uitam aeternam, quam duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis, ubi uermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Quod si oculus tuus scandalizat te, eiice eum. Bonum est tibi luscum introire in regnum dei, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis, ubi uermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Omnis enim homo igne salietur, & omnis uictima sale salietur. Bonum est sal. Quod si sal insulsus fuerit, in quo illud condietis? Habete in uobis sal, & pacem habete inter uos.

Repu-

† Mala. 4. b

† Luc. 9. b

† Mala. 4. b

† Math. 17. c

Luc. 9. c

† Math. 17. d

Luc. 9. e

† Math. 17. c

Luc. 9. c

† Math. 17. a

† Math. 17. d

Luc. 9. e

Sup. d

Infra. 10. e

† Math. 18. a

Luc. 9. f

† 1. Cor. 12. a

† Math. 10. g

18. a

Luc. 17. a

† Math. 13. b

18. 66. g

18. 66. g

† Dist. 43. c

Sic redor.

Mat. 5. b

Luc. 14. g

Repudium probibens, paruulos admittit, diuitum & pauperum discrimen afferens matrem filiorum Zebedæi remittit, & Iericho præteriens cacum illuminat. X.

Anno do. 34. A
†Matt. 19. a
†Matt. 19. e
& 19. a
†Deut. 24. a
†Gene. 1. d
†Gene. 2. d
28. q. 1. c. Di-
ctum est.
Matt. 19. a
Iph. 5. d
1. Cor. 6. d
†De eo qui
cogno. con-
su. Discre-
tionem.
†Matt. 5. e
19. b
Luc. 16. d
†Mar. 19. d
Luc. 18. c
†Matt. 19. d
Luc. 18. d
†Exod. 20. b
Rom. 8. a
Galat. 4. b
†14. q. 1. c. 1.
†Matt. 19. e
Luc. 12. d. 18. d
†Matt. 6. d
Luc. 12. d
1. Cor. 7. c
†Matt. 19. f
Luc. 18. c
†Matt. 19. d
Luc. 12. d. 18. c
†Matt. 19. g
Luc. 3. c
†Matt. 19. g
Luc. 14. d
†Matt. 16. e
17. f. d
Luc. 18. f
Anno do. 34.
†Mat. 20. c

T<sup>a</sup> inde exurgens venit in fines Iudææ \* ultra Iordanem, & conueniunt iterum turbæ ad eum, & sicut consueuerat, iterum docebat illos. Et accedentes Pharisei interrogabant eum, † si licet viro vxorem dimittere? tentantes eum. At ille respondens, dixit eis: † Quid vobis præcepit Moyses? Qui dixerunt: † Moyses permisit libellum repudij scribere, & dimittere. Quibus respondens Iesus, ait: † Ad duritiã cordis vestri scripsit vobis præceptum istud. Ab initio autem creaturæ, † masculum & feminam fecit eos deus. † Propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit ad vxorem suam, & erunt duo in carne vna. Itaque iam non sunt duo, sed vna caro. † Quod ergo deus coniunxit, homo non separet. Et in domo iterum discipuli eius de eodem interrogauerunt eum. † Et ait illis: † Quicumque dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit per eam. Et si vxor dimiserit virum suum, & alij nupsierit, moechatur. † Et offerebãt illi paruulos vt tangeret illos, discipuli autem comminabantur offerentibus. Quos cum videret Iesus, indignè tulit. Et ait illis: Sinite paruulos venire ad me, & ne prohibueritis eos. Talium enim est regnum dei. Amen dico vobis, † quisquis non receperit regnum dei velut paruulus, non intrabit in illud. Et complexans eos, & imponens manus super illos, benedicebat eos. † Et cum egressus esset in viam, procurrens quidam genu flexo ante eum, rogabat eum dicens: † Magister bone, quid faciam vt vitã æternam percipiam? Iesus autem dixit ei: Quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi vnus deus. † Præcepta nosti, † ne adulteres, ne occidas, ne fureris, ne falsum testimonium dixeris, ne fraudem feceris, honora patrem tuum & matrem. At ille respondens ait illi: Magister, hæc omnia obseruaui a iuuentute mea. Iesus autem intuitus eum, dilexit eum, & dixit ei: Vnum tibi deest: † Vade, quæcunque habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & veni sequere me. Qui contristatus in verbo, abiit moerens. Erat enim habens multas possessiones. Et circumspectus Iesus ait discipulis suis: † Quam difficile qui pecunias habent, in regnum dei introibunt. Discipuli autem obstupescabant in verbis eius. At Iesus rursus respondens, ait illis: Filioli, quàm difficile est confidentes in pecuniis in regnum dei introire. † Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum dei. Qui magis admirabantur, dicentes ad semetipsos: Et quis potest saluus fieri? Et intuens Iesus illos, ait illis: Apud homines impossibile est, sed non apud deum. Omnia enim possibilia sunt apud deum. Et cœpit ei Petrus dicere. † Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. Respondens Iesus ait: † Amen dico vobis, nemo est qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, \* aut filios, aut agros, propter me, & propter euangelium, qui non accipiat centies, tantum nunc in tempore hoc domos, & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros cum persecutionibus, & in seculo futuro vitam æternam. † Multi autem erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Erant autem in via ascendentes Ierolimam: & præcedebat illos Iesus. Et stupebãt: & sequentes timebant. † Et assumens iterum duodecim, cœpit illis dicere quæ essent ei ventura. † Quia ecce ascendimus Ierolimam, & filius hominis tradetur Principibus sacerdotum & Scribis & senioribus, & damnabunt eum morte. Et tradent eum gentibus, & illudent ei, & conspuent eum, & flagellabunt eum, & interficient eum, & tertia die resurget. † Et accedunt ad eum Iacobus & Ioannes filij Zebedæi, dicentes: Magister, volumus vt quodcumque petierimus, facias nobis. At ille dixit eis: Quid vultis vt faciam vobis? Et dixerunt: Da nobis, vt vnus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram tuã sedeamus in gloria tua. Iesus autem ait eis: Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibo, aut baptismo quo ego baptizor, baptizari? At illi dixerunt ei: Possumus. Iesus autem ait eis: † Calicem quidem quem ego bibo bibetis, & baptismo quo ego baptizor, baptizabimini: † sedere autem ad dexteram meam, vel ad sinistram nõ est meum

a. Sæpenumero reliquit dñs Iudæos propter inuillam illorum: nunc autem in eorum regione transit, sed non in Ierolimam nunc ascendit, sed in fines Iudææ vt populo simplici prodesset: Ierolimam enim omnis malitiae officina erat propter Phariseorum malitiã. † Theophylact. ibi. j.
b. Dominus suam iustitiam sententiam, & id subintelligit quod nõ licet vxorem dimittere: modò que persuasibili ostendens præter naturam, ac præter legem esse diuortium. Præter naturam quidem: Nam vna caro diuinitur: præter legem verò, cum enim vnus deus esse iustitiam, distrahuntur. Euthy. in 17. cap. Mar.
c. Non temerè vxorem reiciat, aut ab ea separetis, in certum est quòdnam periclitetur, nam id quod depellit, se depellit. Tu igitur nunc haud quaquã alienus has alienus, neque aliis magis quàm vxori tuæ placere velis. Quod si aliud nupers, cur membrum tuum ob impudicitiam lege notat? sic saluator, Greg. Nazian. orat. 30.
1. Creationis.
2. In carnis vnã.
3. Aduersus.
d. Recipit autem pueros, significans se recipere simplices, ac docens oportere saltum, qui à sublimitate procedit, conuolare: & se suscipere despicibiles. Nõ dixit autem: Istorum est regnũ cælorum, sed talium, inuicem, videlicet horum simplicitatem. Euthy. in 19. cap. Mar.
e. Is enim cui necesse est impia & iniqua punire, bonitatis humiliter abluat, soli hoc nomen patri referens, qui se iudicem dando officio feceratis exuerit: non quod bonus & ipse nõ esse. Hilarius in 19. Matth.
f. Præceptum etenim ibi est, vbi est pena peccati. A verò cum se præcepta legis memorasset in picelle, consilium ei datur vt vendat omnia, & sequatur dominum. Hæc enim non præcepto imperatur, sed pro consilio deferuntur. Duplex nãque forma mandati est, vna præcepta, altera voluntaria. Vnde & dominus in alia dicit: Non occides, vbi præcipitur alia: Si vire perferas, esse, vende omnia tua. Ergo hic liber est à præcepto, cuius deferatur arbitrio. Ambro. de vi. d. uis.
g. Quoniam possibile fuit deo saluare Iudæorum populũ multas in lege diuitias possidentes, credentium Iudæorum multitudo testatur siue per ipsum Christũ, siue per apostolos eius: vt bonitatis illius intelligibile pelagus humana estimatio non apprehendat, sed videri mireretur: tamè quia dicit dominus: Apud homines impossibile hoc est, quatum ad naturam, apud deũ possibile est. Ecce subito excitatur Petrus vnus ex populo illo diuite, & discipuli ex persona Iudæorum credentium, & clamant quasi tellis dei potentia faciat & confirmans Christi promissionem, dicit: Ecce nos dimisimus omnia. Chryso. ex yariis in Matth. locis, homi. 1. c.
\* Aut vxorem.
h. Nesciunt quid petant qui se dem gloriã à domino quã nondum merebantur, inquirunt. Iam enim delectabat eos vulnus honoris, sed prius habebant viam exercere laboris. Beda ibid. j.
i. Dominus glorie, secundũ formam tamen serui satagentibus discipulis de glorificatione sua, respondit: Sedere autem ad dexteram vel ad sinistram, &c. Quod autem paratum est à patre eius, & ab ipso paratum est: quia ipse & pater vnus sunt. August. de tripi. lib. 1. cap. 12.

4. Ceperunt indignari in Iacobum & Ioannem.  
 [k. Humilis magister & pius & mitis, nec cupiditatis immodice dicitur argui, nec decem indignationis increpat & liuoris: sed docet maiorem esse, qui minor fuerit, & dominum qui seruus sit. Frustra igitur, aut illa ad maiora suspirat, aut hi super desideria eorum dolent, cum ad summamque virtutum non potest, sed humilitas ducat. Gloria Ordinaria.]  
 l. Ciuitas est foris Bſamin, ad latus septentrionale, distans ab Ierosolyma p. leucis, ab Iordane tribus cum semis: hanc destruxerat Iosue, quam reedificauit Ahiel de Bechel, & illam rursum destruxit Vespasianus, Hadrianus restaurauit.  
 [m. Peticio que digna est exaudiri à Deo debet esse ex fide recta sine hesitatione vt Iacobi 1. Postulat in fide nihil hesitans. Ideo ostenditur Iustus cæci peticio procedere ex duplici rei fide, qui credebat Christo inesse, videlicet ex fide pietatis, & ex fide potestatis. Nicol. Gorron. ibidem.]

dare vobis, sed quibus paratum est. Et audientes decem, <sup>4</sup> indignati sunt de Iacobo & Ioanne. <sup>k</sup>] Iesus autem vocans eos, ait illis: <sup>†</sup> Scitis quia hi qui videntur principari gentibus, dominantur eis: & principes eorum potestatem habent ipsorum. Non ita est autem in vobis, sed quicumque voluerit fieri maior, erit vester minister: & quicumque voluerit in vobis primus esse, erit omnium seruus. Nam & filius hominis non venit vt ministraretur ei, sed vt ministraret, & daret animam suam redemptionem pro multis. <sup>†</sup> Et veniunt <sup>1</sup> Iericho, & proficiscente eo de Iericho, & discipulis eius, & plurima multitudo: filius Timæi Bartimæus cæcus sedebat iuxta viam mendicans, qui cum audisset quia Iesus Nazarenus est, cœpit clamare & dicere: Iesu fili Dauid miserere mei. Et comminabantur illi multi vt taceret. <sup>m</sup> At ille multo magis clamabat, fili Dauid miserere mei. Et stans Iesus præcepit illum vocari. Et vocant cæcum, dicentes ei: Anima quior esto. Surge, vocat te. Qui proiecto vestimento suo, exiliens venit ad eum. Et respondens Iesus, dixit illi: <sup>†</sup> Quid tibi vis faciam? Cæcus autem dixit ei: Rabboni, vt videam. ] Iesus autem ait illi. Vade: Fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit, & sequebatur eum in via.

† Ibidem f Luc. 22. c

Anno do. 34. † Matth. 20. g Luc. 18. g

† Matth. 20. g Luc. 18. g

*Iesus super pullum asinæ Ierosolymam & templum ingressus, rediit Bethaniam, post die reuertens maledixit ficum, negotiatores à templo eiecit, & qua hæc faciat auertit à Iudeis non aperit.*  
 XI.

a. Quam modestè tamen hanc ipsam gloriam videtur suscepisse ad triumphale occursum in asino veniens, non in curribus aut in equis. Sed dicebat: Si quis vobis aliquid dixerit, dicite: quia dominus his opus habet. Opus magnum, opus salutis. Nempe homines & iumenta saluos facere venerat, multiplicans misericordiam suam deus. Bet. Do. in ramis palm. Ser. 13.

1. A Bethphage & Bethaniam iuxta.

2. Dominus his opus habet. b. Sic pullus multos habet dominos, à quibus tollitur, & ad vnum dominum adducitur. Ante portam quidem erat, paratus ad fidem, sed sine Apostolis intrare non poterat, quia quid sciret, non habebat. Chryl. ibidem.

c. Rami enim incedentem impediunt, & implicent iter faciunt propere ingressi: verum explicatur omnis ratio propheticæ, & futuri forma seruat. Igitur infructuosarum arborum rami, id est, infidelium quodam generum fructus per Apostolos inuerti domini sui fuerunt, & saluatoris iustificatus ingressus, & per eos incedit, & gratissimum sic incedit deo ex ramis infecundæ radicis officii. Hilarius in Matth. cap. 21. \* Iesus.

3. Nec posthac. d. Hæc est tertia eiectio vendentium de templo secundum Officium. Nimirum quia prima 31. anno Christi de qua Ioannis 2. altera de qua Matth. 21. in die ingressus sui in urbem super asinam & pullum, tertia, die sequenti cum rediret à Bethania, & maledixisset ficum: vt hoc loco.

4. Eum perdere.

e. Tamest Matthæus dixerit quoddam statim exaruit ficus, & videntes discipuli admirati sunt, nihil mouerit audire nunc Marcum dicentem quod sequenti die viderint exaruisse ficum. Sic enim intelligere debes id apud Matthæum: Et statim exaruit ficus: quo lecto, subsiste, & dein dicit: Et cum vidissent discipuli admirati sunt. Quando? Quam vidissent non statim, sed sequenti die: proinde sic intelligenti nihil occurrit difficile. Theophyl. ibid.



<sup>†</sup> <sup>a</sup> T cum appropinquarent Ierosolymam <sup>1</sup> & Bethaniam ad ] montem Oliuarum, mittit duos ex discipulis suis, & ait illis: Ite in castellum quod contra vos est, & statim introeuntes illuc, inuenietis pullum ligatum, super quem nemo adhuc hominum sedit. Soluite illum, & adducite. Et si quis vobis dixerit: quid facitis? dicite: quia <sup>2</sup> domino necessarius est, ] & continuo illum dimittet huc. <sup>†</sup> Et abeuntes inuenerunt <sup>b</sup> pullum ligatum ante ianuam foris in biuio, & soluunt eum. Et quidam de illis stantibus, dicebant illis: Quid facitis soluentes pullum? <sup>†</sup> Qui dixerunt eis, sicut præceperat illis Iesus: & dimiserunt eis. Et duxerunt pullum ad Iesum, <sup>†</sup> & imponunt illi vestimenta sua, & sedit super eum. Multi autem vestimenta sua strauerunt in via. <sup>c</sup> Alij autem frondes cædebant de arboribus, & sternabant in via. Et qui præibant, & qui sequebantur, clamabant, dicentes: <sup>†</sup> Hosanna, benedictus qui venit in nomine domini: benedictum quod venit regnum patris nostri Dauid, Hosanna in excelsis. <sup>†</sup> Et introiuit Ierosolymam in templum, & circumspexit omnibus cum iam vespera esset hora, exiit in Bethaniam cum duodecim. Et alia die cum exiret à Bethania, esuriit. <sup>†</sup> Cumque vidisset à longe ficum habentem folia, venit siquid fortè inueniret in ea. Et cum venisset ad eam, nihil inuenit præter folia. Non enim erat tempus ficorum. Et respondens, <sup>†</sup> dixit ei: <sup>3</sup> Iam non amplius ] in æternum ex te quisquam fructum manducet. Et audiebant discipuli eius, & veniunt <sup>†</sup> iterum ] Ierosolymam. <sup>†</sup> Et cum introisset in templum, <sup>d</sup> cœpit eiicere vendentes & ementes in templo, & mensas nummulariorum & cathedras vendentium columbas euertit. Et non sinebat vt quisquam transferret vas per templum, & docebat, dicēs eis: <sup>†</sup> Nonne scriptum est, <sup>†</sup> quia domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus? Vos autem fecistis eam speluncam latronum. Quo audito, Principes sacerdotum & Scribæ quærebant <sup>†</sup> quomodo eum perderent. ] Timebant enim eum, quoniam vniuersa turba admirabatur supra doctrina eius. Et cum vespera facta esset, egrediebatur de ciuitate. <sup>†</sup> Et cum mane transiret, <sup>e</sup> viderunt ficum aridam factam à radicibus. Et recordatus Petrus dixit ei: Rabbi, ecce ficus cui maledixisti, aruit. Et respondens Iesus, ait illis: Habete fidem Dei. Amen dico vobis, quia quicumque dixerit huic monti, tolle & mittere in mare, & non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit, quia quodcumque dixerit, fiat, fiet ei. <sup>†</sup> Propterea dico vobis, omnia quæcumque orantes petitis, credite, quia accipietis, & euenient vobis. Et cum stabitis ad orandum, dimittite siquid habetis aduersus aliquem, vt, & pater vester qui in cœlis est, dimittat vobis peccata vestra. <sup>†</sup> <sup>†</sup> Quod si vos non dimiseritis, nec pater vester qui in cœlis est, dimittet vobis

Anno do. 34. † Matth. 21. a Luc. 19. d Ioan. 12. b

† Matth. 21. a Luc. 19. e

† Matth. 21. b Luc. 19. f Ioan. 12. b

† Matth. 21. c Luc. 19. b

† Ibidem c Luc. 19. b

† Matth. 21. b Luc. 19. g Ioan. 2. c

† Isa. 56. c Iera. 7. b Luc. 16. g Ioan. 7. c & g Matth. 21. c

† Matth. 17. d 21. c Luc. 17. b

† Matth. 7. a 22. c Luc. 11. b Ioan. 1. b

† Matth. 16. b Eccl. 8. a

pec-



peccata vestra. Et veniunt rursus Ierosolymā. Et cum ambularet in templo, accedunt ad eum summi sacerdotes, & Scribæ, & seniores, & dicunt ei: † In qua potestate hæc facis, & quis tibi dedit hanc potestatem, vt ista facias? Iesus autem respondens, ait illis: <sup>8</sup> Interrogabo vos & ego vnum verbum, & respondete mihi, & dicam vobis in qua potestate hæc faciam. Baptismus Ioannis de cœlo erat, an ex hominibus? Responde- te mihi. At illi cogitabant secum, dicentes: Si dixerimus: de cœlo dicet nobis: Quare ergo nō credidistis ei? <sup>9</sup> Si dixerimus: ex hominibus, timemus populum. Omnes enim habebant Ioannem, quia verè Propheta esset. Et respondentes dicunt Iesu: Nescimus: Et respondens Iesus, ait illis. <sup>10</sup> Neque ego dico vobis in qua potestate hæc faciam.

*Iudeus ex vinea agricolis locata reprobatur, censum Cæsaris approbat, resurrectionem & primum mandatum probat, & mulierculam duo ara mittentem ceteris presicit ditioribus.*

XII.

**E**T cœpit illis in parabolis loqui: <sup>a</sup> † Vineam <sup>1</sup> pascinauit ] homo, & circum- dedit sepem, & fodit lacum & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis & peregre profectus est. Et misit ad agricolas in tempore seruum, vt ab agricolis acciperet de fructu vineæ. Qui apprehensum eum ceciderunt, & dimiserunt vacuum. Et iterum misit ad illos alium seruum, & illum <sup>\*</sup> in capite vul- nerauerunt & contumeliis <sup>2</sup> affecerunt. ] Et rursus alium misit, & illum occiderunt, & plures alios, quosdam cædentes, alios verò occidentes. † Adhuc ergo vnum habens filium charissimum, & illum misit ad eos nouissimum, dicens: quia reuerentur fi- lium meum. Coloni autem dixerunt ad inuicem: <sup>b</sup> † Hic est hæres. Venite occidamus eum, & nostra erit hæreditas. Et apprehendentes eum occiderunt, & eiecerunt extra vineam. Quid ergo faciet dominus vineæ? Veniet & perdet colonos, & dabit vineam aliis. Nec scripturam hanc legistis? <sup>c</sup> † lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, à domino factum est istud & est mirabile in oculis nostris? † Et quærebant eum tenere, & timuerunt turbam. Cognouerunt enim, quoniam ad eos parabolam hanc dixerit. Et relicto eo abierunt. <sup>d</sup> † Et <sup>e</sup> mittunt ad eum quosdam ex Phariseis & Herodianis, vt eum caperent in verbo. Qui venientes dicunt ei. Magi- ster, scimus quia verax es, & non curas quenquam. Nec enim vides in faciem homi- num, sed in veritate viam dei doces: licet dare tributum Cæsari, an non dabimus? Qui sciens versutiam illorum, ait illis: Quid me têtatis? Afferte mihi denarium vt videam. At illi <sup>3</sup> obtulerunt. ] Et ait illis: Cuius est <sup>d</sup> imago hæc & inscriptio? Dicunt ei: Cæsaris. Respondens autem Iesus, dixit illis: † Reddite igitur quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt dei, deo. Et mirabantur super eo, †. Et venerunt ad eum Sadducæi, qui di- cunt resurrectionem non esse, & interrogabant eum, dicentes: Magister, Moyses no- bis scripsit, † vt si cuius frater mortuus fuerit, & dimiserit vxorem, & filios non reli- querit, accipiat frater eius vxorem ipsius, & resuscitet semen fratri suo. Septem ergo fratres erant, & primus accepit vxorem, & mortuus est non relicto semine. Et secun- dus accepit eam, & mortuus est, & nec iste reliquit semen. Et tertius similiter. Et acce- perunt eam similiter septem, & non reliquerunt semen. Nouissima omnium defun- cta est & mulier. In resurrectione ergo cum resurrexerint, cuius de his erit vxor? <sup>e</sup> † Sep- tem enim habuerunt eam vxorem. Et respondens Iesus, ait illis: <sup>f</sup> Nonne ideo erratis non scientes scripturas, neque virtutem dei? Cum enim à mortuis resurrexerint, ne- que nubent neque nubentur, sed sunt sicut angeli dei in cœlis. De mortuis autem quod resurgant, non legistis in libro Moyse <sup>4</sup> super rubum, ] quomodo dixerit illis deus in- quies, † Ego sum deus Abraham & deus Isaac & deus Iacob? Non est deus mortuo- rum, sed viuorum. Vos ergo multum erratis. Et accessit vnus de Scribis, qui audierat illos conquirentes, & videns quoniam bene illis responderit, interrogauit eum quod esset primum omnium mandatum. Iesus autem respondit ei: quia primum omnium mandatum est: † Audi Israel, dominus deus <sup>5</sup> tuus, deus ] vnus est, & <sup>6</sup> diliges domi-

[f. Diuersis modis eandem quæ supra alumnis stant, quando dixerit in hebreis principis demoniorum eiecit demonia. Quando enim dicitur in qua potestate hæc facis? de Dei dubitate potestate & subintelligi volunt diaboli esse quæ faciat. Beda ibidem.]

g. Poterat dominus aperta res- pōne tentatoris calumniam confutare, sed prudenter inter- rogat vt suo ipsi vel silentio vel sententia condemnentur. Hoc est quod vulgo dicitur: Malo arboris nodo malus elatus aut euneus infingendus est. Hic in Marth. 21. cap. vel breuius, malo nodo malus euneus.

h. Non dixit, neque ego scio quid dicam: sed neque ego di- co, hoc est, quia malueli estis, nō dignabat vos respōso. Theo- phylactus ibidem.

a. Plantata est vinea legedata in cordibus Iudæorum: missi sunt Prophete quærentes fructum, bonam vitam eorum. Propterea ab eis contumeliis affecti, & occisi sunt. Missus est Christus vnicus filius patrisfamilias, & ipsum occiderunt hæredem, & ideo perdidit hæreditatem, in contrarium eis veritatis mali consilium. Vt possiderent occiderunt, & quia occiderunt perdidit eam. August. de verbis do- sermo. 59.

1. Plantatus.

2. Affectum remiserunt.

b. Considera quom diligenter prædicit quæ vtrius erant. Ac- qui non occiderunt hunc tan- quam dei filium. Non occide- runt eum vt dei filium, sed oc- ciderunt tanquam vineæ hære- dem: sicut tanquam regem Israel: Occidamus eum, inquit Mar- cus, & nostra erit hæreditas. Nihil autem de eo quod in po- sterum succederet suspicaban- tur. Erenim vnus arguebat eos & exprobrabat illis, non tamen ei fides habebatur. Euthymius in Marth. 21. cap.

c. Nec per se ipsos interrogare volebant, ne forte quasi suspi- cti circumuenire eum non pos- sent. Nam inimicus manifestus melior quàm amicus ficitur. Chrysostr. in Marth. hom. 42.

3. Attulerunt.

d. Imago dei non est in auro, sed in homine. Numisma Cæsaris, est autem, numisma Dei est homo. Ideo diuitias vestras Cæsari date, deo autem consci- entia vestre solam innocentia referate, vbi deus videtur. Chrysostr. ibidem.

e. Sadducæi extra fidem resur- rectionis sunt, & quis eum do- minus prædicaret, calumniam diuinis rebus esse efficiendi volun- tate proponunt: septem videri- delictæ fratrum eandem coniun- gem, cuiusnam in resurrectione futuram esse respondeat. Sed dominus ait: Erratis nescientes scripturas, neque virtutem dei. Ergo scriptum est, & cessare de- bet ambiguitas, quam auctoritas tanta condemnat. Hilarius in Marth. 12. cap.

f. Hæretici apud Iudæos erant Sadducæi dicentes non esse re- surrectionem, neque angelum neque spiritum. Oblisque auri- vt docti aggressi fingunt nar- rationem quandam qua sub- uertatur resurrectio, conuexo argumeto quod nunquã eue- nit, neque forte euenit Theo- phylactus ibidem.]

4. In Rubo.

5. Noster dominus.

g. Non dicit timetis, quia ma- ius est diligere quàm timere in- choatio enim cultus dei ha- bet timorem, perfectio charita- tem: vt dicit Ioannes: Perfecta charitas foras mittit timorem. Chrysostr. ibidem.

Mt. 21. c  
Luc. 20. a

Anno. do. 34.  
† Mat. 21. f  
Luc. 20. d  
Ist. 5. a  
Iere. 2. d

† Mat. 21. f

† Heb. 1. a  
Gen. 17. d  
Matth. 21. f

† Psal. 117. b  
Ist. 28. d  
A. 4. b  
Roma. 9. g  
1. Pet. 2. a  
† Mat. 21. g  
Luc. 19. g  
20. c. 2. a  
Ioan. 7. c. g  
† Mat. 22. c  
Luc. 20. d

† Rom. 13. c

Mat. 22. c  
Luc. 20. d

Deut. 25. b

Exod. 3. b  
Mat. 22. d  
Luc. 20. c

† Deut. 6. a  
Mat. 22. f  
Luc. 10. g  
Leuit. 19. d

num deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua. Hoc est primum mandatum. Secundum autem simile est illi: Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Maius horum aliud mandatum non est. Et ait illi Scriba: Bene magister in veritate dixisti, quia vnus est deus, & non est alius praeter eum. Et vt diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine, & diligere proximum tanquam seipsum, maius est omnibus holocaustomatibus & sacrificiis. Iesus autem videns quod sapienter respondisset, dixit illi: Non es longe a regno dei. Et nemo iam audebat eum interrogare. Et respondens Iesus, dicebat docens in templo: Quomodo dicunt Scribae Christum filium esse Dauid? Ipse enim Dauid dicit in spiritu sancto: Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Ipse ergo Dauid dicit eum dominum, & vnde est filius eius? Et multa turba eum libenter audiuit. Et dicebat eis in doctrina sua: Cauete a Scribis, qui volunt in stolis ambulare, & saluari in foro, & in primis cathedris sedere in Synagogis, & primos discubitus in coenis. Qui deuorant domos viduarum sub obtentu prolis orationis, ij accipient prolixius iudicium. Et sedens Iesus contra gazophylacium, aspiciebat quomodo turba iactaret aes in gazophylacium, & multi diuites iactabant multa. Cum venisset autem vidua vna pauper, misit duo minuta, quod est quadrans. Et conuocans discipulos suos, ait illis: Amen dico vobis, quoniam vidua haec pauper plus omnibus misit, qui miserunt in gazophylacium. Omnes enim ex eo quod abundabat illis, miserunt: haec vero de penuria sua omnia quae habuit, misit totum victum suum.

*Christus a Ierosolymis discedens inquisitus super suo aduentu & sine seculi, multa ca- uenda futura, & multa imitanda praedicit.* XIII.

**D**ixit cum egrederetur de templo, ait illi vnus ex discipulis suis: Magister aspice quales lapides & quales structurae. Et respondens Iesus, ait illi: Vides has omnes magnas aedificationes? Non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur. Et cum sederet in monte oliuarum contra templum, interrogabant eum separatim Petrus & Iacobus & Ioannes & Andreas: Dic nobis quando ista fient, & quod signum erit, quando haec omnia incipient consummari? Et respondens Iesus coepit dicere illis: Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo, dicentes: quia ego sum, & multos seducent. Cum audieritis autem bella, & opinionones bellorum, ne timueritis. Oportet enim haec fieri, sed nondum finis. Exurget enim gens contra gentem, & regnum super regnum, & erunt terrae motus per loca & fames. Initium dolorum haec. Videte autem vosmetipsos, Tradent enim vos in conciliis, & in Synagogis vapulabitis, & ante praesides & reges stabitis propter me in testimonium illis. Et in omnes gentes primum oportet praedicari Euangelium. Et cum duxerint vos tradentes, nolite praecogitare quid loquamini, sed quod datum vobis fuerit in illa hora, id loquimini. Non enim vos estis loquentes, sed spiritus sanctus. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & consurgent filij in parentes, & morte afficiet eos. Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autem sustinuerit in finem, hic saluus erit. Cum autem videritis abominationem desolationis stantem vbi non debet, qui legit intelligat. Tunc qui in Iudaea sunt, fugiant in montes, & qui super tectum, ne descendat in domum, nec introeat vt tollat quid de domo sua: & qui in agro erit, non reuertatur retro tollere vestimentum suum. Vae autem praegnantibus & nutriendibus in illis diebus. Orare vero vt hyeme non fiant. Erunt enim dies illi tribulationis tales, quales non fuerunt ab initio creaturae quam condidit deus vsque nunc, neque fient. Et nisi breuiasset dominus dies, non fuisset salua omnis caro. Sed propter electos quos elegit, breuiavit dies. Et tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus, ecce illic, ne credideritis. Exurgent enim Pseudochristi & Pseudoprophetae, & dabunt signa & portenta

h. Quomodo simile est? Eo quod simul inter se connexa sunt. Qui enim diligit deum, diligit & facturam eius: homo autem maxime propria factura dei: & ita qui diligit deum, diligit etiam omnes homines: & dum proximum diligit, multo magis deum diligit. Nam si homines diligit qui multas sepe scandalorum occasiones & odia fouens, quanto magis deus qui semper beneficit? Theophylastus ibidem.  
i. Non dixit. Non est filius eius? sed quomodo est filius eius? Quomodo eum dicit, verbum querentis est, non negantis: tanquam si hoc eis diceret: Bene quidem dicitis Christum filium Dauid, sed ipse Dauid eum dominum dicit. Quem dicit ille dominum, quomodo est filius? Aug. Ser. 234. de tempore.  
k. Ambulare in stolis cultoribus vestimentis indutos ad publicum procedere significat, in quo inter cetera dicitur ille qui epulabatur quotidie splendide pacasse describitur. Beda ibidem.  
l. Præteritum.  
m. Christus hic dignitatis est estimatione & gradum non arguit, sed ambitionem. Scribis enim nostratibus suum honorem non inuidemus. Loricus ibidem.  
n. Dominus noster non quanta deitur confuevit credere, sed voluntatis largitate, & ob hoc etiam parua magna facit, & magna saepe attenuat, quando non hilari promptitudine quae sunt in sumuntur. Chrys. in Genes. hom. 42. Quod ita nolite principes fieri utrum inquit, accipimusque pra omnibus esse mandauit, vt vsque ad duo minuta, calicemque aquae frigidae mensuras huius perderet facticij, pacem promittens est haec desunt, hominibus bonae voluntatis. Prosper. de promissio. parte. 2. ca. 7.  
a. Post comminationem defendenda Ierusalem tanquam commouendus ambitione templi esset, magnificentia lex structionis ostenditur, qui ait destruenda omnia esse, & dispersis totius substitutionis lapidibus diruenda. Templum enim aeternum ad habitationem sancti spiritus consecratur, homo scilicet per agnitionem filij & confessionem patris. Hilarius. Mat. 24.  
r. E regione templi.  
s. Consumenda sint.  
t. Ne insurgebat quidem gens, & non reddebat tributa. Romani autem irati eos infestauerunt & continuis insidiis a clauibus affecerunt, sed nondum finis Ierusalem. Romani enim misericordes erant. Non solum autem bella erant, sed etiam alia clades a Deo imminisset, vt famas & terremotus &c. Theophylastus ibidem.  
u. Rumores.  
v. Neque meditemini.  
w. De qua desolatione dicitur Luc. 21. d. Cum videritis circumdari ab exercitu Ierusalem, tunc scitote quia appropinquat desolatio eius. Chrys. ibidem.  
x. Quae dicta est per Daniele propheta.  
y. Necesso est enim fugientem in hyeme petire. Fuga enim vestrum portate non finit, domum intare non permittit, ignem accendere non conuenit. Similiter nec in sabbato, in quo non licebat nisi certum spatium via ambulare. Chrys. ibidem.  
z. Fiat fuga vestra.

† Deut. 4. f  
Matt. 22. d  
Rom. 13. c  
Galat. 5. c  
Iacob. 2. b  
1. Cor. 8. b  
Eph. 4. g  
Matt. 22. d  
Luc. 20. g  
† Psal. 109. a  
Math. 23. a  
Luc. 11. f  
20. g  
† Matt. 23. a  
Luc. 11. f  
20. g  
† Luc. 23. a  
Anno do. 54  
† Mat. 24. a  
Luc. 19. g  
& 21. b  
† Mat. 7. d  
& 24. a  
Luc. 21. b  
1. Cor. 1. d  
Eph. 5. b  
† Mat. 10. c  
Ioan. 6. a  
† Mat. 10. d  
Luc. 11. b  
† Mat. 10. c  
& 24. b  
Dauid. 9. g  
† Mat. 7. c  
Luc. 11. c  
† Mat. 24. d  
Luc. 17. c

tenta ad seducendos si fieri potest, etiam electos. Vos ergo videte. Ecce prædixi vobis omnia. <sup>†</sup> Sed in illis diebus post tribulationem illam, sol cõtenebrabitur: & luna non dabit splendorem suum. Et stellæ cœli erunt decedentes, & virtutes quæ sunt in cœlis <sup>6</sup> mouebuntur. ] Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cum virtute multa & gloria. <sup>f</sup> Et tunc mittet angelos suos, & congregabit electos suos à quatuor ventis, à summo terræ vsque ad summum cœli. <sup>†</sup> & A ficu autem discite <sup>7</sup> parabolam. ] Cum iam ramus eius tener fuerit, & nata fuerint folia, cognoscitis quia in proximo sit æstas. Sic & vos cum videritis hæc fieri, scitote quòd in proximo sit in ostiis. Amen dico vobis, quoniã non transibit generatio hæc, donec omnia ista fiant. <sup>†</sup> Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. De die autem illo vel hora nemo scit, neque angeli in cœlo <sup>8</sup> neque filius, nisi pater. Videte, vigilate: & orate. Nescitis enim quando tempus sit. <sup>†</sup> Sicut homo qui peregre profectus reliquit domum suam, & dedit seruis suis potestatem <sup>9</sup> cuiusque operis, ] & ianitori præcepit vt vigilet. <sup>†</sup> Vigilate ergo. Nescitis enim quando dominus domus veniat, sero, an media nocte, an gallicantu, an mane: ne cum venerit repente, inueniat vos dormiẽtes. Quod autem vobis dico, omnibus dico: vigilate.

sc. Sydera in iudicio videbuntur obscura non lucis sue diminutione, sed superueniente vertu-  
minis claritate, id est, summum iudicium. Beati ibid. ]  
6. Vel commouebuntur.  
f. Et nota quòd tuba mortuos excitabit, excitatos autem congregabunt angeli, congregatos vero rapiunt nubes, sicut dixit Paulus, i. Thellalo. 4. in occursum domini in aera. Euthym; Match. 24.  
7. Similitudinem.  
g. Primum veteres non habent codices Graeci, quod nec filius scit, sed non matrem, si hoc factum, quia scripturas in tempo-  
lauere aliuins. Pone rament ab euangelistis scriptum, medium itaque nomen est filii. Nam & filius hominis dicitur, vt secun-  
dum impudẽtiam assumptionis nostræ diẽ futuri iudicij nescisse videatur. Ambro. de fide lib. 5. cap. 8. Inde & hoc intelli-  
gi potest subtilius: quia incarnatus vnigenitus factusque pro nobis homo perfectus, in natura quidẽ humanitatis nouit diẽ & horam iudicij, sed tamẽ huc non ex natura humanitatis nouit. Quòd ergo in ipsa nouit, non ex ipsa nouit. Gregor. lib. 8. Epistol. cap. 42. Item. An potius omnibus manifestum est, quod nouit quidẽ vt deus, igno-  
rare autem se dicit vt homo. Greg. Nazian. de The. lib. 4.  
8. Vniuersique opus suum.  
a. Fera quarta consilij conuenit, & propterea iclamamus etiã quartis feriis. Illi quidẽ consula-  
bant solemnitate tempus pre-  
termittete: ac nõ permittum est eis, sed ipse sibi ipse tempus pas-  
sionis statuens in pascha cruci-  
figi voluit. Ipse enim erat pas-  
cha verum, vide virtutem eius admirari licet. Theophyl. ibid.  
1. Fere populi.  
b. Leprosus dicitur, quòd tunc esset, & antequam inciperet do-  
minum, pascha vero quam in-  
fecerat dominum, septa iugis, nomen tamẽ manet pristinum, Chrysost.  
2. Pistica pretiosa.  
c. Pistis enim fides, pisticus fide-  
lis, quasi nardi fidelis, & proba-  
tes, non sophistica.  
3. Ad.  
d. Prauenit vt videret corpus meum ad sepulturam. Moris enim erat cum vnguentis sepe-  
lire corpora, vt diuitius incur-  
rupta perdurarent. Euthy. ibid.  
4. Hæc dicitur.  
\* Hinc vnguento.  
5. Hæc dicitur.  
6. Tradetur.  
e. Prima azymorum quatuordecima dies mensis primi est, quan-  
do agnus immolatur, & luna plenissima est, & fœrmentum ab-  
icitur. Hiero. in Matt. 26.  
7. Hidriam.  
8. Diuersorium.  
f. Rursus pasche sacra est disci-  
pulis in cenaculo ac post cenam,  
diẽque vnica ante passionẽ ce-  
lebrata: at nos vero ea in oratio-  
nis domibus & ante cenam, &  
post resurrectionẽ peragimus.  
Surrexit die tertia, nos post lon-  
gum tempus. Greg. Nazianzen.  
in sanctum laucrum.  
g. Antequam consecraretur panis  
est, vbi autem verba accesserint  
Christi, corpus est Christi. De-  
inde audi dicitur: hoc est cor-  
pus meum. Ante verba Christi,  
calix est vini & aquæ plenus, vbi  
verba Christi operata fuerint,  
ibi sanguis efficitur, qui plebs  
redemis. Ergo videte quãtis ge-  
neribus potens est sermo Chri-  
sti vniuersa conuertit. Ambro.  
de sacrament. lib. 4. cap. 5. Nam  
sacramentum istud quod acci-  
pit, Christi sermone consecratur.  
Quòd si tantum valuit sermo  
Eius vt ignem de celo depone-  
ret, non valeret Christi sermo  
vt species mites elementorum  
Idem de his qui mysterijs in-  
iuntur cap. 9. & seq.

*Iudeis in Christum conspirantibus à muliere discipulis murmurantibus vngitur: pascha manducat, in monte orat, à Iudeis Iuda tradente vincitur, apud Caipham accusatur, & à Petro negatur. X LIII.*

† Ezze. 12. b  
Iha. 13. b  
Iere. 23. f  
Iocel. 2. g. &  
3. c  
Iha. 5. g. & 13. b  
Math. 24. d.  
Luc. 21. e  
Danie. 7. d  
† Mat. 24. e  
Luc. 21. f  
34. 10. cap. 34.  
intermittatis.  
† Mat. 24. e  
Luc. 16. d. &  
21. f  
Mat. 23. b  
Luc. 19. b  
† Mat. 24. f  
25. a  
Luc. 19. b  
† Mat. 24. f  
Luc. 12. c

Anno do. 34.  
† Mat. 26. a  
Luc. 22. a  
Ioan. 12. a



**R**at autem Pascha & azyma post biduum, & quærebant summi sacer-  
dotes & Scribæ quomodo eum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant e-  
nim: Non in die festo, ne forte tumultus <sup>1</sup> fieret in populo ] Et cum esset  
Bethaniæ in domo Simonis <sup>b</sup> leprosi, & recumberet, venit mulier habens  
alabastrum vnguenti nardi <sup>2</sup> spicati pretiosi, ] & fracto alabaistro effudit super  
caput eius. <sup>†</sup> Erant autem quidam indignè ferentes intra semetipsos, & dicentes: <sup>3</sup> Vt  
quid perditio ista vnguenti facta est? Poterat enim vnguentum istud venundari plu-  
quam trecentis denariis, & dari pauperibus. Et fremebat in eam. Iesus autem dixit:  
Sinite eam. <sup>†</sup> Quid illi molesti estis? Bonum opus operata est in me. <sup>d</sup> Semper enim  
pauperes <sup>4</sup> habetis ] vobiscum, & cum volueritis, potestis illis bene facere, me autem  
non semper habebitis. Quod habuit hæc fecit, præuenit <sup>e</sup> vngere corpus meum in se-  
pulturam. Amen dico vobis, vbicunq; prædicatum fuerit Euangelium istud in vni-  
uerso mundo, & quod fecit hæc, narrabitur in memoria eius. <sup>f</sup> Et Iudas <sup>7</sup> Scarioth ]  
vnus de duodecim abiit ad summos sacerdotes, vt <sup>6</sup> proderet ] eum illis. Qui audien-  
tes gauisi sunt, <sup>†</sup> & pro miserunt ei pecuniam se daturos. Et quærebat quomodo illum  
opportune traderet. <sup>†</sup> Et primo die azymorum quando pascha immolabatur, dicunt  
ei discipuli: Quòd vis eamus, & paremus tibi vt manduces Pascha? Et mittit duos ex  
discipulis suis, & dicit eis: Ite in ciuitatem, & occurret vobis homo <sup>7</sup> lagenam ] aquæ  
baiulans. Sequimini eum, & quocunq; introierit, dicite domino domus: quia magi-  
ster dicit: Vbi est <sup>8</sup> refectio mea, ] vbi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse  
vobis demonstrabit cenaculum grande, stratum, & illic parate nobis. Et abierunt di-  
scipuli eius, & venerunt in ciuitatem, & inuenerunt sicut dixerat illis, & parauerunt  
Pascha. <sup>†</sup> Vespere autem facto, venit cum duodecim. Et discumbentibus eis & man-  
ducantibus, ait Iesus: Amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me, qui manducat  
mecum. <sup>†</sup> At illi cœperunt contristari & dicere ei singillatim: Nunquid ego? Qui ait  
illis: Vnus ex duodecim qui intigit mecum <sup>9</sup> manum ] in catino. Et filius quidem ho-  
minis vadit, sicut scriptum est de eo. <sup>†</sup> Væ autem homini illi per quem filius hominis  
traderetur. Bonum erat ei, si non esset natus homo ille. Et manducantibus illis, accepit  
Iesus panem, & benedicens fregit, & dedit eis, & ait: Sumite, <sup>9</sup> hoc est corpus meum.  
Et accepto calice, gratias agens, dedit eis. Et biberunt ex illo omnes. Et ait illis: Hic est  
sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur. Amen dico vobis, quòd iam

† Mat. 26. a  
Ioan. 2. a

† Mat. 26. b

† Zach. 11. c  
Mat. 26. b  
Luc. 22. a  
† Mat. 26. b  
Luc. 22. a

† Mat. 26. b  
Ioan. 11. e  
De offic. or.  
c. si sacerdos  
Psal. 40. c  
† Mat. 26. c  
Luc. 22. b

h. Egredietur vero in montem O-  
liuarum, ut solitudo adoretur.  
tus, & detinerent ne tantum tu-  
multum faciât. Nam si in ciui-  
tate ipsum inuadissent, fortassis  
oborta fuisset turba, & inimici  
occisione quâpiâ qua iusta vi-  
deri potuisset apprehensa, vix  
fuisse ipsum iussu de sedicio-  
sum interficere. Theo. ibidem.]  
\* In me.  
11. Auis sine pennis in altis vo-  
lare nititur, sed corpus aggra-  
uat aliâ, ut timore hânnas mor-  
tis, timor Domini superetur.  
Glosa Ordina. post Hieronymum  
ibidem.]  
\* In te.  
9. Ima.  
k. Gethemani dicendû esset, non  
Gethemani: Ge enim vallem,  
seman pinguedinem: est enim  
vallis pinguedinis ad radicem  
montis oliu. rum.  
[1. Non propter mortem tristis  
est, quia eum conditio corpora-  
lis affectus non formidat  
mentis offendit. Nam qui cor-  
pus suscepit, omnia debuit su-  
bire que sunt corporis, ut est-  
rictet, ut sitret, augetur & tri-  
staretur. Distincta a reum nec sic  
cômutat per hos affectus. Be-  
da in Glosa Ordina.]  
20. Manete.  
m. Abba Syriacum est: Hebraei  
enim Ab, patrem dicunt.  
21. Quid ego velim, sed quid tu.  
n. Vbi si de vigilando cantum,  
non etiam de oratio discipulos  
admoneret, solas liberi arbitrij  
vires videtur horcatus. Sed est  
addidit: & orate, factis do: iuit su-  
penni futurum muneris, ut eos  
etiam vigilâtes tationis pro-  
cella nô vinceret. Ambr. de vo-  
ca. gent. lib. 2. cap. 9.  
\* Sciam.  
12. Mentiores.  
\* Elus.  
o. Miser Iudas, & tamē nulli mi  
scabilis, enid infidelitate qua  
magistrâ & dominum tradidit,  
puebat signa que saluatore  
viderat facientē non maiestate  
diuina, sed magicis aribus fa-  
cta. Bequa eum forte audierat  
in monte transfiguratum, time-  
bat ne simili transformacione  
elaberetur & manibus eorū mi-  
nistretur. Hiero. in Mat. cap. 26.  
p. Quidam itaque astra domo  
illa fuisse adolescentulū in qua  
Christus pascha miduauerat.  
Alij autem hunc fuisse dicunt  
Jacobum fratrem domini, qui  
etiam tota vita sua vnica veste  
vehebat. Circumamictus autē  
erat sindone super nudū, videli-  
cet corpus. Bathy. super Matrh.  
cap. 26.  
13. Ad illum omnes principes sa-  
cerdotum.  
[q. Omnes istos ostendit crimi-  
nis participes Eccl. 10. In sy-  
nagoga peccatiū ardebit ignis,  
& in gēte incredula exardescet  
ira, &c. querebat. i. procurabat,  
ac subornabat aduersus Iesum  
testimoniū. Ecce iniustus pro-  
cessus. A falso enim testimonio  
incepti Christi condemnatio.  
Quod fuit deshabile peccatiū.  
Pro. 9. Sex sunt que vit Domi-  
ni: profertem mendacia, tes-  
tim fallacē, &c. Nico. Gor. 1.]  
14. Per.  
15. Quid isti contra testimoniū  
dicunt?  
x. Christus primo tacebat, ut  
manuetudinis & patientie da-  
ret exemplum. Secūdo, quoniam  
accusationes inducte falsæ &  
responsio indigna fuerunt. Ter-  
tio, quia cognouit quidā que-  
quid responderet illi calumnia-  
rentur. Diony. in Mat. 26. cap.  
16. Opus nobis est testibus.  
f. Sub ipso passionis tēpore ab  
ancilla interrogatus est vnus ex  
discipulis beatus Petrus peccati-  
nus Christo cognitus, ita respō-  
dit: Non noui hominem istum,  
& iste latro qui ante non nou-  
erat, exclamat: Memoro mei do-  
mine dū veneris in regnū tuū.  
Quia singularis, & quādam stu-  
penda deuotio? Sub illo tēpore  
credidit reus, quo negauit ele-  
ctus. Eusebius Emisenus de bea-  
to latrone.  
7. In vestibulum.

non bibam de hoc] genimine vitis, vsque in diem illum, cum illud bibam nouum in regno dei. Et hymno dicto exierunt in montem oliuarum. Et ait eis Iesus: Omnes scandalizabimini in nocte ista, quia scriptum est: percutiam pastorem, & dispergentur oves. Sed posteaquam resurrexero, præcedam vos in Galilæam. Petrus autem ait illi: Et si omnes scandalizati fuerint, sed non ego. Et ait illi Iesus: Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac priusquam gallus bis vocem dederit, ter me es negaturus. At ille amplius loquebatur: Et si oportuerit me simul commori tibi, non te negabo. Similiter autem & omnes dicebant. Et veniunt in prædium cui nomen Gethsemani, & ait discipulis suis: Sedete hic donec orem. Et assumit Petrum & Iacobum & Ioannem secum, & cœpit pauere & tædere. Et ait illis: Tristis est anima mea vsque ad mortem. Sustinete hic & vigilate. Et cum processisset paululum, procidit super terram, & orabat vt si fieri posset, transiret ab eo hora, & dixit: Abba pater, omnia tibi possibilia sunt, transfer calicem hunc à me. Sed non quod ego volo, sed quod tu. Et venit & inuenit eos dormientes. Et ait Petro: Simon dormis? Nō potuisti vna hora vigilare? Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro verò infirma. Et iterum abiens, orauit eundem sermonem, dicens. Et reuersus denuo, inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati, & ignorabant quid responderent ei. Et venit tertio, & ait illis: Dormite iam, & requiescite. Sufficit. Venit hora, ecce filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite eamus. Ecce qui me tradet, prope est. Et adhuc eo loquente, venit Iudas Scarioth vnus de duodecim, & cum eo turba multa, cum gladiis & lignis missi à summis sacerdotibus & Scribis & senioribus. Dederat autem traditor eis signum, dicens: Quicumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum, & ducite cautè. Et cum venisset, statim accedens ad eum, ait: Aue] Rabbi: Et osculatus est eum. At illi manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum. Vnus autem quidam de circumstantibus educens gladium percussit seruum summi sacerdotis, & amputauit illi auriculam. Et respondens Iesus, ait illis: Tanquam ad latronem existis cum gladiis & lignis comprehendere me. Quotidie eram apud vos in templo docens, & non me tenuistis. Sed vt impleantur scripturæ. Tunc discipuli eius relinquentes eum, omnes fugerunt. Adolescens autem quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo, & tenuerunt eum. At ille reiecta sindone, nudus profugit ab eis. Et adduxerunt Iesum ad summum sacerdotem, & conuenerunt omnes sacerdotes] & Scribæ & seniores. Petrus autem à longe secutus est eum vsque intrò in atrium summi sacerdotis, & sedebat cum ministris ad ignem, & calefaciebat se. Summi verò sacerdotes & omne concilium quærebant aduersus Iesum testimonium, vt eum morti traderent, nec inueniebant. Multi autem testimonium falsum dicebant aduersus eum, & conuenientia testimonia non erant. Et quidam surgentes, falsum testimonium ferebant aduersus eum, dicentes: Quoniam nos audiui eum dicentem: Ego dissoluam templum hoc manu factum, & post triduum aliud non manu factum ædificabo. Et non erat conueniens testimonium illorum. Exurgens autem summus sacerdos in medium, interrogauit Iesum, dicens: Non respondes quicquam ad ea quæ tibi obiiciuntur ab his? Ille autem tacebat, & nihil respōdit. Rursum summus sacerdos interrogabat eum, & dixit ei: Tu es Christus filius dei] benedicti? Iesus autem dixit illi: Ego sum. Et videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis] & venientem cum nubibus cœli. Summus autem sacerdos scindens vestimenta sua, ait: Quid adhuc desideramus testes? Audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? Qui omnes condemnauerunt eum esse eum mortis. Et cœperunt quidam conspuere eum, & velare faciem eius, & colaphis eum cædere, & dicere ei: prophetiza. Et ministri alapis eum cædebant. Et cum esset Petrus in atrio deorsum, venit vna ex ancillis summi sacerdotis, & cum vidisset Petrum calefacientem se, aspiciens illum, ait: Et tu cum Iesu Nazareno eras. At ille negauit, dicens: Neque scio, neque noui quid dicas. Et exiit foras ante atrium, & gallus canauit. Rursum autem cum vidisset illum ancilla, cœpit dicere circumstantibus: quia hic

+ Zach. 13. 6  
+ Mat. 26. a  
Luc. 22. d  
6. q. i. Initia-  
re.  
+ Mat. 26. c. d  
+ Mat. 26. d  
Ioan. 12. d  
+ Mat. 26. d  
Ioan. 6. g  
+ Mat. 26. c  
Luc. 22. e  
Ioan. 18. a  
+ Mat. 26. c  
Ioan. 18. b  
+ Thre. 4. d  
Mat. 26. f  
+ Ibidem.  
Luc. 22. f  
Ioan. 18. c  
+ Mat. 26. f  
Luc. 22. g  
Ioan. 18. d  
+ Mat. 26. f  
Ioan. 18. g  
+ Mat. 26. g  
Luc. 22. h  
Ioan. 18. e  
+ Mat. 26. g  
Luc. 22. g  
Ioan. 18. g

hic ex illis est. At ille iterum negavit. Et post pusillū rursus qui astabāt, dicebant Petro: Verè ex illis es, nā & Galilæus es. Ille autē cœpit anatematizare & iurare, quia nescio hominem istū quē dicitis. Et statim gallus iterū cantavit. Et recordatus est Petrus verbi quod dixerat ei Iesus: priusquam gallus cantet bis, ter me negabis. † Et cœpit flere.

[f. Cœpit anatematizare r. male dicere sibi ipsū si cognovisset Iesum. Vnde anatematizatio significat iurationem quæ est per execrationem, scilicet quando aliquis imprecatur sibi metipsum malum penæ, si ita sit sicut inponitur ei. De Lira ibid.]  
\* Et loquela tua continet.

*Pilato sistitur, dimisso Barabba morti adiudicatur, crucifigitur, videtur, expirat atque à cruce demissus cum honore sepelitur.* XV.

† Mat. 26. g  
Luc. 22. g

Anno do. 34.  
† Mat. 27. a  
Luc. 23. a  
Joan. 18. e. f



**P**T † confestim mane consilium facientes summi sacerdotes cum senioribus & scribis & uniuerso consilio, vincientes Iesum, duxerunt & tradiderunt Pilato. Et interrogauit eum Pilatus. Tu es rex Iudæorum? At ille respondens, ait illi: Tu dicis. Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. † Pilatus autem rursus interrogauit eum, dicens: Non respondes quicquam? † Vide in quantis te accusant. Iesus autem amplius nihil respondit, ita vt miraretur Pilatus. † Per diem autem festum solebat dimittere illis vnum ex vincētis quemcūque petissent. Erat autem qui dicebatur Barabbas, qui cum seditionis erat vincētus, qui in seditione fecerat homicidium. Et cum ascendisset turba, cœpit rogare, sicut semper faciebat illis. Pilatus autem respondit eis, & dixit: † Vultis dimittam vobis regem Iudæorum? † Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Pontifices autem concitauerunt turbam, vt magis Barraban dimitteret eis: Pilatus autem iterum respondens, ait illis: † Quid ergo vultis faciat Regi Iudæorum? At illi iterum clamauerunt: Crucifige eum. Pilatus verò dicebat illis: Quid enim mali fecit?

† Mat. 27. b  
Joan. 19. b

† Mat. 27. b  
Luc. 23. c  
Joan. 18. g

† Mat. 27. b  
Luc. 23. c

Joan. 18. g  
& 19. c

Joan. 19. e  
Act. 3. c  
† Mat. 27. c  
Joan. 19. a  
Mat. 27. d

† ibidem.  
Luc. 23. c

† Mat. 27. d  
Luc. 23. c  
Joan. 19. d

† Mat. 27. d  
Luc. 23. d  
† Joh. 2. d

† Mat. 27. e  
Luc. 23. f

† Psal. 21. a

† Mat. 27. f  
Luc. 23. e  
Joan. 19. e  
De celebr. miss. In quadam.

† Mat. 27. g  
Luc. 23. g  
Joan. 19. g

† At illi magis clamabant: Crucifige eum. Pilatus autem volens populo satisfacere † dimisit illis Barabban, & tradidit Iesum flagellis caesum, vt crucifigeretur. † Milites autem duxerunt eum in atrium prætorij, & conuocant totam cohortem, & induunt eum purpura, & imponunt ei plectentes spineâ coronam, & cœperunt salutare eum: Aue rex Iudæorum. † Et percutiebant eaput eius arundine, & conspuiebant eum, & ponentes genua, adorabant eum. Et postquam illuserunt ei, exuerunt illum purpura, & induerunt eum vestimentis suis, & educunt illum, vt crucifigerent eum. † Et angariauerunt prætereuntem quempiam, Simōnem Cyrenæum venientem de villa, patrem Alexandri & Ruffi, vt tolleret crucem eius. † Et perducunt illum in Golgotha locum quod est interpretatum, caluariæ locus. Et dabant ei bibere myrrhatum vinum, & non accepit. Et crucifigentes eum, diuiserunt sibi vestimenta eius mittentes sortem super eis, quis quid tolleret. Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum. Et erat titulus causæ eius inscriptus: Rex Iudæorum. † Et cum eo crucifigūt duos latrones, vnum à dextris & alium à sinistris eius. Et impleta est scriptura quæ dicit: † Et cum iniquis reputatus est. Et prætereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicētes: Vah qui † destruis templum dei, & in tribus diebus reedificas. ] Saluum fac te metipsum descendens de cruce. Similiter & summi sacerdotes illudentes ad alterutrum cum scribis, dicebant. † Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Christus Rex Israel descendat nunc de cruce, vt videamus & credamus. Et qui cum eo crucifixi erant, conuitiabatur ei. Et facta hora sexta, tenebræ factæ sunt per totam terram vsque in horam nonam. Et hora nona exclamauit Iesus voce magna, dicens: † Heloy, Heloy Lammabactani. Quod est interpretatū, Deus meus, Deus meus: vt quid dereliquisti me? Et quidam de circumstantibus audientes dicebant: Ecce Heliam vocat. Currens autem vnus, & implens spongiam aceto, circumponēsq̄ calamo, potum dabat ei, dicens: Sinite, videamus si veniat Elias ad deponendum eum. † Iesus autem emissâ voce magna expirauit. † Et velum templi scissum est in duo, à summo vsque deorsum. † Videns autem Centurio qui ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset, ait: verè homo hic filius dei erat. † Erant autem & mulieres de longe aspicientes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris, & Ioseph mater, & Salomé. Et cum esset in Galilæa sequebantur eum & ministrabant ei: & alix multæ quæ simul cum eo ascenderant Ierosolymam. † Et cum iam sero esset factum,

a. Traditur deinde Pilato gentium iudici. Non enim iudicari eius poterat ex lege, ipse sine dolo acque peccato. Pilarius in Mat. ca. 26.

b. Pilato nihil aliud interrogate criminis, nisi vtrum rex Iudæorum sit, arguuntur impudētias Iudei, quod ne scilicet quidem inuenire potuerint quod obicerent saluatori. Hiero. in Mat. 27. ca.

c. Ecce quanta aduersus te referantur.

d. Barabbas cum simplici r. & duplici b. filius patris interpretatur. Hiero. sup. Mat. 27.

d. Sciebat hoc & sperabat quod nequam præponeret ei homicidam Barabba. Propter hoc ergo sumpta fiducia interrogat: Quem vultis absoluum vobis? Hiero. in Mat. 27.

e. Propter.

e. Vide autem sanguinarias Iudæorum mentes, & Pilati modestiam: æquans enim ipse cōdemnationē meretur, eo quod non strenuè iustum defendit. Nam illi clamabant vt crucifigeretur, ille autē, licet mollis, tentabat eripere à condemnatione Iesum: propterea iterum rogat: Quid faciam de Iesu Theophyl. ibid.

f. Caput Christi percussit qui eum denegare ille Deum: & qui scripture autoritate errorem suum defendit. Quia scriptura arundine solet fieri q̄ arundine caput eius ferunt. Gloſa ordinaria.

g. Non quod Christo propriam crucem bastulanti ac lasco computentur sed ex nimia crudelitate, timētes ne Iesus sub onere crucis succumberet, & ante, quæ crucifigeretur, obiret. Dionys. ibidem.

h. Golgotha.

i. Quomodo igitur hora sexta iuxta ceteros? Quoniam hora sexta iudicatus est morti: & ideo quasi mortuus in hac hora dicitur, hora autem sexta cetera ceteris est, & nona expirauit.

4. Destruit templum.  
5. Aedificat.

i. O infani scelestique homines. An propheta non erant propheta, & illi quos occidit, isti non erant, quoniam deus à periculis non equipit? Imo verò erant certissimi à vobis iniuriæ vocabantur. Qui d igitur huic amentie vestre: a quibus excogitari potest? Chryſost. in Mat. 27. ca. [K. Nec mireris verbarum humilitatem, quæ noniam delicti cum formâ serui scens scandalum crucis videas. Beda ibid.]  
l. Equidem temporis illius multa existere miracula, Deus crucifixus, sol obscuratus, & rursus illuminatus: oportebat enim creaturas creatori compari. Velum scissum, sanguis & aqua ex latere profuens. Hoc tanquã vera hominem, terra cœmota, petre scissis, mo cuius resurgentes in fidem nouissima & communis resurrectionis: Gregorius Nazianzenus in sancturum laudat.

D D



[m. Ioseph venit sero paraescue ab Arimathia, que interpretatur deponens, ad deponendum corpus Christi in monumento. Nobilis decurio expectans redemptionem Dei. Intravit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu. Ioseph inuoluit sindone, &c. Gloriosa naria post Hiero.]

6. De Arimathia.

n. Ioseph apostolorum habet speciem, & idcirco quamquam in duodecim Apostolorum numero non fuerit, discipulus domini nuncupatur. Hic munda sindone inuoluit, & quidem in hoc eodem linteo reperitur de celo ad Petrum uniuersorum animantium genera esse missa. Ite quo forte non superfluum intellegitur sub linteis huius nomine contempserit Christo occidit: quia tum in eo, ut in constitutione ecclesie inuoluitur atque immundorum animalium fuerit cogesta diuersitas. Hila. in Mat. 27. cap. 9.

a. Quid diuersa tempora istarum mulierum in euangelis describuntur, non mendacij signum est, ut impij obiciunt, sed solae uisitationis officium, diu crebro abeunt ac recurrunt, & non patiuntur a sepulchro domini diu abesse, vel longius. Hieron. in Mat. 28. cap.

b. Quomodo lapis per angelum reuolutus sit, Mattheus sufficienter exponit, sed reuolutio lapidis mystice referatio sacramentorum Christi que uelaminis facere licet legalis cogebantur, insinuat. Lex enim in lapide scripta est, cuius ablato regimine gloria resurrectionis ostensa, & abolitio mortis antiquae, & uita nobis speranda perpetua toto capite orbe predicata. Beda. ibid.]

x. Annotum.

c. Marcus super ceteros euangelistas addit & Petro, quem angelus specialiter expressit, ne propter trinam abnegationem dissideret, uel inter discipulos comperere non auderet: sed a seculo paululum cessans consolationem admitteret, quia surrexit. Dion. ibidem 2. p. cecidit.

d. Non enim surrexit mane. Quis enim uidit quando surrexit, sed apparuit mane dominica die, que est prima sabbati, hoc est hebdomadis, quam supra uocauit etiam sabbatum. Mariae Magdalene a qua eiecerat septem demonia, hoc est, multa. Soler enim scriptura septenarium numerum pro multitudinis accipere. Theoph. ibidem.]

e. Non quid hanc preceptionem uel larum nationum, uel uirumque hominum facta discretio est? Neminem merito excepit, neminem separauit genere, neminem conuisione distinxit. Ad omnes prorsus homines missum est euangelium Christi: & ne praedicationum uisibilis humano tantum uideretur, uere peragenda, ecce, inquit, uoliscum sum, &c. Ambr. de uocat. gentium 11. ca. 1. 3. Per subsequencia signa.

quia erat Parascue (quod est ante sabbatum) <sup>m</sup> uenit Ioseph <sup>e</sup> ab Arimathia] nobilis Decurio, qui & ipse erat expectans regnum dei. Et audacter introiuit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu. Pilatus autem mirabatur si iam obiisset. Et accersito Centurione, in terrogauit eum si iam mortuus esset. Et cum cognouisset a Centurione, donauit corpus Ioseph. <sup>4</sup> Ioseph autem mercatus sindonem, & deponens eum inuoluit sindone, & posuit eum in monumento quod erat excisum de petra, & aduoluit lapidem ad ostium monumenti. Maria autem Magdalene & Maria Ioseph aspiciebant ubi poneretur.

*Mulieribus ad monumentum cum aromatibus mane uenientibus angelus resurrexisset Christum nuntiat, qui post multas apparitiones ipsis cernentibus in caelos ascendit.*

XVI.

**B** <sup>T</sup> cum transisset sabbatum, <sup>a</sup> Maria Magdalene & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata, ut uenientes uingerent Iesum. Et ualde mane una sabbatorum, ueniunt ad monumentum, orto iam sole. Et dicebant adinuicem: <sup>b</sup> Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes uiderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus ualde. <sup>†</sup> Et introeuntes in monumentum uiderunt iuuenem sedentem in dextris <sup>†</sup> coopertum] stola candida, & obstupuerunt. Qui dicit illis: Nolite expauescere. Iesum quaeritis Nazarenum crucifixum: surrexit, non est hic. <sup>†</sup> Ecce locus ubi posuerunt eum. Sed ite, dicite discipulis eius & <sup>†</sup> Petro, quia <sup>†</sup> praecedet] uos in Galilaeam. Ibi eum uidebitis, sicut dixit uobis. At illae exeuntes fugerunt de monumento. Inuaserat enim eas tremor & pavor, & nemini quicquam dixerunt. Timebant enim. <sup>†</sup> Surgens autem Iesus mane prima sabbati apparuit primo Mariae Magdalene, de qua eiecerat septem demonia. Illa uadens nuntiauit iis qui cum eo fuerant lugentibus & flentibus, & illi audientes quia uiueret & uisus esset ab ea, non crediderunt. <sup>†</sup> Post haec autem duobus ex iis ambulatibus ostensus est in alia effigie euntibus in uillam, & illi euntes nuntiauerunt ceteris, nec illis crediderunt. <sup>†</sup> Nouissime autem recumbentibus illis undecim apparuit, & exprobrauit incredulitatem eorum & duritiam cordis, quia iis qui uiderant eum resurrexisse non crediderunt. Et dixit eis: <sup>†</sup> Euntes in mundum uniuersum praedicate euangelium omni creaturae. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui uero non crediderit, condemnabitur. <sup>†</sup> Signa autem eos qui crediderint, haec sequentur: In nomine meo demonia eiciant, linguis loquentur nouis, serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super aegros manus imponent, & bene habebunt. <sup>†</sup> Et dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in caelum, & sedet a dextris dei. <sup>†</sup> Illi autem perfecti praedicauerunt ubique, domino cooperante & sermonem confirmante, sequentibus signis.]

VITA DIUI LUCÆ PER D. HIERONYMUM.

**L** <sup>U</sup>cas medicus Antiochensis, ut eius scripta indicat, Graeci sermonis non ignarus fuit, sectator apostoli Pauli, & omnis peregrinationis eius comes: scripsit euangelium, de quo idem Paulus: Misimus, inquit, cum illo fratrem, cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias. Et ad Colossenses: Salutat uos Lucas medicus charissimus. Et ad Timotheum: Lucas est mecum solus. Aliud quoque edidit uolumen egregium, quod titulo, <sup>†</sup> *actuum apostolorum* praenotatur, cuius historia usque ad biennium Romae commorantis Pauli peruenit, id est, usque ad quartum Neronis annum. Ex quo intelligimus in eadem urbe librum esse compositum. Igitur <sup>†</sup> *actuum* Pauli & Thecla, & totam baptizati Leonis fabulam, inter apocryphas scripturas computamus. Quale enim est, ut inuiduus comes Apostoli, inter ceteras eius res, hoc solum ignorauerit? Sed & Tertullianus uicinus eorum temporum, refert presbyterum quendam in Asia <sup>†</sup> *actuum* apostoli Pauli, conuictum apud Ioannem, quod auctor esset libri, & confessum se hoc Pauli

†Mat. 27.g  
Luc. 23.g  
Ioan. 19.g

A Anno do. 34.  
†Mat. 28.a  
Luc. 24.a  
Ioan. 20.a

†Mat. 28.a  
Luc. 24.a

B

†Luc. 24.e

†Mat. 28.d  
Luc. 24.f  
Ioan. 20.c

†Mat. 10.b  
Luc. 10.c

†Act. 1.b  
Luc. 7.4.g  
†Dif. 11.c  
In nona.

anno.

amore fecisse, & ob id excidisse. Quidam sufficantur, quotiescunque in epistolis suis Paulus dicit, iuxta euangelium meum, de Luca significare volumine. Et Lucam non solum ab apostolo Paulo didicisse euangelium, qui cum domino in carne non fuerat, sed à ceteris apostolis. Quod ipse quoque in principio sui voluminis declarat, dicens: Sicut tradiderunt nobis qui à principio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis. Igitur euangelium, sicut audierat, scripsit. Acta vero apostolorum, sicut viderat, composuit. Vixit octoginta & quatuor annos, uxorem non habens. Sepultus est Constantinopoli, ad quam urbem vicefimo Constantij anno ossa eius cum reliquiis Andreae apostoli translata sunt de Achaia.

INCIPIT PRÆFATIO BEATI HIERONYMI PRESBYTERII in Euangelium secundum Lucam.

**L**ucas Syrus, natione Antiochensis, arte medicus, discipulus Apostolorum, postea Paulum secutus, usque ad consummationem eius seruiens domino sine crimine. Nam neque uxorem unquam habuit, neque filios: <sup>1</sup> septuaginta] & quatuor annorum obiit in Bitbynia, plenus spiritu sancto. Qui, cum iam scripta essent Euangelia per Mattheum quidem in Iudæa, per Marcum autem in Italia, sancto instigante spiritu, in Achaie partibus hoc scripsit Euangelium: significans etiam ipse in principio, ante suum alia esse descripta. Cui extrinsecus ea que ordo Evangelicæ dispositionis exposcit, ea maxime necessitas laboris fuit, ut primum Græcis fidelibus omni prophetatione venturi in carnem dei Christi manifestata humanitate, ne Iudaicis fabulis attentis in solo legis desiderio tenerentur, vel ne hæreticis fabulis & stultis sollicitationibus seducti exciderent à veritate, elaboraret: dehinc ut in principio Evangelij Ioannis natiuitate præsumpta, cui Euangelium scriberet, & in quo electus scriberet, indicaret, constans in se completa esse, quæ essent ab aliis inchoata. Cui ideo post baptismum filij dei à perfectione generationis in Christo impleta, repetenda à principio natiuitatis humane potestas permissa est, ut requirentibus demonstraret, in quo apprehendens erat per Nathan filium Dauid introitu recurrentis in deum generationis admissio, indispensabilis dei, ut prædicans in hominibus Christum suum, perfecti opus hominis redire in se per filium faceret, qui per Dauid patrem venientibus iter præbebat in Christo. Cui Lucæ non immerito etiam scribendorum actuum Apostolorum potestas in ministerio datur, ut deo in deum pleno, & filio perditionis extincto, oratione ab apostolis facta, sorte domini electionis numerus compleretur. Sicque Paulus consummationem Apostolicis actibus daret, quem diu contra stimulum recalcitrantem dominus elegerat. Quod & legentibus ac requirentibus deum, etsi per singula expediri à nobis utile fuerat, sciens tamen quod operantem agricolam oporteat primum de suis fructibus edere, vitauimus publicam curiositatem, ne non tam volentibus deum, demonstrare videremur, quam fastidientibus prodidisse.

PROOEMIUM IPSIVS BEATI LUCÆ  
in Euangelium suum.

**Q**uoniam quidem multi conati sunt ordinare <sup>1</sup> narrationes, quæ in nobis completae sunt, rerum, ] sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis, visum est & mihi affectuo omnia à principio <sup>2</sup> diligenter] ex ordine tibi scribere optime Theophile, ut cognoscas eorum verborum de quibus eruditus es, <sup>3</sup> veritatem. ]

<sup>1</sup>. Narrationem peractarum in nobis rerum.

<sup>2</sup>. Exactè.

<sup>3</sup>. Certitudinem.

# Incipit Euangelium secundum Lucam.

*Elisabeth Ioanne concepto à Maria pręgnante visitata filium parit, Zacharia patre prius nato prophetante.* Caput. I.

4. Viginti quatuor foribus in ministerium templi distributi fuerant sacerdotes, ut in ordine vicis suę quisque sacerdotali fungeretur officio, in hoc ergo octavam sortem Abi habuit: de qua vice Zacharias sacerdos fuit. Eucherius.

b. Non solum igitur à parentibus, sed & etiã à maioribus sancti Ioannis nobilitas propagatur, non seculari potestate sublimis, sed religionis successione venerabilis. Ambr. ibid.

1. Irreprehensibiles.

c. Iustorum mulieres & iustę sepe steriles fuerunt: ut discas legem nõ exigere corporaliu filiorum procreationem, sed spirituum. Prouerbia eccl. 1. 10. Erant tam corpore quã animã. Teo phylactus ibidem.

4. Inuis erat altare thymiamatis sicut incensum, extra uero altare su per quod offerbantur animalia & oblationes, à dextris autē stetit ut qui prospexit & bona nũ tiaturus uenerat. Euth. ibidem.

e. Duo sunt in nouo testamẽto, quibus nomina quequã nascerecentur imposita sunt, Iesus & Ioannes. In ueteri autē quatuor Ismael, Isaac, Salomon, & Iosias.

f. Felix qui uenturus in huius mundi labores, prius uisitare gratiam quã ut eam prius benedictionẽ meruit haurire quã lacem. Euseb. Emis. ho. 1. de S. Ioan. Baptil.

2. Inobedientes.

3. Infructum.

g. Gesta autem sunt hec ante primum annum imperij Tyberij Cæsaris, mense Septembri, octauo. Calend. Octob. incipit luna uendecima, quando oportebat Iudæos ieiunium scenopegie celebrare. Chryso. de natiuitate S. Ioan. Baptil.

h. Vides quomodo Iudæi expe dabant & permanebant donec exiret summus sacerdos. At nos Christiani nisi mox ut ingressi fuerimus in templum iterum egrediamur, exilimamus malę nobiscum agi. Iminebat autem papulo Zacharias forte roganti filij eausum. Quia enim loqui non poterat per nutum significabat Theoph. ibidem.]

i. Miraris quod Nazareth parua ciuitas & tanti regis nuntio illustretur & tanto sed magnus latet in hac ciuitate thesaurus: later, inquam, homines, non deũ Bernar. Ser. 3. in Annuntia. do.

4. Gratiosa.

5. Inter mulieres.

6. Vidisset.

k. Regnum potius ei spirituale designatur, in quo expulso mędi principe in animis fidelium per totum mędi ambitum erat regnaturus. Cyril. sup. Ioan. cap. 7. lib. 7.

7. Super domum.

l. Maria cum uidisset ab angelo quod uirgo esset paritura filium, respondit: Quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognoui? Et iure respondit. Hoc est, cum id quod natura est, non superpetat, quia non solet parere uirgo quę uito non fuerit copulata: quare quomodo poterit in sterua natura possim generare? Amb. de Abraham li. 2. ca. 8.

m. Sicut Heua inobediens facta est sibi & uniuerso generi humano causa mortis, sic Maria obediens facta est sibi & uniuerso generi humano causa salutis. Iren. lib. 3. ca. 11. aduer. Valent.

8. Subsistit.



Vit in diebus Herodis Regis Iudęe, sacerdos quidam nomine Zacharias <sup>†</sup> de <sup>a</sup> vice Abia, <sup>b</sup> & vxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Elisabeth. Erant autem iusti ambo ante deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini <sup>†</sup> sine querela.] Et non erat illis filius, eo quod esset Elisabeth sterilis, <sup>c</sup> & ambo processissent in diebus suis. <sup>†</sup> Factum est autem cum sacerdotio fungeretur Zacharias, in ordine vicis suę ante deum, <sup>†</sup> secundum consuetudinem sacerdotij, sorte exiit ut incensum poneret, ingressus in templum domini. Et omnis multitudo populi erat orans foris hora incensu. <sup>†</sup> Apparuit autem illi angelus domini stans à dextris <sup>d</sup> altaris incensu. Et Zacharias turbatus est videns, & timor irruit super eum. Ait autem ad illum angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua. <sup>e</sup> Et vxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & uocabis nomen eius <sup>e</sup> Ioannem: & erit gaudium tibi & exultatio, & multi in eius natiuitate gaudebunt. Erit enim magnus coram domino, & uinum & siceram non bibet. <sup>f</sup> Et spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suę, <sup>†</sup> & multos filiorum Israel conuertet ad dominum deum ipsorum. Et ipse precedet ante ipsum in spiritu & uirtute Elię, ut conuertat corda patrum in filios, & <sup>g</sup> incredulos] ad prudentiam iustorum, parare domino plebem <sup>h</sup> perfectam.] Et dixit Zacharias ad angelum: Vnde hoc sciam? <sup>†</sup> Ego enim sum senex, & vxor mea processit in diebus suis. Et respondens angelus, dixit ei: Ego sum Gabriel qui asto ante deum, & missus sum loqui ad te, & hæc tibi euangelizare. <sup>g</sup> Et ecce eris tacens, & non poteris loqui usque in diē quo hæc fiant, <sup>†</sup> pro] eo quod non credidisti uerbis meis, quę implebuntur in tempore suo. <sup>h</sup> Et erat plebs expectans Zachariam, & mirabantur quod tardaret ipse in templo. <sup>g</sup> Egressus autem non poterat loqui ad illos. Et cognouerunt quod uisionem uidisset in templo. Et ipse erat innuens illis, & permansit mutus. Et factum est ut impleti sunt dies officij eius, abiit in domum suam. Post hos autem dies concepit Elisabeth vxor eius, & occultabat se mensibus quinque dicens: Quia sic fecit mihi dominus, in diebus quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines. <sup>†</sup> In mense autem sexto, missus est angelus Gabriel à deo in ciuitatem Galilęe cui nomen <sup>i</sup> Nazareth, ad uirginem desponsatam uiro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, & nomen uirginis Maria. Et ingressus angelus ad eam, dixit: Aue <sup>†</sup> gratia plena, dominus tecum, benedicta tu <sup>i</sup> in mulieribus.] Quę cum <sup>e</sup> audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei: Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud deum. <sup>†</sup> Ecce concipies in utero, & paries filium, <sup>†</sup> & uocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & filius altissimi uocabitur. <sup>g</sup> Et dabit illi dominus deus sedem Dauid patris eius, <sup>†</sup> & regnabit <sup>h</sup> in domo] Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Dixit autē Maria ad angelum. <sup>†</sup> Quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognosco: Et respondens angelus, dixit ei: <sup>†</sup> Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te] sanctu, uocabitur filius dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi quę uocatur sterilis, quia non erit impossibile apud deũ omne uerbum. Dixit autem Maria: <sup>m</sup> Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum uerbum tuum. Et discessit ab illa angelus. Exurgens autem Maria in diebus illis, abiit in montana cum festinatione in ciuitatē Iuda, & intrauit in domum Zacharię, & salutauit Elisabeth. Et factu est ut audiuit salutationē Marię Elisabeth, <sup>g</sup> exultauit] infans in utero eius. Et repleta est spiritu sancto Elisabeth, & exclamauit uoce magna, & dixit: <sup>†</sup> <sup>g</sup> Benedicta tu

† Anni ante Christum 2. Anni mundi 3960. Tit. Par. 24. a

† Dist. 1. ca. Tenere. † Leui. o. d. Intra. 2. b

† Acto. 12. 5. 2. quest. 1. 4. Nõne.

† Malc. 4. 5. Mat. 1. 1. b

† Gen. 1. 1. b

† Iud. 1. 1. b. † Psal. 114. d. † Malc. 4. 1. d. † Malc. 4. 1. b

† Anni ante Christum 2. Anni mundi 3961.

† Isa. 7. 1. 2. † Insa. 1. 1. 2. † Mat. 1. 1. 2. † Iud. 1. 1. 2. † Iud. 1. 1. 2. † Dan. 7. 1. 2. † Mich. 1. 1. 2. † 1. 1. 2. † 1. 1. 2. † Insa. 1. 1. 2. † Mat. 1. 1. 2.

† Iud. 1. 1. d

dicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutationis tue in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata quæ credidisti, quoniam perficientur ea quæ dicta sunt tibi à domino. Et ait Maria: Magnificat anima mea dominum. Et exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna, qui potens est, & sanctum nomen eius. Et misericordia eius à progenie in progenies, timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiae suæ. Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham & semini eius in secula. Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus, & reuersa est in domum suam: Elisabeth autem impletum est tempus pariendi, & peperit filium. Et audierunt vicini & cognati eius: quia magnificauit dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei. Et factum est in die octauo venerunt circumcidere puerum, & vocabant eum nomine patris sui Zachariam. Et respondens mater eius, dixit: Nequaquam, sed vocabitur Ioannes. Et dixerunt ad illam: Quia nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius quem vellet vocari eum. Et postulans pugillarem scripsit, dicens: Ioannes est nomen eius. Et mirati sunt vniuersi. Apertum est autem ilico os eius & lingua eius, & loquebatur benedicens deum. Et factus est timor super omnes vicinos eorum, super omnia montana Iudææ divulgabantur omnia verba hec: & posuerunt omnes qui audierunt in corde suo, dicentes: Quis putas puer iste erit? Etenim manus domini erat cum illo. Et Zacharias pater eius impletus est spiritu sancto, & prophetauit, dicens: Benedictus dominus deus Israel, quia visitauit, & fecit redemptionem plebi suæ. Et crexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorum, qui à seculo sunt Prophetarum eius. Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos: Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & memorari testamenti sancti: Iurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis. Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi: In sanctitate & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris. Et tu puer Propheta altissimi vocaberis, præbis enim ante faciem domini parare vias eius: Ad dandam scientiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorum eorum: Per viscera misericordiae dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto. Illuminare iis qui in tenebris & in umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Puer autem crescebat & confortabatur spiritu, & erat in desertis vsque in diem ostensionis suæ ad Israel.

*Christus in Bethlehem natus à pastoribus visitatur octaua circumciditur die, in templum delatus à Simeone & Hanna cognoscitur, & duodecimo ætatis anno à parentibus reperitur.*

II.

Isa. 41. b  
Is. 30. d. 54. b  
Ier. 31. a. d  
Psal. 131. c

Gen. 22. c

† Anni ante  
Christum na-  
tum. 91.  
Anni mundi  
3961.

Ier. 2. b  
Ab. 11. c

Psal. 73. e  
23. d  
Ier. 23. a  
30. b

Ier. 31. f  
Gen. 22. e  
Psal. 104. d  
Ecc. 4. 4. d  
Heb. 6. c. d

† Malac. 9. a  
Zach. 3. d

† 1. Reg. 2. d

Anno. do. i.  
Anni mundi  
3962.

† Mat. 1. d

† Ad. 11. a  
Ab. 9. a  
Eph. 2. d

**F**actum est autem in diebus illis, exiit edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Hæc descriptio prima facta est à Præsede Syriae Cyrino. Et ibant omnes vt profiteretur, singuli in suam ciuitatē. Ascendit autem & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudæam, ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethlehem, eo quod esset de domo & familia Dauid, vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore prægnante. Factum est autem cum essent ibi, impleti sunt dies vt pareret. Et peperit filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum. Ecce angelus domini stetit iuxta illos, & claritas dei circumfulsit illos, & timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus: Nolite timere: Ecce enim euan-

[In Quibus meritis accidit mihi sterili & seni, & secundæ reputatione homini maledicta, vt veniat ad me mater domini mei virgo fecunda & benedicta ad mulierem corruptam. Nicol. de Gorran.]

o. Eleuauit Ioannem in vtero constituti, qui ad vocem eius exiuit, & infans exultauit in gaudio, prius sensu deuotionis quam spiritus infusione vitalis animatus. Amb. in huius. virg. nis. cap. 13.

p. Filius virginis ab angelo promittitur, à spiritus sancto donatur, & quasi verè deus credendo concepit. Eusebius Emili de natu. do. he. r.

9. Creditur.

10. Abhinc.

11. In progenies progenierum, vel in progeniem, & progenie.

12. E solis.

q. Igitur sicut esurientes dicere licet, eosdem Gentiles, vt pota non habentes vel scripturas vel legem, vel mandata, quos impleuit bonis scripturarum, ita & Iudeos diuites & in lege ac mādatis: quos etiam emisit extra terrenam & celestem Ierusalem inanes. Nihil tenent habere Iudæi, etiam si quid habere videntur. Theoph. ibidem.

r. Zacharie natus intimare vocabulum filij nequirit vxori, sed per prophetiam Elisabeth didicit quod non dicebat: ut miris: Iosnes est, inquit, nomen eius. Hoc est, non ei nomen imponimus, qui iam à deo nomen accepit. Ambro. super Luc. lib. 2. cap. 1.

13. Quidnam.

14. Tabellam.

15. In vniuersis montanis.

[f. Ecce enim vnum Zacharie silentium non ipse tantum cum datur ad penam incredulitatis, & signum credendi producit: sed & cum auferret, omnes vicinos eius miraculo ac timore stupescit. Theophylact. ibid.]

16. Plebi.

17. Tuerunt, prophetarum suorum.

r. Ecce loquella que sola abita est dissident, cum spiritu prophetæ reddita est credenti. Beda ibidem.

u. Exiit autem hoc cornu salutem & redemptionem ab inimicis nostris visibilibus & invisibilibus. Euthym. ibidem.

18. Memorandum.

x. Si quis hominem qui verè sapit interroget cuius rei gratia natus sit, respondebit increpidus ac paratus colendi: se dei gratia natum: qui nos ideas generauit, vt ei seruiamus. Seruire autem deo nihil aliud est, quam bonis operibus rueri & conseruare iustitiam. Laçan. de falsâ sapient. lib. 3. cap. 9.

19. Vite nostræ.

20. Vt illucescat.

a. Propterea sic descriptio, vt cõ omnes in suas patrias irent, ascenderet & virgo in Bethlehem que eius patria erat, nascereturque dominus sic in Bethlehem, ac impleteret prophetiam. Theophylactus ibidem.

\* In.

b. Bethlehem ciuitas est foris Iudæa distans à Ierusalem sex mille passibus, ab Iope mille quadraginta sex. Hierony. que & Ephraim dicitur. Et etiam altera huius nominis in Galilæa foris Zabulon.

c. Quare in præsepio? Vt completeret vacinimum Iſaiæ prophetæ. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepè domini sui. Chryl. de natu. do. homin.

1. Eis.

2. Incumbentes in agro, & obseruantes eiusmodi.

3. Gloria domini.

f. Cum nox esset non ait, hac nocte, sed hodie, quia scilicet gaudium venerat nunciare. Vbi enim tristitia geruntur, noctis metio solet fieri, vt scandalum patientini in menore ista: vel quia nox illa ex claritate diuina predicta fuerat P'al. 138. Et nox fluit dies, illuminabitur. Glosa ordin. cum Lyrano. ibid. j

e. Nam & vocatur nomen eius verbum dei, nec immerito: Eructauit inquit, verbum boni cor meum: quod verum regis nomine consequenter appellauit inferendo: dico ego opera mea regi. Per ipsum enim omnia facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Tertul. de trinit.

4. Audierunt. 5. Super.

f. Iste est annus 42. Octauiani Cæsaris, in cuius sine natus est Christus. Ideo duplex annus domini numeratur: vnus natiuitatis, de quo septem scilicet dies habuit, vt pote qui in sine anni se natus. Alter etatis, ex 12. mensibus constant: inde est, iuxta natiuitatis annum numerando, secundum annum in die circuncisionis incepit, qui primus anni dies erat.

g. Eo quod in columba spiritus sanctus sit, in turture incorrupte generationis natura, vel immaculati corporis castimonia. Amb. de Abraham lib. 2. cap. 8.

6. Plus.

h. Salutare dei est Christum legat in euangelio, dicente Simeo se sene, quando cognouit eum in manibus matris, carne minimum, spiritu maximum, acceptoque in manus suas, ait: Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutem tuam. Aug. contra aduers. legis & propheta. lib. 1. cap. 11.

i. In ruinam, non creditum ei, quibus & maiorem damnationem quam Sodomorum & Gommorum in iudicio comminatus est. In resurrectionem autem credentium, & facientium vultu patris eius, qui in caelis est. Irenaeus lib. 3.

k. Doceret enim Hanna quales de eae esse viduas, que immaturo matris sui obitu destituta maritum tamen à deo remunerationem laudis inuenit, non minus religionis officio, quam studio castitatis in te. Amb. de uidiis.

7. Anno rum fecit.

\* Vicissim.

8. Ierusalem.

l. Non continud vt natus est, in ciuitate suam venit, sed in Bethlehlem quadraginta est remoratus diebus: vt his qui diligētius vellent de ipso cuncta rimari, occasionem inquisitionis ingereret. Chryl. ex. 2. ca. Mat. ho. 7.

\* Spiritu.

m. Vnum quidem diem cōsumperunt quando venerunt iterum re die: & requirebant eum inter cognatos & notos: alterum quando non inuenio eo reuerti sunt in Ierusalem quærentes illum: circiter verd tertium diem inueniunt illum. In templo inuenit Christus, siue in sacro loco, & in sacro negotio, ac in sacro homine. Euchy. ibid.

\* Eum.

n. Inde tot sequentibus signis cum sterili pareret, virgo conciperet, loqueretur mutus, adoraret Magus, expectaret Simeon, sidera nōtarent, Maria mobilis ad introitum, immobilis ad miraculum, conseruabat hæc omnia in corde suo. Amb. de virginibus lib. 2.

o. Ille proficiebat, non quod incrementum aliquod susciperet. Quid enim ex perfectis à principio perfectius fuit? sed quia hæc paulatim deregebantur, & apparebant. Gregorius Nazianze. oratio. 8.

gelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Saluator qui est Christus dominus in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signum: Inuenitis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio. † Et subito facta est cum angelo multitudo militiae cœlestis laudantium deum, & dicentium: Gloria in altissimis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Et factum est vt discesserunt ab eis angeli in cœlum, pastores loquebantur adinuicem: Transeamus vsque Bethlêhem, & videamus hoc verbum quod factum est, quod fecit dominus & ostendit nobis. † Et venerunt festinantes, & inuenerunt Mariam & Ioseph, & infantem positum in præsepio. Videntes autem cognouerunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui † audierant ] mirati sunt, & ] de iis quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes & laudantes deum in ] omnibus quæ audierant & viderant, sicut dictum est ad illos. † Et postquam consummati sunt dies octo, † vt circumcideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus. Quod vocatum est ab angelo priusquam in vtero conciperetur. † Et postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legem Moyfi, tulerunt illum in Ierusalem, vt sifterent eum domino, sicut scriptum est in lege domini. † Quia omne masculinum ad aperiens vuluam, sanctum domino vocabitur. † Et vt darent hostiam, secundum quod dictum est in lege domini par turturum, aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in Ierusalem cui nomen Simeon. Et homo iste iustus & timoratus, ] expectans consolationem Israel, & spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat à spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum domini. Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo, & ipse accepit eum in vlnas suas, & benedixit deum, & dixit: Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei, h salutare tuum: quod parasti ante faciem omnium populorum: lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel. † Et erant pater eius & mater eius mirantes super iis quæ dicebantur de illo. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius: † Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat Hanna prophetissa filia Phanuel de tribu Affer, hæc processerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua. Et hæc vidua † vsque ad annos ] octoginta quatuor, quæ non discedebat de templo, ieiuniis & obsecrationibus seruans nocte ac die. Et hæc ipsa hora superueniens † confitebatur domino, & loquebatur de ipso omnibus qui expectabant redemptionem Israel. ] Et vt perfecerunt omnia secundum legem domini, † reuersi sunt in Galilæam in ciuitatem suam Nazareth. Puer autem crescebat & confortabatur, † plenus sapientia, & gratia dei erat in illo. Et ibant parentes eius per omnes annos in Ierusalem, in die solenni Paschæ. † Et cum factus esset annorum duodecim, ascendit illis Ierosolymam, secundum consuetudinem diei festi, cōsummatisque diebus eū redirent, remansit puer Iesus in Ierusalem, & non cognouerunt parentes eius. † Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iterum diei, & requirebant eum inter cognatos & notos. Et non inuenientes eum: regressi sunt in Ierusalem, requirentes eum. † Et factū est post triduum, inuenerunt eum in templo sedentem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem eos. (Stupebant autem omnes qui eum audiebant, super prudentia & responsis eius.) Et videtes † admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos: Quid est quod me quærebatis? Nesciebatis quia in iis quæ patris mei sunt, oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad eos. Et descendit cum eis, & venit Nazareth, & erat subditus illis. Et mater eius cōseruabat omnia verba hæc in corde suo. † Et Iesus proficiebat sapientia & ætate & gratia apud deum & homines.

† De conf. di. i. c. Noct. De hyemis Hi duo.

† Gene. 17. d. Iere. 4. 2. 25. quæst. 1. c. Ideo permittente. † Leuit. 12. a. Exod. 34. e.

† Leuit. 5. b. 12. c. Num. 8. e. Leuit. 12. e.

† Isa. 6. Zach. 4. g. Rom. 9. g. 1. Pet. 2. b.

Anno do. 11. † Infr. 18. b. 16. 27. d. Ado. 3. a.

† Di. 16. Qui ecclesiasticus. Mar. 7. g. Marc. d.

† 1. Reg. 22.



Ioannes penitentiam predicans Christum cum turbis baptizat, quem dei filium signo caelesti agnoscit, & cuius genealogia per matrem textitur. 111.

Anno do. 30.



Anno autem quintodecimo Imperij<sup>a</sup> Tyberij Caesaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, Tetrarcha autem Galilææ Herôde, Philippo autem fratre eius Tetrarcha<sup>b</sup> Iturææ & Traconitidis regionis, & Lyfania Abilænæ Tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna & Caipha, factum est verbum domini super Ioannem Zachariæ filium, in deserto. † Et venit in omnem regionem<sup>c</sup> Iordanis, ] predicans<sup>d</sup> baptismum penitentiae in remissionem peccatorum, sicut scriptum est in libro sermonum Isaiaë prophetæ: † \* Vox clamantis in deserto, parate viam domini, rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebitur, & omnis mōs & collis humiliabitur. † Et erunt<sup>e</sup> prava in directa, ] & aspera in vias planas, & videbit omnis caro salutare dei. Dicebat ergo ad turbas quæ exhibant vt baptizarentur ab ipso: † Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructus dignos penitentiae: & ne cœperitis dicere: \* patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quia potens est deus<sup>e</sup> de lapidibus istis suscitare filios Abraham: † f Iam enim securis ad radicem<sup>g</sup> arboris] posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Et interrogabant eum turbæ, dicentes: Quid ergo faciemus? Respondens autem, dicebat illis: † Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat. Venerunt autem & publicani, vt baptizarentur, & dixerunt ad illum: Magister, quid faciemus? At ille dixit ad illos: Nihil amplius quàm quod constitutum est vobis, † faciatis. ] † Interrogabant autem eum & milites, dicentes, Quid faciemus & nos? Et ait illis: † Neminem conculcatis, neque calumniabitis, & contenti estote stipendiis vestris. Existimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, ne fortè ipse esset Christus, respondit Ioannes, dicens omnibus. † Ego quidem aqua baptizo vos, venit autem fortior me, cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum eius, † Ipse vos baptizabit in spiritu sancto, & igni. † h Cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. † Multa quidem & alia exhortans euangelizabat populo. Herodes autem Tetrarcha cum corripere ab illo de Herodiade vxore fratris sui, \* & de omnibus malis quæ fecit Herôdes, adiecit & hoc super omnia, & inclusit Ioannem in carcerem. † Factum est autem cum baptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato & orante, apertum est cœlum, † & descendit spiritus sanctus corporali specie, † sicut columba in ipsum, & vox de cœlo facta est: \* Tu es filius meus dilectus, in te<sup>i</sup> complacuit ] mihi. Et ipse Iesus erat incipiens, † quasi annorum triginta, vt putabatur filius Ioseph: qui fuit Heli, qui fuit Mathat, qui fuit Levi, qui fuit Melchi, qui fuit Iamne, qui fuit Ioseph, qui fuit Maath, qui fuit Mathathia, qui fuit Semei, qui fuit Ioseph, qui fuit Iuda, qui fuit Ioanna, qui fuit Resa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosam, qui fuit Helmadan, qui fuit Her, qui fuit Iesu, qui fuit Eliézer, qui fuit Iorim, qui fuit Matthat, qui fuit Levi, qui fuit Simeon, qui fuit Iuda, qui fuit Ioseph, qui fuit Iona, qui fuit Heliachim, qui fuit Melcha, qui fuit Mēna, qui fuit Mathata, † qui fuit<sup>m</sup> Nathan, qui fuit Dauid, qui fuit Iesse, qui fuit Obeth, qui fuit Booz, qui fuit Salmō, qui fuit Nahafon, qui fuit Aminadab, qui fuit Arā, † qui fuit Esrom, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ, qui fuit Iacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abraham, qui fuit Thare, qui fuit Nachor, qui fuit<sup>n</sup> Sarucæ, ] qui fuit Ragau, qui fuit Phalech, qui fuit Heber, qui fuit Sale, qui fuit Chaynan, qui fuit Arphaxat, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit Lamech, qui fuit Mathufale, qui fuit Enoch, qui fuit Iareth, qui fuit Malalehel, qui fuit Caynan, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

DD iij

† Mat. 3. a  
Marc. 1. a  
Ioan. 3. c

† Isa. 40. a  
Marc. 1. a  
Ioan. 1. c

† Mat. 3. c  
27. d

† Mat. 3. d  
d. 27.

† 27. q. 1. ca.  
Militare. Pa.  
ratus. Quid  
culparur.

† Mat. 3. c  
Marc. 1. b  
Ioan. 1. d  
† Mat. 3. d  
† Mat. 14. a

† Mat. 6. c

† Mat. 3. d  
Marc. 3. b  
Ioan. 1. o  
Isa. 42. a

a. Tyberius Cæsar Augusto impera. successit anno Christi. 16. Vides itaque diu ante Christum natum, cessasse Iudæorum Regnum, ablatum septimum. Iouchnus.

b. Iturææ & Traconitis regiones Syriæ Arabiam versus. [c. Factum est verbum, vt dicitur illum non temere, neque citra vocacionem ad testificandū Christi profuturū, sed diuino motu spiritu. Theoph. ibidem.]

c. Iordanis finitimam. d. Effectus ergo baptismi Ioannis, quod tacite operabatur sine interrogacione, non tamen sine saluatoris mentione, vt firmum esset quod agebat, trinitatis donum est, quod dignatio saluatoris ostendit, dās formam trium nominum, quæ à primordio sunt vnus dei nomine vel persona vnum opus & indifferens operata sunt. Aug. quest. 2. p. ex nouo testamento.

e. Dicens. 2. Obliqua in rectum, vel quod curuatum est, erit rectum. \* Intra vos ipsos.

c. De gentilibus designatis per lapides quos adorabant. f. Intelligitur autem & per radicem, Abraham cognatio. Itaque rami illo indigni exciduntur ab eius cognacione. Iuxta Aposto. Roma. o. 1. Arborum.

4. Exigatis. [g. Hoc autem dixit, quia collectores talium solent esse prouisi ad plus colligendum quàm sic eis mandatum, vt quod est amplius ei remaneat. De Lyra.]

\* Post me. Item 11. a. c. 9. [h. Iusto moderamine eos promouet, ne ab eis calumniando prædam requirant, quibus militando prodesse debuerant, docens idcirco stipendia confirmata militibus, nec dū sumptus requirit prædo grassetur. Glor. ordinaria post Beda.] \* Philipp. i. Non alius ergo est qui frumentum fecit, & alius qui paleas: sed vnus & idem separans ea. Sed frumentum quidem & paleas, & animalia irrationalia existentia naturaliter talia facta sunt, homo vero rationalis, & fecundum hoc similis deo, liber in arbitrio factus est & sine potestatis sibi causa est, vt aliquando frumentum, aliquando palea fiat.

\* Dicens. 5. Cōplacui vel cōplacitum est. k. Quare sicut columba? Vt increduli vocentur ad fidem. In principio signum debuit esse, in posterio ribus debet esse perfectio. Amb. de sacra lib. a. cap. 5. l. Tunc enim 29. annos compleuerat eum 30. diebus anni, 30. & ideo 30. annum incipiebat. Sed Christus inquis cum tricesimum aget annum baptizatur, & hoc cum deus esset, & tu me ad baptismum festinare iubet. Cæceterum cum deum nomina questionē dissoluisti. Ille etenim purgatio ipsi erat, nec purgatione aliquis indigebat, verum tibi purgatio, quemadmodum & propter carnem induit, cum carne careret: nec illi periculum intumesceret si baptismum protuleret. Gre. Nazianze. de sancto lauacro.

[m. De isto Nathan dicunt alii qui quod fuit filius Dauid naturalis de Bethsabee, vt dicit videtur 1. para. 3. Sed hoc videtur esse contra illud quod dicit Salomon 1. para. 4. Ego fui virgens, & tenellus coram matre mea, De Lyra. ibidem.]

6. Serug.

Iesus in deserto ieiunans tentatur & vincit, reuersus autem Nazareth in synagoga docet, vnde fugatus in Capharnaum demoniacum, socrum Petri, & plerisque alios curat.

IIII.



Iesus autem plenus spiritu sancto regressus est à Iordane : & t<sup>a</sup> agebatur in spiritu in desertum diebus quadraginta, & tentabatur à diabolo. Et nihil manducauit in diebus illis, & consummatis illis, \* esuriit. Dixit autem illi diabolus : Si filius dei es, dic lapidi huic vt panis fiat. Et respondit ad illum Iesus : <sup>b</sup> Scriptum est, quia <sup>t</sup> non in pane solo <sup>t</sup> viuit ] homo, sed in omni verbo dei. Et duxit illum diabolus in montem excelsum, & ostendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis, & ait illi: Tibi dabo potestatem hanc vniuersam & gloriam illorum, <sup>c</sup> quia mihi tradita sunt, & cui volo, do illa. <sup>g</sup> Tu ergo <sup>—</sup> procidens ] si adoraueris coram me, erunt tua omnia. Et respondens Iesus, dixit illi: \* Scriptum est: <sup>t</sup> Dominum deum tuum adorabis : & illi soli seruias. Et duxit illum in Ierusalem, & stauit eum super pinnam templi, & dixit illi: Si filius dei es, mitte te hinc deorsum. Scriptum est enim: <sup>t</sup> quod angelis suis mandauit de te, vt conseruent te, & quia in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Et respondens Iesus, ait illi: <sup>d</sup> <sup>t</sup> Non tentabis dominum deum tuum. Et consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo vsque ad tempus. <sup>g</sup> Et <sup>t</sup> regressus est Iesus in virtute spiritus in Galilæam, & fama exiit per vniuersam regionem de illo. Et ipse docebat in Synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus. <sup>t</sup> Et venit Nazareth vbi erat nutritus, & intrauit secundum consuetudinem suam die <sup>2</sup> sabbati ] in Synagogam, & surrexit legere. <sup>t</sup> Et traditus est illi liber Isaiæ Prophetæ. Et vt reuoluit librum inuenit locum vbi scriptum erat: <sup>t</sup> Spiritus domini super me, propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum, dimittere contractos in remissionem, <sup>g</sup> prædicare annum domini acceptum, & diem retributionis. <sup>g</sup> Et cum plicuisset librum, reddidit ministro & sedit. Et omnium <sup>o</sup> in Synagoga oculi erant intendentes in eum. Cœpit autem dicere ad eos: quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris. Et omnes testimonium illi dabant, & mirabantur in verbis gratiæ quæ procedebant de ore ipsius, & dicebant. Nonne hic est filius Ioseph? Et ait illis: <sup>3</sup> Vtique dicetis mihi hanc similitudinem: Medice cura te ipsum. Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. Ait autem: <sup>t</sup> Amen dico vobis: quia nemo propheta acceptus est in patria sua. <sup>f</sup> In veritate dico vobis, <sup>t</sup> multæ viduæ erant in Israel in diebus Eliæ, <sup>g</sup> <sup>t</sup> quando clausum est cælum annis tribus & mensibus sex, cum facta esset fames magna in omni terra, & ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidoniæ ad mulierem viduam. <sup>t</sup> Et multi leprosi erant in Israel sub Elisæo propheta, & nemo eorum mundatus est nisi Naamam Syrus. Et repleti sunt omnes in Synagoga ira hæc audientes. <sup>g</sup> Et surrexerunt & eiecerunt illum extra ciuitatem, & duxerunt illum vsque ad supercilium montis, super quem ciuitas illorum erat edificata, vt præcipitarent eum. <sup>t</sup> Ipse autem transiens per medium illorum ibat. <sup>t</sup> Et descendit in Capharnaum ciuitatem Galilææ, ibique docebat illos sabbatis. <sup>t</sup> Et stupebant in doctrina eius, quia in potestate erat sermo ipse. <sup>h</sup> Et in Synagoga erat homo habens <sup>4</sup> dæmonium immundum, ] & exclamauit voce magna, dicens: <sup>g</sup> <sup>t</sup> Sine, ] quid nobis & tibi Iesu Nazarene? Venisti perdere nos? Scio te, <sup>o</sup> qui ] sis, sanctus dei. Et increpauit illum Iesus, dicens: Obmutesce, & exi ab eo. Et cum <sup>t</sup> proiecisset illum dæmonium in medium, exiit ab illo, nihilque illum nocuit. Et factus est pavor in omnibus, & colloquebantur adinuicem, dicentes: <sup>o</sup> Quod est verbum, quia in potestate & virtute imperat immundis spiritibus, & exeunt? Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum regionis. <sup>t</sup> Surgens autem Iesus de Synagoga, introiuit in domum Simónis, Socrus autem Simónis tenebatur magnis febris, <sup>k</sup> & rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam <sup>7</sup> imperauit febrim, ] & dimisit illam, & continuo surgens ministrabat illis. <sup>g</sup> Cum sol autem occidisset, omnes <sup>8</sup> qui ] habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad eum: at ille singulis

a. Ieiunauit Christus parum ante te tétationem: nos vero ante pascha: & ieiunium quidem est vnum, sed non parum inter vtrumque temporis interstitium. Christus quidem contra tentationes suam obicit ieiunium, nostrum vero vt Christo cōmoriāmur, operatur. Et hic quidē dies ieiunauit quadraginta, nā deus erat: at nos diebus nostris hoc commensuramus. Greg. Nazianze, in sanctum lauarium. \* Postea.  
b. Docuit te certē dominus Iesus quemadmodū aduersus huiusmodi tentationes resistas. Te tenderat diabolus primum laqueum gula dicens: Si filius dei es, dic huic lapidi vt panis fiat. Respondit dominus: Non in solo pane vituit homo, sed in omni verbo dei. Ambro. de Cain & Abel lib. 1. cap. 5.  
c. Metitur in hoc diabolus. Cuius enim iussu homines nascuntur, huius iussu & reges constituuntur apud his qui in illo tempore constituuntur. Iren. lib. 5. \* Abi post me satana.  
d. Itaque cū possit sine vilo periculo nutrire se dominus Iesus, cui supererent spirituales volatus, tamen ne iactantis genus esset, respondit diabolo. Nō tentabis dominum deum tuum. Simul docuit nos caute ne faciamus voluntatem diaboli. Amb. de Cain & Abel lib. 1. ca. 5.  
2. Sabbatorum.  
e. Tunc ergo dominus operibus suis & gloria & honore sui tempore eorum aduentus. Tōtū enim ille annus conuersationis eius in hoc mundo diuersarum habuit certamina passionum, vicit Herodem pariuulus, de quo in passione infatum triumphauit. Esuriuit, sitiuit, pro nobis contumeliarum indigna tolerauit, crucem ascendit, mortuus est pro nobis. Amb. de institut. virginis cap. 15.  
3. Omnia.  
f. Ostendit hoc signo quod indigni sunt signum propter in sentiam filii hominis edulitate. Quemadmodum enim & Elias cum multæ essent apud Israelitas viduæ, ad nullam illarū missus est à Deo, quod indignè essent, vt ad eas accederet. Euth. ]  
g. Sactilegia Iudeorum quæ multo ante dominum prænuntiauerat per prophetas, & psalmi versiculo declarauerat quæ passus esset in corpore constitutus, dicens: Retribuebant mihi mala pro bonis: in euangelio docet esse completa. Amb. Luc. 4. 11. 4.  
h. Hic describitur doctrina Christi confirmatio per miracula Christi. Fides catholica de erat confirmanda contra hereses à quatuor authoribus vsque ad eo virtute descripti sunt superius, vt non possit vel suis ipsorum imperare aduersibus. Loriculus. ]  
4. Spiritum dæmonis immundum. ]  
5. Eia. ]  
6. Quia. ]  
i. Quid autem sit in mediū proici, dicit. Oportet hominem nō omnino iracundum esse, & amarum: crudelis enim hoc & trucidat: bestia fuerit, neque omnino ira earentem: nam hoc insensati fuerit: sed mediam incedere viam & furorē seruare contra malitiam. Cum igitur in mediū quis à malo spiritu proicitur, relinquere ab eo. Theophylactus iohidem.  
g. Rogauerunt pro illa, & tu habes proximos, qui deo pro te supplicent: habes apostolos proximos, habes matrem proximos, & ipsa martyribus deuotionis societate misericordie quæ muneribus appropinquet. Ambro. de viduis.  
7. Increpauit febrim.  
8. Quicunque.

Anno do. 30. ]  
Mat. 4. 2  
Marc. 1. b  
Exo. 34. d

† De off. nat. ]  
Inter cetera. ]  
Deut. 8. a

† Deut. 6. a ]  
& 10. d

† Apoc. 1. e ]  
Psal. 50. c

† Deut. 6. e ]  
Mat. 4. g  
Marc. 1. b  
Ioan. 6. a  
† Mat. 4. b  
Marc. 1. b  
† Ioan. 4. f  
Anno do. 31.

† Mat. 1. g ]  
Marc. 6. a  
Ioan. 4. f  
† Ifa. 61. a  
De facta. vna  
cit. 4. 1.

† Matth. 1. g ]  
Marc. 6. a  
Ioan. 4. f  
† De iur. iur.  
† Et si Christi? ]  
13. Reg. 17. ]  
a. b.  
Iacob. 5. d  
4. Reg. 5. e

Anno do. 31. ]  
† Ioan. 10. d  
† Marc. 1. d  
† Mat. 4. b  
† Marc. 1. c  
† Mat. 7. d  
Marc. 6. 7. g

† Mat. 8. b ]  
Marc. 1. c

manus

†Mar.1.e  
†Mar.1.a  
†Mar.1.d.3.c

manus imponens, curabat eos. <sup>1</sup> † Exibant autem daemonia à multis clamantia & di-  
centia: quia tu es <sup>2</sup> filius dei. Et increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum  
esse Christum. † Facta autem die egressus ibat in desertum locum, & turbæ require-  
bant eum & venerunt vsque ad ipsum, & detinebant illum ne discederet ab eis. Qui-  
bus ille ait: † Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei, quia ideo  
missus sum, & erat prædicans in Synagogis Galilææ.

[1. Implicatur obedientia dæmo-  
num sed coacta, quia exhibat cla-  
mantes, & inde cõfessio eorum  
sed exorta, quia dicebat: Tu es  
filius Dei. Exhibant inquit, &  
sponte, sed Christi imperio, &  
virtute. Exhibant igitur clamantia,  
quia tu es filius Dei. Per istri-  
pturas naque nouerat Deum  
incarnandum. Ita 7. Vocabitur  
nomē eius Emmanuel. i. nobis-  
cum deus. & 9. Et filius datus  
est nobis. Nicol. de Gorran.]  
\*Christus.

*Christi iussu magna piscium capti multitudine leprosum ipse curat & paralyticum,  
Matthæum vocat, Iudæosque super peccatorum conuersatione, discipulorum  
reprehensione confutat.*

Anno do. 32.  
†Mat. 4. c  
Mar. 1. b

**A**ctum est autem cum turbæ irruerent in eum, vt audirent verbum  
dei, & ipse stabat secus stagnum Genezareth, & vidit duas naues stantes  
secus stagnum, piscatores autem descenderant \* & lauabant retia. Ascen-  
dens autem in vnā nauim quæ erat Simõnis, rogauit eum à terra re-  
ducere pusillum. Et sedens docebat de nauicula turbas. <sup>b</sup> Vt cessauit autem loqui, di-  
xit ad Simõnem: † Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. Et respondens Si-  
mon, dixit illi: <sup>c</sup> Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus, in verbo au-  
tem tuo laxabo rete: & cum hoc fecissent, concluderunt piscium multitudinem co-  
piosam. <sup>d</sup> Rumpebatur autem rete eorum, & annuerunt sociis qui erant in alia naui, vt  
venirent, & adiuuarent eos, & venerunt, & impleuerunt ambas nauiculas, ita vt <sup>e</sup> pe-  
nè mergerentur. Quod cum videret Simon Petrus procidit ad genua Iesu, dicens:  
<sup>f</sup> Exi à me domine, quia homo peccator sum. Stupor enim circumdederat eum, &  
omnes qui cum illo erant in captura piscium quam ceperant. Similiter autem Iacô-  
bum & Ioannem filios Zebedæi, qui erant socij Simõnis. <sup>g</sup> Et ait ad Simõnem Iesus:  
<sup>h</sup> Noli timere, <sup>i</sup> ex hoc iam homines eris capiens: & subductis ad terram nauibus,  
relictis omnibus secuti sunt illum. <sup>j</sup> Et factum est cum esset in vna ciuitatum, & ecce  
vir plenus lepra, & videns Iesum, & procidens in faciam suam, rogauit eum dicens:  
Domine, si vis potes me mundare, & extendens manum, <sup>k</sup> tetigit eum, dicens: Volo.  
Mundare. Et confestim lepra discessit ab illo, & ipse præcepit illi, vt nemini diceret,  
sed <sup>l</sup> vade ostende te sacerdoti, & offer pro emundatione tua, sicut præcepit Moyses  
in testimonium illis. † Perambulabat autem magis sermo de illo, & conueniebant tur-  
bæ multæ vt audirent & curarentur ab infirmitatibus suis. Ipse autem secedebat in  
desertum, & orabat. † Et factum est in vna dierum, & ipse sedebat docens. Et erant  
Pharisæi sedentes, & legis doctores qui venerant ex omni castello Galilææ & Iudææ  
& Ierusalem, & virtus domini erat ad sanandum eos. <sup>m</sup> Et ecce viri portantes in le-  
cto hominem qui erat paralyticus, & quærebant eum inferre, & ponere ante eum. <sup>n</sup> Et  
non inuenientes qua parte illum inferrent præ turba, ascenderunt supra tectum, &  
per tegulas <sup>o</sup> sum miserunt eum cum lecto in medium ante Iesum. Quorum fidem  
vt vidit, dixit: Homo, remittuntur tibi peccata tua. Et cœperunt cogitare Scribæ &  
Pharisæi, dicentes: Quis est hic qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere pec-  
cata, nisi solus deus? <sup>p</sup> Vt cognouit autem Iesus cogitationes eorum, respondens  
dixit ad illos: Quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dice-  
re, dimituntur tibi peccata, an dicere, surge & ambula? <sup>q</sup> Vt autem sciatis quia fi-  
lius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, ait paralytico: Tibi dico  
surge, tolle lectum tuum & vade in domum tuam. Et confestim confurgens coram  
illis, tulit lectum in quo iacebat, & abiit in domum suam <sup>r</sup> magnificans Deum. Et  
stupor apprehendit omnes, & magnificabant Deum. Et repleti sunt timore, dicentes,  
quia vidimus <sup>s</sup> mirabilia hodie. † Et post hæc exiit, & vidit publicanum nomine  
Leui sedentem ad telonium, & ait illi: Sequere me. Et relictis omnibus surgens secu-  
tus est eum. Et fecit ei conuiuium magnum Leui in domo sua, & erat turba multa pu-  
blicanorum, & aliorum, qui cum illis erant discumbentes. <sup>t</sup> Et murmurabant Phari-

†Ioan. 22. d  
24. q. 1. Non  
turbatur.

†Matth. 4. e  
Mar. 1. c  
†Matth. 8. a  
Mar. 6. d

†Leuit. 14. a

†Matth. 4. g  
Mar. 3. b  
Ioan. 6. a

†Matth. 1. c  
Mar. 6. c  
Ioan. 6. b  
†Matth. 9. a  
Mar. 2. a  
Ioan. 5. b  
Infra 9. g  
†Matth. 9. a  
Mar. 2. b

†Matth. 9. a  
Mar. 2. b

†Matth. 9. b  
Mar. 2. c  
Ioan. 5. b

†Matth. 9. b  
Mar. 2. d

a. Fugit dominus gloriam, quæ  
eum ob hoc magis sequebatur.  
Igitur vrgente turba nauim in-  
greditur, vel à nauis doceat in  
litore stantes, omnibus è regio-  
ne compartribus, & nullo à ter-  
go veniente. Theo. ibid.  
2. Ex illis.  
[b. Scius quod tota nocte nihil  
ceperant, adhorrebatur vt nunc  
laxaret retia, quæ cognita eius  
potencia, maiorē de eo fide con-  
ciperent, reliquæ deinceps cap-  
ture magnitudine continuè  
eum sequebantur. Euthy. ibid.]  
c. Noctem habebat Petrus ante-  
quam Christum videret: non dū  
enim venerat dies, quia veram  
nō viderat lucē. Synagoga nox  
est, dies ecclesia est. Ambro. de  
virginibus. lib. 3.  
[d. Ex quo patet duplex mira-  
culum, quia non solum ceperat  
magnam multitudinem piscium  
supra modum solentem, & possi-  
bilem per viam humanam, sed  
etiam illa multitudo tenebatur  
in reti rupte. De Iyra.]  
e. Vir enim sapiens & grauis, in  
quo esset ecclesia firmamentum,  
& magister disciplinæ, nihil  
vtilius sibi esse prospexit, quàm  
nec secundæ operis extolleret  
euentu. Ideo exi, inquit, à  
me domine. Non rogar vt defe-  
ratur, sed ne inleatur. Ambro. de  
virginibus. lib. 3.  
f. Hoc enim dicto intellectū il-  
lis suggererat adimpletæ pro-  
phetiæ, quia non solum ceperat  
magnam multitudinem piscium  
supra modum solentem, & possi-  
bilem per viam humanam, sed  
etiam illa multitudo tenebatur  
in reti rupte. De Iyra.]  
g. At Iesus tangit illum, nec si-  
ne causa, sed quia immundus ha-  
beatur iuxta legem qui lepro-  
sum tangere volens ostendit  
quod non tenetur ad obseruā-  
da exigua legis dicta, & quod  
ipse sit dominus legis, & quod  
mundus non coinquinetur ex  
eo quod videtur immundus, sed  
animarum sic quæ inquinat, &  
ideo tangit. Theophyl. ibid.]  
h. Primum omnium vnusquis-  
que ex peccatis peccatores sa-  
lutis debet adhibere, per quos  
vitæ nostræ compages resoluta,  
actumque nostrarū clauis ves-  
tigia, verbi celestis remedio  
reformatur. Sicut igitur aliqui  
monitores mentis, qui animum  
hominis quāuis excelsioris cor-  
poris debilitate torpentem, ad  
superiora erigant. Ambro. lib. 6.  
Luc. cap. 5.  
i. Dimiserunt eum vna.  
[i. Curatio paralytici huius, ani-  
mæ post diuturnū illecebæ car-  
nalis inextricam ad Christum sus-  
pirantis indicat saluationem.  
Beda ibid.]  
k. Vt cognoscatis quoniam qui  
apparet vobis homo, potestatem  
habet tanquam deus respiciere.  
Quia remittere peccata latentē  
habebat demonstrationem: ad  
erigendum autem sua authori-  
tate paralytici, manifesta opus  
erat demonstratio, facit quod  
manifestum est in signum: eius  
quod erat occultum, & per hoc  
& per illud pleni facit fidem, q.  
hoc possit, & illud. Euthym.  
1. Glorificans.  
2. Incredibilia.

1. Cur hoc erimatis quod ex publicanis & apud publicanos manducavit, publicanosque instruit, ut & ipse quid lucrificaret: quidnam tandem peccatorum salutem. Nam quis ideo medicum accusat, quoniam ad morbos se demittit, terrore sustinet, & agrotantibus sanitate restituit? Greg. Nazian. in festum iana.

m. Omnibus venerat, quomodo ergo non se iustus venisse dicit? Eiant ergo quibus necesse non erat ut veniret? Sed nemo ex lege iustus est. Ostendit ergo inane iustitiam esse iactantiam: quia sacrificiis in stemis ad salutem misericordia erat uniuersis in lege positae necessaria. Hilar. in Mat. cap. 9.

5. Thalami.

[n. Fragilitas humane conditionis aperitur cum corpora nostra exuuiis defunctorum animalium comparatur. Sed renouatis vtribus noua vna conduntur, cum sacramenta que acceptimus, immolata seruamus. Hos vres si pleni sunt, gratia seruatur: si vacui, tinea & erugo consumit. Glor. ordin.]

fai & Scribæ eorum, dicentes ad discipulos eius: <sup>1</sup> Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis & bibitis? Et respondens Iesus, dixit ad illos: Non egent qui sani sunt medico, sed qui malè habent. <sup>m</sup> Non veni vocare iustos, sed peccatores ad penitentiam. At illi dixerunt ad eum: Quare discipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter & Phariseorum, tui autem edunt & bibunt? Quibus ipse ait: <sup>†</sup> Nunquid potestis filios <sup>†</sup> sponsi] dum cum illis est sponsus, facere ieiunare? Venient autem dies, & cum ablati fuerit ab illis sponsus, tunc ieiunabunt in illis diebus. Dicebat autem & similitudinem ad illos: <sup>†</sup> Quia nemo commissuram à nouo vestimento immittit in vestimentum vetus, alioquin & nouum rumpit, & veteri non conuenit commissura à nouo. Et nemo mittit vinum in vres veteres, alioquin rumpit vinum nouum vres, & vinum effundetur, & vres peribunt. <sup>n</sup> Sed vinum nouum in vres novos mittendū est, & vtraque conseruantur. Et nemo bibens vetus statim vult nouum, dicit enim: vetus melius est.

*Christus discipulos spicas sabbato vellentes contra Iudæos excusat, arida manu sanata discipulos in monte vocat, & inde descendens illos beatitudines in loco campestri docet.*

VI.

a. Iudæi omne festum sabbati nominabant. Sabbatum enim quies dicitur. Sæpe igitur occurrebatur festum in paratece, & vocabatur paratecen sabbatum propter festum. Deinde quod proprie est sabbatum, nominabant secundo primū, quod eod sequatur festum, & sabbatum, quod præcesserat. Contigit tunc igitur aliquid tale, & sabbatum illud vocabatur secundo primū. Theophyl., ibid.

\* Facere.

1. Efurisset.

x. Etiam.

b. Sufficientes quod rursus sabbatis quoddam curaturus esset obsecrabant ut sumerent occasionem iam accusandi eamquam transgressorem, & ita prohiberent eum ne curaret & alios qui propter sanitates fuissent crediduri. Euthy. in Mat. 12. cap.

2. Interrogabo.

\* Sana vultera.

3. Amentia.

c. Pernocabat dominus in oratione, non vt sibiimet prodesset, sed vt nos doceret: freques enim oratio quandam operatur disciplinam orandi: quia ipse vltus docibiles dei facit, indocibiles negligentia. Bona igitur exercitatio. Ambro. de Cain & Abel. li. 2. cap. 6.

4. Et nominauit.

5. Iustitiam.

[d. Alie sunt beatitudines ab his que supra scripte sunt in euangelio iuxta Mattheum. Illas siquidem dixit vbi in montem conscendisset ac resedisset. Has vero cum descendisset, stetitque in loco campestri. Et ibi quidem pauperes spiritu, siue animo humiles beatos dixit. Hic autem simpliciter pauperes, eos videlicet qui diuitiarum amore non tenentur, eos qui voluntarie pauperes sunt. Euthy. ibi.]

\* Etiam.

e. Nulli ergo admittituli prestant diuitie ad vitam beatam. Quod euidenter dominus in euangelio demonstrauit, dicens: Beati pauperes spiritu, quia vestrum est regnum dei. Ambro. off. lib. 2. cap. 4.

f. Itaque paupertas, sicut, dolorem, que putantur mala, non solum impedimento non sunt ad vitam beatam, sed etiam adiuuamento euidentissimo pronuntiatum est. Ambro. off. lib. 2. cap. 4.

6. Quia recipitis.

7. Pseudoprophetis.



**E** Actum est autem in <sup>a</sup> sabbato secundo primo, cum transiret per fata, vellebant discipuli eius spicas, & manducabant confricantes manibus. Quidam autem Phariseorum dicebant illis: Quid facitis quod non licet <sup>\*</sup> in sabbatis? Et respondens Iesus ad eos, dixit: ne hoc legis quod fecit Dauid, cum <sup>†</sup> esuriret] ipse & qui cum illo erant, <sup>†</sup> quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis sumpsit & manducauit, & dedit <sup>\*</sup> iis qui cum ipso erant, quos non licet manducare nisi tantum sacerdotibus? Et dicebat illis: quia dominus est filius hominis etiam sabbati. Factum est autem & in alio sabbato, vt intraret in Synagoga, & doceret: Et erat ibi homo, & manus eius dextra erat arida. <sup>b</sup> Observabant autem Scribæ & Pharisei si in sabbato curaret, vt inuenirent vnde accusarent eum. <sup>†</sup> Ipse vero sciebat cogitationes eorum & ait homini qui habebat manū aridam: Surge, & sta in medium. Et surgens stetit. Ait autem ad illos Iesus: <sup>†</sup> Interrogo] vos, si licet sabbatis benefacere an malè? animam saluam facere an perdere? Et circumspectis omnibus, dixit homini: <sup>†</sup> Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est manus eius. <sup>\*</sup> Ipsi autem repleti sunt <sup>†</sup> insipientia, & colloquebantur adinuicem, quidnam facerent <sup>†</sup> de] Iesu. <sup>†</sup> Factum est autem in illis diebus exiit in montem orare, <sup>c</sup> & erat pernoctans in oratione Dei. Et cum dies factus esset, vocauit discipulos suos, <sup>†</sup> & elegit duodecim ex ipsis quos & Apostolos nominauit, <sup>†</sup> Simōnem quem <sup>†</sup> cognominauit] Petrum, & Andream fratrem eius, Iacobum & Ioannem, Philippum & Bartholomæum, Matthæum & Thomam, Iacobum Alphæi & Simōnem qui vocabatur zelotes, & Iudam Iacobi, & Iudam <sup>†</sup> Scarioth] qui fuit proditor. <sup>d</sup> <sup>†</sup> Et descendens cum illis <sup>†</sup> de monte] stetit in loco campestri, & turba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis ob omni Iudæa & Ierusalem & maritima & Tyri & Sidonis, qui <sup>†</sup> venerant vt audirent eum, & sanarentur à languoribus suis. Et qui vexabantur à spiritibus immundis <sup>\*</sup> curabantur. Et omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos, dicebat: <sup>†</sup> Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei. <sup>†</sup> Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Beati eritis cum vos oderint homines, & cum separauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum, tanquam malum, propter filium hominis. <sup>†</sup> Gaudete in illa die & exultate, ecce enim merces vestra multa est in cælo. <sup>†</sup> Secundum hæc enim faciebant Prophetis patres eorum. <sup>†</sup> Veruntamen vae vobis diuitibus, <sup>c</sup> qui habetis] consolationem vestram. Vae vobis qui saturati estis: quia esurietis. Vae vobis qui ridetis nunc: quia lugebitis & flebitis. Vae cum bene vobis dixerint omnes homines. Secundum hæc enim faciebant <sup>†</sup> Prophetis] patres

† Mat. 9. c  
Marc. 2. d

† Mat. 9. c  
Marc. 2. e

† Mat. 9. d  
Marc. 2. f

Anno do. 31.  
† Mat. 11. b  
Marc. 5. g  
Leuit. 21. b  
De offic. diff.  
5. Discipulis.

† 1. Reg. 11. b  
Mat. 12. a  
Marc. 2. g

† Mat. 12. b  
Marc. 3. a  
Infra. 4. a

† Mat. 12. b  
Marc. 3. a

† Marc. 6. g  
14. c  
† Mat. 10. a  
Matth. 3. d  
Act. 1. b  
Anno do. 32.  
† Mat. 4. g  
Marc. 3. b  
Ioan. 6. a

† 1. q. 7. cap.  
Plerumque.

† Isa. 61. e  
Isa. 61. a

† Mat. 5. d  
Iacob. 4. c  
Mat. 5. a  
1. Pet. 4. c

† 2. quæst. 4.  
Quod Chri-  
stus  
† Amos. 6. a  
Eccle. 31. a  
Isa. 61. c



† Mat. 5. g  
Rom. 12. d  
† Mat. 5. f  
1. Cor. 6. b

† Mat. 7. c  
† 4. Tob. 4. c  
Mat. 5. g

† Exod. 22. d  
Deut. 19. d  
De vit. C6.  
suis.

† De reg.  
in. extra. E.  
fote.  
† Mar. 7. a  
Marc. 4. c

† Mat. 6. c  
† 6. q. 1. c. Sa.  
cerdotes.  
Mat. 10. e  
Ioa. 13. 1. f  
† Mat. 7. a  
Ioan. 13. e

† Mat. 12. e

† Rom. 2. b  
Mar. 7. g  
Iacob. 1. d

tres eorum. Sed vobis dico qui auditis : † diligite inimicos vestros, benefacite iis qui vos oderunt. Benedicite maledicentibus vobis, orate pro calumniantibus vos. † Et qui te percutit in maxillam, præbe ei & alteram & ab eo qui auferit tibi † vestimentū,] etiam tunicam noli prohibere. Omni autem petenti te tribue, & qui auferit quæ tua sūt, ne repetas. † Et prout vultis vt faciāt vobis homines, & vos facite illis similiter. † Et si diligitis eos qui vos diligunt, quæ vobis est gratia? Nam & peccatores diligentes se diligunt. Et si benefeceritis iis qui vobis benefaciunt, quæ vobis est gratia? Siquidem & peccatores hoc faciunt. † Et si mutuū dederitis iis à quibus speratis recipere, quæ gratia est vobis? Nā & peccatores peccatoribus scœnerantur, vt recipiant æqualia. Verumtamē diligit inimicos vestros, benefacite, & mutuū date nihil inde sperantes, & erit merces vestra multa, & eritis filij altissimi: quia ipse benignus est super ingratos & malos. † Estote ergo misericordes sicut & pater vester misericors est. † Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, & non condemnabimini. Dimitte & dimittemini. Date & dabitur vobis. Mensuram bonam & confertam, & coagitatam] & superfluentem dabunt in sinum vestrum. † Eadem verò mensura qua mensi fueritis, remittetur vobis. Dicebat autem illis & similitudinem: † Nunquid potest cæcus cæcum ducere? Nōne ambo in foueam<sup>10</sup> cadunt? † Non est discipulus super magistrum: Perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius. † <sup>k</sup> Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem quæ in oculo tuo est non consideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo: frater, sine eiicam festucam de oculo tuo, ipse in oculo tuo trabem non vides? hypocrita, eiice primū trabem de oculo tuo, & tunc perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui. † Non est enim arbor bona quæ facit fructus malos, neque arbor mala faciens fructum bonum. † Vnaquæque enim arbor de fructu suo cognoscitur. † Neque enim de spinis colligunt ficus, neque de rubo vindemiant vnam. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum, & malus homo de malo thesauro \* profert malum. Ex abundantia cordis os loquitur. Quid autem vocatis me domine domine, & non facitis quæ dico? † <sup>m</sup> Omnis qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos ostendam vobis cui similis sit. Similis est homini ædificanti domum, qui fodit in altum, & posuit fundamentum supra petram, inundatione autem facta, illisum est flumen domui illi, & non potuit eam mouere. Fundata enim erat supra petram. Qui autem audit & non facit, similis homini ædificanti domum suam super terram sine fundamento, in quā illisus est fluuius, & continuò cecidit, & facta est ruina domus illius magna.

*Centurionis seruo Capharnaum sanato, Naim peregris, filium viduæ suscitatur, dubitantes Ioannis discipulos confirmat, Ioannem commendat, ac Pharisæos baptisimum spernentes confutat, apud Pharisæum conuiuia à muliere peccatrice vngitur.*

VII.

Anno. do. 32  
† Mar. 8. a  
Ioan. 4. g

† Mac. 1. b  
† 3. q. 1. Noli  
De conf. di. a  
Quotidie.

Mat. 8. c

**U**m autem impleisset omnia verba sua in aures plebis, intrauit Capharnaum. † Centurionis autem cuiusdam seruus malè habens<sup>1</sup> erat moriturus,] qui illi erat pretiosus. Et cum audisset de Iesu, misit ad eum seniores Iudæorum, rogans eum vt veniret, & <sup>2</sup> saluaret] seruum eius. At illi cum venissent ad Iesum rogabant eum<sup>3</sup> sollicitè,] dicentes ei: quia dignus est, vt hoc illi præstes. Diligit enim gentem nostram, & Synagogam ipse ædificauit nobis. Iesus autem ibat cum illis. Et cum iam non longè esset à domo, misit ad eum Centurio amicos dicens: † Domine, noli vexari. † <sup>b</sup> Non enim sum dignus vt sub tectum meum intres, propter quod & meipsum non sum dignum arbitratus, vt venirem ad te, sed dic verbo & sanabitur puer meus. † Nam & ego homo sum sub potestate constitutus habens sub me milites, & dico huic, vade, & vadit: † alio,] veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit. † Quo audito] Iesus miratus est, \* & conuersus sequentibus se turbis, dixit: † Amen dico vobis, nec in Israel tantam fidem inueni. Et reuer-

g. Ad quod tenuit in gehē  
fili, vt scilicet non excludamus  
eos ab oratione amicorum &  
conciuium, sicut in particula-  
ri. In hoc enim est conciliari,  
in illo autem præceptum. Nul-  
la enim ratione dicitur ad  
inimicorum dilectionē, quam  
propter deum, amicorum ve-  
rò per naturam aut beneficiū.  
Vel diligamus inimicos vt quo-  
rum execramur iniquitates,  
optemus salutem. Prosper. de  
promissionibus.  
8. Pallium.  
[h. Postea & alia necessitate  
nos vrget. Si diligitis eos qui  
vobis benefaciunt, similes estis  
peccatoribus & gentibus: Si  
diligitis eos qui vobis malefa-  
ciunt, similes estis deo, qui est  
bonus ingratis & malis. Vni  
igitur Deo, vel peccatoribus  
similes fieri vultis? Theophy-  
lactus ibidem.]  
i. Omnem morbum difficilem  
ab animabus nostris amouet  
dominus, radice dico super-  
bia. Nam qui se ipsum non co-  
siderat, & solum attendit res  
proximi, illi scilicet taxare vitit,  
certum est quòd superbia caput  
& obliuiscitur sui. Omnino  
enim de se quòd non peccet  
sentit & propterea alios pec-  
cantes reprehendit. Theophy-  
lactus ibidem.  
9. Pellam & concussam.  
10. Cadent.  
11. Vere peccans peccantem co-  
llegare non vult, quia qui su-  
perbia vel odio, vel alio vitio  
preuenti, leuia hæc vel nulla  
iudicant grauius incerpant  
illos quos à statu mentis vi-  
dent, vel ira vel aliquo leui  
peccato perturbatos. Hi ta-  
les amant magis vituperare &  
condemnare quàm corrigere &  
emendare. Glosa ordina. ibid.  
l. Arborem se in corpore po-  
situm significat, quia per in-  
teriorum suar virtutum fecundi-  
tatem exeat vberitas omnis in  
fructus, igitur aut arbor bona  
facienda cum bonis fructibus  
est, aut mala constituenda cum  
malis fructibus: quia ex fructu-  
bus suis de se arbor ipsa testa-  
bitur. Hilarius in Math. 12. cap.  
\* Cordis sui.  
†m. Multa dominus supra de  
aperte bonis, multas multa de  
verè ac simulatè bonis dispu-  
tas, quibus tribus personis om-  
ne opinor hominum genus co-  
prehendi totum suum sermonē  
terribili simul & amabili para-  
bola concludit: quia alios verbi  
auditores diabolo, alios Christi  
asimularet, qui veritas suam in  
hominum subiectione domum  
per totum huius seculi tempus  
ædificare non desinit. Beata.  
a. Si iuxta Lucam miserit Cen-  
turio seniores ad Iesum, vt sa-  
naret puerum suum, quomodo  
ergo secundo Mathiam ac-  
cessit ad eum rogans, & dicens  
Puer meus inest in domo pa-  
ralyticus & malè torqueretur  
Hoc ergo intelligitur. Mathia-  
um breuiter sententiam ipsam  
veram integrèque complexi,  
dicente: a. quòd Centurio ac-  
cessit ad Iesum, & non dicen-  
tem vtrum per seipsum acceter-  
rit, an per alios: & quòd ei de  
puero suo illud dixerit, non ex-  
perimentem, vtrum per seipsum  
dixerit, an per alios. Aug. con-  
tra Faustum lib. 33. cap. 7.  
1. Vel animam agebat.  
2. Sanaret.  
3. Studiòsè.  
b. Erat enim iste Centurio in  
mysterio Gentium futurorum,  
que neque legem aut prophe-  
tas legentem de Christo, neque  
Christum mirabilia facientem  
viderant: sed iustitiam legis  
quam in libris non legerant,  
in corde senserunt: & Christi-  
quam oculis non viderat, me-  
te viderant. Chrysost. in Mar.  
cap. 13.  
4. Alteri.  
\* Quem cum audisset  
\* eum.



si qui missi fuerant domum, inuenerunt seruum qui languerat, sanum. Et factum est deinceps, ibat Iesus in ciuitatem quæ vocatur Naim, & ibant cum eo discipuli eius & turba copiosa. Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis: ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris ] suæ. Et hæc vidua erat & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum vidisset dominus, misericordia motus super eam, dixit illi: <sup>d</sup> Noli flere. Et accessit, & tetigit loculum. Ij autem qui portabant, steterunt. Et ait: † Adolescens, tibi dico surge. <sup>e</sup> Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui, & dedit illum matri suæ. <sup>c</sup> Accepit autem omnes timor, & magnificabant Deum, dicentes: † Quia propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitauit plebem suam. Et exiit hic sermo in vniuersam Iudæam de eo, & <sup>7</sup> omnem circa ] regionem. Et nuntiauerunt Ioanni discipuli eius de omnibus iis. † Et conuocauit duos de discipulis suis Ioannes, & misit ad Iesum, dicens: <sup>8</sup> Tu es qui venturus es, ] an alium expectamus? Cum autem venissent ad eum viri, dixerunt: Ioannes Baptista misit nos ad te, dicens: <sup>e</sup> Tu es qui venturus es, an alium expectamus? <sup>f</sup> In ipsa autem hora multos curauit à languoribus suis & plagis & spiritibus malis, & cæcis multis donauit visum. <sup>5</sup> Et respondens dixit illis: Euntes, renuntiate Ioanni quæ audistis & vidistis. <sup>g</sup> Quia cæci vident, claudambulantes, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur: & beatus est quicumque non fuerit scandalizatus in me. Et cum discessissent nuntij Ioannis, cœpit de Ioanne dicere ad turbas: † Quid existis in desertum videre? Arundinem vento <sup>9</sup> agitatum? Sed quid existis videre? Hominem mollibus vestimentis indutum? Ecce qui in veste pretiosa sunt & deliciis, in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Vtique dico vobis, & plusquam Prophetam. Hic est de quo scriptum est. <sup>h</sup> Ecce mitto angelum meum ante faciẽ tuam, qui præparauit viam tuam ante te. Dico autem vobis: <sup>i</sup> maior inter natos mulierum Prophetam Ioanne Baptista nemo est. Qui autem minor est in regno Dei, maior est illo. <sup>k</sup> Et omnis populus audiens & publicani, iustificauerunt Deum, baptizati baptismo Ioannis. Pharisei autem & legisperiti consilium dei spreuerunt <sup>10</sup> in semetipso, ] non baptizati ab eo. Ait autem dominus: † Cui ergo similes dicam homines generationis huius, & cui similes sunt? Similes sunt pueris sedentibus in foro, & <sup>11</sup> loquentibus iadnuicem, & dicentibus: Cantauimus vobis tibiis, & non saltastis: lamentauimus, & non plorastis. Venit autem Ioannes Baptista, neque manducans panem, neque bibens vinum, & dicitis: Dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicitis: Ecce homo <sup>12</sup> deuorator, & bibens vinum, ] amicus publicanorum & peccatorum. <sup>k</sup> Et iustificata est sapientia ab omnibus filiis suis. <sup>g</sup> Rogabat autem illum quidam de Phariseis vt manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisei, discubuit. † Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit <sup>13</sup> quod Iesus accubuit ] in domo Pharisei, attulit alabastrum vnguenti, & stans retro <sup>14</sup> secus pedes eius, ] lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat: & <sup>1</sup> osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat. Videns autem Phariseus qui vocauerat eum, ait intra se, dicens: Hic si esset propheta, sciret vtique quæ & qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est. Et respondens Iesus, dixit ad illum: Simon habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister dic. <sup>m</sup> Duo debitorẽs erant cuidam <sup>15</sup> fœneratori, ] vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrifque. <sup>16</sup> Quis ergo ] eum plus diligit? Respondens Simon, dixit: <sup>17</sup> Æstimo, ] quia is cui plus donauit. At ille dixit ei: Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti. Hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis <sup>18</sup> suis terxit. ] Osculum mihi nõ dedisti, hæc autem ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non vnixisti, hæc autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi: † Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata. Et cœperunt qui simul accumbebat, dicere intra se: Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem: † Fides tua te saluam fecit. Vade in pace.

e. Naim ciuitas est Galilee in secundo miliario motis Thabor contra meridiem, iuxta Endor, quam torrentis Cison alluit.

\* Plurimi.

6. Vniuersis matri.

d. Neque enim otiosè vel in ætibus Apostolorum Thabiam mortuam stentem viduæ describuntur: vel in euangelio nota lachrymis viduæ protegens turba funus adoleſcentis induitur, cui resurrectio debebatur: illam tamen Thabiam viduam, hunc tota ciuitas stentem, nõ ergo duhium est vestis lachrymarum apostolorum patricium comparari non, inquam, dubium est Christum misericordia horum cum vos stentes videret. Ambr. de obitu fratris.

7. In omnem finitimum.

8. Et tu venturus ille, & infra. e. Id est, an alius est, quem expectamus? si non tu es quem expectamus. Tertull. aduersus Marcion. lib. 4.

f. Et per hoc respõdit questionem Ioannis ostendens quod ipse esset verus Christus, per miracula soli diuine virtuti possibilis. Delira. ibid.]

g. Sciens testis neminem sine euangelio plenè posse credere, quia sicut fides à veris incipit testamento, ita impletur in nouo, interrogatus de se, nõ verbo aliquo, sed factis se signauit, non respondens ad ea quæ interrogabantur, sed ad scandalum nuntiorum. Gloſa ord.]

9. Moueri.

h. Angelum quidem meum dixit ob magnitudinem virtutis quas erat edurus, & ob officij prophete nuntians diuinam voluntatem. Tertull. aduersus Marcion. lib. 3.

\* Igo.

i. Quid est quod dominus Ioannem Baptista principi Apostolorum Petro, quod Ioanni Apostolo, qui supra pedes domini recumbens anteponendum esse iudicauit? Non ita est. Nam dicens inter natos mulierum non est maior, &c. non eum summis priorẽm, sed primis pronuntiauit æqualem. Cœperunt itaque perfectis, tali laudatione non præcili. Euseb. Emise. de S. Ioanne Bapt.

10. In semetipsis.

11. Conclamantibus.

12. Edax & vini potor.

k. Id est, dei dispensatio atque doctrina, quæ superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, iustè fecisse à fidelibus suis comprobata est. Beda. ibid.]

13. Quod accubuisse Iesus.

14. Ad pedes eius stans.

l. Osculatur Maria pedes Christi frequentibus osculis, & oculis inundantibus vestigia redemptoris in fundit, tergit eum, odoriferis illinit, & interat vnguentis. Bernar. in festo b. Marie Magdal.

m. Qui sunt isti debitorẽs duo: nisi populi duo, vnus ex Iudeis, alter ex gentibus, fœneratori illi thesauri cœlestis obnoxij? Vn, inquit, debebat denarios quingentos, alius quinquaginta. Nõ medioeris est iste denarius in quo regis imago formatur, qui tropheum habet expressum. Non materiale fœneratori huic debemus pecuniam, sed meritõri examina, æra virtutum, quarum meritum grauitatis potest, iustitiae suæ. Iono confessionis expenditur. Ambr. lib. 6. Luc. cap. 7.

15. Creditori.

16. Vter igitur horum dic.

17. Existimo.

18. Capitis sui terxit.

† 4. Reg. 4. d.

† 1. Cor. 4. c. 6. b.

† Mat. 1. a.

† Mat. 1. b.

† Mat. 23. a. Marc. 1. c. Marc. 1. d.

† Mat. 1. b.

† Mat. 26. a. Marc. 14. a. Iohn. 1. a.

† 1. Cor. 13. c. b. 1. Cor. 13. d.

† Mat. 9. c. Marc. 1. f. Iohn. 1. g.

Christus

Christus positam varij seminis parabolam interpretatur, matrem & fratres qui sint docet, mare traiciens excitatus ventum sedat, legionem ab homine mittit in porcos, regressus lairi filiam curat a haemorrhoiſſa suscitatur. VIII.

Anno do. 32.

† De pcc. diff. Sūt plures. Mar. 16. b

† Matt. 13. a Mar. 4. a De verb. signific. in 6. Exiit qui seminat.

† Hb. 6. c Act. 13. d Mar. 13. b Mar. 4. b Ioan. 12. f Act. 20. f Rom. 11. b

† Infr. 11. b. e Mar. 4. b Mar. 4. c † Mar. 10. c Mar. 4. c

† Matt. 1. b 25. c Mar. 4. c Infr. 19. d † Mar. 12. g Mar. 3. g

† Mar. 8. e Mar. 4. d

† Mar. 8. d Mar. 5. a

† Mar. 8. f Mar. 5. b

† Ibidem.



**E**T factum est deinceps, & ipse iter faciebat per <sup>a</sup> ciuitates & castella, prædicans & euangelizans regnum Dei, & duodecim cum illo, & mulieres aliquæ quæ erant curatæ à spiritibus malignis & infirmitatibus: † Maria quæ vocatur Magdalene, de qua septem dæmonia exierant, & Ioanna vxor Chuzæ procuratoris Herôdis, & Susanna, & aliæ multæ, quæ ministrabant ei de facultatibus suis. Cum autem turba plurima conueniret, & de <sup>a</sup> ciuitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem: † <sup>b</sup> Exiit qui seminat seminare ] semen suum: <sup>2</sup> dum seminat, ] alius cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres cœli comederunt illud. Et aliud cecidit super petram, & natum aruit, quia non habebat humorẽ. Et aliud cecidit inter spinas, & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum. Hæc dicens, clamabat: **Qui** habet aures audiendi, audiat. <sup>c</sup> Interrogabant autem eum discipuli eius, quæ esset hæc parabola. **Qui**bus ipse dixit: Vobis datum est nosse <sup>d</sup> mysterium ] regni Dei, cæteris autem in parabolis, † vt videntes non videant, & audientes non intelligant. <sup>e</sup> Est autem hæc parabola: Semen est verbum Dei. **Qui** autem secus viam, ij sunt qui audiunt, deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiant. Nam qui super petram, hi sunt qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum. Et hi radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. **Quod** autem in spinas cecidit, hi sunt qui audierunt, & à sollicitudinibus & diuitiis & voluptatibus vitæ eunt suffocantur, & non referunt fructum. **Quod** autem in bonam terram, ij sunt qui in corde bono & optimo audientes, verbum retinent, & fructum afferunt in patientia. <sup>d</sup> † Nemo autem lucernam accendens operit eam vase, aut subtus lectum ponit, sed supra candelabrum ponit, vt intrantes videant lumen. <sup>e</sup> † Non est enim occultum, quod non manifestetur, nec absconditum quod non cognoscatur, & † in palam ] veniat. <sup>e</sup> Videte ergo quid audiatis. ] <sup>f</sup> **Qui** enim habet, dabitur illi: & quicumque non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab illo. <sup>f</sup> Venerunt autem ad illum mater & fratres eius, & non poterant adire ad eum præ turba. Et nuntiatum est illi: Mater tua & fratres tui stant foris, volentes te videre. **Qui** respondens, dixit ad eos: <sup>f</sup> Mater mea & fratres mei hi sunt, qui verbum dei audiunt & faciunt. Factum est autem in vna dierum, † & ipse ascendit in nauiculam, & discipuli eius, & ait ad illos: Transfretemus trans stagnum. Et ascenderunt. Et nauigantibus illis obdormiuit, & descendit procella venti in stagnum, & <sup>e</sup> compellebantur. Accedentes autem suscitauerunt eum dicentes: Præceptor, perimus. At ille <sup>g</sup> surgens ] increpauit ventum & tempestatem aquæ, & cessauit, & facta est tranquillitas. Dixit autem illis: Vbi est fides vestra? **Qui** timentes mirati sunt adinuicem, dicentes: **Qui**sputas hic est? **Quia** & vētis & mari imperat, & obediunt ei. <sup>g</sup> † Et nauigauerunt ad regionē Gerasenorum, quæ est contra Galilæam. Et cum de naui egressus esset ad terram, occurrit illi vir quidam <sup>a</sup> qui habebat dæmonium iam <sup>b</sup> temporibus multis, & vestimento non induebatur, neque in domo manebat, sed in monumentis. † Is vt vidit Iesum procidit ante illum, & exclamans voce magna, dixit: Quid mihi & tibi est Iesu fili Dei altissimi? Obsecro te, ne me torqueas. Præcipiebat enim spiritui immundo vt exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat illum, & vinciebatur catenis & compedibus custoditus, & ruptis vinculis agebatur à dæmonio in <sup>h</sup> deserta. ] Interrogauit autem illum Iesus, dicens: **Quod** tibi nomen est? At ille dixit: Legio. Quia intrauerant dæmonia multa in eum. <sup>h</sup> Et rogabant illum ne imperaret illis vt in abyssum irent. Erat autem ibi grex porcorum multorum pascentium in monte, & rogabant eum vt permitteret eis in illos ingredi. <sup>h</sup> Et permisit illis. Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intrauerunt in porcos, & impetu abiit grex per præceptum in stagnum, & suffocatus est. † **Quod** vt vide-

\* Singulas.  
a. Traiit itaque per singulas ciuitates & castella, duodecimque discipulos cohibuit, ne doceret vel prædicaret, sed vt discerent à se, & postea prædicaret, & docerent, in ea que docuerat, quæ quæ fecerat. Theoph. ibid.

\* Singulas.  
b. Quid enim pertimuit seminator quod aliud cecidit in via, aliud in petroso loco, aliud inter spinas? Si istas difficiles terras timeret, ad terram bonam non perueniret. Quid ad nos? quid nobis est iam de Iudeis disputare, & loqui de paleis? hoc solum ad nos ne via sit vana, ne fixi, ne spinæ, sed terra bona. Augustin. Serm. 4. de Sæd.

1. Seminator ad seminandum.  
2. Factum est dum seminare.  
3. Mytheria.  
c. Quendamodò hi qui perierunt, ita rursus differit hi qui saluantur. Tres siquidem eorum qui perierunt enumerat ordines, puta legnes, pusillanimes, & seculi curis occupatos, simul & diuitiarum fallacia seruientes. Et rursus tres constituit ordines eorum qui saluantur, dico sane terrentium fructum centuplum & sexagesuplum & trigecuplum. Per centuplum enim significat perfectam virtutis iudificationem, per sexagesuplum mediam, & per trigecuplum minoram. Euthym. Mart. 13. cap. 1. d. Per lucernam saluator hic intelligit doctrinam euangelicam, que non est occultanda: nec in latebris tantum docenda, sicut doctrina suspensa & male, sed in palam coram omnibus. De Lira. ibid. 7.

4. In publicum.  
e. Attendite quomodo his que in me dicuntur animum aduertatis. Oportet enim diligenter, & cum studio hæc audire cum allegorica sint ne submissa, & non terrene aures cogit dicit. Euth. ibi. 1.  
f. Quomodo auditis?  
f. Ne putet aliquis ostendisse illi pietatis, vbi mandatum legis impletur. Si enim reliquæ homo patrem & matrem & adhaerebit vxori suæ, & crunt duo in carne vna, rectè sacramentum hoc in Christo seruatur & ecclesia. Et ideo partes corpori proprio non oportuit anteferri. Ergo hic non (vt quidam heretici tenduculas aucupantur) mater negatur, que etiam de cruce agnoscitur. Ambro. in Luc. 8. cap. lib. 6.

6. Complebantur.  
7. Expectatus.  
\* E ciuitate.  
\* A.  
g. Disce & quiddam sublimitatis anagogicæ. Quisquis habet intra se dæmones, hoc est opera dæmoniacæ, velle nõ indultur: caret enim scola quæ in baptismo accepit, & in domo non manet, hoc est, in ecclesia: indignus enim est qui ingrediatur ecclesiam, sed in monumentum, hoc est, in mortuorum operum receptacula, vt in prostibula & telonia, & alias scelorum officinas, & monumenta. Theophy. 1. 8. Deserto.  
h. Sed qui docebat voluitates de monioto non esse faciendas, præcepit illis vt irent in porcos. Porci autem se in stagnum aquarum precipitauerunt, vt quod recubant dæmonia, non euaderent, sed digno precipitio demergerentur. Ambro. super 1. cap. Genes.

fi. Significat multitudinem sua venula vita delectatam honorare quidem, sed nolle pari religionem Christianam dū dicit quod eam implere nō possunt. Miratur & fidelem populum à pristina aduersione sanatum, & sedere ad pedes Domini. i. f. nō mentis examine vestigia saluatoris quæ sequatur intueri, & vestitum studiis virtutum, quæ deceptus amiserat. *Glosa ordin. ibid.*

9. Dæmonis agitatus. k. Rogauerunt vs ab eis discederet, vel quia eius presentia se confidebant indignos, vel quia similia aut maiora dāta timebāt, si dicitur apud eos moraretur, vel plures curaret. Sed miser illi & imbeciles fontem salutis à se deprecabantur abire, cuius instructione, carnis indigebāt, qui vera in spiritalibus discretionem carebat. *Diony. ibi.* [1. Priori lectioni qua de abiectione synagoge fidei ecclesie: atque iterū inlustratione synagoge sumus interpretati, consueque archisynagogi filia moriens subiungitur, quam dum suscitare operat, preoccupat emorrhoida mulier præcipit famitatem. *Beala. ibid.*]

10. Exponderat. m. Vis dicit tibi que est anima que tetigit mundum, & facta est mundus illa que profluuiū sanguinis palli est, & erogauit omnem substantiam suā in medicos, nec aliquid proficere potuit: per immunditiam peccati in hoc deuoluta est. Tetigit enim peccatum, & ideo flagellū carnis acceperat: sed postea q̄ fide plena tetigit simbriam Iesu, scilicet fluxus sanguinis, & repente facta est mundus, quæ ante per tantum tempus vixit immunda. *Cyrl. in Leuit. lib. 3.*

ⁱ & ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus, & confestim erecta est, & glorificabat deum. Respondens autem Archisynagogus indignans, quia sabbato curasset Iesus, dicebat turbæ: Sex dies sunt in quibus oportet operari. In his ergo venite & curamini, & non in die sabbati. Respondens autem ad illum dominus, dixit: <sup>d</sup> Hypocritæ, ¶ vnusquisque vestrum sabbato non soluit bouem suum aut asinum à præsepio, & ducit ad aquare: <sup>e</sup> Hanc autem filiam Abraham quam alligauit sathanas, ecce decem & octo annis non oportuit solui à vinculo isto die sabbati? Et cum hæc diceret, erubescerant omnes aduersarij eius, & omnis populus gaudebat in vniuersis quæ gloriôsè fiebant ad eo. Dicebat ergo: Cui simile est regnum dei, & cui simile æstimabo illud? <sup>f</sup> Simile est grano sinâpis, quod acceptum homo misit in hortum suum & creuit, & factum est in arborem magnam, & volucres cœli requieuerunt in ramis eius. Et iterum dixit: Cui simile æstimabo regnum dei? <sup>g</sup> Simile est fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinae sata tria, donec fermentaretur totum. <sup>h</sup> Et ibat per ciuitates & castella docens, & iter faciens in Ierusalem. Ait autem illi quidam: Domine, si pauci sunt qui saluantur? Ipse autem dixit ad illos: <sup>i</sup> Contendite intrare per angustam portam: quia multi (dico vobis) quærent intrare & non poterunt. <sup>j</sup> Cum autem intrauerit paterfamilias & clauserit ostiũ, & incipietis foris stare, & pulsare ostiũ, dicentes: domine, aperi nobis: & respondens, dicit vobis: Nescio vos vnde sitis. Tunc incipietis dicere: <sup>k</sup> Manducauimus coram te & bibimus, & in plateis nostris docuisti. <sup>l</sup> Et dicit vobis: Nescio vos vnde sitis. <sup>m</sup> Discedite à me omnes operarij iniquitatis. <sup>n</sup> Ibi erit fletus & stridor dentium, cum videritis Abraham & Isaac & Iacob, & omnes Prophetas in regno dei, vos autem expelli foras. Et venient ab oriente & occidente & aquilone & austro, & accumbent in regno dei. <sup>o</sup> Et ecce sunt nouissimi qui <sup>p</sup> erũt] primi, & sunt primi qui <sup>q</sup> erunt] nouissimi. <sup>r</sup> In ipsa die accesserunt quidam Phariseorũ, dicentes illi: Exi, & vade hinc, quia Herodes vult te occidere. Et ait illis: Ite, & dicite vulpi illi: <sup>s</sup> Ecce eiicio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consummor. Veruntamen oportet me hodie & cras & sequenti die ambulare, quia <sup>t</sup> non capit] Prophetam petire extra Ierusalem. <sup>u</sup> Ierusalem, Ierusalem quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui mittuntur ad te. Quotiens volui congregare filios tuos, quemadmodum auis nidum suum sub pennis, & noluisti? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico autem vobis, quia non videbitis me, donec veniat cum dicetis: benedictus qui venit in nomine domini.

†Mat. 12. b  
Marc. 2. d

†Mat. 13. d  
Marc. 4. f

†Mat. 12. d

†Mat. 7. e  
Joan. 7. e  
†Mat. 7. f  
29 g  
Mat. 8. e

†Psal. 6. e  
Mat. 7. d  
24 d  
†Mat. 19. g  
20. b  
Mat. 10. c  
†Mat. 19. g  
& 20. b  
Mat. 10. c

†Mat. 2. g

*Hydropicum sabbato curat, & sub magna cœnæ parabola docet humilitatem, atque sub parentes relinquentem, & turrim edificante, & bello providente docet religionem. XIII.*

Anno do. 34.

†Mat. 12. b  
Mat. 1. a  
Sup. 6. b  
Sup. 23. c

†Mat. 13. b  
Mat. 12. g  
†Prou. 25. a

†Mat. 11. b  
Iaco. 4. e  
Iul. 18. c

**A** T factum est cum introisset Iesus in domum cuiusdam principis Phariseorum sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum. <sup>a</sup> Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Et respondens Iesus, dixit ad leuigitos & Phariseos, dicens: <sup>b</sup> Si licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipse vero apprehensum sanauit eum, ac dimisit. Et respondens ad illos, dixit: Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die sabbati? <sup>c</sup> Et non poterant ad hæc respondere illi. <sup>d</sup> Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, <sup>e</sup> intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: <sup>f</sup> Cum inuitatus fueris <sup>g</sup> ad nuptias, <sup>h</sup> non discumbas in primo loco, ne fortè honoratior te sit inuitatus ab illo, & veniens is qui te & illum vocauit, dicat tibi: da huic locum: & tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere. Sed cum vocatus fueris, vade, recumbe in nouissimo loco, vt cum venerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus, quia <sup>i</sup> omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat exaltabitur. <sup>j</sup> Dicebat autem & ei qui se inuitauerat: <sup>k</sup> Cum facis prædium aut cœnã, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos, & neque diuites, ne fortè & ipsi te reuident, & fiat tibi retributio.

ⁱ. Vidit prædestinando per gratiam, vocauit illustrando per doctrinam imposuit manus spiritalibus donis adiuuando, erexit ad glorificandum Deum in operibus bonis vtique in iudicium prouocando. Beda, ibid.] 7. Hypocrita.

ⁱ. Non enim prohibebat lex curare homines sabbatis, quæ & circumcidere eos hac die, & pro populo inbebant ministeria faceret dotibus perficere: sed & mutuum animalium curacionem nõ prohibebat, & si lox etiam sepe sabbatis curauit: & propterea multi assidebant ei die sabbato rum. Contingere enim se iubebat lex ab omni opere seruili, ab omni auaritia, quæ per negotiationem, & reliqua terreno actu agitur. Item. lib. 4. cap. 19.

ⁱ. Mulier est ecclesia, cuius facta sunt sumus quotquot timoris & spei exercitio, quasi mola supariote & inferiori conteruntur, vt vn⁹ panis multi sum⁹ in Christi. Abscondit ergo ecclesia fermentum dilectionis in farinae sata tria: quia precipit vt diligamus deum toto corde, tota anima, & tota virtute. Vel farinae sata tria, vt spiritus, anima, & corpus, in vnum redacta, non discrepent inter se. Gloza ordina.]

ⁱ. Iudei enim legalem perficiunt cultum, & offerunt den eud⁹ ta sacrificia, comedunt & lera ti sunt: audierunt autem diuinos libros in synagogis. Omnino enim & per prophetas dominus docuit. Neque enim propheta sua ipsorum dicta proferebant, sed diuina predicabant: quapropter & dicebant: hæc dicit dominus. Theoph. ibid.

ⁱ. Erant. ⁱ. Erant.

ⁱ. Inuidia tabescebant maledicti Iudei, & Dominum terere nituntur, & minantem ei facite Herodem. Nolebant enim eum videre facientem miracula, ne multitudine miraculorum turbas sibi conciliaret. Theoph. ibid.]

ⁱ. Non fas est, vel non est possibile, vel non licet.

ⁱ. Ierusalem non saxa & edificia ciuitatis, sed habitatores vocat quam patris affectu (sicut & Luc. 9. legitur) quod videns eam fleuerit. In eo autem quod dicit: Quotiens volui congregare filios tuos, omnes retro prophetas, a se missos testatur. Hieron. in Mat. 23. g.

ⁱ. Intraret.

ⁱ. Erat stans, nec audebat petere curacionem propter sabbatum & Phariseos, qui etiam sibi similes erant inuitati: etiam alibi simile quid interrogat obmutuerunt. Neque enim dicere poterant quod prohibuisset lex benedicere in sabbato. Quod si irrationale animal à periculo extrahi non prohibebat in sabbato, multo magis rationale, cuius commodo vitæbar irrationale. Euthymius. ibidem.]

ⁱ. Iulius cuiusque pfecto iusta ipsius veritatis consilio nõ uisum nobis locum eligimus, de quo postmodum cum honore superius eductamur, quæ præsumimus altiore, vnde cedere mox oportet cum rubore. Nõ est ergo periculum quantũcunque te humiles; quantũcunque reputes minorem, quem sis, hoc est, quem te veritas habeat. Bernar. super cant. Ser. 27.

ⁱ. Ab aliquo.

ⁱ. Fratres amicos, & dinites aliterum cõmunita celebrant, nõ quasi scelus interdicit, sed sicut cetera necessitatis humane cõmunita vbi & peccatores peccatoribus fomentantur, vt recipiunt equalia ad promerenda vix celestis premia nihil valere. Beda ibidem.]



Sed cum facis conuiuium, <sup>†</sup> voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos, <sup>d</sup> & beatus eris: quia non <sup>†</sup> habet] retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. Hæc cum audisset quidam de simul discumbentibus, dixit illi: <sup>†</sup> Beatus qui manducabit panem in regno dei. At ipse dixit ei: <sup>¶</sup> Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos. Et misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis, <sup>¶</sup> vt venirent, ] quia iam parata sunt omnia. Et cœperunt <sup>†</sup> simul] omnes excusare. Primus dixit ei: Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam. Rogo te, habe me excusatum. Et alter dixit: Iuga bouum emi quinque, & eo probare illa. Rogo te, habe me excusatum. Et alius dixit: Vxo- rem duxi, & ideo non possum venire. Et reuersus seruus, <sup>\*</sup> nuntiavit hæc domino suo. <sup>†</sup> Tunc iratus pater familiars, dixit seruo suo: Exi citò in plateas & vicos ciuitatis, & paupe- res ac debiles & cæcos & claudos introduc huc. <sup>¶</sup> Et ait seruus: Domine factum est vt imperasti, & adhuc locus est. Et ait dominus seruo: <sup>†</sup> Exi in vias & sepes, & compelle in- trare, vt impleatur domus mea. <sup>¶</sup> Dico autem vobis, quòd nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cœnam meam. Ibant autem turbæ multæ cum eo, & cõuersus dixit ad illos: Si quis venit ad me, & non odit patrem suum & matrem, & uxorem & fi- lios, & fratres & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipu- lus. <sup>¶</sup> <sup>†</sup> Et qui non baiulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipu- lus. Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, nõne prius sedens cõputat sumptus qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum, ne postquam posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui vident, incipiant illudere ei, dicentes: quia hic ho- mo cœpit ædificare, & non potuit cõsummare? <sup>h</sup> Aut quis Rex iturus committere bel- lum aduersus alium regem, nõne sedens prius <sup>i</sup> cogitat, ] si possit cum decem milibus occurrere ei, qui cum viginti milibus venit ad se? Alioquin adhuc illo longè agente, le- gationem mittens rogat ea quæ pacis sunt. <sup>i</sup> Sic ergo omnis ex vobis qui non renũciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. <sup>†</sup> Bonum est sal. Si autem sal <sup>e</sup> euauerit, ] in quo condictur? Neque in terram neque in sterquilinum vile est, sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat.

*Pœnitentiæ fructus sub perditæ ouis, & drachmæ inuentione, sub prodigi filij reuersio- ne angelos lætificat.*  
X V.

Id Quia deus retribuet tibi. Pie- tas enim ad omnia utilis est pro- missionis habes vitæ que nunc est & future. 1. Timor. 4. Ideo sub- ditur. Retribuetur enim tibi in retributione iustorum. De Lyra ibidem.]  
2. Postulat.  
c. Quis est iste homo nisi media- tor dei & hominis homo Chris- tus Iesus? Misit vt venirent in- uitati, quia iam hora erat vt ve- nirent. Qui sunt isti inuitati ni- si per præmissos vocati propheta- rum? Quia olim ex quo inuitan- tur propheta, & inuitant ad cœ- nam Christi. Mirantur ergo ad populum Israel. Sape misit sunt sepe vocauerunt, vt ad horã cœ- næ venirent. August. de ver. do. ser. 33. 3. Venire.  
4. Vanamiter.  
\* Ille.  
[f. Qui recuaserunt, erant Ponti- fices & scribæ & Pharisei, & qui que honorationes populi, hi ve- ro qui loco illorum introduci sunt, communes & abiecti plebis Euthym. ibidem.]  
g. Deus enim vt est indulgens, ita est pœceptorum suorum ex- actor, & quidem diligens: & si- cut ad conuiuium vocat, sic ha- bitum nuptium vocat, sic ha- bitum nuptium non habent ligatis manibus & pedibus ex- tra cœnam sanctorum foras ia- ciat, vt Mar. 22. Parauit cœnam, sed parauit & rarrum: parauit refrigeria, sed parauit etiam æ- terni supplicia. Parauit inaccessibilem lucem, sed parauit etiã perpetuam noctis vastã eternam- que caliginem. Cyprian. Epist. li. 2. Epist. 7.  
h. Quippe demones sunt milites peccati, qui censetur viginti milia contra nostra decem milia. Nam incorporea sunt, & pu- gnant contra nos qui in corpo- re sumus: vnde & maiorem vir- tutem habere videntur. Theop- hylactus ibidem.  
i. Consultat.  
[f. Ex hac conuisione patet qd illa parabola & præcedens vadunt ad istam intentionem. De Lyra. ibidem.]  
k. Inacturam fuerit.



**E**rant autem appropinquantes ei <sup>\*</sup> publicani & peccatores, vt audirent illum. Et <sup>†</sup> murmurabant Pharisei & Scribæ, dicentes: quia hic peccato- res recipit, & manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam, dicens: <sup>†</sup> Quis ex vobis homo qui habet <sup>b</sup> centum oues, & si perdidit vnã ex illis, nõne dimittit nonagintanouem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inueniat eam? Et cum inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens, & veniens do- mum, conuocat amicos & vicinos, dicens illis: <sup>†</sup> Congratulamini mihi, ] quia inueni o- uem meam quæ perierat. <sup>†</sup> <sup>¶</sup> Dico vobis, quòd ita gaudium erit in caelo super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm supra nonaginta nouem iustis, qui non indi- gent pœnitentiã. <sup>¶</sup> Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdidit drach- mam vnã, nõne accendit lucernam & <sup>¶</sup> euertit ] domum, & quærit diligenter, donec inueniat eam? ] Et cum inuenerit, conuocat amicas & vicinas, dicens: Con- gratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdideram. Ita dico vobis, gau- dium erit coram angelis dei super vno peccatore pœnitentiam agente. Ait autem: <sup>¶</sup> Homo quidam habuit duos filios, & dixit <sup>d</sup> adolescentior ex illis, patri: Pater da- mihi portionem substantiæ quæ me contingit. ] Et diuisit illis substantiam. Et non post multos dies, congregatis omnibus adolescentior filius peregrè profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipauit substantiam suam, viuendo luxuriosè. Et postquam omnia <sup>†</sup> consummasset, ] facta est fames valida in regione illa, & ipse cœpit egere. Et abiit & adhæsit vni ciuium regionis illius, & misit illum in villam suam, vt pasceret porcos. <sup>†</sup> <sup>¶</sup> Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis quas porci manducabant, & nemo illi dabat. In se autem reuersus, dixit: <sup>¶</sup> Quanti] mercenarij in domo

a. Itaque non otiose sanctus Lu- cas ex ordine tres parabolas po- suit ouis quæ perierat, & inuen- ta est, drachmæ quæ perierat, & inuenta est, filij qui erat mortuus & reuixit, vt triplici remedio prouocati, vulnera nostra cure- mus. Amb. in Lu. lib. 7. cap. 15.  
\* Omnes.  
[b. Quia centenarius numerus perfectus est, deus centum oues i. perfectum numerum habuit, cum angelorum & hominum sub- stantiam creauit, sed vna periit, quando homo pascua vitæ pec- cando dereliquit. Glossa or. ibi.]  
1. Congaudete mecum, & infra.  
c. Quia lucernam accendit, car- nem quietem propriam, domum que vertit, mundum à peccato mundans: ne drachmam quæ- sit, imaginem nempe regiam vi- tii confusam. Et ob drachmæ inuentionem, amicas sibi cõuo- cat virtutes, ac lætitiæ partici- per facit, quas & domesticæ con- uersationis effecerat ministras. Quia & lucernæ præcuratrici lu- men quoque succedit splendi- dissimum. Greg. Nazian. in na- zælem saluatoris oratio.  
2. Euertit.  
d. Adolescentiorem nominauit peccatorem, vt qui pueriliter sa- pit, facileque fallitur, qui etiam substantiæ partem quæ illi obue- niebat, perit: hoc est liberum arbitrium, quod & ex natura de- bebatur. Quisquis enim puerili- ter sapit, liberum poscit arbi- trium. Aut obtingentem substi- tiæ partem dicit debitam ex ba- ptismo gratiam. Euthym. ibidem.  
3. Debitam.  
4. Dissipauit vel impendit.  
5. Quot.

† Tob. 4. b  
Proo. 3. b  
† Mar. 22. a  
D Apoc. 19. b  
† 1. p. 4. Ni-  
minus.  
q. 8. Schima-  
ci.  
Mat. 10. d  
16. d  
† Mar. 8. d  
Sup. 9. c  
† Mar. 5. b  
Mat. 9. g  
Anno do. 34.  
† Mar. 9. b  
Mar. 10. d  
† Mar. 11. b  
† 1. 6. q. 6. Per-  
nitentem.  
50. di. Quia  
sanctum.  
† Diff. 17. l. v.  
D. g. m. s.  
Intra. 3. c

domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo. Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater peccavi in cœlum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut vnum de mercenariis tuis. Et surgens venit ad patrem suum. Cum autem adhuc longe esset: vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum. Dixitque ei filius: Pater, peccavi in cœlum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus. Dixit autem pater ad seruos suos: Citò proferte stolam primam, & induite illum, & date anululum in manus eius, & calceamenta in pedes eius. Et adducite vitulum saginatum & occidite, & manducemus & epulemur, quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Et cœperunt epulari. Erat autem filius eius senior in agro. Et cū veniret & appropinquaret domui, audiuit symphoniam & chorum, & vocauit vnum de seruis, & interrogauit quæ hæc essent. Isque dixit illi: Frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulum saginatum, quia saluum illum recepit. Indignatus est autem, & volebat introire. Pater ergo illius egressus, cœpit rogare illum. At ille respondens, dixit patri suo: Ecce tot annis seruo tibi, & nūquam mandatum tuum præterui, & nunquam dedisti mihi hædum, vt cum amicis meis epularer. Sed postquam filius tuus hic qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus, venit, occidisti illi vitulum saginatum. At ipse dixit illi: Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. Epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est.

† De pecc. dist. 1. Quomodo.

† 23. q. 7. cap. Quomodo.

*Quoniam pacto sit deo seruendum sub callidi villici parabola, vxorem repudiantis, diuitis epulonis, & pauperis Lazari designatur.* XVI.

**D**icebat autē & ad discipulos suos: Homo quidam erat diues qui habebat villicum, & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius. Et vocauit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuæ. Iam enim non poteris villicare. Ait autem villicus intra se: Quid faciam, quia dominus meus aufert à me villicationem? Fodere non valeo, medicare erubescō. Scio quid faciam, vt cum amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas. Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantum debes domino meo: At ille dixit: Centum cados olei. Dixitque illi: Accipe cautionem tuam, & sede, citò & scribe quinquaginta. Deinde alio dixit: Tu verò quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe literas tuas, & scribe octoginta. Et laudauit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filij huius seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. Et ego vobis dico: Facite vobis amicos de mammōna iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est, & qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mammōna fideles non fuistis, quod verum est, quis credet vobis? Et si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est, quis dabit vobis? Nemo seruus potest duobus dominis seruire. Aut enim vnum odiet, & alterum diliget: aut vni adhærebit, & alterum contemnet. Non potestis deo seruire & mammōnæ. Audiebant autem omnia hæc Pharisei, qui erant auari, & deridebant illum. Et ait illis: Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus, deus autem nouit corda vestra. Quia quod hominibus altum est, abominatio est ante deum. Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem, ex eo regnum dei euangelizatur, & omnis in illud vim facit. Facilius est autem cœlum & terram præterire, quàm de lege vnum apicem cadere. Omnis qui dimittit vxorem suam, & alteram ducit, mœchatur: & qui dimissam à viro ducit, mœchatur. Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius vlceribus plenus, cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis: & nemo illi dabat. Sed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius. Factum est autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinu Abrahe.

Anno. do. 34.

† De accusa. Qualiter. Mat. 25. e.

† 14. q. 5. Qui habetis.

† De pecc. dist. 2. Quomodo. D. Mar. 6. c.

† Mat. 11. d.

† Mar. 5. b. Mar. 13. g. † Mar. 5. c. 10. b. Mar. 10. b. De eo qui cognoscit. Diferentiam tuam.

e. Nec mirū si fame petibar qui diuino alimento egēbat, quicquid desiderio compulsi: Surgam, inquit, & ibo ad patrem meum, & dicam illi: Pater, peccavi in cœlum, &c. Chrysol.  
6. Et non sum amplius, & infra. 7. Diltare.  
f. Hæc est prima confessio apud autorem nature, præsumit misericordiam, arbitriū culpe. Sed etiam deus nouit omnia, vocem tantæ eue confessionis expectat. Ore enim confessio fit ad salutem, quia alleuat pœdus erroris, quicquid se ipse onerat, & accusationis excludit inuidiam, qui accusationem præuenit confitendo. Amb. ibidem.  
8. Saturemur vel letemur.  
9. Conuentum & choros.  
g. Nullus ergo gratiam dei radicia ferat, sed gratum sit ei, si peccatores feliciter agant, & saluentur. Qui enim scis quem tu peccatorem censēs, pœnitentiam agens prætor fiat? Quid item si occultas habet virtutes & propterea à deo benignè respiciatur? Theoph. ibidem.  
h. Ostendit necessariam fuisse lætitiā & gaudij. Quis enim cum mortuum viderit, reuixisse nō lætatur, & quis vbi id quod perierat inuenit, non gaudet? Euthy. ibidem.]

1. Dispendio rem.  
2. Accusatur vel delatur.  
a. Hoc est, ad reddendum te præ pati, & quomodo reddere possis examini: inique dum tempus merendi superest, coram deo te pone, & quasi ante eius tribunal adductus, à teipso exige rationē dispensationis tibi credite, & qualiter usus sis beneficiis dei. Dionysius ibidem.  
3. Dispensationis.  
b. Cadus Græc. Barus Heb. mensura est liquidorum, capies fœcarios septuaginta duos.  
4. Schedulam, vel syngrapham, vel codicillum.  
5. Aliter.  
c. Non de fraude laudauit, sed de prudentia. Sic diuites huius mundi non sunt laudabiles de consumptione bonorum in illicitis actibus, sed quod prudenter se conuertant ad distribuendum bonum pijs operibus: vt per hoc prouideant sibi in vita futura. De Lyra. ibidem.]  
d. Mammōna apud diuum Hieron. nomen Punicum est, & diuitias auaritia congestas significat.  
e. Verum est quicquid defertur pauperi, huius amicitia inuidia valet. Quid amicitia pretiosius, quæ angelis communis est & hominibus? Vnde dominus testis dicit: Facite vobis amicos de mammōna iniquitatis, qui recipiant vos, &c. Ambro. Offic. lib. 3. cap. 16. 6. Multo.  
f. Execrabiles & detestabiles dicit esse qui sibi placeant, qui tumidi & inflati aliquid sibi arroganter adsumunt. Cyprus, Epist. lib. 3. epist. 13.  
7. Ab eo tempore.  
g. Diues ille post delicias æternis traditur flammis, Lazarus post esurientem beatitudinis gremio angelorum inferitur obsequiis. Hæc propter hoc loquitur ad vtrumque sermo diuinus. Euseb. Emil. de initio quadra. ho. 1. 8. Et.  
h. Portauit iugum graue à iuuetute sua Lazarus pauper, ideo singulariter in sinu Abrahe requiescit diuine testimonio laudationis. Amb. de obitu Theod.

¶ Mortuus est autem diues, & sepultus est in inferno. Eleuans autem oculos suos, cum esset in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lazarū in sinu eius, & ipse clamās, dixit: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham: Fili recordare, quia receperisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris. Et in his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum est, vt hi qui volunt hinc trāsire ad vos, non possint, neque inde huc transire. Et ait: Rogo ergo te pater, vt mittas eum in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi Abraham: Habent Moysen & Prophetas, audiant illos. At ille dixit: Non pater Abraham, sed si quis ex mortuis irerit ad eos, pœnitentiā agent. Ait autem illi: Si Moysen & Prophetas non audiūt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credēt.

li. De medico no dixit quod sepultus sit, eo quod vile esset pauperis sepulchrum: de diuite vero maxime propter preciositatem sepulchri eius. Euthy. ibidem. ¶ Atque in inferno atollens. k. Non quia haberet digitum & alter linguam, vt aqua egeret ad sedandam sitim, sed hæc omnia secundum eos affectus dicitur, quos aliquando pro corporis gut ferat necessitate. Eucherius. l. Soli nec apud inferos ieiunij admonitiis cessant. De diuite epulosis quidem conuiuia conciliantur, in paupere vero ieiunia regerantur habentia præceptoris Moysen & prophetas. Tertul. contra Pylhicos. 10. Super hæc omnia. m. Hoc est decem mandata legis que in decalogo Moyses dedit seruanda: ac prophetas sapientiam prophetarum, que satis ostendunt que vitanda & que imitanda sunt. August. Ser. 86. de tempore.

† Depo. dist. 3. Cauendū.

*Cauendum à scandalo, fratri condonandum, fides habenda, & vtiliter seruiendum, decem mundatis leprosis diem iudicij monet expectandum. X VII.*

a. Propter hoc dicunt quidam, si impossibile est vt non veniant, necesse est vt veniant scandala, vt sic necesse est vt fiant peccata. Quod si necesse est vt fiant peccata, inuisibile penam luunt peccatores. Nam quod necesse sit, culpa caret. Quibus dicimus, quod necesse est vt veniant offēdacula, propter necessitatem demeritum, non autem virtutis deceptorum, cum liberum habeant arbitrium. Eucherius. Mat. 8. 1. Cauete vobis ipsi. b. Hoc de propriis iniuriis accipiendum est, quas septies, i. quoties admittuntur, dimittere debemus, ne audiamus illud à domino: Serue nequam omne debitum dimisi tibi quia rogasti me, nonne ergo oportuit & te misereri serui tui? Ruper super 4. cap. Gene. 2. Sycamino. \* Et. c. Itaque qui præceptum impleuerit, possunt dicere: Serui inuiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. Hoc virgo non dicit, Non dicit qui bona sua vendidit, sed quasi reposita expectat pœnitentia. Amb. de viduis. \* Et ipse. d. Si hucusque lepra, de formi nempe improbitate scaturit, nunc verò praua cicatrix obdura est saldam que receperit imaginem, mihi sacerdoti ostende tuam purgationem, vt cognoscam quantum illa legali sit pretiosior, ne sis ex nouem ingratis vnus: sed decimum iudicare: etenim quantis Samaritanis erant, alios tamen animi gentitudine exasperabat. Greg. Nazian. 22. in sanctum lauacrum. 3. Glorificatur. 4. Respondit eis &. e. In vnoquoque pro bonorum malorumque actuum discrepantia, aut deus regnat aut diabolus: quia necesse est, vt cuius voluntatem opere curat, eius impetio videatur esse subiectus. Iraque si iusti sunt, deus regnat, diabolus si iniusti, dicendus est. Eucherius. 5. Ex vna regione sub cælo, in a liam regionē que sub cælo est. f. Erunt tunc homines in omnibus delictis, sicut temporibus Noe, & nil graue formidabunt, sed neque credēt, si quis illis de quibusdam aduersis euentis dicit, sicut & hi qui temporibus Noe & Loth fuerunt. Theoph. ibidem. 7. g. Quando autē venturū noluit dicere, sed dixit iudicij diē esse vterum, vt terrorem omnibus iudicij imminens incureret, nec securitatem dilationis afferret. Amb. in Luc. lib. 8. cap. 17.

**B** ait ad discipulos suos: Impossibile est vt non veniant scandala. ¶ Vt autem illi per quem veniunt. Vtilius est illi si lapis molaris imponatur circa collum eius & proiciatur in mare, quàm vt scandalizet vnum de pusillis istis. ¶ Attendite vobis: ¶ Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum, & si pœnitentiam egerit, dimitte illi. ¶ Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens: pœnitet me, dimitte illi. ¶ Et dixerunt Apostoli domino: Adauge nobis fidem. Dixit autem dominus: ¶ Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic arbori moro: Jeradicare, & transplantare in mare, & obediet vobis. Quis autem vestrum habens seruum arantem aut pascentem boues, ¶ qui regresso de agro, dicat illi statim, transi, recumbe, & non dicit: ¶ pata quod cœnem, & præcinge te, & ministra mihi donec manducem & bibam, & post hæc tu manducabis & bibes: Nunquid gratiam habet seruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat? Non puto. ¶ Sic & vos cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite: serui inuiles sumus. Quod debuimus facere, fecimus. Et factum est dum iret in Ierusalem, transibat per mediam Samariam & Galilæam, & cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi. Qui steterunt à longè, & leuauerunt vocem, dicentes: Iesu præceptor, miserere nostri. Quos vt vidit, dixit: Ite, ¶ ostendite vos sacerdotibus. Et factum est dum irent, mundati sunt. ¶ Vnus autem ex illis vt vidit quia mundatus est, regressus est cum magna voce magnificans deum. Et cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens. Et hic erat Samaritanus. Respondens autem Iesus dixit: ¶ Nonne decem mundati sunt? Et nouem vbi sunt? Non est inuentus, qui rediret, & daret gloriam deo, nisi hic alienigena. Et ait illi: Surge, vade, quia fides tua te saluum fecit. Interrogatus autem à Phariseis, quando venit regnum dei, ¶ respondens eis, ¶ dixit: Non veniet regnum dei cum obseruatione, neque dicent, ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnum dei intra vos est. Et ait ad discipulos suos: Venient dies quando desideretis videre vnum diem filij hominis, & non videbitis, & dicent vobis: ¶ Ecce hic, ecce illic. Nolite ire neque sectemini. Nam sicut fulgur coruscans de sub cælo in ea quæ sub cælo sunt, ¶ fulget, ita erit filius hominis in die sua. Primum autem oportet illum multa pati, & reprobari à generatione hac. ¶ Et sicut factum est in diebus Noe, ita erit & in diebus filij hominis. ¶ Edebant & bibebant, vxores ducebant, & dabantur ad nuptias vsque in diem ¶ qua intrauit Noe in arcam, & venit diluuium & perdidit omnes. ¶ Similiter sicut factum est in diebus Loth. Edebant & bibebant, emebant, & vendebant, plantabant & ædificabant: quia in die autem exiit Loth à Sodomis pluit ignem & sulphur de cælo, & omnes perdidit. ¶ Secundum hæc erit quia die filius hominis reuelabitur. In illa hora qui fuerit in tecto, & vasa eius in domo, ne descendat tollere illa: & qui in agro, si-

Anno do. 34. ¶ Mat. 23. a. ¶ Mat. 9. f. ¶ Di. tulli. In omni. ¶ De iure. ¶ Quod modum ¶ Illud autē. ¶ Mat. 17. c. ¶ Mat. 9. c. ¶ Leuit. 10. d. ¶ Eccl. 10. a. ¶ Mat. 17. c. 21. e. c. Mat. 23. e. ¶ Depo. dist. 6. Qui vult. ¶ Leuit. 14. a. ¶ Mat. 23. a. ¶ Mat. 1. g. ¶ Sup. 1. c. ¶ Leuit. 14. a. ¶ Mat. 23. d. ¶ Mat. 1. c. ¶ Gene. 7. b. ¶ Mat. 24. e. ¶ Pet. 1. d. ¶ Gene. 19. a.

† Gen. 19. e  
 † Marc. 16. d  
 † Marc. 8. g  
 † Matth. 24. f  
 † Matth. 24. c

milititer non redeat retro. † Memores estote vxoris Loth. † Quicumque quaesierit animam suam saluam facere, perdet illam. Et quicumque perdidit illam, viuificabit eam. † Dico vobis, in illa nocte erunt duo in lecto vno, vnus assumetur, & alter relinquetur. Duæ erunt molentes in vnum, vna assumetur, & altera relinquetur. & Duo in agro, vnus assumetur, & alter relinquetur. Respondentes dicunt illi: Vbi domine? Qui dixit illis: † Vbiunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.

*Continuam sub Pharisæi & publicani atque iudicis tyranni parabolis docet orationem, sub paruulorum simplicitate humilitatem, & sub principe petente quid faciendum, eleemosynam, at cæcum illuminans prædicit suam passionem. XVIII.*

Anno do. 34. A  
 † Eccl. 1. 8. c  
 1. Theol. 5. d



**D**icebat autem & parabolam ad illos, quoniam oportet semper orare, & non deficere, ] dicens: Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem non reuerbatur. Vidua autem quædam erat in ciuitate illa, & veniebat ad eum dicens: Vindica me de adversario meo. Et nolebat per multum tempus. ] Post hæc autem dixit intra se: Et si Deum non timeo, nec hominem reuereor, tamen quia molesta est mihi hæc vidua vindicabo illam, ne in nouissimo ] veniens fugillet me. Ait autem dominus: audite

† Sup. 14. e  
 † Matth. 23. b  
 † Matth. 19. c  
 Marc. 10. b

quid iudex iniquitatis dicit. Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis? ] Dico vobis, quia cito faciet vindictam illorum. Veruntamen filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra? Dixit autem & ad quosdam qui in se confidebant tanquam iusti, & aspernabantur cæteros, parabolam istam, dicens: Duo homines ascendebant in templum vt orarent, vnus Pharisæus & alter publicanus. Pharisæus stans hæc apud se orabat: Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum, raptores, iniusti, adulteri, velut etiam hic publicanus. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quæ possideo. Et publicanus à longè stans, nolebat nec oculos ad cælum leuare, sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Amen dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo, ] quia omnis qui se exultat humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. † Afferebant autem ad illum & infantes, vt eos tangeret. Quod cum viderent discipuli, increpabant illos. Iesus autem conuocans illos dixit: † Sinite pueros ] venire ad me, & nolite vetare eos. Talius est enim regnum Dei. Amen dico vobis, quicumque non acceperit regnum Dei sicut puer, non intrabit in illud. † Et interrogauit eum quidam princeps, dicens: Magister bone, quid faciens vitam æternam possidebo? Dixit autem ei Iesus: Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi solus Deus. Mandata nosti: † Non occides, non mœchaberis, non furtum facies, non falsum testimonium dices, honora patrem tuum & matrem: Qui ait: Hæc omnia custodiui à iuuentute mea. Quo audito, Iesus ait ei: Adhuc vnum tibi deest. † Omnia quæcunque habes vende, & da ] pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & veni, sequere me. His ille auditis contristatus est, quia diues erat valde. Videns autem Iesus

† Exo. 20. b  
 † Marc. 19. d  
 Marc. 10. c  
 † 14. q. 1. c. 1.

illum tristem factum dixit: Quam difficile qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt. † Facilius est enim camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum dei. Et dixerunt qui audiebant: Et quis potest saluus fieri? Ait illis: Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum. Ait autem Petrus: Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. Qui dixit eis: Amen dico vobis, nemo est qui reliquit domum aut parentes, aut fratres, aut vxorem, aut filios, propter regnum Dei, & non recipiat multo plura in hoc tempore: & in seculo vëturo vitam æternam.

† Matth. 19. d  
 Marc. 10. d

† Assumpsit autem Iesus duodecim, & ait illis: Ecce ascendimus Ierosolymam, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus & illudetur, & flagellabitur, & 10 conspuetur, ] & postquam flagellauerint, occident eum, & die tertia resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Et erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur. † Factum est autem cum appropinquaret Iericho, cæcus quidam sedebat secus viam mendicans

† Matth. 20. d  
 Marc. 10. g

† Assumpsit autem Iesus duodecim, & ait illis: Ecce ascendimus Ierosolymam, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus & illudetur, & flagellabitur, & 10 conspuetur, ] & postquam flagellauerint, occident eum, & die tertia resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Et erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur. † Factum est autem cum appropinquaret Iericho, cæcus quidam sedebat secus viam mendicans

† Matth. 20. g  
 Marc. 10. c

† Assumpsit autem Iesus duodecim, & ait illis: Ecce ascendimus Ierosolymam, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus & illudetur, & flagellabitur, & 10 conspuetur, ] & postquam flagellauerint, occident eum, & die tertia resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Et erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur. † Factum est autem cum appropinquaret Iericho, cæcus quidam sedebat secus viam mendicans

[ff. Duobus modis hæc sententia rectè potest intelligi, sed ad vñq. modum finem vterque intellectu referatur, vt videlicet aduersa pro Christo pati, imò ipsam mortem non timeamus obire. Qui enim minime mortem persequere si non negauerit Christum, magis eligit ad cæpulis saluato animam suam negando, æternæ hanc proculdubio perditioni præparat. Beda. ibid.]

a. Que ad otandum maior harratio, quàm vt nobis de iudice iniquo proponitur similitudo? Iudex enim iniquus nec deum timens, nec hominem reuerens auduit tamè viduam interpellantem se, victus rædio, non pietate inclinatus. Si ergo exaudiuisset qui oderat quod erigebatur, quomodo non exaudiuisset vt regnum heretur? Cui ego nobis ista è contraria comparatione dominus iudicaret, quia oportet semper orare & nõ deficere, adicit & ait: Veruntamen cum venerit filius hominis, putas inueniet fidem in terra? Si fides desierit, oratio perit. Augu. De verb. do. in. Luc. serm. 36.  
 1. Ad hoc quod oporteat.  
 2. Fatigari.  
 3. Aliquando.  
 4. Tandem.  
 5. Etiam si patiens sit super illis.  
 6. Sibi ipsi conlebat ut essent.  
 b. Duos adoratores diuersa mente deseribit, Pharisæum in superbia, Publicanum in humilitate. Idcirco alterum reprobatum, alterum iustificatum descendit: vtique docendo qua disciplina sit orandum. Tercull. aduersus Marcio. lib. 4.  
 7. Potius quàm ille.  
 c. Omnis enim qui se exultat, humiliabitur, deo illi cõdemnante: qui autem se cõdemnando humiliat, exaltabitur à deo iustificante. Dic igitur tu prior, inquit, peccator, vt tu iustificeris. Mart. 19. Theoph. ibid.  
 8. Paruos.  
 [d. Quia bonum magistrum dixit, non Deum, vel Dei filium confessus est, dicit quæuis sanctus hominem comparatione Dei bonum non esse: Christus autem non tenet testimonium bonitatis, sed magister ab ipso Deo excludit bonitatem. Glo. sa. ordin.]  
 e. Si enim non dubitatur quia deus filius, deus autem bonus, vtique non dubitatur, quia bonus filius deus. Amb. de virg. lib. 3.  
 f. Tu verò promptè etiam quæ iuste possides, abice: & pauperibus denuderis, vt expellat eam tollas, & eas cõsequaris diuitias, quæ æterni nequeat. Grego. Nazian. in sanctum lauacrum oratio.  
 9. Distribue.  
 g. Et bene camelus pro gentili figurat? est populo, quia superfluitas deo penitente degenerat peiusquam crederet populus nationum, beluina species facitatis, absurda vestigia orti turpia perferbat. Facilius igitur iste peccator, per viam intantum angustam, quæ est via Christi, qui proprii corporis passione mortis penetrans viâ velut acu redintegravit scissis quæ illa nolite vestimenta nature, & populus Iudeorum diues in lege, egenus in fide, præcupsus in furore, pto sus in crimine. Amb. Luc. 18. lib. 8.  
 h. Prædicit eis suam passionem propter duo illa. Vñq. vt ostendat qd non inuitus, neq. se vt puer homo mortem ignorans, crucifigatur: sed & prædicat, & voluntario patitur. Secundum vt doceat eos leniter ferre quæ euentura, vt ipse qui antea audierunt, & non repente in illa incidit. Theoph. ibid.  
 i. Consummatis afficietur,

f. Est vna cecitas quæ corpus, altera quæ mentem obcurat. vna factis, altera potius. vna defectum præcedit natura, altera gratis. Vna se obicit ne creaturas corporeas, altera ne creatorem & eius bona inuisibilia frœuolentur. De Cæcitate. lib. 5. cap. 32. J.

ii. Appropinquare.

k. Interrogauit eum ne quis putaret quod aliud accipere volenti, aliud daret. Non expectauit autem ab eo fidem, nã fidei erat perseuerans clamor. Fidem quidem habebat saltẽ quod se sanare posset. Euthym. ibid.

Et cum audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei quod Iesus Nazarenus transiret. Et clamauit dicens: Iesu fili Dauid miserere mei. Et qui præbant, increpabant eum, vt taceret. Ipse verò multo magis clamabat, fili Dauid miserere mei. Stans autem Iesus, iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset interrogauit illum, dicens: Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine, vt videam. Et Iesus dixit ei: Respice. Fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit, & sequetur illum, magnificans Deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo.

*Christus ingressus Iericho ad Zachæum diuertit, iudicij timorem sub decem minarum commissione incurit, super pullum asinae Ierosolymam ingressus à templo negotiatores eiecit.*

XIX.

a. Zachæus impetrauerat quod volebat, vt Christum videret, & amplius impetrauerat vt videretur & vocaretur à Christo: festinans descendit, & accepit illud gaudens. Et ideo probauit dominus eius affectum, & eĩ celesti remuneratione donauit, dicens: quia hodie huic domui salus facta est. Ambro. de Cain & Abel. lib. 1. cap. 8.

1. Illac.

b. Gaudens non solum quod eũ vidisset vt optauerat, sed quod etiã ab illo vocatus esset, quodque ipsum suscepisset. Euthym. ibidem.

c. Ingressus esset hospitaturus. c. Nõ probatur largitas si quod alteri largitur, alteri quis exortuatur. nisi iussit querat, & iniuste dispensandũ putet, nisi forte vt ille Zachæus, reddas quadruplum prius ei quẽ fraudaueris, & gentilitatis vicia fidei studio & crelentis operatione cõpensa. Ambro. lib. 1. Offic. cap. 30.

d. Venit enim vt peccati mundi tolleretur, vulnera nostra curaret. Sed quia non omnes medicinam expectit, sed plerique refugium ne medicamentis compungatur vis vlcis: ideo volentes curat, nõ adtingit inuitos.

Accipiunt igitur sanitatem, qui medicinam expectant: illi autẽ qui refutant medicum, nec requirunt bonitatem medici, quã non expectantur, sentire nõ possunt. Amb. de insepell. 1. ca. 2.

e. Latini interponunt, i. dicentes minas, hoc est libras: genus pondis est. 60. cillo habens, qui faciunt obolos mille ducentos. Budæus de asse.

f. Donec veniam.

\* Sibi.

f. Quia à prælati ecclesiæ non solum requiritur bona in persona propria, sed in subditis eorum quos tenentur inducere ad bonum, vt patet plenius. Mart. 24. Delyra ibid. J.

g. Mensam qua danda erat pecunia, professionem ipsam religionis accipimus, quæ equam publicè pponitur ad vsum necessarium saluti. Inimicos ergo suos quos iubet ante se interficere, significat impietatis ludæorum, qui ad eum conuersi noluerunt. Aug. quæst. euãg. lib. 2. cap. 46.

h. Bethphage viculus sacerdotum in monte Oliueti: Et interpretatur domus buccæ. Bethania villa vel ciuitas in latere eiusdem montis: & dicitur domus obedientiæ. Has domus Ierosolymam venturus præsentia sublimauit: quia multos ante passionem suam docendo piz confessionis donis & obedientiæ spiritalis impleuit. Glosa. ordin. J.

i. E regione vestri est.

i. Ergo in castello erat, & ligatus erat pullus cum asina, nõ poterat solui nisi iussu domini. Soluit eum manus apostolice, talis actus, talis vita, talis gratia. Esto talis & tu, vt possis ligatus solui. Nunc consideremus qui fuerint illi, qui errore detecto de paradiso eieci, in castellum sint relegati. Et vides quemadmodum quos mors expulerat, vita reuocauerit. Ambro. in Luc. 19. lib. 9.

5. Opus eo habet.

**E**T ingressus perambulabat Iericho. Et ecce vir nomine Zachæus, & hic princeps erat publicanorum, & ipse diues. Et quærebat videre Iesum quis esset, & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat. Et præcurrens ascendit in arborem sycomorum, vt videret eum, quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum, suspiciens Iesus vidit illum, & dixit ad eum: Zachæe, festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit: & excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes, murmurabant, dicentes, quod ad hominem peccatorem diuertisset. Stans autem Zachæus dixit ad Iesum: Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus, & si quid aliquem defraudauit, reddo quadruplum. Ait Iesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est, eo quod & ipse filius sit Abraham: Venit enim filius hominis querere, & saluum facere quod perierat. Hæc illis audientibus, adiiciens dixit parabolam, eo quod esset prope Ierusalem, & quia existimarent, quod confestim regnum Dei manifestaretur. Dixit ergo: Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reuertit. Vocatis autem decem seruis suis, dedit eis decem mnas, & ait ad illos: Negotiamini dum venio. Ciues autem aius oderant eum, & miserunt legationem post illum, dicentes: Nolumus hunc regnare super nos. Et factum est vt rediret accepto regno, & iussit vocari seruos, quibus dedit pecuniam, vt sciret quantum quisque negotiatus esset. Venit autem primus, dicens: Domine mna tua decem mnas acquisiuit. Et ait illi: Euge bone serue, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens supra decem ciuitates. Et alter venit, dicens: Domine, mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait: Et tu esto super quinque ciuitates. Et alter venit, dicens: Domine, ecce mna tua quam habui reposita in sudario. Timui enim te, quia homo austèrus es, tollis quod non posuisti, & metis quod nõ seminasti. Dixit ei: De ore tuo te iudico serue nequam. Sciebas quod ego homo austèrus sum, tollens quod non posui, & metens quod non seminavi. Et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens cum vsuris vtique exegissem illam? Et astantibus dixit: Auferte ab illo mnam, & date illi qui decem mnas habet. Et dixerunt ei: Domine, habet decem mnas. Dico autem vobis, quia omni habenti dabitur & abundabit, Jab eo autem qui nõ habet, & quod habet auferetur ab eo. Veruntamen inimicos meos, illos qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me. Et his dictis, præcedebat ascendens Ierosolymam. Et factum est cum appropinquasset ad Bethphage & Bethaniam, ad montem qui vocatur Oliueti, misit duos discipulos suos, dicens: Ite in castellum quod contra vos est. Id quod introeuntes inuenietis pullum asinae alligatum, cui nemo vnquam hominum sedit. Soluite illum, & adducite. Et si quis vos interrogauerit, quare soluitis: sic dicetis ei: Quia dominus operam eius desiderat. Abierunt autem qui missi erant, & inuenierunt sicut dixit illis, stantem pullum. Soluentibus autem illis pullum, dixerunt domini eius ad illos: Quid soluitis pullum? At illi dixerunt: Quia dominus eum necessarium habet. Et duxerunt illum ad Iesum. Et iactantes vestimenta sua super pullum, imposuerunt Iesum. Eunte autem illo substernebant vestimenta sua in via. Et cum appropinquaret iam ad descensum montis Oliueti, ceperunt omnes turbæ

† De per. dist. 1. Voluissent. 5. Cæcus. Mart. 9. e. Matt. 9. f.

Anno do. 14.

† Mart. 10.

† Matt. 25. b. Marc. 13. g.

† Mart. 25. d.

† Mart. 13. b. Marc. 14. c. Sup. 8. c.

† Mart. 21. a. Marc. 11. a. Ioan. 12. b.

† Ioh. 12. b.



turbæ descendunt] gaudentes laudare Deum voce magna super omnibus quas viderant virtutibus, dicentes: <sup>k</sup> Benedictus qui venit Rex in nomine domini, pax in celo, & gloria in excelsis. Et quidem Phariseorum de turbis dixerunt ad illum: Magister increpa discipulos tuos. Quibus ipse ait: Dico vobis, quia si hi tacuerint, lapides clamabunt. Et ut appropinquavit, videns civitatem, fleuit super illam, dicens: <sup>l</sup> Quia si cognovisses & tu. Et quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis: <sup>m</sup> Quia veniet dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te, & <sup>n</sup> coangustabunt te undique, & <sup>o</sup> ad terram prosterment te,] & filios tuos, qui in te sunt. Et non relinquunt in te lapidem super lapidem; eo quod non cognoveris tempus visitationis tuæ. <sup>p</sup> Et ingressus in templum, cepit eiicere vendentes & ementes, dicens illis: Scriptum est: <sup>q</sup> quia domus mea domus orationis est. Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et erat docens quotidie in templo. Principes autem sacerdotum & Scribæ & principes plebis quærebant illum perdere, & non inveniabant quid facerent illi. Omnis enim populus <sup>r</sup> suspensus erat] audiens illum.

*Potestatem suam Iudæis celat, illos sub vinea agricolis locatæ parabola reprobos indicat, censum Cæsari debitum, resurrectionem expectandam, & se dei filium probat. X X.*

**E**T factum est in vna dierum <sup>a</sup> docente illo populum in templo & evangelizante, conuenerunt principes sacerdotum & Scribæ cum senioribus, & aiunt, dicentes ad illum: Dic nobis, <sup>b</sup> in qua potestate hæc facis? Aut quis est qui dedit tibi hanc potestatem? Respondens autem Iesus, dixit ad illos: Interrogabo vos & ego vnum verbum. Respondete mihi: Baptismus Ioannis de celo erat, an ex hominibus? At illi cogitabant intra se, dicentes: Quia si dixerimus de celo, dicet: Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus ex hominibus, plebs vniuersa lapidabit nos. <sup>c</sup> Certi sunt enim] Ioannem Prophetam esse. <sup>d</sup> Et responderunt se nescire unde esset. Et Iesus ait illis: Neque ego dico vobis, in qua potestate hæc facio. <sup>e</sup> Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc. <sup>f</sup> Homo quidam plantauit vineam, & locauit eam colonis, & ipse peregrè fuit multis temporibus. Et in tempore illo misit ad cultores seruum, vt de fructu vineæ darent illi. Qui casum dimiserunt eum inanem. Et addidit alterum seruum mittere. Illi autem hunc quoque cadentes, & afficientes contumelia, dimiserunt inanem. Et addidit tertium mittere, qui & illum vulnerantes eiecerunt. Dixit autem dominus vineæ: Quid faciam? Mittam filium meum dilectum, forsitan cum hunc viderint, verebuntur. Quem cum vidissent coloni, cogitauerunt intra se, dicentes: <sup>g</sup> Hic est hæres. <sup>h</sup> Occidamus illum, vt nostra fiat hæreditas. <sup>i</sup> Et eiecunt illum extra vineam, occiderunt. <sup>j</sup> Quid ergo faciet illis dominus vineæ? Veniet, & perdet colonos istos, & dabit vineam aliis. Quo audito, dixerunt illi: Absit. Ille autem aspiciens eos, ait: Quid est ergo hoc quod scriptum est: <sup>k</sup> Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? Omnis qui ceciderit supra illum lapidem, conquassabitur: supra quem autem ceciderit, comminet illum. Et quærebant Principes sacerdotum & Scribæ mittere in illum manus illa hora, & timuerunt populum. <sup>l</sup> Cognouerunt enim quod ad ipsos dixerit similitudinem hanc. <sup>m</sup> Et obseruantes miserunt insidiatores, qui se iustos simularent, vt caperent eum in sermone: & traderent illum principatui & potestati Præsidis. Et interrogauerunt eum, dicentes: Magister, scimus quia rectè dicis & doces, & non accipis personam, sed viam Dei in veritate doces: Licet nobis dare tributum Cæsari, an non? Considerans autem <sup>n</sup> dolum] illorum, dixit ad eos: Quid me tentatis? Ostendite mihi denarium. <sup>o</sup> Cuius habet imaginem & inscriptionem? Respondentes dixerunt: Cæsaris. <sup>p</sup> Et ait illis: <sup>q</sup> Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt dei deo. Et non potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe, & mirati in responso eius, tacuerunt. Accesserunt autem quidam Sadduceorum, qui negant esse resurrectionem, & interrogauerunt eum, dicentes: Magister, Moyses scripsit nobis, <sup>r</sup> si frater alicuius mortuus fuerit habens vxorem, & hic sine <sup>s</sup> liberis fuerit,] vt accipiat eam frater eius vxorem,

† Psal. 117. d  
Mat. 23. d  
Abac. 2. c  
† 16. q. 7. Et  
hoc dixim.  
† Ios. 21. b  
Mat. 24. a  
Marc. 15. a  
† Mat. 21. b  
Marc. 11. d  
† Ios. 2. d  
Ira. 46. c  
Iere. 7. b  
Ios. 7. g. 8. o

Anno do. 34. A  
† Mat. 21. d  
Marc. 11. f  
† Mat. 21. f  
Marc. 11. a  
† Ios. 5. d  
Iere. 2. d

† Gen. 37. d  
† Mat. 21. g  
Marc. 12. b  
Psal. 117. c  
† Pet. 2. d  
Rom. 9. g  
† Ios. 23. d  
Aso. 4. b

† Mat. 21. c  
Marc. 12. b  
Io. 7. g. & 8. c

† Rom. 15. c  
23. q. 4. Mill.  
Iosep.  
Mat. 22. d  
Marc. 12. b  
† Deut. 25. b  
Mat. 22. c  
Marc. 12. c

6. Discipulorum.  
k. In nomine domini, hoc est a domino. Benedictus qui venit a deo. Benedictus qui missus est a deo. Marcus autem dicitur benedictum quod venit regnum in nomine patris nostri David: unde dicebant: Benedictus quod redit regnum patris nostri David, quod venit in nomine domini, hoc est a deo. Euthym. in Marth.  
l. Coangustabunt te in tæm quod præ angustia famis inuicem sunt mulieres filios proprios comeditisse, secundum quod refert Iosephus de bello Iudæico. Et causa tantæ destructionis subditur. Eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ, scilicet predicatione Christi. De Lyr. 7. Solo equabantur.  
m. Cum Iudæi a cupiditate reuerſi prouocauerunt ad priuatum adium, quæ dei templi exornatum, comminatur illis flaggus propheta: Vos quidem in donibus undique habetis mansiones, domus autem mea deserta est. Quod si illius templi neglectus tantam exerceat iram numinis, multo magis deus templi neglectus ad iracundiam prouocabit dominum. Si quidem hoc templum est illo honorarius, quo plura habet sanctimonie symbola. Cæte igitur committas vt templum dei sit spelunca latronum, Chryso. de Planna & edue. Samus. hom. 8. Alio pendebat.  
n. In illo.  
o. Quanto dicitur ei in qua potestare hæc facis dubitatur de dei potestate, & subintelligi uolunt diaboli esse quod facit. Ad istos quoque. Quis tibi dedit hæc potestatem manifestis finis dei filium negare, quem putant non sui uirum, sed alienis signa facere. Hiero. Mat. 21. 2. Perſuaso enim est.  
p. Plerique uarias significationes de vineæ appellatione deriunt. Sed euidenter istius vineæ domini sabaoth domum Israel esse memoratur. Hanc vineam quis alius nisi deus edidit? Hic est ergo qui locauit, & peregrè profectus est: non quia ex loco ad locum profectus est dominus, qui ubique semper præsens est, sed quia presentior est illigentibus, negligentibus absens. Multis autem temporibus absuit, ne properea uideretur exactio. Næ quo indulgentior liberalitas, eo inexorabilior periticia. Ambr. in Luc. cap. 20. \* Venire.  
q. Nonnulli per vineam intellexerunt scripturam Extra scripturam enim passus est dominus. Illi enim qui non crediderunt Moysi occiderunt eum. Nam si credidissent Moysi scripturam, & eis seruati fuissent, Dominum scripturam uique non occidissent. His diebus proculit & sententiam in eos ferendam, quod vinea locata sit aliis vineæ cultoribus, hoc est, aliis dabit hoc beneficium, vt dicatur populus meus. Vide autem quod hi, qui dicunt scripturam vineam esse, magis alicui sensum uidentur, vt hic manifestum. Collocata est enim nobis scriptura ab Hebræis sublatâ. Theoph. ibid. 2. Verſutiam.  
r. Alia imago Dei, alia mudi. Si ergo Christus non habuit imaginem Cæsaris, cur censum dedit? Non de suo dedit, sed mundo reddidit quæ erant mundi, Gloſa. ordin. 1.  
s. Hoc est imaginis Cæsaris Cæsari, quæ in nummo est, & imaginem dei deo, quæ in homine est: vt Cæsari quidem pecunia reddatur, deo tunc ipsum, Tertul. de idolat.

3. Filii mortuorum



†16.13.b  
Ezech.32.b  
Joel.2.9  
Matt.24.d  
26.f  
Marc.13.c

†Rom.8.d

†Rom.13.d  
1.Theff.5.a  
Apo.8.d

†35.di.c.1

†Sup.18.a  
Colof.1.a  
1.Theff.5.c  
Act.12.a

pora nationum.] + Et erunt signa in sole & luna & stellis, & in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris & fluctuū, ] arefcentibus hominibus præ timore & expectatione quæ superuenient vniuerso orbi. Nam virtutes cœlorum mouebuntur. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna & maiestate. His autem fieri incipientibus, respicite, & leuate capita vestra quoniam appropinquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinem: Videte ficulneam & omnes arbores, cum producunt iam ex se fructum, ] scitis quoniam propè est æstas. Ita & vos cum videritis hæc fieri, scitote quoniam propè est regnū Dei. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiāt. Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Attendite autem vobis, ne fortè grauetur corda vestra in crapula & ebrietate, & curis huius vitæ, & superueniat in vos repentina dies illa. Tanquam laqueus enim superueniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terræ. Vigilate ergo omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere ista omnia quæ futura sunt, & stare ante filium hominis. Erat autem diebus docens in templo, noctibus verò exiens morabatur in monte, qui vocatur Oliueti. Et omnis populus manicabat ad eum in templo, audire eum.

6. Gentium.  
7. Sol obfcurabitur, non è medio tolletur, sed Christi venientis luce superatus. Luna autem non dabit splendorem suum, & stelle cadent tanquā nulli vbi amplius futura. Nulla enim tunc erit nox. Pressura gentiū sine anxietate, vocat turbationē. Nam absque ventis resonabit præter naturam mare & fluctus eius. Arefcentia verò dicit mortem. Euthy. in Matt. 24.  
7. Anxietas.  
8. In mentis inopia, resonante mari & fluctu.  
\* Horum.  
9. Gemmas, vel borros.  
g. Cœlum & terra quò ad generationes cellabunt, & mirabuntur, fides autem nõ deficiet. Apparet autem hoc loco quòd ecclesiam omni creaturæ præterit. Ecclesia enim eius & verbi ac euangelium nequam peribunt. Theoph. ibid.  
10. Cauete autè vobis nequidò.

11. Diluculo veniebat.

*Iudas cum Iudæis super Iesu traditione paciscitur, Christus carna facta à Iuda post orationem in monte Iudæis traditur, ad Caipham ductus à Petro negatur, & facie velatus colaphis caditur.*  
X X I I.

Anno do. 34. A  
† Mat. 26. a  
Marc. 14. a  
Ioan. 13. a  
† Sup. 19. g  
20. e  
† Mat. 26. g  
Marc. 14. b  
Io. 7. e. g. 3. a  
† Zach. 11. c  
Matt. 25. b  
Marc. 14. b  
† Mat. 26. b  
Marc. 14. b  
† Mat. 26. c  
Marc. 14. c  
1. Cor. 1. e



† Propinquabat dies festus azymorum qui dicitur Pascha. Et quærebāt principes sacerdotum & scribæ quomodo eum interficerent: timebāt verò plebem. + Intrauit autè Sathanas in Iudam qui cognominabatur Scarioth, ] vnū de duodecim, & abiit & locutus est cum Principibus sacerdotum & magistratibus, quemadmodum illum traderet eis. Et gauisi sunt, & pacti sunt pecuniam illi dare, & spopōdit. Et quærebat opportunitatem vt traderet illum sine turbis. Venit autem dies azymorum in qua necesse erat occidi Pascha. Et misit Petrum & Ioannem, dicens: Euntes parate nobis Pascha, vt manducemus. At illi dixerunt: Vbi vis paremus? Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo amphoram ] aquæ portans: sequimini eum in domum in quam intrat, & dicetis patrisfamilias domus: Dicit tibi magister: Vbi est diuerforiū, vbi Pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratatum, & ibi parate. Euntes autem inuenerunt sicut dixit illis, & parauerunt Pascha. Et cum facta esset hora, discubuit, & duodecim Apostoli cum eo. Et ait illis: Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum antequam patiar. Dico autem vobis, quia ex hoc non manducabo illud, ] donec impleatur in regno Dei. Et accepto calicè gratias egit, & dixit: Accipite, & diuidite inter vos. Dico enim vobis: quòd non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat. Et accepto pane gratias egit & fregit, & dedit eis, dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem postquam cœnauit, dicens: Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. Veruntamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa. Et quidem filius hominis secundum quod definitum est, vadit. Veruntamen væ homini illi per quem tradetur. Et ipsi cœperunt querere inter se, quis esset ex eis, qui hoc facturus esset. Facta est autem & contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior. Dixit autem eis: Reges gentium dominantur eorum, ] & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Vos autem non sic. Sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor: & qui præcessor est, sicut ministrator. Nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat. Vos autem estis qui permanistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo: & sedeat super thronos iudicantes duodecim tribus Israel. Ait autem dominus Simo-

a. Ecce ibi ostenditur quòd iana intrauerat sathanas in Iudam. Prius ergo intrauerat immittendo in cor eius cogitationē qua traderet Christum: talis enim iā venerat ad cœnandum. Nunc autem post panem intrauit in eum, non ad hoc vt alienum cœtaret, sed vt proprium possideret: nõ autem vt parum quidam negligenter legentes, tunc Iudas corpus accepit intelligendum est enim, quòd iā omnibus eis distribuerat dominus sacramentum corporis & sanguinis sui, vbi & ipse Iudas erat: sicut sanctus Lucas euidentissimè narrat: ac deinde ad hoc ventū est, vbi secundum narrationem Ioannis apertissimè dominus per buccellam tinctam atque porrectā suum exprimit traditorem. August. tra. 62. in euang. Ioannis.  
1. Hæciories.  
2. Oportebat immolari.  
3. Hydrum.  
b. Quis corpus assumptū ablatum erat ex oculis nostris, & syderibus illaturus, necessarius erat, vt nobis in hac die sacramentum corporis & sanguinis sui conferret: vt cohereret iugiter per mysteriū quòd semel offerrebat in pretium: vt quia quotidiana & indefessā curcebat pro hominū salute redemptionis, perpetua esset etiā redemptionis oblatio, & perennis illa victima viveret in memoria, vt semper esset præsens in gratia. Euseb. Emis. hom. 3. de Pascha.  
4. Quòd posthac nõ comedam ex eo.  
\* Hoc.  
\* Fructu.  
c. Si operatus est sermo ecclesiæ in fonte sereno, & in aliis telis, non operatur in celestibus sacramentis. Ergo didicisti quòd ex pane corpus fiat Christi, & quòd vinum & aqua in calicem mittitur, sed sic sanguis & iocra tione verbi celestis. Sed fortè dicis: Speciem sanguinis nõ video. Sed habet similitudinem. Sicut enim mortis similitudinē sumpsisti, ita etiā similitudinē pretiosi sanguinis bibis, vt nullus horror erroris sit, & pretiū tantum operetur redemptionis. Didicisti ergo quia quòd accipis est corpus Christi. Amb. de sacra. lib. 4. cap. 4.  
6. Eorum.

† De cel. mi.  
C. Marthæ.  
A. do. 17. d  
Dif. 15. 5. 5. a  
Romana ecclesia.  
† De reliq. & vene. in Cle. men. c. 1.  
Heb. 9. e  
† De offi. or. c. Si sacerdos.  
Psal. 40. b

† Mat. 26. b  
Marc. 14. c  
Ioh. 13. c

† Mat. 20. d  
Mar. 10. f

† Mat. 20. d  
Marc. 10. f

d. Quis ostendit utrumque apud deum esse, & cōsensionem filii, & protectionem, cū utrumque ab eo petitur, concussio à diabolo, & protectio à filio. Et utrumque cū filius dei protectionem filii habet in sua potestate, quā à patre postulat. Tertul. de fuga in persecutione.

e. Hic ostendit quid foret apostolis licitum tempore persecutionis. Quia cū Christus primo misit eos ad predicandum, dedit eis formam incedendi, ut sine pecunia & prouisione alia necessitatum incederent, ut dicitur fuit supra: o. cap. Et ideo forte cederent quod tempore persecutionis, quæ eis immineret, non liceret eis talia portare. quod remouet, dicens: Sed nunc qui habet sacculum tollat. De Lyr. ibidem.]

f. Sceleratis. Dicentibus Apóstolis, Ecce duo gladij hic, non respiciunt dominum, facis est, sed nimis est. Verum ergo ecclesie & spiritalis scilicet gladius, & materialis, sed is quidem pro ecclesia, ille uero ab ecclesia exercendus est. Ille sacerdotis, is militis manu, sed sanè ad utrumque sacerdotis, & iustum imperatoris. Bernar. de consil. lib. 4. 8. Peruenit ad iactum.

g. Appropinquans dominus passioni, iustitiam uocet & timorem ut abstraheret in se suscepti: & rursus per obedientiam fortitudinem metis ostendit: ut cū nobis immineret quod fieri uolumus, sic per infirmitatem peccamus ut fiat, ut tamè per fortitudinem parati simus ad implendam conditoris uoluntatem potius quàm nostram. Glofa ordin.]

h. Hoc est, Charitatis in signum cōuersis ad signum pditionis, & infidelitatis indicium, pacis pignore uteris ad officium cōdilatatis. Ambro. Exameron. lib. 6. cap. 9.

i. Quis latro detestabilior, quā persecutor qui uenerat ut Christum occideret? Sed noluit se Christus persecutorum defendi uoluerit, qui uoluit suo uoluerit omnes sanare. Ambros. Offic. lib. 3. cap. 4.

k. Tenebris hic uocat diaboli: accepit enim & ipse tunc potestatem aduersus eum: similiter autem & Pilatus, cui dixit: Non haberes potestatem aduersum me ullam, nisi tibi datum esset de superis. Tunc autem simul omnes vim ac potestatem acceperunt ipsum afflictionibus, & morti subiciendi, ut impleretur dispensatio salutatis incarnationis. Euthym. ibidem.

l. Bonæ lachrymæ quæ culpam lauant. Denique quos Iesus respicit, plorant delictum. Negauit primò Petrus, & non fleuit, quia non respexit dominus. Negauit secundò, & non fleuit, quia saluè non respexit eum dominus. Negauit & tertio, & respexit Iesus, & ille amarissimè fleuit. Aug. contra Pelagium & Cœlestium, lib. 1. ca. 45. Post Amb. in Luc. lib. 10.

m. Interrogabant. Etenim despiciebat insaniam eorum, & intrepidè eis loquebatur. Hinc autem manifestum quod inobedientes nullam uilitatem percipiunt cum eis reuelantur mysteria, sed maiorem cōdemnationem accipiunt, ideo illis occultanda sunt: nam hoc maioris est misericordie. Theoph. ibidem.

n. Opus habemus testimonio.

ni: <sup>d</sup> Simon ecce sathanas expetiuit vos, ut cribraret sicut triticum. <sup>†</sup> Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. <sup>¶</sup> Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Qui dixit ei: Domine, tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire. Et ille dixit: Dico tibi Petre, <sup>†</sup> non cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me. Et dixit eis: <sup>o</sup> Quando misit uos sine sacculo & pera & calceamentis, nunquid aliquid defuit uobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet sacculum tollat, similiter & peram. Et qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. Dico enim uobis, quoniam adhuc hoc quod scriptum est, oportet impleri in me: <sup>†</sup> Et cum <sup>7</sup> iniquis deputatus est. Etenim ea quæ sunt de me, finem habent. At illi dixerunt: Domine, ecce duo gladij hic. At ille dixit eis: Satis est. <sup>†</sup> Et egressus ibat secundum consuetudinem in montem Oliuarum. Secuti sunt autem illum & discipuli. Et cum peruenisset ad locum, dixit illis: Orate, ne intretis in tentationem. <sup>¶</sup> Et ipse aulusus est ab eis <sup>8</sup> quantum iactus est lapidis, & positus genibus orabat, dicens: Pater, si vis, transfer calicem istum à me. <sup>¶</sup> Veruntamen non mea uoluntas, sed tua fiat. Apparuit autem illi angelus de celo confortans eum. Et factus in agonia, prolixus orabat. <sup>†</sup> Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis <sup>9</sup> decurrētis in terram. Et cum surrexisset ab oratione, & uenisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes præ tristitia. Et ait illis: Quid dormitis? Surgite, orate, ne intretis in tentationem. <sup>†</sup> Adhuc eo loquente, ecce turba, & quæ uocabatur Iudas, unus de duodecim antecederat eos, & appropinquauit Iesu ut oscularetur eum. <sup>†</sup> Iesus autem dixit illi: Iuda, <sup>h</sup> osculo filium hominis tradis? Videntes autem ij qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei: Domine, si <sup>10</sup> percutimus in gladio? <sup>†</sup> Et percussit unus ex illis seruum principis sacerdotum, & amputauit auriculam eius dexteram. Respondens autem Iesus, ait: <sup>i</sup> Sinite. Usque huc. <sup>¶</sup> Et cum tetigisset auriculam eius, sanauit eum. Dixit autem Iesus ad eos qui uenerant ad se principes sacerdotum & magistratus templi & seniores. <sup>†</sup> Quasi ad latronem existis cum gladiis & fustibus: <sup>†</sup> Cum quotidie uobiscum fuero in templo, non extendistis manus in me. Sed hæc est ora uestra, <sup>k</sup> & potestas tenebrarum. Comprehendentes autem eum, duxerunt ad domum principis sacerdotum. Petrus uero sequebatur eum à longè. Accenso autem igne in medio atrij, & circumsedentibus illis, <sup>11</sup> erat Petrus in medio eorum. Quem cum uidisset ancilla quædam sedentem ad lumen, & eum fuisset intuita, dixit: Et hic cum illo erat. At ille negauit eum, dicens: Mulier, non noui illum. Et post pusillum alius uidens eum, dixit: Et tu de illis es. Petrus uero ait: O homo non sum. Et interuallo facto quasi horæ unius, alius quidam affirmabat, dicens: Verè & hic cum illo erat, nam & Galilæus est. Et ait Petrus: Homo nescio quid dicis. <sup>¶</sup> Et continuo adhuc illo loquente, cantauit gallus. <sup>†</sup> Et conuersus dominus respexit Petrum. <sup>†</sup> Et recordatus est Petrus uerbi domini, <sup>12</sup> sicut dixerat, quia priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras Petrus fleuit amare, <sup>†</sup> & uiri qui tenebant illum, illud ebant ei cadentes, & uelauerunt eum, & percutiebant faciem eius, & <sup>13</sup> interrogauerunt eum, dicentes, Prophetiza, quis es qui te percussit? Et alia multa blasphemantes dicebant in eum. Et ut factus est dies, conuenerunt seniores plebis & Principes sacerdotum & Scribæ, & duxerunt illum in consilium suum, dicentes: <sup>†</sup> Si tu es Christus, dic nobis. Et ait illis: <sup>m</sup> Si uobis dixerò, non credetis mihi: si autem & interrogauerò, non respondebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc autem erit filius hominis sedens à dextris virtutis Dei. Dixerunt autem omnes: Tu ergo es filius Dei? Qui ait: Vos dicitis, quia ego sum. At illi dixerunt: Quid adhuc <sup>14</sup> desideramus testimonium? ] Ipsi enim audiuimus de ore eius.

*Pilato manè presentatus & interrogatus innocens reperitur, attamen Barabba dimisso crucifigendus traditur, crucifixus uidetur, moritur, deponitur, & sepelitur.*

XXIII.

† De pas. di. 2. c. 4. Vide Daut. De baptis. Maiores. † Or. 21. c. 1. † Marc. 26. c. Marc. 14. c.

† Marc. 14. c. Marc. 15. c.

† Marc. 16. d. Ioan. 18. a. Marc. 14. d.

De eel. mis. In quadam.

† Marc. 26. d. Marc. 14. d. Ioan. 18. a.

† Marc. 16. e. Marc. 14. e. Ioan. 18. b.

† 24. q. 1. c. 2. Si Petrus.

† Marc. 16. e.

† Marc. 16. f. Marc. 14. f. Ioan. 18. c.

11. q. 1. Non solum.

† Marc. 16. g. De pas. di. Petrus. Conuersum. Port. † Marc. 16. g. Marc. 14. g. Ioan. 18. d. † Marc. 16. h. Marc. 15. 2. Ioan. 18. e.

† Marc. 16. g. Marc. 14. g.





11. Patrem inuoluens se filium dei declarat. Spiritum comendans, non defectum virtutis, sed confidentiam eiusdem cum patre potestatis in sinu. Amas enim dare gloriam patri, in quo nos informatur ut gloriam demus creatori. Gloria ordin.]

9. Accesserant. k. Quia multi etiam se propter hanc facta cedebat, & pectus percutiebant, hoc sum moperere iudiciorum ante oculos ponit crudelitate: quibus enim ceteri fiebant amare, his illi gloriabatur. Nam cum magna ira dei, inuoluitur in furore ex signa forent, tenebrae scilicet, dirupti lapides, recessum velum, motus terrae, nec timore tamen illo repressi, nec misericordia flexi sunt. Chryf. in Math. homil. 89. l. Etat dies Parasceues. i. feria sexta, quae dicitur Parasceues. i. preparatio, quia tunc preparabantur, & coquebantur illa quae debebantur comedi in sabbato, secundum quod praecipitur. Exor. 26. cap. De Iyra. ibid.]

10. Reuertit. 11. Qui fuerunt.

magna Iesus, ait: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et haec dicens, exspirauit. Videns autem Centurio quod factum fuerat, glorificauit deum, dicens: Verè hic homo iustus erat. Et omnis turba eorum qui simul aderat ad spectaculum istud, & videbant quae fiebant, percutientes pectora sua reuertebantur. Stabant autem omnes noti eius à longè, & mulieres quae secutae eum erant à Galilaea haec videntes. Et ecce vir nomine Ioseph qui erat Decurio, vir bonus & iustus, hic non consenserat consilio & actibus eorum, ab Arimathia ciuitate Iudaeae, qui expectabat & ipse regnum Dei. Hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu, & depositum inuoluit in sindone, & posuit eum in monumento exciso, in quo nondum quisquam positus fuerat. Et dies erat Parasceues, & sabbatum illucescebat. Subsecutae autem mulieres quae cum eo venerant de Galilaea, viderunt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus eius, & reuertentes parauerunt aromata & unguenta, & sabbato quidem siluerunt secundum mandatum.

Mulieres monumentum cum aromatibus visitantes Christum audiunt ab angelis iam suscitatum, quod audiens Petrus ipse visitans non inuenit. Iesus autem peregrinantis in Emmaus se sociat, & postea in medio undecim palam comedit, & tandem ipsius terrentibus in caelum ascendit. XXIIII.

2. Profundo. a. Quod alius euangelista dicit valde mane. Diluculo est inter tenebras noctis & diem claritas, in quo salus humano generi puenit, sed tunc vicinitate declaranda more solis, qui proxima luce esturgens, rosam praemitit auroram, ut gratia praerati splendoris preparatis oculis possit inueniri. quado dominice resurrectionis eluxit: ut tunc laudes Christi tora careret secundum exemplum hardi seminarii ecclesiae, quando genus humanum exemplo suae resurrectionis animauit, quando vita praeficit, & lumen crudelitatis infusit Hierony. in Marc. 6. c. Et nonnulli eum illis.

b. Surrexit igitur dominus tri-duanus, quomodo autem iter dicit sexta hora paraescues crucifixus est, ab illa vigile ad nona fuerunt tenebrae. Per has nisi noctem intelligas. Iterum à nona, lux id est, dies: ecce diem, & noctem. Iterum nox paraescues & dies sabbati, ecce secundo die & noctem. Nox quoque sabbati & diluculo dominice, iuxta Mattheum dicentem: quae illucescebat in vna sabbatorum. A diluculo enim & dies totus numeratur. Ecce tertio die & noctem. Theoph. ibid.

2. Illarum.

3. Cum se inclinasset. 4. c. Emmaus vel secundum Iosephum, Emmaus, vrbis est Palestinae, quae post dicta est Nicopolis.

5. Disputarent. d. Apparuit & ipse, factus est tertius viator, miscuit eis amica colloquia, oculi eorum tenebantur, ne agnosceret eum. Oportebat enim ut melius cor instrueretur. Cognitione discurrerit, quare ab eis quid inter se loqueretur, ut quod ipse sciebat, illi facerentur. Et, quod audistis: mirari emperit, quia de re clara & tam manifesta velut à nesciente interrogabantur. Tu solus inquit peregrinus es in Ierusalem, & nescis quae in ea facta sunt? At ille dixit: Quae? De Iesu Nazareno, &c. Augusti. Scim. 144. de temp. ore.

6. Arguit.

7. Diluculo profecta. 8. Unde & à Moysè & ab omnibus prophetis interpretatur eis: nempe mysterium sacrificij Abrahae, quando dimisso Isaac aries immolatus est, haec enim res dominicas praefigurabat. Theophil. ibid.]

Na autem sabbati valde diluculo venerunt ad monumentum portantes quae parauerat aromata, & inuenerunt lapidem reuolutum à monumento, & ingressae non inuenerunt corpus domini Iesu. Et factum est dum mente consternatae essent de isto, ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. Cum timerent autem, & declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas: Quid quaeritis? viuentem cum mortuis? Non est hic, sed surrexit. Recordamini qualiter locutus est vobis cum adhuc in Galilaea esset, dicens: Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi, & die tertia resurgere. Et recordatae sunt verborum eius, & regressae à monumento nuntiauerunt haec omnia illis undecim, & ceteris omnibus. Erat autem Maria Magdalene, & Ioanna, & Maria Iacobi, & ceterae quae cum eis erant, quae dicebant ad Apostolos haec. Et visa sunt ante illos sicut deliramentum verba ista, & non crediderunt illis. Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum, & procumbens vidit linteamina sola posita, & abiit secum mirans quod factum fuerat. Et ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Ierusalem, nomine Emmaus, & ipsi loquebantur adinuicem de iis omnibus quae acciderant. Et factum est dum fabularentur, & secum quaererent, & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis. Oculi autem eorum tenebantur ne eum agnoscerent. Et ait ad illos: Qui sunt ij sermones quos confertis adinuicem ambulantes, & estis tristes? Et respondens vnus cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in Ierusalem, & non cognouisti quae facta sunt in illa diebus? Quibus ille dixit: Quae? Et dixerunt: De Iesu Nazareno qui fuit vir propheta, potens in opere & sermone coram deo & omni populo: Et quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus, quia ipse esset redempturus Israel. Et nunc super haec omnia tertia dies est hodie, quod haec facta sunt. Sed & mulieres quaedam ex nostris terruerunt nos, quae ante lucem fuerunt ad monumentum, & non invento corpore eius, venerunt dicentes se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt, ipsum verò non inuenerunt. Et ipse dixit ad eos: O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quae locuti sunt prophetae. Nonne haec oportuit pati Christum & ita intrare in gloriam suam? Et incipiens à Moysè & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis quae de ipso erant. Et appropinquauerunt castello quod ibat & ipse se finxit longius ire. Et coegerunt illum dicentes: Mane nobiscum domine, quoniam aduersperascit, & inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis. Et factum est dum recum-

† Pfab. 30.2

† Mat. 27. g. Mar. 15. g. Ioan. 19. g.

A Anno 40. 31. † Marc. 16. 1. Marc. 16. 2. Ioan. 20. 2.

† Mar. 28. a. Mar. 16. a. Ioan. 20. a.

† Mat. 17. d. Marc. 9. e. Sup. p. c. † Mar. 28. b. Marc. 6. c.

† Marc. 6. a.

c

D

h

recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit ac fregit, & potrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum, & ipse euauit ex oculis eorum. Et dixerunt adinuicem: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur \* in via, & aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora regressi sunt in Ierusalem, & inuenerunt congregatos undecim, & eos qui cum illis erant, dicentes, quod surrexit dominus uere, & apparuit Simoni. Et ipsi narrabant quæ gesta erant in via, & quomodo \* cognouerunt eum ] in fractione panis. †<sup>m</sup> Dum autem hæc loquuntur, stetit Iesus in medio eorum, & dixit eis: Pax uobis, & ego sum, nolite timere. ] \* Conturbati uero & conterriti existimabant se spiritum uidere. Et dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda uestra? Videte manus meas & pedes, \* quia ego ipse sum. Palpate & uidete, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uideris habere. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes. Adhuc autem illis non credentibus & mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis hic aliquid <sup>o</sup> quod manducetur? ] At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauum mellis. Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias <sup>o</sup> dedit eis. ] Et dixit ad eos: Hæc sunt uerba quæ locutus sum ad uos cum adhuc essem uobiscum, quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi & Prophetis & Psalmis de me. <sup>n</sup> \* Tunc aperuit <sup>o</sup> illis sensum ] ut intelligerent scripturas, & dixit eis: † Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die, & <sup>o</sup> prædicare ] in nomine eius penitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes: incipientibus ab Ierofolyma. Vos autem testes estis horum. †<sup>o</sup> Et ego mittam promissum patris mei in uos, uos autem sedete in ciuitate, quoad usque induamini uirtute ex alto. † Eduxit autem eos foras in Bethaniam, & eleuatis manibus suis benedixit eis. Et factum est dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cælum. Et ipsi adorantes regressi sunt in Ierusalem cum gaudio magno, & erant semper in templo laudantes & benedicentes deum. Amen.

† Mar. 28. g  
Mar. 16. c  
Ioan. 20. e

# Ad. 17. a

† Ioan. 15. d  
A. 1. a  
† Mar. 16. g  
A. 1. b

k. Nos definimus deum naturæ cognoscendum, deinde doctrinæ recognoscendum. Natura ex operibus, doctrina ex prædicationibus. Tertul. aduersus Marcio. lib. 2.  
\* Nobis.  
l. Ipsi narrabant apparitionem eis factam prout descripta est per ordinem. Tamen nec illis nec aliis Thomas credidit, sed per aliquod spacium ab aliis dicebat. De Lyra ibidem ]  
8. Cognitus iussit ipsi.  
m. Non ergo per incorporationem naturam, sed per resurrectionis corporeæ qualitatem imperata uita clausa penetravit. Næ quod tangitur corpus est in corpore autem resurgemus. Seminatur enim corpus animale, surgit corpus spiritale. Sed illud subtilius, hoc crassius: utpote adhuc terrene labis qualitate concretum. Nam quomodo non corpus, in quo manebant insignia uulnerum, uelligia cicatriceum, quæ dominus palpanda obtulit: Am bro. ibidem.  
\* Meos.  
9. Hæc.  
10. Est illi.  
11. Accipit atque in conspectu eorum comedit.  
12. Post uisum, post contactum, post commemoratam legem, aperuit sensum, ut quod uident & legunt, intelligant. Deinde post sui corporis commendatam ueritatem, commendat ecclesie ueritatem, & prædicari in nomine eius penitentiam in omnes gentes. Gloriosa ordin. ]  
13. Prædicari.  
o. Conuersamini simul Ierofolyma, non separati, propter imbecillitatem qua adhuc tenemini, & timorem uestrum quoad uirtutem induamini in modum armature uirtute ex alto celo, uel alia diuinitate per prædicta spiritus sancti defensionem. Euthymius. ibidem.

VITA SANCTI IOANNIS PER DI  
uum Hieronymum.

**I**oannes apostolus, quem Iesus amauit plurimum, filius Zebedæi, frater Iacobi apostoli, quem Herodes post passionem domini decollauerat, nouissimus omnium scripti Euangelium, rogans ab Asia episcopis aduersus Cerinthum, aliosque hæreticos, & maxime tunc Ebionitarum dogma confurgens, qui asserunt Christum ante Mariam non fuisse. Unde & compulsus est diuinam eius natiuitatem edicere. Sed & aliam causam huius scripturæ ferunt, quod cum legisset Matthei, Marci, & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historiae, & uera eos dixisse firmauerit, sed unius tantum anni in quo & passus est post carcerem Ioannis, historiam texuisse. Prætermissio itaque anno, cuius acta à tribus exposita fuerant, superioris temporis antequam Ioannes clauderetur in carcerem, gesta narrauit: sicut manifestum esse poterit iis, qui diligenter quatuor Euangeliorum volumina legerint. Quæ res etiam de apocryphis, quæ uidetur Ioannis esse cum cæteris, tollit. Scripsit autem & unam epistolam, cuius exordium est: Quod fuit ab initio, quod audiuiimus & uidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de uerbo uita: quæ ab uniuersis ecclesiasticis & eruditis uiris probatur. Reliquæ autem duæ, quarum principium est: Senior electæ dominæ & natus eius, & sequentis: Senior Caio charissimo, quem ego diligo in ueritate, Ioannis presbyteri asseruntur, cuius & hodie alterum sepulchrum apud Ephesum ostenditur, & nonnulli putant duas memorias eiusdem Ioannis Euangelistæ esse, super qua re cum per ordinem ad Papiam auditorem eius uentum fuerit, differemus. Quarto decimo igitur anno, secundâ post Neronem persecutione mouente Domitiano, in Patmos insulam relegatus, scripsit Apocalypsin, quam interpretantur Iustinus martyr, & Irenæus. Interfecto autem Domitiano, & actis eius ob nimiam crudelitatem à senatu rescissis, sub Pertinace principe rediit Ephesum, ibique usque ad Traianum principem perseuerans, totas Asiae fundauit rexique ecclesias, & cōfractus senio, sexagesimo octauo post passionem domini anno mortuus iuxta eandem urbem sepultus est.

FF



**D** erant ex Pharisæis. Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei. <sup>ff</sup> Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias neque propheta? Respondit eis Ioannes, dicens: Ego baptizo in aqua, medius autem vestrum stetit quem vos nescitis. † Ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est, cuius ego non sum dignus vt soluam eius corrigiam calceamenti. Hæc in Bethabara facta sunt trās Iordanem, vbi erat Ioānes baptizans. <sup>3</sup> Altera die vidit Ioannes Iesum venientem ad se, & ait: Ecce agnus dei, & ecce qui tollit peccata mundi. Hic est de quo dixi: Post me venit vir, qui ante me factus est, quia prior me erat, & ego nesciebam eum. Sed vt manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. <sup>6</sup> Et testimonium perhibuit Ioannes, dicens: † Quia vidi spiritum descendentem quasi columbam de cælo: & mansit super eum. Et ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: <sup>k</sup> Super quem videris spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius dei. <sup>6</sup> Altera die iterum stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo. Et respiciens Iesum ambulantem, dixit: † Ecce agnus dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & sequuti sunt Iesum. <sup>1</sup> Conuersus autem Iesus, & videns eos sequentes se, dicit eis: Quid queritis? Qui dixerunt ei: <sup>ff</sup> Rabbi, quod dicitur interpretatum magister, vbi habitas? Dicit eis: Venite & videte. Venerunt, & viderunt vbi maneret, & apud eum manserunt die illo. Hora autem erat quasi decima. Erat autem Andreas frater Simōnis Petri, vnus ex duobus qui <sup>7</sup> audierat à Ioanne, & secuti fuerant eum. Inuenit hic primum fratrem suum Simōnem, & dicit ei: Inuenimus Messiam, quod est interpretatum Christus. Et adduxit eum ad Iesum. <sup>m</sup> Intuitus autem eum Iesus, dixit: Tu es Simon filius Iohanna, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. <sup>9</sup> In crastinum voluit exire in Galilæam, & inuenit Philippum. Et dicit ei Iesus: Sequere me. <sup>6</sup> Erat autem Philippus à Bethsaida ciuitate Andreæ & Petri. Inuenit Philippus Nathanael, & dicit ei. † Quem scripsit Moyses in lege, & Prophetæ, inuenim⁹ Iesum filium Ioseph à Nazareth. Et dixit ei Nathanael: A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus: Veni, & vide. Vidit Iesus Nathanael venientem ad se, & dicit de eo: Ecce verè Israelita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanael: Vnde me nosti? Respondit Iesus, & dicit ei: Prius quàm te Philippus vocaret, cum esses sub ficu, vidi te. Respondit ei Nathanael, & ait: Rabbi, tu es filius dei, tu es Rex Israel. Respondit Iesus, & dicit ei: Quia dixi tibi, vidi te sub ficu, credis: <sup>10</sup> maius his videbis. Et dicit ei: Amen amen dico vobis, videbitis cælum apertum, & angelos dei ascendentes & descendentes supra filium hominis.

† Mar. 3. e  
Luc. 1. b  
Ado. 1. a &  
19. a

† Dep. di.  
2. c. Quæren-  
dum est.  
Mar. 3. d  
Mar. 1. b  
Luc. 3. d  
† Diff. 19.  
Secundum.  
De conf. dist.  
4. ca. Aliud  
est.  
† De conf. di.  
3. Sextam san-  
ctam.

† Gen. 49. d  
Deut. 18. e  
Isa. 40. c  
45. b  
Ier. 23. a  
Eze. 34. 17. f  
Dan. 9. f

† Mat. 24. c  
28. d

*Christus in nuptiis ex aqua vinum facit, inde Ierosolymam ascendens negotiatores à templo eiicit.*

11.

Anno do. 31.

**A** T die tertia, nuptiæ factæ sunt in Chana Galilææ: & erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem & Iesus & discipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum: Vinum non habent. Et dicit ei Iesus: Quid mihi & tibi est mulier? Nondum venit hora mea. Dicit mater eius ministris: Quodcunque dixerit vobis, facite. Erant autem ibi lapideæ hydræ sex positæ secundum purificationem Iudæorum, capientes singulæ <sup>b</sup> metretas binas vel ternas. Dicit eis Iesus: Implete hydras aqua. Et impleuerunt eas vsque ad summum. Et dicit eis Iesus: Haurite nunc, & ferte Architriclino. Et tulerunt. <sup>6</sup> Vt autem gustauit Architriclinus aquam vinum factam, & non sciebat vnde esset, (ministri autem sciebant, qui hauserant aquam,) vocat sponsum Architriclinus, & dicit ei: Omnis homo primum bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Tu autem seruaisti bonum vinum vsque adhuc. ] Hoc fecit <sup>a</sup> initium signorū Iesus in Chana Galilææ: & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eū discipuli eius. † Post hæc descendit Capharnaū ipse & mater eius, & fratres eius, discipuli eius, & ibi manserunt non multis diebus. <sup>6</sup> Et propè erat Pascha Iudeorum, & ascendit Iesus Ierosolymam

† Mat. 4. d

ff. Cum peficere nō possent quod intendebant, accusatione nituntur hunc atterere, vt vel timore cogetur dicere quod non erat. Euthy. ibid.]  
g. Id est, non sum dignus incarnationis mysterium comprehendere angustis mentis humana, atque inopis vilitate sermonis absolueret. Ambro. de institutione. virginis. c. 14.  
3. Postero die vider.  
4. Peccatum.  
h. Hoc est, factum est vt ante me esset, vt præponeretur mihi, qui prior me erat. Augu. super Numer. ca. 31.  
i. Quare spiritus sicut columba descendit, nisi vt tu videres, nisi vt tu agnosceres columbam etiam illam, quam Noe iustus emisit ex arca, istius columbe specimen fuisse, vt tyrum a phœnicibus sacrauerit? Et foras diebus, cum illa vera colūba fuerit, hic quasi columba descendit, quo illic speciem dicimus, hic veritatem? Sed quid tam verū quàm diuinitas, quæ amat seipm, creata tunc autem non potest veritas, sed species esse: quare facillè soluitur atque mutatur. Ambro. de his qui mysteris iniciuntur. ca. 4.  
5. Non noueram;  
k. In eo manebat quæ nulla corruptelæ carnalis impedimenta reuocabant, quominus incorrupta & mixta ordine disciplina teneret: cuius caro non vidit corruptionem. Ambro. de Noe & arca, cap. 3.  
6. Postero.  
l. Hinc admoneri possimus deū suis in nos beneficiis nostras nō præuenire voluntas, sed à nobis incipiendum esse: sed cum nos prompto paratōque animo ad suscipiendam gratiam exhibemus, tunc multas affect vobis fallus occasiones. Chrylost. ibi dem, homil. 17.  
7. Audierant.  
m. Respicit vt deū deest, qui corda & vultu scrutatur, videtque qui nihil ignorat, ad quæram & didem & virtutē discipulus peruenitur sit, & antea, quàm aliquid de eo quassisset, tam ipsum quàm patrem eius nomine appellat, & hæc re discipulū infuit eum se esse, qui cuncta etiam antequam fiant, nouit. Cyri. libidem.  
8. Iona, vel Iona.  
9. Postero die.  
\* Iesus. 10. Maiora.  
\* a modo.

a. Quidam dicunt dominū post ieiunium aperit prædicallū, discipulos congregasse, ac sermonem domini in mōte fecisse ante vini miraculum: quia legunt dominum cum discipulis inuitatum ad nuptias. Alij verbō dicunt post ieiunium secūde prædicallū, & paucos discipulos congregasse per annum, & tunc ed illis paucis ad nuptias vocatum post annum: quod verius puramus, cum primum supra 30. attingeret annum. Comest.  
b. Metreta mensura est congiourum decē. Budæus lib. de Arte.  
c. Architriclinus, qui præfectus est apparando conuiuio.  
r. Hucusque.  
d. Publicum & manifestū, quādoquidem prius signa ediderat de virgine nascēdo, Magos itel la duēdo. 40. dieb, & totidem noctibus sine cibo ieiunando & plura nobis signa, quæ nō sunt scripta in libro hoc.  
e. Secundum Pascha à baptisma te Christi, quod fuit anno eius. 31. quom esset 29. an. & tres menses natus, secundum Comest. at secundum Chryl. 30. annus eius erat: cum 3. mēib. 31. anni quod mihi vetus videtur quom miraculum vini fecisse dicatur eodem quo fuerat die baptizatus, quom inciperet 30. annum, anno reuoluto.

ff. Et quare illos è templo eiecit non in merito. Quia in fabrica sanatus erat, & solutus legem, vt ne videatur cõtrarius Deo, corrigi hoc loco opinione illam. Neque tantum zelus propter domum offendens speruisset Deum dominum domus. Non enim simpliciter eiecit, sed & flagello plexo percussit, sed subuertit menses & lucrum, hoc est, pecuniam nummulariorum effudit. Theophyl. ibidem.]

2. Mercatus.

g. Sub secundo enim Dariz anno inceptum est, & per 46. an. constructum, sub vndecimo Xerxis anno cõsummatum est. Prosp. Et verius anno Cyri. 24. inceptum esse cõperit habemus, vsque ad 30. an. Dariz filij Hidaspis: ad quem sunt anni 46. à quo ad Christum natum sunt. 490. an. ex 70. hebdomadibus emergentes. [h. Non enim sic credebant in eum, vt digni essent Christum habitare in eis, quorum fides catechumenis cõparatur, qui credunt in Christum, sed Christum non credit seipsum eis, quia nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Beda. ibid. e.]

¶ & inuenit in templo vendentes oues & boues, & columbas, & nummularios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoque & boues, & nummulariorum effudit as, & mensas subuertit. Et iis qui columbas vendebant, dixit: Auferte ista hinc. ¶ & nolite facere domum patris mei, domum negotiationis. Recordati sunt verò discipuli eius, quia scriptum est: Zelus domus tuæ comedit me. Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Quod signum ostēdis nobis quia hæc facis? Respondit Iesus, & dixit eis: ¶ Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. ¶ Dixerunt ergo Iudæi: ¶ Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset à mortuis, ¶ recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat, & crediderunt scripturæ: & sermoni quem dixit Iesus. Cum autem esset Ierosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius videntes signa eius quæ faciebat. ¶ Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis, eò quod ipse nosset omnes, & quia opus ei non erat, vt quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine.

*Nicodemum super regeneratione instruit: Iudæam lustrando baptizat, vnde Ioannis discipulos amulantes Ioannes ipse arguit. III.*

a. Cum esset magister in Israel & inter magnates vnus, palam disceere erubuit, & ideo nocte venit.

b. Timebat enim palam accedere propter Iudæorum suspensionem qui aucturi erant accedere ad eum. Euthy. ibidem.]

2. Natur. 2. Renasci.

c. Vitique nullum excipit, non infantem, non aliqua præuenti necessitate. Amb. de Abraham, lib. 2. c. 11.

d. Nec putes quod etiam si omnem pietatem colas, omnemque iustitiam, baptismum verò non accipias, spem possis habere apud deum. Imo potius maiore pena dignus erit qui bona opera non bene operatur. Deus autem iustis omnem colentem se baptismo consignatur. Clemens, lib. 6. Recognitionum.

3. Creditur.

e. Ac si dicat. Ne abiteris ita me magister esse, vt multi pro phetam, qui à terra sunt: quoniam ex celo venio, quo nemo propheta ascendit, ego illic habito, & non solum, sed & vbi que. Chrys. Vel cum Christus sit caput, sancti autem membra, nec esse est vt sequantur membra, quod caput præcedit: vt in celo corporis Christi plenitudo. Eucherius.

4. Dedit. 5. Mala.

f. Ecce hic opera hominis in deo facta legimus, & ad substantiam tamen diuinam referre non possumus. Sed aut per ipsum facta cognoscimus, vt est illud Apostolicum, quod omnia per ipsum, & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. Ambro. de fide, lib. 1. cap. 3.

6. Quod.

g. Ennon in 8. lapide Scythopoli, quæ & Bethsan dicitur: in quo Philisti Saulis & natorum eadueria capitibus truncata, in Iudæorum contumeliam suspenderant, vt 1. Reg. vi. cimo, distatque à Ierosolymis 37. leucis cõsensisse. Est & alia Ennon quæ & Gehennon in suburbis Ierosolymis, ad radices montis Moria, vbi erat idolum Molech æneum, cuius facies vultu, pars reliqua hominis porrectis manibus ad recipiendum pueros immolandos parata: vnde Gehenna locus tormentorum, & fœpius pro inferno, ab illa valle Gehennon dicitur.



Rat autem homo ex Phariseis Nicodemus nomine, princeps Iudæorum. ¶ Hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei: ¶ Rabbi, scimus quia à deo venisti magister. Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit deus cum eo. Respondit Iesus, & dixit ei. Amē amen dico tibi, ¶ nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum dei. Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo nasci? cum sit senex? Nunquid potest in ventrem matris suæ introire, & renasci? Respondit Iesus: Amen amen dico tibi, ¶ nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Non mireris quia dixi tibi, oportet vos nasci denuo. ¶ Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quò vadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. ¶ Respondit Nicodemus, & dixit ei. Quomodo possunt hæc fieri? Respondit Iesus, & dixit ei: Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? Amen amen dico tibi, ¶ quia] quod scimus, loquimur, & quod vidimus testamur, & testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi vobis, & non creditis,] quomodo si dixerò vobis cœlestia credetis? ¶ Et nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, ¶ filius hominis qui est in cœlo. ¶ Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipso, non pereat, sed habeat vitam æternam. ¶ Sic enim deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum ¶ daret,] vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam. Non enim misit deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. ¶ Qui credit in eum, non iudicatur. Qui autem non credit, iam iudicatus est, quia non credit in nomine vnigeniti filij dei. ¶ Hoc est autem iudicium, quia ¶ lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. Erant enim eorum mala opera. ¶ Omnis enim qui ¶ malè] agit, odit lucem, & non venit ad lucem: vt non arguantur opera eius. ¶ Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius: ¶ quia] in deo sunt facta. Post hæc venit Iesus & discipuli eius in Iudæam terram, & illic morabatur cum eis, ¶ & baptizabat. ¶ Erat autem & Ioannes baptizans in Ennon iuxta Salim, quia aquæ multæ erant illic, & veniebant & baptizabantur. Nondum enim missus fuerat Ioannes in carcerem. Facta est autem quæstio ex discipulis Ioannis cum Iudæis de purificatione. Et venerunt ad Ioannem, & dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. Respondit Ioannes, & dixit: Nō potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de cœlo. ¶ Ipsi vos mihi testimonium perhibetis quod dixe-

6. Mar. 21. b.  
Luc. 19. g.  
45. dist. Cum  
beatus,  
88. d. Eitice,  
c. Quid est,  
1. q. 3. ca. Ex  
multis,  
2. q. 7. c. Accu  
satio.  
¶ 19. quæ. 1. c.  
¶ Quoniam.  
¶ Psal. 48. b.  
68. b.  
¶ Mat. 26. f.  
¶ 27. c.  
¶ Mar. 14. f. &  
15. c.  
¶ Psal. 3. b.  
30. c.

A Anno do. 34.  
¶ Intra 70 g.  
Mar. 21. c.  
¶ De conf. di.  
4. Filius. Nō  
dubio.  
¶ De baptiz.  
maiores.  
Non vt apu  
neret. Debitū  
¶ De renun.  
Nisi cum ip  
dem.  
¶ Psal. 134. b.  
¶ Ephes. 4. b.  
¶ Nom. 21. c.  
Intra 12. c.  
¶ Ioan. 4. b.  
¶ De pædi.  
4. c. Benedi  
ctus.  
¶ Sup. 1. a.  
¶ De conf. di.  
4. c. Quando  
ab Ierosoly  
mis.  
De off. delo.  
c. Consulto  
19. quæ 2. c.  
¶ Peritiosim  
¶ De conf. di.  
4. Quando d  
Ierosolym.  
¶ Mat. 3. b.  
Luc. 3. d.  
¶ Mat. 4. d.  
¶ Mar. 1. c.  
1. Ioan. 4. c.  
Sup. 1. c.



dixerim, non sum ego Christus, sed quia missus sum ab te illum. Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est. Illum oportet crescere, me autem minui. Qui de sursum venit, super omnes est. Qui est de terra de terra est, & de terra loquitur: qui de caelo venit, super omnes est. Et quod viderit, & audivit, hoc testatur, & testimonium eius nemo accipit. Qui autem accepit eius testimonium, signavit, quia deus verax est. Quem enim misit deus, verba dei loquitur. Non enim ad mensuram datus deus spiritum. Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Qui credit in filium, habet vitam aeternam: qui autem incredulus est filio, non videbit vitam, sed ira dei manet super eum.

Iesus itinere fatigatus cum Samaritana loquitur, in Chana Galilaeae Reguli puerum sanat.

1111.

**V**ergo cognovit Iesus, quia audierunt Pharisaei, quod Iesus plures discipulos facit, & baptizat quam Ioannes, (quanquam Iesus non baptizaret, sed discipuli eius,) reliquit Iudaeam, & abiit iterum in Galilaeam. Oportebat autem eum transire per mediam Samariam. Venit ergo in civitatem Samariae quae dicitur Sichar, iuxta praedium quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Erat autem ibi fons Iacob. Iesus autem fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem. Hora autem erat quasi sexta. Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Iesus: Da mihi bibere. Discipuli enim eius abierant in civitatem, ut cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu Iudaeus cum sis, bibere a me potes, quae sum mulier Samaritana? Non enim contantur Iudaei Samaritanis. Respondit Iesus, & dixit ei: Si scires donum dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam vivam. Dicit ei mulier: Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus est. Vnde ergo habes aquam vivam? Nunquid tu maior es patre nostro Iacob qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? Respondit Iesus, & dixit ei: Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum. Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum: sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam. Dicit ad eum mulier: Domine, da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neque veniam huc haurire. Dicit ei Iesus: vade voca virum tuum, & veni huc. Respondit mulier, & dixit: Non habeo virum. Dicit ei Iesus: Bene dixisti, quia non habeo virum. Quinque enim viros habuisti, & nunc quem habes, non est tuus vir. Hoc verum dixisti. Dicit ei mulier: Domine, video quia Propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adoraverunt, & vos dicitis, quia Ierosolymis est locus ubi adorare oportet. Dicit ei Iesus: Mulier, crede mihi: quia venit hora quando neque in monte hoc, neque in Ierosolymis adorabitis patrem. Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudaeis est. Sed venit hora & nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. Nam & pater tales quærit, qui adorent eum. Spiritus est deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. Dicit ei mulier: Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus. Cum ergo venerit: ille nobis annuntiabit omnia. Dicit ei Iesus: Ego sum qui loquor tecum. Et continuo venerunt discipuli eius, & mirabantur quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit, quid quæris, aut quid loqueris cum ea? Reliquit ergo hydriam suam mulier, & abiit in civitatem, & dicit illis hominibus: Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia quaecunque feci. Nunquid ipse est Christus? Exierunt ergo de civitate, & veniebant ad eum. Interea rogabant eum discipuli, dicentes: Rabbi, manduca. Ille autem dixit eis: Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis. Dicebant ergo discipuli ad invicem: Nunquid aliquis attulit ei manducare? Dicit eis Iesus: Meus cibus est, ut faciam voluntatem eius qui misit me, ut perficiam opus eius. Nonne hos dicitis, quod adhuc quatuor menses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis, leuate oculos vestros,

[h. Id est, habet officium sponsi, quod est generare filios: & ideo officium Christi est baptizare per quod regenerantur filij de sponsa Christi, quae est ecclesia. De Lyr. ibidem.]  
i. Vnde vocis sonum pertransiit, & verbi gloriam permanentem: illi oportet crescere: quia cum homo putaretur, deus erat: Ioannem autem minui, quia est deus crederetur, homo erat: & quia per omnem mundum Christi euangelium dilataret, & Ioannis propheta finiret. Euseb. Emil. de S. Ioan. homil. 1.  
[k. Omnia dedit in manu filij iuxta humanitatem, si autem & secundum divinitatem, quid hoc? Dedit pater omnia filio ratione naturae, sed non gratia: quoniam & eius pater habet, merito & omnia a patre dicitur habere. Theoph. ibidem.]

† Rom. 3. a  
Infra 8. c  
† Mat. 11. g  
1. uc. 10. f  
Infra 1. 6. c  
† Ioan. 5. b  
† Ista. 21. a  
Abac. 2. a

Anno do. 31.  
† De conf. di.  
4. c. Quando  
ab Ierosoly.  
mis.  
† Gen. 48. d  
Ios. 24. g

† Ioan. 7. f  
De pm. di. 2.  
c. Charitas,  
Infra 6. d

† Deut. 12. a  
† 4. Reg. 17.  
fg  
Luc. 7. e  
1. Corin. 3. d  
2. Cor. 3. d  
† 2. q. 1. c  
Quidam vir.

† De pct. di.  
3. Inter hęc.  
† Ista. 40. g  
51. b  
Luc. 10. a

[a. Sciebat Iesus scientiam eorum & intuitum, quod non ideo dicerant ex eo ut eum sequerentur sed peccarentur, & ideo fugientes suos cedere malis, non timentes vel eadere eos impotens. Glossa ord. ibid.]  
\* 1. p. c.  
b. Quae prius Sichem a filio Emor in ea pro stupro Diana filij Iacob occiso, quae antea dicebatur Sichem, & inde dicta est Sichem, & Sichem, nunc autem dicitur Neapolis, non procul ab est Sepulchra, quo ossa Ioseph humata leguntur. Ioseph. 1.

1. Commertium habent.  
\* Cum.  
c. De qua Zacha. 4. Et erit in die illa, exibat aqua vivae de Ierosolym, hoc est, Evangelice doctrine sermo: qui quum profectus sit de Iudaea & Ierosolym diffusinatus postea est in omnem terram. Euseb.  
d. Quo & ipsum baptisma salutaris aquae significatur, quod saltem saltem sumitur, nec rursus iteratur. Cyr. epist. lib. 2. epist. 34.  
e. Quoniam pacto nesciebant Samaritani quod adorarent. Quoniam in certo & circumscripto loco esse, & quasi divini potestatem arbitrabantur, ita eum colebant. Chrys. ibid. hom. 32.  
f. Ex persona quidem Iudaeorum dictum est, sed non omnium Iudaeorum: non reproborum Iudaeorum, sed de quibus fuerunt apostoli, quales fuerunt prophetae, quales fuerunt omnes sancti, qui omnia sua vendiderunt, & pretia rerum suarum ad pedes apostolorum posuerunt. Non tulerunt enim deus, plebem suam quam praesentur. Alb. ibid.  
2. Incerum.  
g. Non ergo imitandus est ille Iesus, qui talentum obruit, sed multiplicanda sunt quae accipiunt, quod probè nobis illa mulier fecit, quae Samaritanis omnibus quod accepit, proposuit, quae non aquam à terrestri haurit, sed nec terrestrem hydriam domum reportavit, sed caelesti filiatoris gratia & doctrina plena ad docendos alios profecta est. Cyril. ibidem.  
h. Quis autem iucundior eibus quam facere voluntatem deit? Quem cibum sibi solum dominus abundanter memorabat, sicut scriptum est in euangelio: meus cibus est, &c. Amb. offic. lib. 1. cap. 31. Et est eibus mentis quo epulatur anima, de quo ait dominus: Mens eibus est, &c. Hic eibus angelorum est, ut divino famulentur imperio. Nulla illis cura mensurarum, nullus conuiviorum usus, nulla repositae epulae, nullus vini potus aut stercus, nulla distensio corporis, nulla ventris offensio. Idem de Elia & ieiunio, ca. 3.

& videte regiones, quia<sup>1</sup> albæ sunt iam ad messem.<sup>1</sup> Et qui metit mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam, vt & qui seminat simul gaudeat & qui metit. In hoc enim est verbum verum, quia alius est qui seminat, & alius est qui metit. Ego misi vos metere, quod vos non laborastis. Alij laborauerunt, & vos in labores eorum introistis. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum propter verbum mulieris testimonium perhibentis, quia dixit mihi omnia quæcunque feci.<sup>2</sup> Cum venissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum vt<sup>3</sup> ibi<sup>4</sup> maneret. <sup>k</sup> Et mansit ibi duos dies. Et multos plures crediderunt & in eum<sup>5</sup> propter sermonem eius. Et mulieri dicebant: quia iam non propter tuam loquelam credimus. Ipsi enim audiimus & scimus, quia hic est verè saluator mundi.<sup>6</sup> Post duos autem dies exiit inde, & abiit in Galilæam. <sup>†</sup> Ipse enim Iesus testimonium perhibuit,<sup>1</sup> quia propheta in sua patria honorem non habet. Cum ergo venisset in Galilæam,<sup>†</sup> ex ceperunt eum Galilæi, cum omnia vidissent quæ fecerat Ierosolymis in die festo. Et ipsi enim venerant ad diem festum. Venit ergo iterum<sup>\*</sup> in Chana Galilææ, vbi fecit aquam vinum.<sup>m</sup> Et erat quidam Regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Hic cum audisset, quia Iesus adueniret à Iudæa in Galilæam, abiit ad eum, & rogabat eum vt descenderet & sanaret filium eius. <sup>†</sup> Incipiebat enim mori. <sup>†</sup> Dixit ergo Iesus ad eum: <sup>n</sup> Nisi signa & prodigia videritis,<sup>a</sup> non creditis. Dicit ad eum Regulus: Domine, descende priusquàm moriatur filius meus. Dicit ei Iesus: Vade, filius tuus viuit. Credidit homo sermone, quem dixit ei Iesus, & ibat. Iam autem eo descendente serui occurrerunt ei, & nuntiauerunt, dicentes, quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerat. Et dixerunt ei, quia heri hora septima reliquit eum febris. <sup>o</sup> Cognouit ergo pater quia illa hora erat, in qua dixit ei Iesus, filius tuus viuit: & credidit ipse, & domus eius tota. Hoc iterum secundum signum fecit Iesus, cum venisset à Iudæa in Galilæam.

*Languidus ad piscinam sanatus, Iudæis hoc se à Christo consequentum fuisse nuntiat, quod Christus se à patre habere probat.*

† Mat. 4. d  
Mat. 13. g  
Mat. 6. a  
Luc. 2. c  
† Mat. 4. b  
Marc. 1. b  
Luc. 4. e

1. Alibeseunt.  
[i. Hic horatur discipulos ad opus prædicationis ex merito sequentis præmij. Sicut enim Samaritani iam erant dispositi ad credendum per prædicationem Christi, sic etiam Christus videbat multitudinem gentium per totum mundum citò congregandam in hæreticæ ecclesiæ per prædicationem apostolorum, ex qua prædicatione meruerunt præmium vite æternæ. De Ly.]  
4. Apud ipsos.  
k. Ideo & silent operibus commonstrantes obsecrabant illum vt perperat apud ipsos esset. Manere enim hoc, significat perpetuum domitium apud illos habere. Verum ille in hoc non obtemperat, sed ad duos tantum dies manet: unde & multo plures crediderunt propter doctrinam eius. Theoph. ibid.  
\* Christus.  
[1. Patria Christi est populus Iudæorum, vbi sine honore est, quod pauci de his credunt: quod de Galilæis cuius? Christi dicitur. Glo. ordinaria.] \* Iesus.  
m. Sive quod regio esset generis, sive quod alia principatus dignitate iungere, regulus appellabatur. Chry. ibid. hom. 34.  
5. Erat enim innotuit.  
n. Arguit hominem in fide tepidum, & frigidum, aut omnino nullius fidei, sed tentare cupientem de sanitate filij sui, qualis esset Christus, qui esset, & quantum posset. Verba enim rogantis audiuit, cor disidentis non videmus: sed ille pronuntiauit, qui & verba audiuit, & cor inflexit Aug. ibi. Tract. 16.  
[o. Vt ergo didicisset seruis horam in qua puer vegetius se habuisset, & in meliorem transisset valitudinem, planè credidit Domino Prior enim fides eius imperfecta erat. Theoph. ibidem.]

1. Ad probaticam, vel super probaticam. Hieron.  
2. a. Bethsaida, hoc est domus effusionis, sive dicatur aquarum fluentium à templo post immolarum ablutio. Probatica autem, id est, omnia, macellum erat venantium, iuxta templum, prope quod erat illa piscina. Aug. ibidem.  
3. Turbat aquam.  
b. Hæc in lecto decumbens, derelictus & neglectus, nec habebat hominè, qui cum aqua turbata esset, te in piscinam mitteret, hodie inuenisti hominè qui deum & deum, seu potius deum hominem. Grego. Nazianze, in sanctum laurè. 4. In languore.  
c. Vide vbi baptizatis, unde sic baptizata nisi de carne Christi, de morte Christi, ibi est omne mysterium, quia pro te passus est, in ipso edimeris, in ipso saluaberis. Hominem, inquit, non habeo, quia per hominem mors, & per hominè resurrectio mortuorum. Non poterat descendere, non poterat saluari, qui non credebat quod dominus Iesus carnem suscepisset ex virgine. Amb. de sacram. lib. 2. cap. 2.  
d. Operatur vsque nunc: quia omnia ex his generibus prius factis illis sex diebus mysticis facit. Eucl. Gene. 2. ca.  
\* Et quærebant eum interficere. [e. Operatur pater, operatur & filius, vt naturam diuersitas permaneat, que in prima conditione mundi condita sunt. Ideo dictum est in Psalmis. 32. Qui finxit sigillatim corda eorum. Non incognita animarum genera, sed eiuudem substantiæ animas, que in primo homine condita est, reformar, quapropter palam cum non solum primordiale mundi creationem, sed & quotidianam creaturæ gubernationem ad laudem creatoris referret, ait inter cetera. Omnia in specie fecisti, Beda ibi.]



**P**ost hæc erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Ierosolymam. Est autem Ierosolymis<sup>1</sup> in Probatica<sup>2</sup> piscina, quæ cognominatur Hebraicè<sup>3</sup> Bethsaida,<sup>4</sup> quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, expectantium aquæ motum. Angelus autem domini descendebat secundum tempus in piscinam, & mouebatur aqua. <sup>†</sup> Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat à quacunque detinebatur infirmitate. <sup>b</sup> Erat autem quidam homo ibi triginta & octo annos habens<sup>4</sup> in infirmitate sua. <sup>†</sup> Hunc cum vidisset Iesus iacentem, & cognouisset quia iam multum tempus haberet, dicit ei: <sup>5</sup> Vis sanus fieri? Respondit ei languidus: <sup>b</sup> Domine, <sup>c</sup> hominem non habeo, vt cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam. Dum venio enim ego, alius ante me descendit. Dicit ei Iesus: <sup>†</sup> Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. Et statim sanus factus est homo ille, & iussit grabatum suum, & ambulabat. Erat autem sabbatum in die illo. Dicebant ergo Iudæi illi qui sanatus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum, Respondit eis: Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: tolle grabatum tuum, & ambula. Interrogauerunt ergo eum: Quis est ille homo, qui dixit tibi: tolle grabatum tuum, & ambula? Is autem qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Iesus enim declinavit à turba constituta in loco. <sup>5</sup> Postea inuenit eum Iesus in templo, & dixit illi: <sup>†</sup> Ecce sanus factus es, iam non li peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Abiit ille homo, & nuntiauit Iudæis quia Iesus esset, qui fecit eum sanum. Propterea persequerentur Iudæi Iesum, quia hæc faciebat in sabbato. Iesus autem respondit eis: <sup>6</sup> Pater meus vsque modò operatur, & ego operor. Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere, quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat deum, æqualem se faciens deo. Respondit itaque Iesus: & dixit eis: Amen amen dico vobis, non potest filius à se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Quæcunque enim ille

Anno do. 32.

† Mat. 9. b  
Marc. 1. e  
Luc. 5. e

† De per. d. 3. c. Ad hoc. De per. & re. misio. c. up. infirmitas.

**D** ille fecerit, hæc & filius similiter facit. <sup>g</sup> Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit, & maiora his demonstrabit ei opera, ut vos miremini. <sup>f</sup> Sicut enim pater suscitavit mortuos & vivificavit, sic & filius quos vult, vivificat. Neque enim pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio, ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum. <sup>g</sup> Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam. Et in iudicium non venit, [sed <sup>e</sup> transiit] à morte in vitam. Amen amen dico vobis, quia venit hora & nunc est, quando mortui audient vocem filii dei, & qui audierint, vivent. <sup>g</sup> Sicut enim pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio habere vitam in semetipso. <sup>h</sup> Et potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Nolite mirari hoc, quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filii dei, & <sup>†</sup> procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij. <sup>†</sup> Non possum ego à meipso facere quicquam. Sicut audio iudico, & iudicium meum iustum est, <sup>†</sup> quia non quero voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. <sup>\*</sup> Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est verum. <sup>†</sup> Alius est qui testimonium perhibet de me, & scio quia verum est testimonium eius, quod perhibet de me. <sup>g</sup> <sup>†</sup> Vos misistis ad Ioannem, & testimonium perhibuit veritati. Ego autem non ab homine testimonium accipio, sed hæc dico, ut vos salvi sitis. <sup>k</sup> Ille erat lucerna ardens & lucens. Vos autem voluistis ad horam exultare in luce eius. Ego autem habeo testimonium maius Ioanne. <sup>†</sup> <sup>†</sup> Opera enim quæ dedit mihi pater ut perficiam ea, ipsa opera quæ ego facio testimonium perhibent de me, quia pater misit me. <sup>†</sup> Et qui misit me pater, <sup>†</sup> ipse testimonium perhibuit de me. Neque vocem eius unquam audistis, neque speciem eius vidistis. Et verbum eius non habetis in vobis manens, quia quem misit me, huic vos non creditis. Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere. <sup>g</sup> Et illæ sunt quæ testimonium perhibent de me, & non vultis venire ad me ut vitam habeatis. Claritatem ab hominibus non accipio, sed cognovi vos, quia dilectionem dei non habetis in vobis. <sup>m</sup> Ego veni in nomine patris mei, & non <sup>g</sup> accepistis me. Si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. Quomodo vos potestis credere qui gloriam ab invicem accipitis, <sup>†</sup> & gloriam quæ à solo deo est, non queritis? Nolite putare quia ego accusaturus sum vos apud patrem. Est qui accusat vos Moyses, in quo vos speratis. Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi. <sup>†</sup> De me enim ille scripsit. Si autem illius literis non creditis, quomodo verbis meis credetis?

*Quinque hominum milibus satiatis Christus in montem oraturus turbas fugit, super aquas orta tempestate ambulans Capharnaum restitutus veri panis mysterium explicat.*

V I.

**A** Ostendit Iesus trans mare Galilææ, quod est Tyberiadis. <sup>†</sup> Et sequebatur eum multitudo magna, quia videbant <sup>\*</sup> signa quæ faciebat super iis qui infirmabantur. <sup>†</sup> Subiit ergo in montem Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem proximum <sup>b</sup> Pascha, dies festus ludæorum. Cum sublevarit ergo oculos Iesus, & vidisset quia multitudo maxima venit ad eum, dicit ad Philippum: Vnde ememus panes ut manducent hi? Hoc autem dicebat tentans eum. Ipse enim sciebat quid esset factururus. Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non <sup>†</sup> sufficiunt iis, ut unusquisque <sup>\*</sup> modicum quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius Andreas frater Simonis Petri: Est puer vnus hic, qui habet quinque panes hordeaceos & duos pisces. Sed hæc quid sunt inter tantos? Dicit ergo Iesus: <sup>†</sup> Facite homines discumbere. Erat autem scænum multum in loco. Discubuerunt ergo viri numero quasi quinque milia. <sup>†</sup> Accepit ergo Iesus panes, <sup>g</sup> & cum gratias egisset, distribuit <sup>\*</sup> discumbentibus. <sup>g</sup> Similiter & ex piscibus quantum volebant. Ut autem impleti sunt, dixit discipulis suis: <sup>†</sup> Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo, & impleverunt duodecim cophinos fragmentorum

FF iij

<sup>f</sup> Die ergo quos vivificaverit filius, & pater vivificare noluerit. Cum autem filius quos vivificaverit, & operatio vna sit, vides quia non solum filius voluntatem patris, sed etiam pater filij faciat voluntatem. Ambro. de fide lib. 2. ca. 1.  
<sup>g</sup> Iudicium aut datum est filio, ut omnes honorificent sicut & patrem. Honor patris quis alius est, quàm observatio eius mandatorum? Relicti eos qui ore sibi sicut appropinquant. Iudicij item vocabulum nos ad honorem bonorum operum, & non solum fidei. Lorich. ibidem. 5. Venit.  
<sup>h</sup> Transiit, vel transiit.  
<sup>i</sup> Pater nihil est manifestus. Nam quia filius dei est, equalis est patri, non negavit hæc potestatem iudicij facienti: sed habet illam cum patre in oculis. Accepit autem illam, ut boni & mali eum videant iudicant, quia filius hominis est. Vno quippe filij hominis exhibitur & malis. Nam visio forme dei non nisi multis corde, quia ipse deum videbunt. Albi. ibidem. <sup>\*</sup> Patris.  
<sup>†</sup> Alius scilicet Ioannes? Baptista, & scio quia verum est testimonium eius: quia pater eius Zacharias per spiritum sanctum protulerit ipsum patre ante faciem Domini. De Lyra. 3.  
<sup>k</sup> Magnam testimonium fratres mei. Magnus est enim eius perhibetur, sed maior est ipsa qui perhibet. Illi inquit, erat lucerna ardens & lucens. Est enim tantum lucere vapum, tantum ardere parum, ardere & lucere perfectum. Bernac. in nativitat. b. Ioan. Rap. Ser.  
<sup>l</sup> Quam Ioannis, (sub. testimonium.)  
<sup>m</sup> Siquidem Ioannis testimonium poterat quipiam calumniari, etiam quam ad gratiam factum, quam quam hoc verè dici non poterat aduersus virum qui omni eum diligencia suo fugebatur mutare. Verum opera Christi omnino suspicione libera eundorum ora contentiosa obturbant. Euthymius ibidem.  
<sup>n</sup> Ad illud autem quod Christus dixit: Ego veni in nomine patris mei, hoc scire oportet, quod hoc ideo dixerit, ut principium ac causam sui patris esse demonstraret. Ex eo vero quod dictum est: Sunt baptizati in nomine patris & filij & spiritus sancti, non est putandum vnum traditum esse nomen. Basil. Epist. 64.  
<sup>o</sup> Accipitis.  
<sup>p</sup> Quenam ista sunt de quibus dicit post hæc Michahis igitur medicus dominus in Ierosolymis vnus est, qui riginta octo annorum ætatem nulla medicina, nullo remedio, sed solo verbo, ut Deus potest, cura acque imperio suo curavit. Surge namque dixit, & tolle scutum tuum, & vade in domum tuam. Verum quoniam sabbatum erat molestè tulerunt Iudæi, qui iudicari nimium literali habebant qui magis peccati, quàm ægrotus ille morbi vinculis stringebantur. Post hæc igitur omnia gesta simul & dicta, necessario ab Ierosolymis abiit. Cytilli. ibi. <sup>\*</sup> Eius.  
<sup>b</sup> Scilicet tertium à Christi baptismo.  
<sup>c</sup> Sufficerent. <sup>\*</sup> Illorum.  
<sup>d</sup> Quamobrem cum solus facit signa, nihil eiusmodi dicit, presente autè multitudine ne deo & patri aduersari putaretur, gratias agendo omnem penitus aut ferè suspicionem, & dedit discumbentibus, & impleti sunt. Ecce inter dominum & scænum distantia. Illi enim ad menturam habentes gratiam, dimensa faciebant miracula, deus autè absoluta potestate, per quam absoletur operatur. Chryso. in Ioan. ho mil. 41.  
<sup>g</sup> Discipulis, discipuli verò.

† De pœ di. 2. Charitas.

† Mat. 24. c. Infra 8. d. Infra 6. d. Mat. 3. d. Sup. 1. c. † De consue. di. 3. c. fi. † Infra 6. a. † Infra 8. c. † Mat. 3. d. Sup. 1. c.

Infra 14. c.

† Infra 8. c. † Mat. 3. d. 27. a.

† 1. Cor. 4. a.

† Genes. 3. c. 22. d. 4. b. Deut. 8. a.

Anno. do. 32. 18. dif. ca. 1. Mat. 4. b. Marc. 3. b. Luc. 4. b. Mat. 14. b. Marc. 6. e. Luc. 9. b. † Mat. 14. d. Marc. 6. c. Luc. 9. b.

† Mat. 14. d. Marc. 6. c. Luc. 9. b. † Mat. 14. d. 35. g. Mat. 6. f. 8. a. Luc. 9. b. † Di. 36. Qui ecclesiasticis.

ex quinque panibus hordeaceis & duobus piscibus,] quæ superferunt iis qui manducauerant. <sup>4</sup> Illi ergo homines cum vidissent quod Iesus fecerat signum, dicebant: **Quia hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum.** <sup>†</sup> Iesus ergo cum cognouisset quia venturi essent ut raperent eum, & facerent eum Regem, fugit iterum in montem ipse solus. Ut autem sero factum est, descenderunt discipuli eius ad mare. Et cum ascendissent nauim, venerunt trans mare in Capharnaum. Et tenebræ iam factæ erant, & non venerat ad eos Iesus. <sup>†</sup> Mare autem, vento magno flante, exurgebat. Cum remigassent ergo quasi stadia viginti quinque aut triginta, <sup>°</sup> vident Iesum ambulans supra mare, & <sup>2</sup> proximum naui fieri,] & timuerunt. Ille autem dicit eis: Ego sum, nolite timere. Voluerunt ergo accipere eum in nauim, & statim nauis fuit ad terram <sup>\*</sup> quam ibant. <sup>°</sup> Altera die turba quæ stabat trans mare, vidit quia nauicula alia non erat ibi, nisi vna: <sup>\*</sup> & quia non introisset cum discipulis suis Iesus in nauim, sed soli discipuli eius abiissent. Aliæ verò superuenerunt naues à Tyberia de iuxta locum ubi manducauerant panem, gratias <sup>3</sup> agètes deo.] Cum ergo vidisset turba quia Iesus non esset ibi, neque discipuli eius ascenderunt in nauiculas, & venerunt Capharnaum quærentes Iesum. Et cum inuenissent eum trans mare, dixerunt ei: Rabbi, quando huc venisti? Respondit eis Iesus, & dixit: Amen amen dico vobis, <sup>f</sup> quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducaistis ex panibus, & saturati estis. Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis. Hunc enim pater signauit deus. Dixerunt ergo ad eum: Quid faciemus, ut operemur opera dei? Respondit Iesus, & dixit eis: Hoc est opus dei, ut credatis in eum quem misit ille. Dixerunt ergo ei: <sup>°</sup> Quod ergo tu facis signum, ut videamus & credamus tibi? **Quid operaris? Patres nostri manducauerunt manna in deserto, sicut scriptum est: Panem de cælo dedit eis manducare.** Dixit ergo eis Iesus: <sup>†</sup> Amen amen dico vobis, <sup>°</sup> non Moyses dedit vobis panem de cælo, sed pater meus dat vobis panem de cælo verum. <sup>h</sup> Panis enim verus est qui de cælo descendit, & dat vitam mundo. Dixerunt ergo ad eum: <sup>†</sup> Domine, semper da nobis panem hunc. Dixit autem eis Iesus: Ego sum panis vitæ. <sup>†</sup> Qui venit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet <sup>4</sup> vnquam.] Sed dixi vobis, quia & vidistis me, & non credidistis. Omne quod dat mihi pater, ad me venit: & eum qui venit ad me, non eiiciam foras: quia descendi de cælo, non ut faciã voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Hæc est enim voluntas eius qui misit me, <sup>k</sup> ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. <sup>°</sup> Hæc est enim voluntas patris mei qui misit me, <sup>m</sup> ut omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Murmurabant ergo Iudæi die illo, quia dixisset: Ego sum panis <sup>—</sup> viuus,] qui de cælo descendit. Et dicebant: <sup>†</sup> Nõne hic est <sup>\*</sup> filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & matrem? **Quomodo ergo dicit hic, quia de cælo descendit?** Respondit ergo Iesus, & dixit eis: Nolite murmurare in inuicem. <sup>†</sup> Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. <sup>†</sup> Est scriptum in Prophetis: <sup>\*</sup> Erunt omnes docibiles dei. Omnis qui audit à patre, & didicit, venit ad me. Non quia patrem <sup>7</sup> vidit] quisquam, nisi is qui est à deo, hic vidit patrem. Amen amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam. <sup>m</sup> Ego sum panis vitæ. <sup>†</sup> Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis de cælo descendens, ut <sup>°</sup> si quis ex ipso manducauerit,] non moriatur. Ego sum panis viuus, qui de cælo descendit. <sup>°</sup> Si quis manducauerit ex hoc pane, viuuet in æternum. <sup>†</sup> Et panis quem ego dabo, caro mea est, <sup>\*</sup> pro mundi vita. Litigabant ergo Iudæi <sup>7</sup> ad inuicem,] dicentes: **Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?** Dixit ergo eis Iesus: <sup>†</sup> Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. <sup>†</sup> Caro enim mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. **Qui manducat meam carnem & bibit meum**

[d. Regè quidem dicebant Dominum prophetam magnum, magne salutis præconem iam multo futurum, nam & ipse propheta se vocare dignatus ubi ait: Quia non capio prophetam perire extra Ierusalem. Sed non plena fide proficiebant, qui hunc etiam Deum dicere nesciebant. <sup>1</sup> Ibi ibidem.]  
 e. Ad eos ergo qui implent legem venit Iesus, & quomodo? calcas fluctus, omnes tumores mundi habes sub pedibus, omnes celsitudines scilicet premens, & tantæ sunt tribulationes, ut etiam ipsi qui ceciderunt in Iesum, & qui conantur perferre, expauescant, ne deficiat. <sup>2</sup> Ibi ibi. <sup>3</sup> Prope nauem euntem.  
 \* Ad.  
 \* Illa in quam ingressi fuerant discipuli domus.  
 f. Vos quidem, inquit, quæritis me propter panes, quia cibum illum desideratis. Oportet autem vos non omnino deditos esse vètri, sed maxime spirituales age re curam, & non omnem sollicitudinem in corporalem cibum infumere. Nam illum cibum vocat qui perit. Theoph. ibid.  
 g. Sed tamen panem illum qui manducauerunt omnes in deserto mortui sunt. Illa autem esca quam accipis, iste panis viuus qui de cælo descendit, vitæ æternæ substantiam subministrat, & quicumque hunc panem manducat, non morietur in æternum, & corpus est Christi. Ambro. de iis qui mysteris initiatur. ca. 8. h. Sed caro non descendit de cælo, hoc est, carnem assumpsit in terris ex virgine, quomodo ergo descendit panis de cælo, & panis viuus? Quia idem dominus noster Iesus Christus cõsors est & diuinitatis & corporis, & tu qui accipis panem, diuinæ eius substantiæ in illo participas alimèto. Ambro. de sacramento. lib. 6. cap. 1.  
 i. Hunc panem dedit Apostolis, ut diuiderent populo eredi, hodieque dat nobis eum, quem ipse quotidie sacerdos cõsecrat suis verbis. Hic ergo panis factus est cõsecratio. Ambro. de be. nediçio. patriarcharum, ca. 6.  
 k. In æternum.  
 l. Totum videlicet hominem, quem totum nascendo suscepit. Tunc omnis que perierat, & in inferioribus oberrabat, humeris saluatoris tota portabitur, & que peccatis languida fuit, clementia iudicis sustentabitur. Tunc videbunt illum qui compunxerunt. Hieron. ad Pammachium.  
 \* Iesus.  
 m. Sed hoc idem dictum est, ut illa fidem sine qua nemo ad Christum venit, ex patris haberi munere nouerimus, secundum illud: Beatus est Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cælis. Ambro. de voc. gent. lib. 2. cap. 9. \* Et.  
 n. Videtur.  
 o. Aduertimus igitur maioris esse virtutis gratiam quam naturam, & adhuc tamen prophetica benedictionis numeramus gratiam. Quod si tantum humana valuit benedictio ut naturæ conuertet, quid dicimus de ipsa cõsecratione diuina, ubi verba ipsa domini saluatoris operantur? Nam sacramentum istud quod accipis, Christi sermone cõsecratur. Quod si tantum, valuit sermo Eliæ, ut ignem de cælo deponeret, non valebit Christi sermo ut species mutet elementorum? Ambro. de iis qui mysteris initiatur. cap. 9.  
 p. Quis ex ipso manducet, & <sup>7</sup> quam ego dabo.  
 q. Inter se.

† Mar. 14. d  
 Mar. 6. g  
 Luc. 6. b  
 † Mar. 14. e  
 Mar. 6. g  
 † Mar. 6. a  
 Mar. 1. b  
 1. Ioh. 4. d  
 Psa. 77. c  
 Sap. 16. c  
 Exod. 16. e  
 Num. 11. b  
 Iudith. 9. c  
 Nehe. 9. d  
 † Hebr. 14. e  
 Mar. 16. d  
 Mar. 14. d  
 Luc. 11. c  
 Sup. 5. e  
 † Mar. 21. e  
 Mar. 6. a  
 Luc. 4. d  
 Infra 7. b  
 † 1. Ioh. 4. d  
 Nabechodo-  
 nosor in line.  
 † Mar. 14. d  
 Luc. 11. f  
 † Exod. 16. e  
 † De cõsecr. s. s.  
 2. c. Christus.  
 Veuim.  
 † 1. Ioh. 4. d  
 Audiuimus.  
 1. Cor. 11. e  
 † De cõsecr. s.  
 2. c. Quia cõsec-  
 pus. In quibus.  
 Prima quidè  
 quid est &  
 seq.  
 De cõsecr. s.  
 Cũ Mart. 14.  
 De iis qui  
 ca. Si ex hoc  
 De cõsecr. s.  
 2. c. Vt in s. s.  
 figura & s.  
 Mar. 14. f  
 Luc. 11. g

meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. <sup>n</sup> Sicut misit me vivens pater, & ego vivo propter patrem: & qui manducat me, & ipse vivet propter me. Hic est panis qui de cælo descendit. Non sicut manducaverunt patres vestri manna, & mortui sunt. <sup>o</sup> Qui manducat hunc panem, vivet in æternum. <sup>t</sup> Hęc dixit in Synagoga, docens in Capharnaum. Multi ergo audientes ex discipulis eius, dixerunt: <sup>t</sup> Durus est hic sermo. <sup>s</sup> Et quis potest eum audire? Sciens autem Iesus apud semetipsum, quia murmurarent de hoc discipuli eius, dixit eis: Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis filium hominis ascendentem <sup>t</sup> ubi erat prius: Spiritus est qui vivificat, <sup>p</sup> caro non prodest quicquam. Verba quę ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Sed sunt quidam ex vobis qui nõ credunt. Sciebat enim ab initio Iesus qui essent: & non ] credentes, & qui traditurus esset eum. Et dicebat: Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo. <sup>q</sup> Ex <sup>s</sup> hoc ] multi discipulorum eius <sup>q</sup> abierunt retro, ] & iam nõ cum illo ambulabant. Dixit ergo Iesus ad duodecim: Nunquid & vos vultis abire? Respondit ergo ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? <sup>t</sup> Verba vitę eternę habes. Et nos credimus, & cognovimus, quia tu es Christus filius Dei. <sup>o</sup> Respondit ei Iesus: Nõne ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus diabolus est? Dicebat autem de Iuda Simõnis <sup>ii</sup> Scariõthis. ] Hic enim erat traditurus eum, cum esset vnus ex duodecim.

*Christus Iudeorum furorem declinans versatur in Galilæa, occultè autem discipulos ad diem festum secutus, palàm in templo mirantibus cunctis predicat. VII.*

† 23. q. 4. cap. Nabuchodonosor. Mar. 16. d. † De con. di. 1. c. Primo.

† Sup. 3. b

† De con. di. 2. c. Fortc.

Anno do. 33.

† Leui. 23. f

† Sup. 6. c

1. Exo. 20. a

† Sup. 5. c

† Leui. 12. a

† 23. q. 1. cap. Ideo 3. t. 11. a.

† Deu. 1. c

**P**ost hęc autem <sup>t</sup> ambulabat ] Iesus in <sup>2</sup> Galilæam. ] Non enim volebat in <sup>3</sup> Iudæam ] ambulare, quia querebāt eum Iudæi interficere. Erat autem in proximo dies festus Iudeorum <sup>4</sup> <sup>a</sup> <sup>t</sup> Scenophegia. ] Dixerūt autem ad eū fratres eius: Transi hinc, & vade in Iudæam, vt & discipuli tui videant opera tua quę facis. Nemo quippe in occulto quid facit, & querit ipse in palàm esse. Si hæc facis, manifesta te ipsum mundo. Neque enim fratres eius credebant in eum. Dixit ergo eis Iesus: Tempus meum nondum aduenit, tempus autem vestrum semper est paratum. Non post mundus odisse vos. Me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo, <sup>7</sup> quia ] opera eius mala sunt. <sup>s</sup> Vos ascendite ad diem festum hunc. Ego enim <sup>6</sup> non ascendam ] ad diem festum istum, quia meum tempus nondum impletum est. Hęc cum dixisset, <sup>7</sup> ipse ] mansit in Galilæa. Vt autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum, non manifestè, sed quasi in occulto. <sup>t</sup> Iudæi ergo querebant eum in die festo, & dicebant: Vbi est ille? Et murmur <sup>8</sup> multus ] de eo erat in turba. Quidam enim dicebant, quia bonus est: alij autem dicebant, non, sed seducit turbas. Nemo tamen palàm loquebatur de illo propter metū Iudeorum. Iam autem die festo <sup>9</sup> mediante, ] ascendit Iesus in templum & docebat. Et mirabantur Iudæi, dicentes: Quomodo hic literas scit, cum non didicerit? Respondit eis Iesus, <sup>c</sup> & dixit: <sup>b</sup> Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. <sup>s</sup> Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina, vtrum ex deo sit, an ego à meipso loquar. Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam querit. Qui autem querit gloriam eius qui misit eum, hic verax est, & iniustitia in illo nõ est: <sup>t</sup> Nõne Moyses dedit vobis legem? Et nemo ex vobis facit legem. <sup>t</sup> Quid me queritis interficere? Respondit turba, & dixit: <sup>c</sup> Demonium habes. Quis te querit interficere? Respondit Iesus, & dixit eis: Vnū opus feci, & omnes miramini. Propterea <sup>t</sup> Moyses dedit vobis circumcisionem, non quia ex Moyse est, sed ex patribus. Et in sabbato circumciditis hominem. <sup>t</sup> Si circumcisionem accipit homo in sabbato, vt nõ soluat lex Moyse, mihi cur indignamini, quia totum hominem sanū feci in sabbato? <sup>d</sup> <sup>s</sup> Nolite iudicare secundū faciem, <sup>t</sup> sed iustum iudicium iudicate. Dicebant ergo quidam ex <sup>10</sup> Ierosolymis: ] Nõne hic est quę querunt interficere? Ecce palàm loquitur, & nihil ei dicunt. Nunquid verè cognouerunt principes, <sup>11</sup> quia hic est ] Christus? Sed hunc scimus vnde sit. Christus autem cum venerit, nemo scit vnde sit. Clamabat ergo Iesus in templo docens, & dicens: Et me scitis, & vnde scim scitis, & à meipso non veni, sed est verus qui misit me, quem vos ne-

[In Me æqualem sibi misit. i. hominem fecit, & inde est vt ad eum referatur vitam meam quā ad maiorem. Vt vni ex patre mea inanimato facit, vt homo vivat ex me participatio facit quā manducat me. Glor. ordina. ibid. j. o. Hoc est, non de temporali vita, nec de morte istius vite; tamen si panem meum acceperit, vivet in æternum. Ille enim accipit, qui se probat, qui autem sic accipit, non moritur peccatoris morte: quia panis hic remissio peccatorum est. Ambr. de benedictio. patriarch. h. cap. 9. Ep. Hæretici hoc Christi verbum caro non prodest quicquam de sacrosancto & vivifico corpore & sanguine Christi intelligit. Carnē Christus hic iuxta Glor. & Theophyladū intelligit sensum carnis, quo sibi tantopere placet hæretici. Loricus. ibidem. j. q. Ille non inerepuit recedentes aut grauior cõminatus est: sed magis conuersus ad apostolos suos dixit: Nunquid & vos vultis abire? Iteuans scilicet legem quā homo liberatus fuit iustis, & in arbitrio proprio constituit, sibi metipsum vel mortem appetit, vel salutem. Petrus tamen super quem ædificata ab eodem domino fuerat ecclesia, vnus promissus loquens, & ecclesię voce respondens, ait: domine, ad quem ibimus, etc. & nos credimus & cognovimus quoniam tu es filius dei vivi. Significat scilicet & ostendit eos quā Christo recesserunt, eum sua perire: ecclesiam tamen quę in Christo credat, & quę semel id quod cognouerit teneat, nūquam ab eo discedere: & eos esse Ecclesiam qui in domo dei permanent. Cyprian. lib. 1. Epistol. epist. 3. 8. Eo tempore. 9. Desiderare reuertendum. 10. Viui. 11. Iteuans. 1. Versatur, & infra. 2. Galilæa. 3. Iudæa. 4. a. Scenophegia. Respuit enim aspirationē apud Græcos dicta à fingendis tabernaculis: erat enim festum apud Hebræos in memoriam habitationis patrum suorum in deserto per 40. an. & à 15. die Septembris vsque ad 21. celebratur, vt patet. Leui. 23. 5. Quod. 6. Nondum ascendo. 7. Illis. 8. Multum. 9. Medio, hoc est, quomā id medium festi esset, vt pua 18. die Septembris. b. Itaque Iudæi cum doctrinam eius secundum hominem quærent & dicerent: Quomodo hic literas nouit, cum non didicerit? respondit Iesus, & dixit: Mea doctrina nõ est mea. Nam cum sine conditione literarum doceat, non querit hominem, sed vt deus videatur docere, qui doctrinam non didicerit, sed inuenierit. Adiuuenit enim omnem vnam disciplinam, etc. Baruch. 3. Ambr. de fide. lib. 2. cap. 4. c. Hoc dicit turba volens rem gratam præstare magistratibus: & eum qui omnē excudit honorem, iniuria afficiunt, in gratia primatū qui iniuria digni erant. Negant autem se illi procurare eadem propter scelere grauitatem, & vt incaute deinceps ambulans tradereur infidiatoribus. Euthym. ib. d. Non enim sibi diuina lectio contraria esse potest, sed intellectum sobrium querit in cõuersione humani, dilectissimi fratres: sunt aliqua quę rationabiliter reprehenduntur: sunt verò quædam quę non sine peccato iudicantur. Aperta enim mala & iudicari & argui debent: illa verò quę ignoramus & verè bono an malo animo sunt scire non possumus, iudicare penitus nõ debemus. Augu. Seru. 201. de tempore. 10. Ierosolymitanis. 11. Quod hic sit verè.



e. Hæc clausula sumpta est ex fine 8. cap. seq.  
 \* Sacrosanctum.  
 f. Quia in quantum deus filius, habet eandem scientiam cum patre, & sic eum comprehendit: secundum etiam quod homo, esse clarè vidit à principio. Et causa huius noticiæ subditur, cū dicitur, quia ab ipso sum, & ipse me misit. De Lyr. ibid.]  
 g. Quod modo vultis facere, facturi estis, sed non modo, quia modo nolo. Quare ad huc modo nolo quia adhuc modicum tempus vobiscum sum, & tunc vado ad eum qui misit me. Implere deo dispensatione meam, & sic pervenire ad passionem meam. Albinus ibidem.  
 h. Atque ut magis possit esse manifestum, quia nō de calice, sed de baptismo illic loquitur dominus, addidit, scriptura dicit. Hoc autē dixit de spiritu, &c. Cyria. Epist. lib. 2. epist. 3.  
 i. Non quod non esset spiritus sanctus dicente domino salvatore: Si autē ego in spiritu sancto eicio demonia, filij vestri in quo eicio, sed quia erat in domino, nec dum in Apostolis totus morabatur. Quamobrem terrentur ad passionem eius, & negant, & Christum se nescire iurans. Postquam autem baptizatur in spiritu sancto, & infunditur in eos spiritus sancti gratia, tunc libere loquitur ad principes Iudeorum: Obedite deo magis oportet, quā hominibus: mortuos suscitatur, inter flagella lætantur, fundit sanguinem pro Christo, & supplicis coronatur. Hier. Hædibiq. quest. 9. 12. Loquitur.  
 [k. Quia illi peruersi volebant prius esse damnatores, quā cognitores, ipse verò putabat quod si patienter eum presentem audirent, fortis similes essent ministris qui maluerunt credere, & renere. Auctoritate ergo legis vult eos inducere, ut eum prius vult audire. Glof. ord. ibid.]

13. Non surrexit,

scitis. † Ego scio eum: & si dixero, quia nescio eum, ero similis vobis mendax. † Sed scio eum,] quia ab ipso sum, & ipse me misit. † Quærebant ergo eum apprehendere, & nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora eius. † De turba autem multi crediderunt in eum. Et dicebant: Christus cum venerit, nunquid plura signa faciet, quā quæ hic facit? Audierunt Pharisei turbam murmurantem de illo hæc, & miserunt Principes \* & pharisæi ministros, ut apprehenderent Iesum. Dixit ergo eis Iesus: † Adhuc modicum tempus vobiscum sum, & vado ad eum qui me misit. † Quæretis me, & non inuenietis, & ubi ego sum, vos non potestis venire. Dixerunt ergo Iudæi ad semetipsos: Quod hic iturus est, quia non inueniemus eum? Nunquid in dispersione gentium iturus est, & docturus gentes? † Quis est hic sermo quem dixit? quæretis me, & non inuenietis, & ubi sum ego, vos non potestis venire? In novissimo autem die magno festivitatis, stabat Iesus & clamabat, dicens: † Si quis sitit veniat ad me, & bibat. Qui credit in me (sicut dixit scriptura) † h flumina de ventre eius fluent aquæ vivæ. Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. † Nondum enim erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Ex illa ergo turba cū audissent hos sermones eius, dicebant: Hic est verè Propheta. Alij dicebant: Hic est Christus. Quidam autem dicebāt: Nunquid à Galilæa venit Christus? Nōne scriptura dicit: † quia ex semine David, & de Bethléem castello ubi erat David, venit Christus? Dissensio itaque facta est in turba propter eum. † Quidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum, sed nemo misit super eum manus. Venerunt ergo ministri ad Potifices & Phariseos, & dixerunt eis illi: Quare nō adduxistis eum? Responderunt ministri: Nunquam sic locutus est homo, sicut hic † homo. † Responderunt ergo eis Pharisei: Nunquid & vos seducti estis? Nunquid ex Principibus aliquis credidit in eum, aut ex Phariseis? Sed turba hæc quæ non novit legem, maledicti sunt. † Dixit Nicodémus ad eos, ille qui venit ad eum nocte, qui vnus erat ex ipsis: † Nunquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognoverit quid faciat? Responderunt, & dixerunt ei: Nunquid & tu Galilæus es? † Scrutare scripturas,] & vide, quia à Galilæa Propheta † non surgit. † Et reuersi sunt vnusquisque in domum suam.

† Inf. 8. c. g  
 † Mat. 21. g  
 Marc. 11. b  
 Luc. 19. g. 20. c. & 21. a  
 † Inf. 11. d  
 Mat. 7. c  
 Luc. 11. c  
 † De pen. dist. 6. c. Qui sitit.  
 † Isa. 44. 4  
 † Mich. 5. a  
 Mat. 2. a  
 † Sup. 1. a  
 † Deut. 17. b  
 19. d  
 † Sup. 1. f

*Christus adulteræ ignoscit, se lucem & principium asserit, & sine peccato Abraham præcessisse manifestat.*

VIII.

a. Populum hic appellat eos qui dicebant hic est verè propheta. Idemque eos qui dicebant: Hic est Christus. Quod nō ferentes Iudæi, vide quid malignauerunt. Euthym. ibid.  
 b. Quoniam Moyses talem lapidare mandauerat. Ut si hanc lapidandæ decerneret, deciderent eum quasi misericordie quam semper docebat, oblitum. Si lapidari veræ, striderent dentibus suis in eum, & quasi fauorem seculi legique contrarii, velut merito dānarent. Albinus ibidem.  
 \* Ad eum.  
 1. In ipso facto adulterium committens.  
 \* Eum.  
 2. Relictus est.  
 \* Quam neminem videret præter mulierem.  
 3. Condemno.  
 c. Quia mulier è peccatis absoluit, & liberam abire permisit nisi ipsam ipsum blasphemare oblatret, aut quod solius dei est, sibi impudenter vindicare, diuinitatis sui sacramentū hic aperit ostendens, qua virtute, qua auctoritate, qua potestate testis à peccato absoluerit. Cyrillus in Ioan. cap. 18.  
 4. Ambulabit.  
 f. Ego quidem inquit, est deus sim, & si superius venterim, vos autem saltem spectatis ad hoc est apparet: & quia in carne sum, exteum contemptam esse supereminet, & nō deum & à deo venisse, tunc eam carnē indicat, hoc est periculose. Theophylactus. ibidem.]



Iesus autem perrexit in montem Oliueti, & dilucido iterum venit in templum, & omnis † populus venit ad eum, & sedens docebat eos. † Adducunt autem Scribæ & Pharisei \* mulierem deprehensam in adulterio, & statuerunt eam in medio, & dixerunt ei: Magister, hæc mulier modò deprehensa est † in adulterio. † In lege autē Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant tētantes eum, ut possent accusare eum. † Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terram. Cum ergo perfeuerent interrogantes, \* erexit se, & dixit eis: † Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. Et iterum se inclinans scribebat in terram. Audientes autem hæc, vnus post vnum exibant, incipientes à senioribus, & † remansit † solus Iesus, & mulier in medio stans. Erigēs autem se Iesus, \* dixit ei: † Mulier, ubi sunt qui te accusabant? † Nemo te cōdemnauit: Quæ dixit: Nemo domine. Dixit autē Iesus: † Nec ego te † cōdemnabo. † Vade, & iam amplius noli peccare. Iterum ergo locutus est eis Iesus, dicens: † Ego sum lux mundi. Qui sequitur me, non † ambulat † in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Dixerunt ergo ei Pharisei: Tū de teipso testimoniū perhibes, testimoniū tuum non est verū. Respondit Iesus, & dixit eis: Et si ego testimoniū perhibeo de meipso, verum est testimoniū meum: quia scio vnde veni, & quod vado. Vos autem nescitis vnde venio, aut quod vado. † Vos secundum carnem iudicatis, ego nō iudico quenquam. Et si iudico ego, iudicium meum verum est, quia solus nō sum, sed ego & qui misit me pater. † Et in lege vestra scriptum est: quia duorū hominum testimoniū verū est. † Ego sum qui testimoniū perhibeo de meipso, & testimoniū perhibet

Anno do. 33.  
 † Heni. 20. a  
 † 1. q. 7. c. Po. Anulus. Qui sunt.  
 2. q. 7. c. Ple. ranque.  
 † 1. q. 7. c. Qui sine peccato. Possulium.  
 † Deut. 17. b  
 De pen. dist. 6. c. Qui vult.  
 1. q. 7. c. c. c. De pen. dist. 2. c. Si enim.  
 † 1. q. 7. c. Pen. dist. 1. q. 7. c. 1. q. 7. c. 1. q. 7. c.  
 † Deut. 17. b  
 16. d  
 Mat. 8. b  
 2. q. 4. esp. 2. Cor. 13. 2  
 Heb. 10. c

perhibet de me qui misit me, pater. Dicebant ergo ei: Vbi est pater tuus? Respondit Iesus: <sup>†</sup> Neque me scitis, neque patrem meum: Si me sciretis, forsitan & patrem meum sciretis. Hæc verba locutus est Iesus in gazophylacio, docens in templo. <sup>†</sup> Et nemo apprehendit eum, quia necdum venerat hora eius. Dixit ergo iterum eis Iesus: <sup>†</sup> Ego vado, & quæretis me, & in peccato vestro moriemini. Quod ego vado, vos non potestis venire. Dicebant ergo Iudæi: Nunquid interficiet semetipsum, quia dicit, quod ego vado, vos non potestis venire? Et dicebat eis: Vos <sup>†</sup> de deorsum estis, ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis vestris. <sup>†</sup> Si enim non credideritis, quia ego sum, moriemini in peccato vestro. ] Dicebant ergo ei: Tu quis es? Dicit eis Iesus: <sup>†</sup> Principium, qui & loquor vobis. <sup>†</sup> Multa habeo de vobis loqui & iudicare, sed qui me misit, verax est: & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo. <sup>†</sup> Et non cognouerunt, quia patrem eius dicebat deum. ] Dixit ergo eis Iesus: <sup>†</sup> Cum exaltaveritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & à meipso facio nihil, sed sicut docuit me pater, hæc loquor. Et qui me misit, mecum est: & non reliquit me solum, quia ego quæ placita sunt ei facio semper. <sup>†</sup> Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum. Dicebat ergo Iesus ad eos, qui crediderunt ei Iudæos: <sup>†</sup> Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis: & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Responderunt ei: Semen Abraham sumus, & nemini seruiimus vnquam. Quomodo tu dicis, liberi eritis? Respondit eis Iesus: Amen amen dico vobis, <sup>†</sup> quia omnis <sup>†</sup> qui facit peccatum, seruus est peccati. <sup>†</sup> Seruus autem non manet in domo in æternum, filius manet in æternum. <sup>†</sup> Si ergo vos filius liberauerit, verè liberi eritis. Scio quia <sup>†</sup> filij] Abraham estis, sed quæritis me interficere, quia sermo meus <sup>†</sup> non capit] in vobis. Ego quod vidi apud patrem <sup>†</sup> loquor, & vos <sup>†</sup> quæ vidistis apud patrem vestrum, facitis. Responderunt, & dixerunt ei: Pater noster Abraham est. Dicit eis Iesus: <sup>†</sup> Si filij] Abraham <sup>†</sup> estis, ] opera Abraham <sup>†</sup> facite. ] Nunc autem quæritis me interficere, hominem qui veritatem vobis locutus sum, quam audiui à deo. Hoc Abraham non fecit. Vos facitis opera patris vestri. Dixerunt itaque ei: Nos ex fornicatione non sumus nati. Vnum patrem habemus deum. Dixit ergo eis Iesus: <sup>†</sup> Si deus pater vester esset, diligeretis utiq; me. Ego enim ex deo processi, & veni. Neque enim à meipso veni, sed ille me misit. <sup>†</sup> Quare loquelam meam non cognoscitis? Quia non potestis audire sermonem meum. <sup>†</sup> Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. <sup>†</sup> Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia non est veritas in eo. Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est & pater eius. Ego autem <sup>†</sup> si] veritatem dico, non creditis mihi. <sup>†</sup> Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico, quare non creditis mihi? <sup>†</sup> Qui ex deo est, verba dei audit. Propterea vos nō auditis, quia ex deo non estis. Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Nōne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, <sup>†</sup> & dæmonium habes? Respondit Iesus: Ego dæmonium nō habeo, sed honorifico patrem meum, & vos <sup>†</sup> inhonorastis] me. Ego autem nō quæro gloriam meam. Est qui quærat & iudicet. Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum. <sup>†</sup> Dixerunt ergo ei Iudæi: Nunc cognouimus, quia dæmonium habes. Abraham mortuus est, & Prophete, & tu dicis: si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum. <sup>†</sup> Nūquid tu maior es, patre nostro Abraham, qui mortuus est? Et Prophete mortui sunt. Quem teipsum facis? Respondit Iesus: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Est pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis, quia deus noster est, & nō cognouistis eum. <sup>†</sup> Ego autem noui eum. Et si dixerō, quia non scio eum, ero similis vobis mendax. Sed scio eum, & sermonem eius seruo. Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum: <sup>†</sup> vidit, & gauisus est. Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Dixit eis Iesus: Amen amen dico vobis, <sup>†</sup> antequam Abraham fieret, ego sum. <sup>†</sup> Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum. Iesus autem abscondit se, & exiit de templo. <sup>†</sup>

† De testi. in omni. † Matt. 11. g. Luc. 10. 6

† Sup. 7. g

† Rom. 2. a

† Sup. 3. e. 1. Ioan. 3. o

† De pæ. dist. 4. c. Si ex bono.

† Rom. 6. e. 2. Pet. 2. d. 2. q. 7. c. Scitū sunt.

† De pæ. dist. 1. c. Resuscitatus.

† De pæ. dist. 1. Resuscitatus. † Ioan. 13. b

† De hare. Cum ex in iudæo. † Ioan. 4. a

† Sup. 4. o

† Sup. 7. d

† 7. q. 1. c. Ad uctus.

e. Qui enim negat ex patre filium, neque patrem ex quo est filius, nouit: neque filium nouit qui patrem nescit. Ambrosio, de fide, lib. 1. cap. 9.

f. Hoc frequenter reperit, vt eorum animos commoueat atque perterreat. Considera quantum terroris incutiat: eum enim uelent eum interficere, quæret tamen quod uadat, tanquam de eo opinionem conceperant. Chryl. ibid. homil. 52.

g. Ab inferis.

h. Nihil enim possunt Iudæi intelligere de scripturis nisi crediderint in Christum: apud Iudæos. b. Nisi credideritis non intelligetis. Cyprian. lib. 1. aduersus Iudæos.

i. Peccatis uelitis.

k. Nam uerè in hoc principio creauit cælum & terram deus, quia ipse omnia facta sunt. Ruper. super 1. c. Genes.

l. Quod de patre eis dixisset.

m. Postquam multa eis signa fecit & non attraxit illos: tunc de cruce eum eis loquitur. Theophil. ibidem.

n. Fides est credere quod non uides. ueritas est uidere quod credidisti. Nō cognoscimus ut credamus, sed credimus ut cognoscamus. Ideo Christus homo in terra fidem iacit: postea, se uidentem dabit, quod est merces fidei. (Ios. ordin. ibid.)

o. Seruus enī est omnis peccator, quoniam qui facit peccatū, ueritas est peccati, & quod peccatū est, multo uerius seruus est, qui seruus est ueritatis, multis se dominis addidit, ut seruicio ei exire uix liceat. Ambrosio, de Iacob. lib. 2. cap. 3. m. Ipsum est autem ac si diceret. Si uos filius saluus fecerit, tūc uerè saluus eritis. Inde quippe liberator, unde saluator. Augustinus, de ciuit. Dei, lib. 14. cap. 11. 8. Semen.

9. Non habet locum. \* Meum.

\* Ergo.

10. Estis.

11. Faceretis.

[n. Quia sicut signū filiationis humane est imitatio operū, ita signum filiationis diuine est dilectio: inōd ut uerius loquar, in hoc consistit hæc filiatio quæ est per adoptionē. De Lyra. ibid.]

o. Quod si rectè intelligere uelimus, nūquam Christum prauisimū dæmonis meminissemus existimabim, sed Iudæos potius, qui contra eum iurebant, Cain qui primus inter homines homicida patre dicitur, & uelociter exiit, patrem attribuit. Cyprian. in Genesin lib. 2.

ra. Quia.

p. Quod autem dixerunt: Nos ex fornicatione non sumus nati, nōne multi ex fornicatione nascebantur? tamē hoc omnis illic insitit. Postquā autem nō ex Deo, sed ex diabolo eos esse ostendit, & interficere diabolicum est, & mendacium dicitur: quæ ueritatem illi faciebant, iam contra ostendit amorē, & quia dei sit argumentum. Chryl. ibid. homil. 53.

13. Dehonestatis.

[q. Insipientes illi eum non intelligeret de qua morte Dominus diceret, quæ credentes in se aliter non esset, loquuntur ad eum. Multissima quædam & insipientissima uerba. Theophyl. ibidem.]

r. Prophete uideret appellabatur, ideo q̄ sancti spiritus munere ea quæ egeris erant clausa, quasi consij furtorum uidebant, inter quos Abraham Christum uidit in spiritu. Bucherij.

s. Ante eum dicit, non se intra aliquem, sed omnia intra se dicit. Sic enim moris est æternitatem dei scripturis significare diuinis. Ambrosio, de fide, lib. 3. cap. 4.

\* Petrus enim per medium illorum, & sic præterit.

Cæcus natus visa à Christo donatus à Iudæis interrogatur cum parentibus, & factum palam à Christo fuisse fatetur.

\* Dicentes.  
 a. Quid est quod dixit? Si nullus homo sine peccato, niquid parentes huius cæci sine peccato erant? Nunquid ipse & sine originali peccato natus erat? vel viuendo nihil addiderat? An quia clausis oculis habebat, concupiscentie minime vigilabat? Quanta mala committunt cæci, à quo malo abstinet? Més mala etiam clausis oculis nō poterat videre, sed nouerat cogitare, & forte concupiscere aliquid quod cæcus nō posset implere: sed in corde iudicari à cordis persecutore. Si ergo & parentes eius habuerunt peccatum, & ille habuit peccatum, quare dominus dicit, neque hic peccauit, neque parentes eius, nisi ad eum respicit de qua interrogatur, ut cæcus natus esset? Habebant enim per eum parentes eius, sed nō ipso peccato factum est ut cæcus nasceretur. August. in Ioan. tract. 44.  
 2. Piscina, & intra.  
 \* Ille, & dixit.  
 2. Quum autem abiissem, & lauissem, visum recepi.  
 3. Vitum recepit, & infra.  
 [b. Vides qualiter vigeant? vide autem & malitiam eorum, qui criminantur, non enim dicunt: hic non est ex Deo, quia in sabato sanat, sed quia sabato nō seruat iuramentum, & quicquid non dicit violatorem beneficii, sed quod non dicitur, & hoc, quomodo principes seniores sint qui turba in bono. Nam turba quidem prius diuina erat tenentis, & nō omnes dura loquebantur propter Christum. Principes autē posterius in hanc laudabilem distinctionē uenerunt. Theophyl. ibid.]  
 c. Cū de tribus interrogati fuissent, verum hic esset filius eorum, verum cæcus natus esset, & quomodo nunc videret, de duobus contentur, quomodo autē nunc videat, ignorare se dicit, timet Iudæos, sicut in p̄gressu manifestabitur. Euthym. ibid.]  
 d. Hæc formidinis peccati, parentes cæci non ausi sunt. quod cognoscere, palam efferret: sed id à filio interrogari debere responderit, qui cū matris esset matre, de se loqui facile possit. Cyrill. ibidem.  
 [e. Quasi, d. diuina uirtute non fecit. Et subditur ipsius cæci constantia: quia inter aduersarios existens fortius, quam ante ueritatem efferret, dicens: Si peccator est, nescio, hoc non dicit dubitans de sanctitate Christi, sed irridendo eorum malitiam: q. d. vos dicitis quia fecit eum esse peccatorem, & ego hoc non dico, imò ceteratium quod probatur per factum, quia cæcus esset nunc uideo. De Ly. ibid.]  
 4. Conuicti.  
 f. Christus dicebat illis: Nō ueni nisi ad oues que perierunt domus Israel, & illi dicebant: nescimus unde sit. Ille curabat eos & illi negabant eum. Ambr. de benedictione patriarch. cap. 11.  
 g. Sp̄reta eorum ira liberè ueritatem confitetur. Hæc enim nō nisi à Domino, nec à discipulis fierent, nisi deus in eis. Cū clausis oculis, quod dicunt esse pro peccatis parentum, sed Christus totum sanat: extra oculos cor intus aperit. Cloa. ordin. ibid.]  
 h. Et prop. hoc lotus uenit uident, & uerum cognosceret plasmatorem, & diceret homo eum qui donauit ei uitam. Ireneus lib. 5.  
 i. Hoc est, ut hi qui se nō uident confitentur, & qui medicum querunt, uideant. Hi uerò qui se putant uideri, & medicum non requirunt, in sua cæcitate perstante. Eucherius.  
 5. Qui dicitis.  
 \* Igitur.

**D**T præteriens Iesus uidit hominem cæcū à natiuitate, & interrogauerunt eum discipuli eius: \* Rabbi, quis peccauit hic, aut parentes eius, ut cæcus nasceretur? Respondit Iesus: <sup>a</sup> Neque hic peccauit, neque parentes eius, sed ut manifestentur opera Dei in illo. Me oportet operari opera eius qui milit me, donec dies est. Venit nox, quando nemo potest operari. <sup>†</sup> Quandiu sum in mundo, lux sum mundi. Hoc cum dixisset, exspuit in terram, <sup>†</sup> & fecit lutum ex sp̄uto, & liniuit lutum super oculos eius, & dixit ei: Vade, laua <sup>†</sup> in natatoria] Silde, quod interpretatur, missus. Abiit ergo, & lauit, & uenit uidēs. <sup>‡</sup> Itaque vicini & qui uiderant eum prius (quia mendicus erat,) dicebant: Nōne hic est qui sedebat & mendicabat? Alij dicebant, quia hic est: alij autem, nequaquam, sed] similis est eius. Ille uerò dicebat, quia ego sum. Dicebāt ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit: \* Ille homo qui dicitur Iesus, lutum fecit, & unxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natatorium Silde, & laua. <sup>2</sup> Et abiit, & laui, & uideo.] Et dixerunt ei: Vbi est ille? Ait: Nescio. Adducunt eum ad Phariseos qui dudum cæcus fuerat. Erat autem sabbatum quando lutū fecit Iesus, & aperuit oculos eius. <sup>‡</sup> Iterum ergo interrogabant eum Pharisei quomodo <sup>3</sup> uidisset. Ille autem dixit eis: Lutum mihi posuit super oculos, & laui, & uideo. Dicebant ergo ex Phariseis quidam: Non est hic homo à deo, qui sabbatum non custodit. Alij autem dicebant: <sup>b</sup> Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et schisma erat inter eos. Dicunt ergo cæco iterum: Tu quid dicis de eo, qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit, quia propheta est. Non crediderunt ergo Iudæi de illo, quia cæcus fuisset & uidisset, donec uocauerunt parentes eius qui uiderat, & interrogauerunt eos, dicentes: <sup>‡</sup> Hic est filius uester quē uos dicitis, quia cæcus natus est: Quomodo ergo nunc uidet? <sup>‡</sup> Responderunt eis parētes eius, & dixerunt: Scimus quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est. Quomodo autem nunc uideat, nescimus: aut quis eius aperuit oculos, nos nescimus. Ipsum interrogate. <sup>†</sup> Et atem habet, ipse de se loquatur. Hæc dixerunt parentes eius, <sup>d</sup> quoniam timebant Iudæos. Iam enim conspirauerant Iudæi, ut si quis eum cōfiteretur esse Christum, extra Synagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt: quia atatem habet, ipsum interrogare. <sup>‡</sup> Vocauerunt ergo rursum hominem qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: <sup>†</sup> Da gloriam deo. <sup>e</sup> Nos scimus quia hic homo peccator est. Dixit ergo eis ille: Si peccator est, nescio, unum scio, quia cæcus cum essem, modò uideo. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis: Dixi uobis iam, & audistis. Quid iterum uultis audire? Nunquid & uos uultis discipuli eius fieri? <sup>4</sup> Maledixerunt] ergo ei & dixerunt: Tu discipulus illius sis, nos autem Moyfi discipuli sumus. Nos scimus quia Moyfi locutus est deus, <sup>f</sup> hunc autem nescimus unde sit. <sup>‡</sup> Respondit ille homo, & dixit eis: In hoc enim mirabile est, quia uos nescitis unde sit, & aperuit meos oculos. Scimus autem quia peccatores deus non audit, sed si quis dei cultor est, & uoluntatem eius facit, hunc exaudit. A seculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati. <sup>‡</sup> Nisi esset hic à deo non poterat facere quicquam. Responderunt, & dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit Iesus quia eiecerunt eum foras, & cum inuenisset eum, dixit ei: <sup>‡</sup> Tu credis in filium Dei? Respondit ille, & dixit: Quis est Domine, ut credam in eum? Et dixit ei Iesus: Et uidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est. At ille ait: <sup>h</sup> Credo Domine. Et prōciciens adorauit eum. Et dixit ei Iesus: In iudicium ego in hunc mundum ueni, <sup>i</sup> ut qui non uident, uideant: & qui uident, cæci fiant. Et audierunt quidam ex Phariseis qui cum ipso erant. Et dixerunt ei: Nunquid & nos cæci sumus? Dixit eis Iesus: Si cæci essetis, non haberetis peccatum. Nunc uerò <sup>‡</sup> dicitis quia] uidemus, peccatum <sup>\*</sup> uestrum manet.

A Anno do. 33.  
 † 34. q. ca.  
 † Sup. 8. b  
 Infr. 12. g  
 † De col. dist.  
 4. c. Ante ba.  
 p̄timum.

† De confec.  
 dist. 4. c. Cū  
 pro parulis.

† 1067. a

Christus

Christus inter se & alios pastores ponens discrimen, à Iudæis insanire proclamatur, quos ex suis operibus conuincens multos ad fidem conuertit. X.

Anno do. 31.  
179. 1. c. Or.  
dinationes.



**A**men dico vobis, <sup>†</sup> qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium. Hic ostiarius aperit, & oues vocem eius audiunt. Et proprias oues vocat nominatim, & educit eas. <sup>b</sup> Et cum proprias oues emiserit, ante eas vadit, & oues illum sequuntur, quia sciunt vocem eius. Alienum autem non <sup>†</sup> sequuntur, sed fugiunt ] ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum. Hoc prouerbum dixit eis Iesus. Illi autem non cognouerunt <sup>a</sup> quid ] loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum Iesus: Amen amen dico vobis: quia ego sum ostium ouium. <sup>c</sup> Omnes quotquot venerunt, <sup>\*</sup> fures sunt & latrones: sed non audierunt eos oues. Ego sum ostium. Per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. Fur non venit nisi vt furetur, & mactet, & perdat. <sup>d</sup> Ego veni vt vitā habeant, & abundantius habeant. Ego sum pastor bonus. <sup>†</sup> <sup>e</sup> Bonus pastor animā suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autem & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues & fugit, & lupus rapit, & dispergit oues. <sup>†</sup> Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & <sup>3</sup> non pertinet ad eum ] de ouibus. Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas: & cognoscunt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem, <sup>†</sup> & animā meā pono pro ouibus meis. <sup>†</sup> Et alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient: & fiet <sup>4</sup> vnum ouile ] & vnus pastor. Propterea me diligit pater, quia ego pono animam meam, <sup>5</sup> & ] iterum summā eam. Nemo tollit eam à me, sed ego pono eā è meipso. <sup>†</sup> <sup>f</sup> Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc mandatum accepi à patre meo. Dissensio iterum <sup>\*</sup> facta est inter Iudæos, propter sermones hos. Dicebant autem multi ex ipsis: Dæmonium habet & insanit. <sup>c</sup> <sup>g</sup> Quid eum auditis? Alij dicebant: Hæc verba non sunt <sup>6</sup> dæmonium habentis. ] Nunquid dæmonium potest cæcorum oculos aperire? <sup>†</sup> <sup>h</sup> Facta sunt autem Encarnia in Ierosolymis, & hyems erat. Et ambulabat Iesus in tēplo in porticu Salomonis. Circumdederunt ergo eum Iudæi, & dicebant ei: Quousque animam nostram tollis? <sup>h</sup> Si tu es Christus, dic nobis palām. Respondit eis Iesus: Loquor vobis, & non creditis. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de me. Sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. <sup>\*</sup> Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me. Et ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquā de manu mea. <sup>†</sup> Pater meus <sup>7</sup> quod dedit mihi, maius omnibus est, & nemo potest rapere de manu patris mei. <sup>†</sup> Ego & pater vnum sumus. <sup>d</sup> Sustulerunt <sup>\*</sup> lapides Iudæi, vt lapidarent eum. Respondit eis Iesus: <sup>8</sup> Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis? Respondunt ei Iudæi: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia: & quia tu homo cum sis, facis te ipsum deum. Respondit eis Iesus: Nōne scriptum est in lege vestra, quia <sup>†</sup> ego dixi dij estis? Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est, & non potest solui scriptura: quem pater sanctificauit, & misit in mundum, vos dicitis, quia blasphemias, quia dixi, filius dei sum? <sup>k</sup> Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio, & si mihi non <sup>8</sup> vultis credere, ] operibus credite, vt cognoscatis & credatis quia <sup>†</sup> pater in me est, & ego in patre. <sup>†</sup> Quærebant <sup>9</sup> ergo ] eum apprehendere, & exiuit de manibus eorum. <sup>m</sup> Et abiit iterum trans Iordanem in eum locum, vbi erat Ioannes baptizans primū, & mansit illic. Et multi venerūt ad eum, & dicebant, quia Ioannes quidem signum fecit nullum. Omnia autem quæcunque dixit Ioannes de hoc, vera erant, & multi <sup>\*</sup> crediderunt in eum.

† 23. q. 4. c.  
Tres psonæ.  
De iure pa.  
Relatum.  
Ib. 40. c.  
Ezech. 34. f.  
37. f.  
2. Cor. 9. c.  
† Diff. 43. c.  
Sicut dicitur.  
7. q. 1. c. Ad.  
uestitas.  
Derend. Ni.  
si cum pridē.  
23. q. 3. c. Sex  
differentie.  
Matt. 8. g.  
Matt. 5. b.  
† 2. q. 7. ca.  
Telles.  
Iuc. 8. e.  
† Matt. 11. d.  
† b.  
Ezech. 37. f.  
De p. di. 4.  
c. Hic societ.  
tatem.  
† De cele.  
mif. In qua.  
dam.  
† De cōf. c.  
di. 1. c. Solen.  
nitate.  
† Maca. 4. f. g.

† De summa  
trin. ca. Dam.  
namus.  
† 2. q. 3. c.  
Quid autē.  
† Ariani.  
11a. 4. a. b.

† Pal. 8. b.  
17. diff. c. 1.

† Matt. 12. b.  
Marc. 5. b.

a. Loquente domino Iesu non intellexerūt Scribæ & Pharisæi, qui audierūt, inersitum enim habuerunt cor, & grauitèr audierūt: nominat ostium, nōminat ouile, nominat oues. Albinus in Ioan.  
b. Vadit autem ante eas, & tanquam is qui primus conuersationis viam calcauit, & sicut qui ea fecit, quæ docet. Eurhy. ibid.  
c. Sequuntur, sed effugiunt.  
d. Quæ essent quæ.  
e. Fur est qui per simoniā, vel aliquo alio modo contra Christum intrat, & postquam intrauerit, malo exemplo occidit, & sic apertè latro, nec talis est dicendus mercenarius. Ideo lupus veniente non resistit, sed pro mercede cedit. Glosa. ordinat. ibidem.]  
\* Ante me.  
d. Cum autem de discretione omnium hominum questio veniret, & ab omnibus hominibus paruuli nequeant separari, simulque de totius generis hominibus veritas dixerit: filius hominis venit querere & saluare quod perierat, frustra profunditatem infernalis gratiæ per liberum arbitriū conauerit aperire, qui causam electionis in eorum constituit meritis, qui dignetur. Ambro. de uocatione gentium, lib. 1. cap. 7.  
e. Possit placidum animam suā, vt nostram leuaret. Ambro. de fide, lib. 2. cap. 1.  
j. Non est illi cura.  
k. Vnus grex.  
l. Vt.  
m. Vides igitur quia non moritur eum corpore, quæ & non refertur, & in manū dei patris commendatur. Idem de bono mortis cap. 20.  
\* iterum.  
6. Dæmoniaci.  
g. Factus est dies dedicationis templi per Antiochum propheta, quod renouauit Iudas Machabæus, per 8. dies, vt Machab. 4. f. (h. Non querunt, si tu es filius dei, quia de hoc nō curasset Pilatus, qui erat gentilis, apud quē intenderant eum accusare, sed querunt, si tu es Christus, i. vnus, quæ vnitas debeatur regibus: & per consequens si resistisset se esse Christū, statim accusasset eum præfidi, vt rebellare volentem contra Imperatorem Romanum, cui subditi erant tunc Iudæi, & aspiraret ad regnum. De Lyra. ibid.]  
\* Sicut dixi vobis.  
7. Qui dedit mihi maior.  
i. Vnum dixit, ne fiat discretio potestatis. Sumus, ad id, vt patrem filiumque cognoscatur, quo perfectus pater perfectus filium fecerit, ut creator, & pater & filius vnus sint, non confusione, sed vnitate nature. Ambro. de fide, lib. 1. cap. 1. Vnum dicit quia ad vnitatem diuinitatis refertur sumus, autē personis assignat. Grego. Nazianzen. de fide.  
\* Ergo iterum.  
[k. Vultis (inquit) scire æqualitatem cū patre, à substantia non potestis scire. Impossibile est enim scire substantiam Dei, sed accipite ex operum æqualitate & identitate iudicium identitatis secundum virtutem, Theophylact. ibid.]  
8. Creditis.  
l. Et hic aduertimus quod vnitatem diuinitatis per vnitatem operum designauerit. Ambro. de fide, lib. 1. cap. 2.  
9. Iterum.  
m. Nō absque causa se ille cōtulit, sed in memoriam reduxit multa quæ illic facta sunt, & dicit à Ioanne de se. Theoph. ibid.  
\* Illis.

Ex Lazari suscitatione Iudæi irritati consilium aduersus Iesum ineunt, in quo Caiphas prophetat, sed Christus in desertum secedit ad tempus. XI.



**B**erat autem quidam languens ] Lazarus à Bethania, de castello Mariae & Marthae fororum eius. ] Maria autem erat que vnxit dominum vn-  
guento, & extersit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus infirma-  
batur. Miserunt ergo sorores eius ad eum, dicentes: Domine, ecce quem  
amas infirmatur. Audiens autem Iesus, dixit eis: Infirmitas hæc non est  
ad mortem, sed pro gloria Dei, vt glorificetur filius dei per eam. Diligebat autem Ie-  
sus Martham, & sororem eius Mariam, & Lazarum. Vt ergo audiuit quia infirmaba-  
tur, tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus. Deinde post hæc dicit di-  
scipulis suis. Eamus in Iudæam iterum. Dicunt ei discipuli: Rabbi, tunc querebant te  
Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc? Respondit Iesus: Nonne duodecim sunt horæ  
diei? Si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi videt. Si  
autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non est in eo. Hæc ait: & post hæc dicit  
eis: Lazarus amicus noster dormit, sed vado vt à somno exuscitem eum. Dixerunt er-  
go discipuli eius: Domine, si dormit, saluus erit. Dixerat autem Iesus de morte eius, illi  
autem putauerunt quia de dormitione somni diceret. Tunc ergo Iesus dixit eis mani-  
festè: Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos, vt credatis, quoniam nõ eram ibi.  
Sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus ad condiscipulos: Eamus  
& nos, & ] moriamur cum eo. Venit itaque Iesus, & inuenit eum quatuor dies iam in  
monumento habentem. Erat autem Bethania iuxta Ierosolymã, quasi stadiis quin-  
decim. Multi autem ex Iudæis venerant ad Martham & Mariam, vt cõsolarentur eas  
de fratre suo. Martha ergo vt audiuit quia Iesus venit, occurrit illi. Maria autem domi  
sedebat. Dixit ergo Martha ad Iesum: Domine si fuisses hîc, frater meus non fuisset  
mortuus. Sed & nunc scio, quia quæcûque poposceris à deo, dabit tibi deus. Dicit illi  
Iesus: Resurget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio, quia resurget in resurrectione in no-  
uissimo die. Dicit ei Iesus: Ego sum resurrectio & vita. Qui credit in me, etiã si mor-  
tuus fuerit, viuet: & omnis qui viuuit, & credit in me, non morietur in æternum. Credis  
hoc? Ait illi: Vtique domine. Ego credidi, quia tu es Christus filius dei: viui, ] qui in  
hunc mundum venisti. ] Et cum hæc dixisset, abiit, & vocauit Mariam sorore suam  
in silentio, ] dicens: Magister adest, & vocat te. Illa vt audiuit, surrexit citò & venit ad  
eum. Nondum enim venerat Iesus in castellum, sed erat adhuc in illo loco vbi occur-  
rerat ei Martha. Iudæi ergo qui erant cum ea in domo, & consolabantur eam, cum vi-  
dissent Mariam, quia citò surrexit & exiit, secuti sunt eam, dicentes: Quia vadit ad mo-  
numentum vt ploret tibi. Maria ergo cum venisset vbi erat Iesus, videns eum cecidit  
ad pedes eius, & dixit ei: Domine, si fuisses hîc, frater meus non fuisset mortuus. Iesus  
ergo vt vidit eam plorantem, & Iudæos qui venerant cum ea plorantes, infremuit spi-  
ritu, & turbauit seipsum, & dixit: Vbi posuistis eum? Dicunt ei: Domine, veni, & vi-  
de. Er lachrymatus est Iesus. Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabar eum. Qui-  
dam autem ex ipsis dixerunt: Non poterat hic qui aperuit oculos cæci nati, facere  
vt hic non moretetur? Iesus ergo rursus fremens in semetipso, venit ad monumen-  
tum. Erat autem spelunca, & lapis superpositus erat ei. Ait Iesus: Tollite lapidem. Di-  
cit ei Martha soror eius qui mortuus fuerat: Domine, iam scetet: quatruiduanus enim  
est. Dixit ei Iesus: Nonne dixi tibi, quoniam si credideris, videbis gloriam dei? Tule-  
runt ergo lapidem. Iesus autem eleuatis sursum oculis, dixit: Pater gratias ago tibi,  
quoniam audisti me. Ego autem sciebã quia semper me audis, sed propter populum  
qui circumstat, dixi, vt credant quia tu me misisti. Hæc cum dixisset, voce magna cla-  
mauit: Lazare, veni foras. Et statim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus manus &  
pedes in stictis, & facies illius sudario erat ligata. Dixit eis Iesus: Soluite eum, & si-  
nite abire. Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariam & Martham, & viderant quæ  
fecit Iesus, crediderunt in eum. Quidam autem ex ipsis abierunt ad Phariseos, & di-  
xerunt eis quæ fecit Iesus: Collegerunt ergo Pontifices ] & Pharisei concilium, & di-  
cebant: Quid facimus? Quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic, om-  
nes credent in eum. Et venient Romani, & tollent locum nostrum & gentem. Vnus  
autem

a. Iner omnia miracula, que  
dei filius, vt suam pãderet diu-  
nitatem operatus est, supereminet  
hoc, & quasi quendam ob-  
tinuit principatum, quod circa  
Lazarum fecit. Et quidem sin-  
gula opera ei admittuntur di-  
gnissima sunt. Cyrillus. ibid.  
4. A Egrotas, vel qui egrotabat.  
2. Sororis eius, scilicet Marie.  
Ib. Ecce quare pmisit infirmari  
queam. ibat: quia nõ ad mor-  
tem eternam, sed ad probatio-  
nem virtutis, ad examinatione  
bonitatis. Vt etiã in malis que  
patiuntur dei gloria relectat:  
multis nos tentari variis tenta-  
tionibus finit. Simon de Cull.]  
\* Quo erat.  
c. Ii est, qui Christi in omnib  
sequenti, per eius velliga vique  
ad ceteros lucis solium et sine  
bit, sicut ipse patrem pro nobis  
adhuc in corpore constitutus  
erat, dicit: pater volo vt vbi ego  
sum, ibi sint & hi qui in me ere  
diderunt. Ambro. de mysterio  
Pasche cap. 5.  
3. Excoitem.  
d. Vides adhuc imbecilliores, &  
adhuc eius potestatis ignaros  
fuisse discipulos, quod metu ac-  
cidebat, quo perturbabantur &  
cum dormire eum dixerit ad-  
didit: Vado vt exire eum. Nõ  
enim verbis prædicere volebat,  
quod re erat constitutus. De-  
per enim nos aduocet, vt in-  
nam gloriã euentus, & nihil  
de nobis temere promittamus.  
Chrysost. in Ioan. homil. 6.  
4. Vt.  
e. Quia voluisses & potuisses li-  
berare eum, sed & nunc potes  
resuscitare, sed & nunc scio quia  
potes, si vis facis, vtrum autem  
facies tui iudicij est, non meæ  
presumptionis: non fuit aucta  
petere eum magnũ quid, ne pa-  
teretur repulsum, sed suam fidẽ  
exprimendo infirmavit suã de-  
siderium, & quia solum in no-  
mine eius: Nicol. de Gortam.  
ibidem.]  
5. Venturus erat.  
6. Castellum.  
7. Adueredum est quem ad mo-  
dũ suppositum vocem silicium  
nuncupauit. Nam quomodo si-  
luit que dixit, Magister adest,  
& vocat te? Albinus. ibid.  
8. Quomprimũ au hinc adeste  
Iesum, non legus tui Maria,  
sed surgit & ad eum venit. Vn-  
de manifestum, quod nõ p̄que-  
nisset illa Martha, neque prius  
siquidẽ cognouisset ista Iesum  
venturum. Nondum autẽ Iesus  
venit in castellũ. Tardius enim  
ibor, ne videretur ad miraculũ  
propere, sed precibus illarum  
exoratus hoc facere. Theophy.  
ibidem.]  
h. Hoc est, in quo reri stam est  
in quo p̄sentem tui ordi ne? Vi-  
deam quem stera vt lachrymis  
suis ipse me moueat: Videam si  
iam peccato ei cuius venia po-  
seitur, desinatus est. Ambro. de  
peni. lib. 2 cap. 7.  
i. Suscitaturus Lazarum domi-  
nus iussit vt Iudæi remouerent  
lapidem de sepulchro, vt mor-  
tuum videtes postea resuscita-  
tum crederent. Deinde vocauit  
Lazarum, & resurrexit, & ligatis  
manibus & pedibus exiit foras.  
Ambro. Exameron lib. 1. cap. 7.  
k. Vbi mortuus ille positus erat.  
l. Hoc est, Quid iaces in tene-  
bris conscientie, & delictorum  
tuorum sordibus quodam teo-  
rum carcere? Exi foras, desictũ  
proprium proda, vt iustificeris.  
Ore confessio sit ad salutem.  
Ambro de peni. lib. 2 cap. 7.  
7. factis sepulchralibus.  
8. Nec tamen dicebant, ereda-  
mus. Plus enim perdit homi-  
nes cogitabant quomodo noc-  
erent vt perderet, quã quomo-  
do sibi confulerent ne perirent,  
& tamẽ r̄iuebant, & quasi cõ-  
sulebant: beda. ibid.]  
8. Principes sacerdotum.

Anno do. 34.  
Matt. 26. a  
Marc. 4. a  
Luc. 7. f  
Iust. 1. g

Sup. 56  
Luc. 14. c  
Sup. 64

Sup. 9. a

De cele.  
nif. Cum  
Marthæ.

De pen. lib.  
1. c. Conuer-  
timini. Quã  
paniter.



autem ex ipsis Caiphas nomine, cum esset Pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quicquam, nec cogitatis, quia expedit vobis ut vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem a semetipso non dixit, sed cum esset Pontifex anni illius prophetauit, quia Iesus moriturus erat pro gente. Et non tantum pro gente, sed ut filios Dei qui erant dispersi, congregaret in vnum. Ab illo ergo die cogitauerunt ut interficerent eum. Iesus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudeos sed abiit in regionem iuxta desertum, in ciuitatem quae dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum discipulis suis. Proximum autem erat Pascha Iudeorum, & ascenderunt multi Ierosolymam de regione ante Pascha, ut sanctificarent seipsum. Querebant ergo Iesum, & colloquebantur adinuicem in templo stantes: Quid putatis quia non venit ad diem festum? Dederant autem Pontifices & Pharisei mandatum, ut si quis cognouerit ubi sit, indicet, ut apprehendant eum.

*Ex Iesu a Maria vncto Iudas indignatur. Christus super asellum sedens Ierusalem multis occurrentibus vadit, & gentes a Iudaeis triticeo grano discernit. XII.*



Iesus ergo ante sex dies Paschae venit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerunt autem ei coenam ibi, & Martha ministrabat. Lazarus vero vnus erat ex discumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistici pretiosi, & vnxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis, & domus impleta est ex odore vnguenti. Dixit ergo vnus ex discipulis eius Iudas Scariothis qui erat eum traditurus: Quare hoc vnguentum non venit recentis denariis, & datum est egenis? Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & oculos habebat, ea quae mittebantur, portabat. Dixit ergo Iesus: Sine illa, ut in die sepulturae mea seruet illud. Pauperes enim semper habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis. Cognouit ergo turba multa ex Iudaeis quia illic est, & venerunt, non propter Iesum tantum, sed ut Lazarum viderent, quem suscitauit a mortuis. Cogitauerunt autem Principes sacerdotum, ut & Lazarum interficerent, quia multi propter illum abibat ex Iudaeis, & credebant in Iesum. In crastinum autem turba multa quae venerant ad diem festum, cum audissent, quia venit Iesus Ierosolymam, acceperunt ramos palmarum, & processerunt obviam ei, & clamabant: Hosanna. Benedictus qui venit in nomine domini Rex Israel. Et inuenit Iesus asellum, & sedit super eum, sicut scriptum est: Nolite timere filia Sion, ecce Rex tuus venit, sedens super pullum asinae. Haec non cognouerunt discipuli eius primum, sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt quia haec erant scripta de eo, & haec fecerunt ei. Testimonium ergo perhibebat turba quae erat cum eo quando Lazarum vocauit de monumento, & suscitauit eum a mortuis. Propterea & obviam venit ei turba, quia audierunt eum fecisse hoc signum. Pharisei ergo dixerunt ad semetipsos: Videris, quia nihil proficimus? Ecce mundus totus post eum abiit. Erant autem quidam gentiles ex iis qui ascenderant, ut adorarent in die festo. Ii ergo accesserunt ad Philippum, qui erat a Bethsaida Galilaeae, & rogabant eum, dicentes: Domine, volumus Iesum videre. Venit Philippus, & dicit Andreas: Andreas rursum & Philippus, dixerunt Iesu. Iesus autem respondit eis, dicens: Venit hora ut clarificetur filius hominis. Amen amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert: Qui amat animam suam, perdet eam. Et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam. Si quis mihi ministrat, me sequatur. Et ubi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus. Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater, saluifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc. Pater clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de caelo, dicens: & clarificauit, & iterum clarificabo. Turba ergo quae stabat & audierat, dicebat tonitruum esse factum. Alij autem dicebant: Angelus ei locutus est. Respondit Iesus, & dixit: Non propter me haec vox venit, sed propter vos. Nunc iudicium est

† In q. 1. c. Di-  
sum est.  
† De pe. dist.  
4. c. Si ex bo-  
no. Hanc 10-  
eistem.  
† Matt. 2. b  
Marc. 7. b

† Matt. 26. a  
Marc. 12. a  
Luc. 14. a

Anno do. 34.  
† Matt. 2. 6. a  
Marc. 14. a  
Luc. 7. f

† Matt. 21. a  
Marc. 11. a  
Luc. 19. d

† De pe. di. 1.  
c. Quantum  
libet.

† Mat. 21. a  
Marc. 14. a  
† Ista. 62. d  
Zacha. 9. b  
† Psal. 117. d  
† Psal. 109. b  
116. a  
Ista. 40. c  
Ezech. 17. g  
Eph. 5. b

† De decimis  
Cui non sit in  
hominis.  
† Matt. 10. g  
16. f  
Marc. 8. g

† De consec.  
di. 1. c. Ina.

m. Quantum ad ipsa verba, si in eis voluntatem dicentis attendas, quibus agebat: ut iustus iniuste necaretur, & quae mala erant tamen magnum bonum illo necesse significabant. Augustinus contra Faustum. lib. 22.  
9. Quod.  
10. Consultabant inuicem.  
11. Nondum enim erat tempus passionis Christi a Deo praordimari, & Iudei querebant occidere eum, ut vitium est. Ideo recessit ad tempus. Iuxta quod dicitur: Iesus ergo, &c. Quamuis enim inter eos existens, postea eorum imperum refrenare, tamen voluit ad tempus latere & se occultare, secundum quod dictum est sup. cap. 8. De Lyra. ibid.]  
\* Illinc.  
o. Quare ad baptismate Christi. scilicet 34. an.  
11. Purificarent.  
12. Videtur vobis quidd.

2. Hoc est, nona die primi mensis quam principium festiuitatis celebrant. Cyrill. ibid.  
\* Erant, qui.  
\* A mortuis.  
1. Pileus pretiosa.  
b. Ostendens magnitudinem qua eum prosequatur, reuerentiam & fidem. Euthym. ibidem.  
c. Iudas & si malus, tamen inter Apostolos numeratur, ut doceatur malos tolerare, nec corpus Christi diuidamus, & malos bonis non obesse. Glo. ordinaris.  
2. Scariothis.  
3. Curaret, vel cura illi esset.  
4. Conferrebantur.  
d. Sed nihil horum ferum & infauentem animi flexit proditoris, licet his multo plura & diceret & faceret, & ad mensam cum alibi dicitur quod & Ieronimus animos mulcere assidet, & alia verba locutus est, quibus etiam lapides mollii potuisset: nec multo ante, sed eadem die, ut minime oblationi mandare potuerit: sed aduersus omnia persistit immobilis. Gravis namque morbus est auaritia, grauis inquam, qui & oculos caecat, & aures obturcat, & fera feruoris reddat: non conscientiam, non amicitiam, non consuetudinem, non propriae animae salutem cognoscere sinit, sed semel ab omnibus discedit, in feruitorem sibi quos cepit, more feruissimi tyranni vindicat. Chrysostomus ibid. homil. 64.  
5. Suscitauerat.  
6. Consultauerant.  
7. Postero die.  
8. Eadem fecissent.  
c. Propter pulchritudinem templi, & ea quae de Iudaeis dicebantur, multi etiam Graecorum ascenderunt adoraturi. Hi autem prope fuerunt, eo quod & proselyti fiebant, hoc est, accesserunt ad Iudaismum. Igitur fama communica de Iesu, accesserunt ad Philippum, & rogauerunt eum ut viderent Iesum. Hoc est petierunt. Theophyl. ibid.]  
9. Graeci.  
f. Qui ita que, cum in terra velut granum cecidisset, quae spica fertilissima erupit, quae humanum genus ad pristinam illam imaginem Adae restituit. Cyrill. ibid. Manifestum est, & totus mundus confitetur quod de supposito dixerit, hoc est, de corpore carnis factae, quam de Maria accepit, & de tota sua incarnatione. Ceterum autem in terram & morti de tridua corporis sui dormitione intelligitur. Epiphanius. contra 64. Haresim.  
10. Custodit.  
11. In illa enim turba aliqui erant magis iudes, qui tantum sonum vocis perceperant, non significationem & quantum ad illos dicitur. Turba ergo quae stabat, dicebat tonitruum factum esse. De Lyra.]

\* Huius.  
 h. Nōne vniuersorum videret promissa conuersio? Ambro. de voca. gent. lib. 1. cap. 3.  
 i. Hoc enim cum dixisset putabant, quod facere cogitabant filium hominis, quia hoc memoriter tenebant: quod saepe dixerat se filium hominis. Glosa. ord. ibid.  
 k. Modico tempore.  
 l. Lucem habemus si currimus, si gressum fidei promouemus, in tenebris residemus, si promouere cessamus. Paratos nos inueniat extrema necessitas, quae saepe praeventit imparatos. Euseb. Emise. homil. 1. ad Monachos.  
 m. Ac digressus.  
 n. Quis pro raritate posuit: quia quod sancti prophetae à deo audierit & populo praedicauerit, paucissimi crediderunt in eo, quod ait, brachium domini cui reuelatum est. Vbi factis ostendit brachium domini, ipsum dei filium nuncupatum: non quod pater figura determinetur carnis humanae, quae filius tanquam membrum corporis haeret, sed quia omnia per ipsum facta sunt: idcirco brachium domini dicitur est. Albinus. ibidem.  
 o. Praedicationi nostrae.  
 p. Adeo profecta est sapientia, quia à fonte vitae processit veritatis doctrina, cui ritè competit laus, virtus, & gloria. vnde Eccle. 15. Sapientia enim dei astat laus, & in ore fidelis abundabit, & dominator dabit eam illi. Raba in Eccle. cap. 15.  
 q. Ceciderit.  
 r. Ideo se dicit non locutum ex seipso, quia non est ex seipso. Quo vero loquitur verbo, cum ipse sit filius vniuersi verbis. Nunquid per angelum, cum per ipsum creati sunt angeli. Nunquid per nubem, quae quando sonuit ad filium, non propter se ipsum sonuit, quod alibi dicit etiam ipse, sed propter alios quos oportebat ita audire. Non propter sonum labii emissum, qui non habet corpus? Augustin. tract. 54. in Ioan.  
 \* Verò.  
 1. Quod venisset.  
 2. Transiret.  
 \* Vique.  
 3. Parata.  
 4. Iudae Simonis Iscariotae, vt eum traderet.  
 a. Haec deo exprobras, quia lintheo pregingitur, pedesque discipulorum lauat, ostendamque viae subtilitatem, humilitatem esse demonstrat, quia propter animam homini curatam humiliat, vt erigeret quod ob peccatum deorium vergebat. Grego. Nazian. in sanctum lauarum.  
 b. Non aduerit mysterium, & ideo ministerium recusat, quod grauius humilitatem fecit erudere, si sibi obsequium domini pater enter admittet. Ambro. de his qui mysteris initiantur. cap. 6.  
 5. Habes.  
 6. Opus habet.  
 7. Et acceptis vestimentis suis recubuit.  
 8. Magistrum & dominum.  
 c. Atramen & doctores videmus pueris literae elegantiores praescribere, vt ad imitationem, quibus a longe veniant. Necesse est autem Apostolos admonere de his, quoniam in honore erant futuri, alij maiore, alij minore, vt ne inter se dissiderent, & superbiiret, sed vt omnia ipsorum mentes purgauerunt. Theophy. 9. Ephis.  
 10. Leuauit.  
 d. Spiritum dicit affectu meritis & turbationis, quo mouebatur ob peccatoris prodicionem. Nam praeg nimia copatione turbabatur. Vehementer enim super eo dolebat. Euthym. ibidem.

mundi. \* Nunc princeps huius mundi eiicietur foras. <sup>h</sup> † Et ego si exaltatus fuerò à terra, omnia trahā ad meipsum. Hoc autē dicebat, significans qua morte esset moriturus. Respondit ei turba: <sup>i</sup> Nos audiuius ex lege, † quia Christus manet in aeternū. Et quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Et quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis Iesus: Adhuc <sup>11</sup> modicum] lumen in vobis est. <sup>k</sup> Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebrae comprehendant. <sup>l</sup> Et qui ambulat in tenebris, nescit quò vadat. <sup>m</sup> Dum lucem habetis, credite in lucem, † vt filij lucis sitis. Haec locutus est Iesus, <sup>12</sup> & abiit &] abscondit se ab eis. Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum, vt sermo Isaiae prophetae impleretur quem dixit: Domine <sup>1</sup> quis credidit? auditui nostro:] & brachium domini cui reuelatum est? Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaías: <sup>†</sup> Excæcavit oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt non videant oculis, & intelligant corde, & couertantur, & sanem eos. Haec dicit Isaías quando <sup>†</sup> vidit gloriam eius, & locutus est de eo. Veruntamen & ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter Phariseos non confitebantur, vt de Synagoga non eiicerentur. Dillexerunt enim gloriam hominum magis quam gloriam dei. Iesus autem clamauit, & dixit: <sup>†</sup> Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me. Et qui videt me, videt eum qui misit me. <sup>m</sup> † Ego lux in mundū veni, vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. Et si quis audierit verba mea, & non <sup>14</sup> custodierit,] ego non iudico eum. Non enim veni vt iudicem mundum, sed vt saluificem mundum. Qui spernit me, non accipit verba mea, habet qui iudicet eum. † Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die. <sup>n</sup> Quia ego ex meipso non sum locutus, sed qui misit me pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicam & quid loquar, & scio quia mandatum eius, vita aeterna est. Quae ergo ego loquor, sicut dixit mihi pater, sic loquor.

*Christus parata cena discipulorum pedes in exemplum lauat, buccella Iudam designat, & discipulorum fugam praedicit.*  
 XIII.



<sup>†</sup> Nte diem \* festum Paschae, sciens Iesus <sup>1</sup> quia venit] hora eius, vt <sup>2</sup> transferat] ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos qui erāt in mundo, \* in finem dilexit eos. Et cena <sup>3</sup> facta] cum diabolus iam misisset in cor <sup>4</sup> vt traderet eum Iudas Simōnis Scariothis] sciens quia <sup>†</sup> omnia dedit ei pater in manus, & quia à deo exiuit, & ad deum vadit, surgit à cena, & ponit vestimenta sua: & cum accepisset lintheum, praecinxit se. <sup>a</sup> Deinde misit aquam in peluim, & coepit lauare pedes discipulorum, & extergere lintheo quo erat praecinctus. Venit ergo ad Simōnem Petrum. Et dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes? Respondit Iesus, & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis modò, scies autem postea. Dicit ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in aeternum. Respondit ei Iesus: <sup>†</sup> b Si non lauero te, non <sup>1</sup> habebis partē mecum. Dicit ei Simon Petrus: Domine non tantum pedes meos, sed & manus & caput. Dicit ei Iesus: <sup>†</sup> Qui lotus est, non <sup>6</sup> indiget] nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum. Propterea dixit, non estis mundi omnes. Postquam ergo lauit pedes eorum, <sup>7</sup> accepit vestimenta sua, & cum recubuisset,] iterum dixit eis: Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me <sup>8</sup> magister & domine,] & bene dicitis: Sum etenim. <sup>c</sup> Si ergo ego laui pedes vestros dominus & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciat. Amen amen dico vobis, <sup>†</sup> non est seruus maior domino suo, neque apostolus maior est eo qui misit illum. Si haec scitis, beati <sup>9</sup> eritis] si feceritis ea. Non de omnibus vobis dico: Ego scio quos elegerim. Sed vt ad impleatur scriptura: <sup>†</sup> Qui māducat mecum panem, <sup>10</sup> leuabit] contra me calcaneum suum. A modo dico vobis, priusquam fiat, vt cum factum fuerit, credatis quia ego sum. <sup>†</sup> Amen amen dico vobis, qui accipit si quem misero, me accipit. Qui autem me accipit, accipit eum qui me misit. Cum haec dixisset Iesus, <sup>d</sup> turbatus est spiritu, & protestatus est, & dixit: Amen amen dico vobis, <sup>†</sup> quia vnus ex vobis tradet me. Aspiciebant ergo adinuicem discipuli, haesitantes de quo

† Sup. 3. b  
 † Ista. 6. a  
 † I. Thess. 5. 4  
 † Ista. 5. 4. d  
 Rom. 10. d  
 † Mat. 11. d  
 Luc. 2. 4. b  
 Luc. 2. c  
 Act. 1. 8. d  
 † Ista. 6. a  
 † Sup. 3. b  
 † Mat. 16. d  
 Anno do. 34.  
 † Mat. 26. 2  
 Marc. 14. 2  
 Luc. 22. 2  
 † Mat. 11. g  
 Luc. 10. f  
 Sup. 6. c  
 † De pe. dist.  
 i. c. Poell.  
 † De conse.  
 d. 4. c. Quin.  
 do ab Ierolo.  
 lymis, & 109  
 Gal. 6. c  
 † Mat. 10. e  
 Luc. 6. f  
 Infr. 15. f  
 † Ppl. 4. 0. c  
 Mat. 10. g  
 Luc. 10. e  
 † Mat. 16. b  
 Marc. 14. b  
 Luc. 22. c  
 Infr. 21. f

quo diceret. Erat ergo recumbens vnus ex discipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat Iesus. Innuuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei: Quis est de quo dicit? Itaque cum recubisset ille supra pectus Iesu, dicit ei. Domine quis est? Respondit Iesus: Ille est cui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxisset panem, dedit Iudæ Simonis Scariothis. Et post buccellam introuit in eum Sathanas. Et dicit ei Iesus: Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo sciuit discumbentium, ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant, quia oculos habebat Iudas, quod dixisset ei Iesus: eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum, aut egenis vt aliquid daret. Cum ergo accepisset ille buccellam, exiuit continuò. Erat autem nox. Cum ergo exisset, dixit Iesus: Nunc clarificatus est filius hominis, & deus clarificatus est in eo. Si deus clarificatus est in eo, & deus clarificabit eum in semetipso, & continuò clarificabit eum. Filioli, adhuc modicum vobiscum sum. Queritis me, & sicut dixit Iudæis, quò ego vado, vos non potestis venire. Et vobis dico modo: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Dicit ei Simon Petrus: Domine, quò vadis? Respondit Iesus: Quò ego vado non potes me modo sequi, sequeris autem postea. Dicit ei Petrus: Quare non possum te sequi modo? Animam meam pro te ponam. Respondit ei Iesus: Animam tuam pro me pones? Amen amen dico tibi, non cantabit gallus, donec ter me neges.

*Christus à discipulis timorem excutiens ex via, veritate & vita, & eadem cum patre essentia præcepta sua seruari præcipit. XIII.*

**B** ait discipulis suis: Non turbetur cor vestrum. Creditis in deum? & in me credite. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Si quo minus, dixissem vobis, quia vado parare vobis locum. Et si abiero, & præparauero vobis locum, iterum venio, & accipiam vos ad meipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis. Et quò ego vado, scitis, & viam scitis. Dicit ei Thomas: Domine nescimus quò vadis. Et quomodo possumus viam scire? Dicit ei Iesus: Ego sum via, veritas, & via. Nemo venit ad patrem nisi per me. Si cognouissetis me, & patrem meum vtique cognouissetis. Et à modo cognoscetis eum, & vidistis eum. Dicit ei Philippus: Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Dicit eis Iesus: Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & patrem. Quomodo tu dicis: ostende nobis patrem? Non credis quia ego in patre, & pater in me est? Verba quæ ego loquor vobis, à meipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit opera. Non creditis, quia ego in patre, & pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite. Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet. Quia ego ad patrem vado, & quòcunque petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam, vt glorificetur pater in filio. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam. Si diligitis me, mandata mea seruate. Et ego rogabo patrem, & alium paraclætum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum. Vos autem cognoscitis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit. Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos. Adhuc modicum, & mundus me iam non videt. Vos autem videtis me, quia ego viuus, & vos viuētis. In illo die vos cognoscetis, quia ego sum in patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à patre meo. Et ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Dicit ei Iudas, non ille Scariothis? Domine, quid factum est, quia manifestaturus es nobis te ipsum, & non mundo? Respondit Iesus, & dixit ei: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Et sermonem quem audistis, non est meus, sed eius qui misit me patris. Hæc locutus sum vobis, apud vos

1. Intinctam buccellam.  
 2. Hæcior.  
 e. Quid illud sit quia introierat in illum factus, ipse abierit à Christo. Bicitur itaque & excluditur, eo quò iam cum domino Iesu esse non possit: quia ceperat esse cum diabolo. Nulla enim communicatio Christi ad Belial. Vnde Iustinus imperio expulsi abfessit. Ambrosi. de Cain & Abel. lib. 2. cap. 4.  
 3. Glorificatus & inuict.  
 f. Omnes pene Romani se multo persequuntur. Quis enim citius non iudicat eum? Quis enim plenè vicino exhibet charitatem? Omnes quippe à se, & si loco non abfint, affectu abfunt. Salmata. lib. 5.  
 g. Domine.  
 h. Petrus dixit: Animam meam pro te ponam: & Christus dicit: Anima mea turbatur. Verumque verū est, & plenum verūque rationis, quòd & ille qui est inferior, non timet, & ille qui superior est, gerit timentis affectu. Ille enim quasi homo vni mortis ignorat, ille quasi deus in corpore confectus fragilitatem carnis exponit, vt eorum qui sermone in carnis abfint, excluderentur impietas. Ambrosi. de fide. lib. 2. cap. 3.  
 a. Singularem virtutum vna quædam salus est via, que non ad mensonem quandam æternam & beatam perducit. Quoniam sicut varie sunt vitæ electiones, ita & multæ apud deum mansiones, que secundum dignitatem vnicuique diuiduntur & distribuuntur. & hic quidem hanc excolit virtutem, alius vero aliam, quidem etiam plures, nonnulli quoque omnes. Greg. Nazianz. orat. 16.  
 r. Quòd si se. us. efficit.  
 b. Nis ergo suprema est dei virtus. Christus enim nobis via est, & bona via, que creditibus eum regna patet. Ambrosi. de fide lib. 3. ca. 4.  
 2. Cognoscitis.  
 c. Videt enim in imagine patris, qui videt in filio. Vides quam imaginem dicat. Imago ista veritas est, imago ista iustitia est, imago ista dei virtus est: non muta, quia verbum est non insensibile, quia sapientia est: non inanis, quia virtus est: non vacua, quia vita est: non mortuus, quia resurrectio est. Ambrosi. de fide. lib. 1. cap. 4.  
 3. Videt me, videt.  
 \* Mihi.  
 \* Mihi.  
 d. Hic est enim qui ipse firmos animos mentisque firmavit, qui euangelica sacramenta dilatauit, qui in ipsis rebus diuinis illuminator fuit: quo constitutus pro nomine domini nec carceres, nec vincula timuerunt: quinimo ipsas seculi potestates & tormenta calcauerunt: ac matrem iam scilicet per ipsum atque summat, habentes in se dona que hic idem spiritus ecclesie Christi sponte quæ quædam ornamenta dabitur, & dicitur. Terul. de Trinit.  
 e. Filius dei nullis conditionibus necessitatis obstrictus, sed libera diuinitatis potentia, ita que nostra sunt mirabili pietate assumpsit, vè suis que diuina sunt, omnino non desistat: quia diuinitas nec augmentum admittit, nec patitur detrimentum. Hist. Vito. de persecut. Vandal. lib. 2. cap. 1.  
 5. Hæcior.  
 f. Promissio illa tanquam abfida, quòd perpetuo vna nobiscum conuersaturus, & simul permanenturus esset: sicut enim cum his qui in tempore illo digni sunt, sicut postea, cum illis qui in venuro seculo digni erunt: si eam nostra saltem conuersatio ne integrum conuersabimus & non absidui peccatis repellamus. Greg. Nazianz. in sanctum Pentecost. orat. 5.  
 6. Sermo quem audistis.

† 1. q. cap. Christus.  
 De conf. cli. 2. c. Et facta malis.  
 Sicut Iudas. De off. ord. Si sacerdos. † 2. q. 1. cap. Habebat.  
 † Sup. 7. †  
 † Mat. 26. c. Mar. 14. d. Luc. 22. c. De p. di. 2. Qui vult face re.  
 Anno. do. 14. † De p. di. 4. c. Nouit deus. In do. mo.  
 † Dif. 8. ca. Si cōseruandis. De p. di. 2. c. Si enim.  
 † Sup. 5. †  
 † Intra. 16. d. † Mat. 21. d. Met. 11. c. Inf. 13. b. 16. f.  
 † De cōf. di. 2. In Christo.  
 † De cōf. di. 2. c. Species. Nat. in g. 18. a. 25. f. Luc. 10. e.

**Eg.** Confolari cum fit opus trinitatis, ad personam tamen spiritus sancti maxime pertinet quia in scriptura nomine bonitatis spiritus sanctus designatur. Per bonitatem ergo deus nos confolatur, per eam nobis omnia sua bona tribuit. Gloſſa. ordina. Ibi id.]

7. Dixi vel dixerim.  
 h. Quomodo vadit nisi per mortem, & venit nisi per resurrectionem. Amb. de fide, lib. 2. cap. 4.  
 8. Veniam.  
 9. Quid dixerim.  
 i. Si pater filio maior, quomodo pater & filius unum sunt? Hoc secundum diuinitatem, illud secundum humanitatem intelligendum est.

manēs. ¶ Paraclētus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quaecunque dixerō vobis. † Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Nō turbetur cor vestrum, neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis, vado & venio ad vos. Si diligeritis me, gauderetis utique, quia vado ad patrem, quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat, ut cum factum fuerit, credatis. Iam non multa loquar vobiscum. † Venit enim Princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Sed ut cognoscat mundus, quia diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Surgite, eamus hinc.

*Sub fructus vitis similitudine Christus discipulis sua praecepta commendat, ac ipsos ab odio mundi confirmat.* X V.

a. Hoc dixit ut agnosceres secundum id patrem esse maiorem: quia sicut agricola vitis, ita pater dominicæ carnis est cultor, quæ & augeri potuit per pietatem, & per passionem recidit: ut omne genus ab æstu secularium noxiæ voluptatum diffuse salutariibus braciis crucis vmbra velaret. Amb. de fide, lib. 4. cap. 7. 1. Tollit.  
 2. Purgat.  
 b. Omnis enim fructus boni operis ab illa radice que est in Christo, procedit: quia nos sua gratia liberavit: & suo auxilio prouocit, ut fructum plus afferere valeamus. Albinus ibidem. Nec est propterea ut credant aliquid nulli esse sine fide. Opera intelligimus etiam gentium & philosophorum bonam vitam recipere dominum: & aliter habere eos qui iuste, aliter, qui iniuste agunt: & ad comparationem eius qui naturali legi seruiat, condemnari eos qui seruiam legem negligunt. Hieron. Mat. 25.  
 3. Mittunt & ardent.  
 4. Glorificans.

c. Dedit formam amicitie quam sequamur, ut faciamus amici uoluntatem, ut aperiamus secreta nostra amico, quæcumque in peccato habemus, & nos illius alicui non ignemus. Ostendamus nos illi peccatum nostrum, & ille nobis aperiat suum. Ideo inquit: Vos autem dixi amicos, &c. Nihil ergo occultat amicus si verus est, effundit animum suum, sicut effundebat mysteria patris dominus Iesus. Ergo qui facit mandatum dei eius amicus est, & hoc honorabitur nomine. Amb. Offi. lib. 3. cap. 16.  
 5. Non amplius.  
 6. Vel prius quam vos.

d. Non dixit simpliciter: Et locutus non fuisset, sed addidit, eis, Ostendens sine dubio non ante censeri inexcusabiles de contemptu quam ad ipsorum vsque notitiam initio perueniret. Bernar. epist. 77.

e. Hunc eundem paraclētum & à patre esse mittendum supra posuit, dicens: Paraclētus autem spiritus sanctus, &c. Vide unitatem: quia quem deus pater mittit, mittit & filius: & quem mittit pater, mittit & spiritus. Amb. de fide, lib. 2. c. 4.  
 f. Is quoniam illinc procedit, non est creatura: quia verò non est genitum, nō est filius, at quoniam geniti & ingentiti medius est, deus erit. Greg. Nazianz. de Theol. lib. 4.  
 7. Perhibetis.  
 1. A Synagoga excludent.  
 2. Propter hoc Iudæi excesserunt à deo, verbum dei non recipientes, sed parantes per se ipsum patrem sine verbo, id est sine filio posse cognoscere deum. Irenæus, lib. 4. cap. 17.

**B**Go sum vitis vera, & pater agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollit Iesus: & omnem qui fert fructum purgabit Iesus: ut fructum plus afferat. † Iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Manete in me, & ego in vobis. † Sicut palmes non possunt ferre fructum à semetipso nisi manserint in vite, sic nec vos nisi in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmitem. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arefcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis petetis, & fiet vobis. † In hoc clarificatus est pater meus, ut fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si praecepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, sicut & ego patris mei praecepta seruauit, & maneo in eius dilectione. Hæc locutus sum vobis, ut gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur. † Hoc est praeceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. † Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis. † Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius. † Vos autem dixi amicos, quia omnia quaecunque audiui à patre meo nota feci vobis. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos, ut eatis: & fructum afferatis, & fructus vester maneat, ut quodcumque petieritis patrem in nomine meo, det vobis. Hæc mando vobis, ut diligatis inuicem. Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret. Quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Mementote sermonis mei, quem ego dixi vobis: † Non est seruus maior domino suo. † Si me persecuti sunt, & vos persequentur. Si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt. † Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum, quia nesciunt eum quia misit me. † Si non venissem, & locutus fuisset eis, peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit, & patrem meum odit. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Nunc autem & viderunt, & oderunt & me, & patrem meum. Sed ut adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est: quia odio habuerunt me gratis. Cum autem venerit paraclētus, quem ego mittam vobis à patre, spiritum veritatis qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.

*Confolatur suos Christus iam abiturus, pro quibus patrem orat, & à mundo multa passuros annuntiat.* X VI.

**E**t locutus sum vobis, ut non scandalizemini. Absque Synagogis facient vos. Sed venit hora, ut omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare deo. Et hæc facient vobis, quia non nouerunt patrem neque me. Sed hæc locutus sum vobis, ut cum venerit hora eorum remini-

† 21. q. 2. Nif bella.

† 23. q. 3. c. 5. in morte.

A Anno do. 11.

† Dec. 6. d. 4. c. Alu. d. c.

B † 1. Joan. 1. d. Mar. 1. d. Mar. 1. c. Sup. 1. d. Int. 1. d.

† Sup. 1. d. 1. Cor. 1. d. Eph. 1. c. Dep. 1. d. c. 2. q. 1. d. Phil. 1. d. 1. The. 1. d. 1. Joan. 4. c. 1. Joan. 5. c. Mar. 2. c. Mar. 1. c. 1. Joan. 1. d.

† Mar. 1. c. Luc. 6. c. † Mar. 1. d. Luc. 1. d.

† Psal. 68. 1. Luc. 24. c.

A Anno do. 11. † 1. q. 1. c. 1. Mar. 1. c. Luc. 1. d.

reminiscentiamini, quia ego dixi vobis. <sup>b</sup>Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram. Et nunc vado ad eum qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me: quovadis? Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis ut ego vadam. Si enim non abiero, <sup>c</sup>paracletus non veniet ad vos. Si autem abiero, mittam eum ad vos. Et cum venerit, ille arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidem, quia non crediderunt in me. De iustitia verò, quia ad patrem vado, & iam non videbitis me. <sup>d</sup> De iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. <sup>e</sup> Cum autem venerit ille spiritus veritatis, <sup>f</sup> docebit vos omnem veritatem. Non enim loquetur à semetipso, sed quæcunque <sup>g</sup> audiet, loquetur, & quæ ventura sunt, annuntiabit vobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. <sup>h</sup> Omnia quæcunque habet pater, mea sunt. Propterea dixi, quia de meo accipiet, <sup>i</sup> & annuntiabit vobis. Modicum & iam non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me, quia vado ad patrem. Dixerunt ergo ex discipulis eius adinvicem: Quid est hoc quod dicit nobis, modicum & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me, & quia vado ad patrem? Dicebant ergo: Quid est hoc quod dicit & nobis, modicum? Nescimus quid loquitur. <sup>k</sup> Cognovit autem Iesus, quia volebant eum interrogare, & dixit eis: De hoc quæritis inter vos, quia dixi: modicum & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me. Amen amen dico vobis, <sup>l</sup> quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit. Vos autem cōtristabimini, <sup>m</sup> sed tristitia vestra vertetur in gaudiū. Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius. Cum autem peperit puerum, iam nō meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis. Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Et in illo die me non <sup>n</sup> rogabitis quicquam. Amen amen dico vobis, <sup>o</sup> si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. <sup>p</sup> Vsq̄ue modò non petistis quicquam in nomine meo. Petite & accipietis, <sup>q</sup> ut gaudium vestrum sit plenum. <sup>r</sup> Hæc in proverbiis locutus sum vobis. <sup>s</sup> Venit hora cum iam non in proverbiiis loquar vobis, sed palam de patre annuntiabo vobis. In illo die in nomine meo petetis. Et non dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis. Ipse enim pater amat vos, quia vos amastis, & credidistis, quia <sup>t</sup> à deo exiui. Exiui à patre & veni in mundum, iterum relinquo mundum & vado ad patrem. Dicunt ei discipuli eius. Ecce nunc <sup>u</sup> palam loquetis, & proverbium nullum dicis. Nunc scimus quia scis omnia, & non opus est tibi ut quis te interroget. In hoc credimus, quia à deo existi. Respondit eis Iesus. Modò creditis? <sup>v</sup> Ecce venit hora, & iam venit, ut dispergamini unusquisque in propria, & me solum relinquatis. Et <sup>w</sup> non sum solus, quia pater mecum est. Hæc locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis. In mundo <sup>x</sup> pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum.

*Oratio Christi ad patrem pro sui nominis clarificatione, operum suorum exaltatione, discipulorum & per eos credentium confirmatione, sanctificatione & consumptione.*  
XVII.

**H**æc locutus est Iesus, & subleuatis oculis <sup>a</sup> in cælum, dixit: Pater, venit hora, <sup>b</sup> clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te. <sup>c</sup> Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei det eis vitam æternam. <sup>d</sup> Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Ego te clarificaui super terram, opus consummaui quod dedisti mihi, ut faciam. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum claritate quam habui priusquam mundus fieret apud te. Manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo. Tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonem tuum seruauerunt. <sup>e</sup> Nunc cognouerunt, quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt:

GG ij

<sup>b</sup> Subdit sui dicit rationem ut delice quare tunc ista dixerit ei, & non à principio vocatio- nis ipsius, dicens: Hæc autem vobis ab initio non dixi, hoc est ista verba ad consolationem vestram cōtra futuram tribulationem. De Lyra. <sup>c</sup> Hic est ille qui charitates necesse affectiones constringit, se- las repellit, regulam veritatis expedit hæreticos reuincit, improbos foras expuit, euangelia sedit. Terul. de trinit. <sup>d</sup> Quia si damnatum illum se- quuntur, cum eo damnantur: & ne sibi credant parei terrentur supplicio illius superbi. Glosa ordinaria. ibidem. <sup>e</sup> Ducer vos in.

<sup>f</sup> Audierit. <sup>g</sup> Quæ sunt omnia? Non vique locutus est de creatis, hæc enim omnia facta sunt per filium: sed ea quæ pater habet, in æternitatem, maiestatem; diuinitatem que nascendo possidet. Ergo est qui omnia habet quæ pater habet, omnipotentem esse dubitare non possumus. Amb. de fide, lib. 2. cap. 3. <sup>h</sup> Vides quia cum spiritus sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam dilatatur. Itaque ante descensionem spiritus sancti ut que ad negationem apostoli de- terrentur, post visitationem verò ad martyrium contemptu filii arantur. Euseb. Emis. in die Pentecost. <sup>i</sup> Si cum seculo gaudemus, vendendum est ne cum seculo & lu- gamus. Seculo autem gaudente lugemus, & seculo postea lu- gente gaudebimus. Sic Eleazar, alius, Lazarus apud inferos in sinu Abrahæ refrigerium cōstitutus, contrā diuus in tormētis ignis cōstitutus alteras bonorum & malorum vicei æmula re- tributione compensat. Terul. de idololatria.

<sup>j</sup> Interrogabit. <sup>k</sup> Quæcunque. <sup>l</sup> Hæc dicitur. <sup>m</sup> Quia igitur Dominus multa eis occulte dixerat, & parabola- lam narrat de muliere ac par- tu. Hæc per patet inquit, nunc locutus sum vobis: sed ve- nit hora, quando non ultra in parabolis loquar, sed libere de patre meo annuntiabo vobis. Theoph. ibidem. <sup>n</sup> Non amplius per proverbium. <sup>o</sup> Ego.

<sup>p</sup> Qui à deo processit, & deo ex- iuit, nihil aliud potest habere nisi quod dei est. Vnde non so- lum deus, sed & verus deus. Verus è vero, & à deo verus, ut & ipse sit veritas. Itaque si nomen quærimus, veritas est. Si maiesta- tem quærimus naturalē, eò ut que filius dei verus est, ut & pro- prius. Amb. de fide, lib. 1. cap. 7. <sup>q</sup> Apertè. <sup>r</sup> Tamen. <sup>s</sup> Anxietatem.

<sup>t</sup> Suis. <sup>u</sup> Clarifica, & infra. <sup>v</sup> Vique eum & horam venisse commemorat, & clarificari pe- rat, quomodo nisi secundum car- nis assumptionem locutum est conuenit estimari? Nam nec vlti sibi reponit præscripta momenta diuinitas habet, nec clari- ficatione indiget lumen æternū. Amb. de fide, lib. 5. cap. 2. <sup>w</sup> Scriptura autem diuinitatem beatam possit in cognitione di- uinitatis, & fructu bonæ opera- tionis. Amb. Ofic. lib. 2. ca. 2. Ipse quoque Christus, & dictis & factis ad credendum primò hor- tatus est, quos ad salutem voca- uit. Sed postea quæ de ipso do- no loqueretur quod erat, dau- rus credentibus non dixit: hæc est vita æterna ut credant, sed, hæc est vita æterna ut cognoscant: & c. Aug. de lib. arbi. lib. 2.

De conf. di. 5. c. Saluator.

Mat. 11. g. Luc. 10. f.

76. di. Ieiu- nium. Ier. 31. c. Iacob. 4. e.

Mat. 21. d. Mar. 11. c. Sup. 14. d. Iac. 1. f. 71. Ioh. 1. b.

Mat. 26. c. Mar. 14. c. Zach. 13. e.

Anno do. 34. Dep. diff. 4. c. Si ex bono.



Quia verba quæ dedisti mihi, dedi eis, & ipsi acceperunt, & cognouerunt verè, quia à te exiui, & crediderunt, quia tu me misisti. † Ego pro eis rogo. Non pro mundo rogo, sed pro iis quos dedisti mihi, quia tui sunt. Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt, & clarificatus sum in eis. Et iam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te venio. † Pater sanctæ, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, d vt sint vnum sicut & nos. Cum essem cum eis, \* ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, ego custodiui, & nemo ex eis periit, † nisi filius perditionis, vt scriptura impleatur. † Nunc autem ad te venio, & hæc loquor in mundo, vt habeat gaudium meum impletum in semetipsis. † Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo. Non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo. De mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo. Sanctifica eos in veritate. ] Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum, ita & ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate. ] † Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum sint, sicut & tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnū sint, vt credat mundus, quia tu me misisti. † Et ego claritatem quam tu dedisti mihi, dedi eis, vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus. Ego in eis, & tu in me, vt sint consummati in vnum, & \* cognoscat mundus, quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti. Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum, vt videant claritatem meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi. † Pater iuste, mundus te non cognouit. Ego autem te cognoui, & hi cognouerunt, quia tu me misisti. Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam, vt dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.

*Egressus Iesus in hortum à Iuda Iudeis traditur, ad Annam ductus interrogatur, & ceditur, & à Petro negatur. A Pilato innocens repertus, Barabba dimisso retinetur.*  
XVIII.

f. Mundum vult modo intelligi, qui viuunt secundum concupiscentiam mundi, & non sunt in ea forte gratia, vt ab illo eligantur ex mundatione itaque pro mundo, sed pro eis quos pater ei dedit interrogare se dicit. Beati ibidem.]  
d. Vt sint vnici in vnum, fide, confessione, & gratia, qui & pietate dei patris & domini ac, saluatoris nostri benignitate, ac amore vnum esse possunt. Ecclesiasticæ, historice Theodorici, lib. 2. cap. 8.  
\* In mundo.  
e. Oans patrem vt iuuaret Apostolos, dicit & causam propter quam digni sint, vt multa à patre consequatur curam. Nam propter sermonem tuum inquit, quem dedi eis, odio fuerunt: & ita digni eunt, vt tuum sentiant auxilium: propter exortum ab his qui mundum sapiunt. Theophrastus ibidem.]  
2. Per veritatem tuam.  
3. Per veritatem.  
f. Vnum igitur nos vult esse dominus, vt supra mūdū sumus omnes, vt vna sit castitas, vna voluntas, vna bonitas, vna gratia. His enim aliter & augetur animæ volatus. Ambro. de virginibus lib. 3.  
\* Vt.  
g. Duobus modis mūdus intelligitur, aliter in peccatoribus, aliter in sanctis. Hic nominat mūdū eos, qui credituri erant, vel qui tunc credebant Christum filium dei esse, ad salutem humani generis missum esse à patre in mundū. Albinus ibid.

† 35. q. 10. Fra tenentis.

† De sum. tri. Damnamur. De eccl. mi. Cū martha. † Psal. 108. b.

† Mat. 14. g. Luc. 22. f.

a. Igitur in horto delictiarum, id est, in paradiso primus humani generis peccauit, & inde eiec-tus est in hanc vallem lachrymarum. Ideo Christus secundus Adam se in horto comprehēdit voluit, vt peccatum quod in horto paradisi primus homo commisit, deleteret. Albinus ibidem.  
b. Iudei audierunt alicubi vocem eum egresserentur cum facibus & lanternis ad comprehendendum eum. Putabant enim se hunc hominem purum adorari. Chryso. de conuer. Pauli  
c. Merito retro reuertebantur, qui in terrenam labem ab illa celesti gratia dicebant. Ambro. de Ioseph. cap. 11.  
d. Iustus enim verbum dixerat Iesus non tantum de salute spirituali tuorum discipulorum, sed etiam de salute corporali eorum, quod patet ex hoc quod inde excepit Iudam qui perditus est etiam spiritualiter & corporaliter. De Lyc. j.  
e. Tuus ergo & ipse, tuo forsitan nate, est non tua manu conuincendus. Alioquin si ad te nullo modo pertineret & is dicentibus apostolis: Ecce duo gladij hic, non responderet dominus: Satis est, sed nimis est. Bernar. de considerat. lib. 4.  
f. Tenetur quidem & ligatur secundum corporis veritatem, sed vt illis qui ligant verbum. Verbum enim ligant qui tantummodo Christū hominem putant. Ligant qui prescium non putant, qui omnipotentem non confitentur. Ambr. Luc. 22. ca. lib. 10.  
g. Non solum negat Christū, qui dicit eum non esse Christū, sed qui etiam negat se esse Christū, & ita hic impletur quod Dominus dixit: ter me negabis. Glosa ordin. post Aug. ibidem.  
h. Quia patiebatur frigus, non solum temporis, sed fidei. Hier.



**E**c cum dixisset Iesus, † egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, vbi erat hortus, in quē introiit ipse & discipuli eius. Sciebat autem & Iudas qui tradebat eum, locum: quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. † Iudas ergo cum accepisset cohortem & à Pontificibus & Phariseis ministros, venit illuc cum lanternis & facibus & armis. Iesus itaque sciens omnia, quæ ventura erant super se, processit, & dixit eis: <sup>b</sup> Quæ quæritis? Respondunt ei: Iesum Nazarenū. Dicit eis Iesus: Ego sum. Stabat autē & Iudas qui tradebat eum cum ipsis. Vt ergo dixit eis: ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. † Iterum ergo interrogauit eos: <sup>c</sup> Quem quæritis? Illi autem dixerunt: Iesum Nazarenum. Respondit Iesus: Dixi vobis, <sup>d</sup> quia ego sum. Si ergo me quæritis, sinite hos abire. Vt impleretur sermo quem dixit: <sup>e</sup> Quia quos dedisti mihi, non perdi di ex eis quenquam. † Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percussit Pontificis seruum, & abscidit eius auriculam dexteram. Erat autem nomē seruo Malchus. Dicit ergo Iesus Petro: <sup>f</sup> Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem quem dedit mihi pater, non bibam illum? † Cohors ergo & Tribuni & ministri Iudæorum comprehenderunt Iesum, <sup>g</sup> & ligauerunt eum, & adduxerunt eum ad Annam primum. † Erat autem socer Caiphæ, qui erat Pontifex anni illius. Erat autē Caiphæ qui cōsiliū dederat Iudæis, quia expedit vnum hominem mori pro populo. Sequebatur autem Iesū Simon Petrus, & alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus Pontifici, & introiit cum Iesu in atrium Pontificis. Petrus autē stabat ad ostium foris. Exiit ergo discipulus alius qui erat notus Pontifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum. Dicit ergo Petro ancilla ostiaria: Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille: <sup>h</sup> Nō sum. Stabant autē serui & ministri ad prunas quia frigus erat, & calefaciebāt se. † Erat autē cū eis & Petrus stans, & <sup>i</sup> calefaciēs se. Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis, & de doctrina eius. Respondit ei Iesus: Ego palam locutus sum mūdō. Ego semper docui in

A Anno dom. 34. † Mat. 26. c. Mar. 14. e. Luc. 22. d. a Reg. 1. e

† Mat. 26. Mar. 14. e. Luc. 22. d.

† Mat. 26. Mar. 14. e. Luc. 22. e. 24. q. 1. c. 51. Petrus.

† Mat. 26. Mar. 14. f. Luc. 22. f.

docui in Synagoga & in templo quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt, quid locutus sum ipsis: ecce hi sciunt quæ dixerim ego. † Hæc autem cum dixisset, vnus assistens ministrorū dedit alapam Iesu, dicens: Sic respondes Pontifici? Respondit ei Iesus: † Si malè locutus sum, testimoniū perhibe de malo. Si autem bene, quid me cædis? Et † misit eū Annas ligatum ad Caiphā Pontificem. Erat autem Simon Petrus stans, & calefaciens se. Dixerūt ergo ei: † Nunquid & tu ex discipulis eius es? Negauit ille & dixit: Non sum. Dicit ei vnus ex seruis Pontificis, cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculam: Nōne ego te vidi in horto cum illo: Iterum ergo negauit Petrus, & statim gallus cantauit. † Adducunt ergo Iesum <sup>k</sup> à Caipha in pratorium. Erat autem mane, & ipsi non introierunt in pratoriuū vt non cōtaminarentur, sed māducarent Pascha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: <sup>l</sup> Quam accusationem affertis aduersus hominē hunc? Responderūt & dixerunt ei: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissēmus eū. Dicit ergo eis Pilatus: † Accipite eum vos, & secundum legē vestram iudicate eū. Dixerūt ergo ei Iudæi: Nobis non licet interficere quēquam. † Vt sermo Iesu impleretur quē dixit, significās quā morte esset moriturus. † Introiuit ergo iterū in pratorium Pilatus, & vocauit Iesum, & dixit ei: Tu es Rex Iudæorum? Respondit Iesus: A ternetipso hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me? Respondit Pilatus: Nunquid ego Iudæus sum? Gens tua & Pontifices] tradiderūt te mihi. Quid fecisti? Respondit Iesus: <sup>m</sup> Regnū meum nō est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnū meum, ministri mei vtique <sup>n</sup> decertarent vt nō] traderet Iudæis. <sup>m</sup> Nunc autem regnū meum non est hinc. Dixit itaque ei Pilatus: Ergo Rex es tu? Respondit Iesus: Tu dicis, quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimoniū perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meā. Dicit ei Pilatus: Quid est veritas? Et cum hoc dixisset, iterū exiuit ad Iudæos, & dicit eis: Ego nullam inuenio causam. <sup>n</sup> Est autē consuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in Pascha. Vultis ergo dimittam vobis Regem Iudæorum? Clamauerūt ergo rursus omnes, dicentes: Non hunc, sed Barabbam. Erat autem Barabbas latro.

*Christus flagellatus coronatur, morti addictus inter duos crucifigitur: diuisis vestimentis matrem Ioanni commendat, potat us spiritum emittit, & aperto latere depositus sepelitur.*  
XIX.

**V**nc ergo apprehendit Pilatus Iesum, <sup>a</sup> & flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius, & veste purpurea circumdederunt eū, & veniebant ad eum,] & dicebant: Aue rex Iudæorū. Et dabant ei alapas. Exiuit ergo iterū Pilatus foras, & dicit eis: Ecce adduco vobiseum foras, vt cognoscatis quia nullam inuenio in eo causam. Exiuit ergo Iesus portās <sup>b</sup> spineam coronam, & <sup>c</sup> purpureum vestimentum, & dicit eis: Ecce homo. Cum ergo vidissent eum Pontifices & ministri, clamabant, dicentes: <sup>b</sup> Crucifige, crucifige eū. Dicit eis Pilatus: Accipite eū vos & crucifigite. Ego enim nō inuenio in eo causam. Responderunt ei Iudæi: <sup>c</sup> Nos legē habemus, & secundum legem debet mori, <sup>c</sup> quia filium dei se fecit. Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit: † Et ingressus est in pratorium iterum, & dicit ad Iesum: Vnde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus. Mihi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo <sup>d</sup> crucifigere] te, & potestatem habeo <sup>d</sup> dimittere] te? Respondit Iesus: † Non haberes potestatem aduersum me vllam, <sup>d</sup> nisi datum esset tibi <sup>d</sup> desuper. † Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autē clamabant, dicentes: Si hunc <sup>e</sup> dimittis,] non es amicus Cæsaris. Omnis enim qui se regem facit, contradicit Cæsari. <sup>e</sup> Pilatus autē cum audisset hos sermones adduxit foras Iesum, & sedit pro tribunali in loco qui dicitur <sup>e</sup> Lithóstratos, Hebraicè autē Gabbata. Erat autem Parasceue Paschæ hora quasi sexta, & dicit Iudæis: Ecce Rex vester. Illi autem clamabāt: Tolle, tolle, crucifige eū. Dicit eis Pilatus: Regē vestrū crucifigā? Responderunt <sup>f</sup> Pontifices:] Non habemus regē nisi Cæsare. Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur.

GG ij

† 19. di. Dominus.  
† 21. q. 1. cap. Paratus.  
2. q. 7. c. Præsumunt.  
† Mat. 26. f. Mar. 14. f. Luc. 20. c. † Mat. 26. g.

† Mat. 27. a. Mar. 15. a. Luc. 23. a.

† De per. di. c. Periculose.  
† Mat. 20. c. † Mat. 27. b. Mar. 15. a. Luc. 23. a.

† Mat. 27. b. Mar. 15. b. Luc. 23. c.

Anno do. 34. † Mat. 27. c. Mar. 15. c. Luc. 23. a.

† Mat. 27. b. Mar. 15. a. Luc. 23. a.

† 13. q. a. cap. Quod culpatur.  
22. q. 1. c. Moneo te.  
† De per. di. c. Periculose.

[h. Non quod occultā esse intelligentiā, sed quia coram cor hominibus dixerat. Ea etiam quæ paucis dixerat, nō sunt in oculis: quia ad hoc dixerat, vt prædicarentur super cæcā, non vt taceantur. Glosa ordinat. ibidem.] i. Cum tempore passionis alapa accepisset à seruo sacerdotis, eūque ei dixisset: Sic respondes Pontifici? aduersus pontificem dominus contumeliosè nihil dixit, nec quicquam de sacerdotis honore detraxit: sed innocentiam suam magis asserens & ostendens: Si malè, inquit, locutus sum, &c. Cyp. lib. 1. epi. 3. epi.

K. *ἀπὸ τῆς ὑποδοχῆς τῶν ἀποστόλων.* Hoc est, à Caipha in pratorium, & non ad Caiphā, vt alij putant.

l. Porro Pilatus aliquāto humanior ipse egegitur, & qui dominum vidit vincum, non existimauit, hoc loco causam habere contra Christum, sed interrogat de causa vinculorum. At hi cum nihil possent dicere nisi hic esset malefactor (autem) non tradidissent eum. Vides eos omni loco declinare accusationes.

Theoph. ibidem.

m. Principes sacerdotum.  
n. Decertarent ne.  
o. Cum à principio interrogasset Pilatus: Tu es Rex Iudæorū? ac responderet dominus: Regnum meum non est ex hoc mundo, & seipsum regem ostendisset, quamquam non terrenus: Iesum interrogauit Pilatus: Num itaque rex es tu? ac eleinceps se iterum esse ostendit. Euthymius ibidem.

p. Quia in pascha à feruente libetari sunt, ideo in pascha hæc consuetudo dimittendi fuit illis. Nicolaus de Gorran. ibid.]

a. Flagellatus autem iniuria vt à vulnibus, quæ iure peccatis nostris percipi sumus, nos liberat. Alapis cæcis & illisus est, vt illustri fathana nos illudere possimus, & peruationis peccatorum fugiamus. Omnia enim propter nos & pro nobis Christus suscepit, quæ repulsus vires habuerunt. Cyril. ibid.

\* Poras.  
1. Purpuream vestem.  
† b. Quasi diceret, hæc pena nō sufficit nobis, sed petimus quod moriantur: dicit eis Pilatus derisorie & indignanter, quia non habebant potestatem iudicandi aliquem. De Lya. ibid.]

c. Tum Pilatus cum audiret quod se dei filium faceret, ne id verū esset, & contra legem facere putaretur, formidauit. Iudæi cum id re & verbis intelligerent, nō sunt perterriti, sed interimunt quem adorare debuissent. Chry. sol. ibid. homil. 83.

2. Crucifigendi.  
3. Dimittendi.  
4. B. supernis.

[d. Scilicet à Deo: quia non est potestas nisi à Deo, sed tamen tibi data est, vt sis sub alterius potestate, & ideo maius peccatum est ei qui tradidit me tibi. Glosa. orbi. ibidem.]

5. Dimittendi.  
e. Lithostratos. Græcè dicitur, tribunal Lacinæ, & Gabbata Heb. Hoc est lapideum stratum, vbi præses sedebat, & non lycostrato: esset enim stratum lupini, quasi iudices rapaces esset, vt lupi in tribunali sedentes, quæ nspas est dicere.

6. Principes sacerdotum.

† Susceperunt autem Iesum, & eduxerunt eum. Et baiulans sibi crucem, exiuit in eū, (qui dicitur Caluariā,] locum, Hebraicè <sup>8</sup> Golgotha. ] Vbi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos hinc & hinc, medium autem Iesum. Scripsit autem & titulum Pilatus, & posuit super crucem. <sup>9</sup> Erat autem scriptum: Iesus Nazarenus Rex Iudæorum. Hunc ergo titulum multi legerūt Iudæorum, quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus est Iesus. <sup>10</sup> Erat scriptum Hebraicè Græcè & Latinè. Dicebant ergo Pilato Pontifices Iudæorum: Noli scribere: Rex Iudæorū: sed quia ipse dixit, Rex sum Iudæorum: Respondit Pilatus: <sup>11</sup> Quod scripsi, scripsi. Milites ergo cum crucifixissent eum, <sup>12</sup> acceperunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, <sup>13</sup> desuper contexta] per totum. Dixerunt ergo ad inuicem: Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit. Vt scriptura impleatur, dicens: <sup>14</sup> Partiti sunt vestimenta mea sibi, & in vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt. Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius, Maria Cleophae, & Maria Magdalene. Cum vidisset ergo Iesus matrem & discipulum <sup>15</sup> stantem] quem diligebat, dicit matri suæ: <sup>16</sup> Mulier, ecce filius tuus. Deinde discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam. <sup>17</sup> Postea sciens Iesus, quia omnia <sup>18</sup> consummata sunt, vt consummaretur scriptura, dicit: Sitio. Vas ergo erat positum aceto plenum. <sup>19</sup> Illi autem spongiam plenam aceto hyssopo circumponentes, obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset Iesus acetū, dicit: Consummatum est. <sup>20</sup> Et inclinato capite tradidit spiritum. Iudæi ergo quoniam parasceue erat, vt non remaneret in cruce corpora sabbato ( erat enim magnus dies illi sabbati ) rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidem frangerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. <sup>21</sup> Ad Iesum autē cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non frangerunt eius crura, sed vnus militum lancea latus eius <sup>22</sup> aperuit, ] & <sup>23</sup> continuo exiuit sanguis & aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit, & verum est testimonium eius. Et ille scit quia vera dicit, vt & vos credatis. Facta sunt enim hæc: vt scriptura impleatur: <sup>24</sup> Os non comminuetis ex eo. <sup>25</sup> Et iterum alia scriptura dicit: Videbunt in quem <sup>26</sup> transfixerunt. ] Post hæc autem rogauit Pilatum Ioseph <sup>27</sup> ab Arimathia, ] eū quod esset discipulus Iesu, occultus autē propter metum Iudæorum, vt tolleret corpus Iesu. Et permisit Pilatus. <sup>28</sup> Venit ergo, & tulit corpus Iesu. ] Venit autē & Nicodemus qui venerat ad Iesum nocte primū, ferens mixturam myrrhæ & aloes quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt eum linteis cum aromatibus, <sup>29</sup> sicut mos est Iudæis sepelire. Erat autem in loco vbi crucifixus est, hortus, & in horto monumentum nouum, in quo nondum quisquam positus fuerat. <sup>30</sup> Ibi] ergo propter Parasceuen Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum.

*Maria sublato lapide discipulis nuntiat corpus fuisse sublatum, cui Petrus & Ioannes viso monumento credunt, vnde Maria plorans ab angelo, & Christo confortatur, inde Christus discipulis absente Thoma, & post octo dies presente apparet. XX.*



**V**na autem sabbati Maria Magdalene venit mane cum adhuc tenebræ essent, ad monumentum, & vidit lapidem sublato à monumento. Cucurrit ergo & venit ad Simōnem Petrum, & ad alium discipulum quem amabat Iesus, & dicit illis. Tulerunt dominum de monumento, & nescimus vbi posuerunt eū. Exiit ergo Petrus & ille alius discipulus, & <sup>1</sup> venerunt] ad monumentum. Currebant autē <sup>2</sup> duo] simul, & ille alius discipulus præcurrit citius Petro, & venit <sup>3</sup> primus] ad monumentum. <sup>4</sup> Et cum se inclinasset, vidit posita linteamina, non tamen introiuit. <sup>5</sup> Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiuit in monumentum. Et vidit linteamina posita, & sudarium quod fuerat super caput eius, non eū linteaminibus positū, sed separatim inuolutū in vnum locū. Tunc ergo introiuit & ille <sup>6</sup> discipulus qui venerat primus ad monumentū, & vidit & credidit. <sup>7</sup> Nōdum enim sciebat scriptura, quia <sup>8</sup> oportuit] eum à mortuis resurgere. Abierūt ergo iterū discipuli ad semetipsos.

† Maria

7. Galuaria.  
 8. f. Golgotha (potius Chaldæum, vel Syriacum, quàm Hebræi) Loc<sup>9</sup> est iuxta Ierusalem in quo caluities hominum vel suspensorum, vel alio mortis genere occisorum, passim atque circa patibula iacebant. Hier. Mar. 5. 19. Hæc tres lingue ceteris eminent, Hebræa propter Iudæos in lege Dei gloriantes. Græca, propter gentium sapientes. Latina propter Romanos tunc penè omnibus gentibus imperantes. Glosa ordin. ibidem.]  
 h. Id est, non ea scripti quæ vobis placerent, sed quæ veritas futura cognosceret. Non vobis scripti, sed posteritati. Amb. de obitu. Theo. ora.  
 i. Quis enim omnes euangelista: quatuor huius rei meminerint, ceteri tamē breuius quæ Ioannes, qui aperitissimè, & quatuor partes de vestimentis eius fecerunt, dixit, id est, quatuor, vt singulas tollerent. Vnde apparet quatuor milites fuisse, & quæ eo crucifigendo passim parauerunt. Beda ibidem.]  
 9. A summo contextu.  
 10. Abstem.  
 k. De mulieris nomine quid mouetur ad sexum reculit. Non enim corruptela, sed sexus vocabulum est. Vulgi vsus non præiudicat veritati quò nomine primo Eua mulier adhuc virgo vocata est. Amb. de illust. vir. c. 5. 1. Cum vidisset Iesus quod omnia consummata essent, id est, nihil intermississet quod tunc dispensationis erat. Ita enim mors eius libera erat: non enim mors prius corpus eius inuasis quàm ipse voluit. Theoph. ibid.]  
 \* lam.  
 m. Necessarium eternitates non putauerunt ossa Christi iam mortui suffragere, (sicut mos eorū ferabatur) sed tantummodo latus eius perforauerunt. Sic integrū corpus patibulo detractum est, & sepulchro diligenter inclusum. Laqan. lib. 4. cap. 20.  
 11. Podit.  
 n. Exiuit sanguis ad pretium, aqua ad lauacrum. Aqua nos abluit, sanguis nos redemit. Amb. de benedict. patriarcharum cap. 4.  
 12. Pupugerunt.  
 13. Ab Arimathia: vel de Arimathia, quæ & Ramatha patria Samuelis, de qua 1. Reg. 1. & Mar. 27. f.  
 o. Non mihi videtur euangelista frustra dicere voluisse, sicut mos est Iudæis sepelire. Ita quippe, nisi fallor, admonuit in humiliori officio, quæ mortuis exhibentur, morem cuiusque gentis esse seruandam. August. ibid. tract. 120.  
 14. Illuc.

2. Vna sabbati dies dominica intelligenda est: quia omnis hebdomada in sabbatum, & in primam & secundam, & tertiam & quartam, & quintam, & sextam sabbati diuiditur: quæ ethnicis idolorum & elementorum nominibus appellant. Hier. Hæd. biz. q. 4.  
 3. Veniebant. 2. Ambo.  
 3. Prior, & infra.  
 b. Vide hic quàm alienus sit euangelista à factu, quomodo restetur diligentiam Petri in seruando. Nam cum ipse præuenisset, & vidisset iacentia linteamina, vltra curiosè quærit, sed expectat illum. Theoph. ibi.  
 \* Alius.  
 c. Vt cum ab ipso Domino diceretur aperit, propter cōsuetudinem ab eo audiendi parabolas non intelligerent. Glosa ordinaria ibidem.]  
 4. Oportet.

† Mat. 27. p. Mar. 5. d. Luc. 23. d.  
 † Psal. 21. a. Mar. 17. d. Mar. 15. b. Luc. 23. e.  
 † Psal. 68. Mar. 17. f. Mar. 16. f. Luc. 23. e.  
 † De sim. trin. Clem. cap. 1.  
 † De cele. mis. Inquid.  
 † Exod. 12. g. Numc. 9. b. Zacha. 11. d. Mar. 17. g. Mar. 15. g. Luc. 23. g.  
 † Ioan. 3. a.  
 Anno d. 14. † Mar. 16. a. Luc. 24. a.

† Mar. 28. a  
Mar. 16. b

c † Maria autem stabat ad monumentum foris plorans. \* Dum ergo flet, inclinavit se, & prospexit in monumentum. Et vidit duos angelos in albis sedentes, vnum ad caput & vnum ad pedes, vbi positum erat corpus Iesu. \* Dicunt ei illi: \* Mulier quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt dominum meum, & nescio vbi posuerunt eum. Hæc cum dixisset, conuersa est retrorsum, & vidit Iesum stantem, & non sciebat quia Iesus est. ] Dicit ei Iesus: \* Mulier quid ploras? Quem quæris? Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei: \* Domine, si tu sustulisti eum, dicit mihi vbi posuisti eum, & ego eum tollam. Dicit ei Iesus: Maria. Conuersa illa, dicit ei: Rabboni, quod dicitur magister. Dicit ei Iesus: Noli me tangere. Nondum enim ascendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos, & dic eis: \* Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum, deum meum & deum vestrum. Venit Maria Magdalene annuntians discipulis, quia vidi dominum, & hæc dixit mihi. \* h † Cum ergo fero ] esset die illo vna sabbatorum, ] & fores essent clausæ vbi erant discipuli congregati, propter metum Iudæorum: venit Iesus, & stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis. Et cum hæc dixisset, ostendit eis manus & latus. Gauisi sunt ergo discipuli, viso domino. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Hæc cum dixisset, insufflauit & dicit eis: \* Accipite spiritum sanctum. † Quorum ] remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. \* Thomas autem vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venit Iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli: Vidimus dominum. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus eius ] fixuram ] clauorum, & mittam digitum meum in ] locum ] clauorum, & mittam manum meam in latus eius, nõ credam. Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis. \* Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas & dixit ei: \* Dominus meus, & deus meus. Dixit ei Iesus: Quia vidisti me Thoma credidisti: beati qui non viderunt & crediderunt. † Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autem scripta sunt vt credatis, quia Iesus est \* filius dei, vt credentes vitam habeatis in nomine eius.

† Mar. 28. a  
1. Cor. 15. 2  
Iuc. 24. f

† Mar. 16. e  
16. d

† Mar. 16. e  
16. d  
1. q. 1. Remissionem. Vt euidetur.  
24. q. 1. Audiuim⁹. Loquitur.  
De conf. diff.  
4. Quomodo

† Inf. 2. g

Manifestatus rursum ad mare Tyberiadis discipulos piscantes reperit. Petro oues commendat, & Ioannis super ceteros excellentiam designat. XXI.

Anno do. 34. A

**P**ostea manifestauit se iterum Iesus \* ad mare Tyberiadis. Manifestauit autem sic: \* Erant simul Simon Petrus & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanael qui erat à Cana Galilææ: & filij Zebedæi, & alij ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus: Vado ] piscari. ] Dicunt ei. Venimus & nostecum. † Et exierunt & ascenderunt in nauim, \* & illa nocte nihil prendiderunt. Mane autem iam facto, stetit Iesus in littore, non tamen cognouerunt discipuli quia Iesus est. Dicit ergo eis Iesus: Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Responderunt ei: Non. Dicit eis: Mittite ] in dexteram ] nauigij rete, & inuenietis. Miserunt ergo, & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium. b Dixit ergo discipulus ille quem diligebat Iesus, Petro: Dominus est. \* Simon \* Petrus cum audisset quia dominus est, tunica succinxit se, (erat enim nudus,) & misit se in mare. Alij autem discipuli nauigio venerunt. Non enim longe ] erant ] à terra, sed ] quasi cubitis ducentis ] trahentes rete piscium. Vt ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas: & piscem superpositum & panem. Dicit eis Iesus: Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit Simon Petrus & traxit rete in terram plenum magnis piscibus, centum quingentis tribus. Et cum ] tanti ] essent, non est scissum rete. Dicit eis Iesus: Venite, prandete. Et nemo audebat ] discumbentium ] interrogare eum, tu quis es, scientes quia dominus est. † Et venit Iesus, & accepit panem & dabat eis, & piscem similiter. \* Hoc iam tertio manifestatus est Iesus discipulis suis, cum resurrexisset à mortuis. Cum ergo prandissent, dixit Simoni Petro Iesus: Simon Ioannis, diligis

† Luc. 24. a

Luc. 24. f

† Luc. 24. f

† Quia nõ habebat Iesum, vel locum videt in quo fuerat positum desiderabile corpus, et hoc solus consolationem inueniens, vnde & maiorem meretur visum nem quàm discipuli. Theophylactus. ibidem. ]  
5. Videt.  
6. Posuerant. \* Et.  
e. Hoc angeli dicunt, & domin⁹ postea iidem verbis repetiuit, vt sciat quia angelorum verba mandata sunt domini. Amb. de virgin. lib. 3.  
7. Quod Iesus esset.  
f. Hoc est, tu tibi causā es plorandi, tu tibi es autor fletus, que es Christi incredula. Ploras quia non vides Christum, nec vnde quæris ad eum, nec vnde quæris ad eum. Amb. de virginibus lib. 3.  
8. Postteris.  
g. Patrem meum, dicendo, à creaturis se filius dei separauit: patrem vestrum dicendo ad adoptionem spiritualis gratiam designauit. Ita & deum meum dicendo, mysterium suæ incarnationis ostendit: vt quem patrem naturalem habet, deum suum appellet propter suscepti corporis sacramentum. Deum quoque vestrum cum dicit, profectum in nobis suæ operationis ostendit. Amb. vbi supra.  
h. Caue igitur ne à recta digrediaris fide, sed potius quia foris bus clausis ingressus est, deum esse naturam æternam, non aliquid illum qui ante passionem cum discipulis vt homo conuersabatur. Cyril. ibidem.  
9. Vespere.  
10. Primo sabbati.  
i. Hic autem spiritum sanctum dominum Christum modo paracletum appellat, modo spiritum veritatis esse pronunciat, qui nõ est in euangelio nouus, sed nec nouè datus. Nam hic & ipse in prophetis populum accusauit, & in apostolis aduocatione genibus præstitit. Terral. de trinit. 21. Quoruncunque, & infra.  
12. Figuram vel vestigium.  
13. Figuram, vel vestigium.  
14. Misit manum qui non crederet, & dominum te & deum reperit. Amb. de fig. sc. c. 4.  
\* Christus.

\* Discipulis.  
a. Cur repetit Petrus quod dicitur? Si virtus discretionis inspicitur, eius videtur, qui nimium negotium quod ante conversionem sine peccato exiit, hoc etiam post conversionem cui pauperetate non fuit. Nam piscatorum Petrum, Mattheum verò telonearium scimus & post conversionem suam ad piscationem Petrus rediit. Mattheus verò ad telonei negotium non rediit: quia aliud est visum per piscationem querere, aliud telonei lucris exercitias augere. Alb. ibi.  
1. Piscatum.  
\* Scitum.  
2. In dexteris partes.  
b. Pespiciatior quid est Ioannes magnitudine puritatis. Petrus verò feruentior vehementia amoris. Ideo agnoscit eum Ioannes ante Petrum, sed egreditur ad eum Petrus ante Ioannem. Euthymius.  
\* Ergo.  
3. Aberant, vel distabant.  
4. Circiter cubitos ducentos.  
5. Tot.  
c. Vnde significatur quia post multos leuiores, quibus vocari exchementer sudabant, tandem cum domino recumbent, spiritali cibo sibi propositum, qui mentem ac rationem excedit humanæ naturæ. Cyril. ibidem.  
6. Discipulorum.

7. Plusquam his  
[ d. Tantum debet excedere a-  
ctione populi vita praesidis, qui  
tanti distat aegre vita pastoris,  
& ideo videtur quod ille qui e-  
ligit aliquem ad tale officium,  
teneatur tempore eligere meliorem.  
De Lyra. ibidem. post beatum  
Gregorium.]

8. Rege oues meas.  
e. Itaque pascendo bene cibo si  
dei gregem Christi, culpam la-  
psum prius aboleuit. Et ideo  
tertio ad mouetur ut pascat, ter-  
tio verum dominum diligit in-  
terrogatur, ut quem tertio ante  
crucem negauerat, tertio fateretur.  
Amb. de fide. 4. cap. 1. Gloria  
siquidem est non discipuli tan-  
tum qui moritur, sed & dei pro  
quo moritur. Euthy.

f. Commonefacite autem eum prius  
vita, ostendens quod viuere  
sa spiritalia carnalibus respon-  
deant. In corporalibus enim iu-  
uenis est utilis, senex inutilis. In  
spiritalibus autem ubi senectus  
accesserit, tunc splendidior est  
virtus. Theoph.

9. Quo.  
10. Si, & infra.  
g. Hoc est volo eum viuere vsque  
ad excidium Ierusalem per Ro-  
manam exercitum. Etenim huic  
prorogatum est tempus huius  
vite vsque ad captiuitatem Iero-  
solymitanum, & paulo ultra illud  
tempus. Quod quidem adu-  
tus hic & in propheta euer-  
sionem Ierusalem praesignat testa-  
tur Ioan. Chrysost. in quadam  
sua enarratione, hoc ideam dicit  
donec veniam, explicans: Hoc,  
inquit, significare vult omnimo-  
dam euerisionem Ierusalem. Oe-  
cumenius in 4. cap. Iacobi.

11. Moreretur.  
12. Scriberetur.

1. Contendant.

2. Vnde &.

3. Inreperuerit.

me<sup>d</sup> pl<sup>o</sup> his?] Dicit ei: Etiam, domine, tu scis, quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei iterum. † Simon Ioannis, diligis me? Ait illi: Etiam, domine, tu scis, quia amo te. Dicit ei — iterum:]<sup>8</sup> Pasce agnos meos. Dicit ei tertio. Simon Ioannis amas me: Con- tristatus est Petrus,<sup>5</sup> quia dixit ei tertio amas me, & dicit ei: Domine tu omnia nosti, tu scis quia amo te. Dicit ei: † Pasce oues meas. Amen amen dico tibi, f cum esses iunior cingebas te, & ambulabas<sup>9</sup> vbi] volebas. Cum autem senueris, extends manus tuas & alius te cinget, & ducet quod tu non vis.<sup>8</sup> Hoc autem dixit, significans qua morte cla- rificaturus esset deum. Et cum hoc dixisset, dicit ei: Sequere me. Conuersus Petrus vi- dit illum discipulum quem diligebat Iesus, sequentem, † qui & recubuit in cena super pectus eius & dixit: Domine, quis est qui tradet te? Hunc ergo cum vidisset Petrus, di- cit Iesu: Domine, hic autem quid? Dicit ei Iesus:<sup>10</sup> Sic] eum volo manere, donec ven- iam. Quid ad te? Tu me sequere. Exiit ergo sermo iste inter fratres, quia discipulus il- le non<sup>11</sup> moritur.] Et non dixit ei Iesus, non moritur, sed sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, & scripsit haec. Et scimus quia verum est testimonium eius. Sunt autem & alia multa quae fecit Iesus, quae si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui<sup>12</sup> scribendi sunt,] libros.

### INCIPIT PRÆFATIO SANCTI HIERO- NYMI IN OMNES EPISTOLAS SANCTI PAULI.



*Primum quaeritur: quare post Euangelia qua supplementum legis sunt, & in quibus nobis exempla, & praecepta viuendi plenissime digesta sunt, voluerit Apostolus has epistolae ad singulas Ecclesias destinare? Hac autem causa factum videtur, ut scilicet in- itia nascentis Ecclesiae nouis causis existentibus praeueneret: & ut praesentia atque orien- tia refecaret vitia, & post futuras excluderet quaestiones exemplo Prophetarum, qui post editam legem Moysi, in qua omnia dei mandata legebantur, nihilominus tamen doctrina sua reuiuina semper po- puli compressere peccata: & propter exemplum viuendi libros ad nostram etiam memoriam trans- miserunt. Deinde quaeritur: cur non amplius quam decem epistolae ad Ecclesias scripserit? Decem sunt enim cum ea quae dicitur ad Hebraeos: na reliqua quatuor ad discipulos specialiter sunt porrecta. Ut ostenderet nouum non discrepare a veteri testamento, & se contra legem non facere Moysi, ad nume- rum primorum decalogi mandatorum suas epistolae destinauit: & quot ille praeceptis a Pharaone instituit liberatos, totidem hic epistolae a diaboli & Idololatriae seruitute edocet acquisitos. Nam & duas tabulas lapideas, duorum testamentorum figuram habuisse viri eruditissimi tradiderunt. E- pistolam sane quae ad Hebraeos scribitur, quidam Pauli non esse<sup>1</sup> affirmant. ] eo quod non sit eius no- mine titulata, & propter sermonis stylique distantiam: sed aut Barnabae iuxta Tertullianum, aut Lucae, iuxta quosdam, vel certe Clemetis discipuli Apostolorum, & Episcopi Romanae Ecclesiae post Apostolos ordinati. Quibus respondendum est: si propterea Pauli non erit, quia eius non habet nomen, ergo nec alicuius erit, quia nullius nomine titulatur. Quod si inconueniens absurdumque est, ipsius magis esse credenda est, quae tanto doctrina sua fulget eloquio. Sed quoniam apud Hebraeorum Ec- clesias quasi destructor legis falsa suspitione habebatur, voluit tacito nomine de figuris legis & veri- tate Christi reddere rationem: ne odium nominis in fronte praetitulati, vilitatem excluderet lectio- nis. Non est sane mirum si eloquentior videatur in proprio, id est Hebraeo, quam in peregrino, id est in Graeco: quo ceterae epistolae sunt scriptae sermone. Mouet etiam quosdam, quare Romanorum epi- stola in primo sit posita, cum eam non primo scriptam ratio manifestet? Nam hanc se proficiscentem Ierosolytam scripsisse testatur, cum Corinthios & alios iam ante, ut ministerium quod secum porta- turus erat, colligerent, literis adhortatus sit.<sup>2</sup> Sed inde] intelligi quidam volunt, ita omnes epistolae ordinatas, ut prima poneretur, quauis posterior fuerit destinata: ut per singulas epistolae gradi- bus ad perfectiora veniretur. Romanorum namque plerique tam rudes erant, ut non intelligerent dei se gratia & non suis meritis esse saluatos: & ob hoc duo inter se populi confliterent. Idcirco il- los indigere asserit corrige: vitia gentilitatis priora commemorans. Corinthiis autem iam dicit scien- tia gratiam esse concessam, & non tam omnes increpat, quam cur peccantes non<sup>3</sup> increpauerunt,] reprehend-*

† 6. quae. i.  
imitare.  
8. c. a. in scri-  
pturis.

† De maior.  
& obed. Soli.  
12.

† Sup. 11. c.



1. Cor. 5. a reprehendit, sicut ait: *Auditur inter vos fornicatio. Et iterum: Congregatis vobis cū meo spiritu, tradere huiusmodi Sathana. In secūda verò laudatur: & ut magis ac magis proficiat, cōmentur. Galatæ verò iā nullius criminis arguūtur, nisi hoc tantū, quod callidissimis Pseudoapostolis crediderunt. Ephesii sanè nulla reprehensione, sed multa laude sunt digni, quia fidem Apostolicam seruauerūt. Philippenses etiam multo magis collaudantur, qui nec audire quidem falsos Apostolos voluerunt. Thessalonicenses nihilo minus in duabus epistolis omni laude prosequitur, eo quod nō solum fidem inconcussum seruauerint veritatis, sed etiā in persecutione ciuium fuerint constātes inuēti. Colossenses autem tales erāt, ut cum ab Apostolo visi corporaliter non fuissent, hac laude digni haberētur: Et si corpore, inquit, absens sum, sed spiritu vobiscum sum gaudens, & videns ordinem vestrū. De Hebræis verò quid dicendum est, quorū Thessalonicenses, qui plurimum laudati sunt, imitatores facti esse dicuntur? Sicut ipse ait: Et vos fratres imitatores facti estis ecclesiarū Dei, quæ sunt in Iudæa: eadem enim passi estis & vos à cōtribulibus vestris, quæ & illi à Iudæis. Apud ipsos quoque Hebræos eadē commemorat, dicens: Nam & vincētis compassi estis, & rapinā bonorum vestrorum cum gaudio susceperitis, cognoscetes vos habere meliorem & manentem substantiam.*

INCIPIT PROLOGVS SPECIALIS IN  
Epistolam ad Romanos.

1. Theff. 2. d  
Coloss. 2. a  
1. Theff. 2. e  
Heb. 10. f  
Matth. 15. a  
Exod. 14. e  
Numt. 14.

**R**omani sunt qui ex Iudæis & gentibus crediderunt. Hi superba contentione volebāt se alterutrum super ponere. Nā Iudæi dicebant: Nos sumus populus Dei, quos ab initio dilexit & fouit: nos circumcisi ex genere Abraham, sancta descendimus ex stirpe: & notus retrò apud Iudæam tantum deus. Nos de Aegypto signis dei & virtutibus liberati, mare sicco pertransuimus pede, cū inimicos nostros grauissimi fluctus inuoluerent. Nobis pluit māna dominus in deserto, & quasi filiis suis cœlestē pabulū ministravit. Nos die noctūq; in columna nubis ignisque præcessit, ut nobis in inuio iter ostēderet. Atque ut cætera eius circa nos immēsa beneficia taceamus, nos soli digni fuimus dei legem accipere, & vocē dei loquētis audire, eiusque cognoscere voluntatē. In qua lege nobis promissus est Christus, ad quos etiā ipse venisse testatus est, dicens: Nō veni nisi ad oves quæ perierāt domus Israel: cū vos canes potius quàm homines appellauerit. Aequūmne ergo est ut idola hodie deserentes, quibus ab initio deseruistis, nobis cōparemini, & non potius in Proselytorū locū ex legis auctoritate & cōsuetudine deputemini? Et hoc ipsum nō merebamini, nisi quia larga semper dei clementia voluit vos ad nostrā imitationem admittere. Gentes etiam e contrario respōdebant: Quāto enim maiora erga vos dei beneficia narraueritis, tantō maioris vos criminis reos esse mōstrabit. Semper enim his omnibus extitistis ingrati. Nam ipsis pedibus quibus ariadū mare transistis, ludebatis ante idola quæ fecistis: & ipso ore quo pauld antè ob necem aduersariorū domino cātaueratis, simulachra vobis fieri poposcistis: illis oculis quibus venerando deum in nube vel igne conspiciere solebatis, simulachra intuebamini. Manna quoque vobis fastidio fuit, & semper in deserto cōtra dominū murmurastis, ad Aegyptum vnde vos manu valida eiecerat, redire cupientes. Quid plura? Ita patres vestri crebra prouocatione dominū irritauerunt, ut omnes in eremo morerētur: nec plures ex senioribus eorum quā duo homines terram repromissionis intrarēt. Sed quid antiqua replicamus? cum etiam si illa minimè fecissetis, de hoc solo nemo vos dignos venia iudicaret quod dominum Christum Prophetarū semper vobis repromissum, non solum suscipere nolulistis, sed etiam morte pessima peremistis. Quem ut nos cognouimus, statim credidimus, cum nobis de eo antea non fuerit prædicatum. Vnde probatur quod idolis seruiuimus, non obstinationi mentis, sed ignorantia deputandum. Qui enim cognitum ilico sequimur, olim utique sequeremur, si antea cognouissemus. Sic autem vos de generis nobilitate iactatis, quasi non morum imitatio magis quàm carnalis natiuitas filios vos faciat esse sanctorū. Denique Esau & Ismael cum de stirpe sint Abraham, minimè tamen in filios reputantur. His taliter altercantibus, Apostolus se medium interponens, ita partium dirimit quæstiones, ut neutrum eorum sua iustitia salutem meruisse cōfirmet: ambos verò populos & scienter & grauiter deliquisse, Iudæos quod per prauaricationem legis deum inhonorauerint, gētes verò, quod cum cognitum de creatura creatorem, ut deum debuerint venerari, gloriam eius in manu facta mutauerint simulachra, utrosque etiam similiter veniam consecutos, æquales esse veracissima ratione demonstrat: præsertim cum in eadem lege prædictum sit, & Iudæos & gentes ad Christi fidem vocādos esse ostendat. Quamobrem vicissim eos humilians, ad pacem & concordiam cohortatur.



Romani sunt partis Italiae. Hi praeventi sunt a falsis Apostolis, & sub nomine domini nostri Iesu Christi in legem & Prophetas erant inducti. Hos reuocat Apostolus ad veram & Euangelicam fidem, scribens eis a Corinthis.

Incipit Epistola beati Pauli

Apostoli ad Romanos.

Ex charitate Pauli ad Romanos, Euangelium ostendit dei virtutem in salutem, vitia autem in qua ceciderint ex ignorantia, sua desideria sectantes arguit. Cap. I.



D<sup>1</sup> Aulus<sup>b</sup> seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, <sup>†</sup> segregatus in Euangelium Dei, (quod antè promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis) de filio suo, (qui factus est <sup>†</sup> ei] ex semine David secundum carnem, qui praedestinatus est filius Dei<sup>1</sup> in virtute,] secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri, <sup>c</sup> per què accepimus gratiam, & Apostolatam ad obediendum fidei in omnibus gētibus pro nomine eius, <sup>2</sup> in quibus] estis & vos vocati Iesu Christi:) omnibus qui <sup>3</sup> sunt] Romæ dilectis dei, vocatis sanctis: <sup>d</sup> Gratia vobis &

pax à deo patre <sup>†</sup> & domino nostro] Iesu Christo. Primum quidem <sup>†</sup> gratias ago deo meo per Iesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiat in vniuerso mundo. Testis enim mihi est deus, cui seruo in spiritu meo in Euangelio filij eius, & quòd sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis, <sup>f</sup> obsecrans si quo modo tandem aliquando <sup>g</sup> prosperum iter habeam in voluntate] dei, veniendi ad vos: desidero enim videre vos, vt aliquid impartiar vobis gratiæ spiritalis, ad confirmandos vos, id est, simul consolari in vobis per <sup>h</sup> eam quæ inuicem est,] fidem vestram atque meam. Nolo autem vos ignorare fratres, <sup>7</sup> quia] sæpe proposui venire ad vos, (& prohibitus sum vsque adhuc,) vt aliquem fructum habeam <sup>\*</sup> in vobis, sicut & in cæteris gentibus. Græcis ac Barbaris, sapiētibus & insipientibus debitor sum, ita<sup>o</sup> quod in me promptum est,] & vobis qui Romæ estis, euangelizare. Nō enim erubescō Euangelium. <sup>\*</sup> Virtus enim dei est, in salutem omni credēti, Iudæo primum & Græco. Iustitia enim dei <sup>g</sup> in eo reuelatur ex fide in fidem: sicut scriptum est. <sup>†</sup> <sup>h</sup> Iustus autem ex fide<sup>o</sup> viuit. ] Reuelatur enim ira dei de cælo super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum qui veritatem <sup>†</sup> dei] in iniustitia detinent: quia quod notum est dei, manifestum est <sup>†</sup> in illis. ] <sup>g</sup> Deus enim illis manifestauit. Inuisibilia enim ipsius, à <sup>†</sup> creatura] mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, <sup>i</sup> sempiterna quoque eius, <sup>†</sup> virtus] & diuinitas: <sup>†</sup> ita] vt sint inexcusabiles. <sup>†</sup> Quia cum cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed euauerūt in cogitationibus suis, & obscuratū est insipiens cor eorum. <sup>†</sup> <sup>†</sup> <sup>†</sup> Dicentes] enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, <sup>†</sup> & volucrum, & quadrupedum, & <sup>†</sup> <sup>†</sup> serpentium. ] <sup>†</sup> (Propter quod tradidit illos deus in <sup>†</sup> desideria] cordis eorum, in immunditiam: vt contumeliis afficiant corpora sua <sup>†</sup> in semetipsis.]) <sup>†</sup> <sup>†</sup> Quia] commutauerunt veritatem dei in mendacium, & coluerunt, & seruiuerunt creaturæ potius quàm creatori, qui est benedictus in secula, amen. Propterea tradidit illos deus in passionēs <sup>†</sup> ignorantia. ] <sup>†</sup> <sup>†</sup> Nam scemina eorum immutauerunt naturalem vsum, in eum vsum qui est contra naturam. Similiter autem & masculi, relicto naturali vsum sceminae, exarserunt in desiderijs suis <sup>†</sup> in inuicem,] masculi in masculos turpitudinem operantes, &

- a. Prima itaque nobis questio de nomine ipsius Pauli videtur exurgere. Cur is qui Saulus dicitur est in Actibus Apostolorum Paulus dicatur. Inuenimus in scripturis diuini quorundā veterā immutata vocabula, vt ex Abram vocatus Abraham, &c. nusquam verò erga Paulum inuenimus tale aliquid gestum. Sedul. ibid.
- b. Hæc enim seruitus gloriosa est in qua gloriarī Apōsto. An non summa gloria est, quando tali pretio estimati sumus, vt sague domini redimeremur? Ambro. ad virgines exhortatio.
- c. Per potentiam.
- d. Siquidem cum ait: Per quem accepimus gratiam & apostolatam significat bonorū subministratorem ab illo proficisci. Basil. de spiritu sancto. ca. 8.
- e. Inter quas.
- f. Estis.
- g. Gratia quæ nō ex merito retribuitur, sed ex donante concessa est. Pæterea quæ concessa deo sumus, habentes propitiatorem dominum nostrū Iesum Christum. Hierony. Damas. de fil. prodi. & frugi.
- h. Nostros & domino.
- i. Merito deum in testē adduxit, cū velle persuadere hominibus, quibus difficile esset persuadere. Occumen. ibid.
- j. Amabar quidē illos, ad quos & solite festinabar, sed tamen etiam si amarem præter dei vultū tamen, videre eos volebat: quæ ipsa demum germana est charitas. Cherysol. ibid.
- k. Prosperer per voluntatem.
- l. Per mecum.
- m. Quod.
- n. Etiam.
- o. Quantum in me est, paratus sum.
- p. Christi.
- q. In quo igitur iustitia dei reuelatur, nisi in eo qui credidit & conformis est imaginis dei? Ambro. de fug. se. cap. 3.
- r. Iam illud videamus quod exortendum est à cordibus religiosi, ne mala securitate salutē suam perdant, si ad eā obtinendam sufficere solam fidem putauerint. August. de sile & operibus. cap. 4.
- s. Viuet.
- t. Inter illos.
- u. Creatio.
- v. Hæc est, sempiterna virtus ei? & diuinitas operibus eius cognoscitur: hæc est operatoria Virtus. Ambro. de fuga. sec. ca. 3.
- w. Potentia.
- x. Puritates.
- y. Quasi qui inuenissent quomodo inuisibilis deus per simulachrum visibile colebatur. Hieron. ibid. Vnde stulti facti sunt: stultū est enim creaturam deificare. Epiphani. contra Arrianos.
- z. Reprehēdebam quando adorabas imaginem hominis, quid tibi faciam quādo adoras imaginem canis, imaginē colubæ, imaginē crocodilli? Augusti. sec. 12. de temp.
- aa. Vel reptilium.
- ab. Concupiscentia:
- ac. In semetipso.
- ad. Qui.
- ae. Ignominiosas.
- af. Alter in alteram.

† A. 1. 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

mercedem (quam oportuit) erroris sui in semetipsis recipientes. Et sicut non probauerunt deum habere in notitia, tradidit illos deus in reprobum sensum, ut faciant ea quae non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidiis, contentione, dolo, malignitate, susurrone, detractores, deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inuectores malorum, parentibus non obediens, insipientes, incompósitos, sine affectione, absque foedere, sine misericordia. Qui cum iustitiam dei cognouissent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni sunt morte, non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.

Iudeos in multis minus gentibus excusabiles, in quos deus tanta contulerit beneficia, ad penitentiam vocat.

II.

† 27. q. 1. Vi. dicit.

† Matt. 7. a 22. q. 9. Nihil.

† Math. 16. d

† De pr. dist. 4. Si vnus. Deute. 10. d 8. Pet. 1. c Coloss. 3. d Ephe. 6. b Acto. 10. c Iaco. 1. b Iob 37. b Matt. 7. d Iaco. 1. d † 9. q. 2. Dicit sunt.

† Isa. 52. b Ezech. 36. e 722. quæst. 2. Quæritur.

**R**opter quod inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas. Eadem enim agis quae iudicas. Scimus enim, quoniam iudicium dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt. Existimas autem hoc o homo, qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium dei? An diuitias bonitatis eius & patientiae & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas dei ad penitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam & impoenitens cor thesaurifas tibi iram in die irae & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet unicuique secundum opera eius. Iis quidem qui secundum patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem quærentibus vitam æternam. Iis autem qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, iræ, & indignatio, tribulatio, & angustias in omnem animam hominis operatis malum: Iudæi primum & Græci. Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum: Iudæo primum & Græco. Non enim est acceptio personarum apud deum. Quicumque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt, & quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Cum enim gentes quae legem non habent, naturaliter ea quae legis sunt, faciunt, eiusmodi, legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis: testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium, in die cum iudicabit deus occulta hominum, secundum Euangelium meum, per Iesum Christum. Si autem tu Iudæus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in deo, & nosti voluntatem eius, & probas utiliora, instructus per legem: confidis teipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiae & veritatis in lege. Qui ergo alium doces, teipsum non doces. Qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis non mœchandum, mœcharis. Qui abominaris idola, sacrilegium facis. Qui in lege gloriaris, per præuarcationem legis deum in honoras. Nomen enim dei per vos blasphematur inter gentes, (sicut scriptum est:) Circūcisio quidem prodest, si legem obserues: si autem præuarcator legis sis, circūcisio tua præputium facta est. Si igitur præputium iustitias legis custodiat, nonne præputium illius in circūcisionem reputabitur? Et iudicabit id quod ex natura est præputiū, (legē consummans) te qui per literam & circūcisionem præuarcator es legis. Non enim qui in manifesto, Iudæus est, neque quæ in manifesto in carne est circūcisio, sed qui in abscondito Iudæus est, & circūcisio cordis in spiritu, non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex deo est.

Cum gentibus non sint Iudæi propter dei eloquia sibi commissa excellentiores, non minus quam gentes dei gratia egent.

III.

m. Paulus verò Apost. cum eos qui nondum omnino essent deprauati, ad petimē. Et de iudicia vellet inducere, pene loco hoc multari alicui illos, qui veram dei cognitionem neglexerint. Basil. de iudicio dei. 20. Reprobam mentem. 21. Homicidio, vel, cæde. 22. Dei odiosos. 23. Gloriosos.

n. Sunt quidam qui se reos non putant, si nō operentur quæ mala sunt, assentiunt autē facientibus. Assentiunt autem facientibus est, si cum quis posset reprehendere, taceat: & ita est vt qui somitem præbent delictis eorum, dignum est vt pari crimine rei habeantur. Sūt item alij qui nō solum faciunt mala, sed etiam consentiunt malefacientibus. Duplex ergo eorū nequitia est. Illi enim nō tam mali sunt qui faciunt, & facientibus consentiunt, sed ubi ibidem.

1. Hoc ipso enim quòd.  
2. Qui.  
a. Itaque qui veritatem dei cognouit & iustitiam, non debet ea agere quæ morte digna sint. Ambr. de iug. ecc. cap. 3.  
\* Omnis.  
3. Contemnis ignorans.  
b. Id est, debet te adducere, propterea, vt qui bonus est deus, sperare possis tuorum peccatorum indulgentiam. Non vult enim vindicare, qui est paratus ignoscere. Ambr. vbi supra.  
4. In diem.  
5. Sua.  
\* In.  
6. Quæritur.  
7. Contentiosus.  
[c. Obserua igitur gloriam, honorem, & pacem operanti boni promitti. Qui gloria quid honor? quid incorruptio & pax? Nonne hæc iustitiarum dei proprie accipiendæ? Lorich? ibi.]  
d. Lex autem gemina est naturalis & scripta. Naturalis in corde, scripta in tabulis. Omnes ergo sub lege facti naturali, sed nō est omnium vt vnusquisque sibi sit lex. Ille autem sibi lex est, qui facit sponte que legis sunt, & in corde suo scriptum opus legis ostendit. Ambr. de iug. ecc. cap. 3.  
e. Quia non omnes qui lege carent bene operantur, imò sunt etiam qui delinquant, ostendit hos neque futuros impunitos, quæquam enim legem non habeant accusantem, nihilominus penas dabunt cogitationibus inter se accusantibus. Occumenius ibidem.  
8. Excusantium.  
9. Ecce.  
[f. Vt aliis exemplum scientiae legis sis, & veritatis. Quidam enim scientiam & intellectū alicuius libri habent, & ita sentiunt sicut auctor ipse sentit, non tamen habent inde veritatem, quia nesciunt quomodo sit verū, nec etiam esse verum.]  
g. Non est tatum vna mœcharia. Nā omne quod deo debet animæ, si alicui præterquā deo reddiderit, mœcharia. Sacrilegium verò proprie est quod in deum committitur, quasi factolanti violatio. Hieron. ibid.  
10. Propter vos male audit.  
h. Credens gentilis dicit natura in Christum, cōdemnat Iudæi, cui lex promiserat Christum, & aduenienti ei credere noluit. Ambr. ibid.  
11. Si legem seruauerit.  
\* Iudæus est.  
\* Circūcisio est.



Vid ergo <sup>1</sup> amplius ] Iudeo est? aut que utilitas circumcisionis? <sup>2</sup> Multum a per omnem modum. Primum quidem: quia credita sunt illis <sup>3</sup> eloquia] dei. Quid enim, si quidam illorum non crediderunt? <sup>4</sup> Nunquid incredulitas illorum fidem dei <sup>5</sup> euacuauit? ] Absit. <sup>6</sup> Est autem deus verax, <sup>7</sup> omnibus autem homo mendax, sicut scriptum est, <sup>8</sup> vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Si autem <sup>9</sup> iniquitas] nostra iustitiam dei commendat, quid dicemus? Nunquid iniquus est deus qui infert iram? (Secundum hominem dico.) Absit. Alioquin quomodo iudicabit deus <sup>10</sup> hunc] mundum? Si enim veritas dei <sup>11</sup> in meo mendacio] abundauit in gloriam ipsius: quid adhuc & ego tanquam peccator iudicor, <sup>12</sup> & non (sicut <sup>13</sup> blasphemamur:] & sicut aiunt quidam nos dicere:) faciamus mala, vt veniant bona? Quorum <sup>14</sup> damnatio iusta est. Quid ergo? Præcellimus eos? Nequaquam. <sup>15</sup> Causati] enim sumus Iudeos & Græcos, omnes sub peccato esse, sicut scriptum est: <sup>16</sup> Quia non est iustus quisquam: non est intelligens: non est requirens deum. <sup>17</sup> Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, venenum aspidum sub labiis eorum. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt, non est timor dei ante oculos eorum. <sup>18</sup> Scimus autem <sup>19</sup> quoniam] quæcunque lex loquitur, iis qui in lege sunt, loquitur. Vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus deo, <sup>20</sup> quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem <sup>21</sup> iustitia dei sine lege] manifestata est: testificata est à lege & Prophetis: iustitia autem dei per fidem Iesu Christi, in omnes & super omnes qui credunt in eum. ] Non enim est distinctio. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei. <sup>22</sup> Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem que est in Christo Iesu, quem proposuit deus <sup>23</sup> propitiatorem, ] per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiæ suæ propter remissionem præcedentium delictorum, <sup>24</sup> in sustentatione dei] ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore: vt sit ipse iustus & iustificans eum qui ex fide est Iesu Christi. Vbi est ergo gloriatio tua? ] Exclusa est. Per quam legem? <sup>25</sup> Factorum? ] Non. Sed per legem fidei. <sup>26</sup> Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis. An Iudeorum deus tantum? Nonne & gentium? Imò & gentium. Quoniam quidem vnus est deus, qui iustificat circumcisionem ex fide, & præputium per fidem. Legem ergo destruimus per fidem? Absit. <sup>27</sup> Sed] legem statuimus.

*Nec Iudeos super gentes gloriari oportet ex circumcisione data Abraham, & aliis operibus legis, quoniam per fidei opera Abraham ante circumcisionem deo placuerat. IIII.*



Vid ergo dicemus inuenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem? Si enim Abraham ex operibus legis iustificatus est: habet <sup>1</sup> gloriam,] sed nõ apud deum. Quid enim dicit scriptura? <sup>2</sup> Credidit Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Ei verò qui non operatur: <sup>3</sup> credenti] autem in eum qui iustificat impium: reputatur fides eius ad iustitiam & secundum propositum gratiæ dei: ] sicut & David dicit beatitudinem hominis, cui deus accepto fert iustitiam sine operibus: <sup>4</sup> Beati quorum remissæ sunt iniquitates: & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir, cui non <sup>5</sup> imputauit] dominus peccatum. Beatitudo ergo hæc <sup>6</sup> in circumcisione tantum] & manet, ] an etiam <sup>7</sup> in præputio? ] Dicimus enim quia reputata est Abrahamæ fides ad iustitiam. Quomodo ergo reputata est? In circumcisione, an in præputio? Non in circumcisione, sed in præputio. <sup>8</sup> Et signum accepit circumcisionis, signaculum iustitiæ fidei, quæ est in præputio, vt sit pater omnium credentium per præputium, vt reputetur & illis ad iustitiam. Et sit pater circumcisionis, non iis tantum qui sunt ex circumcisione, sed & iis qui sectantur vestigia fidei, quæ est in præputio patris nostri Abraham. <sup>9</sup> Non enim per legem promissio Abraham, aut femini

1. Excellentia, vel abundantia.  
2. Prodest enim iustitiam: ex hoc enim viam salutis didicerunt, legem dicem ad ea que agenda erant, acciperunt. Quod si non seruatur, iustitiam indigentur. Occurritur ibid.  
3. Occurrit.  
4. Euenit.  
5. Sermones dei pleni veritatis sunt, atque iusticie, ideoque vera sunt quæcunque locutus est dominus de fragilitate humana. At quia inclinatum est cor meum ad nequitiam, propendit ad fraudem, & quia desinit, eo quod non sit homo qui non peccet. Ambros. apolog. David, cap. 10.  
6. iniusticia.  
7. Per meum mendacium.  
8. Conuincit.  
9. Quia propter hominem iuste condemnabitur, quoniam rationabilis factus amittit vnam rationem: & irrationabiliter viuens aduersus est iusticie dei, reus se omni tereno spiritui, & omnibus spiritibus volucribus. Quæ admodum propheta dicit: Homo cum in honore esset, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Irene lib. 4. cap. 9.  
10. Peccati, hoc est, prius causam reddidimus.

8. Quid.  
d. Lex non potuit auferre, sed potius auxit peccatum, quod autem gratia. Augustin. contra 2. epist. Pelag. lib. 1. ca. 1.  
e. Nis dicit iusticia hominis, vel iusticia propria volucribus, sed dei: non qui iustus est, sed qui induit hominem, cum iustificat impium. Augustin. de spiri. & li. re. cap. 10.  
9. Iustificatur autem.  
10. Propitiationem.  
11. Que deus tolerauit.  
12. Operum.

f. Abiungitur quidam hoc loco ad destructionem operis iusticie, solum solum posse sufficere affirmantes: cui tamen alibi dicit Apost. Si habueris omnem fidem, ita vt montes transferas, charitatem autem nõ habeam, nihil mihi prodest. Hiero. ibid. 23. Imò.  
a. Cui nostri supercilij ac iactantia summa sit in Abraham, qui pater noster est secundum carnem: loquitur enim ad Iudeos, consideremus quidam dicere possumus illum inuenisse, & ante ipse in sequentibus quod etiam iustitiam inuenit, hoc est, iustitiam fuerit. Occurrit, ibid. 1. Quod gloriatur.  
b. Quia non per circumcisionem & subterum iustificabatur homo, sed in signo sunt data populo, ostendit quod ipse Abraham sine circumcisione & sine obseruatione sabbatorum credidit deo, & reputatum est illi ad iustitiam, & amicus Dei vocatus est. Irene lib. 4. ca. 30.  
2. Credit.  
3. Imputabit.  
4. In circumcisionem.  
5. In præputium.  
c. Vtique signum non ipsa res, sed alterius rei est: hoc est, non veritas, sed iudicium veritatis. Vnde expressit signum, & exposuit, dicens: Et signum accepit circumcisionis signaculum iusticie & fidei. Vnde non in eoque intelligimus, quia circumcisio corporalis signum est circumcisionis spiritalis. Ergo signum manifestat donec veniret veritas. Ambr. de Abraham, lib. 1. cap. 4.

† 1. Tim. 2.6  
† 1. Cor. 1. 13. e  
† 1. Pet. 1. 15. a  
† 1. Pet. 1. 15. a  
Gal. 3. d

† Eccl. 7. e  
† Psal. 11. 3. a  
† Psal. 11. 3. b  
† Psal. 11. 3. c  
† Psal. 11. 3. c

† Gal. 2. d

† Gene. 15. 4  
Gal. 3. 1  
Iaco. 2. d

† Psal. 1. a

† Gene. 7. b

femini eius, vt hæres esset mundi: sed per iustitiam fidei. Si enim qui ex lege, hæres sunt, exinanita est fides, abolita est promissio. Lex enim iram operatur. Vbi enim non est lex, nec præuaricatio. Ideo ex fide, vt secundum gratiam firma sit promissio omni femini. Non ei qui ex lege est solum, sed & ei qui ex fide est Abraham, qui pater est omnium nostrum: sicut scriptum est: Quia patrem multarum gentium posui te ante deum, cui credidisti, qui viuificat mortuos, & vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. Qui contra spem in spem credidit, vt fieret pater multarum gentium: secundum quod dictum est ei: Sic erit semen tuum, sicut stellæ cæli & arena maris. Et non infirmatus est in fide: nec considerauit corpus suum mortuum, cum iam ferè centum esset annorum, & emortuam vuluam Saræ. In repromissione Ieremiam dei non hesitauit diffidentia: sed confortatus est fide, dâs gloriam deo, plenissimè sciens quia] quæcunque promittit deus, potens est & facere. Ideo & reputatum est illi ad iustitiam. Non est autem scriptum tantum propter ipsum, quia reputatum est illi ad iustitiam: sed & propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum, qui suscitauit Iesum Christum dominum nostrum à mortuis, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.

*Per gratiam Christi spem firmam dono spiritus sancti & morte Christi consecuti, ab originali culpa & mortis seruitute ex primis parentibus & lege orta liberamur.*

**V**ustificati ergo ex fide, pacem habeamus ad deum per dominum nostrum Iesum Christum: per quæ habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum dei. Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, sciètes, quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò spem. Spes autem non confundit: quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum qui datus est nobis. Vt quid enim Christus, cum adhuc infirmi essemus, secundum tempus pro impiis mortuus est? Vix enim pro iusto quis moritur. Nam pro bono forsitan quis audeat mori. Commendat autem charitatem suam deus in nobis: quoniam si cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est: multò igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filij eius: multò magis reconciliati, salui erimus in vita ipsius. Non solum autem, sed & gloriamur in deo per dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus. Propterea sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Vsque ad legem enim peccatum erat in mundo. Peccatum autem non imputatur, cum lex non esset: sed regnauit mors ab Adam vsque ad Moysen, etiam in eos qui non peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ: qui est forma futuri. Sed non sicut delictum, ita & donum. Si enim vnus delicto multi mortui sunt: multo magis gratia dei & donum, in gratia vnus hominis Iesu Christi in plures abundauit. Et non sicut per vnum peccatum, ita & donum. Nam iudicium ex vno in condemnationem: gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Si enim vnus delicto mors regnauit per vnum: multò magis abundantiam gratiæ & donationis & iustitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum Iesum Christum. Igitur sicut per vnus delictum in omnes homines in condemnationem: sic & per vnus iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ. Sicut enim per inobedientiam vnus hominis, peccatores constituti sunt multi: ita & per vnus obedientiam, iusti constituentur multi. Lex autem subintravit vt abundaret delictum. Vbi autem abundauit delictum, superabundauit & gratia: vt sicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam, per Iesum Christum dominum nostrum.

† Gen. 17. a & 18. c

† Gen. 22. d 15. b Gen. 21. c

† Eph. 2. d

† Iaco. 1. a

† Heb. 9. d 1. Pet. 3. d

† De pecc. di. 4. Placuit.

† De sum. tr. in Cle. c. 1.

[d. Vt reos faceret delinquentes, non efficiens causa, sed ut adiuuante gratia vel ut reos faceret reprobabilibus penis ut dicitur. Glosa. ordi.]  
 e. Hoc est, sublati reus de potestate legis data venit, præuaricatio nulla est. Iustitiam enim sunt, qui per præuaricationem legis fuerant peccatores. C. Est autem lex factorum, id est, obseruatio fabularum, nec mentium, et cunctationis, eicatum distictio, et imalis mortui sanguinis non felle obseruatio. Sedulus ibidi 6. Ac si fient.  
 7. Se forte patrem.  
 \* iam.  
 8. Ad promissionem.  
 9. Certior factus quod d. C. Concludit quod fides Abraham non tollit vltimè libet, sed eius nobis, qui sumus imitatores fidei ipsius: hoc est, quod dicitur: ite & reputatum est illi ad iustitiam. De Lyr. ibid.]  
 g. Tanta est enim nostra nobilitas, vt illius fides nostra fidei typus existat. Nec dixit, in autem illi imputatum est, verisimile est fore, vt & nobis quoque imputetur. Chryost. ibid. homil. 9.

a. Quomodo autem habere poterit qui ipsi pacem erga deum, si sequatur præcepta eius? Quæ admodum sanè is qui peccat, nec pugnat dicitur: hoc præcepta non loquens ostendit Iudeos qui iustitiam mouebantur aduersus fidem, nec recipiunt dominum Iesum Christum. Occurrit ibi. 1. Habemus.  
 b. Vide quot certamina, & vna corona. Ambro. Off. li. 1. ca. 16.  
 c. Sed vide quemadmodum hoc locus multas hereses extinguit. Puer natus est nobis, non Iudeis: nobis, non Manicheis: nobis, non Marcionitis: nobis, hoc est, credentibus, & non incredulis. Ambro. de fide, lib. 3. cap. 4.  
 2. Christus enim.  
 3. Erga nos.  
 d. Notandum quod plerumque Apostolus credentes in Christo fuisse peccatores dicit: tamen non esse significat: vt qualiter se exhibere debeant, recognoscant: quoniam si peccatores tantum dilexit, quò magis custodiat iustos Hieron. ibid.  
 e. Quis enim dubitat daturum amicis vitam suam, qui pro inimicis dedit mortem suam? August. de trini. lib. 23. cap. 16.  
 4. Per vitam.  
 f. Hanc penam peccati, quam vidit humani generis Adæ presententia excepit, ac suis posteris, tanquam ramis transfudit. Per vnum hominè, dicit Apostolus peccatè intrasse in mundum, & ita in omnes homines pertransiisse, in quo omnes peccauerunt. Huius enim que creatoris imperio fertiles salubresque ex se herbas sine vlla cultura homini ante protulit, post ardens sentibusque reuera est: vt in sudore ac labore ex ea omnem hominem elere panem oporteat, donec reuertat in mortem. Prosper. de promiss. & predest. parte 1. cap. 5.  
 5. Imputatur quando lex non est.  
 \* In.  
 g. Non enim peccatis merito potuit superabundare gratia, sed subuenientis auxilio. vt videtur homo non tantum doctorem sibi esse necessarium, verum etiam adiutorem deum, à quo eius iuenera dirigantur: ne dominetur ei omnis iniquitas & contigendo ad opem diuine misericordie sanetur. Augustin. lib. 24. quest. 66.



Ex Christi gratia potestatem habemus prateriti peccati delendi, & cauendi futuri: deque seruiendi, prioris vitæ mutata consuetudine. VI.

1a. Hinc ostendit de præteritis peccatis factum esse vt donaretur, & in eo superabundante gratia, vt præterita peccata dimitterentur. Ergo quisquis adhuc quærit augmenta peccati, vt augmen- tum gratie sentiat, nõ intelligit id se agere vt nihil in eo gratia operetur. August. to. 4. in Expositione propo. ad Roma. ] 2. Permanebimus. 3. Qui. 4. Aboleretur. 5. Qui enim mortuus est, id est, con- figuratus morti Christi per baptismum, iustificatus est à peccato. Quia baptismus delet penam & culpam. De Lyra. ibid. ] 6. Non amplius. Id. Infer conclusionem inten- tam vt cõformemur vitæ Christi resurgens, & quantum ad hoc quod mortuus est peccato, id est, mortali vitæ quæ habet similitudinem peccati, nunquam ad eam rediturus. S. Thomas. ibi. ] \* Dominus noster. 7. Illi per concupiscentias eius. 8. Quod est autè peccatũ quod non dominabitur illud videlicet quod præcessit baptisma, & à Christi gratia deletur. Hoc autem lex facere nõ potuit. Nõ ergo, inquit, estis sub lege quæ liberare non poterat, sed penas magis inferebat. Occumenius ibidem. Vnde sub lege esse non est damnari sententia legis in conscientia, sed sub lege esse, est timore supplicij quod lex minatur, non amore iustitiæ abstinere ab opere peccati: & qui talis est, nõdum liber est, nec alienus à voluntate peccandi. August. de nativitate, & grat. contra Pelag. cap. 17. 8. Obediatis. 9. Vel, gratia. 10. In quam. 11. Ad. 12. De. [E. Est enim quedam temporalis confusio, scilicet perturbatio animi respicientis peccata sua, & respensione horrentis, & horrore erubescens, & erubescendo corrigitur. Glossa. ordina. post August. ibid. ] 13. Per Christum Iesum domi- num nostrum.



**A** Vid ergo dicemus? Permanebimus ] in peccato vt gratia abundet? Absit. Si enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? An ignoratis fratres: quia quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ] ipsius baptizati sumus? Cõsepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem: vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius: simul & resurrectionis erimus. Hoc scietes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruetur ] corpus peccati, vt vltra non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato. Si autè mortui sumus cum Christo: credimus quia simul etiam viuemus cum Christo: ] scientes quod Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autem viuit, viuit deo. Ita & vos existimate vos mortuos quidem esse peccato, viuentes autem deo in Christo Iesu. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentiis eius. Sed neque exhibeatis mēbra vestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete vos deo, tanquam ex mortuis viuentes: & membra vestra, arma iustitiæ deo. Peccatum enim vobis non dominabitur. Non enim sub lege estis, sed sub gratia. Quid ergo? Peccabimus, quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit. An nescitis, quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obedistis: ] siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam? Gratias ] autem deo quod fuistis serui peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ in qua traditi estis. Liberati autem à peccato, serui facti estis iustitiæ. Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in ] sanctificationem. Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in ] quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nunc verò liberati à peccato, serui autem facti deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam. Stipendia enim peccati mors: gratia autem Dei vita æterna, in Christo Iesu domino nostro.]

Per Christi gratiam vitalem nacti sumus à legis seruitute liberationem, licet lex ipsa bona ac rationi consona, peccati dederit notitiam. VII.



**A** Ignoratis fratres (scientibus enim legem loquor:) quia lex in homine dominatur quanto tēpore viuit? Nam quæ sub viro est mulier, viuente viro alligata est legi. Si autè mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viro. Igitur viuente viro, vocabitur adultera, si fuerit cum alio ] viro: si autè mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri: vt non sit adultera, si fuerit cum alio ] viro. Itaque fratres mei, & vos mortificati estis legi per corpus Christi, vt sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit: vt fructificetis ] deo. Cum enim essemus in carne, passiones peccatorum quæ per legem erant, operabantur in membris nostris, vt fructificarent morti. Nunc autem soluti sumus à lege mortis, in qua detinebamur: ita ] vt seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ. Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui, nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: Non concupisces. Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat. Ego autem viuebam sine lege aliquando. Sed cum venisset mandatum, peccatum reuixit. Ego autem mortuus sum, & inuentum est mihi mandatum quod erat ad vitam, hoc ] esse ad mortem. Nam peccatum occasione accepta per mandatum seduxit me: & per illud occidit. Itaque lex quidem sancta: & mandatũ san-

a. Vbi nunc sunt qui legē calūniantes suggillant? Audiãt illi, vt Paulus vel in necessitatẽ incedens locum, illius dignitatẽ nõ deniciat, sed magnificat etiam de illius potestate loquatur. Siquidem ea iustissime vindicta est in deo, & adulteri audire qui illam prætergressi sunt, ac viuẽrem relinquunt. Sin autè mortuam dimiserunt, nihil id mirũ fuerit. Chrylost. ibid. homil. 12. 1. Commisceatur alteri. 2. Commixta sit alteri. 3. Fructificemus. b. Quomodo medicina non est causa mortis si ostendat venena mortifera, licet his mali homines abutatur ad mortem: & vel se interficiant, vel insidiantur inimicis: sic lex data est vt peccatorum venena mōstrer, & hominem malè liberate sua abutentem, qui prius ferebatur impetibus, & per precipitia labebatur, freno legis retineat, & cõpositis doceat incedere gradibus. Hieron. Alga. q. 8. a. Mandatũ, quod erat mihi ad vitam, mihi.

+ Gal. 3. d  
+ De off. dist.  
4. Proprie.  
Vt ostēderet.  
Gala. 3. d  
+ Ephes. 4. e  
Coloss. 3. b  
Hebr. 12. a  
1. Pet. 2. a  
  
+ De off. di.  
2. c. Interitur.  
27. q. 1. Si  
quis veum.  
  
+ 10. distin.  
Ponderet.  
De off. dist.  
4. Non ex  
quo.  
  
+ Rom. 8. d  
2. Pet. 2. d  
  
+ 13. q. 1. Re  
quirit.  
47. dist. Qu  
niam multi.  
Omnes.  
  
+ Rom. 18. a  
+ 11. a. g  
Ezech. 36. a  
  
+ 1. Cor. 7. d  
7. q. 1. Sicut  
alterius.  
27. quest. 2.  
Additur.  
  
+ Exod. 10. e  
Deut. 5. b  
  
+ 1. Tim. 2. b

sanctum, & iustum, & bonum. Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum, ut appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem, ut fiat supra modum peccans peccatum per mandatum. Scimus enim quia lex spiritualis est. Ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato. Quod enim operor non intelligo. Non enim quod volo bonum, hoc ago: sed quod odium malum, illud facio. Si autem quod nolo, illud facio, consentio legi, quoniam bona est. Nunc autem iam non operor illud, sed quod habitat in me, peccatum. Scio enim, quia non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. Nam velle adiacet mihi, perficere autem bonum, non inuenio. Non enim quod volo bonum, hoc facio: sed quod nolo malum, hoc ago. Si autem quod nolo illud facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me, peccatum. Inuenio igitur legem volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet. Condelector enim legi dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae, & captivantem me in lege peccati, quae est in membris meis. Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei, per Iesum Christum dominum nostrum. Igitur ego ipse mente seruius legi dei, carne autem legi peccati.

*Gratia Christi eos a damnatione liberat qui per fidem & charitatem illi adhaerent, & non qui secundum carnis prudentiam ambulant, quos in vitam sine periculo dirigit. VIII.*

**N**ihil ergo nunc damnationis est iis qui sunt in Christo Iesu: qui non secundum carnem ambulant. Lex enim spiritus vitae in Christo Iesu, liberauit me a lege peccati & mortis. Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur, per carnem, deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne: ut iustificatio legis impleretur in nobis: qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Qui enim sunt secundum carnem sunt, quae carnis sunt sapient: qui vero sunt secundum spiritum sunt, quae sunt spiritus sentiunt. Nam prudentia carnis mors est: prudentia autem spiritus vita & pax. Quoniam sapientia carnis inimica est deo. Legi enim dei non est subiecta: nec enim potest. Qui autem in carne sunt, deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu, si tamen spiritus dei habitat in vobis. Si quis autem spiritum Christi non habet: hic non est eius. Si autem Christus in vobis est: corpus quidem mortuum est propter peccatum: spiritus vero viuuit propter iustificationem. Quod si spiritus eius qui suscitauit Iesum a mortuis, habitat in vobis: qui suscitauit Iesum Christum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem spiritum eius in vobis. Ergo fratres, debitores sumus: non carni, ut secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuuetis. Quicumque enim spiritu dei aguntur, ij sunt filij dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum dei, in quo clamamus: abba pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij dei. Si autem filij, & haeredes: haeredes quidem dei, cohaeredes autem Christi: si tamen compatimur, ut & conglorificemur. Existimo enim quod non sunt condignae passionis huius temporis, ad futuram gloriam quae reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturae reuelationem filiorum dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe: quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum dei. Scimus enim, quod omnis creatura ingemiscit & paratur usque adhuc. Non solum autem illa: sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum dei, expectantes redemptionem corporis nostri. Spe enim salui facti sumus. Spes autem quae videtur, non est spes. Nam quod videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus, speramus: per patientiam expectamus. Similiter autem & spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Nam quid oremus

† 1. q. 5. Si Paulus.

† 5. q. 1. c. 1.

† 8. d. c. Pro potuit. 11. q. 1. Nihil.

† 9. q. 2. Dux sunt. † 2. Tim. 1. b. 19. q. 2. Dux sunt. † Galat. 4. a.

† Hebr. 4. d. 1. q. 3. Saluator. † De pecc. di. 2. Talibus, Si enim.

1. Primo facit obiectionem. Post hoc enim aliquis dicere. Licet lex sit bonum secundum se & absolute, tamen mala est etiam per se homini lapsa. in quo est carnis ad spiritum rebellio, quae per legem excitatur vsque dicitur: quia sicut licet vinum sit absolute bonum, tamen malum est fabricanti. Et hoc est, quod dicitur. Quod ergo bonum est in se scilicet lex, mihi factum est mors. De Lyra. 5. Gratias.

6. Quod dicitur. Quoniam libet in hoc corpore manens profectus, et ras si vitia putas emortua, & non magis suppressa, velis nolis intra fines tuos habitare Iehusens. Subiugari potest, sed non exterminari: Scio, inquit, quia non habitat in me bonum. Parum est nisi & malum esse fateatur. Bern. ser. 58. super Cantica. \* Per.

c. Omnes impugnamur, omnes sentimus, sed non omnes liberamur. Et ideo infelix ego homo non remedium queramus. Sed quod remedium? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Habemus medicum, sequamur remedium. Ambro. de fide resurrectio. oratio. f. Sedare hanc pugnam ipse nequaerit, & ideo ad Christi refugit, dicit: Infelix ego homo, & c. hoc est, ne delectationis carnis adhaerem, & c. Ambro. de Abra. lib. 2. cap. 6. 7. Gratias ago deo.

1. Quia per gratiam baptismatis & lauacrum regenerationis solutus est & ipse reatus est quo eras natus, & quicquid ante commisit. Glo. ordina. ibid. \* Sed secundum spiritum. 1. In eo quo imbecillis erat. b. Non similitudine carnis ait, quia Christus suscepit veritatem carnis humanae. Non similitudinem, neque in similitudine peccati ait, quia peccatum non fecit, sed peccatum pro nobis factus est: sed venit in similitudine carnis peccati, hoc est suscepit similitudinem carnis peccatis. Ambro. de pecc. li. 1. ca. 2. 2. Per carnem. 3. Carnales. 4. Spirituales. 5. Inimicitia est in deum. c. Mos scripturae carnalia sapienter, & nihil sublimis cogitantes, carnis nomine appellare. Nec de his dixit qui carne circūdati sunt, sed de his qui nullam virtutis rationem habent, & nihil nisi carnale sapientes, carnis voluptates sectantes, & nulli animi incorporea ratione habentes. Chrys. Gen. 6. d. Hic concludit intentum, scilicet quod fideles debent obedire spiritui & non carni, & hoc est, quod dicit: Ergo fratres. De Lyra. ibidem. e. Denique si ad ipsa mundi exordia reuertamus, inuenimus omnium sanctorum, qui diluuii praecesserunt, dei spiritum fuisse rectorum, propter quod filij dei nominati sunt. Quoniam, sicut ait Apostolus, qui spiritu dei aguntur, hi filij dei sunt. Ambro. de vo. gen. lib. 2. cap. 3. 6. Cum spiritu. f. Nam quos per crucifixissima persecutoris humiliauerat diabolus, exaltauit deus: quos ille damnauit, iste glorificauit, hic opprobriis adimpleuit, hic premiis. Ille affectu flammis, refrigeris hic refecit: ille induxit in mortem, hic ad vitam de morte perduxit: ille interiecit gladium, hic dignos fecit coronis. Ideo vox est Apostoli. martyrium suscipiantis: Non sunt condignae passionis, & c. Euseb. Enchir. de Euseb. homil. 4. 7. In spe.

8. Saluos nos fecit, tanquam si ipsa iam data sit, quod modum intelligendum sit, illic exponit, ubi ait. Spes enim quae videtur non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. Aug. epi. 57. To. 2. 1.

ih. Facite autem spiritus sanctus nos postulare inquitum in nobis desideria carnis. Ne postulat quodam desideriorum explicatio. Desideria autem re-  
 cha ex amore charitatis proueniunt ut sup. cap. 5. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. S. Tho. ibid. 1.  
 i. Et que desiderant, & que non contristant, deus in bonum mutat Chryl. super 50. cap. Genes. Omnia, inquit, etiam mala, siquidem hęc quoque deus conuertit in bona. Nam ad eorum qui patiuntur gloriam conuertuntur. Occumienus.  
 k. Quos presciuit, & predestinauit, de bonis tantum dicitur, ceteros uero non presciscit, sed nescire dicitur deus. Nouit enim deus qui sunt eius. No quod ali quid potest illam naturam que ubique est, subterfugere: sed qui omne quod mali est, scilicet eius, vel prescientia habetur in seipsum. Sedat. ibid.  
 8. Magnificauit.  
 \* Suo.  
 9. Donabit  
 10. Morti tradimur.  
 11. Per.  
 l. Hęc sunt omnia que ad abduccionem nostram a diabolo inferuntur: que idecirco memorat ut nuntiet nos: ut si aduenierint, confidentes de spe & auxiliis Christi, armati, sine aduersus hęc repugnemus. Ambro. ibidem.  
 [a. Dolere Paulus genus suū benedictio Christi penari. Oprobriat, non opeto, quia sic se talem non possit a Christo separari: tamen affectum circa illos ostendit, de quibus precor multa enumerat: ut omnibus pro eis dolorem inueniat. Glosa. ordin. ibi.]  
 1. Per spiritum sanctum.  
 2. Optavi.  
 b. Optabam aliquando, cū persequeerer Christum, non modō optarem. Sciebat quod ipse foris esset hęc omnia, sed postquā cognoui ueritatē, dereliqui eos, quos taliter diligebam, & ipsi non conuertuntur. Hiero. ibid. [c. Plenisima fide commendat quod deum nostrum secundum lucceptionem carnis filii hominis confitemur, & secundū generationem & uerbum in principio deum benedictū super omnes in secula. Huius autem confessionis Iudæi quoniam partem tenuerunt, reseluntur a domino. Nam cum eos interrogasset cuius filium dicerent esse Christum, responderūt, David. Hoc autem fecerunt carnis est. De diuinitate uero eius quod deus est, nihil responderunt. August. in expositionem propositio. ad Roman.]  
 3. Per.  
 4. Tempore isto.  
 5. Cōceperat patre nostro Isaac.  
 d. Propterea sacrificiis Iudæorum expletis sacrificium mundi offerretur nomini eius, omnis nunc populus Christianus agnoscat, qui per gratia Iudæ & primatū & benedictionem abstulit. Prosper de promissio. & predestin. parte i. cap. 21.  
 6. Cuius misereor. (Et miserebor cuius misertus fuero: & clemēs ero cui clemēs fuero. 70. interp. Et miserebor cui miserebor: & propiciator cui propiciatus fuero. Hebr. Exod. 33. d. unde hęc desumpta fuerunt.  
 e. Tale re ergo prebe bonis studiis, & prompta fide, ut deus tui misereatur, & uocet te sicut ecclesiam uocauit dicens: Palam factus sum querentibus me, apparui his qui me non interrogabant. Ambro. de Abraham, lib. 2. cap. 10.  
 7. Dies.  
 8. Resistit  
 \* Ex aduerso.  
 9. Ignominiam  
 10. Erga.  
 f. Hęc partim ex sine primi cap. Hof. & partim ex sine secundi, sed confusus q̄ hic asseruntur.

sicut oportet, nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autē scrutatur corda, scit quid desideret spiritus: quia secundum deū postulat pro sanctis. Scimus autem quoniam diligentibus deum, omnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum uocati sunt sancti. Nam quos presciuit, & predestinauit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autē predestinauit, hos & uocauit: & quos uocauit, hos & iustificauit. Quos autē iustificauit, illos & glorificauit. Quid ergo dicemus ad hęc? Si deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Quis accusabit aduersus electos dei? Deus qui iustificat: Quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est, imō qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis? Quis ergo nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius? Sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur] tota die, estimati sumus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus, propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neque uita, neque angeli, neque principatus, neque uirtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quę est in Christo Iesu domino nostro.

*Gentiles ad Iudæorum spirituales assumpti dignitatem, non ex operibus legis, sed uocantur gratia diuinis mancipantur obsequiis.*

I X.

**V**eritatem dico in Christo Iesu, non merior testimonium mihi perhibere a te conscientia mea in spiritu sancto: quoniam tristitia mihi est magna, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israelitæ: quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legissatio, & obsequium, & promissa: quorum patres ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen. Non autem quod ex ciderit uerbum Dei. Non enim omnes qui ex circumcisione sunt Israel, ij sunt Israelitæ: neque qui semen sunt Abraham, omnes filij Abraham: Sed in Isaac uocabitur tibi semen: id est, non qui filij carnis, ij filij Dei: sed qui filij sunt promissionis, estimantur in semine. Promissionis enim uerbum hoc est: Secundum hoc tempus ueniam, & erit Saræ filius. Non solum autem illa, sed & Rebecca ex uno concubitu habens Isaac patris nostri. Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali, ut secundum electionem propositum dei maneret: non ex operibus, sed ex uocante dictum est ei, quia maior seruiet minori, sicut scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud deum? Absit. Moyse enim dicit: Miserebor cui misertus sum, & misericordiam præstabo, cui miserebor. Igitur non uolentis neque currentis, sed miserentis est Dei. Dicit enim scriptura Pharaoni: Quia in hoc ipsum excitauit te, ut ostendam in te uirtutem meam, & ut annuntietur nomen meum in uarieta terra. Ergo cuius uult miseretur, & quem uult, indurat. Dicis] itaque mihi: Quid adhuc queritur? Voluntati eius quis resistit? O homo, tu quis es qui respondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se fixit: quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem uas in honorem, aliud uero in contumeliam? Quod si deus uolens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia uasa iræ apta in interitum, ut ostenderet diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ quæ præparauit in gloriā? Quos & uocauit, nos, non solum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus: sicut in Hosee dicit: Vocabo non plebem meam, plebem meam: & non dilectam, dilectam: & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam. Et erit in loco, ubi dictum est eis: non plebs mea uos, ibi uocabuntur filij dei uiui.

† Depm. di. 4. Si ex bo. no.

† Phil. 4. d.

† Acto. 9. a. i. Con. 1. b.

† Gal. 4. d. Gen. 21. b.

† Gen. 25. c. Malac. 1. a.

† Exod. 33. d.

† De prom. di. 2. Si enim. 1. Exod. 9. d.

† 45. dist. De Iudæis.

† Ho. 4. 5. a. Iere. 18. a. Sap. 15. b.

† Hof. 1. d. 2. Per. 1. 6.

† Hof. 1. d.

† 116.10. d  
† 116.1. d  
† 116.1. d  
23. c  
1. Pet. 2. b

viui. Isaias autem clamat pro Israel. Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquiae saluae fient. Verbum enim consummans & abbrevians in aequitate: quia verbum breuiatum faciet dominus super terram. Et sicut praedixit Isaias: nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrah similes fuisset. Quid ergo dicemus? Quod gentes quae non sectabatur iustitiam, apprehenderunt iustitiam: iustitiam autem quae ex fide est. Israel vero sectando legem iustitiae, in legem iustitiae non peruenit. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus. Offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est. Ecce pono in Sion lapidem offensionis & petram scandalis: & omnis qui credit in eum, non confunderetur.

g. Hoc est, etiam si multitudo non crediderit, tamen pauci credent. Verbum enim in se confirmatum atque abbreviatum in sua deus aequitate liberauit, ut humilitate & incarnatione Christi eos saluos faceret qui in eum credere voluissent. Hieronim. 12. quast. 9. 10.  
h. Ab autoritate veritatisque prophetae inferit, quod gentes quae neque per hostias neque per bona opera iustitiae studuerunt, ipsam apprehenderunt credentes in eum qui iustificat impii. Loichius ibidem post Anselmum.]  
11. Ad.

*Iudaei diuinam ignorantes iustitiam a gratia dei volentes exciderunt, nec propter legis & prophetarum notitiam redduntur excusabiles.* X.

† 15. 9. 1. c. 11.  
† De col. di. 4. Si quis autem.  
† Leui. 18. a  
† Deut. 30. c  
ibidem  
† De conf. di. 4. Baptismi vicem.  
De fac. vnc. c. 1. 9. Quia vero.  
† 116. 23. d  
2. Cor. 8. b  
Iacob. 1. a  
1. Pet. 2. g  
Matth. 16. c  
24. b  
† De haeret. 2. Excommunicamus. 9.  
Quia vero.  
† 8. qu. Olim.  
Ae. 2. b  
† 116. 52. b  
Natum. 2.  
116. 1. a  
Joan. 1. f  
† 116. 11. a  
† Deut. 32. c

**H**atres, voluntas quidem cordis mei & obsecratio ad deum fit pro illis in salutem. Testimonium enim perhibeo illis quod aemulationem quidem dei habent, sed non secundum scientiam. Ignorantes enim iustitiam dei, & suam quærentes statuere, iustitiae dei non sunt subiecti. Finis enim legis, Christus, ad iustitiam omni credenti. Moyses enim scripsit: quoniam iustitiam quae ex lege est, qui fecerit homo, viuet in ea. Quae autem ex fide est iustitia, sic dicit: Ne dixeris in corde: quis ascendet in caelum? id est Christum deducere: aut quis descendet in abyssum? hoc est Christum a mortuis reuocare. Sed quid dicit scriptura? Prope est verbum in ore tuo & in corde tuo. Hoc est verbum fidei, quod praedicamus: quia si confitearis in ore tuo dominum Iesum, & in corde tuo credideris quod deus illum suscitauit a mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Dicit enim scriptura: Omnis qui credit in illum, non confunderetur. Non enim est distinctio Iudaei & Graeci. Nam idem dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum. Omnis enim quiconque inuocauerit nomen domini, saluus erit. Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei quem non audierunt? Quomodo autem audient sine praedicante? Quomodo vero praedicabunt nisi mittantur? sicut scriptum est: Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona? Sed non omnes obediunt Euangelio. Isaias enim dicit: Domine, quis credidit auditui nostro? ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Sed dico: Nunquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terrae verba eorum. Sed dico. Nunquid Israel non cognouit? Primus Moyses dicit: Ego ad aemulationem vos adducam in non gentem, in gentem insipientem: in iram vos mittam. Isaias autem addet & dicit: Inuentus sum a non quærentibus me: palam apparui iis qui me non interrogabant. Ad Israel autem dicit: Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, sed contradicentem mihi.]

a. Obiurgatur Iudaeos sermonis beneuolentiam praemittere, ne ab odio, sed a caritate & studio procedere videantur obiurgationis verba. Dicit autem: Deditero admodum & precor ut ipsi salui fiant. Occum. ibid.  
\* Bona.  
x. Israel.  
1. Ignorare dei iustitiam, & sua velle constituit, hoc est, ab inuicem gloriosis expectare, & gloriam quae a solo deo est non requirere, hoc est fermentum Pharisaeorum. Augusti de verbis do. Sermo. 4. 5.  
c. Et quomodo finis legis Christus si non initium eius fuisse? Qui enim finem intulit, hic & initium operatus est. Irenaeus lib. 4. cap. 26.  
[d. Corde creditur, id est, voluntate. Nam & cetera quae ad Deum pertinent exteriorum, potest homo nolens, sed credere non potest nisi volens: intellectus enim excellentis non determinatur ad assensum veritati ex necessitate rationis, sed ex intellectu scientis, sed ex voluntate, & ideo scire non pertinet ad iustitiam hominis quae est in voluntate, sed credere. S. Thomas ibidem.]  
2. Qui.  
c. Verbum fidei praedicandum est, ut audient credat, credenti intelligat, & intelligens boni operis perseveranter exerceat: quia nec opera sine fide, nec fide sine operibus iustificat. Prosper de vita contempl. lib. 1. cap. 19.  
[f. Et si deus inuis doceret, tam praeco extertus annuntiat, per verbum i. per gratiam Christi doctores verbi euangelici, vobis mittentis. Glor. or. lib. 1. c. 19.  
g. Cum ergo gentes ad fidem accessissent, etiam, & adhuc venire, vos autem ipsos abijci, oportet in causam cognoscere. Magis autem vltionem adeo manifesta ignorantia vaticinia. Occum. lib. 3. Aduersus.

*Nec deus omnes Iudaeos, sicut nec tempore Eliae repulit irreparabiliter, unde gloriantur gentes contra Iudaeos diuina cognoscetes iudicia humana ratione incomprehensibilia.* XI.

† 1. Re. 19. b  
† ibidem.

**D**ico ergo: Nunquid deus repulit populum suum? Absit. Nam & ego Israelita sum, ex semine Abraham, de tribu Benjamin. Non repulit deus plebem suam quam praesciuit. An nescitis in Elia quid dicit scriptura, quemadmodum interpellat deum aduersum Israel? Domine, Prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt, & ego relictus sum solus, & quærent animam meam. Sed quid dicit illi diuinum responsum? Reliqui mihi septem milia virorum, qui non curauerunt genua ante Baal. Sic ergo & in hoc tempore, reliquiae secundum electionem gratiae saluae factae sunt. Si autem gratia, iam non ex operibus. Alioquin gratia iam non est gratia. Quid ergo? Quod quærebat Israel hoc non est consecutus, electio autem consecuta est: ceteri vero excaecati sunt, sicut scriptum est:

a. Plebs ergo praescita, plebs non repulsa, hi sunt qui in Christo iustificati sunt: & quod de omni sorte dicit videtur, in his tantum quos sibi gratiae electio reliquos fecit, ostenditur: sicut sequentia apostolici sermonis enarrant. Ambr. de vocat. gent. lib. 1. cap. 3.  
1. De.  
\* Dicens.  
b. Omnes prophetae illa tantum modo sciebant, quae illis fuissent a domino reuelata. Elias ergo hoc loco praeter se alios qui deum colerent, ignorauit. Hieronymus ibidem.  
c. Hanc autem electionem non praecedentium in bonis meritorum, sed electionem gratiae demonstrat. Augusti. de patientia. cap. 20.  
\* Dei.  
\* Si verò ex operibus, iam non est gratia. Alioquin opus iam non esset opus.

[Ed. Malam copunctionem hic signat, quia sepe fit, ut etiam bonum humanum sit molestum, ut Pharisaei doctrina Christi, & sic spiritus compunctionis appellat mentem munditiam, qua inuidentur doctrinae Christi. Glosa ord.]

e. Siquidem Iudei ita impugnant, ut & caderent & iacerent, & nec sibi nec aliis alicuius commo li causa fierent; deus autem lapsu illorum & ad gremium salutem uisus est, & ad ipsorum electionem à lapsu. Itaque non sic impugnerit deo, hanc dispositionem ut caderent, sed impugnant ut corrigerentur. Occum. ibidem.

2. Per lapsum illorum, salus contigit.

3. Glorioso.

4. Decima, vel primitia.

5. Vel fermentum.

f. Sic autem & Moyses Aethiopiis accepit victorem quod ipse Israelidem fecit, praesens in fons quoniam oleaster. Insuper in oliuam, & participans pinguedinis eius erat. Unde per nuptias Moysi, nuptias uerbi ostendebantur; & per Aethiopiis san coniugem, ea quae ex gentibus est ecclesia manifestabatur. Cui qui detrahunt, & inculant, & derident ea, non erunt mundi. Irenaeus lib. 4. c. 37.

6. Ne gloriaris.

7. Difces.

g. Quia ramos naturalis maiorum habet aptitudinem ut inferatur ceteris partibus, quae extrahant à radice propria. De Lyra ibidem.]

8. Sunt.

9. Superbi.

h. Sed quia mysterium oportet impleri, ut cederet deus omnia in incredulitate, id est, redargueret atque conuinceret (cum enim duo ostendunt, sed unus superior sit, dicitur cedere ille alterum) ideo per suam misericordiam ut subditus fieret deo mundus regressus quidem in haereditibus, sed celeri error traditus est, ut deum non crederet occultorum esse praesidium. Ambrosio de interpel. lib. 3. cap. 6.

9. Conripit.

i. Conclussit enim deus omnia in infidelitate, ut de amaritudine in infidelitatis suae penitendo confusus ad dulcedinem misericordiae Dei credendo conuersi humiliores permanerent, ut & gratia maiore esset gratissima & elatius quam magna multitudine dulcedinis tuae domine. Glosa ord. ibidem.

10. Inscrutabilia.

k. Nam & imperio eius omnia ut ex ipso sint, & uerbo eius digesta, ut per ipsum sint, & in iudicium eius recedat uisus, ut dum in ipso expectat libertatem corruptione deposita in ipsum uideatur esse reuocata. Tertul. de uinit.

\* Honor &

a. Concedit quidem deus nuptias ecclesiae bigamiam, sed nos qui corpora nostra debemus exhibere hostiam uiuam, sanctam, placentem deo, rationabile obsequium nostrum, non quid cederet deus, sed quid uelit, consideremus. Hier. contra Iouin. lib. 1.

1. Rationabile cultum.

2. Quid bonum, quod acceptum, & quid perfectum.

b. Paulus apostolus hanc ipsam fidem secundum mensuram dati pro arbitrio largiens uer praedicat. Dico enim per gratiam, &c. Amb. de uocatio. gentium lib. 1. ca. 8.

3. Sibi placere & infra.

c. Quando ergo iuxta caput nostrum unum sumus inque inuicem membra, cur à concordia te ipsum abscondisti? Qui crubescis de fratre? Quem modum enim ille tuum membrum est, ita & tu vicissim illius. Est autem & ob hanc rem multa honesta aequalitas. Chryso. ibid. hom. 21.

4. In administratione.

5. In exhortatione.

† Dedit illis deus spiritum compunctionis, oculos ut non videant, & aures ut non audiant, usque in hodiernum diem. Et Dauid dicit: † Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in captionem, & in scandalum, & in retributionem illis. Obscureretur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua. Dico ergo. ° Nunquid sic offenderunt, ut caderent? Absit. Sed † illorum delicto, salus est] gentibus: ut illos æmulerentur. Quod si delictum eorum diuitiae sunt mundi, & diminutio eorum diuitiae gentium, quanto magis plenitudo eorum? Vobis enim dico gentibus: Quoad quidem ego sum gentium Apostolus, ministerium meum honorificabo,] si quo modo ad æmulandum prouocem carnem meam, & saluos faciam aliquos ex illis. Si enim amissio eorum, reconciliatio est mundi: quæ assumptio nisi uita ex mortuis? Quod si † delibatio] sancta est, & † massa. ] Et si radix sancta, & rami. Quod si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cum oleaster esses, insertus es in illis: & socius radicis & pinguedinis oliuae factus es, noli gloriari] aduersus ramos. Quod si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te. † Dicis] ergo: Fracti sunt rami ut ego inserar. Bene, propter incredulitatem fracti sunt. Tu autem fide stas. Noli altum sapere, sed time. Si enim deus naturalibus ramis non pepercit: ne forte nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem & seueritatem dei. In eos quidem qui ceciderunt, seueritatem, in te autem bonitatem dei, si permanseris in bonitate. Alioquin & tu excideris. † Sed & illi, si non permaserint in incredulitate, inserentur. Potens est enim deus iterum inferere illos. Nam & si tu ex naturali excisus es oleastro, & contra naturam insertus es in bonam oliuam, quantum magis ij qui † secundum naturam, inserentur suae oliuae? Nolo enim uos ignorare fratres mysterium hoc (ut non sitis uobis ipsi sapientes:)] quia † caecitas ex parte † contingit] in Israel, donec plenitudo gentium intraret: & sic omnis Israel saluus fieret, sicut scriptum est: † Veniet ex Sion, qui eripiat & auertat impietatem ab Iacob. Et hoc illis à me testamentum, cum abstulero peccata eorum. † Secundum Euangelium quidem inimici propter uos: secundum electionem autem charissimi propter patres. † Sine poenitentia enim sunt dona & uocatio dei. Sicut enim aliquando & uos non credidistis deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter incredulitatem illorum: ita & isti nunc non crediderunt in uestram misericordiam: ut & ipsi misericordiam consequantur. † Conclussit enim deus omnia in incredulitate: ut omnium miseretur. † O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae dei: quam † in comprehensibilia] sunt iudicia eius, & inuestigabiles viae eius! † Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? † Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi † gloria in secula seculorum. Amen.

*Homo ex gratia ad deum se habet anima & corpore ex corporis mystici ad naturale & partes eius similitudine, donis eius sine uindicta fruendo. XII.*



Bsecro itaque uos fratres per misericordiam dei, † ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, deo placentem, † rationabile obsequium] uestrum. Et nolite conformari huic seculo: sed reformamini in nouitate sensus uestri, † ut probetis quæ sit uoluntas dei † bona, & bene placens, & perfecta. ] † Dico enim per gratiam quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter uos: † non plus sapere] quam oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem: & † unicuique sicut deus diuisit mensuram fidei. † Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: † ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra: habentes autem donationes secundum gratiam quæ data est nobis, differentes. Siue prophetiam, secundum rationem fidei, siue ministerium, † in ministrando. ] Siue qui docet, in doctrina. Qui exhortatur, † in exhortando. ] Qui tribuit in simplicitate. Qui praest, in sollicitudine. Qui miseretur, in hilaritate. Dilectio sine simulatione. † Odientes malum, adherentes bono. † Charitatem fraternitatis inuicem diligentes, honore inuicem praeuinentes. † Sollicitudine

† Isa. 6. c  
Mar. 1. b  
Ioan. 11. f  
† Phil. 6. d  
Act. 2. f

† Isa. 59. d

† De offi. di.  
4. Sine poenitentia.

† De pm. di.  
3. Torum.  
† Sap. 7. a

† Sap. 9. a  
16. 2. d  
1. Cor. 2. d

† Phil. 4. d

† Eph. 4. c  
1. Thes. 4. a  
† De reuocatio. ca. 1.  
lib. 6.  
Dist. 4. 1. c.  
Sic rebor.  
† 1. Cor. 1. b  
Eph. 4. a  
† Dist. 89.  
Singular.  
De rum. m.  
Dammamos.  
16. 7. d  
† A mos. 5. d  
Eph. 4. c  
† 1. Pet. 3. c  
† 1. Pet. 5. b  
Heb. 13. a  
Mat. 5. a  
73. dist. in  
nomine.



dine non pigri, spiritu feruētes, domino seruientes. Spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes. Neceſſitatibus ſanctorum communicantes, hospitalitatem ſectantes. Benedicite perſequentibus vos. Benedicite, & nolite maledicere. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Idipſum inuicem ſentientes. Non alia ſapientes, ſed humilibus conſentientes. Nolite eſſe prudentes apud vosmetipſos. Nulli malum pro malo reddentes, prouidentes bona non tantum coram deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri poteſt quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes. Non vometipſos defendentes chariſſimi: ſed date locum irae. Scriptum eſt enim: Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit dominus. Sed ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitit, potum da illi. Hoc enim faciens carbonem ignis congeres ſuper caput eius. Noli vinci a malo, ſed vince in bono malo.

Homo ad ſuperiores ſubiectione, ad omnes dilectione, ad ſe morum ſe habeat bonitate. XIII.

Mnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Nō eſt enim poteſtas niſi a deo. Quae autem ſunt a deo, ordinata ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati, dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt. Nam principes non ſunt timori boni operis, ſed mali. Vis autem non timere poteſtatem? Bonum fac: & habebis laudem ex illa. Dei enim miniſter eſt tibi in bonum. Si autem malum feceris, time. Non enim ſine cauſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt: vindex in iram ei qui malum agit. Ideoque neceſſitati ſubditi eſtote: non ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiam. Ideo enim & tributa praeratis. Miniſtri enim dei ſunt, in hoc ipſum ſeruientes. Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui veſtigal, veſtigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. Nemini quicquam debeatis: niſi vt inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam, non adulterabis, non occides, non furaberis, non falſum teſtimonium dices, non concupiſces, & ſi quod eſt aliud mandatum, in hoc verbo inſtauratur: diliges proximum tuum ſicut teipſum. Dilectio proximi, malum non operatur. Plenitudo ergo legis eſt dilectio. Et hoc ſcientes tempus, quia hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Nunc enim propior eſt noſtra ſalus, quam cum credidimus. Nox praeredit, dies autem appropinquauit. Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis: ſic vt in die honeſte ambulemus. Non in comeſſationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitia, non in contentione & aemulatione, ſed induimini dominum Ieſum Chriſtum, & carnis curam ne feceritis in deſideriis.

Perfectus in fide imperfectorum vitet offendiculum quo ad falſa iudicia & ſcandala circa munda vel immunda. XIII.

Infirmum autem in fide aſſumite: non in diſceptationibus cognitionū. Alius enim credit manducare ſe omnia. Qui autem infirmus eſt, olus manducat. Iſ qui manducat, non manducantem nō ſpernat: & qui non manducat, manducantem non iudicat. Deus enim illum aſſumit. Tu quis eſ qui iudicas alienū ſeruum? domino ſuo ſtat aut cadit. Stabit autem. Potens eſt enim deus ſtatuerē illum. Nam alius iudicat diem inter diem, alius autem iudicat omnem diem. Vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundet. Qui ſapit diē, domino ſapit: & qui manducat, domino manducat. Gratias enim agit deo. Et qui non manducat, domino non manducat, & gratias agit deo. Nemo enim noſtrum ſibi viuut, & nemo ſibi moritur. Siue enim viuimus, domino viuimus: ſiue morimur, domino morimur. Siue ergo viuimus, ſiue morimur, domini ſumus. In hoc enim Chriſtus mortuus eſt, & reſurrexit: vt & viuorum & mortuorum dominetur. Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare ſpernis fratrem tuū? Omnes enim ſtabimus ante tribunal dei. Scriptum eſt enim: Viuo ego dicit dominus, quoniam mihi ſteterit omne genu: & omnis lingua conſitebitur deo. Itaque vnusquiſque noſtrum pro ſe rationem

HH ij

† 24. q. 3. Cer- tu eſt. Cū er- go, cū ſancti. ¶ 1. Per. 3. a. ¶ 1. Per. 3. b. ¶ 1. Per. 3. c. ¶ 1. Per. 3. d. ¶ 1. Per. 3. e. ¶ 1. Per. 3. f. ¶ 1. Per. 3. g. ¶ 1. Per. 3. h. ¶ 1. Per. 3. i. ¶ 1. Per. 3. j. ¶ 1. Per. 3. k. ¶ 1. Per. 3. l. ¶ 1. Per. 3. m. ¶ 1. Per. 3. n. ¶ 1. Per. 3. o. ¶ 1. Per. 3. p. ¶ 1. Per. 3. q. ¶ 1. Per. 3. r. ¶ 1. Per. 3. s. ¶ 1. Per. 3. t. ¶ 1. Per. 3. u. ¶ 1. Per. 3. v. ¶ 1. Per. 3. w. ¶ 1. Per. 3. x. ¶ 1. Per. 3. y. ¶ 1. Per. 3. z.

† Deut. 32. b. ¶ Heb. 1. d. ¶ 1. Prou. 25. e.

† 11. q. 1. Ma- gnum. ¶ 22. q. 1. Moue- re. ¶ 25. q. 5. Pro- deſt. ¶ 1. Per. 5. e. ¶ 23. q. 1. Quid culpatur.

† Mat. 22. d.

† Ioan. 3. a.

† Exod. 20. e. ¶ Deut. 5. b.

† Galat. 5. e. ¶ Matth. 22. g. ¶ Leuit. 19. d. ¶ Marc. 12. c. ¶ Iacob. 2. q.

† 44. diſt. c. 3. ¶ Leuit. 21. f. ¶ Galat. 5. e. ¶ 1. Per. 2. b. ¶ Deoſt. diſt. 7. ¶ Non medio- citer.

† Iacob. 4. e. ¶ 2. q. 1. Multi- c. ¶ Deus omni- potens. ¶ 72. q. 1. ca. 1. ¶ 4. cap. ¶ Si non ex ſi- dei merito. ¶ 39. q. 9. Nul- lum. ¶ 76. di. ¶ Vinā.

† Iacob. 4. e.

† De pa. & re- mit. Cū ex eo ¶ 1. Iſt. 45. d. ¶ Philip. 2. b.

[d. Quoniam ſeruientes, non ta- men paſſim & impoſtore verba dei ingeratis, ſed tempore, i oportunitate ſeruientes. Gloſa ord. ibidem.] ¶ e. In calamitatibus enim cum proximo dolere, multum nobis apud deum ſudicium praebet. Merentium enim ſocietas gra- uem triſticia vehementer au- ferre conſuevit. Sicut enim in onere ſiquis ponderis partē ſu- ſeeperit, ſoli ſerenti ſarcinam leuauit, ſic & in omnibus aliis. Chryſ. ad populum Antioch. 60. 67. ¶ 6. Idem alij in aliis. ¶ 7. Superbi. ¶ 8. Viſcentes. ¶ 9. Hoc eſt, declinemus eam, ne nos illa corripiat. Ambroſ. de Ioseph. cap. 1. ¶ g. Clarum eſt quia non per nos, ſed pro nobis accidunt cuncta iſta quae de dei indignatione deſcendunt. Penam de aduer- ſis ille ſcribit, cui & laetitia & gloria omnis in mundo eſt. Cy- prian. contra Demetrianum. ¶ 9. Vindicta. ¶ a. Ita non in occasione fruſtran di martyri iuber te ſubiici pote- ſtatibus, ſed in prouocatione bene viuendi etiā ſub illorū re- ſpectu, quaſi adiuſtū iuſticiae, quaſi miniſtrarum diuini iudi- cii, hic etiam de nocētiis pra- iudicandis. ¶ Teren. Scornico. aduerſus Gnoſticos. ¶ 1. Exiſtunt poteſtates, a deo or- dinatae ſunt. ¶ b. Puniantur peccata etiam per populos, ſicut legimus, quia ſae- pe alienigenis dei iuſtū excita- tis propter diuina maieltatis offenſam ſubiectus eſt populus Iudaeorum. ¶ Ambroſ. de Cain & Abel. lib. 2. cap. 4. ¶ c. Propter hoc & ipſi magiſtra- tus indumentum iuſticiae leges habentes, quaeunque iuſt & legitime fecerint, de his non in- terrogabuntur, neque poenas da- bunt. Quaeunque autē ad euer- ſionem iuſtitię iniquae & impię co- tra legem & more tyrannico exerceantur, in his & peribunt iuſto dei iudicio ad omnes ei- qualiter perueniente, & in nul- lo deſiciente. Irenaeus lib. 5. ¶ 2. Neceſſitati. ¶ d. Synagoga nox eſt, dies eccle- ſia eſt, vnde & Paulus dicit: Nox praeredit, dies autem ap- propinquauit. Bona lux quae perſiſta excuſis caliginem, ſi- dei diem fecit. Ambroſ. de vir- ginibus lib. 3. ¶ 3. Appropinquabit. ¶ 4. Sicut, vel tanquam. ¶ 5. Infirmum eſt, dicit qui pro- pterea quōd Iudei prohibita ſunt, timet edere. Hinc ergo remittit iudicio ſuo, ne ſcanda- liſ paſſus a charitate quae quaſi mater eſt animatum, recedat eū mentis perturbatione, cū Chri- ſtiani pacifici debeant eſſe & quieti Ambroſ. ibidem. ¶ 6. Ad diuinationes diſcepta- tionum. ¶ 7. Olera manducant. ¶ 8. Recte feſta eccleſia colunt, qui ſe eccleſia filios eſſe reco- gnoſcunt. Aug. Sermo. 25. de tempore. ¶ 9. Idem. ¶ \* Et qui non ſapit diem, domi- nio non ſapit. ¶ a. Cum autem humano arbitrio viter controuerſam fieri, quan- to magis diuino. Ita ſciebat quosdam caſtigatores, & inter- dittores vitius inculcare, qui ex- falſitudo, non qui ex officio ab- ſtinerent: probare verū qui in honorem, non qui in conuulſis creatoris. Et ſi claus macelli ri- bi tradidit permittens eſui om- nia ad conſtituendum idolo- thorum exceptionem, non ta- me in macello regnū dei inclu- ſit: Nec enim, inquit, eſus aut potus eſt regnum dei, & ſcila nos deo non comendat: non vt de arida didum pure, ſed potus de vincta & aduſata. Ter- tull. de ieiunio contra phyſicos ¶ \* Et reuixit

reddet deo.<sup>d</sup> Non ergo amplius inuicem iudicemus. Sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum. Scio, & confido in domino Iesu, quia nihil commune per ipsum: nisi ei qui existimat quid commune esse, illi commune est. Si enim propter cibum frater tuus contristatur: iam non secundum charitatem ambulat. † Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est. Non ergo blasphemetur bonum nostrum. Non est enim regnum dei esca & potus: sed iustitia, & pax, & gaudium in spiritu sancto. Qui enim in hoc seruit Christo, placet Deo, & probatus est hominibus. Itaque quæ pacis sunt sectemur: & quæ ædificationis sunt, in inuicem custodiamus. Noli propter escam destruere opus dei. † Omnia quidem sunt munda: sed malum est homini qui per offendiculum manducat. † Bonum est non manducare carnem & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur. Tu fidem habes penes te ipsum, habe coram deo. Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat. Qui autem discernit, si manducauerit damnatus est, quia non ex fide. † Omne autem quod non est ex fide, peccatum est.

*Maiores minorum tolerant infirmitates exemplo Christi Iudeos & gentes suscipientes: Paulus tandem se excusat circa presumptionem suam Romanos arguendo & eos tarde visitando.*  
XV.

**N**obis placere. Vnusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum, ad ædificationem. Etenim Christus non sibi placuit: sed sicut scriptum est, † Improperia improperantium tibi, ceciderunt super me. Quæcunque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: ut per patientiam & consolationem scripturarum, spem habeamus. Deus autem patientiæ & solarij, † det vobis id ipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christum: ut vnanimis, vno ore honorificetis deum & patrem domini nostri Iesu Christi. Propter quod suscipite inuicem: sicut & Christus suscepit vos in honorem dei. Dico enim Christum Iesum, ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem dei ad confirmandas promissiones patrum: gentes autem super misericordia honorare deum, sicut scriptum est: † Propterea confitebor tibi in gentibus domine, & nomini tuo cantabo. Et iterum dicit: Lætamini gentes cum plebe eius. Et iterum: † Laudate omnes gentes dominum, & magnificate eum omnes populi. Et rursus Isaias ait: † Erit radix Iesse, & qui exurget regere gentes, in eum gentes sperabunt. Deus autem spei repleat vos omni gaudio & pace in credendo: ut abundetis in spe & virtute spiritus sancti. Certus sum autem frater mei & ego ipse de vobis, quoniam & ipsi pleni estis dilectione, ] repleti omni scientia, ita ut possitis alterutrum monere. Audacius autem scripsi vobis fratres ex parte, tanquam in memoriam vos reducens, propter gratiam quæ data est mihi à deo, & ut summi minister Christi Iesu in gentibus, sanctificans ] Evangelium dei: ut fiat obligatio gentium accepta & sanctificata in spiritu sancto. ] Habeo igitur gloriam in Christo Iesu ad deum. Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non efficit ] Christus in obedientiam gentium, verbo & factis in virtute signorum & prodigiorum, in virtute spiritus sancti: ita ut ab Ierusalem per circuitum vsque ad Illyricum repleuerim Evangelium Christi. Sic autem prædicaui Evangelium hoc, non vbi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum ædificarem: sed sicut scriptum est: † quoniam quibus non est annunciatum de eo, videbunt: & qui non audierunt de eo, intelligunt. Propter quod & impediebar plurimum venire ad vos: & prohibitus sum vsque adhuc. ] Nunc verò ulterius locum non habens in his regionibus, cupiditatem autem habens veniendi ad vos ex multis iam præcedentibus Iannis, † cum in Hispaniam proficisci cœperem, ] spero quod præteriens videam vos, & à vobis deducar illuc, si vobis primum ex parte fruitus fuero. Nunc igitur proficiscor in Ierusalem ministrare sanctis. Probauerunt enim Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt in Ierusalem. Placuit enim eis: & debitores sunt eorum.

† Nam

d. Non usurpemus nobis quod ad nos non pertinet. Non reprehendamus ea que necimus quo animo fiant vel etiam si a peccata non ita reprehendamus ut de sanitate desperemus. Vnde dicitur Luc. 6. Nolite iudicare & non iudicabimini. Glosa or. ibidem.]  
 3. Alius aliam.  
 e. Bonum est in cibo cum gratia & ratione sumere quicquid deus edendū præcepit. Abstinerent autem ab aliquibus non quasi à malis, sed quasi non necessariis, non est malum. Modestari verò carniū vitium pro necessitate & tempore, propriū Christianum est. Et paulo post: Sacra virginitati in aptis conueniunt: aut pro amore castigandi corporis abstinentibus à vino vel carniū nil credere meriti acceleare, non hoc Christiani, sed Ioviniani est. Aug. de definitionibus orthodoxo 6. c. l. i.  
 4. Vestrum.  
 5. Ne propter cibum destruas, \* Quicquam.  
 \* Quam.  
 f. Non ex fide, quæ per charitatem operatur. Quicquid ergo alium destruit, ex fide non est, & ideo peccatum. Hier. ibid. \* Manducat.  
 a. Si portare vel sustinere & curare, secundum id quod scriptum est: Languores nostros ipse portauit, non quod in se hæc ille suscepit, sed quod eos in quibus hæc erant curauerit. Etiam hoc in loco penitentia modus, & ratio conuenit, per quam rationem qui infirmos sunt, à valentibus adhibita diligentia curabuntur. Basil. regulæ breuius interrogatio. 177.  
 1. Infirmitates impotentium portare.  
 b. Si quis ad nostram admonitionem vel doctrinam de omnibus dilexit, attendamus sicut conuenit attendere. Suorum quique vulnerum remedia ex diuini scripturis eligat: & si notum curat, partem saltem hodie, partem cras, deinde totum abluat: Quin & de penitentia, de confessione, & de elemosyna & de iustitia & de continentia, & de omnibus inueniet multa exempla. Chrys. in 13. ca. Act. Apoll.  
 c. Deus spei in quo sperandum est, repleat vos omni gaudio, scilicet spirituali id est, de deo. Nehem. 8. Gaudium enim Domini est fortitudo vestra, per quæ homo in seipso, & ad Deum & ad proximum est pacatus. Psal. 118. Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum in cresendo. q. d. ut cum hoc quod creditis etiā pacem & gaudium habeatis: quæ quidem sunt charitatis effectus S. Thomas.]  
 2. Bonitate.  
 3. Ad ministrum.  
 4. et spiritum sanctum.  
 d. Quid ergo tibi ne concedita est Gentium oblatio? Vtique, inquit, & gloriarī possum de his quæ in illis operatus sū. Gloriarī verò mea non est in me, hoc est in virtutibus & potentia mea, sed in Christo Iesu. Etenim si quid dixero, aut gloriatus fuero, nihil aliud audebo dicere quàm ea quæ per me Christus effecit. Occumenius ibidem.  
 5. Efficit.  
 e. Hæc propagatio ex cap. 1. superiorī allata est per quendam gloriatorum.  
 f. Vt si proficiscar in Hispaniam veniam ad vos.  
 g. Sancti erūt in Ierusalem qui omnibus suis distractis, & ante pedes apostolorum depositis, orationi, contemplationi, ac doctri-næ vacabant, sed illius ibid.

† 1. Cor. 8. d  
 † Tit. d  
 † Dist. 35. Epi scopus. 1. Cor. 8. d  
 † 1. quæst. 7. Non sanct. 28. quæst. 1. Omnes. De pecc. dist. 3. Quærat. De ref. spo. Litera tuas.  
 † Psal. 68. d  
 † 1. Cor. 13. b  
 † 1. Re. 12. d Psal. 17. g. Deut. 32. f  
 † Psal. 116. a  
 † Isa. 52. d  
 † 22. quæst. 1. Beatus.

†1. Cor. 9. b  
 c  
 † AA. 13. a. g  
 † Philip. 3. d  
 † AA. 16. a

† Nam si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles, debent & in carnalibus ministrare eis. Hoc igitur cum consumauiero, & assignauiero eis fructum hunc, per hos proficiscar in Hispaniam. <sup>h</sup> Scio autem quoniam veniens ad vos in abundantiam benedictionis Christi veniam. Obsecro ergo vos fratres per dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem sancti spiritus, vt adiuuatis me in orationibus ad deum, vt liberer ab infidelibus qui sunt in Iudæa, & obsequij mei oblatio accepta fiat in Ierusalem sanctis, vt veniam ad vos in gaudio per voluntatem dei, vt refrigerer vobiscum. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. Amen.

Eg. Quia prædicatio euangelij exiit ab Ierusalem, vt sapus supra dictum est, debent en carnalibus i. necessariis ad vitam corporali ministrari. De I. yra. ] h. Sciens Apostolus quoniam propter prædicationem Christi Romam viatus ducebat, erat in abundantia benedictionis prædicat. Et esse venturum. Vel certe quoniam sibi cõfatus erat nihilominus se habere gratiam ab alijs apostolis. Hieron. ibidem.  
 \* Euangelij.

Commendat apostolus quosdam Romanorum ob quasdam eorum excellentias nominatim salutandos, quosdam verò vitandos hortatur. X VI.

A  
 B  
 C  
 D

**O**mmèdo autem vobis <sup>a</sup>. Phœben sororem nostram, quæ est in ministerio Ecclesiæ, quæ est in Cêchreis: vt eam suscipiatis in domino dignè sanctis: ] & assistatis ei in quocunq; negotio vestri indiguerit. Etenim ipsa quoque assistit multis, & mihi ipsi. † Salutate <sup>b</sup> Priscam & Aquilam adiutores meos in Christo Iesu: (qui pro anima mea suas ceruices supposuerunt, quibus non solus ego gratias ago, sed & cunctæ Ecclesiæ gentium: ) & domesticam Ecclesiam eorum. Salutate <sup>c</sup> Ephnetum ] dilectum mihi: qui est primitiuus Ecclesiæ Asiae in Christo Iesu. Salutate Mariam, quæ multum laborauit in vobis. ] Salutate Andronicum & Iuliam ] cognatos & concaptiuos meos, qui sunt nobiles in Apostolis, ] qui ante me fuerunt in Christo. <sup>d</sup> Salutate <sup>e</sup> Ampliatum ] dilectissimum mihi in domino. Salutate Vrbanum adiutorem nostrum in Christo Iesu, & Stachim dilectum meum. Salutate Appellem probum in Christo. Salutate eos qui sunt ex Aristoboli domo. Salutate Herodiõnem cognatum meum. Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt in domino. <sup>f</sup> Salutate Triphenam & Triphõsam, quæ laborant in domino. Salutate Persidam charissimam, quæ multum laborauit in domino. Salutate Rufum electum in domino, & matrem eius & meam. Salutate Asyncritum, Phlegontam, Hermam, Patrobam, <sup>g</sup> Hermam: ] & qui cum eis sunt fratres. <sup>h</sup> Salutate Philologum, & Iuliam, Nereum & sororem eius, & <sup>i</sup> Olympiadem: ] & omnes qui cum eis sunt, sanctos. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant vos omnes Ecclesiæ Christi. <sup>k</sup> Rogo autem vos fratres, vt obseruetis eos qui dissensiones & offendicula præter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt: & declinate ab illis. † Huiuscemodi enim Christo domino nostro non seruiunt, sed suo ventri: & per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium. Vestra enim obedientia, <sup>l</sup> in omni loco ] diuulgata est. Gaudeo igitur in vobis, sed volo vos sapientes esse in bono, & simplices in malo. Deus autem pacis conterat Sathanam sub pedibus vestris velociter. <sup>m</sup> Gratia domini nostri Iesu Christi vobiscum. † Salutat vos Timotheus adiutor meus: & Lucius, & Iason, & Sosipater cognati mei. Saluto vos ego Tertius, qui scripsi epistolam in domino. Salutat vos Caius hospes meus, & <sup>n</sup> vniuersa Ecclesia. ] Salutat vos Erastus <sup>o</sup> Archarius ciuitatis, ] & Quartus frater, Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen. Ei autem qui potens est vos confirmare iuxta Euangelium meum, & prædicationem Iesu Christi secundum reuelationem <sup>p</sup> mysterij temporibus æternis taciti (quod nunc patefactum est per scripturas Prophetarum secundum præceptum æterni dei ad obedientiam fidei) in cunctis gentibus cogniti, soli sapienti deo per Iesum Christum, cui & honor & ] gloria in secula seculorum ] amen.\*

INCIPIT PROLOGVS IN EPISTOLAM ad Corinthios.

**O**mnibus sunt Achaici, & ij similiter ab Apostolo audierunt verbum veritatis, & subuersi sunt multipliciter à falsis Apostolis. Quidam à Philosophie verbosa eloquentia, alij secta legis Iudæicæ inducti sunt. Hos reuocat Apostolus ad veram fidem, & euangelicam sapientiam, scribens eis ab Epheso per Timotheum, discipulum suum.

d. Vide quantum illam honoret. Nam illam & ante reliquos omnes commemorat, & locorem vocat. Non est autem modici momenti Pauli sororem vocari. Dignitate quoque adiecit ministram illam vocans. Chryc. ibidem.  
 i. Christo, ita vt deceat sanctos.  
 b. Hi ex Iudæis fuerunt, qui erederent facti sunt socij laboris apostoli: quia rectè crederent, vt etiam ipsi exhortarentur ceteros ad fidem rectam. Ambro. ibidem.  
 2. Epnetum.  
 3. Achais.  
 c. Docet etiam in hoc feminas debere pro ecclesijs dei laborare. Nam & laborant cum doctore adolescentulus fortis esse, diligere viros suos, filios nutrire, puicas esse, castas, domum bene regentes, benignas, subditas viris suis, hospitio recipere, tanctorum pedes lauare. Sedulius ibidem.  
 4. In nobis, vel erga nos.  
 5. Iuliam.  
 6. Inter apostolos.  
 7. Ampliam.  
 8. Ponit exempla operationis bonæ, & pium in administratione bonorum temporalium & corporali. Et nominat tres matronas, quæ talia exercebant: erat enim consuetudo apud matronas denotas hoc facere. Veruntamè quia tertia alia dicitur in hoc opere præcellerat, ideo de ea dicitur: quæ multum laborauit in amore domini. De I. yra. ibidem. ]  
 9. Hermen.  
 10. Olympiam.  
 e. Ex hoc loco trahere quidam putauerunt vitandas traditiones humanas aduersus quos laici in illis doctores. Imprimis hæc traditio inquit, ecclesiastica, præsertim quæ filio nõ officium, in obsequio habet: vt à maioribus sit tradita. Nec aliorum vt priscicum consuetudines, aliorum contrario more sunt subuertendæ.  
 Hier. ad Lucinium Bechicum. Item August. ad lanuarium: Si quid per orbem frequenter ecclesia, quin ita faciendum sit disputare in solentissima infante est. Idem ibidem.  
 10. In omnem locum.  
 11. Totius ecclesiæ.  
 12. Aerarius quæstor.

 dominum? Nunquid fortiores illo sumus? Omnia mihi licent, sed non omnia expedi-<sup>† De cōf. di.</sup>  
 unt. †<sup>2. Relatum.</sup>  
 Omnia mihi licent, sed non omnia ædificant. † Nemo quod suum est, quæ-<sup>† Deur. 12. e</sup>  
 rat, sed quod alterius. Omne quod in macello venit, manducate: nihil interrogantes  
 propter conscientiam. † Domini est terra & plenitudo eius. † Si quis vocat vos infide-<sup>† 14. q. 4. Non</sup>  
 lium, \* & vultis ire omne quod vobis apponitur manducate: nihil interrogantes pro-<sup>facti.</sup>  
 pter conscientiam. † Si quis autem dixerit: hoc immolatum est idōlis: nolite mandu-<sup>† Eccl. 37. d</sup>  
 care propter illum qui indicauit, & propter conscientiam. \* Conscientiam autem  
 dico, non tuam, sed alterius. Ut quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscien-<sup>Sup. 6. c</sup>  
 tia? Si ergo cum gratia participo: quid blasphemor pro eo quod gratias ago? † Si-<sup>Infra 13. b</sup>  
 tue ego manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis, \* omnia in gloriam Dei facite.  
 Sine offensione estote Iudæis & gentibus, & Ecclesiæ Dei: sicut & ego per omnia  
 omnibus placeo, non quærens quod mihi vile est, sed quod multis, ut salui fiant.

*Corinthij circa Eucharistie ritum habitu, conuentu, & conuictu eius dignita-  
 tem quo ad institutorem, institutionem & eius effectum non attendentes, gra-  
 uiter errabant. X I.*



Mitatores mei estote, sicut & ego Christi. Laudo autem vos fratres, quod  
 per omnia mei memores estis, & sicut tradidi vobis, præcepta mea tene-  
 tis. Volo autem vos scribere, †<sup>† quod omnis viri caput Christus est: caput</sup>  
 autem mulieris vir. Caput Christi verò Deus. Omnis vir orans aut pro-  
 phetans velato capite, † deturpat] caput suum. † Omnis autem mulier orans aut pro-  
 phetans non velato capite, deturpat caput suum. Vnum enim est, ac si †<sup>† decaluetur.]</sup>  
 Nam si non velatur mulier, tondeatur. Si verò turpe est mulieri tonderi aut †<sup>† decaluar-</sup>  
 ri,] velet caput suum. Vir quidem non debet velare caput suum: quoniam †<sup>† imago</sup>  
 & gloria Dei est, mulier autem gloria viri est. Non enim vir ex muliere est, †<sup>† sed mu-</sup>  
 lier ex viro. Etenim non est creatus vir propter mulierem: sed mulier propter virum.  
 † Ideo debet mulier velamen habere supra caput suum, & propter angelos. Verunta-<sup>†</sup>  
 men neque vir sine muliere, neque mulier sine viro in domino. Nam sicut mulier de  
 viro, ita & vir per mulierem. Omnia autem ex Deo. Vos ipsi iudicate: deget mulierem  
 non velatam

† Exod. 32. b  
 † Num. 25. b  
 † Num. 21. b  
 † Num. 16. g  
 † Iudith 9. c  
 † 49. dif. Hæc  
 † De pag. di. 2  
 Inter. iac.  
 † De cōf. di.  
 2. Relatum.  
 † Deur. 12. e  
 † 14. q. 4. Non  
 facti.  
 † Eccl. 37. d  
 Sup. 6. c  
 Infra 13. b  
 † Psal. 23. a  
 † 9. q. 4. Tur-  
 batur.  
 † Jo. dicit. Si  
 quis carnem.  
 † Col. 3. \*



non velatam orare deum? °Nec ipsa natura docet vos, quod vit quidem si comā nutriat, ignominia est illi: mulier verò si comam nutriat, gloria est illi, quoniam capilli pro velamine ei dati sunt? Si quis autem videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque <sup>†</sup> Ecclesia ] Dei. Hoc autem præcipio non laudans, quod non in melius, sed in deterius conuenitis. Primum quidem conuenientibus vobis in Ecclesiam, audio <sup>†</sup> scissuras ] esse inter vos, & ex parte credo. <sup>†</sup> Nam oportet \* hærefes esse: vt & qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. <sup>†</sup> Conuenientibus ergo vobis in <sup>†</sup> vnum ] <sup>†</sup> <sup>†</sup> iam ] non est dominicam cœnam manducare. \* Vnusquisque enim suam cœnam præsumit ad manducandum. Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum? Aut ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? In hoc non laudo. Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis: quoniam Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem & gratias agens fregit & dixit: <sup>†</sup> Accipite & manducate. °Hoc est corpus meum quod pro vobis <sup>†</sup> tradetur. ] <sup>†</sup> Hoc facite in meam commemorationem. <sup>†</sup> Similiter & calicem, postquam cœnauit, dicens: Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. Hoc <sup>†</sup> facite quotiescunque bibetis, in meam commemorationem. \* Quotiescunque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annuntiabitis, donec veniat. <sup>†</sup> Itaque quicumque manducauerit panem \* & biberit calicem domini indignè: reus erit corporis & sanguinis domini. <sup>†</sup> Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. <sup>†</sup> Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini. Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Quod si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique diiudicaremur. Dum iudicamur autem, à domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. <sup>†</sup> Itaque fratres mei, cum conuenitis ad manducandum, inuicem expectate. Si quis esurit, domi manducet: vt non in <sup>†</sup> iudicium ] conueniatis. Cætera autem cum venero, disponam.

† 1. q. 1. c. Saluatur.  
 2. q. 1. c. fin.  
 3. q. 1. c. fin.  
 Quando.

† Matt. 26. c.  
 Marc. 14. c.  
 Luc. 22. b.  
 Heb. 9. c.  
 1. De cœn. d. 2.  
 c. Liquido  
 Scriptura.  
 Joan. 6. f.  
 15. di. c. fin.

† 1. q. 1. c. 2.  
 Quomodo.  
 De cœn. d. 2.  
 c. Timorem.  
 Et sancta  
 malis.  
 12. Cor. 13. b.  
 1. q. 1. Ad  
 mensam.  
 1. De cœn. d. 2.  
 c. Timor.  
 Et sancta  
 malis.  
 1. De cœn. d. 2.  
 a. Liquido.

[c. Quia eius traditionem non seruauerunt quod eis succenset, iam nō ex auctoritate traditionis iuadet, sed ex natura nō docet, quia si vit comam nutriat, ignominia est illi. Ideo gloria mulieri, quia naturaliter habet pro velamine. Coma enim velaminis indicium est, vt natura volūtas addatur. Et ideo vit non naturaliter comatus, quia non est velatus, & lex prohibet vitum esse comatum. Gloria ordinata. ibidem.]  
 4. Ecclesia.  
 5. Dissidia.  
 d. Non q̄ hærefes Deo placeat, sed quod per eas fideles exerceantur: vt qui Deo non sunt, hominibus manifestentur. Sedulius. ibidem.  
 \* Inter vos.  
 6. Eundem locum.  
 [c. Cœna enim domini est communis toti familia, vnusquisque autem vestrum sumit eam non quasi communem, sed quasi propriam, dum sibi vult vendicare quod deo obtulit. Et hoc est quod subdit: Vnusquisque præsumet, &c. S. Tho. ibid.]  
 7. Præcipitur.  
 8. Vides ergo qualem operatorius sit sermo Christi. Si ergo tanta vis est in sermone Christi, vt incipere esse que non erant, quomodo operatorius est vt sint que erant, & in aliis commutentur? Sic non erat corpus Christi ante consecrationem, sed post consecrationem, dico tibi quod iam est corpus Christi. Ipse dixit & factum est. Ambro. de sacramento. lib. 4. cap. 4.  
 g. Ergo quotiescunque accipimus, mortem domini annuntiamus. Quod si mortem domini annuntiamus, annuntiamus remissionem peccatorum: si quotiescunque effunditur sanguis, in remissionem peccatorum iudicatur, debeat illam semper accipere, vt semper mibi peccata dimittantur. Qui semper peccat, debeat semper habere medicinam. Ambro. lib. 4. cap. 6. de Sacram.  
 \* Hunc.  
 8. Condemnationem.

*Gratie gratis datæ à spiritu sancto ad dona, ad ministraciones & operationes profectæ non sunt ignorandæ, quæ ad corporis naturalis instar commodè ordinantur.*  
 XII.

† Dis. 15. San. da Romana ecclesia.  
 1. q. 1. c. 1.

**E** <sup>†</sup> spiritualibus autem, nolo vos ignorare fratres. Scitis autem <sup>†</sup> quoniam cum gentes essetis, ] ad simulachra muta prout ducebamini, <sup>†</sup> euntes. ] Ideo notum vobis facio, <sup>†</sup> quod nemo in spiritu Dei loquens dicit anathema <sup>†</sup> Iesu. ] Et nemo potest dicere: <sup>†</sup> dominus Iesus nisi <sup>†</sup> in spiritu sancto. ] Diuisiones verò gratiarum sunt, idem autem spiritus. Et diuisiones ministracionum sunt, idē autem dominus. Et diuisiones operationū sunt, idem verò Deus qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem datur manifestatio spiritus, ad vtilitatem. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij autem sermo scientiæ, secundum eundem spiritum. Alteri fides <sup>†</sup> in eodem spiritu, ] alij gratia sanitarum, in vno spiritu. \* Alij <sup>†</sup> operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarū, alij interpretatio sermonum. <sup>†</sup> Hęc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis <sup>†</sup> prout vult. Sicut enim corpus vnum est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis, cum sint multa, vnum tamen corpus sunt: ita & Christus. Etenim in vno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue gentiles, siue serui, siue liberi, & omnes in vno spiritu potati sumus. Nam & corpus non est vnum membrum, sed multa. Si dixerit pes, quoniam non sum manus, non sum de corpore: num ideo non est de corpore? Et si dixerit auris, quoniam non sum oculus, non sum de corpore: num ideo non est de corpore? <sup>†</sup> Si totum corpus oculus, vbi auditus? <sup>†</sup> Si totum auditus, vbi odoratus? Nunc autem posuit Deus membra vnumquodque eorum <sup>†</sup> in corpore, sicut voluit. Quod si essent

† Rom. 12. b.  
 Eph. 4. a.  
 8. di. c. Singula.

1. Quod cum gentes fuisset.  
 2. Abducti fuisset.  
 3. Iesum.  
 4. Dominum Iesum.  
 5. Per spiritum sanctum.  
 a. Hic est enim spiritus qui prophetas in ecclesia constituit, magistros erudit, linguas dirigit, virtutes & sanitates facit, opera mirabilia generat, discretiones spirituum posuit, gubernaciones constituit, cõsilia suggerit, que que alia sine charismatum dona cõponit & digerit. Idem ecclesiam domini vindicat & in omnibus perfectam & cõsummatam facit. Tertul. de trini.  
 6. Per eundē spiritum, & infra.  
 7. Operationis potestatem.  
 b. Hoc est libera voluntatis arbitrio, non pro necessitate obsequio. Et diuidit spiritus non mediocriter, sed que deus cõstituit operari, gratiam curacionis, & operationem virtutum. Ergo diuidit spiritus, prout vult, filius Dei non liberat, quē vult. Ambro. de fide. lib. 2. cap. 3.  
 c. Vnde pulchre dicit Apostolus: Si totum corpus oculus, vbi auditus? Si totum auditus, vbi odoratus? Omnes ergo vnū corpus sumus, & diuersa membra, sed omnia corpori necessaria. Non enim potest membrum membro dicere, non es mihi necessarius: quoniam ipsa que videtur infirmiora membra esse, maiorem partemque tuendi se requirunt sollicitudinem, & si quid dolet membrum vnum, cõpatiuntur ei membra omnia. Vnde quāquam graue est vt detrahantur aliquid ei cui nos compati oportet, & cui debemus cõsuetudinem ministerij, ei fraudi & noxæ simus. Ambro. Offic. lib. 1. cap. 3.  
 \* Sigillatim.

[d. Singulis dari dona ad vnus corpus Christi comoditatem. Diuersitas illa non facit schisma, vt arbitratu heretici, ordines ecclesiasticos scilicet vocat. Loricus ibidem.]  
 8. Imo potius.  
 e. Apostolus docet alia membra esse honestiora, alia verecundiora: & que verecundiora sunt, maiori honestate circūdari, que verò per se honesta, nisi non indigere sollicitudine. Eiusdem ne oritur arbitrarie & meritis os & alium, oculos & meatus per quos sinus egerit & vrina: Vnde & stultè asserere voluit omnia membra aequaliter nos diligere: nec oculum præponere digito, nec manum auricula, sed in singulorum amissione membrorum dolorē esse communem. Hieronymus, aduersus Iovinian. lib. 2.

\* Simul.  
 g. Inuicem alia pro aliis eadem sollicitudinem membra gecant. 10. Potestates & infra. ff. Consequenter manifestat diuina distinctione, per hoc quòd tunc non omnes administrationes ista concedebantur omnibus, sed diuersis, sicut distinctis distinctis membris corporis. De Lyra.]

g. Et verò ipsa charitas est via, que ducit per se ambulantes ad patriam: quia sicut sine via peruenit nullus quòd tendit, ita sine charitate que dicitur est via, non ambulare possunt homines, sed errare. Prosper de vita cōtempnitiua, cap. 13.  
 a. Apostolus manifestè nobis dilectionis bonum commendat: cum quòd decernit cōsummationis legis esse dilectionē, tum quòd dilectionis bonum omnibus reliquis vult magnis opponit, vbi dicit: Si linguis hominū loquar & angelorum, charitatis verò non habeam, &c. Basilus epist. 75.

1. Vt comburatur.  
 b. Enarrat charitatis insignia, quibus dignosci potest: ostendens quòd non solum eas que germinarunt affectiones extirpat. Oecumenius ibidem.

\* Inuidet.  
 3. Est prociac.  
 c. Quod quidam malè intelligentes in errorem ceciderunt dicentes, quòd charitas seculi habita nūquam potest amitti, cui videtur cōsona re quòd dicitur. 1. Ioh. 3. Omnis qui natus est ex Deo, peccati non facit, quoniam seruen ipsius in eo manet: sed huius dicit primo quidem sententiā falsā est. Vnde sensus est, quòd sicut Charitas est in statu via, ita remanet in statu patriæ. S. Tho. ibid.]

d. Tunc reuelata facie gloriam Dei speculari licebit, quā nunc animæ corporis huius cōcretis viscibus inuoluta, ex quibusdam carnis huius maculis & cōsolationibus obumbratæ, hinc videri non possunt. Ambro. de bono mortis, cap. 11.  
 4. His.

a. Hoc est vt prædicetis. Ideo autem prædicatio prophetia dicitur. Sicut enim prophetia in tribus temporibus continetur: ita & prædicatio in præsentia corrigit, & præteritas sanctorum passionis in memoriam reuocat: & de penis simulque futuris terret & consolatur. Sedul. ibidem.  
 z. Spiritu.  
 b. Per id enim quòd fortè solus scit quòd loquitur, se solū edificat. Nā qui prophetat, omnem plebem edificat, dum intelligitur ab omnibus quid loquatur. Prophetas dicit interpretes scripturarum. Sicut enim propheta futuri prædicat, que nescitur, ita & hic dum scripturam sensum, qui multis occultus est, manifestat, dicitur prophete. Ambro. ibidem.  
 z. Per reuelationem, & sic de loquen.  
 \* Tibia.

omnia vnum membrum, vbi corpus: <sup>d</sup> Nunc autem multa quidem membra, vnum autem corpus. Non potest autem dicere oculus manui, opera tua non indigeo: aut iterum caput pedibus, non estis mihi necessarij. <sup>8</sup> Sed multo magis ] quæ videntur <sup>c</sup> membra corporis infirmiora esse, necessaria sunt. Et quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, iis honorē abundantiorē circūdamus. Et quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorē honestatē habent. Honestā autem nostra nullius egent. Sed deus <sup>\*</sup> temperauit corpus, ei cui deerat, abundantiorē tribuendo honorem: vt non sit schisma in corpore: sed <sup>9</sup> in idipsum proinvicem sollicita sint membra. ] <sup>†</sup> Et si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra, siue gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra. <sup>†</sup> Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro. Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia: primū Apostolos, secundo Prophetas, tertio doctores, deinde <sup>10</sup> virtutes, ] exinde gratias curationum, opulationes, gubernationes, genera linguarū, interpretationes sermonum. <sup>f</sup> Nūquid omnes Apostoli? Nunquid omnes Prophetæ? Nunquid omnes doctores? Nunquid omnes virtutes? Nunquid omnes gratiam habent curationum? Nunquid omnes linguis loquuntur? Nunquid omnes interpretantur? <sup>†</sup> Æmulamini autem charismata meliora. <sup>g</sup> Et adhuc excellentiorē viam vobis demonstro.

*Charitas virtutes & gratias supereminet omnes, sine qua nullum donum sufficit, & cum qua cuncta virtutum opera hic & in caelo complentur. XIII.*

**S** I linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut aes sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia & omnem scientiam: <sup>†</sup> & si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autē non habuero, nihil sum. Et si distribuero <sup>†</sup> in cibos pauperum ] omnes facultates meas, <sup>†</sup> & si tradidero corpus meum <sup>†</sup> ita ] vt ardeam, ] charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. <sup>b</sup> Charitas patiens est, benigna est. Charitas non <sup>2</sup> æmulatur, ] non <sup>3</sup> agit perperam, ] non inflatur, non est ambitiosa, <sup>†</sup> non querit quæ sua sunt. Non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, cōgaudet autem veritati. <sup>g</sup> Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. <sup>c</sup> <sup>†</sup> Charitas nunquam excidit. Siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum autem venerit quòd perfectū est, euacuabitur quòd ex parte est. <sup>g</sup> Cum essem paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Quādo autem factus sum vir, euacuauī quæ erant paruuli. <sup>d</sup> Videmus nūc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc. Maior autem <sup>4</sup> horum ] est charitas.

*Donum linguarum dono prophetiæ minus, ipso tamen cum interpretatione maius: a quo tamen arcet mulieres. XIII.*

**S** Ectamini charitatem, æmulamini spiritalia, magis autem vt <sup>a</sup> prophetetis. <sup>a</sup> Qui enim loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo. Nemo enim audit. <sup>1</sup> Spiritus ] autem loquitur mysteria. Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationem, & cōsolationem. <sup>†</sup> <sup>b</sup> Qui loquitur lingua, semetipsum ædificat: qui autē prophetat, Ecclesiam Dei ædificat. Volo autem omnes vos loqui linguis, magis autem prophetare. Nam maior est qui prophetat, quā qui loquitur linguis: nisi fortè interpretetur, vt Ecclesia ædificationem accipiat. <sup>g</sup> Nunc autem fratres, si venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero, nisi vobis loquar aut <sup>2</sup> in reuelatione, ] aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina? Tamen quæ sine anima sunt, vocem dantia, siue tibia, siue cithara: nisi distinctionem sonituum dederint, quomodo sciatur id, quòd <sup>\*</sup> canitur, aut quòd citharizatur? Etenim si incertam vocem dederit tuba, quis parabit se ad bellum? Ita & vos per

† Rom. 8. b. Heb. 4. d.

† Eph. 4. d.

† Inf. 14. a.

† De cōf. dit. 4. c. Soler. De p. di. 2. c. Si enim. † Dil. Si quis autem.

† 11. 3. c. Ille. Iud. † 1. 10. d. Philip. 2. c.

† De p. di. 2. c. Charitas nunquam.

† Sup. 12. j.

per linguam nisi manifestum sermonem dederitis: quomodo sciatur id quod dicitur? Eritis enim in aëra loquentes. <sup>c</sup> Tam multa, ut puta, genera linguarum sunt in hoc mundo, & nihil sine voce est. <sup>d</sup> Si ergo nesciero virtutem vocis, ero ei cui loquar barbarus, & qui loquitur mihi barbarus. Sic & vos, quoniam æmulatores estis spirituum, ad ædificationem ecclesiæ, quærite ut abundetis. ] Et ideo qui loquitur lingua, orat ut interpretetur. <sup>d</sup> Nam si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est. Quid ergo est? Orabo spiritu, \* orabo & mente. Psallam spiritu, psallam & mente. Cæterum si benedixeris spiritu, quis supplet locum idiotæ? Quomodo dicit: amen, super tuam benedictionem? <sup>e</sup> Quoniam quid dicas, nescit. Nam tu quidem bene gratias agis: sed alter non ædificatur. Gratias ago Deo meo, quod <sup>f</sup> omnium vestrum lingua] loquor. Sed in ecclesia volo quinque verba sensu meo loqui, ut & alios instruam: \* quàm decem milia verborum in lingua. Fratres, <sup>e</sup> nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote: sensibus autem paruuli estote. In lege enim scriptum est: <sup>†</sup> Quoniam in aliis linguis & labiis aliis loquar populo huic: & nec sic exaudient me, dicit dominus. <sup>†</sup> Itaque linguæ in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus: prophetiæ autem, non infidelibus, sed fidelibus. Si ergo conueniat vniuersa Ecclesia in vnum: & omnes linguis loquantur, intrent autem idiotæ aut infideles, nonne dicent: <sup>†</sup> quod insanitis? ] Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis vel idiotæ, conuincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus. Occulta enim cordis eius manifesta fiunt, & ita cadens in faciem adorabit <sup>e</sup> deum, ] pronuntians quod verè Deus in vobis sit. <sup>†</sup> Quid ergo est fratres? <sup>†</sup> Cum conuenitis, vnusquisque vestrum psalmum habet, doctrinam habet, <sup>†</sup> apocalypsim] habet, linguam habet, interpretationem habet: omnia ad ædificationem fiant. Si uel lingua quis loquitur, <sup>†</sup> secundum duos, aut <sup>†</sup> ut multum] tres, <sup>†</sup> & per partes, ] & vnus interpretetur. Si autem non fuerit interpretes, taceat in Ecclesia, sibi autem loquatur & deo. Prophetæ autem duo aut tres dicant, & cæteri diiudicent. Quod si alij reuelatum fuerit sedenti, prior taceat. Potestis enim omnes per singulos prophetare: ut omnes discant, & omnes exhortentur. <sup>†</sup> Et spiritus prophetarum, prophetis <sup>†</sup> subiectus est. ] Non enim dissensionis <sup>†</sup> est Deus, sed pacis: sicut & in omnibus Ecclesiis sanctorum—doceo. ] <sup>†</sup> Mulieres <sup>†</sup> in Ecclesiis taceant. Non enim permittitur eis loqui, <sup>†</sup> sed subditas esse, sicut & lex dicit. <sup>†</sup> Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent. Turpe est enim mulieri, loqui in Ecclesia. An à vobis verbū dei processit, aut in vos solos peruenit? Si quis videtur propheta esse, aut spiritualis, cognoscat quæ scribo: <sup>†</sup> quia domini sunt mandata. <sup>†</sup> Si quis autem ignorat, ignorabitur. Itaque fratres, æmulamini prophetare: & loqui linguis nolite prohibere. Omnia autem honestè, & secundum ordinem fiant—in vobis.]

*Christi resurrectio mortuorum arguit resurrectionem futuram, quo ad modum & quod ad qualitatem.*  
XV.

**N**otum autem vobis facio fratres, Euangelium quod prædicaui vobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & saluamini, qua ratione prædicaui vobis, si tenetis, nisi frustra credidistis. Tradidi enim vobis in primis quod & accepi, quoniam <sup>†</sup> Christus mortuus est pro peccatis nostris <sup>b</sup> secundum scripturas: <sup>†</sup> & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die, secundum scripturas: & <sup>†</sup> quia visus est Cephæ, & post hoc vndecim. <sup>†</sup> Deinde visus est plusquam quingentis fratribus simul, ex quibus multi manent vsque adhuc: quidam autem dormierunt. Deinde visus est Iacobo: deinde Apostolis omnibus. <sup>†</sup> Non uisimè autem omnium tanquam abortiuo, visus est & mihi. <sup>†</sup> Ego enim sum minimus Apostolorum: <sup>†</sup> qui non sum dignus vocari Apostolus, <sup>†</sup> quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei. <sup>†</sup> Gratia autem Dei sum id quod sum: & gratia eius <sup>†</sup> in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui. Non ego autem, sed gratia Dei mecum. Siue <sup>†</sup> enim] ego, siue illi, sic prædicaui, & sic credidistis. Si autem Christus prædicatur quod resurrexit à mortuis, <sup>d</sup> quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam

sc. Ideo in aëra, quia est inuesti-  
tu sunt genera linguarum, quod  
est tantum valet hæc locutio: si  
omnibus linguis loquerentur,  
quas nullis nunquam intelli-  
geret, & de omnibus rebus in  
vnaquaque lingua, quia nulla  
res est sine sua voce in vnaqua-  
que lingua. Glos. for. lib. 1.  
3. Excellatis.  
4. Quocumque enim illi qui  
ad sunt ignora sunt verba ora-  
tionis, tunc sine controuersia  
orantis in eis sine fructu est: qui-  
pe cum inde nemo fructum capi-  
at. Cetera autem, quando cum-  
que qui ad sunt, oratione intel-  
ligunt, quæ audientes possit iu-  
tare, tunc sine dubio, qui orat,  
fructum habet quod meliores  
sunt qui inueniunt. Basil. Regu-  
la breuioribus in cetero. 278.  
\* Sed.  
4. Quod magis quàm vos om-  
nes linguis.  
\* Potius.  
e. Et ilico neque in veteri, neque  
in nouo testamento tales admi-  
nentur ad humerum. Aug. lib.  
lib. 83, quæ. 9, 61.  
f. Linguarum donum datū est  
in signum infidelibus, & nō ad  
ædificationem fidelibus neces-  
sariam. Ex hac auctoritate con-  
fitei Apollolus hoc verbū, pro-  
phetis non professe infidelibus,  
sed fidelibus. Obserua etiā hoc  
loco quod potissimum sit deni-  
tandum in ecclesia, nō esse verbū  
Domini. Tala illi verbū domi-  
nici acutissima, eo potissimum  
sunt libranda atque mittenda,  
quo iubet Dominus apud pro-  
phetam Isa. 58. a. Annuncia pro-  
pulo meo scelera eorum. Loxi-  
chius ibidem.]  
5. Vos insanite.  
6. Eam.  
g. Quid igitur, inquit, faciendum  
est vobis? Ecce enim auditis  
domorum differentias. Et cōse-  
quenter dicit: Quilibet vestrum  
siue psalmum habeat, (nam ex  
dono quodā etiam psalmos seu  
cantica confitebantur) siue do-  
ctrinas habeat, hæc est, siue pos-  
sit docere, & vilitatem adverte  
& c. Occumenius ibidem.  
7. Reuelationem.  
\* Fiat.  
8. Ad summum.  
9. Idque vicissim.  
10. Subiiciuntur  
\* Auctor.  
h. Nam si mulieres etiam de re-  
bus diuinis in ecclesia tubentur  
tacere, domi viros suos interro-  
gare, de virginibus, quod caudā  
puram, in quibus pudor or-  
nat gæcen, cæcitas comen-  
dat pudorem? Ambro. de virgi-  
nibus lib. 3.  
\* Vestra.  
i. Hæc docet cognoscere domi-  
ni esse mandatum: quia non est  
fidelium deus, sed pacis. Aug.  
episto. 102.

116. 21. c

† 13. dist. Mu-  
lier.   
† Gene. 3. c  
† 1. Tim. 2. d

† Di. 37. Ideo  
Dist. 28. Qui  
cap. 15. q. 1.  
cap. 1.

† Gala. 2. d

† 116. 51. b

† Mon. 2. a  
† Hicte 6. a  
† Ioan. 20. c  
† De ec. mi.  
est Marthæ.  
† Epha. 3. b

† Acto. 9. b  
† Epha. 1. b  
† 8. di. Con-  
tuctudo.

a. Quidam Corinthiorum etiā  
resurrectionem carnis ausi fue-  
rant ex veteris scientiæ presump-  
tione negare, qui hic ab apo-  
stolo arguuntur. Hiero. ibid.  
b. Veram volens ostēdere mor-  
tem, & nō phantasticam, ut qui-  
busdam videtur hereticis, adli-  
dit secundum scripturas, ut ni-  
hil noui actum sit, quod prædi-  
candum & præfiguratum non fue-  
rit, sed & quod verè mortuus,  
quia sepultura mortis cōfirmati-  
o est. Occumenius ibid.  
c. Quare ergo Apollolus? est Gra-  
tia Dei sum id quod sum. Non  
sum idoneus, sed gratia dei sum  
id quod sum: & propterea gra-  
tia Dei in me vacua non fuit.  
Aug. de ve. do. sermo. 13.  
\* Que profecta est.  
1. Igitur.  
d. Manifestat vti que nō omnes  
esse tales: verumtamen & tales  
non extra, sed in eis fuisse testa-  
tur, à quibus ne illi seducerentur,  
& qui non ita sentiebant,  
paud post monuit dicens: No-  
lite seduci. Aug. Epist. 48.

resurrectio mortuorum non est: Si autem resurrectio mortuorum non est: neque Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est predicatio nostra, inanis est & fides vestra. Inuenimur autem & falsi testes Dei: quoniam testimonium diximus aduersus deum, quod suscitauerit Christum: quem non suscitauit, si mortui non resurgunt. Nam si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit. Quod si Christus non resurrexit, vana est fides vestra. Adhuc enim estis in peccatis vestris. Ergo & qui dormierunt in Christo, perierunt. Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiles sumus omnibus hominibus. Nunc autem Christus resurrexit a mortuis, primitiæ dormientium: quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur: ita & in Christo omnes viuificabuntur. Vnusquisque autem in suo ordine, primitiæ Christus: deinde qui sunt Christi, qui in aduentum eius crediderunt. Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo & patri, cum euacuauerit omnem principatum & potestatem & virtutem. Oportet autem illum regnare: donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Nouissimè Iudicium inimica destruetur mors. Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cum autem dicat: omnia subiecta sunt ei, sine dubio præter eum qui subiecit ei omnia. Cum autem subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse filius subiectus erit illi, qui subiecit sibi omnia, ut sit Deus omnia in omnibus. Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis? Si omnino mortui non resurgunt, ut quid & baptizantur pro illis? Ut quid & nos periclitamur omni hora? Quotidie morior propter vestram gloriam fratres, quam habeo in Christo Iesu domino nostro. Si secundum hominem ad bestias pugnaui Ephepsi: quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Nolite seduci. Corruptunt mores bonos colloquia mala. Euigilate iusti, & nolite peccare. Ignorantiam enim Dei quidam habent. Ad reuerentiam vobis loquor. Sed dicit aliquis: Quomodo resurgunt mortui? Quali autem corpore venient? Inspiens, tu quod seminas non viuificatur, nisi prius moriatur. Et quid seminas? Non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum, ut puta tritici, aut alicuius cæterorum. Deus autem dat illi corpus sicut vult: & unicuique feminum proprium corpus. Non omnis caro eadem caro, sed alia hominum, alia pecorum, alia volucrum, alia autem piscium. Et corpora cælestia, & corpora terrestria. Sed alia quidem cælestium gloria, alia autem terrestrium. Alia claritas solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum. Stella enim à stella differt in claritate, sic & resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Seminatur in infirmitate, surget in virtute. Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale. Si est corpus, animale est, & spiritale, sicut scriptum est: Factus est primus homo Adam in animam viuentem: nouissimus Adam in spiritum viuificantem. Sed non prius quod spiritale est, sed quod animale: deinde quod spiritale. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cælestis, tales & cælestes. Igitur sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis. Hoc autem dico fratres, quia caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt: neque corruptio incorruptelam possidebit. Ecce mysterium vobis dico: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba: (Canet enim tuba:) & mortui resurgent incorrupti, & non immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem: & mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo, qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis, peccatum est. Virtus verò peccati, lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per dominum nostrum Iesum Christum. Itaque fratres mei dilecti, stabiles estote & immobiles: abundantes in opere domini semper, scientes quod labor vester non est inanis in domino.

1. Quod si Christus non resurrexit, inanis est predicatio nostra, quod est impossibile cum operibus diuinis totiens confirmata sit. Secundum inconueniens est, quod fides Corinthiorum esset falsa. Ideo subditur, inanis est fides vestra, quod est impossibile eadem ratione qua & primum. De Lyra. ibid. j.

2. Testificati sumus de deo, manifestum est quia & in hac presentia vita & in futura speramus in Christo. Nec enim hic defecit sermo tuus: sed dat illis gratiam, & in futuro erit in gloria arcibus. Si autem futuræ vitæ spes non esset, omnibus hominibus, quod dixit, miserabiles essemus. Vt quid enim ieiunia, vigiliae, exitus, munda vita, iustitia, misericordia, mors, si pro his nulla merces erit in futuro? Ambro. ibid.

3. In aduentu eius. [g. Oportet autem illi regnare. i. regnum eius interim manifestari, donec omnes inimici eum regnare faciant, quo amplius non erit manifestus, nisi amplius dixerit. Ita erit oculi nostri ad deum nostrum, donec miseretur nostri. Non ut eis auertantur, sed ut nihil amplius requirant: Et ita dicendo donec, maiorem excludit manifestationem regni, non amplius permanentium. Glof. ord. in. ibid. j.]

4. Nouissima. h. Atqui in hac vita nostra posita est, quotidie morior per glorificationem vestram quam habeo in Christo: gloriam non, sed licentiam & augmentum dico. Nam cum multa pericula esse ostendisset, ne velut deplorati illa commemorare videretur, non solum non doleo, inquit, sed glorior etiam, ista pro vobis ferens. Bisariam, verò gloriatur, & propter ipsos petechetur, & quod videat pulchre crescentes. Sed qui moritur in dies studio, voluntate, & propterea ad eandem rem sit. Chrysost. ibid.

5. Per nos itatur glorificationem.

6. Pudentem.

7. Dico.

8. Quod seminas, non.

9. Gloria & infra. i. Quomodo alij pro cõfessione martyrij, alij pro integritate virginali, alij pro continentia virginali, alij pro pudicitia coniugali diuersis honoribus, sine invidia fulgeant, impij non videbunt. Prop. de gloria & regno sanctorum, cap. 5.

k. Legimus quod primus homo de terra limo, secundus homo de cælo: Non tamen ad materiam differentiam spectat, sed tantum terrenæ retrò substantia carnis primi hominis, i. Ad cælestem de spiritu substantia opponit secundi hominis, i. Christi. Et à deo ad spiritum, non ad carnem cælestem hominem refert: ut quos sic comparat, confect: in hac carne terrena cælestes fieri, spiritu scilicet. Quod si secundum carnem cælestis Christus, non compararetur illi non secundum carnem cælestes. Tertul. de carne Christi.

\* Ipse dominus.

10. Non dormiemus, sed omnes (ut quæ lesionem apud codices Græcos inuenit dicit Hieronymus, in epistola ad Minerium.) Corruptibile hoc induerit incorruptibilitatem, &c.

11. Inferne. i. Cum aut delatum à deo sibi munus multiplicat iuandis, & ad virtutem promouendis iis quibus benigne facit vel quandoque maiore studio persequitur opus domini, quam ea quæ vulgò in studio sunt apud homines. Basil. Regula breuioribus interrogat. 190.

Non solum

† Colo. 1. c. 1. Theff. 4. b. Apoc. 4. b

† Phil. 1. 10. a. 1. Heb. 1. 10. c. † Phil. 1. 3. c. Heb. 1. d.

† 12. q. 1. cap. 1. Vt nouerit.

† 12. 11. d. 1. 36. d. 1. 36. d. 1. 36. d. 1. 36. d.

† 1. Cor. 9. b. Gal. 6. b

† Gen. 1. d. 2. b. Tob. 8. b

† Gen. 1. d.

† Hec. 1. 3. d. Heb. 2. d.

† 1. Ioan. 5. b

Non solum presentibus sed & absentibus benefaciendum, ac peregrinis, & spiritibus & Dei ministris. XVI.

A DE collectis autem quae fiunt in sanctos, sicut ordinavi Ecclesiis Galatiae, ita & vos facite per unam sabbati. Unusquisque vestrum apud se seponat, recordens quod ei bene placuerit: ut non cum venero, tunc collectae fiant. Cum autem praesens fuero, quos probaueritis per epistolas, hos mittam perferre gratiam vestram in Ierusalem. Quod si dignum fuerit ut ego eam, mecum ibunt. Veniam autem ad vos, cum Macedonia pertransiero, nam Macedonia pertransibo. Apud vos autem forsitan manebo, vel etiam hycemabo: ut vos me ducatis quocumque iero. Nolo enim vos modo in transitu videre. Spero enim me aliquantulum temporis manere apud vos: si dominus permiserit. Permanebo autem Ephesi usque ad Pentecosten. Ostium enim mihi apertum est magnum & euidens, & aduersarij multi. Si autem venerit Timotheus, videte ut sine timore sit apud vos. Opus enim domini operatur, sicut & ego. Ne quis ergo illum spernat. Deducite autem illum in pace, ut veniat ad me. Expecto enim illum cum fratribus. De Apollo autem fratre vobis notum facio: quoniam multum rogavi eum, ut veniret ad vos cum fratribus: & utique non fuit voluntas eius ut nunc veniret. Veniet autem cum ei vacuum fuerit. Vigilate, stete in fide, viriliter agite, & confortamini, omnia vestra in charitate fiant. Obsecro autem vos fratres, nostis domum Stephanae & Fortunati, & Achaici quoniam sunt primitiae Achaiae, & in ministerium sanctorum ordinauerunt seipos: ut & vos subditi sitis eiusmodi, & omni cooperanti & laboranti. Gaudeo autem in praesentia Stephanae & Fortunati, & Achaici, quoniam id quod vobis deerat ipsi supplenerunt. Refecerunt enim & meum spiritum & vestrum. Cognoscite ergo qui eiusmodi sunt. Salutant vos omnes Ecclesiae Asiae. Salutant vos in domino multum, Aquila & Priscilla cum domestica sua Ecclesia, & apud quos & hospitor. Salutant vos omnes fratres. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutatio mea manu Pauli. Si quis non amat dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema: maranatha. Gratia domini nostri Iesu Christi vobiscum. Caritas mea, cum omnibus vobis in Christo Iesu, Amen.

† 22. q. 2. ca. Anm aduertendum est.

† 23. q. Guilielmus. 24. q. 2. Cum ergo. Item, vel, in alia.

a. Sancti autem pauperes hi erant in Ierusalem, qui primum in Christum crediderant de Iudaeis, & proiecti a parentibus & cognatis atque affinibus suis, in possessiones, quam vniuersam super electilem sacerdotibus templi ac populo vastante perdididerant. Hier. super Michae. cap. 4. 1. In vna sabbatorum vnusquisque. 2. Reponat. b. Hoc est: Si talis fuerit obligatio vestra, quae mea quoque meretur prosecutione deservi. Scilicet viderem. c. Excusat dilationem suae praesentiae: primum, quia Corinthij possint dicere, non est necesse quod tantum differas venire, & quod primum vadis in Macedonia. Secundo quia oportebat diu manere apud Ephesum, qui est in Asia. S. Thomas ibidem. d. Non propterea dicit: Sine timore, ne quis ipsi infidetur diuitum aut sapientia confidentium, de quibus etiam initia dixit quod abstraherent discipulos. Timotheus omnia sustinere paratus erat, sed ne insidiatores nocerent. Oecume. ibidem. e. Veniet cum vacuus, i. opportunum fuerit, inde consequenter illos infirmis qualiter se debent inuicem habere, & primum in communi, unde dicit: Vigilate in seruire orationis &c. De Lyra ibidem. f. Oium. g. Satis ostendit etiam ipsas correptiones quas asperas & amaras sentiunt qui corripiuntur, cum charitate esse faciendas. Aug. de gratia & libe. arb. c. 17. 4. Este primitias. 5. De aduentu. 6. Mihi deerat vestri. g. More recepto claudit Epistolam: Sed & hic obserua Apollonij humilitatem aliorum salu sapientem suae praesentiae. Salutate & ipse, ibi. Salutatio mea manu Pauli. Manum propriam obserua & doctores, aut scribas, officia exonerat, aut illis collegis a manu scia. Caritas mea cum omnibus vobis: Amen. Lorch. ibidem. h. Hoc est, dominus noster venit ad Corinthios prior missa fuit a Philippis per Stephanam & Fortunatum, Achaicum, & Timotheum.

INCIPIIT PROLOGVS IN SECVNDAM Epistolam ad Corinthios.

Post actam a Corinthiis poenitentiam, consolatoriam scribit eis epistolam Apostolus a Troade per Titum, & collaudans eos, hortatur ad meliora: contristatos quidem eos, sed emendatos ostendans.

Incipit epistola ad Corinthios secunda.

Deus suorum ministrorum consolator & liberator, in aliorum salutem & commodum maram vertit eorum. Caput I.

A Aulus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus frater: Ecclesiae Dei quae est Corinthi, cum omnibus sanctis qui sunt in vniuersa Achaia. Gratia vobis & pax a deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: ut possimus & ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt, per exhortationem qua exhortamur] & ipsi a deo: quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra. Siue autem tribulamur, pro vestra exhortatione] & salute: siue con-

† Ephes. 1. Pet. 1.

a. Primum nomen suum ponit ex auctoritate Apostolici ordinis: quia minoribus scripsit, ut etiam seculi iudices solent ad eos quos regunt scribere. Hier. ibidem. b. Benedictus qui propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, filium suum dilectum, in quo ei bene complacuit, misit, per quem reconciliati pacem habeamus ad eum, & idem sit nobis reconciliationis iustus & mediator & obfer. Bernardus in natali domini, Sermon. c. A quo est omnis misericordia. Multas autem dicit misericordias, quia multae sunt humanae miseriae. Sed vltimus ibidem. 1. Per consolationem qua consolamur. 2. Consolatione.



solamur, pro vestra cōsolatione & salute: sive exhortamur, pro vestra exhortatione & salute, ] quæ operatur tolerantiam earundem passionum quas & nos patimur: vt spes nostra firma sit pro vobis: scientes quoniam sicut socij passionum estis, sic eritis & consolationis. Non enim volumus ignorare vos fratres, de tribulatione nostra quæ facta est in Asia, quoniam supra modum grauati sumus supra virtutem, ] ita vt raderet nos etiam viuere. ] Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, vt non simus fidentes in nobis, sed in deo, qui suscitatur mortuos, qui de tantis periculis nos eripuit & exiit, ] in quem speramus, quoniam & adhuc eripiet, adiuuantibus & vobis in oratione pro nobis: vt ex multarum personis facierum, eius quæ in nobis est donationis ] per multos gratiæ agantur pro nobis. Nam gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ, quod in simplicitate & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia dei conuersati sumus in hoc mundo: abundantius autem ad vos. ] Non enim alia scribimus vobis, quàm quæ legistis & cognouistis. ] Spero autem quod vsque in finem cognoscetis: sicut & cognouistis nos ex parte, quia gloria vestra sumus, sicut & vos nostra in die domini nostri Iesu Christi. Et hac confidentia volui prius venire ad vos, vt secundam gratiam haberitis: & per vos transirem ] in Macedoniam, & iterum à Macedonia venirem ad vos, & à vobis deduci in Iudæam. Cum ergo hoc voluisssem, nunquid leuitate vsus sum? Aut quæ cogito, secundum carnem cogito, vt sit apud me, est & non: Fidelis autem deus, quia sermo noster qui fuit apud vos, non est in illo, est & non, sed est in illo est. Dei enim filius Iesus Christus, qui in vobis per nos prædicatus est, per me & Sylluanum & Timotheum, non fuit in illo est & non: sed est in illo fuit. Quotquot enim promissiones dei sunt, in illo est: Ideo & per ipsum dicimus amen, deo ad gloriam nostram. Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, & qui vnxit nos deus: & qui signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Ego autem testem deum inuoco in animam meam, quod parcens vobis, non veni vltra ] Corinthum, non quia dominamur ] fidei vestræ, ] sed adiutores sumus gaudij vestri. Nam fide statis.

14. Sicut exhortamur à Deo per internam reuelationem, pro vestra exhortatione, & salute, ex hoc enim magis vos inuocamus & inducimus. De Lyra ibid. ] & desideramus, nec nos victuros esse sperabamus, sed apud nos ipsos existimauimus quod omnino moreremur. Nam hoc significat, ipsi in nobismetipsis responsum mortis accepimus: id nobis pericula respondebant: quod omnino moreremur. Occurramus ibidem.

- 3. Vitæ.
- 4. Desperemus etiam de vita.
- 5. Eripit.
- 6. Multis personis pro beneficio in vos collato.
- 7. Est ergo testimonium conscientiæ in quo gloriatur Apostolus non quod prohibet conscientia, sed quod loquitur spiritus veritatis in ipsa, testimonium perhibens spiritui nostro quod filij dei sumus. Est enim testimonium conscientiæ non perhibetis, sed percipientis. Bernardus in festo omnium sanctorum, serm. 2.
- 7. Erga vos.
- 8. Legistis & cognouistis.
- 9. Quia vita munda vel emendata quorundam erat, voluit videre quos ante iudicium erat videtur. Glossa ordinaria.]
- 9. Transire.
- 10. Quantum ad idoneos prædicatores pertinet, hoc debet esse vt sit apud illos est, non nõ, vt non aliud sciat quàm scire vile. Quia enim frequenter volumus aliud quàm sit vile, ne voluntas vincat utilitatē: ideo Apollolus voluntati suæ utilitatē præposuit, ne iret ad illos. In Christo enim Iesu non fuit est & nõ, sed est in illo fuit: quia nunquam aliud voluit, quàm quod est vile. Semper enim voluntas eius est utilitate est: nec immutatus est vt fueret inuitus, sicut homo quod est vile, aut vt ambigeret de aliquibus, & mutaret voluntatem. Ambrosius ibidem.
- 10. Nondum veni.
- 11. Vobis nomine fidei.

*Dilatio visitationis Corinthiorum à Paulo partim in eorum cedit commodum, partim in aliorum utilitatem.*

11.

a. Nolui ad vos venire, ne amplius vos contristare, in crepans, indignas, aut falsas: deinde quoniam & hoc ipsum erat vehementius, & illorum continebat accusationem, si fides habebant, vt Paulus si venisset contristatus esset, correctione vultus ait: Nam si ego contristo vos, quis est qui me lætificet? nisi is qui contristatur ex me? Chrysostomus ibidem.



Tatuiautem hoc ipsum apud me ne iterum in tristitia venirem ad vos. Si enim ego contristo vos, & quis est qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me? Et hoc ipsum scripsi vobis: vt non cum venero, tristitiam super tristitiam ] habeam, de quibus oportuerat me gaudere: confidens in omnibus vobis: quia meum gaudium, omnium vestrum est. Nam ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi vobis per multas lachrymas: non vt contristemini, sed vt sciatis quam charitatem habeam abundantius in vobis. Si quis autem contristauit me, non me contristauit: sed ex parte, vt non onerem omnes vos. Sufficit illi qui eiusmodi est obiurgatio hæc quæ fit à pluribus: ita vt contrario magis donetis & consolemini, ne fortè ] abundantiori tristitia absorbeat qui eiusmodi est. Propter quod obsecro vos vt confirmetis in illum charitatem. Ideo enim & scripsi vobis, vt cognoscam experimentum vestrum, an in omnibus obediētes sitis. Cui autem aliquid donastis, & ego. Nam & ego quod donauit, si quid donauit, propter vos in persona Christi, vt non circunuentamur à Sathana. Non enim ignoramus cogitationes eius. Cum venisssem autem Troadem propter Euangelium Christi, & ostium mihi apertum esset in domino: non habui requiem spiritui meo, eo quod non inuenerim Titum fratrem meum: sed valefaciens eis profectus sum in Macedoniam. Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco: quia Christi bonus odor sumus deo, in iis qui salui fiunt, & in iis qui pereunt. Aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autē odor vitæ in vitā. Et ad hæc quis tam idoneus? Non

c. Narrat Corinthiis quæ fecerit, quæ passus sit, & quomodo in euocatis deo agit gratias, vt sub exemplo sui illos prouocet ad certandum. Hiero. ad Hebriam. q. 11.

2. Per dominum.

\* Per.

d. Hoc est: Christo accepti sumus. At quomodo Christi bonus odor quis efficitur videam? Peccatum res est foetida: denique peccatores porcis comparantur, qui in peccatis velut in stercore foetido voluntate. Si quis ergo vestrum est, in quo odor peccati iam nullus est, sed odor iustitiæ, suauitatis misericordie Christi bonus odor est. Origenes super Genesim hom. 11.

C + 11. q. 3. cap. Inter verba De fac. vnc. e. Cum venisset.

C 123. q. 1. Non potest.

D 123. q. 4. 6. Obiurgat. De fac. vnc. e. Cum venisset.

Non enim sumus sicut plurimi, adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate sicut ex deo, coram deo in Christo loquimur.

3. Per Christum.

*Non eget commendatione Paulus, qui ceteros Dei commendat ministros, quos deus sub spe gloriae ex officij dignitate & cognitionis excellentia consequenda fecit idoneos. III.*

**N**ncipiemus iterum nos ipsos commendare: Aut nunquid egemus (sicut quidam) commendatitiis epistolis ad vos, aut ex vobis? Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris: quae scitur & legitur ab omnibus hominibus, manifestati quoniam epistola estis Christi ministrata à nobis, & scripta: non atramento, sed spiritu Dei viui: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. ] Fiduciam autem talem habemus per Christum ad deum, quod non sufficiens sumus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra] ex deo est: qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non litera, sed spiritu. ] Litera enim occidit, spiritus autem viuificat. Quod si ministratio mortis literis deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita ut non possent intendere filij Israel in faciem Moysi, propter gloriam vultus eius quae euacuatur: quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? Nam si ministratio damnationis in gloria est, multo magis abundat ministerium ] iustitiae in gloria. Nam nec glorificatum est quod claruit] in hac parte, propter excellentem gloriam. Si enim quod euacuatur, per gloriam] est: multo magis quod manet, in gloria est. Habentes igitur talem spem, multa fiducia vtimur, ] Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, ut non intenderent filij Israel in faciem eius, quod euacuatur: sed obtusi] sunt sensus eorum. ] Vsq; in hodiernum enim diem, id ipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum (quoniam in Christo euacuatur) sed vsq; in hodiernum diem, cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum. Cum autem conuersi fuerint] ad deum, auferetur velamen. Dominus autem spiritus est. Vbi autem spiritus domini, ibi libertas. Nos vero omnes reuelata facie gloriam domini speculantes, in eandem imaginem transformamur] à claritate in claritatem, ] tanquam à domini spiritu.

† Heb. 4. d

† Exod. 34. d

† Io. 4. d

† 19. q. 2. cap. Dicit Iohannes De reg. iur. Licet.

*Euangelici ministerij vsus non solum mala vitare, sed & bona agere docet, ac ad malorum tolerantiam cum certa gloriae expectatione mentem erigit. IIII.*

**D**eo habentes hanc administrationem, iuxta quod misericordiam consecuti sumus, non deficimus, sed abdicamus] occultam dedecoris, non ambulantes in astutia, neque adulterantes] verbum Dei, sed in] manifestatione veritatis commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram deo. Quod si etiam opertum est Euangelium nostrum, in iis qui pereunt, est opertum: in quibus deus huius seculi excæcauit mentes infidelium, ut non fulgeat] illuminatio Euangelij gloriae Christi, qui est imago inuisibilis dei. Non enim nosmetipsos praedicamus: sed Iesum Christum dominum nostrum. Nos autem seruos vestros] per] Iesum: quoniam deus, qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiae claritatis dei, in facie Iesu Christi. Habemus autem thesaurum istum in vasculis fictilibus, ut sublimitas sit virtutis dei, & non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur: aporiamur, sed non destituimur: persecutionem patimur, sed non derelinquimur: humiliamur, sed non confundimur: deicimur, sed non perimus: semper mortificationem] Iesu in corpore nostro circumferentes, ut & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. Semper enim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Iesum: ut & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis. Habentes autem eundem spiritum fidei sicut scriptum est: ] Credidi propter quod locutus sum: & nos credimus, propter quod & loquimur, scientes quoniam qui suscitauit] Iesum, & nos] cum Iesu] suscitabit, & constituet vobiscum.

† Psal. 115.

2. Veri nobis opus est aut à vobis ad alios, aut ab aliis ad vos commendatitiis epistolis, siue quae nos proponant, & exhibeat. Per hoc autem pseudoapostolos designat. Occurrentis ibidem. ] Quo loco videtur mihi apostolus transfiguratus in se hominem sub lege positum, cuius verbi ex persona sua loquitur. Aug. ad Simplic. lib. 1. q. 1. ] 1. Carneis. ] 2. Si ad aliquid sumus idonei, hoc. ] 3. Non litera, sed spiritus. ] 4. Apostolus hic loquitur de litera legis. Neque legis litera, nisi quando spiritus vacua est, occidit. Euangelij etiam litera, est vita. Euangelium enim spiritus est administratio, non litera. Lorichius ibidem. ] 4. Ministratio. ] 5. In comparatione euangelicæ gloriae vmbatur gloria legis, sicut orto sole obdunditur lunæ lumen, cum tamē suo tempore magnum habeat fulgorem. Sedulus ibidem. ] 6. Glorificatum est. ] 7. Vtatur libertate. ] 8. Obcecati. ] 9. Hoc ipsum nō possunt intelligere quod cessauit lex, eo quod non credunt Christo. Nam si Christus cessauit, sicut te vera cessauit, & ipsa lex hoc occupis praedixit, qui fieri potest ut qui Christus non recipiunt, per quē lex antiqua est, eam videant legem antiquam? Hoc autem cum videre non sustineant, perspicuum est eos etiam ipsius legis hanc dicentis vim & viueream gloriam ignorare. Chryf. ibidem. ] 9. Conuersus fuerit. ] 10. A gloria in gloriam.

1. Negligimus, sed occultauimus. ] 2. Tales presbyteros nutrit ecclesia, de quibus propheta ait, Dabo principes tuos in pace & episcopos tuos in iustitia. ] 3. Itemus lib. 4. cap. 44. ] 4. Dolose tradentes. ] 5. Excludit obiectionem quae fieri potest contra dicta. Dixit enim se docere in manifestatione veritatis, postea aliqui obliuiscuntur in contrarium, eo quod multi contradicebant sibi, & sic non erat in dictis eius veritas manifestata. Ad hoc respondet Apostolus quod hoc non procedebat ex parte suae praedicationis, sed ex malitia contradicentium, qui impediabant eos cognoscere veritatem. Sap. 1. in multoia animam nō introibit sapientia &c. De Lyca. ] \* In illis. ] 3. Propriet. ] 4. Quod enim ad humanam prudentiam attinet, in omnibus tribulationem patimur, inquit, quod verò ad fiduciam in deum, sed non angustiamur. Item quod spectat ad fortitudinem humanam: Aporiamur, inquit, id est, summis circumuenimur difficultatibus. Quod verò ad fiduciam in deum, non destituimur, quod penitus. Basilii interrogatio 270. Regulae breuiores. ] \* Domini.

\* Dominum. ] 4. Per Iesum.

8. A munere suo deus nullum voluit esse alienum: Et quia nō omnes capiunt verbum fidei, Apostolus dei voluntatē sciēs, persecutiones & pericula pati non timuit, dummodo omnibus fidelibus prædicaret, ut plures possent credere. Ambrosius ibidem.  
 9. Momentanea leuitas, vel quod transitorie est leue.  
 6. Excellentior.  
 7. Pariter.

Omnia enim propter vos, ut gratia abundans, per multos in gratiarum actione abundet in gloriam dei. Propter quod non deficiamus: sed licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est, renouatur de die in diem. Id enim quod in presenti est momentaneum & leue, tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna sunt.

*Ministerij euangelici præmiū cum desiderio placendi deo, proficiendi proximo, & carnalem à se affectum abdicando præparandum est.*



Cimus enim: quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem ex deo habemus, domum non manufactam, sed æternam in cælis. Nam & in hoc ingemiscimus, habitationem nostram quæ de cælo est superindui cupientes: si tamen vestiti, & non nudi inueniamur. Nam & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus] grauati: eò quod nolimus expoliari, sed superuestiri, ut absorbeatur quod mortale est, à vita. Qui autem efficit nos in hoc ipsum, deus, qui dedit nobis pignus spiritus. Audentes igitur semper & scientes, quoniam dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à domino: (per fidem enim ambulamus, & non per speciem): audemus] autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentem esse ad dominum, & ideo contendimus, siue absentes, siue præsentem, placerè illi. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi: ut referat vnusquisque propria corporis, prout] gessit, siue bonum siue malum. Scientes ergo timorem domini, hominibus suademus: deo autem manifesti sumus. Spero autem & in conscientijs vestris manifestos nos esse. Non iterum commendamus nos vobis, sed occasionem damus vobis gloriandi pro nobis: ut habeatis ad eos qui in facie gloriantur, & non in corde. Siue enim mente excedimus, deo: siue sobrii sumus, vobis. Charitas enim Christi vrget nos æstimantes hoc, quoniam si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Et pro omnibus mortuus est Christus: ut & qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Itaque nos, ex hoc neminem nouimus secundum carnem. Et si cognouimus secundum carnem Christum: sed nunc iam non nouimus. Si qua ergo in Christo noua creatura est: vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua. Omnia autem ex deo, qui nos reconciliauit sibi per Christum, & dedit nobis ministerium reconciliationis. Quoniam quidem deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, nec reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur tanquam deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo, reconciliamini deo. Eum enim qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficermur iustitia Dei in ipso.]

a. Non simpliciter dicit: Scio, sed scimus: nec enim simpliciter tabernaculum corpus vocat: sed indicat nobis vitam hanc nostram temporalem, & declarat quomodo sit mutanda in meliorem. Chrysostr. de resurrectione hom. 1.  
 b. Ingemiscimus ex dilatione delecti, quod non faceremus, nisi eorū in cuius rei figura, Axa filia Caleb, petit iriguum superius, & iriguum inferius; ut nos lachrymas effundamus, non solum pro præsentis inuoluntatis miseria, sed pro dilatione superne gloriæ. Glosa ordinaria. Ibidem.  
 c. Obedit autem hoc modo nō recentem esse de hoc opinione, sed nos ad immortalitatem quidem creatos esse. Porro quoniam diaboli inuidia mors in orbem ingressa est, rursum alteram nobis vitam deus inuenit ad immortalitatem. Oecum. ibidem.  
 2. Itaque bono animo sumus semper, & scimus quod cum domino.  
 3. Confidimus.  
 4. Quæ per corpus sunt, & quæ. [d. Preparatio secunda ad præmiū, quæ est sollicitudo de salute proximorum. Vnde dicit: Scientes ergo timorem Domini, id est, quod valde timendus est dominus, qui omnes est iudicaturus. De Lyra.  
 5. In sanis, deo in sanis: siue sani sumus, vobis sani sumus.  
 c. Hoc est, nullum omnino habens peccatum, ut qui per remissionem peccatorum viuunt, iam non sibi viuunt, sed ei qui pro omnibus mortuus est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. August. de ciuitate dei lib. 20. cap. 6.  
 x. Nunc.  
 6. Quis.  
 f. Comemoratur autem duplex beneficium per Christum collatum. Vnum commune, aliud speciale. Commune quidem toti mundo scilicet reconciliationis ad deum, secundum quod dicit: Qui scilicet deus pater reconciliauit, i. pacificauit nos sibi, & hoc per Christum incarnatum. S. Thomas ibidem.]  
 g. Quasi peccatorem condemnari permisit, & quasi maledictum mori. Chrysostr. ibidem.  
 7. Per ipsum.

*Dei ministri sese ad ceteros exteriori conuersatione exhibeant, ad deum autem interiori deuotione, & ad seipsos malorum vitatione.*



Diuantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. (Ait enim: Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.) Neminis dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum. Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, & in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto. In charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei. Per arma iustitiæ, à dextris & à sinistris. Per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam. Ut seductores, & veraces: sicut qui ignoti & cogniti. Quasi

1. Cooperantes autem obsecramus.  
 a. Neque enim in vno quolibet sex dierum cælum factū est vel syderibus illustratum, & terra est separata ab aquis, & arboribus ac herbis constituta: sed mors sibi solito diem pro tempore posuit: ut hic Apostolus. Ecce nunc tempus acceptabile, &c. Nō vnū specialiter diem, sed totū significat tempus hoc, quo in presenti vita pro æterna salute laboramus. Rabanus super 2. cap. Genesis.  
 b. Vide quomodo omnia faciem, ordinantur, & viuificant in medio bonorum, sicut cor in medio corporis, constituit spiritum sanctum, Beinar. de vita solitaria.

† Apoc. 6

† Rom. 14

† 11. dist. 29. Vique quo. §. q. 1. In scripturis.

† 11. 41. c. Apoc. 21

† De pa. di. 2. ca. 8. in fine.

† 11. 49. b

† 1. Cor. 4. 2. 8. di. 0. post rec. succedentes. † In fine. c. 1. Tim. 3. c.

† 6. q. 1. c. 58. plarim.

c Quasi morientes & ecce viuimus, vt castigati & non mortificati. Quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes & omnia possidentes. Os nostrum pater ad vos o Corinthij, d cor nostrum dilataratum est. Non angustiamini in nobis: angustiamini autem in visceribus vestris. Eandem autem habentes remunerationem (tanquam filiis dico) dilatamini & vos. <sup>†</sup> Nolite iugum ducere] cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? <sup>†</sup> Quæ autem cõuentio] Christi ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Quis autem consensus templo dei cum idolis? Vos enim estis templum dei viui, sicut dicit Deus, <sup>†</sup> quoniam inhabitabo in illis, & in ambulo inter eos,] & ero illorum deus: & ipsi erunt mihi populus. <sup>†</sup> Propter quod exite de medio eorum, & separatamini, dicit dominus: & immundum ne tetigeritis, <sup>†</sup> & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem: & vos eritis mihi in filios & filias, dicit dominus omnipotens.

† Eccl. 13. c  
Gal. 3. a  
Ad. 15. a  
† Depoz. di. r. D  
c. Reluctantur.  
Dist. 2. c. Si enim  
† 1. Cor. 3. c  
6. d  
† Leuit. 26. g  
Ez. 38. e  
† 1. Sa. 5. c  
Ier. 31. a

c. Hic ponit consequenter et quæ peccatorum ad concupiscentiam carnis. Et sunt tria, primum est vici quæ maxime concupiscitur, vnde dicit. Quasi mortui, periculum mortis exponit: Et ecce viuimus deo per fidem, gratiam iustificati. Secundum est incoliuitas vitæ, vnde dicit: vt castigati, & non mortificati. Tertium quod concupiscitur à vitæ presentis est iocunditas. Vnde dicit. Quasi tristes, semper autem gaudentes. De Lyra ibidem.] d. Vnde dilatatum est cor, nisi per charitatem spiritalem luxa Plati. Viam maiorum tuorum cu curri, cum dilatati cor meum. August. in dialogo ad Orolium cap. 25.  
2. Ne sitis eodem iugo iuncti.  
3. Consensus.  
4. Cuiusvis deus sit, tamen in illis propriè habitare se dicit, qui eius gratia perficiuntur. Sedulius ibidem.  
[f. Vt vult hic verbis ista: quasi suis: Hoc ad litteram dictum est de iudeis habitantibus in Babylone, ne communicarent Babyloniis, inter quos habitabat: quod ad nos Apostolus spiritualmente refert. Glosa ordin. ibid.]  
a. Inquinamentum carnis fortasse illud sit: si quis se committat carnali, qui res à lege veritas ipsi faciunt: spiritus vero inquinamentum, si quis aduersus hos qui res huiusmodi vel sentiant vel faciunt perinde ac si nihil haberent, ita se gerunt. Basil. regul. breu. c. 1. r. g. 53.  
\* Vobis.  
[b. Multam mihi dedistis fiduciam loquendi quia in omnibus obediistis, siue quam multum me à vobis diligam, nō ignoro. Hier. ibidem.]  
c. Profecto non tantum inimicorum inuidias formidabat Paulus, quam domesticas, & que inra ecclesiam contingebant ruinis, & transgressiones. Chrysostomus de reuerentia hominum.  
1. In omnibus tribulatione.  
[d. Dixerat Apostolus se fuisse consolatum, hic ponit consolationis materiam. Materiam consolationis est duplex. Vna aduentus Titi ad ipsum, qui erat illi gratissimus. Et hanc tangit dicens: sed qui consolatur humiles, & afflictos. Alia fuit vera penitentia Corinthiorum, quæ sibi reculerat Titus. De Lyra. ibi dem.]  
2. Vult vestrum zelum.  
3. Tamen si penituerat. Video nanque.  
c. Quære autem mortem operatur? Quia solet nimia tristitia aut ad dubitationem, aut periculum perducere ad blasphemiam. August. de consolator. mortuo. lib. 1. cap. 3.  
f. Ecce, inquit, quod vos secundum deum contristati fueritis quæcumque sollicitudinem? Non solum enim ad id venistis, vt vos omnino penitentes fuisse contristatos, sed magis sollicitos reddidit. Occumenius ibidem.  
4. Læsus.  
5. Ex consolatione vestra.  
\* Autem.  
g. Quasi de veritate, i. de correctione vestra, & de gaudio Titi. Sed magis abundantius de gaudio Titi sum? gaudium quia gaudebat non solum de correctis, sed etiam de aliis quos sperabam corrigendos. Glosa ordinata. J 6. Non me pudet.  
h. Animum & affectum Titi dicit esse in eis, quia vidit profectum illorum. Sicut enim animus in omni bono est. Ambr. ibidem.  
a. Ad collectas & elemosinas exiplo Macedonum prouocat: vnde potest sibi grane quæ pauperiores videat iam fecisse. Hier. ibi.  
1. Profunda.  
b. Multi quidem pauperes sunt in terra faculitate: sed in magna simplicitate sunt diuites, cupientes plus dare quam quæ habent: ac propterea deus magis probat animi, quam quæ portigitur dextera. Qui enim quantum potest facit, totum facit: quoniam pro vitibus verbis preposteris hoc dicit. Sedul. ibid.]

*Tristitia secundum deum secum habet consolationem, quam Corinthij pro suis in cæteros senserunt beneficiis.* VII.

**A**s ergo habentes promissiones charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore dei. Capite nos. Neminem læsimus, neminem corrupimus, neminem circumuenimus. Non ad condemnationem vestram dico. Prædiximus enim quod in cordibus nostris estis ad commoriendum & ad conuiuendum. Multa mihi fiducia est apud vos: multa mihi gloriatio pro vobis. Repletus sum consolatione: superabundo gaudio in omni tribulatione vestra. Nam & cum venissemus in Macedoniã, nullam requiam habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus: foris pugna, intus timores. Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos deus in aduentu Titi. Non solum autem in aduentu eius, sed etiam in consolatione qua consolatus est in vobis, referens nobis vestrum desiderium, vestrum fletum, vestram æmulationem] pro me, ita vt magis gauderem. Quoniam etsi contristavi vos in epistola, non me pcenitet. Etsi pceniteret, videns quod epistola illa (etsi ad horam) vos contristauit: nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pcenitentiam. Contristati enim estis secundum deum, vt in illo dettumentum patiamini ex nobis. Quæ enim secundum deum tristitia est, pcenitentiam in salutem stabilem operatur, seculi autem tristitia mortem operatur. Ecce enim hoc ipsum secundum deum contristari vos, quantam in vobis operatur sollicitudinem, sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictam. In omnibus exhibuistis vos incontaminatos esse negotio. Igitur etsi scripsi vobis, nō propter eum qui fecit iniuriam, nec propter eum qui passus est: sed ad manifestandam sollicitudinem nostram, quam habemus pro vobis coram deo. Ideo consolati sumus. In consolatione autem nostra,] abundantiu\* magis gauisi sumus super gaudio Titi, quia relictus est spiritus eius ab omnibus vobis. Et si quid apud illum de vobis gloriatus sum, non sum confusus: sed sicut omnia vobis in veritate locuti sumus, ita & gloriatio nostra quæ fuit ad Titum, veritas facta est. Et viscera eius abundantius in vobis sunt, reminiscens omnium vestrum obedientiam, quomodo cum timore & tremore excepistis illum. Gaudeo quod in omnibus confido in vobis.

† 1. Pet. 2. c  
Iaco. 5. c  
† 2. Cor. 9. c  
Affectum.

*Elemosynæ sunt pauperibus & præcipuè euangelicis ministris erogandæ, qui maxime in euangelio laborauerunt.* VIII.

**N**otam autem facimus vobis fratres gratiam Dei quæ data est in Ecclesiis Macedoniæ, &] quod in multo experimento tribulationis abundantia gaudij ipsorum fuit, & altissima] paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum. Quia secundum virtutem (testi-

monium illis reddo) & suppra virtutem] voluntarij fuerunt, cum multa exhortatione] obsecrantes nos, \* gratiam & communicationem ministerij quod fit in sanctos. Et non sicut sperauimus, sed semetipsos dederunt, primum domino, deinde nobis per voluntatem Dei, ita vt rogaremus Titum, vt quemadmodum cepit, ita perficiat in vobis etiam gratiam istam. Sed sicut in omnibus abundatis fide & sermone & scientia, & omni sollicitudine, insuper & charitate vestra in nos: vt & in hac gratia abundetis. Non quasi imperans dico, sed per aliorum sollicitudinem, etiam vestrae charitatis ingenium bonum] comprobans. Scitis enim gratiam domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset diues: vt illius inopia, vos diuites essetis. Et consilium in hoc do. Hoc enim vobis vtile est, qui non solum facere, sed & velle cepistis ab anno priore.] Nunc vero & facti] perficite: vt quemadmodum promptus est animus voluntatis, ita sit & perficiendi ex eo quod habetis.] Si enim voluntas prompta est secundum id quod habet, accepta est non secundum id quod non habet. Non enim vt aliis sit remissio, vobis autem tribulatio: sed ex aequalitate in praesenti tempore, vestra abundantia illorum inopiam suppleat, vt & illorum abundantia vestrae inopiae sit supplementum, vt fiat aequalitas, sicut scriptum est: Qui multum habuit, non abundauit: & qui modicum, non minorauit. Gratias autem ago deo, qui dedit eandem sollicitudinem pro vobis in corde Titi, quoniam exhortationem quidem suscepit: sed cum sollicitior esset sua voluntate] profectus est ad vos. Misimus etiam cum illo fratrem nostrum, cuius laus est in Euangelio per omnes Ecclesias. Non solum autem, sed & ordinatus est ab Ecclesiis comes peregrinationis nostrae, in hanc gratiam] quae ministratur a nobis ad domini gloriam, & destinata voluntatem nostram:] deuitantes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine quae ministratur a nobis in domini gloriam. Prouidemus enim bona, non solum coram Deo: sed etiam coram hominibus. Misimus autem cum illis & fratrem nostrum, quem probauimus in multis saepe sollicitum] esse: nunc autem multo sollicitiorem, confidentia multa in vos siue pro Tito qui est socius meus, & in vobis adiutor, siue fratres nostri Apostoli Ecclesiarum gloriae] Christi. Omissionem ergo quae est] charitatis vestrae & nostrae gloriae pro vobis, in illos ostendite in facie Ecclesiarum. Nam de ministerio quod] fit in sanctos: ex abundantia] est mihi scribere vobis.

*Elemosynae promptè, abundanter & hilariter conferantur, vt ex his merces dantibus multiplicetur.* IX.



Cio enim promptum animum vestrum, pro quo de vobis glorior apud Macedones, quoniam & Achaia parata est ab anno praeterito, & vestra aemulatio prouocauit plurimos. Misimus autem fratres: vt ne quod gloriamur de vobis, euacuetur in hac parte, vt (quemadmodum dixi) parati sitis, ne cum] venerint Macedones mecum, & inuenerint vos imparatos, erubescamus nos, vt non dicamus vos in hac substantia. Necessariu] ergo existimaui rogare fratres, vt praenuntiet ad vos, & praeparent re promissam benedictionem, hanc paratam esse: sic quasi benedictionem, non quasi auaritiam. Hoc autem dico: Qui parca] seminat, parca & metet, & qui seminat in benedictionibus, de] benedictionibus & metet. Vnusquisque prout destinauit in corde suo:] non ex tristitia aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit deus. Potens est autem deus omnem gratiam abundare facere in vobis: vt in omnibus] semper] omnem sufficietiam habentes, abundetis in omne opus bonum, sicut scriptum est: Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Qui autem administrat semen seminanti, & pane] ad manducandum praestabit, & multiplicabit semen vestrum, & auget incrementa frugum iustitiae vestrae:] vt in omnibus locupletati, abundetis] in omnem simplicitatem, quae operatur per nos gratiarum actionem deo. Quoniam ministerium huius officij] non solum supplet ea quae desunt sanctis, sed etiam abundat] per multas gratiaru] actiones in domino,]

- 2. Vires.
- 3. Obsecrationes.
- \* Vt suscipereamus.
- 4. Amplius quam sperabamus fecerunt, non contecti sua dare, sed seipso primo Domino tradiderunt: deinde nobis, hoc est, Deus videt voluntatem eorum, nos effectum. Hier. ibidem.]
- 4. Et ea quae ex vobis erga nos est dilectio.
- \* Facite.
- [d. Vel non solum rogavi Titum, sed ego ipse dico imperans, vt abundetis. Quasi imperas, i. quasi poenitentia iniungendo: quia sic quasi ex voto teneatur. Gloriosa ord. ibidem.]
- 5. Ingenuitatem.
- e. Cuius inopia ditat, sanata sim, bria, famet faciat, mors viuificat, sepultura resuscitat. Hic ergo diues est thesaurus, huius pauperis panis: quem qui manducaverit, curare non poterit. Ambros. de Benedict. patriarch. cap. 9.
- 6. Superiore.
- 7. Et quod facere cepistis.
- 8. Potestis.
- [f. Circa praedicta remouet duplicem excusationem: prima est: quia postea aliquis dicere, quod non posset dare misericordiam, & sic nullius aut modici meriti esset apud Deum. De Lyra. ibid.]
- \* Prius.
- g. Hoc intelligendum in collectione mannae.
- 9. Gratia autem deo.
- h. Gratia quidem exhortationis & voluntate propria festinauit, vt mercedem haberet non inuitus, quasi sit ei credita dispensatio. Hier. ibid.
- 10. Sua sponte.
- i. Creditur fuisse Lucas euangelista.
- [k. Misimus cum Tito fratrem nostrum Apollo, quem probauimus saepe esse sollicitum de salute vestra, nunc autem multo sollicitiorem. S. Thomas. ibid.]
- 11. Cum hac gratia.
- 12. Animi vestri promptitudinem.
- 1. Per Titi autem relationem referentis bonam voluntatem Corinthiorum & caeterorum missorum, quos Apostolos ecclesiaru] gloriae Christi appellat, sollicitiorem se factum ostendit videndi illos, & exhortandi ad ministerium sanctorum. Fiduciam enim accepit audiens meliores esse factos Corinthios. Ambros. ibidem.
- 23. Diligentem.
- \* Altarum qui sunt.
- 24. Gloria.
- 25. Ministratio quae.
- 16. Superfluum.

- a. Achaia Graeciae regio in qua Syciniorum regni incepit anno 74. vitae Nachor, vt refert Euseb. Caesariensis, in quo primus regnauit Aegialeus. Vnde regio dicta est Aegialea, deinde Danaa, & tandem Achaia, cuius caput est Corinthus.
- 2. Ne quo pacto fiat, vt si.
- b. Hoc ergo agit cum his, vt in promissione sua fideles sint, & se ideo commouere propter existimationem illorum non circumuenire, sed vt tantum offerant, quantum non poeniteat. Ambros. ibidem.
- \* Gloriationis.
- \* Vestram.
- c. Contra Iouinianum etiam hic locus facit, vbi meritorum gradus esse monstrantur. Er qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. E contra ergo in benedictione seminat, in da, & metet sicut scriptum est. Eccl. 7. a. Non seminas mala in suis iniustis, & non metes ea septuplum. Hiero. ibidem.
- 2. In.
- 3. Qui in omnibus locupletati estis.
- 4. Ministratio huius ministerij.
- 5. Per hoc quod multi gratias agunt deo.

† Rom. 10.2 Jaco. 1.1

† 1. q. 1. cap. 1. deo 6. Valde ergo.

† Exod. 16.6

† Rom. 12. d. 21. q. 1. cap. Nolo.

† De pe. & remissio. Cū ex eo.

† 23. q. 6. c. 1. 1. verb. Eccle. 35. b

† Psal. 111. b. 23. q. 6. c. 1. 1. verb.



domino,] per probationem ministerij huius, glorificantes deum in obedientia confessionis vestrae in Euangelio Christi, & simplicitate communicationis vestrae in illos, & in omnes, & in ipsorum obsecratione pro vobis, desiderantium vos propter eminentem gratiam Dei in vobis. Gratias ago deo super inenarrabili dono eius.

[d. Per hoc ministerium esse probantur Christiani, magnificantes deum per operum confessionem sicut e contrario alij factis negare dicuntur. Aliter: perfectè doceris, & ostēdis diuinum esse in quo deum per obedientiam magnificatis. Hier. ibidem.]

Nemo iuxta corporis imbecillitatem iudicandus est, quantumuis à malis accusatus & viuperatus. X.

**A** Pse autem ego Paulus obsecro vos per mansuetudinem & modestiam Christi, qui in facie] quidem humilis sum inter vos, absens autem confido in vobis. ] b Rogo autem vos, ne praesens audeam per eam confidentiam qua existimor audere in quosdam, qui arbitrantur nos tanquam secundum carnem ambulemus. In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus. c Nam arma militiae nostrae non carnalia: sed potentia deo ad destructionem munitionum, & consilia] destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam] dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, & in promptu habentes vlisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia. Quae secundum faciem sunt] videte. Si quis confidit sibi, Christi se esse: hoc cogitet iterum apud se, quia sicut ipse Christi est, ita & nos. Nam & si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis dominus in edificationem, & non in destructionem vestram, non erubescam. d Vt autem non existimet tanquam terrere vos per epistolas: (quonia] quidem epistolae inquit) graues sunt & fortes, praesentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis, hoc cogitet] qui eiusmodi est, quia quales sumus verbo per epistolas absentes, tales & praesentes in facto. non enim audemus inferere aut comparare nos quibusdam qui seipsum commendant: sed ipsi] in nobis non metipsum metientes, & comparantes nosmetipsum nobis. ] f Nos autem non in immensum gloriabimur: sed secundum mensuram regulae, qua] mensus] est nobis deus, mensuram pertingendi vsque ad vos. d Non enim quasi non pertingentes ad vos, superextendimus nos. V]sque ad vos enim peruenimus in Euangelio Christi: non in immensum gloriantes in alienis laboribus. Spem autem habentes crescentis fidei vestrae in vobis, magnificari secundum regulam nostram in abundantia, etiam in illa quae vltra] vos sunt euangelizare, non in aliena regula, in his quae praeparata sunt gloriari. ] g Qui autem gloriatur, in domino gloriatur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est: sed quem deus commendat.

a. Mansuetudo quidem in corde, modestia vero in verbis est. Sedulius.  
1. Humanitatem.  
2. Iuxta faciem.  
3. Erga vos.  
b. Oro enim vos ne me cogitis ostendere quod & praesens fortis sim, & virtutē habeam, quia enim absens valde audax contra eos sit & extollatur. Chyri. ibidem.  
c. Ecclesia autem non armis secularibus vincit aduersarios potestates: sed armis spiritualibus, quae sunt fortia deo ad destruendas munitiones & altitudinem nequitiae spiritualis. Abmrofi. de viduis.  
4. Cogitationem.  
5. Cognitionem.  
d. Hic quoque illos terruit. Ait enim: Vos expectamus, vt dum vos per exhortationē & doctrinā correxerimus, & ab illis abstraxerimus, tum illis solis incredulis penam inferamus, cui igitur in hoc parati sumus à vobis qui permixti estis, prohibeant. Occumenius ibidem.  
6. Videtis  
7. Ne.  
8. Reputet.  
[e. Quia qualis sumus absentes verbo asperè corrigendo: Tales sumus praesentes in facto, scilicet, quando expedit. De Lyrā ibidem.]  
9. Non intelligunt, quod se ipsos inter se metuntur, & seipsum sibi comparant.  
f. Hoc est, nihil supra humanam mensurā facimus, sed in apostolatus gratia] quantum nobis dominus donare dignus est: per quā vobis Corinthiis praedicauimus. Nec enim hoc vltimatio] fecimus, sed praecipio. Hier. ibid. 10. Partitus.  
11. Vt de his quae parata sunt gloriemur.  
12. Ego nō gloriabor in aliena regula, similiter autem qui gloriatur, id est, vult potestatem exercere in domino, in mensura à Deo data, gloriatur. Gloriā or. ibid.]

† 21. quae 6. Schismatici. 24. q. 3. esp. De excommunicationis.

† Ephe. 4. Apoc. 21. c.

† 1. Cor. 1. d. Iere. 9. d.

Paulus in honorem Christi se etiam coactus commendat ex suis operibus, & malis sponte perpeisis. XI.

**A** Tinam] sustineretis modicum quid insipientiae meae: sed & supportate me. ] a Aemulor enim vos Dei aemulatione: ] b despondi enim vos vni viro, ] c virginem castam exhibere] Christo. ] d Timeo autem ne sicut serpens Heuam seduxit astutia sua ita corrumpantur sensus vestri, & excidant] à simplicitate quae est in Christo. \* Nam si is qui venit, alium Christū praedicat quem non praedicauius, aut alium spiritū, accipitis quē non accepistis, aut aliud Euangelium, quod non recepistis, recte pateremini. e Existimo enim nihil me minus] fecisse] à magnis Apostolis. Nam etsi] imperitus sermone, sed nō scientia. In omnibus autem manifestus sum vobis. ] f Aut] nunquid peccatum feci, me ipsum humilians, vt vos exaltemini? Quonia] gratis Euangelium dei euangelizavi vobis? alias Ecclesias expoliaui, accipiens stipendia ad ministerium vestrum, & cum essem apud vos, & egerem, nulli onerosus fui. Nā quod mihi deerat, suppleuerunt fratres, qui venerunt à Macedonia, & in omnibus sine onere me vobis seruauit, & seruabo. ] g Est veritas Christi in me, ] h quoniam, ] i haec gloriatio non infringetur in me in regionibus Achaiae. Quare? quia non diligo vos: Deus scit. Quod autem facio, & faciam, vt amputem occasionē eorū, qui volunt occasionem: vt in quo gloriantur, inueniantur, sicut & nos. Nam eiusmodi

i. Sustinueritis me modicū in insipientia mea, imō sustinetis, vel sustinet.  
a. Nō dixit: Amo vos, sed quod maius est, zelotypus sum erga vos. Hoc est, ardētē amo. Deinde ne existimet quōdā] propter humana, nempe pecunias, aut gloriā ita ipsos amet, subiungit, zelo dei, vt vobis profim. Occumenius ibidem.  
2. Vt virginem castam exhiberetis, vel exhibeam.  
\* Iesu.  
3. Habuisse.  
b. Plebeius (& non ornato & cōcinnato sermone, vt erat p̄p̄uodapostoli.) Vnde datur intelligi quod non se debeat ecclesiae doctor de accurati sermone ostentatione iactare, ne videatur ecclesiam dei non velle edificare, sed magis se quantē] eruditionis ostendere. Prosper, de vita contempla. cap. 23. lib. 1.  
[c. Sicut Christus semel stauit, nec negauit, necesse est valem, quando non mentitus, ita faciam, quonia] haec gloriatio nō infringetur in me. Gloriationē] propter Deum concessam contemnit praecipue si insipiam patitur. Hieron. ibidem.]  
4. Quōd d.

† 27. q. 1. c. Nuptiarum. † Gen. 3. a

Pseudoapostoli sunt operarij subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi. Et non mirum:† Ipse enim Sathanas transfiguratur se in angelum lucis. \* Non est ergo magnum si \* ministri eius transfigurantur velut ministri iustitiæ: quorum finis erit secundum opera ipsorum. Iterum dico, ( ne quis me putet insipientem: alioquin velut insipientem accipite me, vt & ego modicum quid gloriar.) Quod loquor, non loquor secundum deum, sed quasi in insipientia, in hac substantia gloriæ. Quoniam multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor. Libenter enim sufferis insipientes, cum sitis ipsi sapientes. \* Sustineris enim, si quis vos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos cædit. Secundum ignobilitatem dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. ] In quo quis aude, ( in insipientia dico: ) audeo & ego. Hebræi sunt, & ego. Israclitæ sunt, & ego. Semen Abrahæ sunt, & ego. † Ministri Christi sunt, & ego: ] vt minus sapiens dico, \* plus ] ego. In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter. \* A Iudæis d quinquies quadragenas vna minus accepi, † ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte & die in profundum ] maris fui, in itineribus sæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, † periculis in mari, periculis in falsis fratribus. † In labore & ærumna, in vigiliis multis, ] in fame & siti, in ieiuniis multis. In frigore & nuditate, præter illa quæ extrinsecus sunt, † instantia ] mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum. † \* Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vrer? Si gloriari oportet, \* quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor. Deus & pater domini nostri Iesu Christi scit, qui est benedictus in secula, quod non mentior. † Damasci præpositus gentis Arethæ Regis custodiebat ciuitatem Damascenorum, vt me comprehenderet: & per fenestram in sporta dimissus sum per murum, & sic effugi manus eius.

*Paulus ex humilitate quæ ad suam gloriam pertinent bona narrare cogitur, vt Corinthios trahat ad humilitatem.* X II.



† I gloriari oportet, non expedit quidem. ] Veniam autem ad visiones & reuelationes domini. † Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, deus scit, raptum huiusmodi vsque ad tertium cælum. Et scio huiusmodi hominẽ, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, deus scit, quoniã raptus est in paradysum, & audiuit arcana verba, quæ nõ licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor, pro me autem nihil, nisi in infirmitatibus meis. Nam & si voluero gloriari, non ero insipiens. Veritatem enim dicam. Parco autẽ, ne quis me existimet supra id quod videt in me: — aut aliquid audit ex me. ] \* Et ne magnitudo ] reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis — meæ, ] angelus Sathanæ ] qui me colaphizat. \* Propter quod ter dominum rogauì, vt discederet a me: & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus ] in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor \* in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. Propter quod placeo — mihi ] in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo. † Cum enim infirmor, tunc potens sum. Factus sum insipiens, \* vos me coegistis. Ego enim a vobis debui commendari. Nihil enim minus feci ] ab iis qui sunt supra modum Apostoli. † Tamen si nihil sum, signa tamen Apostolatus mei facta sunt supra vos in omni patientia, in signis, & prodigiis, & virtutibus. \* Quid est enim quod minus habuistis præ cæteris Ecclesiis, nisi quod ego ipse non grauauì vos? Donate mihi hanc iniuriam. Ecce, tertio — hoc ] paratus sum venire ad vos, & non ero grauis vobis. Non enim quæro quæ vestra sunt, sed vos. † Nec enim debent filij parentibus thesaurifare, sed parentes filiis. \* Ego autem libentissimè impendam, & superimpendam ] ipse pro animabus vestris, licet plus vos diligens, minus diligar. Sed esto, ego vos nõ grauauì, sed cum essem astutus, dolo vos cepi. Nunquid per aliquem eorum quos misi ad vos, circumueni vos?

e. Discretio sanè difficillima est, eum spiritus malignus quasi tranquillus agit, ac sine aliqua vexatione corporis. Numquid humano spiritui dicit quod potest: quando etiam vera dicit & vult prædicat, transfiguratur se, sicut scriptum est, velut in angelum lucis. ad hoc vt cum in manifestis sibi creditum fuerit, seducat ad sua. Augusti. de Gen. ad literam. lib. 12. cap. 13.

\* Et. 5. Contumeliam (quod scilicet pseudoapostoli Corinthiis improperebant idololatriæ & ignobilitatem gentem, quod scilicet nõ descendissent a patre Abraham. 6. Excellentius.

d. Hoc est per singular quinque vires. 39 plagas, quem numerum excedere non licuit, vt Deuteronom. 25.

7. In profundum. 8. Sæpe. e. Paulus inter labores suos, & pericula & incommoda, post famem & sitim, ieiunia quoque plurima enumerat. Principales hæc species in castigatione vitus. Potest tam die in scripturis abstinentiæ operationibus præiudicare, vt & ipse pro modo vilius aut necessarius. Nã exceptio eduliorum quorundam portionalis ieiunium est. Tertio, contra Psichycos. 9. Cura. \* De his.

1. Gloriarì siquidem non expedit mihi. 2. Itaque nos non solum secundum, sed etiam tertium cælum esse negare non possumus, cum Apostolus raptum se ad tertium cælum scriperat suorum reificatione confirmet. Dauid etiã cælos cælorum, in illo laudantium dominum constituit choro. Ambro. Hexameron. lib. 2. cap. 2.

b. Manifestissimè autem Apostolus ostendit, quoniam traditus est suæ infirmitati homo, ne elatus aliquando excideret à veritate. Irenæ. lib. 5. 2. Excellentia. 3. Sathan. \* Ne supra modum extolleret. 4. Potentia mea. \* Magnitudo. e. Infirmitas corporis sobrietas mentis est. Vnde ait Apostolus: Cum infirmor, tunc potens sum. Itaque non in virtutibus, sed in infirmitatibus gloriabor. Responsum quoque diuinum refulsit oraculo salutari, quia virtus in infirmitate consummatur. Ambro. Hexameron. lib. 1. cap. 5. Glorians. 5. Habui.

d. Tanquam magnum aliquid dixerit quod suas excedat vires corrigi illud. Nõ dixit autem, ab ipse sum: sed quod multo infarius est, nihil sum. Tu verò inquit, ne intuearis hoc, si nihil sum: sed hoc aduerte, anne omnia perfecim quæcumque Apostolorum designant & insigniunt. Oecum. ibidem. e. Considera igitur quor gradus commemorat. Lieebat accipere, ipse autem nõ accipiebat. Ecce primum opus bonum, & quantum inopia premeretur: ecce secundum, & illi prædicat, in tertium, & impendit, ecce quartum: & non simpliciter adiciit, sed & cum incrementò, ecce quartum: & non solum pecuniam, sed & seipsum, en sextu & his qui non valde diligebant ipsum, ecce septimum, & his qui valde diligebantur, ecce octauum. Chrysost. ibidem. 6. Expendat.

D † 26. q. 5. cap. Episcopi, De regulis, c. Licet.

F † 1. Cor. 4. a. Sup. 6. 1. Tim. 5. c. † Ad. 6. c. Act. 14. c.

† Ad. 27. a. 2. Theof. b. Deute. 18. b.

G † 2. q. 7. cap. Placuit. Anno do. 19.

† Ad. 9. a.

† 26. q. 5. cap. Episcopi, Act. 9. a.

† De renunt. Nisi cum p. dem.

† 16. q. 1. cap. Preiudicium. De causis. Cum 2. p. stolar.

d vos? Rogavi Titum, & misi cum illo fratrem. Nunquid Titus vos circūuenit? Nonne eodem spiritu ambulauimus? Nonne eiusdem uestigiis? Olim] putatis quod excusamus nos apud vos? Coram deo in Christo loquimur. Omnia autē charissimi propter ædificationem uestram. Timeo enim ne forte cum uenero, non quales uolo inueniam uos, & ego inueniar à uobis qualē non uultis, ne forte contentiones, æmulationes, animositates, dissentiones, detractiones, susurrations, inflationes, seditiones, sint inter uos. Ne iterum cum uenero humiliet me Deus apud uos & lugeam multos ex iis qui antē peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditia, & fornicatione, & impudicitia quam gesserunt.

[f. Rogavi Titum, ut iret ad uos pro salute uestra, & misi cum illo fratrem, scilicet Apollo, Lucam uel Barnabam.]  
7. Rursum.  
[g. Id est, in persona Christi, iure mendacium nō loquimur, & ego inueniar à uobis qualera non uultis, uel seuerus in uindicta: hic autem blanditius mihi iunguntur. Sedul. ibid.]  
[h. Propter hæc se dicebat seuerissimè uindicare. Quid faceret si nostris reprobis adueniret, quibus ad compactionē aliorum criminum, ista ne putaret quidē esse peccata? Hiero. ibid.]  
8. Ire.  
\* Meur.

Gal. 5. d

*A pseudopropheta seducti vituperandi sunt, in doctrina autem Christi persistentes laudandi.*  
XIII.

**E**cce tertiò hoc] uenio ad uos, & ut] in ore duorum uel trium testium stet omne uerbum. Prædixi enim & prædico, ut præses uobis, & nunc absens iis qui antē peccauerunt, & cæteris omnibus, quoniam si uenero iterum, non parcam. An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur, Christus? Qui in uobis] non infirmatur, sed potens est in uobis. Nam etsi crucifixus est ex infirmitate, sed uiuit ex uirtute dei. Nam & nos infirmi sumus in illo, sed uiuimus] cum eo ex uirtute dei in uobis. Vosmetipso tērate, si estis in fide, ipsi uos probate. An nō cognoscitis uosmetipso, quia] Christus Iesus in uobis est? Nisi forte reprobī estis. Spero autem quod cognoscitis,] quia nos non sumus reprobi. Oramus autem deum, ut nihil mali faciatis, nō ut nos probati pareamus,] sed ut uos quod bonum est, faciatis. Nos autem ut reprobi simus. Non possumus enim aliquid aduersus ueritatem: sed pro ueritate. Gaudemus enim quoniam nos infirmi sumus: uos autem potentes estis. Hoc & oramus, uestram consummationem. Ideò hæc absens scribo, ut non præsens durius agam secundum potestatem, quam dominus dedit mihi in ædificationem, & non in destructionem. De cætero] fratres gaudete, & perfecti estote, & exhortamini,] id ipsum sapite. Pacem habete, & deus pacis & dilectionis erit uobiscum. Salutate in uicem in osculo sancto. Salutant uos omnes sancti. Gratia domini nostri Iesu Christi, & charitas dei, & communicatio sancti spiritus sit cum omnibus uobis. Amen.

Deut. 17. b  
Mat. 18. c  
Hebr. 9. d  
Ioh. 8. e  
1. q. 1. c. 1. &  
c. Placent.

1. q. 1. Si enim.

1. Cor. 10.

1. Mat. 5. a

1. Ac tertia uice.  
a. Qui post documenta priorum peccauerint, non ipsis parcam, quia antecedentium ruina sequentes debet facere cauitores. Hieron. ibid.  
2. Loquens in me Christi  
3. Erga uos, & in uos.  
[b. Uicit & si prius infirmus. Nā & nos multo minores, licet infirmi in illo, id est, licet ad imitationem eius multa patimur & perdis, tamen uiuimus, id est, potestatem habemus per eum in uobis iudicandis. Glos. ordin. J  
4. Viuimus.  
5. Quod.  
6. Opto autem apud deum.  
c. Neque enim dicturus es nihil eum mali facere qui non credit in Christum, aut qui hūc desinit Christi. Sicutque non est illi præcipere, sed consistere te deū rogare ne sunt, sciens hominis uoluntatem ab ipso corrigi & dirigere, ista non faciat. Augu. epist. 107.  
[d. Ad uirtuosum enim pertinet de uirtutum operibus gaudere: perfecti estote, id est, perfectionem consequendam tēdite, quia sicut nauis in flumen posita per aquæ motum descendit, nisi remigetur in contrariū, sic anima ex corruptione carnis ad perfectionem descendit, nisi conetur in contrarium. De Lira.]  
7. Consolationem habere.  
8. Idem sentite, siue unanimes estote.  
e. Hæc est p̄ceda trinitas in unitate consistens, quæ scilicet unitate substantiæ profitemur. Nō enim nos secundum corporum cōditionem diuisionem in deo facimus, sed secundum diuinæ naturæ potētiam, quæ in materia nō est, & nominum personarum ueritate consistere credimus, & unitatem diuinitatis esse testamur. Nec extensionem partis alicuius ex parte (ut quidā putauerunt) dei filium dicimus, nec uerbum sine re, uelut sonum uocis accipimus: sed tria nomina & tres personarum unitas esse essentia, unius maiestatis, atque potētia credimus. Et ideo unum deum cōfitemur, quia unitas maiestatis, plurium uocabulo deos prohibet appellari. Grægo. Nazianz. de fide.  
Ad Corinthios secunda. Missa fuit à Philippis Macedoniæ per Titum & Lucam.  
a. Qui ab hominibus mittitur, mendax est: qui per hominem mittitur, potest esse uerax: quia & deus uerax potest per hominem mitti. Qui ergo neque ab hominibus, neque per hominem missus uerax facit. Priores ergo Apostoli ueraces qui nō ab hominibus, sed à deo per hominem missi sunt, per Iesum Christum scilicet adhuc mortalem. Uerax etiam nouissimus Apostolus, qui per Iesum Christum totū id deum post resurrectionem eius missus est. Augu. sin. ibidem.  
1. Et domino nostro.  
2. Transferamini.

INCIPIT PROLOGVS IN EPISTOLA ad Galatas.

**E**rat sunt Græci. si uerbum ueritatis primū ab Apostolo acceperūt: sed post discessum eius tentati sunt à falsis Apostolis, ut in legem & circumcisionem uerterentur. Hos Apostolus reuocat ad fidem ueritatis, scribens eis ab Epheso.

Incipit Epistola ad Galatas.

*Nimia leuitas est abduci à ueritate, quam doctor non ab homine in conuersione, ante conuersionem & post conuersionem, sed à solo Christo acceperit.* Cap. I.

**A**ulus Apostolus nō ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum, & deum patrē, qui suscitauit eum à mortuis: & qui mecum sunt omnes fratres: Ecclesiis Galatiar. Gratia uobis & pax à deo patrē nostro & domino] Iesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos de præsentī seculo nequam, secundum uoluntatem dei & patris nostri: cui est gloria in secula seculorum, amen. Miror quod] sic] tam citò] transferimini] ab eo qui uos uocauit in gratiam Christi, in aliud Euangelium: quod non est aliud, nisi sunt aliqui qui uos conturbant, & uolunt conuertere Euangelium Christi. Sed licet nos, aut angelus de cælo euangelizet uos

1. 1. q. 3. c. Si quis qui.  
2. 4. q. 1. cap. Cum ergo.

3. Præter id.  
 [b. Magnū est de honoribus & laudibus hominum non lætari, sed omnem pōpam inane præcedere, sed & si quid inde necessarium continetur, id totum ad utilitatem hominū dūm, salutemque conferre. Non enim frustra dūm est: Deus cōstringet oīa hominum placere volentium. August. episto. 64. To. 2.]  
 \* Inim.  
 4. Quōd.  
 c. Oīdēdere vult quā firmiter tenuerit Iudaismū, & quā fideliter pro traditionibus patrū expugnavit ecclesiam: ut intelligamus eum non potuisse inde humano consilio nisi revelatione separari diuina. Hiero. ibid.  
 5. Deo.  
 6. Per.  
 7. Communicaui eum carne & sanguine, vel non contuli.  
 8. Scilicet (scilicet à Damasco) post meam conuersionem.  
 d. Scilicet à conuersione mea. [Id est, postquam tribus annis prædicaueram, & sic non habui noticiam euangelij à Petro, sed à Deo per reuelationē. De Lyr.]  
 e. Vides quantū pro hoc deceret sermone? Periculum enim erat ne fide dignus non esset ad prædicationem, quasi hominum & non Christi discipulus fuisset. Oecume. ibid.  
 9. Quōd.  
 ff. Hoc ideo dicit, ne quis putaret eum ab illis Euangelium didicisse Sedul. ibid.]  
 10. Glorificabant.

bis<sup>3</sup> præterquam] quod euangelizauimus vobis, anáthema sit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico, si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anáthema sit. Modo enim hominibus suadeo, an deo? An quæro hominibus placere?†<sup>b</sup> Si \* adhuc hominibus placere, Christi seruus nō essem. Notū enim vobis facio fratres Euangelium quod euangelizatum est à me, † quia ] non est secundum hominem. † Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici: sed per reuelationem Iesu Christi.  
 †<sup>c</sup> † Audistis enim conuersationem meam aliquando in Iudaismo, quoniam supra modum persequebar Ecclesiam Dei, † & expugnabā illam, & proficiebam in Iudaismo supra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator existens patrum mearum traditionum. Cum autem placuit † ei, ] qui me segregauit de vtero matris meæ, & vocauit per gratiam suam, vt reuelaret filium suum † in ] me, vt euangelizarem illum in gentibus, continuo non † acquieui carni & sanguini. ] Neque † veni ] Ierolimam ad antecessores meos Apostolos: † sed abij in Arabiam, & iterum reuersus sum Damascum. † † Deinde post † annos tres veni Ierolimam videre Petrum: & mansi apud eum diebus quindecim. Alium autem Apostolorum vidi neminem: nisi Iacobum fratrem domini. † Quæ autem scribo vobis, ecce corā deo † quia ] non mentior. Deinde veni in partes Syriæ, & Ciliciæ. † Eram autē ignotus facie Ecclesiis Iudææ, quæ erant in Christo. Tantū autem auditum habebāt: quoniam qui persequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem, quam aliquando expugnabat, & in me † clarificabant ] Deum.

*Doctrina euangelica à Paulo & alijs Apostolis prædicata legis ceremonias satis excluderat, licet alijs Apostolis alienum videretur, quam tamen ipsi antè confirmauerant.* 11.

a. A Iudæis autē causa legis mala illi fiebat opinio, quasi discor daret à prædicatione ceterorum Apostolorū, & hinc fiebat multus serupulus, ita vt genes possent percurbari, ne in aliud inducerentur ab eo, quā tradebant Apostoli, qui cū domino fuerant. Nā ipsa occasione subuersi sunt Galatæ à Iudæis, dicentibus quia aliud tradebat Paulus, q̄ Petrus. Hinc factum est vt admonit<sup>9</sup> reuelatione domini, ascenderet Ierolimam cum testibus prædicationis sue: id est, Barnabæ & Tito, vno Iudæo & altero gentili: vt si quod de eo haberent scandalum, horum testimonio tolleretur, adpetens illis sensum prædicationis sue. Ambro. ibid.  
 1. Existimabantur.  
 2. Quo pado.  
 3. Gracis.  
 b. Nō sic tibi aliqua sollicitudo de laico habitus persona. Similiter enim mādāta dei seruandis laicis celeste palatij pater, velut clericis, & sacerdotali habitu præditis. August. de Iu. docu. cap. 38.  
 4. Existimabantur.  
 5. In.  
 6. Diligens.  
 c. Nam quis eorum auderet Petro primo apostolo, cui claves regni celorum dominus dedit, resistere, nisi alius talis, qui fiducia electionis sue, sciens se non imparē, constanter improbareret quod ille sine consilio fecerat. Ambr. ibid.  
 7. Palam.  
 8. Reprehensus fuerat.  
 \* Ab illis.  
 9. Quare.  
 d. Opera legis circūciso & sabbatum, dies festi, &c. que non propter iustitiam, sed ad edomandam populi duritiam sunt mandata. Hiero. ibid.  
 10. Creditimus.  
 11. Propterea.  
 e. Quæ necessaria sunt in lege, etiā natura docuit, puta decem præcepta decalogi: de sabbato autē, circūcisione, &c. nihil natura docuit. Hæc ergo dicit legis præcepta, quorum transgressio peccatum erat, eustodia vero non efficiēbat perfectam iustitiam. Oecumen. ibid.



Deinde post annos quatuordecim, † iterum ascendi Ierolimam cum † Barnabæ, assumpto & Tito. Ascendi autem secundum reuelationem, & contuli cum illis Euangelium quod prædico in gentibus. Seorsum autem illis qui † videbantur ] & aliquid esse, ] ne † forte ] in vacuum currerem aut cucurrissem. Sed neque Titus qui mecum erat, cum esset † gentilis, ] compulsus est circumcidi: † sed ] propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu, vt nos in seruitutem redigerent. Quibus neque ad horam cessimus subiectioni: vt veritas Euangelij permaneat apud vos. Ab iis autem qui videbantur esse aliquid (quales aliquādo fuerint, nihil meae interest. † † Deus enim personam hominis non accipit.) Mihi enim qui † videbantur ] & esse aliquid, ] nihil contulerunt. Sed econtra, cum vidissent quod creditum est mihi Euangelium præputij, sicut & Petro circūcisionis: ( qui enim operatus est Petro in Apostolatū circūcisionis, operatus est & mihi † inter ] gentes: ) & cum cognouissent gratiam quæ data est mihi, Iacobus & Cephas & Ioannes, qui videbantur columnæ esse, dexteris dederunt mihi & Barnabæ societatis, vt nos in gentes, ipsi autem in circūcisionem: tantum vt pauperum memores essemus. Quod etiam † sollicitus ] fui hoc ipsum facere. † † Cum autem venisset Cephas Antiochiā, † in faciem ] ei restiti, quia † reprehensibilis erat. ] † Prius enim quā venirent quidam à Iacobō, † cum gentibus edebat. Cum autem venissent, subtrahebat, & segregabat se, † timens eos qui in circūcisione erant. Et simulationi eius consenserunt ceteri Iudæi, ita vt & Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem. Sed cum vidissem quod non rectè ambularent ad veritatem Euangelij, † dixi Cephæ coram omnibus: Si tu, cum Iudæus sis, gentiliter viuis, & non Iudaicè, † quomodo ] gentes cogis Iudaizare: Nos natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores: scientes † autem ] quod non iustificatur homo † ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi: & nos in Christo Iesu † credimus, ] vt iustificemur ex fide Christi & non ex operibus legis: † † Propter ] quod ex operibus legis † non iustificabitur omnis caro. Quod si quærentes iustificari in Christo, inuenti sumus & ipsi peccatores: nunquid Christus peccati minister est? Absit. Si enim

† 47. d. c. ff. 1. Cor. 15. a  
 † 1. Cor. 15. a  
 † Phil. 2. 3. b  
 † 1. Cor. 15. b Ad. 9. 2. b  
 † An. do. 33.  
 † An. do. 35.  
 † Deut. 10. d  
 2. Para. 15. c  
 Rom. 2. b  
 Ephes. 6. b  
 Coloss. 3. d  
 Act. 10. c  
 Job 34. b  
 Iaco. 2. b  
 1. Pet. 1. c  
 † 8. dic. Quæ contempta.  
 † 2. quæst. 7. c. Tellen.  
 † Rom. 1. c

enim quæ destruxi, iterum hæc reedifico: præuicatorem me constituo. Ego enim per legem legi mortuus sum, vt deo viuam, Christo crucifixus sum cruci. Vivo autem iam non ego: uiuit uero in me Christus. Quod autem nunc uiuo in carne: in fide uiuo filij dei qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Nô abiicio gratiam dei. Si enim per legem iustitia, ergo<sup>12</sup> gratis] Christus mortuus est.

f. Vita nostra tanquam nostra. Ideo de uoluntate propria nostra, nô erit nisi mala, peccatis iniqua. Vita uero bona de deo in nobis est, non à nobis. Augu. super Ioan. tra. 2. 12. Frustra.

*Legis ceremonie ex earum defectu & insufficientia non erant cum euangelio obseruanda, quæ nec iustificabant, nec à legis maledicto eripiebant, à quo nos Christus eripuit.* III.

**A** Insensati Galatæ: quis vos fascinoit nô<sup>1</sup> obedire] ueritati? Ante quorum oculos Iesus Christus proscriptus est, & in uobis crucifixus? Hoc solum à uobis uolo discere. Ex operibus legis spiritu accepistis, an ex auditu fidei? Sic stulti estis & ut] cum spiritu cœperitis, nunc carne consummami? Tan-

ta passi estis & sine causa? si tamen sine causa. Qui ergo tribuit uobis spiritum: & operatur uirtutes] in uobis: ex operibus legis, an ex auditu fidei? Sicut scriptum est:] Abraham credidit deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Cognoscite] ergo quia qui ex fide sunt, ij sunt filij Abraham. Prouidens] autem scriptura quia ex fide iustificat gentes Deus: prænuntiauit Abraham: quia benedicentur in te omnes gentes.

**B** Igitur qui ex fide sunt, benedicentur] cum fidei Abraham. Quicumque] enim ex operibus legis sunt: sub maledicto] sunt. Scriptum est enim: Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. Quoniam autem in lege nemo iustificatur apud deum, manifestum est: quia iustificatus ex fide uiuit. Lex autem non ex fide: sed qui fecerit ea, uiuet in illis. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum (quia scriptum est, maledictus omnis qui pendet in ligno:) ut & in gentibus benedictio Abraham fieret in Christo Iesu, ut pollicitationem spiritus accipiamus per fidem. Fratres, secundum hominem dico: tamen hominis confirmatum testamentum nemo spernit, aut superordinat.

**C** Abraham dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit & seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno, & semini tuo, qui est Christus. Hoc autem dico, testamentum confirmatum à Deo quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex, non irritum facit, ad euacuandam promissionem. Nam si ex lege hæreditas, iam non ex promissione. Abraham autem per<sup>10</sup> repromissionem] donauit Deus. Quid igitur lex? Propter transgressionem posita] est, donec veniret semen cui promiserat: ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem, vnus non est: deus autem vnus est. Lex ergo aduersus promissa dei? Absit. Si enim data esset lex quæ posset uiuificare, uerè ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Prius autem quam veniret fides sub lege custodiebamur, conclusi in eam fidem quæ reuelanda erat. Itaque lex pædagogus noster fuit in Christo, ut ex fide iustificemur. At ubi venit fides: iam non sumus sub pædago. Omnes enim filij Dei estis per fidem quæ est in Christo Iesu. Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Iudæus neque Græcus, non est seruus neque liber, non est masculus neque fœmina. Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu. Si autem vos Christi, ergo semen Abraham estis, secundum promissionem hæredes.

*Gratia & hæreditatis filiorum Dei beneficium Iudæis ipsis promissum, non solum illis, sed & Gentibus in mysterio quoad matres & filios exhibitum est.* IIII.

**A** Ico autem: Quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cū sit dominus omnium, sed sub tutoribus, & actoribus] est usque ad præfinitum tempus à patre, ita & nos, cum essemus paruuli, sub elementis mundi huius eramus seruientes. At ubi venit plenitudo temporis, missus Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redi-

†Gene.15.b  
Roma.4.a  
Iaco.2.d  
†Gene.22.d  
Eccle.44.d  
†Deut.27.d  
†Abacuc.2.a  
Rom.10.b  
Hebr.10.d  
Leuit.18.d  
Deut.21.d  
†Hebr.9.d  
†Rom.3.b  
†Rom.6.a  
De coniu.  
10.c.1.  
†Rom.8.e  
†14. quæst. 3.  
c. Quidam.  
1. Tim. 1. b

2. Vbi demonstrat seipsum nō ab hominibus, sed à domino fuisse edoctum, maiori nōe auctoritate docet comparationē fidei ac legis facies. Scilicet autē vocat ipsos. Verè enim illud est à Christo discere, legique adherere. Occumen. ibid.  
1. Credere.  
2. Frustra, & infra.  
3. Qui ergo suppeditabat uobis spiritum, & operabatur potētiast  
4. Vel, Cognoscitis.  
5. Præuidens.  
6. benedicuntur.  
7. Quorquor.  
8. Quia ita prauuluit conseruando peccandi, ut nemo iam perficiat legē, sicut Petrus apostolus ait Act. 15. Quod neque nos neque patres nostri portare potuimus. Si qui uerò iusti non erant maledicti, nō ex operibus legis, sed fidei gratia saluari sūt. Sedulus ibidem.  
9. Maledictione, & infra.  
10. Vniuer.  
11. Homo.  
12. Quæ factis ad penam sit, quod suspensus moritur reus, & quod illic est usque ad uesperā, ut tūc deponatur, & sepeliatur, nec sibi sit diutius, maius sit opprobrium & macula generi eius. Maledictus, id est mortuus, quia mors ex maledicto: & maledictum est omne peccatum, uel ipsum quod sit, ut sequatur supplicium. Glofa ordin. ibid. J.  
d. Orendens per ipsum nobis sanctum sacramentum, per ipsum nobis tutum auxilium fore. Ambr. in 24. cap. Gene.  
\* Erga Christum.  
10. Promissionem.  
e. A latere uenientem quæsiōnem sibi proponit. Quare ergo data est lex, dum non illa promissio est, nec implet promissionem, nemōque per eam saluatur? Ad quod respondet: Lex propter transgressionem posita est, & mortis pignus fuit, donec veniret semen. Sedulus.  
11. Transgressionem addita.  
12. In Christum.  
f. Sint hæc de his qui baptisum expectare possunt, quid uerò de infantibus ais? qui neque quid gratia, quæ sit pena cognoscunt, non & illos baptizamus? maximè quidem, si periculum aliquod imminet. Melius est enim nondum rationis cōpotes sanctificari, quam non signatos & initiatos uita excedere. Idque nobis designat post octidū diū circūciso illi, quæ figurale fuit signaculum, ac propter irracionales adhuc introducta. Grego. Nazianz. in san. lauar. oratio.  
1. Dispensatoribus.  
a. Filium, inquit, suū, nō vnū de multis, non communem, sed suum. Suum cum dicit, generationis æternæ proprietatē signauit. Hinc postea factum ex muliere asseruit, ut factura non diuinitati, sed assumptioni corporis ascriberetur. Factum ex muliere per carnis susceptionem, factum sub lege per obseruantiam legis. Generatio autē illa celestis ante legem, ista post legem. Ambr. de fide, lib. 1. cap. 5.



[b. Beneficium adoptionis filiorum Dei non solum pertinet ad eos qui sub lege erant, sed etiam ad Gentiles. Et ideo dicitur. Quoniam estis filij Dei. i. quod filij filij Dei, ista de causa facti est, quia non solum iudei, sed etiam omnes alij qui in Christum deum filium credunt, adoptantur in filios. Ioh. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius, &c. Sancti Thom. ibidem.]

2. Es.  
3. Dei per Christum.

4. Ab initio.

5. Vobis, ne frustra velis sufficere. Hoc est, ne imitaminei gentiliter viuente, quia ego gentiliter vno, iudicia obseruatione deposita, sicut Apost. in hac eadem epistola Petro apostolo dicit: Si tu cum iudeis sis, gentiliter viuas, &c. Hieron. ibidem, 5. Meam.

[d. Ego inimicus vobis factus sum, arguendo de malis, q. d. non debetis me ex hoc minus diligere, sed magis, & quia inducantur ad hoc per falsos apostolos, similes hoc facere ex Galatarum dilectione, ideo subditur. Aemulantur vos, id est, vos diligunt. Aemulantur enim, qui non cupiunt eos esse meliores, quam ipsos volunt facere peiores, & retrosum trahere emulatione peruersa. De Lyra. ad Gloriosa ordina.]

6. Includere.

7. Est emulari.

8. Audistis.

e. Duos populos ostendens de Abraham generatione manare, vnum iudeorum, qui legis symbolis seruauit, eo quod de ancilla in seruitutem uentus, esse generatus: alterum Christianum, qui ad remissionem peccatorum celestis gratie libertatem accepit. Ambro. de Abraham, lib. 1. cap. 4.

9. A monte.

10. Omnium nostrum.

f. Hoc est, legem vel Regem, que accepit primus populus Israel: quando nec legem nec regem populus Christianorum accepit. Ex quibus tamen Gentibus longe fertilius, & numerosior sanguinem multitudine promouit. August. de consen. euang. lib. 1. cap. 31.

g. Persequatur eum scilicet Isaac, secundum spiritum. i. secundum promissionem & uirtutem spiritus. Ita & nunc, hoc est, ita & isti seruus sibi similes vos facere nituntur. Sedul. ibi.]

11. Libertate igitur qua Christus nos liberauit. (Vt finis iugatur principio.)

a. Cum dictum fuerit Abraham Genes. 17. Eratque pectus meum in carne uestra in foedus eternum, iudei carnis circumcisione defendite continentur, tanquam si dicerentur. Excedenda circuncisionis ritus seruabitur in eternum non attendentes quod supra dictum fuerit: non foedus esse circuncisionem, sed foederis esse signum. Et cuius foederis? Nempe expectandi feminis ex stirpe Abraham, in quo omnes gentes benedicentur. Cui ergo illud foedus iam uenerit, quisquis adhuc circunciditur, uenisse negat eum, quem tali signo uenturum se expectare pronuntiat. Rupert. super 17. cap. Gene. 1. Quod & infra.

2. Quicumque per legem.

3. Falsum.

4. Credere.

5. Fermentum.

[b. Non carnaliter abscinditur, sed uini generandi perdant in uobis, vel in aliis nihil proficit, non solum circuncis, sed abscis, ut nullam omnino generandi habeant potentiam. Glosa ordinaria ibidem.]

6. A statu deturbant.

c. Nam qui mordet quod appetebat, rursus expleuit: eorum qui detorant, extrema feritatis & immanitatis hyssemum dedit. Chrysost. ibid.

7. Deuoratis.

meret, ut adoptionem filiorum recipere[mus]. Quoniam autem estis filij Dei,] misit deus spiritum filij sui in corda uestra, clamantem, Abba, pater. Itaque iam non est] seruus, sed filius. Quod si filius, & haeres per Deum. Sed tunc quidem ignorant[es] Deum, iis qui natura non sunt dii seruiebatis. Nunc autem cum cognoueritis Deum, imò cogniti sitis à Deo: quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, quibus denuò seruire uultis? Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos. Timeo uos, ne forte sine causa laborauerim in uobis. Estote sicut ego, quia & ego sicut uos: Fratres obsecro uos, nihil me laxistis. Scitis autem, quia per infirmitatem carnis euangelizau[is] uobis iam pridem, & tentationem uestram in carne mea non spreuistis, neque respulistis, sed sicut angelum Dei excepistis me, sicut Christum Iesum. Vbi est ergo beatitudo uestra? Testimonium enim perhibeo uobis, quia si fieri posset, oculos uestros eruissetis, & dedissetis mihi. Ergo inimicus uobis factus sum, uerum dicens uobis? Aemulantur uos non bene, sed excludere uos uolunt, ut illos aemulemini. Bonum autem aemulamini in bono semper: & non tantum cum praesens sum apud uos. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis. Vellem autem esse apud uos modò, & mutare uocem meam, quoniam confundor in uobis, dicite mihi qui sub lege uultis esse: Legem non legistis? Scriptum est enim: quoniam Abraham duos filios habuit: unum de ancilla, & unum de libera. Sed qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per reprobationem. Quae sunt per allegoriam dicta. Haec enim sunt duo testamenta. Vnum quidem in monte Sina in seruitutem generans: quae est Agar. (Sina enim mons est in Arabia, qui coniunctus est ei, quae nunc est Ierusalem) & seruit cum filiis suis. Illa autem quae sursum est Ierusalem, libera est: quae est mater nostra. Scriptum est enim: Latere sterilis, quae non parit: erumpe & clama, quae non parturit: quia multi filij deserta, magis quam eius quae habet uirum. Nos autem fratres secundum Isaac promissionis filij sumus. Sed quomodo tunc is qui secundum carnem natus fuerat, persequatur eum qui secundum spiritum, ita & nunc. Sed quid dicit scriptura: Eice ancillam & filium eius. Non enim haeres erit filius ancillae cum filio liberae. Itaque fratres, non sumus ancillae filij, sed liberae, qua libertate Christus nos liberauit.]

*Cum Galatæ per legem gratiæ multa mala euaserint, & multa sint bona consecuti, ingrati tamen ferunt legem, per quam etiam in spiritu sancto à seruitute legis liberantur.*



† Tate & nolite iterum iugo seruitutis contineri. Ecce ego Paulus dico uobis quoniam si circuncidamini, Christus uobis nihil proderit. Testificor autem rursus omni homini circuncidenti se, quoniam] debitor est uniuersae legis faciendae. Euacuati estis à Christo. Qui in lege] iustificamini, à gratia excidistis. Nos enim spiritu ex fide, spem iustitiae expectamus. Nam in Christo Iesu, neque circuncisio aliquid ualet, neque praepitium: sed fides, quae per charitatem operatur. Currebatis bene: Quis uos impediuit] ueritati non obedire? Nemini consenseritis. Persuasio haec, non est ex eo qui uocauit uos. Modicum fermentum totam massam corrumpit. Ego confido in uobis in domino, quod nihil aliud sapietis. Qui autem conturbat uos portabit iudicium, quicumque est ille. Ego autem fratres, si circuncisionem adhuc praedico, quid adhuc persecutionem patior? Ergo euacuatum est scandalum crucis. Vtinam & abscindantur qui uos conturbant. Vos enim in libertatem uocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem & spiritus] seruite inuicem. Omnis enim lex in uo sermone impletur, diliges proximum tuum sicut teipsum. Quod si inuicem mordetis & comedetis, uidete ne abinuicem consumamini. Dico autem in Christo: Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum:

† 2. q. 1. cap. 3. q. 7. Quis exstimat.

† Gene. 16. d. Gene. 21. a.

† 1. q. 4. Qui secundum carnem.

† 1. q. 4. Qui secundum carnem.

† Gene. 12. a. 1. q. 1. c. 1. No omnis & 9. 4. Re. curat.

† Ad. 16. d. De baptis. Maior. 2. 3. quæst. 1. c. Sic enim. 6. Si autem. 2. Cor. 6. c. Ad. 15. a. De pe. ad. 1. c. Charitas. Citeu. n. 1. Cor. 5. b.

† Leuit. 19. 5. Mar. 2. 5. Marc. 1. 5. Luc. 10. d. Rom. 1. c. Iaco. 2. b. 1. Pet. 2. b.

tum:

tum: spiritus autem aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur: vt non quæcunque vultis, illa faciatis. † Quod si spiritu ducimini: non estis sub lege. † & manifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitia, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comestationes, & his similia: † quæ prædico vobis, sicut prædixi: quoniam qui talia agunt, regnum dei non consequentur. † \* Fructus autem spiritus est, charitas, gaudium, pax, & patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Aduersus huiusmodi non est lex. † \* Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitis] & concupiscentiis.

† 9. quæst. 2. Dicitur sunt. 11. quæst. 6. Jam verb. 11. quæst. 4. la. co. 1. Cor. 11. g. † 6. quæst. 1. c. illi qui. † Apoc. 12. a. † Roma. 13. d. 1. Pet. 2. b.

d. Ipsa autem opera manifestat quæ dicit carnalia, manifestius prædicat quod est: Caro & sanguis regnum dei possidere non possunt. Qui enim illa agunt, verè secundum carnem ambulantes, viuere deo non possunt. Et iterum spirituales actus inquit hominem viuificant, id est, insectione spiritus. Irenæ. lib. 5. \* Adulterium. 8. Seditiones. \* Contra. † Quasi cetera malos posita est lex: bonis autem posita est crux. Glosa ordin. ibid. † 9. Cum affectibus.

*Qui sub lege diuina militare capiunt, inuicem pacificè viuant, inferiores superioribus subiecti, superiores inferioribus fauentes, & coæuales vna iuuantes, singuli autem hereticos & peruersos abducentes.*

VI.

**S**piritu viuimus, spiritu & ambulemus. Nō efficiamur inanis gloriæ cupididi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Fratres, † & si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite [in spiritu lenitatis: considerans te ipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portare: & sic adimplebitis legem Christi. Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. \* Opus autem suum probet vnusquisque: & sic] in semetipso & tantum] gloriam habebit & non in altero. † Vnusquisque enim onus suum portabit. † Communicet autem is qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat, in omnibus bonis. Nolite errare, † Deus non irridetur. † Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet. Quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. \* Bonum autem facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes. † Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Videte qualibus literis] scripsi vobis mea manu. Quicumque enim] volunt placere in carne, ij cogunt vos circumcidi, tantum vt † crucis] Christi persecutionem non patiantur. Neque enim qui circumciduntur, legem custodiunt: sed volunt vos circumcidi, vt in carne vestra gloriantur. \* Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quæ mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. † In Christo enim Iesu, neque circumcisio aliquid valet, neque præputium: sed noua creatura. Et quicumque hanc regulam secuti fuerint,] pax super illos, & misericordia, & super Israel dei. † De cetero nemo mihi molestus sit. Ego enim stigmata domini Iesu in corpore meo porto. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro, fratres. Amen.

† Matt. 18. c. 50. dicit. Pon. detur. Luc. 17. a. † 1. Cor. 13. b. 23. quæst. 9. c. Forte in populo. 7. 13. quæst. 1. c. Eccle. 1. Cor. 13. b. † De pecc. & remiss. ca. Cum ex ore.

[a. Si pro quia accipitur. i. quia spiritus est qui viuificat, caro autem non prodest quicquam. De 1. ysa. 7. b. Colligunt, quod ille delinquit qui bonum derelinquit, & relinquendo à bono cadit, quia negligit. Potest etiam illud videri esse delictum, quod imprudenter, id est, ignoranter illud peccatum, quod ab se fecit committitur. Aug. quæst. 20. super Leuitæ. 2. Reparare. 2. Et tunc. [c. Contra negligentes qui nullum curant corrigere, secuti quæ alienis nō contaminentur peccatis, dicit inuicem onera portare. Onera infirmitatis inuicem portamus, dum lenitate iræ alterius sustinemus, & dū ei qui lesit si perit, indulgemus. Glosa ordin. ibidem. 7. d. Eruditur in fide. e. Deridendi & circumuenticus deus nō potest, nec astutia aliqua fallente deludi. Cyprian. de lapsis, serm. 100. f. Vltimum sementis hoc tempus est. Festinemus ergo cæpos omnes ferere, sed magis eos qui sunt vberissimi, repliamus, ne incipiamus tempore messis aliis abundantibus elucere. Hierony. ibid. 3. Quarta epistola, vel quam magnis literis. 4. Cruce, vel per crucem. 5. Cuius ergo omnis spes in Christo est, hic gloriatur in cruce eius, huic & mundus crucifixus est, certus amorem crucis Christi vitæ esse, mundi verò amorem patere mortem. Ambr. ibidem. 5. Hac regula inceserint. [h. Potest referri ad pseudo. qui molesti erant Apostolo, mouendo quæstiones, & murmurando de obseruandis legalibus. San. Thom. ibidem.] Missa fuit à Roma.

INCIPIT ARGUMENTVM IN EPISTOLAM ad Ephesios.

**E**phesi sunt Asiani, ij accepto verbo veritatis, perstiterunt in fide. Hos collaudat Apostolus scribens eis à Roma, de carcere per Tychicum Diaconum.

# Incipit Epistola ad Ephesios.

*Humanum genus sex beneficiis Christus instaurans, apostolis gratia contulit abundantiam, & Ephesios in verbo & conversione iustificationem. Unde ipse exaltationem consecutus est.*  
Cap. I.

a. Non solum fidelibus scribit, sed & sanctis. vt tunc vere fideles sint, si fuerint sancti in Christo Iesu. Bona enim vita tunc p̄dest, ac creditur sancta, si sub nomine Christi habeatur: alioquin contaminatio erit, quia ad iniuriam proficit creaturis. Ambro. ibidem.

b. Benedictus Deus eius qui assumptus est hominis, & pater eius qui in principio apud Deū erat: qui benedixit nos in omni abundantia & gratia, nō in vna, sed in cunctis benedictionibus. Sedul. ibidem.]

1. Ireprehensibiles.  
2. Beneplacitum.  
3. Per dilectum.

c. Nunc autem per eam quæ est ad se communicationem, reconciliatur dominus hominē deo patri, reconcilians nos sibi per corpus carnis sue, & sanguinis sui redimens nos. Item. lib. 5. d. Remissio autem peccatorum quomodo obtineretur, ipse alio loco ostendit, dicens: Frange esurienti panem tuū, & egenos vagosque induc in domū tuam. Si videris nudū, operi eum, &c. misericordie opera, per quæ cū fide & charitate, non per Iesum solum obtinetur remissio peccatorum. Augu. q. 1. 2. ex veter. & nou. testam.

4. Quis nobis impetrat ab eodē.

5. Arcanum.

6. In ipso.

7. Per Christum, &

8. Per ipsum.

e. Hoc est, fidem operibus comprobatis, & omnes bonos sine exceptione, persone vel notitie diligitis. Cauere autem à pseudopropheta, & non omni spiritui credere, & non ante probationem nobis iudicare præcipitur. Hiero. ibidem.

f. Hoc est, diues & ineffabilis gloria. Quæ enim oratio gloriæ illam exprimit, quæ, cuius rum cōtōres fuerunt sanctones sancti Chryso. ibid.

9. Potentia.

10. Fortitudinis.

11. Sedere fecit.

g. Postquā Christum caput dixit credentium, postquam credentes corpus dixit ipsius, & complementum eius, inultaque benignitatis ac dispensationis erga nos beneficia, subiungit etiam diuinitatis illius, & immortalis substantiæ exemplum. Oecumen. ibid.

12. Super omnia ecclesiar.

13. Adimpler.



Nunc autem per voluntatem Dei, <sup>a</sup> omnibus sanctis qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu. Gratia vobis, & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. <sup>† b</sup> Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali, in cœlestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti, & <sup>†</sup> immaculati in conspectu eius, in charitate. Qui prædestinauit nos in adoptionem <sup>—</sup> filiorum, ] per Iesum Christum, in ipsum, secundum <sup>2</sup> propositum] voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ, <sup>3</sup> in qua gratificauit nos <sup>3</sup> in dilecto filio suo, ] <sup>c</sup> in quo habemus redemptionem per sanguinem eius <sup>d</sup> (remissionem peccatorum) secundum diuitias gratiæ eius, <sup>4</sup> quæ superabundauit in nobis, ] in omni sapientia & prudentia, vt notum faceret nobis <sup>5</sup> sacramentum] voluntatis suæ, secundum beneplacitū eius quod proposuit <sup>6</sup> in eo, ] in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia <sup>7</sup> in Christo, ] quæ in cœlis, & quæ in terra sunt <sup>8</sup> in ipso. ] In quo etiam nos sorte vocati sumus, prædestinati secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ: vt simus in laudem gloriæ eius, nos qui ante sperauimus in Christo. <sup>9</sup> In quo & vos cum audissetis verbum veritatis, (Euangelium salutis vestræ: ) in quo & credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ, in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius. Propterea & ego audiens fidem vestram, quæ est in Christo Iesu, & dilectionem in omnes sanctos, nō cesso gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis, vt Deus domini nostri Iesu Christi, pater gloriæ, det vobis spiritum sapientiæ, & reuelationis, in agnitionem eius, illuminatos oculos cordis vestri, <sup>8</sup> vt sciatis quæ sit spes vocationis eius, & quæ <sup>f</sup> diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis, & quæ sit supereminens magnitudo <sup>9</sup> virtutis, ] eius in nos, qui credimus secundum operationem potentie <sup>10</sup> virtutis, ] quam operatus est in Christo, suscitans illum à mortuis: & <sup>11</sup> constituens ] ad dexteram suam in cœlestibus, supra omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro: <sup>†</sup> & omnia subiecit sub pedibus eius. <sup>8</sup> Et ipsum dedit caput <sup>12</sup> supra omnem Ecclesiam, ] quæ est corpus ipsum, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus <sup>13</sup> adimpletur. ]

† De pe. di. 4. c. Bened. In do. mo. 2. Cor. 1. 1. Pet. 1. 2.

*Ephesii Iudæis non inferiores, à peccato liberati, ab infidelibus selecti, & deo iuncti ad gratiarum Christo tenentur actiones.*  
11.



Nunc <sup>†</sup> vos <sup>\*</sup> cum essetis mortui delictis, & peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis secundum seculum mundi huius, secundum <sup>a</sup> principem <sup>†</sup> potestatis aeris huius, spiritus qui nunc operatur in filios <sup>1</sup> diffidentie, in quibus ] & nos omnes aliquando conuersati sumus in desideriis carnis nostræ, facientes <sup>2</sup> voluntatem ] carnis & cogitationum, & <sup>†</sup> eramus natura filij iræ, sicut & ceteri: Deus autem qui diues est in misericordia, propter <sup>3</sup> nimiam ] charitatem suam qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo: <sup>4</sup> (cuius gratia estis saluati,) & conresuscitauit, & confedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu: vt ostenderet in seculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ, <sup>5</sup> in bonitate ] super nos <sup>6</sup> in Christo Iesu. ] Gratia enim estis saluati per fidem, <sup>b</sup> & hoc non ex vobis. <sup>c</sup> (Dei enim ] donum est: ) non ex operibus, vt ne quis gloriatur. Ipsius

\* Conuiuificauit.

a. Sacram in iurata ingreditur hominis vt in eo operetur. Non enim sensus corporis eorū turbabat, atque torquebat, aut eorum corpora collidebat: sed in eorum voluntate, vel potius cupiditate regnabat. Augu. lib. 8. q. quæst. 79.

1. Contumaces inter quos.

2. Voluntates.

3. Multam.

4. In benignitate.

b. Deus ergo his quos eligit sine meritis, dat vnde ornentur & meritis. Ambro. de voca. gent. lib. 2. cap. o.

c. Neque enim vsquequaque suffragat fides vt fieres saluus. Ceterum, vt ne operis vacuos, neque merentes ignauia credentes ad salutem perlingeret, talē à nobis deus requirit fidem, quæ nō sit vana boni operis. Chry. solo. ibidem.

† PGL ad

† Coloss. 2

† De col. di. 4. c. Firmi. me. 27. q. 1. Scitandum. De pe. di. 4. Hanc faciem.

fius enim sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis, ] quæ præparauit deus, vt in illis ambulemus. <sup>d</sup> Propter quod memores estote, quod aliquando vos \* eratis gentes in carne, <sup>e</sup> qui dicebamini præputi, ab ea quæ dicitur circumcisio in carne, manufacta: qui eratis illo in tempore sine Christo, alienati à conuersatione Israel, & hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, & sine deo in hoc mundo. Nunc autem in Christo Iesu vos, qui aliquando eratis longè, facti estis propè, <sup>f</sup> in sanguine] Christi: ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & <sup>g</sup> medium parietem maceræ soluens, inimicitias <sup>h</sup> in carne sua, ] legem mandatorum \* decretis euacuans, vt duos cõdat in semetipsum in <sup>i</sup> vnum nouum hominem, ] faciens pacem: <sup>k</sup> vt reconciliet ambos in vno corpore deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso: & veniens euangelizauit pacem vobis qui longè fuistis, & <sup>l</sup> pacem ] iis qui propè: <sup>m</sup> quoniam per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu, ad patrem. Ergo iam non estis hospites & aduenæ, sed estis <sup>n</sup> ciues ] sanctorum & domestici dei: superædificati super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in domino. In quo & vos coædificamini in habitaculũ Dei <sup>o</sup> in spiritu sancto.]

† Luc. 2. d.  
Roma. 5. a.  
Hebr. 4. d.

*Gratia Paulo collata est ad diuersorum collationem mysteriorum, executione n̄ esse-  
tum eorum, vt illius gentes fierent participes.* IIII.

**H**uius rei gratia ego Paulus <sup>a</sup> vincetus Christi Iesu pro vobis gentibus, si tamen audistis dispensationem gratiæ Dei quæ data est mihi in vobis, quoniam secundum reuelationem notum mihi factum est <sup>b</sup> sacramentum, ] sicut supra scripsi <sup>c</sup> in breui, ] prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in ministerio Christi, quod aliis generationibus non est agnitũ filiis hominum, sicuti nunc reuelatum est sanctis Apostolis eius & Prophetis <sup>d</sup> in spiritu, esse ] gentes cohæredes & concorporales & participes promissionis eius in Christo Iesu per euangelium, <sup>e</sup> <sup>f</sup> cuius factus sum ego minister secundum donum gratiæ dei, quæ data est mihi secundum operationem virtutis eius. <sup>g</sup> Mihi enim omnium sanctorum minimo, data est gratia hæc, <sup>h</sup> in gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes quæ sit dispensatio <sup>i</sup> sacramenti ] absconditi à seculis in Deo, qui omnia creauit, <sup>k</sup> vt innotescat principatibus & potestatibus in cœlestibus per ecclesiam, multiformis sapientia Dei secundum prædeterminationem seculorum, <sup>l</sup> quam fecit in Christo Iesu domino nostro, <sup>m</sup> in quo ] habemus <sup>n</sup> fiduciam ] & accessum in confidentia per fidem eius. <sup>o</sup> Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ est gloria vestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis, & in terra nominatur, vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ virtutem corroborari per spiritum eius in interiori homine Christum habitare per fidẽ in cordibus vestris: <sup>p</sup> in charitate radicati & fundati, vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, <sup>q</sup> quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum. Scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi, vt adimpleamini in omnem plenitudinem Dei. <sup>r</sup> Ei autem qui potens est omnia facere <sup>s</sup> superabundanter quàm ] petimus aut intelligimus, secundum virtutem quæ operatur in nobis, ipsi gloria in Ecclesia <sup>t</sup> & in Christo Iesu ] in omnes generationes seculi seculorum. Amen.

† 1. Cor. 4. a.  
1. Cor. 15. a.

† Apoc. 2. e.  
Iob 1. c.

† Roma. 6. d.

*Ecclesia humano corpori collata, & membrorum distinctione formata, vnitati, & morum honestati studeat.* IIII.

† 1. Cor. 7. c.

† Roma. 12. b.  
1. Cor. 12. b.  
† 1. 4. 1. c. Hic regulam.  
2. 3. q. 1. c. 1. Loquitur.



**H**icsecro] itaque vos ego vincetus in domino, vt <sup>a</sup> dignè ambuletis vocatione, qua vocati estis, cum omni humilitate, & mansuetudine, cum patientia, supportantes inuicem in charitate, solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. <sup>b</sup> Vnum corpus, & vnus spiritus: sicut & vocati estis in vna spe vocationis vestræ: <sup>c</sup> vnus dominus, vna fides, <sup>d</sup> vnum baptisma. Vnus deus

6. Ad opera bona.  
† 1. Genites dicebantur extranei triplicitatione, scilicet, quia à Deo erant separati per idololatriam, secundo à populo Israel per communicationem, qui erat cultor vnus Dei: & tertio à ipse promissionum Abrahæ facturũ & semini eius. Per vocationem autem ad fidẽ Christũ sunt illis tribus incorporati. Et hoc est quod dicit Apostolus. Propter quod memores estote. De Lyra. ibidem.]  
\* Qui, vel quod.  
7. Per sanguinem.  
8. Duplex nãque similitudo erat, & duplex interstitium, in d̄ potius etiam triplex: quandoquidem citã aduersus angelos bellum humanã naturã gerebat: nunc tamen de dubiis interrim diserte, puta quam habebat inter se mutuo qui ex ludicis erãt, & qui ex gentibus: & quam vtrique habebant aduersus deum vnuerforum: sed vtraque similitudinem, & vtrunque interstitium soluit Christus deus noster. Oecumenius ibid.  
8. Per carnem suam.  
\* In.  
9. In vno nouo homine.  
10. Conclues.  
11. Per spiritum sanctum.

a. Vincetum Iesu Christi Paulũ esse pro Gentibus, potest & de martyrio intelligi, quod à Romæ in vincula coniectus hanc epistolam miserit, eo tempore quo ad Philemonem, & ad Colossenses, & ad Philippenses. Vel certe quia in plurimis locis lectum est vinculum animæ corpus hoc dici, quo quasi clauis teneatur in carcere. Hieron. aduersus Russi.  
1. Misterium.  
2. Paucis.  
3. Per spiritum sanctum, vt sint. [b. Non puto Apostolum cum mentis suæ concordia se fecero vt verè omnibus sanctis minimum se esse dixerit. Verbi gratia, his qui erant in Epheso, Corintho, Thessalonis, vel in toto orbe. Sed vltius ibidem, & ampliora.]  
c. Manifestum est quia nemo egressum & munus maximum per indignam mittit personã. Offendens ergo quantum à Deo mereatur, humiliat tamen se, vt meriti eius crescat. Ambr. ibid.  
4. Mykerij.  
\* Per Iesum Christum.  
\* Nunc in pluribus locis.  
5. Per quem.  
6. Audaciam loquendi.

d. Hoc est, crucem domini, cuius latitudo dicitur in transiitio ligno, quo extenduntur manus. Longitudo à terra vsque ad ipsam latitudinem, quo à manibus & infra totum corpus affigitur. Altitudo à latitudine sursum vsque ad summũ, quæ adheret caput. Profundum verò quod terræ infixum absconditur. Augusti. de gratia noui testam. cap. 26.  
7. Supra omnia quæ.  
8. Per Christum Iesum.

1. Hortor.  
a. Dignè vocatione ambulare credendus est, qui ingreditur per eum qui dicit: Ego sum via, & nõ declinat neque ad dexteram neque ad sinistram. Hieron. ibid.  
b. Dicimus figuram præcessisse in locutione, quando Naama leprosa ille mandatus est. Ergo habes vnũ baptisma. Aliud in diluuiũ. Habes tertium genus quando in mari rubro baptizati sunt patres. Habes quartum genus in piscina, quãdo mouebatur aqua. Nunc te consulo vtrũ credere debeas, quia habes presentiam reniatis in hoc baptismo, quo baptizatur in ecclesia. Ambr. de sac. lib. 2. ca. 3.

2. Per omnes.  
 3c. Id est prout voluit dare, & plus & minus secundum ordinem dispositionis suae. Christo enim datus est spiritus non secundum mensuram. Ioh. 3. Caritas autem datur in mensura. Propter quod dicit scriptura. Psal. 67. Ascendens in altum, &c. De Lyra.]  
 d. Nec verò parum est, quod sicut in superioribus tribus, alios dicit Apostolos, alios prophetas, alios euangelistas, ita & in inferioribus, & in magistris officia diuersa posuit. Nō enim ait alios autem pastores, & alios magistros, sed alios pastores & magistros: ut qui pastor est, esse debeat & magister. Nec in ecclesiis quouslibet sit, pastoris sibi nomen assumere debet, nisi possit docere quos pascit. Hierony. ibid.  
 3. Inflationem.  
 4. Perueniamus.  
 5. Neantes.  
 6. Augemus in illo omnia, scilicet membra Christi.  
 7. Partis.  
 \* Ipsius, scilicet totius.  
 8c. Quos superius rogauerat, hic domini obsecratione constringit. Hoc ergo dico vobis, qui occurreris estis in mensura caritatis plenitudinis Christi, ne ambuletis sicut gentes ambulantes.]  
 8. Propter.  
 f. Si igitur ignorant, dicit quisquam, & si excecati sunt reprehendi non merentur, nec puniri, sed magis doceri. Verum ad uerte quomodo veniam ab eis auferi: Qui, inquit, ubi dolere desiderat, semetipsum tradidit in seruitutem ad peccatum omnem immunditiam. Offendit usque quod ignorantia ac cecitas causa ipsi fuerit uita. Porro uita ex propria segnitie prouenit, & indolentia sine stupore. Occurme. ibidem.  
 9. In audire.  
 10. Renouari.  
 11. Induere.  
 g. In hoc existimo ego Apostolum dominum fuisse imitatum. Quem admodum enim in euangelio dominus est ante dixisset: Dixit est iniquis hoc & hoc, postea adiungit. Ego autem dico vobis hoc. Sic etiam Apostolus, hoc in loco mentione facta veteris precepti, quod ueteribus illis olim datum fuerat: irascimini & nolite peccare, sed paulo post nobis conueniens subiicit, uidelicet: Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor tollatur a uobis. Basil. in terroga. 243.  
 12. In diem.  
 \* Tumor.  
 13. Per Christum.

& pater omnium, qui super omnes & per omnia, ] & in omnibus nobis. † Vnicuique autem nostrum<sup>o</sup> data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Propter quod dicit: † Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. (Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit primum in inferiores partes terrae? † Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes caelos, ut adimpleret omnia.) † Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas, alios uero Euangelistas, alios autem pastores, & doctores ad<sup>3</sup> consummationem] sanctorum in opus ministerij, in aedificationem corporis Christi: donec<sup>4</sup> occurramus ] omnes in unitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in uirum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi: † ut iam non simus paruuli, fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinae in nequitia hominum, in astutia ad circumentionem erroris. Veritatem autem<sup>5</sup> facientes ] in charitate, † crescimus in illo per omnia, ] qui est caput Christus: ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam subministrationis corporis secundum operationem in mensuram uniuscuiusque<sup>7</sup> membri ] augmentum corporis facit, in aedificatione sui<sup>\*</sup> in charitate. † † Hoc igitur dico & testificor in domino, ut iam non ambuletis sicut & gentes ambulantes in uanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati a uita dei<sup>3</sup> per] ignorantiam, quae est in illis propter caecitatem cordis ipsorum: qui desperantes semetipsum tradiderunt impudicitiae, in operationem immunditiae omnis, in auiditiam. ] Vos autem non ita didicistis Christum: si tamen illum audistis & in ipso edocti estis (sicut est ueritas in Christo Iesu) deponite uos, secundum pristinam conuersationem ueterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. † Renouamini autem spiritu mentis uestrae, & induite nouum hominem, qui secundum deum creatus est in iustitia & sanctitate ueritatis. † Propter quod deponentes mendacium, loquimini ueritatem unusquisque cum proximo suo: quoniam sumus inuicem membra. † Irascimini, & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam uestram. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret, operando manibus suis, quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. Omnis sermo malus ex ore uestro non procedat: sed si quis bonus est ad aedificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Et nolite contristare spiritum sanctum Dei: in quo signati estis<sup>12</sup> in die ] redemptionis. Omnis amaritudo, & ira & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur a uobis, cum omni malitia. Estote autem inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem sicut & Deus<sup>13</sup> in Christo ] donauit uobis.

*Christi gratiam desiderantes carnis uitia gula & luxuria & earum causas fugiant: & inde coniuges sibi conueniant.*



Estote ergo imitatores Dei, sicut filij charissimi: † & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos: & tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis. Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auiditia, nec nominetur<sup>1</sup> in uobis, ] sicut decet sanctos: aut turpitudine, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quae ad rem<sup>2</sup> non pertinet: ] sed magis gratiarum actio. † Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quod est idolorum seruitus) non habet hereditatem in regno Christi & Dei. † Nemo uos seducat in anibus uerbis: propter haec enim uenit ira dei in filios<sup>4</sup> diffidentiae. ] Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebrae: nunc autem lux in domino: ut filij lucis ambulate. (Fructus enim<sup>1</sup> lucis] est in omni bonitate, & iustitia, & ueritate.) † Probates quid sit beneplacitum deo, & nolite<sup>6</sup> communicate operibus infructuosis tenebrarum, magis autem<sup>\*</sup> redarguite. Quae enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est & dicere. Omnia autem quae<sup>6</sup> arguuntur, ] a lumine manifestantur. Omne enim quod manifestatur, lumen est. Propter quod dicit: Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te ] Christus. † Videte itaque fratres, quomodo caute ambuletis: non quasi insipientes, sed ut sapientes, redimen-

a. Si ergo traditus est a patre, Rom. 8. Qui proprio filio non peccauit, sed pro nobis tradidit illum, & ipse se tradidit, ut pater uisus esse operationem uisus esse patris & filij uoluntatem. Ambro. de fide, lib. 1. cap. 7.  
 1. Inter uos.  
 2. Non sunt conuenientia.  
 b. Sin uero auar<sup>3</sup> ille accipitur, qui pecuniam uicique conquirens, animos per fas & nefas habere desiderat, & pleno sacculo delectatur, iste idololatre in eo est, quia sculpturam ipsius nunci colit, & idola in eis caelina ueneratur. Hierony. ibidem.  
 3. (Qui est idolorum cultor.)  
 4. Inobedientes.  
 5. Spiritus.  
 6. Non communicare est non consentire quod propter ecclesiae disciplinam parum est, nisi ueriam redarguantur, ut corrigi possint. Sed haec falsa pace faciendi sunt, & quantum admittit officium, conuocandae unitatis, ne simul eradicetur & irruant. Aug. contra epist. Parmenii. cap. 26.  
 \* Et.  
 6. Redarguuntur.  
 7. Illicet tibi.

† 1. Cor. 10. c.  
 1. Cor. 12. b  
 † Phil. 67. b  
 † Def. 1. c. 4  
 ex inuicem.  
 Ioh. 3. c.  
 1. Cor. 12. d  
 † Diff. 1. c. 1.  
 De hin.  
 † Rom. 12. d  
 † Per. 1. a  
 Coloss. 3. b  
 Rom. 6. a  
 Hebr. 12. a  
 Coloss. 3. b  
 † Phil. 4. a  
 Zach. 8. c  
 Iaco. 4. b  
 1. Per. 4. a  
 Coloss. 3. b  
 † Ioh. 11. d  
 & 13. b  
 1. Cor. 4. d  
 Philipp. 1. c  
 1. Ioh. 4. d  
 Ioh. 11. g  
 Iaco. 1. c  
 Coloss. 3. a  
 † 1. q. 1. c. 6  
 omnia. Sicut  
 uigili.  
 1. 2. The. 5. a  
 Mat. 24. a  
 Mat. 11. a  
 Luc. 11. b  
 2. q. 1. c. 5  
 uisat.  
 † Rom. 12. a  
 1. The. 4. a  
 De iure.  
 Est Christi.  
 De off. di.  
 c. De hy.  
 1. c.



† Rom. 12. a  
Dicit. 35 ca.  
Vinolentus.  
† 22. q. 6. c. 6.  
De sac. vnc.  
cap. 1.

† Coloss. 3. c.  
1. Pet. 3. a  
1. Cor. 11. c  
1. Pet. 3. a

† 47. dist. 51  
cut. hi.

† Gene. 2. d  
3. Ed. 4. b  
Mat. 19. b  
Mar. 10. a  
1. Cor. 6. d

† Coloss. 3. d  
Deut. 5. c  
Exod. 20. b  
Mat. 19. e  
Luc. 13. d  
Mar. 10. c  
Eccle. 3. b  
Coloss. 3. d  
1. Pet. 2. e  
Tium. 2. e

† Deut. 10. b  
Roma. 2. b  
Coloss. 3. d  
Ad. 10. c  
Iaco. 2. b  
1. Pet. 1. e  
23. q. 1. c. Nisi  
bella.  
2. Parap. 1. 9. e  
Iob. 34. b  
Sapi. 6. b

† 11. q. 1. Qui  
refellit.  
† 1. Theff. 3. b  
Ista. 39. c

† Coloss. 4. a  
2. Theff. 3. a

mentes tempus quoniam dies mali sunt. † Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei. † Et nolite inebriari vino in quo est luxuria, sed impleamini spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, hymnis & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris domino: gratias agentes semper pro omnibus, in nomine domini nostri Iesu Christi deo & patri. Subiecti inuicem in timore Christi. † Mulieres viris suis subditæ sicut domino, quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesiæ, ipse saluator corporis eius. Sed sicut Ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres viris suis in omnibus. Viri, diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta immaculata. Ita & viri debent diligere vxores suas, ut corpora sua. Qui suam vxorem diligit, seipsum diligit. Nemo enim vnquam carnem suam odio habuit, sed nutrit, & fouet eam sicut & Christus Ecclesiam: quia membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius. Propter hoc relinquit homo patrem & matrem suam, & adhaerebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo & in Ecclesia. Veruntamen & vos singuli, vnusquisque vxorem suam sicut seipsum diligit: vxor autem timeat virum suum.

*Parentibus filij obediant, sed & parentes filiis modestius conuersentur: serui dominis obsequantur, & domini seruis minas remittant, ne in tentationes varias incidunt.*  
VI.

**F**ilij, obedite parentibus vestris in domino. Hoc enim iustum est. Honora patrem tuum & matrem tuam (quod est mandatum primum in promissione) ut bene sit tibi, & sis longæuus super terram. Et vos patres, nolite ad iracundiam prouocare filios vestros: sed educate illos in disciplina & correctione domini. Serui obedite dominis carnalibus cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri sicut Christo: non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed ut serui Christi, facientes voluntatem Dei: ex animo cum bona voluntate seruientes, sicut domino & non hominibus, scientes quoniam vnusquisque quodcunque fecerit bonum, hoc recipiet à domino, siue seruus, siue liber. Et vos domini eadem facite illis, remittentes minas: scientes quia & illorum & vester dominus est in cælis: & personarum acceptio non est apud deum. De cætero fratres, confortamini in domino: & in potentia virtutis eius. Induite vos armaturam Dei ut possitis stare aduersus insidias diaboli: quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem: sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiae, in cælestibus. Propterea accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induti loriceam iustitiæ, & calceati pedes in præparationem Euangelij pacis: in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere: & galeam salutis assumite, & gladium spiritus (quod est verbum Dei) per omnem orationem & obsecrationem orantes omni tempore in spiritu, & in ipso vigilantes in omni instantia, & obsecratione pro omnibus sanctis, & pro me, ut detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia, notum facere mysterium Euangelij, pro quo legatione fungor in catena, ita ut in ipso audeam, prout oportet me loqui. Ut autem & vos sciatis quæ circa me sunt, quid agam, omnia vobis nota faciet Tychicus, charissimus frater & fidelis minister in domino, quam mihi ad vos in hoc ipsum, ut cognoscatis quæ circa nos sunt: & consoletur corda vestra. Pax fratribus & charitas eum fide à deo patre & nostro, & domino Iesu Christo. Gratia cum omnibus qui diligunt dominum nostrum Iesum Christum in incorruptione. Amen.

d. Vnusquisque præceptum propriam adiunctam regulam habet. Illi enim quod est: Nolite fieri imprudentes, statim adiungitur: Sed intelligentes quæ sit voluntas dei. Et verò quod est: Ne sit prudens apud te metipsum: illud, Time dominum. Ex quo intelligitur prudentem illum esse, qui voluntatem domini non intelligit: prudentem verò apud se metipsum, qui scriptis consiliis nititur, ut quo secundum fidem ambulat in verbis dei. Basil. interrog. 260. Re. gu. breu. 8. Eccl. 9. Cum. 10. Vxores propriis viris estote subditæ. 11. Per verbum. 12. Adiungeret. 13. Receptentibus. e. Sacramentum igitur magnum quod promissum sperauit Adz, sibi coniunctam vidit, qui credidit eam, nobis per fidem viuorum signauit futuram ecclesiam matrem appellauit omnium viuorum. Propter de promissis & prædict. cap. 14. Mysterium. ff. Secundum hoc ergo quod in Christo & ecclesia accipitur quod dicitur est: Non iam deo, sed vna caro sunt: & quomodo sponsus & sponsa dicuntur, sic caput & corpus, siue ergo dicatur caput & corpus, siue spiritus & ipse, vnus intelligit. Glor. ord. ibidem. 15. Christum & ecclesiam.

a. Quomodo tamen hoc primum mandatum dixit, cum consilium primum mandatum ita contineri: Non sint tibi alij dii præter me, &c. Hac de causa ergo dixit, quod est mandatum primum in promissione, ut diceretur inter mandata quæ ad deum, & inter ea quæ ad hominem pertinent, quorum primum est ad patrem. Ambrosius, lib. 1. Eruditione & admonitione. 2. Cum. b. Pulchre addidit sicut Christus, ut sciret non audiat seruus carnalem dominum, si cõtraria præceptis dei voluerit imperare. Scilicet ibidem. 3. Ceterum. 4. Ex quo radice estis in fide Christi habebis cõfidere in ipso. Nam assilic fidelibus ius in rationibus & pressuris. De Lyra ibidem. 5. Mei. d. Daemonibus dicit, quos nobis consiliuimus principes vtro ipsi subiecti. Neque enim sortiti erant ut dominarentur nobis. Oecume. ibidem. \* Dominus. 4. Aduersus. e. Hoc est periculoso. 6. Omnibus perfectis. 6. Præcidi. 7. Qui sic euangelicæ fidem tenet ut & ipsi possit, & ecclesie prodesse non renuat, bene intelligitur vtroque pede calcatus. Qui autem sibi putat quia credit satis esse consultum, eorum verò lucrandorum refugit aliorum, decalcati illius non figuratam significat, sed in seimplem portabit opprobrium. Aug. contra Faust. lib. 32. c. 10. 7. Salutaris. 8. Sedulitate. 9. Mei. 10. Tria dicit, pax, charitas, fides. A sine capite, ad initium terminauit. Initium est enim in fide, finis in pace. Quia enim credimus, ipsa est fides, sed fides debet esse Christianorum non demoniorum. Nam sicut dicit Iacobus Apostolus, Damones credunt & contremescunt. Aug. in serm. hom. 17. com. 10. 9. Cum sinceritate. Ad Ephesios. Scripta Romæ, missa per Tychicum. Anno do. 59.

Philippis Macedoniae ciuitas, ubi natus est Alexander Magnus. In qua Paulus scripsit epistolam ad Galatas secundam desiderata, & item duas ad Corinthios.



Philippenses sunt Macedones, ij accepto verbo veritatis persisterunt in fide, nec receperunt falsos Apostolos. Hos collaudat Apostolus, scribens eis à Roma de carcere per Epaphroditum.

Incipit Epistola ad Philippenses.

Licet Pauli prædicatio fuerit Philippensibus propter hostes difficilis, sibi tamen et ipsis fuit cum gaudio utilis. Cap. I.

a. Hi: episcopos presbyteros intelligit. Non enim in vna vrbe plures Episcopi esse potuerunt: sed etiam hoc in Apsto. actu. habetur. Hier. ibidem.
b. Quoties, inquit, recordor vestri, glorifico deum. Hoc autem ideo facit, quod se feret illis ad se multa bona: & glorifico, inquit, & oro. Haud tamè postquam profecistis ad virtutem: desino pro vobis orare. Chryso. ibidem.
c. In omni oratione mea.
d. In fide autem & in operibus bonis proficere, ac perseuerare vitæ in finem, muneri atque auxilij esse diuini sanctarum scripturarum cõseruati authoritas. Et enim scribens Paulus Apsto. Philippensibus ait: Confidens hoc ipsum, &c. Ambr. de vocat. gentium lib. 1. cap. 9.
2. Gratia mea.
d. Non tanquam fide dignus nõ esset, testem deum inuocet, sed quod maxime verum sit quod dicit: & quod vehementer omnes diligit, omnes enim probi erant. Oecum. ibid.
\* Est.
\* Adhuc.
\* Qui est.
e. Plures ergo ex fratribus synagoga quidem, sed diuersa voluntate Christum annuntiabant. Alij enim bona voluntate hoc agebant ad gloriam dei solius, alij vero charitate incitati apostoli, ceteri de tuitione dei. Sic iterum contra alia duo genera ponit, quæ non sincere animo prædicabant. Quidam enim inuidentes Apostolo contentione hoc agebant: alij vero astutia simulationis Christum annuntiabant, vt pollent seditiones excitare Apostolo, quasi auctori huius sceleris. Ambr. ibidem.
3. In defensionem.
4. Afferro.
f. Christus autem veritas est, & tamen non veritate annuntiarum veritas potest, id est, vt à patre & fallaci corde quæ vera & recta sunt prædicentur. Sic quippe annuntiat Iesus Christus ab eis qui sua querunt, non que Iesu Christi. August. de doctri. Christi lib. 4.
5. Liberate.
6. Si autem.
7. Hoc. \* Magis.
g. Hæc igitur omnia diligenter seruate memoria, vt eos qui similia ac temere scripserunt, ac cum pernicie proximi videntur, omni cum sapientia corrigere possitis. Poterimus autem & aliorum meminisse & alios corrigere, si ad preces semper conseruiamus, & oremus deum, vt det sermonem sapientie & auidius certantque & inde prædabilem huius depositi custodiam. Chryso. ibidem.
8. Quidem ostensio.
9. Auditis in.



† Aulus & Timotheus serui Iesu Christi, omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis cum Episcopis & Diacanis. Gratia vobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Gratias ago deo meo in omni memoria vestri (semper in cunctis orationibus meis) pro omnibus vobis cum gaudio deprecationem faciens) super communicationem vestram in Euangelio Christi à primo die vsque nunc confidens hoc ipsum, quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vsque in diem Christi Iesu. Sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus vobis: eo quod habeam vos in corde & in vinculis meis, & in defensione, & confirmatione Euangelij, socios gaudij mei] omnes vos esse. Testis enim mihi est deus quomodo cupiam omnes vos in visceribus Iesu Christi. Et hoc oro, vt charitas vestra magis ac magis abundet in omni scientia & in omni sensu: vt probetis potiora, vt sitis sinceri & sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum, in laudem & gloriam Dei. Scire autem volo vos fratres, quia quæ circa me sunt, magis ad profectum venerunt Euangelij, ita vt vincula mea manifesta fierent in Christo, in omni pratorio & in cæteris omnibus, vt plures à fratribus in domino, confidentes in vinculis meis, abundantius auderent sine timore verbum Dei] loqui. Quidam quidem & propter inuidiam & contentionem, quidam autem & propter bonam voluntatem Christum prædicant. Quidam ex charitate, scientes quoniam in defensione Euangelij positus sum. Quidam autem ex contentione Christum annuntiant non sincere existimantes pressuram se suscitare] vinculis meis. Quid enim? Dum omni modo siue per occasionem, siue per veritatem Christum annuntietur: & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Scio enim quia hoc mihi proueniet ad salutem, per vestram orationem & subministrationem spiritus Iesu Christi: secundum expectationem & spem meam, quia in villo confundar, sed in omni fiducia] sicut semper & nunc magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitam, siue per mortem. Mihi enim viuere Christus est: & mori lucrum. Quod si] viuere in carne, hic] mihi fructus operis est, & quid eligam ignoro: coarctor autem è duobus, desiderium habens, dissolui & esse cum Christo, multo magis melius: permanere autem in carne, necessarium propter vos. Et hoc confidens scio quia manebo & permanebo omnibus vobis ad profectum vestrum & gaudium fidei: vt gratulatio vestra abundet in Christo Iesu in me, per meum aduentum iterum ad vos. Tantum dignè Euangelio Christi conuersamini, vt siue cum venero & videro vos, siue absens, audiam de vobis, quia statis in vno spiritu, vnanimis, collaborantes fidei Euangelij: & in nullo terreamini ab aduersariis, quæ est illis causa] perdicionis, vobis autem salutis. Et hoc à deo. Quia vobis donatum est pro Christo, non solum vt in eum credatis, sed vt etiam pro illo patiamini, idem certamen habentes quale & videtis in me, & nunc audistis de] me.

A Anno do. 58. 733. dit. Lrgi mu.
† 23. quæst. 4. Quæ magis.
† 7. quæst. 1. lib. aduani.
† 2. R. c. 24. c. Daniel. 1. d. † De renou. Nisi cum pri dem. 4. Postu.
Proxi-

Proximorum commodis in fidei & charitatis vnitare, vera Christi humilitate, & simplicitate studendum est sine murmure & querela.

II.

**A**qua ergo consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera miserationis: implete gaudium meum, vt idem sapientis, eandem charitatem habentes, vnanimes, id ipsum sentientes. Nihil per contentionem neque per inanem gloriam: sed in humilitate, superiores sibi inuicem arbitantes: non quæ sua sunt singuli considerantes, sed ea quæ aliorum. Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu. Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo: humiliavit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod & deus exaltauit illum: & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Itaque charissimi mei (sicut semper obedistis) non in præsentia mei tantum, sed multò magis nunc in absentia mea cum metu & tremore, vestram salutem operamini. Deus est enim qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate. Omnia autem facite sine murmurationibus & hæitationibus, vt sitis sine querela, & simplices filij Dei sine reprehensione in medio nationis prauæ & peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes ad gloriam meam in die Christi, quia non in vacuū cucurri, neque in vacuum laboraui. Sed & si immolor, supra sacrificium & obsequium fidei vestræ, gaudeo & congratulor omnibus vobis. Id ipsum autem & vos gaudete, & congratulamini mihi. Spero autem in domino Iesu, & Timotheum me citò mittere ad vos, vt & ego bono animo sim cognitis quæ circa vos sunt. Neminem enim habeo tam vnanimem, qui sincera affectione pro vobis sollicitus sit. Omnes enim quæ sua sunt, quærunt: non quæ sunt Iesu Christi. Experimentum autem eius cognoscite: quia sicut patri filius mecum seruiuit in Euangelio. Hunc igitur spero me mittere ad vos, mox vt videro quæ circa me sunt. Confido autem in domino, quoniam & ipse veniam ad vos citò. Necessarium autem existimaui, Epaphroditum fratrem & cooperatorem & commilitonem meum, vestrum autem Apostolum, & ministrum necessitatis meæ, mittere ad vos, quoniam quidem omnes vos desiderabat, & incertus erat, propterea quòd audieratis illum infirmatum. Nam & infirmatus est vsque ad mortem, sed deus misertus est eius. Non solum autem eius, verum etiam & mei, ne tristitiam super tristitiam haberem. Festinantius ergo misi illum, vt viso eo, iterum gaudeatis, & ego sine tristitia sim. Excipite itaque illum cum omni gaudio in domino, & eiusmodi cum honore habetote: quoniam propter opus Christi vsque ad mortem accessit: tradens animam suam, vt impletet id quod ex vobis deerat erga meum obsequium.

Qui legalia prædicant Euangelio præferenda vitandi sunt, sicut & Paulus ipse vt Christum & gratiam eius lucraretur, vitauit.

III.

**A** E cætero fratres mei, gaudete in domino. Eadē vobis scribere mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium. Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem. Nos enim sumus circuncisio, qui spiritu seruiamus deo: & gloriamur in Christo Iesu, & non in carne fiduciam habentes, quanquam & ego habeam confidentiam in carne. Si quis alius videtur cōfidere in carne: ego magis, circuncisus octaua die, ex genere Israel, de tribu Benjamin, Hebræus ex Hebræis, & secundum legem Phariseus, secundum æmulationem persequens Ecclesiam Dei, secundum iustitiam quæ in lege est cōuersatus sine querela. Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrineta. Veruntamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiā Christi

KK ij

a. Rogo vos hoc mihi præstare vt gaudium meum imitari dilectione supplicatis. Si qua est consolatio in Christo, id est, consolamini me membra Christi pro vobis passum, si vos consolatus est Christus. Sedulius ibidem.  
 1. Quis viscera & miserationes.  
 2. Idem.  
 3. Aut.  
 4. Alij alios sibi ipsi superiores existimantes.  
 5. Et quisque que.  
 6. Sentiat, scilicet quisque.  
 b. Quod enim quis non habet, rapere conatur. Ergo non quasi rapinam habebat æqualitatem cum patre, quam in natura sui tanquam deus & dominus possidebat. Vnde addidit: Formam serui accepit. Contrarius vtique seruus æquali. Aequalis ergo in dei forma, minor in susceptione carnis, & hominis passionis. Ambros. de fidelib. 2. cap. 4.  
 7. Figura.  
 8. Flectat.  
 \* Et.  
 9. In gloriam.  
 c. Pro qua voluntate, nisi quam in ipsis operatur? est deus: vt quod donauerat velle, donaret & perficere. Propter contra Collatorum.  
 10. Operati.  
 d. Gratia iam est quam fides impetrat, vt possint esse hominis opera bona, quæ operatur fides per dilectionem. Aug. de spiritu & lite. cap. 33.  
 11. Disceptationibus.  
 12. Synceri.  
 13. Immolor super oblatione & sacrificio.  
 14. Idem.

c. Quid est sua querentes? non Christum gratis diligentes, non deum propter deum querentes, temporalia commodā sedentes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes. Hæc quando amantur à preposito, & propter hæc seruiunt deo, qui quis est talis, mercenarius est, inter filios se non computet. Aug. super Ioan. tract. 46.  
 15. Veniat.  
 f. Tristitia vestra causa mortis fuerit non esse contentandum de mortis Apostoli significat. Nam desperantium est contristari, & ipse, inquit, de Epaphrodito. Infimus fuit prope mortem, sed deus misertus est illius, sed & mei, ne tristitia super tristitiam haberem. Sedulius.  
 16. Prope.  
 g. Hoc est spiritualiter, est multa diligentia, imò vobis cum dei voluntate dignè sanctos suscipiatis, quemadmodum decet sanctos cum omni gaudio. Chrysostomus ibidem.  
 17. Non habita ratione vitæ

De confid. 2. Timorem. Heb. 2. c. De immu. eccl. in 6. Deccet domi. Rom. 4. b. Ista. 4. d.  
 † Pet. 4. e.  
 † De elec. ca. Officij. † 1. q. 7. ca. 1.  
 † Ad. 6. a.  
 † 8. q. 1. Sunt in ecclesia. 1. Cor. 13. b. 45. dist. Licet non nonnuq. De renunt. Quidam. De cens. Cū apostolus.

† Ad. 21. a.

1. Est. Quasi non tantum detrimēta bonorum, sed quæ iniquitant iam obferuantem. Et hoc ideo, vt in futuro Christum habeam premium, & hic sum in illo membrum, quod aliter nequit fieri nisi illa æstimen vt sercora. Golota ord. ibidem.]

6. Iustitiam.

e. Hoc est si tanta pati potero, si potero ipsum imitari, si potero, conformis ipsi fieri, vt potero multa passus est Christus, & passus est, flagellatus, postremo passus est. Quæ quidem passus est, istud est studium, per omnia ista ad resurrectionem eius pertingere oportet quæuis certamina tentantes. Chry. ibid.

7. Nondum.

8. Quæ quot. ff. id est quicunque in statu perfectionis iustus: cuiusmodi erat Paulus, & cæteri Apostoli & doctores, & curati. De Lyra ibid.]

9. Incedere.

g. Neque enim hic diuinus virtutis docebat sermonibus, sed & pro exemplari ipsi proponere in operibus. Occum. ibid.

10. Conuersate.

h. Conuersatio morum, conuersatio factorum, conuersatio fidei. Ambr. de virgin. lib. 3.

11. Enim.

12. Transfigurabit.

i. Corpus humilitatis est caro quæ humiliatur cadens in terram: transfiguratio autem eius, quoniam cum sit mortalis & corruptibilis, immortalis fit & incorruptibilis, non secundum propriam substantiam, sed secundum domini operationem, qui potest mortali immortalitate, & corruptibili eternitate incorruptibilitatem. Irenæus lib. 5.

13. Conformis.

domini mei: propter quem omnia detrimētum feci, & arbitror<sup>d</sup> vt] stercora, vt Christum lucrificiam: vt & inueniar in illo non habens meam iustitiam quæ ex lege est, sed illam quæ ex fide est Christi Iesu: quæ ex deo est, iustitia] in fide ad cognoscendum illum, & virtutem resurrectionis eius, & societatem passionum illius: configuratus morti eius, si quo modo occurram ad resurrectionem quæ est ex mortuis, non quod iam acceperim, aut iam perfectus sim. Sequor autem, si quo modo comprehendam in quo & comprehensus sum à Christo Iesu. Fratres, ego me non] arbitror comprehendisse. Vnum autem: quæ quidem retro sunt obliuiscens, ad ea verò quæ sunt priora extendens me ipsum, ad destinatum persequor, ad brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu. Quicunque] ergo perfecti sumus, hoc sentiamus: & si quid aliud sapitis, & hoc vobis deus reuelauit. Veruntamen ad quod peruēnimus, vt idem sapiamus, & in eadem permaneamus] regula. ¶ Imitatores mei estote fratres: & obseruate] eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulat quos sæpe dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nostra] autem] conuersatio in cœlis est. Vnde etiam saluatorem expectamus, dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit] corpus humilitatis nostræ configuratum] corpori claritatis suæ secundum operationem virtutis suæ, qua etiam possit subiicere sibi omnia.

*In fide & charitate fundati pietatis opera in futurum sicut à principio conuersionis seculentur.*

IIII.

14. Haec mulieres scientes erant legis, quas similiter vt istos eadem sentire commouet & horreat. Neulius ibidem.]

1. Euodiam.

2. Idem festire.

3. Cæta uerunt.

b. Nemo in hoc seculo gaudere potest & in domino. Multum inter se hæc duo gaudia differunt, iunguntque omnino contraria. Quando enim gaudetur in seculo, non gaudetur in domino, nec e contra. Aug. de verbo. domini. Sermon. 37.

c. Si supra omnem sensum pax Christi est, quemadmodum nō est supra omnem sensum caritatis generationis eius. Ambr. de fide lib. cap. 5.

4. Mentem custodiet.

d. Mentem custodiet, vt in eo quod dicit omnem mentem vel intellectum, nec ipse intellectus sanctorum angelorum esse possit exceptus, sed dei solius. Aug. in Encherid. ad Laurent. ca. 6.

5. Per Christum Iesum.

6. Pura.

e. Satiari & esurire neutri, qui & corpus moderatè reficit, & ad immoderatam ciborum perceptionem suggerenti gula vitio consentit. Greg. super Ezech. ho. mil. 9.

7. Per Christum.

8. Iterum.

9. Recipio.

f. Oportet enim nos oblatione deo facere, & in omnibus gratos inueniri fabricatori deo in sententia pura, & fide sine hypothesi, in spe firma, in dilectione seruenti, primitias eorum quæ sunt eius creaturam offerentes, & hanc oblationem ecclesia sola haurit offeret fabricatori, offerens ei cum gratiarum actione ex creatura eius. Irenæus lib. 4. cap. 34.

10. Implebit.

11. Per Christum Iesum.

12. Omnibus vobis.

Ad Philippenses. Scripta Romæ. missa per Epaphroditum. Anno domini 38.



Taque fratres mei charissimi & desideratissimi, gaudium meum & corona mea: sic stete in domino charissimi. Euchodiam] rogo & Syntichè deprecor id ipsum sapere] in domino. Etiam rogo & te germane compar, adiua illas quæ mecum laborauerunt] in Euangelio cum clemente, & cæteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vitæ. Gaudete in domino semper, iterum dico: gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Dominus enim] prope est. Nihil solliciti sitis, sed in omni oratione, & obsecratione cum gratiarum actione, petitiones vestræ innotescant apud deum. Er pax Dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat] corda vestra & intelligentias vestras in Christo Iesu.] De cætero fratres, quæcunque sunt vera, quæcunque pudica, quæcunque iusta, quæcunque sancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplina: hæc cogitate, quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me. Hæc agite, & deus pacis erit vobis cum. Gaudius sum autem in domino vehementer, quoniam tandem aliquando refluistis pro me sentire, sicut & sentiebatis. Occupati autem eratis. Non quasi propter penuriam dico. Ego enim didici, in quibus sum, sufficiens esse. Scio & humiliari, scio & abundare. ( Vbiq; & in omnibus institutus sum) & satiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati. Omnia possum in eo] qui me confortat. Veruntamen bene fecistis communicantes tribulationi meæ. Sciris autem & vos Philippenses, quod in principio Euangelij quando profectus sum à Macedonia, nulla mihi Ecclesia communicauit in ratione dari & accepti, nisi vos soli: quia & Thessalonicam, semel & bis] in vsu mihi misistis. Non quia quæro datum, sed requiro fructum abundantem in ratione vestra. Habeo] autem omnia, & abundo. Repletus sum acceptis ab Epaphrodito quæ misistis, in odorem suauitatis hostiam acceptam, placentem deo. Deus autem meus impleat] omne desiderium vestrum secundum diuitias suas, in gloria, in Christo Iesu.] Deo autem & patri nostro gloria in secula seculorum. Amē. Salutate omnem sanctum in Christo Iesu. Salutant vos qui mecum sunt fratres. Salutant vos omnes sancti, maximè autem qui de Cæsaris domo sunt. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro] Amen.

† Dependit. 2. Pennata.

† 16. q. c. Generaliter.

† 1. Cor. 4. d. Ephe. 1. a. 1. Thess. 4. b. Ioan. 3. g.

† Rom. 16. c.

† Ma. 5. g.

† Distin. 41. Quod dicit.

Rom. 12. a.

Incipi-

## INCIPIT ARGUMENTVM IN EPISTOLAM

Ad Coloffenses.

**C**oloffenses, & hi sicut & Laodicenses, sunt Asiatici: & ipsi praesenti erant à Pseudoapostolis. Nec ad hoc accessit ipse Apostolus, sed & hos per epistolam corrigit. Audierat enim verbum ab Archippo, qui & ministerium in eos accepit. Ergo Apostolus iam ligatus, scribit eis ab Epheso, per Tychicum Diaconum & Onesimum Acolythum.

## Incipit epistola ad Coloffenses.

*Euangelicæ auctoritati firmiter adherentes, fidem, spem & charitatem adepti gratias deo agamus oportet.*

Cap. I.

**A**ulus Apostolus Iesu Christi per voluntatē Dei, & Timotheus frater, iis qui sunt<sup>a</sup> Coloffis, sanctis & fidelibus fratribus in Christo Iesu. Gratia vobis & Pax à deo patre nostro. \* Gratias agimus deo & patri domini nostri Iesu Christi semper pro vobis, orantes: <sup>a</sup> audientes ] fidem vestram in Christo Iesu, & dilectionem quam habetis in sanctos omnes, propter spem quæ reposita est vobis in cœlis, quā \* audistis in verbo veritatis Euangelij, quod peruenit ad vos sicut & in vniuerso mundo est, ]<sup>b</sup> & fructificat, & crescit, sicut in vobis ex ea die qua audistis & cognouistis gratiam Dei in veritate: sicut didicistis ab Epaphra charissimo conseruo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi— Iesu: ] qui etiam manifestauit nobis dilectionem vestram in spiritu. <sup>c</sup> Ideo & nos ex qua die audiuius, non cessamus pro vobis orantes & postulantes, vt impleamini agnitione voluntatis eius, in omni sapientia & intellectu spiritali: vt ambuletis dignè<sup>d</sup> deo per omnia placentes. ] in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei, in omni virtute confortati, secundum potentiam charitatis eius, in omni patientia & longanimitate, cum gaudio,<sup>d</sup> gratias agētes deo patri, <sup>e</sup> qui dignos ] nos fecit in partem sortis sanctorum, in lumine. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij<sup>f</sup> dilectionis suæ, ] in quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum: \* Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ: quoniam<sup>g</sup> in ipso condita sunt vniuersa, \* in cœlis & \* in terra, <sup>h</sup> visibilia & inuisibilia. <sup>i</sup> Siue Throni, siue Dominationes, siue Principatus, siue Potestates: omnia per ipsum & in ipso creata sunt. Et ipse est ante omnes, ] & omnia in ipso constant. <sup>j</sup> Et ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principium: <sup>k</sup> primogenitus ex mortuis: vt sit in omnibus ipse primatum tenens. Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem \* inhabitare, & per eum recōciliari omnia in ipso, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cœlis sunt. <sup>l</sup> Et vos cum essetis aliquando alienati & inimici sensu, in operibus malis: nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem, exhibere vos sanctos & immaculatos & irreprehensibiles coram ipso: si tamē permanetis in fide fundati & stabiles, & immobiles à spe Euangelij quod <sup>m</sup> audistis, quod prædicatum est in vniuersa creatura, quæ sub cœlo est, <sup>n</sup> cuius factus sum ego Paulus minister, qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis, <sup>o</sup> & adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est Ecclesia: Cuius factus sum ego minister secundum dispensationem Dei, quæ data est mihi<sup>p</sup> in vobis, ] vt impleam verbum Dei, mysterium quod absconditum fuit à seculis, & generationibus, nunc autem manifestatum est sanctis eius, quibus voluit deus<sup>q</sup> notas facere diuitias ] gloriæ sacramenti huius in gentibus, quod est Christus, in vobis, spes gloriæ, quem nos annuntiamus, <sup>r</sup> corripientes ] omnem hominem & docentes \* in omni sapientia: vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu, <sup>s</sup> in quo ] & laboro certando secundum operationem eius quam operatur in me, in virtute.

KK iij

a. Coloffe vrbis est Asiae minoris iuxta Laodiceam & Ierapolim, quæ tempore Neronis terremoto conciderunt. Euseb. in Chronica. Sunt autem alia: dux huius nominis vrbes. Vna est in Cypro inter Paphum & Limisam, à Rhodis olim occupata, & nomine suæ vrbis appellata. Rhodos enim Coloffis dicta est ab imagine Solis arca decies septem cubitorum alta ibidem erecta.

\* Ei domino Iesu Christo.

1. Quando audiuius.

\* Ante.

b. Exemplum ceterarum gentium facere, &amp; fructum vitalem facere, aliter sermone profectum, vt ex eo quod dei gratiam perciperent, proficeret &amp; numero &amp; opere adiungentes fidei suæ, qui fierent fratres eorum in Christo. Amb. ibidem.

c. Hic consequenter Apostolus ostendit se beneuolum Coloffensibus orando pro eorum felici cōsummatione, dicens: Ideo &amp; nos ex qua die audiuius vestrum boni principium, non cessamus &amp;c. De Lyra ibidem.

d. In omni placetiam domini.

e. Dignatus est nos per similitudinem tolerantiam parte ac forte sanctorum, &amp; gratuito donauit: vt idonei assideremus &amp; patienti &amp; adsequendi sortem illorum. Occumertius.

f. Idoneos.

g. Sibi dilecti.

\* Per sanguinem Iesu.

h. Primogenitus, inquit, nō primocreatus, vt &amp; genitus pro natura, &amp; primus pro perpetuitate credatur. Amb. de fide lib. i. c. 4.

\* Quæ.

\* Quæ.

\* Omnia.

i. Liqet igitur &amp; de incarnatione dictum esse principium viarum suarum, quod ad sacramentum suscepti corporis videtur esse referendum. Ambr. cap. 4. lib. 3. de fide.

\* Diuinitatis.

g. Denique Apostolus in epistola sua ad Coloffenses, volens corpus Christi carneum &amp; non spirituale, ac eum tenue demonstrare, significanter locutus est dicens: Et vos cum aliquando essetis alienati à Christo, &amp;c. recōciliavit in corpore carnis eius per mortem. Hier. aduentus erro. Ioan. Ierosolymitanus.

h. Patitur enim Christus in suis membris, ea quæ desunt passionum Christi. Omnia enim quæ po- nit adimplere in vita passionum Christi assuetus: adhuc tantum mori restabat, ad quod paratus erat. Sedulius ibidem.

i. In vos.

j. Notū facere quæ sunt diuitiæ.

k. Admonentes.

\* Omnem hominem.

l. Laboro in virtute, q. labori meo Deus adiungit miracula, ad laborum meorum confirmationem. Gloriosa ord. ibidem.]

9. Ad quem.

† Ephes. b.

# Ioan. i. a.

† 1. Cor. 15. e  
2. Cor. 11. c  
Apoth. b.





ita & vos. Super omnia autem hæc, charitatem habete, quod est vinculum perfectio-  
nis: & pax Christi exulter in cordibus vestris: in qua & vocati estis in vno corpore,  
& grati estote. Verbum Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapientia docen-  
tes & commonentes vosmetipsos in psalmis, hymnis & canticis spiritualibus, in gratia  
cantantes in 7 cordibus vestris deo. ]<sup>†</sup> <sup>d</sup> Omne quodcunque facitis in verbo aut in  
opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes deo & pa-  
tri per ipsum. ]<sup>†</sup> <sup>s</sup> Mulieres, ] subditæ estote viris, sicut oportet in domino. ]<sup>†</sup> <sup>c</sup> Viri, dili-  
gite vxores vestras: & nolite amari esse ad illas. ]<sup>†</sup> <sup>f</sup> Filij, obedite parentibus per om-  
nia: hoc enim placitum est in domino. Patres, nolite irasci ad iracundiam ] prouocare  
filios vestros, vt non pusillo animo fiant. ]<sup>†</sup> <sup>r</sup> Serui, obedite per omnia dominis car-  
nalibus, non ad oculum seruientes quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cor-  
dis timentes deum. Quodcunque facitis, ex animo operamini sicut domino, & non  
hominibus, scientes quod à domino accipietis retributionem hereditatis. Domino  
\* Christo seruite. Qui enim iniuriam facit, recipiet id quod iniquè gessit: ]<sup>†</sup> <sup>f</sup> & non est  
personarum acceptio apud deum.

† 1. Cor. 10. g  
1. Eph. 5. c  
† Eph. 6. a  
† Eph. 6. a  
1. Pet. 2. c

† Luc. 19. g  
Rom. 2. b  
Eph. 6. b. c  
Act. 10. c  
Iacob. 2. b  
1. Pet. 1. c  
Tit. 2. c  
Sap. 6. b  
Rom. 2. b  
2. Thess. 3. a

1. Inducit ad principales virtu-  
tes perfectiores alias: & princi-  
palior est charitas inter virtu-  
tes, sapientia verò inter dona. Cha-  
ritas quidem informat omnes  
virtutes, sapientia verò dirigit.  
Primo inducit ad charitatem  
habendam a. ad charitatis effe-  
ctus. Dicit ergo. Super omnia  
inducit charitatem, quæ omni-  
bus prædictis maior est. S. Tho-  
mas ibidem. ]  
6. Dei palmam obtineat.  
7. Corde vestro domino.  
8. Omnia ergo dicta nostra sa-  
piantque referamus ad Christum,  
qui vitam fecit ex morte, lucem  
creauit ex tenebris. Ambro. de  
virginibus. lib. 3.  
8. Vxores.  
c. Eos namque qui obedientiam  
fovere debent, præcipit vt dili-  
gant vxores, liberos, seruos, quæ  
ponit iuxta obedientiam pro-  
portionem. Oecum.  
9. Erga illas.  
10. Ne tristitia animo concidat.  
\* Enim.  
f. Nam deus vt personam non  
accipit, sic nec irascitur: cum  
s. omnibus ad celestis gratiæ con-  
secutionem aequalitate librata  
præbeat patrem. Cyprianus.

Fideles orationibus vacent, cum infidelibus autem sapienter ambulent.

IIII.

**D** Omni quod iustum est & æquum, seruis præstate, scientes quod & vos  
dominum habetis in cælo. ]<sup>†</sup> <sup>r</sup> Orationi instate, vigilantes in ea ] in ] gra-  
tiarum actione, orantes simul & pro nobis: ]<sup>b</sup> vt deus aperiat nobis ostium  
sermonis ad loquendum mysterium Christi: ( propter quod etiam vin-  
ctus sum ) vt manifestem illud, ita vt oportet me loqui. ]<sup>†</sup> <sup>i</sup> In sapientia ambulate ad eos  
qui foris sunt, ]<sup>c</sup> tempus redimentes: ]<sup>†</sup> <sup>s</sup> Sermo vester semper in gratia sale sit conditus,  
vt sciatis quomodo oporteat vos vnique respondere. ]<sup>d</sup> <sup>q</sup>uæ circa me sunt omnia,  
vobis nota faciet Tychicus charissimus frater, & fidelis minister, & conseruus in do-  
mino: quem misi ad vos ad hoc ipsum, vt cognoscat quæ circa vos sunt, & console-  
tur corda vestra, cum Onesimo charissimo & fideli fratre qui ]<sup>†</sup> <sup>e</sup> ex vobis ] est: qui om-  
nia quæ hic aguntur, nota facient vobis. Salutat vos Aristarchus concaptiuus meus,  
] & Marcus consobrinus Barnabæ: ( de quo accepistis mandata. ]<sup>†</sup> <sup>s</sup> Si venerit ad vos,  
suscipite illum. ) Et Iesus qui dicitur iustus: qui sunt ex circuncisione. Hi soli sunt ]<sup>†</sup> <sup>†</sup> ad-  
iutores mei ]<sup>c</sup> in regno dei, qui mihi fuerunt solatio. Salutat vos Epaphras qui ex vo-  
bis est, seruus Christi Iesu, semper sollicitus pro vobis in orationibus, vt ]<sup>†</sup> <sup>†</sup> stetit ] perfe-  
cti, & pleni in omni voluntate Dei. Testimonium enim illi perhibeo quod habet mul-  
tum laborem pro vobis: & pro iis qui sunt Laodiceæ, & qui Ierapoli, ]<sup>†</sup> <sup>†</sup> Salutat vos Lu-  
cas medicus charissimus, & Demas. Salutate fratres qui sunt Laodiceæ, & Nympham,  
& ]<sup>†</sup> <sup>†</sup> quæ in domo eius est, ] Ecclesiam. Et cum lecta fuerit apud vos epistola ]<sup>†</sup> <sup>†</sup> hæc, ]  
facite vt & in Laodicensium Ecclesia legatur: & ]<sup>†</sup> <sup>†</sup> ea quæ Laodicensium est vobis le-  
gatur. ] Et dicite Archippo: Vide ministerium quod accepisti in domino, vt illud im-  
pleas. Saluatio mea manu Pauli. Memores estote vinculorum meorum. Gratia domi-  
ni nostri Iesu Christi ] vobiscum. Amen.

† Luc. 18. a  
1. Thess. 5. d  
Eph. 6. c

† 1. Thess. 3. a  
Eph. 5. c  
† De ebf. di.  
4. c. Sal.

† 1. Tim. 4. c

1. Boni qui imperant, seruiunt  
quia non cupiditate dominan-  
di imperant. sed officio consu-  
lendi, & beneficia prouidendi.  
Glosa ordinaria ibidem. ]  
1. Cum.  
b. Paulus electus ad euangelij  
predicationem, rectè sibi ostium  
verbi obtabat aperiri, quia de  
ore eius exibat salus genti, de  
ore eius prodibat via populo-  
rum. Amb. de Cain & Abel. lib.  
1. cap. 9.  
c. Redimere tempus, hoc est, quan-  
do aliquis tibi infert litem, per-  
de aliquid vt deo vaces, non li-  
tibus perde. Ergo ex eo quod  
perdes pretium est temporis.  
Aug. de verb. Apost. Serm. 26.  
d. Sciendum quod Apostolus  
misi hanc epistolam per certos  
nuncios ad certificandum Co-  
llosenses quod esset sua epistola  
& ad plenius eis dicendum ita-  
rum Apostoli: vt confirmarent  
eos in fide, & consolarentur in  
tribulationibus que eos super-  
ueniant, vt dicitur in prius pri-  
mo cap. De Lyra ibidem. ]  
2. Vestras.  
3. Cooperatores.  
4. Hoc est, in nouo testamento,  
per quod intrat regnum dei:  
sicut Sathanas mors dicitur,  
quia est causa mortis. Hierony.  
ibidem.  
4. Sitis.  
[ Ex quo habetur quod scripsit  
alias epistolas: quia ista de qua  
sic hic mentio scilicet Laodicen-  
sum: & vna aliam ad Corin-  
thios: præter primam & secun-  
dam: quia in prima cap. 5. dixit  
Scripsi vobis in epistola &c. Sed  
missio quia non constabat de ea-  
rum auctoritate, vel quia non  
continebat aliud quàm ista. S.  
Thomas ibidem. ]  
5. Domestica eius.  
6. Eam quæ ex Laodicea est, vos  
quoque legatis.  
Ad Collosenses. Scripta Ro-  
ma, missa per Tychicum & O-  
nesimum. Anno do. 59.

INCIPIT ARGUMENTVM IN EPISTOLAM  
ad Thessalonicenses primam.

**T**hessalonicenses sunt Macedones: qui accepto verbo veritatis, persisterunt in fide: etiam  
in persecutione ciuium suorum. Præterea nec receperunt falsos Apostolos, nec ea quæ à fal-  
sis Apostolis dicebantur. Eos collaudat Apostolus scribens eis ab Athenis, per Tychicum  
Diaconum, & Onesimum Acolythum.

a. Thessalonia nunc Salonica,  
metropolis est Philippensium  
in regno Macedonia seu Ema-  
thiæ, nunc Turcica regione vocat.  
Ad cuius populum scripsit. S.  
Paulus duas Epistolas, priorem  
ab Athenis, posteriorem à Lao-  
dicea que est metropolis Phry-  
giæ Pacatiæ, vbi etiam prædi-  
cauit.

KK iiij

# Incipit Epistola ad Thessalonicenses.

## PRIMA.

*Thessalonicenses ad Pauli prædicationem faciliè inter tribulationes conuersi meriti laudandi, cæteris etiam ipsi prædicauerunt.*

Caput. I.

a. Nihil hic adicit nomen quo supra ceteros declaratur eminere. Non iam Apostolus, non item foras. Apparet id consulto factum in eorum gratiâ, qui nupet essent instructi fidei rudimentis, qui nullum adhuc cepissent Pauline sapientie experimentum. Chryl. ibidem.

\* A deo patre nostro & domino Iesu Christo.

b. Qui perfectæ charitatis est, sustinet omnia patienter propter spem futuram. Hier. ibid.

c. Coram deo & patre nostro.

d. Humiles se fuisse inter illos significat, ut illis formam darent mansuetudinis: non quod defuerint quæ ad fidem illos horarentur magna, quia doctrina euangelicæ robur vires præstabat signorum & prodigiorum in spiritu sancto, id est, non in phantasia, sed in veritate plenitudinis, ut nulli necessitati deficeret auxilium, sed superabundans gratia videretur & in doctrina, & in conuersatione & in ægis curandis: ut perfectum opus spiritus sancti appareret in Thessalonicen. ecclesiis. Amb. ibid.

\* c. certitudinis.

2. Inter vos.

3. Eripit.

1. Quod.

a. Precitiam quam hic commemorat, passus est propter spiritum Pythoneum quem à puella eiecerat. Act. 16. Ambros. Quis aliquantulum cori viderunt illos hæc Philippis passos, nec expauisse persecutiones, nec tamen prædicare cessasse. Sedulius ibidem.

2. In multo certamine.

b. Quod nisi ipse operetur in nobis vitare nequimus. Quas enim vires nocendi habeat humanæ gloriæ amor, non sentit nisi qui bellis indixerit: qui si cuiquæ faciliè est laudem non cupere dum negatur, difficile tamè est ea non delectari dum offertur. August. in lib. sententiarum. Prosperti.

c. Id est, sumus humiliantes nos, nec debitum querentes honorum: humiliss se in omnibus paruulo se coquat, ut illos ad maiora sua imitatione perducat. Sedulius ibidem.]

d. Apud istos & Corinthios & Ephesos laborauit: quibus occasione afferre cupiebat, vel docendi, vel de se aliquid suscipiendi. Hier. ibidem.

\* Enim.

3. Crederetis.

e. Ponit puritatem suæ conuersionis, & quomodo sancta quo ad vitam, quomodo sollicita quo ad doctrinam. Scitis ergo quomodo sanctè, quo ad deum, iustè, quo ad proximum sine querela quo ad omnes. S. Thomas.]

4. Vocat.

f. Deo gratias referunt, qui aperuit sensus illorum ad recipiendum Euangelium suum. Gloria enim prædicationum est quando audientes faciliè credunt. Tanta enim deuotione receperunt verbum, ut probarent se intellexisse dei esse doctrinam. Ambros. ibidem.

\* Et.

g. In Ierusalem enim primò incipit ecclesia prout distinguitur contra synagogam. Et inde deriuata est ad alia Iudææ loca: & illa ecclesie constanter sustulerunt persecutiones à Iudæis qui Christum occiderat & prophetas: & in hoc ecclesia Thessalonicensium erat conformis, quæ persecutiones sustulerat quibus suis, quod debebat emittere in alle consolationis, De Lyra.]

\* Proprios.



**N** Aulus & Syluanus & Timotheus Ecclesiæ Thessalonicensium in deo patre nostro & domino Iesu Christo: gratia vobis & pax. \* Gratias agimus deo semper pro omnibus vobis, memoriam vestri facientes in orationibus nostris sine intermissione, memores operis fidei vestræ & laboris, & charitatis, & sustinentiæ spei domini nostri Iesu Christi: ante deum & patrem nostrum.]<sup>c</sup> Scientes fratres dilecti à deo, electionem vestram, quia Euangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantum, sed & in virtute, & in spiritu sancto, & in plenitudine multa, \* sicut scitis quales fuerimus

Ann. do. 50.

in vobis] propter vos. Et vos imitatores nostri facti estis, & domini: excipientes verbum in tribulatione multa, cum gaudio spiritus sancti, ita ut facti sitis forma omnibus credentibus in Macedonia & in Achaia. A vobis enim diffamatus est sermo domini: non solum in Macedonia & in Achaia, sed & in omnem locum fides vestra quæ est ad deum profecta est, ita ut non sit nobis necesse quicquam loqui. Ipsi enim de nobis annuntiant qualem introitum habuerimus ad vos: & quomodo conuersi estis ad deum à simulachris, seruire deo viuo, & vero, & expectare filium eius de cælis (quem suscitauit ex mortuis) Iesum: qui eripuit] nos ab ira ventura.

*Qualis Thessalonicensibus Paulus prædicando conuixit, tales fuerunt ipsi in conuersione, & forti inter tribulationes constantia.*

II.



**N** Am ipsi scitis fratres introitum nostrum ad vos, quia] non inanis fuit, sed antè passis multa,] & contumeliosi affecti (sicut scitis) in Philippis, fiduciam habuimus in deo nostro, loqui ad vos Euangelium Dei in multa sollicitudine.] Exhortatio enim nostra nõ de errore, neque de immunditia, neque in dolo: sed sicut probati sumus à deo ut crederetur nobis Euangelium, ita loquimur: non quasi hominibus placentes, sed deo qui probat corda nostra. Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis: neque in occasione auaritiæ, deus testis est: nec querentes ab hominibus gloriam, neque à vobis neque ab aliis, cum possemus vobis onere esse ut Christi Apostoli. Sed facti sumus paru-

† Ag. 16. b

li in medio vestrum, tanquam si nutrix foueat filios suos, ita desiderantes vos, cupidè volebamus tradere vobis non solum Euangelium Dei, sed etiam animas nostras: quoniam charissimi nobis facti estis. Memores enim facti estis fratres, laboris nostri & fatigationis, nocte & die operantes, ne quem vestrum grauaremus, prædicauimus in vobis Euangelium Dei. Vos testes estis & deus, quam sanctè & iustè & sine querela vobis, qui credidistis] affuimus sicut scitis, qualiter vnumquemque vestrum (sicut pater filios suos) deprecantes vos & consolantes, testificati sumus ut ambularetis dignè deo, qui vocauit] vos in suum regnum & gloriam.

† 9. di. cor. 1. Ag. 10. g 2. Cor. 4. c 2. Thess. 1. b

Ideo & nos gratias agimus deo sine intermissione, quoniam cum accepissetis à nobis verbum auditus Dei, accepistis illud non ut verbum hominum, sed (sicut est vere) verbum Dei, qui operatur in vobis qui credidistis. Vos enim imitatores facti estis fratres, Ecclesiarum Dei quæ sunt in Iudæa in Christo Iesu: quia eadem passistis & vos à contribulibus vestris, sicut & ipsi à Iudæis, qui & dominum occiderunt Iesum, & Prophetas, & nos persecuti sunt, & deo non placent, & omnibus hominibus aduersantur: prohibentes nos gentibus loqui, ut saluæ fiant, ut imple-

h impleant peccata sua semper. ¶ Præuenit enim ira Dei super illos vsque in finē. Nos autem fratres, desolati à vobis] ad tempus horæ, aspectu, non corde: abundantiùs festinauimus] faciem vestram videre cum multo desiderio: quoniam volumus venire ad vos, ego quidem Paulus & semel & iterum, sed impediuit nos Sathanas. Quæ est enim nostra spes aut gaudium, aut corona gloriæ? Nónne vos ante dominum nostrum Iesum Christum estis in aduētū eius? Vos enim estis gloria nostra & gaudium.

Paulus per nuntium Thessalonicensibus missum super illorum conuersatione certior factus multiplicem illis optat gloriam & felicitatem. IIII.

**R**opter quod non sustinētes amplius, placuit nobis remanere Athenis solis, & misimus Timotheum fratrem nostrum, & ministrum Dei in Euangelio Christi, ad confirmandos vos & exhortandos pro fide vestra: vt nemo moueatur in tribulationibus istis. Ipsi enim scitis quòd in hoc positi sumus. Nam & cum apud vos essemus, prædicebamus vobis passuros nos tribulationes, sicut & factum est, & scitis. ¶ Propterea & ego amplius non sustinens, nisi ad cognoscendam fidem vestram: ne forte tentauerit vobis qui tentat, & inanis fiat labor noster. Nunc autem veniente Timotheo] ad nos à vobis, & annūtiante nobis fidem & charitatem vestram, & quia] memoriam nostri habetis bonam semper, desiderantes nos videre, sicut & nos quoque vos: ideo consolati sumus fratres, in vobis, in omni necessitate & tribulatione nostra per fidem vestram: quoniam nunc viuimus, si vos statis in domino. Quam enim gratiarum actionem possumus deo tribuere pro vobis, in omni gaudio quo gaudemus propter vos ante Deum nostrum, nocte ac die abundantius orantes, vt videamus faciem vestram, & compleamus ea quæ defunt fidei vestræ: Ipse autē deus & pater noster, & dominus Iesus Christus dirigat viam nostram ad vos. Vos autem dominus multiplicet, & abundare faciat charitatem vestram in inuicem, & in omnes: quemadmodum & nos in vobis] ad confirmanda corda vestra sine querela in sanctitate ante Deum, & patrem nostrum in aduentu domini nostri Iesu Christi cum omnibus sanctis eius. Amen.

In fide firmati futuro studeant profectui, & sibi à carnalibus vitiis & inordinata trisitia caueant. IIII.

**E**cætero ergo fratres, rogamus vos & obsecramus] in domino Iesu: vt quemadmodum accepistis à nobis quomodo oporteat vos ambulare, & placere Deo, sic & ambuletis] vt abundetis magis. Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per dominum Iesum. Hæc est autem voluntas Dei sanctificatio vestra, vt abstineatis vos à fornicatione, vt sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore: non in passione desiderij, sicut & gentes quæ ignorant Deum. Et ne quis supergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem suum, quoniam vindex est dominus de iis omnibus, sicut prædiximus vobis & testificati sumus. Non enim vocauit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem. Itaque qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum, qui etiam dedit spiritum suum sanctum in nobis. De charitate autem fraternitatis non nosse habuimus scribere] vobis. Ipsi enim vos à Deo didicistis, vt diligatis inuicem. Etenim illud facitis in omnes fratres in vniuersa Macedonia. Rogamus autem vos fratres, vt abundetis magis, & operam detis vt quieti sitis, & vt vestrum negotium agatis, & operemini manibus vestris, sicut præcepimus vobis: & vt honestè ambuletis ad eos qui foris sunt: & nullius aliquid desideretis. Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contristemini sicut & cæteri qui spem non habent. Si enim credimus quòd Iesus mortuus est & resurrexit: ita & deus eos qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini, quia nos qui viuimus, qui residui sumus in aduentu] domini, non præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse dominus in iussu & in voce Archægeli & in tuba Dei descen-

h. Quadraginta annos post passione dedit Deus Iudæis ad penitentiam, illis transactis et non tunc credere, conpleta sunt peccata eorum. Vide dominus. Marc. 23. Implete iussus patrum vestrorum. Glosa ordina. ibidem. j.  
5. Orbi vobis.  
6. Studiuimus.  
i. Nunquid alienius sancti propositu impidire Sathanas possit? Responso. Eorū quæ in domino sunt regei locutorum, alia sola voluntate ac deliberatione animi efficiuntur, alia ad hoc vt efficiantur, indigent etia opera corporis, adhibendis videlicet vel studio vel toleratia. Ac quæcunque sunt eius generis quæ in sola animi voluntate posita sunt, hæc nullo modo impidire Sathanas potest. Quæ vero sunt ad quæ consequendis necessaria est etiam opera corporis, in his plerumque deus nasci impedienda permittit, vel probandi vel derogandi causa illius qui impediatur. Basilin. ceterog. 275. Regul. breuio.  
1. Soli.  
a. Huiusmodi est istius sancti ratio docendi, vt cum per afflictiones ac vim quæ sequitur, nō possit ad aliquos discipulorum proficisci, alios mittit, & per ipsos medios conuenit illos, & etia eis conuersatur. Hoc ad Philippenses facit, hoc ad Corinthios misit eodem Timotheo, & per ipsam mediam curā eis conuersatur eosque alloquitur. Occurrentis ibid.  
b. Deus tēat vt doceat, diabolus tēat vt decipat. Cui tamen nisi ille qui tentatur dederit locum, inanis & irritandus repellitur. Aug. serm. 72. ac tēpote.  
2. Nupter autem cum venisset Timotheus.  
3. Quòd.  
c. Docet ex Deo esse principiu & pfectu cōsummationemque virtutū, dicens: Ipse autē Deus, &c. Ambr. de vocat. gentium. lib. 1. ca. 9. Et patre loquitur, & filium loquitur, sed vnica dicitio est, quia vnica potestatis est. Idem de sile. lib. 2. ca. 4.  
\* Notat.  
d. Hoc verū diuina dilectio est, si omnes complectatur. Si verò alii quidem diligis, alii autem non item, humana erit amicitia. Chrysost. ibidem.  
4. In vos.  
1. Adhortamur.  
a. Quia cum ætate fidei debent augere profectū & mores, sicut accessu carnalis gratiæ, & corpus cretice & studij. Sedul. ibidem.  
b. Sanctificatio ab omni incontinentia renouat Christianum: cui in continentia non expedit sancti Christi corpus ardegere: maxime cū Moyse Iudeos sanctificare volēs, populū totū ab omni stultitia se conuere præcepit, vt Dei potiri presentia mererentur. Hieron. ibid.  
\* Et.  
c. Tanquam sic certissimum iudicium p̄ a deo didicistis, si id quod didicistis, feceritis. Qui autem nouit quid fieri debeat, & non facit, nondum à deo didicit secundum gratiam, sed secundum legem, non secundum spiritum, sed secundum literam. Aug. de gratia, contra Pelag. lib. 1. cap. 13.  
2. Habetis vt scribamus.  
\* Vos.  
d. Ne illa quidem impatientie species excusetur in amissione nostrorum, vbi aliqua doloris patrociniatur aduersio. Et merito. Credentes enim resurrectionem Christi, in nostrā quoque credimus, propter quos ille & resurrexit. Terullianus de patientia. Dignum enim est iudicari dominus, vt germani corporis amique substatia cum Christo simul regnent in cælis, qui Christo seruiert in terris. Eusebius Emisenus. Homil. 9. de Pascha.  
3. In adueptum.

† Rom. 12. a  
Eph. 5. c  
22. q. 4. Vnus  
quique.  
  
† Ioan. 13. d  
1. Cor. 4. d  
Eph. 5. a  
Philip. 3. c  
1. Ioan. 4. c  
  
111. q. 2. Vbi  
conque &  
scit  
c. Qui habet,  
& c. Diuina.  
  
† Cor. 13. d

[e. In aduentu domini qui viui fuerint inuenti, obuia capientur domino in aera, mortem quasi sopore passi. In ipso enim rapto mortem & resurrectione habebit: dumque animas ipsa in ipso rapto exierit a corpore, corpus terra remanebit, sed ea breue spatio tenebit ipsa mors, vt nec cogitari nec perpedi possit. Glor. ordin. post Ambrosii. ibidem.]

det de caelo: & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum domino erimus. Itaque consolamini inuicem in verbis istis.

*Ad iudicium futurum omnes se preparent aequales consolando, maiores reuerendo, inferiores corrigendo, ac deum & dona eius benedicendo.*

1. Exa. 2. a. Quare vt fur? Quia per hoc designat qd occultus sit ac sepe- tinus. Et dicimus qd hoc multis modis vtile sit. Primum quidem, nam si quis postremum seierit diem, nulla illi virtutis cura est, sed innumera perpetrando mala extremo spiritu ad bap- tismum acciteret. Secundo, quia multa mala metu mortis ampu- tantur, quae in superbia commite- rentur. Tertio, quia si seierit quisquid quoddam omnino tali es- pore inuictus esset, in continua viuetur animi tristitia: nec autem ob incertitudinem consuetudine in bona spe nutritur. Quarto, quia neque ob id sancti praesens habere, qd semetipsos in incerta praecipiente pericula. Si enim manifestum esset quoddam post tres annos consummatio vetera es- set, omnes sane pericula despi- cerent, tanquam nihil nocuum esse accepturi. Oecume. ibid. 2. In fat. \* Patrus. 3. Habenti. \* Noctis. \* Vos. 4. Per charitatem. 5. Admonete inordinatos. 6. Subleuate. b. Sine intermissione orare, quid est aliud, qd beatam vitam quae nulla nisi aeterna est, ab eo qui eam salus dare potest, sine intermissione desiderare? Di- gnior enim sequetur effectus, quae frequentior praecedat affectus. August. de orando deo. cap. 9. \* Perfectos. c. Neque enim plasmatio carnis ipsa secundum se homo perfec- tus est, sed corpus hominis & pars hominis. Neque enim & anima ipsa secundum se homo, sed anima hominis. Neque spi- ritus homo, spiritus enim & non homo vocatur. Commixtio au- tem & unio horum omnium perfectum hominem efficit. Iren. lib. 5. aduersus Valentinum. 7. Vocat.

Ed. Iste est Lucas euangelista qui fuit comes inditidius peregrinationis Pauli, ut dicit Hieronymus in libro illustrium virorum, & satis patet in actibus Apostolorum. De Lyra ibidem.] [e. Iste est quem supra dixit relictum ad apostasiam qui fabri cabat sedes Dianæ apud Athenas, & omnes contra Apostolum commouit. Glosa ordin. ibid.] \* Faber.  
 3. Reddat.  
 4. Resistit.  
 5. Neronem significans in leone pro crudelitate. Euseb.  
 6. Priscam.  
 7. Sed quare non eum sed domum eius? quia forte corruptus erat, & ideo saluat familiam. Vel forte quia cum eo erat Romanus. S. Thomas ibidem.]  
 8. Eubulus.  
 Ad Timotheum 2. Scripta Romanæ quum secundo presentatus est Paulus Neroni imperator, Romanorum.

Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam, Lucas est mecum solus. Marcum assume, & adduc tecum, est enim mihi utilis in ministerio. Tychicum autem misi Ephesum. Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum, & libros: maxime autem membranas. Alexander ærarius multa mala mihi ostendit: reddet illi dominus secundum opera eius, quem & tu deuota. Valde enim resistit] verbis nostris. In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt: non illis reputetur. Dominus autem mihi assistit, & confortauit me, ut per me prædicatio impleatur, & audiant omnes gentes quia liberatus sum de ore leonis. Liberauit] me dominus de omni opere malo: & saluum faciet in regnum suum cœleste, cui gloria in secula seculorum. Amen. Saluta Priscillam] & Aquilam, & Onesiphori domum. Erastus remansit Corinthi: Trophimum autem reliqui infirmum Mileti. Festina ante hyemem venire. Saluta te Eubolus] & Pudens & Linus & Claudia, & fratres omnes. Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo. Gratia vobiscum. Amen.

† Coloss. 4. c  
 D  
 † Sup. a. d

INCIPIT ARGUMENTVM IN EPISTOLAM AD TITUM.

Titum commonefacit & instruit de constitutione presbyterij, & de spiritali conuersatione, & hæreticis vitandis, qui traditionibus Iudaicis credunt: scribens ei à Nicopoli.

Incipit Epistola ad Titum.

Prælati per ciuitates prædicatores bonorum morum, & sana doctrina aduersus hæreticos instituat, qui corrigendos corrigant, ut tandem sani euadant. Caput I.



Nulus seruus Dei, Apostolus autem Iesu Christi secundum fidem electorum Dei, & agnitionem veritatis, quæ secundum pietatem est in spem vitæ æternæ, quam promissit qui non mentitur deus, ante tempora secularia,] manifestauit autem temporibus suis verbum suum in prædicatione,] quæ credita est mihi secundum præceptum] Saluatoris nostri dei: Tito dilecto filio secundum communem fidem gratia, & pax à deo patre, & Christo Iesu Salvatore nostro. Huius rei gratia reliqui te Creta,] ut ea quæ defunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi, si quis sine crimine est, vnus vxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos. Oportet enim Episcopum sine crimine esse, sicut dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum: sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentem, amplectentem eum qui secundum doctrinam est, si delem sermonem,] ut potens sit exhortari in doctrina sana,] & eos qui contradicunt arguere. Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui, & seductores, maxime qui de circumcisione sunt: quos oportet redargui: qui vniuersas domos subuertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia. Dixit quidam ex illis, proprius ipsorum Propheta, Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventris pigri. Testimonium hoc verum est. Quam ob causam increpa illos dure, ut sani sint in fide: non intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum auersantium se à veritate. Omnia munda mundis, coinquinata autem & infidelibus nihil est mundum, sed inquinata sunt eorum & mens, & conscientia. Confitentur se nosse deum, factis autem negant, cum sint abominati & incredibiles,] & ad omne opus bonum reprobi.

a. Non ex redit factis neque ex laboribus ac sudoribus hæc capie dignitatem, sed eorum eius qui mihi hæc crediderit, beneficij est. Chrysol.  
 b. Cum autem retrospectum tempora a constitutione mundi habere videantur iniriium, quomodo sunt æternitati quia æterna dixit, quæ ante se non habet vllum tempus. Augusti cetera Priscillianij. & Origenistas, cap. 6.  
 1. Aeterna.  
 2. Per prædicationem.  
 3. Inunctionem.  
 4. Misericordia.  
 5. Domino.  
 6. Quæ defunt recto ordine corrigas, & tunc demum presbyteros poteris ordinare, cū omnes in ecclesia fuerint recti. Hier. ibid.  
 7. In Creta.  
 8. Protectuos.  
 9. Inculpatum esse generale est. Siquidem inculpata esse omnia quæ enim secunda sunt complectitur: hoc est in quem nullum possit crimine impingere. Et præcipue potest sit exhortari. Hoc autem & a prudentia continget, & a cognitione scripturarum. Sana autem doctrina est, quæ & vera dogmata & rectam vitam docet. Oecum. ibidem.  
 10. Fidelis sermonis.  
 11. Per doctrinam sanam.  
 12. Mentium.  
 13. Quibus oportet obturac or.  
 14. Epimenides poeta Græcus.  
 15. Ventres.  
 16. Veritatem.  
 17. Qui nimis sibi mundi videntur, quia illa membra sanquam immunda auersantur, aut auersari se figunt, in eas infidelitatis & erroris immunditias incedunt. Aug. contra Faust. lib. 6. cap. 3.  
 18. Abominabiles & increduli.

† Di. 99. Le. gim.  
 † Di. 25. Vnd orarium. 1. Tim. 3. a  
 † Di. 41. Sic te Rot. & 44 c. 6u.  
 † Rom. 14. 5. d. Propofuilli. 2. q. 1. Dñs. 11 q. 1. Aeth: mant.

Omnes

Omnes ecclesie status praelatus considerans suam cuique etati viuendi normam procuret, exemplum se prebens in doctrina & conuersatione, & gratie consecutione. 11.

† 18. q. 1. c. 1.
† Ephe. 6. a
† Clon. 3. d
† Pen. 2. c
† 25. q. 5. c
† De conf. di.
5. Ieiunium.

V autem loquere quæ decent sanam doctrinam. Senes vt sobrij sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia. Anys similiter, in habitu sancto, non criminatrices, non multo vino feruientes, bene docentes, vt prudentiam doceant. Adolescentulas vt viros suos ament, filios suos diligant, prudentes, castas, sobrias, domus curam habentes, benignas, subditas viris suis, vt non blasphemetur verbum Dei. Iuuenes similiter hortare vt sobrij sint. In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate. Verbum sanum, irreprehensibile: vt is qui ex aduerso est vereatur, nihil habens malum dicere de nobis. Seruos dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, non contradicentes, non fraudentes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes, vt doctrinam saluatoris nostri dei ornent in omnibus. Apparuit enim gratia dei & saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos: vt abnegantes impietatem & secularia desideria, sobriè & iustè & piè viuamus in hoc seculo, & expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni dei & Saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Hæc loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio, nemo te contemnat.

Praelatus subditos conuersationem inter se doceat, vt per charitatem dei gratis exhibitam salutem consequantur, & hæreticos cum sua doctrina vitent. III.

† 46. di. §. 1.
2. q. 7. Sicut,
sacerdos,
† Tim. 1. c
† 1. Tim. 1. a
2. Tim. 2. d
† 24. q. 3. Di.
xit Aposto.
lus.
26. q. 5. Epi.
scopi.

Admone illos principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire. ad omne opus bonum paratos esse, neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos: omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines. Erasmus enim aliquando & nos insipientes, increduli, errantes, feruientes desiderii, & voluptatibus variis, in malitia & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem. Cum autem benignitas & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei: non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, per lauachrū regenerationis & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abundè per Iesum Christum Saluatorem nostrum: vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ. Fidelis sermo est: & de iis volo te confirmare: vt curent bonis operibus præesse, qui credunt deo. Hæc sunt bona & utilia hominibus. Stultas autem quæstiones & genealogias, & contentiones, & pugnas legis deuita. Sunt enim inuiles & vanæ. Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita: sciens quia subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit cum sit proprio iudicio condemnatus. Cum misero ad te Arteman aut Tychicum, festina ad me venire Nicopolin. Ibi enim statui hyemare. Zenam legisperitum & Apollo sollicitè præmitte, vt nihil illis desit. Discant autem & nostris bonis operibus præesse ad vsus necessarios, vt non sint infructuosi. Salutāt te qui mecum sunt omnes, Saluta eos qui nos amant in fide. Gratia dei cum omnibus vobis. Amen.

INCIPIT ARGUMENTVM IN EPISTOLA ad Philemonem.

Philemoni familiares literas facit pro Onesimo seruo eius, scribens eis ab vrbe Roma de carcere per superscriptum Onesimum.

LL ij

a. Habet senectus vicia quedam propria & morbos quibus iuuentus caret: & ipsa quidē senectus morbus est, inest illi tamen præterea sequitur quædam, & tarditas oblitio profunda, & obtusio sensuum atque iracundia. Chryso. ibidem.
1. Graues, modesti, & infra.
b. A vini ergo nimio potu anus prohibetur, quoniam quod in adolescentibus libido, hoc in senibus ebrietas est. Aue quomodo potest anus adolescentulas docere castitatem, cum si ebrietatem verul mulieris adolescentula fuerit imitata, pudica esse non possit. Hier. ibidem.
2. Possit modestas reddere adolescentulas.
3. Prebens.
c. Hic ponitur dicta in stratiōnis ratio, quæ accipitur ex saluatoris exemplo, qui dedit seipsum pro nobis, & subiecit se feruienti, vt nos redimeret à feruitute diaboli: Vnde dicit. Apparuit enim gratia Dei &c. De Lyra. ibidem.
d. Vbi sunt qui hæc faciūt propter quæ venisse Christi Apostolus dicit: Vbi sunt qui non desideria seculi faciunt: vbi qui piè ac iustè viuunt: vbi qui sperare se spem beatam bonis operibus ostendant: Et immaculatam vitam agētēs, hoc ipso se pehibent regnum dei expectare, quia merentur accipere. Saluianus lib. 6.
5. Mundana.
6. Apparitio.
7. Peculatorum.
8. Principibus.
a. In Græco enim est & dicitur, quod magis principatus quam principes significat, & ipsam potestatem, non eos qui in potestate sunt homines. Hier. ibid.
2. Magistratibus.
b. Considera te quælis fueris, & ideo contra iram optimi remedium est recogitatio fragilitatis propriæ. Et ideo ponit primū statum eorum præteritum. Secundo ostendit vnde venerunt ad statum perfectionis. S. Thomas ibidem.
c. Hoc bonū quod in Christianis florere videtur, de radice pietatis diuine oritur. Deus enim misericordia sua saluos nos fecit per Christum, cuius gratia renati spiritum sanctum accepimus abundè, vt bonis operibus inuicem possumus, ipso nos in omnibus adiuuante, vt per hæc hereditatem regni caelorum assequi possimus. Ambro. ibid.
d. Id est falsas p quas pseudo-Apostoli nitebantur ostendere Iesum Nazarenum de Dauid non descendisse, sicut dictum est supra. 1. ad Timotheū. 1. de De Lyra.
e. Qui semel hūcque correptus auditore suo non vult corrigi, errare existimat corrigentem: & e contrario se ad pugnas & iurgia verborum parans, ed vult lucrifacere à quo docetur. Hier. ibidem.
f. Admonitionem.
g. Nicopolis autem Thraciæ ciuitas est. Imo pars eius propinqua Macedonia. Manifestū ergo est quod eo tempore scripsit epistolam quo in Macedonia & Achaia versabatur. Oecumenius ibidem.
Ad Titum ecclesie Cæterensium primum delectum episcopum, scripta ex Nicopoli Macedonia.

## Incipit epistola ad Philemonem.

Paulus Philemoni suum seruum Onesimum remittit, quem illi commendat non ut seruum, sed ut charum in Christo tractandum. Caput I.

a. Sicut enim peccati causa viri-  
eici opprobrium est, ita contra  
pro Christo custodia vincula  
iustitiae, maxima gloria est. Ho-  
enim tempore quo hanc episto-  
lam misit, in custodia erat. Quis  
uis clericus non fuerit Philemō,  
tamē intererat ecclesiasticis ne-  
cessitatibus causa deuotionis,  
vnde participem hunc dicit la-  
borum. Ambro. ibidem.

\* Et.

b. Ambigū verō dīctū vtrū  
gratias agat deo suo semper, an  
memoriam faciat in orationi-  
bus suis semper. Et vtrūque in-  
telligi potest. Qui enim preci-  
pit aliis vt in omnibus gratias  
agant deo, nullis angustis po-  
tēre conuati, vt gratias tenper  
deus ipse non tēreat. Hier. ibid.

1. in dominum Iesum.

2. Quod est in vobis.

3. Sim.

\* Meis.

[c. Id est, cum cognitione boni  
aeterni, vt illud expectetur in  
præmium. Hoc enim orat Apo-  
stolus, vt operatio eius cum co-  
gnitione fiat bonitatis, i. vt tali  
mente operetur, vt in futurum  
inde expectet præmium Iesum  
Christum, non retributionem  
temporalium. Glosa ord. ibid.]

d. Aeternum ergo ministerium dei

scribens ad Philemonem, cuius fidem in agnitionem om-  
nis boni quod in sanctis est, in  
Christum Iesum euidentiore[m]  
seri postulabat. Ambro. de bo-  
no inotis. cap. 12.

4. Supra seruum.

5. Confortem.

e. Quod si non addidisset in do-  
mino, & te suar, tantum dixit-  
set, in eo constituitur spem bea-  
titudinis suae: quoniam & vi-  
cinitate dicitur frui, cum de-  
lectione vi. Augusti. de doctri-  
na Christiana, lib. 1. cap. 21.  
f. Colossensis, & doctor Colos-  
sensium, qui & propter Christū  
cum Paulo captiuus erat.



Natus a vinculis Christi Iesu, & Timotheus frater, Philé-  
moni dilecto\* adiutori nostro, & Appiae sorori charissimæ,  
& Archippo commilitoni nostro, & Ecclesiae quæ in do-  
mo tua est. Gratia vobis & pax à deo patre nostro, & domi-  
no Iesu Christo. Gratias ago deo meo<sup>b</sup> semper memo-  
riam tui faciens in orationibus meis, audiens charitatem  
tuam & fidem, quam habes<sup>c</sup> in domino Iesu, ] & in om-  
nes sanctos: vt communicatio fidei tuæ euidentis fiat in a-  
gnitione omnis & operis ] boni\* in Iesu Christo. <sup>d</sup> Gau-  
dium enim magnum habui ] & consolationem in charita-  
te tua, quia viscera sanctorum requieuerunt per te frater. Propter quod multam fi-  
duciam habens<sup>e</sup> in Christo Iesu imperandi tibi quod ad rem pertinet: propter chari-  
tatem magis obsecro, cum<sup>f</sup> sis ] talis vt Paulus senex, nunc autem & vinculis Iesu Chri-  
sti, obsecro te pro meo filio quem genui in vinculis\* Onesimo, qui tibi aliquando  
inutilis fuit, nunc autem & mihi & tibi utilis, quem remisi tibi. <sup>g</sup> Tu autem illum vt  
mea viscera suscipe. Quem ego volueram mecum detinere, vt pro te mihi ministra-  
ret in vinculis Euangelij. Sine consilio autem tuo nihil volui facere, vti ne velut ex  
necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium. Forsitan enim ideo<sup>h</sup> discessit ad ho-  
ram à te, vt in æternum illum reciperes: iam non vt seruum, sed<sup>i</sup> pro seruo ] charissi-  
mum fratrem, maximè mihi. Quantò autem magis tibi, & in carne & in domino?  
Si ergo habes me<sup>j</sup> socium, ] suscipe illum sicut me. Si autem aliquid nocuit tibi, aut  
deber, hoc mihi imputa. <sup>k</sup> Ego Paulus scripsi mea manu. Ego reddam: vt non dicam  
tibi quod & te ipsum mihi debes. Ita frater, <sup>l</sup> ego te fruor in domino, refice viscera  
mea in Christo. Confidens in obedientia tua scripsi tibi: sciens quoniam & super id  
quod dico, facies. Simul autem & para mihi hospitium. Nam spero per orationes ve-  
stras donari me vobis. Salutat te<sup>m</sup> Epaphras concaptiuus meus in Christo Iesu, Mar-  
cus, Aristarchus, Demas & Lucas adiutores mei, Gratia Domini nostri Iesu Christi,  
cum spiritu vestro, Amen.

INCIPIT ARGUMENTVM IN EPISTO-  
lam ad Hebræos.



In primis dicendum est, cur Apostolus Paulus in hac epistola scribenda non seruauerit  
morem suum, vt vel vocabulum nominis sui, vel ordinis describeret dignitatē. Hæc  
causa est, quod ad eos scribens qui ex circumcisione crediderant, quasi gentium Apосто-  
lus & non Hebræorum, sciens quoque eorum superbiam, suamque humilitatem ipse  
demonstrans, meritum officij sui noluit anteferre. Nam simili modo etiam Ioannes Apostolus pro-  
pter humilitatem in epistola sua nomen suum eadem ratione non prætulit. Hanc ergo epistolam ser-  
tur Apostolus ad Hebræos conscriptam Hebræica lingua misisse, cuius sensum & ordinem retinens  
Lucas Euangelista post excessum Apostoli Pauli, græco sermone composuit.

Incipit



## Incipit epistola ad Hebræos.

Tantum veteri testamento per angelos dato nouum per Christum datum præfertur, quantum  
Christus angelis dignior, quos origine, dominio, operatione, & honore præcellit. Cap. I.

**M**ultifarie] multisque modis olim deus loquens] patribus  
in prophetis: nouissimè diebus istis locutus est nobis in fi-  
lio, quem constituit hæredem vniuersorum, per quem fe-  
cit & secula. Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substã-  
tiæ eius, portansque omnia verbo virtutis suæ purgationem  
peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in ex-  
celsis: tantò melior angelis effectus, quantò differentius præ-  
illis nomen hæreditauit. Cui enim dixit aliquando angelo-  
rum, filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rursum: Ego  
ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium? Et cum iterum  
introducitur primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes angeli  
Dei. Et ad angelos quidem dicit: Qui facit angelos suos spiritus: & ministros suos,  
flammam ignis. Ad filium autem: Thronus tuus deus in seculum seculi: virga æqui-  
tatis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus,  
deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Et: Tu in principio domine, terram  
fundasti: & opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem permanebis:  
& omnes vt vestimentum veterascent. Et velut amicum mutabis eos, & mutabun-  
tur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Ad quem autem angelorum di-  
xit aliquando: sede à dextris meis: quoadusque ponam inimicos tuos scabellum  
pedum tuorum? Nonne omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi  
propter eos qui hæreditatem capiunt] salutis?

Ex eo nouum testamentum veteri præstat, quòd Christi præcepta vtiliora sint quàm ange-  
lorum, licet in passione angelis minor pro salute fidelium fuerit iussu patris effectus. II.

**P**ropterea abundantiùs oportet obseruare nos ea quæ audiui-  
mus, & omnis præuaricatio & inobedientia accepit iustam mercedis re-  
tributionem: quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem?  
Quæ cum initium accepisset enarrandi] per dominum: ab eis qui audierunt, in nos  
confirmata est, contestante deo signis, & portentis, & variis virtutibus, & spiritus  
sancti distributionibus secundum suam voluntatem. Non enim angelis subiecit  
deus orbem terræ futurum, de quo loquimur. Testatus est autem in quodam loco  
quis dicens: Quid est homo quòd memor es eius: aut filius hominis, quoniam vi-  
sitas eum? Minuisti eum paulominus ab angelis: gloria & honore coronasti eum,  
& constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus  
eius. In eo enim quòd omnia ei subiecit: nihil dimisit non subiectum ei. Nunc  
autem necdum videmus omnia subiecta ei. Eum autem qui modico quàm an-  
geli, minoratus est, videmus Iesum propter passionem mortis gloria & honore co-  
ronatum: vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortem. Decebat enim eum propter  
quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, autorem  
salutis eorum, per passionem consummari. Qui enim sanctificat & qui sanctifican-  
tur, ex vno omnes. Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, di-  
cens: Nunciabo nomen tuum fratribus meis: in medio Ecclesiæ laudabo te. Et ite-  
rum: Ego ero fidens in eum. Et iterum: Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi  
deus. Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse similiter par-  
ticipauit eidem: vt per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperiù, id est  
diabolum: & liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxierat] seruituti.

LL ij

† Sap. 7. d  
Eccle. 47. a# Dep. di.  
2. illa anima.† Luc. 1. c  
Psal. 2. b  
72. Reg. 7. c  
† Psal. 96. b† Psal. 103. b  
† Psal. 44. c

† Psal. 102. c

† Psal. 109. a  
1. Cor. 15. d† Psal. 8. a  
1. Cor. 15. d† Psal. 8. b  
1. Cor. 15. d  
† Mat. 8. d  
† Philip. 2. a

† Psal. 2. d

† Psal. 17. a  
Mat. 28. d  
† Iia. 8. d† Hec. 13. d  
1. Cor. 15. g

1. Multifariam.

a. In epistola ad Hebræos præ-  
terea Paulum solita consuetu-  
dine, nec nomen suum nec apo-  
stoli vocabulū præposuisset, quia  
de Christo erat dicturus. Hæ-  
retes ergo principem sacerdotum  
& Apostolum nostræ confessio-  
nis Iesum, nec fuit congruum  
vt vbi Christus Apostolus dicitur  
erat, ibi etiam Paulus Apo-  
stolus poneretur. Hier. Galat. 1.  
2. Loquutus.b. Nunquid aliud sonat forma  
sententiæ quàm omnes homines  
in Christi hæreditate à patre esse  
transcriptos secundum prophe-  
tiam Dauid dicentis: Postula  
à me, & dabo tibi gentes hæ-  
reditatem tuam, & Ambrosius  
de vocat. gentium, lib. 1. cap. 3.c. In quò euidentius & ceterus  
patri & inseparabilis à patre,  
& vnus esse cum eo substã-  
tiæ perdoctum luci splen-  
dor est semper ceterus: dum  
splendor à luce nunquam sepa-  
ratus est: dum splendor à luce  
natura substantiæ nunquam po-  
test esse diuersus. Qui enim splē-  
dor lucis est, idem & dei patris  
virtus est. Histo. vitæ. de perse-  
cutio. Vandal. lib. 2. cap. 1.

\* Nostrorum.

\* Per scriptam.

d. Propter caritatem dixit tuus,  
Vngitur namque humanitas à  
spiritu sancto. Non operatur au-  
tem eo modo quo in nudis ho-  
minibus: nēpe prophetis & pa-  
triarchis: vñdio tamen est, hoc  
est tota vnguentis presentia. Oe-  
cumenius ibidem.

3. Volues, vel inuolues.

e. Dicuntur enim angeli oratio-  
nes & vota nostra offerre deo,  
non quia deum doceant, quia  
omnia antequam fiant, sicut &  
postquam facta sunt, nouit: sed  
quia eius voluntatem super his  
consulant, & quòd deo iubete  
completum esse cognouerunt,  
hoc nobis euidenter vel hæret  
reportant. Augu. lib. 2. medit.  
cap. 3.

4. Capiunt.

a. Hortatur eo diligentius his  
intendere quæ per dei filium au-  
dierunt: quàm eis quæ per ange-  
los dicta sunt. Ambro. ibidem.  
Quoniam maior est auctoritas no-  
stræ legis quàm auctoritas ange-  
lorum ministrantium veterem  
legem. Sedul. ibidem.

1. Enarrari cepisset.

2. Potentius.

1b. Hic apostolus confirmat di-  
gam consequentiam, scilicet qd  
magis obediendum est legi no-  
uæ datæ à Christo, quàm legi ve-  
teri datæ per angelos, quia do-  
minium Christi maius est quàm  
dominium angelorum. Igitur  
circa hoc duo faciunt: quia primò  
ostendit dominium Christi esse  
se maius dominio angelorum per  
scripturam. De Lyra ibidem.c. Non solum ergo à patre, sed  
etiam ab angelis minor filius dei  
factus est. Ambro. de fide, lib. 2.  
cap. 4.d. Modico sive paululum, ob id  
dicit, quod tribus diebus fuerit  
apud inferos. Oecum. ibidem.e. Per quem omnia creata sunt,  
& propter cuius gloriam facta  
sunt omnia. Sedul. ibidem.

3. Vel consummate.

f. Vnum habemus patrem deum,  
Christus quasi proprius filius  
sanctificat, nos sicut ad optin-  
sanctificamur. Ambro. ibidem.g. Qui est ergo qui nos partici-  
per suæ volunt esse carnis & san-  
guinis? Vtique dei filius. Quo-  
modo nisi per carnem præcep-  
factus est noster, aut per quam,  
nisi per corporis mortem mor-  
tis vincula dissoluit? Ambrosius  
de fide lib. 3. cap. 5.

¶ Puto quoddam hæc verba sic ad epistole referenda sunt, ut corpori penitus aptari non possint. De verbo utique dei dictum est, quod non angelos apprehendit: hoc est, non in vultu sibi personam assumpsit, sed semen Abrahamæ. Neque enim legitur, Verbum angelos factum est, sed verbum caro factum est. Bernard. de gradibus humilitatis. \* In his quæ forent.

¶ Nusquam enim angelos apprehendit: sed semen Abrahamæ apprehendit. Unde debuit per omnia fratribus similari: ut misericors fieret & fidelis potestis ad deum, ut reproberet delicta populi. In eo enim in quo passus est ipse & tentatus, potens est & eis qui tentantur, auxiliari.

*Quanto architecto domus quam incolæ eius maior debetur gloria, tanto legislatori Christo quam promulgatori Moysi magis obediendum.* IIII.

a. Vbi ad dispensationem pertinet, omnia deinceps humilia interpede eloquuntur. Apostolus autem sine lege et dicit ipsum, quia missus est à patre tanquam homo. Confessionis vero fidei quod fidelis sit, fidem, inquit, secutus beneplacitum patri, idemque cum eo sentit deseruando populo. Oecum. ibid.  
 1. Principem sacerdotum.  
 2. In tora.  
 3. Ampliori enim gloria.  
 4. Domo.  
 5. Cuius.  
 b. Per fiduciam fides, per gloriam spei spes, per fidem charitas intelligitur, ut finis præcepti est charitas. In his duobus supradicta continentur: quia fides fundamētum est, spes verò paries, charitas culmen eminet. Sedulius ibidem.  
 c. Auctoritas verborum est ex hoc, quod non sunt prolata humana adiuuentione, sed à spiritu sancto, unde dicit: Quapropter sicut dicit spiritus sanctus, ipse autem verba veteris testamenti allegat pro nouo, nec creditur quod tantum sint referenda ad verum testamentum, imò etiam ad nouum. S. Thomas. \* Me.  
 d. Tres itaque requies Apostolus memorat in hac epistola. Vnam sabbati, qua dominus requieuit ab operibus suis. Secundam in Palestina, in qua ingressi Israelitæ requieuerunt ex militaria multa & laboribus. Tertiam quæ vera est requies, hæc est regnum cælorum, ad quam quos peruenire contigit, reuera requiescunt à laboribus & disscultatibus suis. Ambr. ibid.  
 6. Vos inquit.  
 7. Vocatur.  
 e. Vnde, inquit, facti sumus nos & Christus, quoniam ipse caput nostrum esse dignatus est, nosque membra sua efficere. Oecumenius ibidem.

**V**nde fratres sancti vocationis cœlestis participes considerate<sup>a</sup> Apostolum<sup>a</sup> & Pontificem] confessionis nostræ Iesum Christum: qui fidelis est ei qui fecit illum, sicut & Moyses<sup>2</sup> in omni] domo eius.<sup>3</sup> Amplioris enim gloriæ] istæ præ Moysen dignus est habitus, quanto ampliorem honorem habet domus] qui fabricauit illam. Omnis nanque domus fabricatur ab aliquo. Qui autem omnia creauit, deus est.<sup>†</sup> Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius, tanquam famulus, in testimonium eorum quæ dicenda erant: Christus verò tanquam filius in domo sua.<sup>5</sup> Quæ] domus sumus nos: si fiduciam<sup>b</sup> & gloriam spei usque ad finem firmam retineamus.<sup>c</sup> Quapropter sicut dicit spiritus sanctus: t̄ hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem temptationis in deserto. Vbi tentauerunt me patres vestri: probauerunt<sup>\*</sup> & viderunt opera mea quadraginta annis.<sup>¶</sup> Propter quod in sensu sui generationi huic, & dixi: semper & hi] errant corde. Ipsi autem non cognouerunt vias meas: quibus iuravi in ira mea, si introibunt<sup>d</sup> in requiem meam. Videte fratres, ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis, discedendi à deo viuo. Sed adhortamini<sup>e</sup> vosmetipsos] per singulos dies, donec hodie<sup>7</sup> cognominatur,] ut non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Participes enim Christi effecti sumus: si tamen initium substantiæ eius usque ad finem firmum retineamus, dum dicitur: hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, quemadmodum in illa exacerbatione. Quidam enim audientes, exacerbauerunt: sed non vniuersi qui profecti sunt ab Ægypto per Moysen. Quibus autem in sensu est quadraginta annis: Nonne illis qui peccauerunt, quorum cadauera prostrata sunt in deserto: Quibus autem iurauit non introire in requiem ipsius, nisi illis qui increduli fuerunt? Et videmus quia non potuerunt introire & in requiem ipsius] propter incredulitatem.

*Cum Christus Moysen & prophetas excellat, solliciti sint Christiani ingredi requiem, per nouum testamentum oblatum propter Christi diuinitatem & humanitatem, quam Iudei noluerunt introire.* IIII.

a. Festinat ostendere aliam esse requiem ad quæ vocati sumus, id est regnum cælorum. Nec nos qui credidimus dicit intraturos in illam quæ Palestina est, illos verò non intraturos propter obdurationem cordis sui, nec in Palestinam, nec in requiem cælestem. Ambr. ibidem.  
 1. Fuisse frustratus, vel postpositus.  
 2. Admixtis.  
 b. Omnino necesse est, ut aliqui ingrediantur in requiem dei, inquit ac teneat sit promissa.  
 Quoniam ergo isti non sunt ingreffi, iurauit enim ipse non ingreffiuros) necesse est ut nos, modo velimus, ingrediamur: at non iam in figuratiuam requiem, sed in verum regnum cælorum. Oecum. ibid.  
 3. Hæc.  
 4. Idem.  
 e. Verbum hoc nostrum utique prolatum est, syllabæ sunt. sonus est, & tamen à sensu nostro & mente non discrepat, & que interiori tenemus affectu, ea est, quam operantis verbi testificatione signamus. Sed non sermo noster operatur, solum est verbum dei, quod nec prolatum est, nec in uerbo dicitur, sed quod operatur, & uiuit, & sanat. Vnde dicit: Verbum est dei verbum, & efficax, &c. Ambr. de fide lib. 4. cap. 3.  
 5. Sicipiti.

**I**meatus ergo, ne forte relicta pollicitatione<sup>a</sup> introeundi in requiem eius, existimetur aliquis ex nobis<sup>1</sup> deesse. Etenim & nobis nuntiatum est, quemadmodum & illis: sed non profuit illis sermo auditus non<sup>2</sup> admixtus] fidei ex] iis quæ audierunt.<sup>b</sup> Ingrediemur enim in requiem eius qui credidimus, quemadmodum dixi: t̄ Sicut iuravi in ira mea: si introibunt in requiem meam. Et quidem operibus ab institutione mundi perfectis, dixit enim quodam loco de die festiuitate sic: t̄ Et requieuit deus die septima ab omnibus operibus suis. Et in isto rursum: Si introibunt in requiem meam. Quoniam ergo superest introire quosdam in illam, & ij quibus prioribus annuntiatum est, non introierunt propter incredulitatem: iterum terminat diem quendam, hodie, in Dauid dicendo: post tatum temporis sicut supra dictum est: t̄ hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Nam si is Iesus requiem præstitisset, nunquam de alia loqueretur post] hac] die.<sup>¶</sup> Itaque relinquitur sabbatum] baptisimus populo dei. Qui enim ingressus est in requiem eius, etiã ipse requieuit ab operibus suis, sicut & à suis deus. Festinemus ergo ingredi in illam requiem: ut ne in] idipsum] quis incidat incredulitatis exemplum.<sup>c</sup> Viuus est enim sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio] ancipiti,] & pertingens usque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis.

† & Et

¶ Num. 11. b

† Psal. 94. e

† Num. 14. f  
De per. 11. f  
Sunt plura

† Psal. 94. d

† Gen. 2. a  
Exod. 10. b

† Psal. 94. f  
Sup. 3. b

† Eccl. 15. d  
† Psal. 33. c  
Iofra. 8. a  
Rom. 8. b  
† 2. q. 1. Deus  
omnipotens.  
1. Cor. 12. b  
2. Cor. 5. c  
Eph. 2. b

† Et non est vlla creatura inuisibilis] in conspectu eius, † omnia autē nuda & perta sunt oculis eius, ad quē nobis sermo.] Habentes ergo pontificem magnum qui penetravit cælos, Iesum filiū dei, teneamus & spei nostræ] confessionē. Nō enim habemus Pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia pro similitudinē absque peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius ut misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.]

*Christi sacerdotium tanto caterorum præ se fert condiciones, quanto excellentiorem habuit originem.*

† 15. dist. c. fi.  
1. Quibus.



† Mnis nanque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis. Qui condolare possit iis qui ignorant & errant: quoniam & ipse circumdatus est infirmitate: & propterea debet, quemadmodum pro populo, ita

† 8. q. 1. c. In scripturis. De elect. Qualiter. 3. Para. 23. b  
† Psal. 2. b  
† Psal. 109. a

etiam & pro semetipso offerre pro peccatis. † Nec quisquam sumit sibi honorem: sed qui vocatur à deo, tanquam Aaron. Sic & Christus non semetipsum clarificavit] ut Pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum: † Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodum & in alio loco dicit: † Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisédech. Qui in diebus carnis suæ, preces, supplicationesque ad eum qui possit illum saluum facere à morte, cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Equidem cum esset filius Dei, didicit ex iis quæ passus est, obedientiam, & consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ, appellatus à deo Pontifex iuxta ordinem Melchisédech. De quo nobis grandis sermo & ininterpretabilis] ad dicendum: quoniā imbecilles facti estis ad audiendum. Etenim cum deberetis magistri esse propter tempus, rursus indigetis ut vos doceamini, quæ sint elementa exordij sermonum Dei: & facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo. Omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ. Parvulus enim est. Perfectorum autem est solidus cibus: eorum qui pro ipsa consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali.

*lapsus verò à fide non nisi per Christum redire potest.*

† De pecc. di. 4. ca. Intermittentes.



† Vapropter intermittentes] inchoationis Christi sermonem, ad perfectionem] feramur: non rursus iacentes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad deum baptismatū doctrinæ, impositionis quoque manuum, ac resurrectionis mortuorum, & iudicij æterni. Et hoc faciemus, siquidem permiserit deus. † Impossibile enim est eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cœlestē, & participes facti sunt spiritus sancti: gustauerunt nihilominus bonum dei verbum, virtutesque] seculi venturi, & prolapsi sunt: rursus renouari ad pœnitentiam, rursus crucifigentes sibi metipsum filium Dei, & ostentui habentes.] Terra enim sæpe venientem super se bibens imbrem, & germinans herbam opportunam illis] à quibus colitur, accepit benedictionem à Deo: proferens autem spinas ac tribulos, reprobata est, & maledictio proxima: cuius consummatio in combustionem: † Confidimus autem de vobis dilectissimi meliora & viciniora salutis: tamen si ita loquimur. Non enim iniustus deus, ut obliuiscatur operis vestri & dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis & ministratis. Cupimus autem vnumquēque vestrum eandem ostentare sollicitudinem, ad expletionem] spei vsque in finem, ut non segnes efficiamini, verum imitatores eorum qui fide & patientia hereditabunt] promissiones. † Abraham nanque promittens deus, quoniam neminem habuit per quem iuraret maiorem: iuravit per semetipsum, dicens. Nisi] benedicens benedicam tibi, & multiplicans multiplicabo te: & sic longanimiter ferens adeptus est repromissionem. Homines enim per maiorem sui iurant: & omnes controuersiarum eorum finis, ad confirmationem, est iuramentum. In quo abun

† Infr. 10. d  
1. Pet. 1. d  
De pecc. di. 2. c. Si enim, Citius.

† De pecc. di. 2. Non est.

† Gen. 22. c  
De iuratur.  
Esti Christus.

Id. Et quia nō solum videt res in superficie sicut cum nos videmus hominem vestitum, nō videmus ea quæ latent sub vestibus ipse videt omnia in profundo, ideo subditur. Omnia autē nuda & aperta sunt &c. De Lyra ibidem.]  
c. Quasi teneamus, & tenere debemus, quia cum sit potens, est etiam misericors nostrā expectus infirmitatē. Qui nō possit compati. Impossibile est scire afflictiones afflictorum homini qui experimentum afflictionis non habuit, & sensibilibus omnia nō sustinuit: Quia Christus scit nō solum per hoc quod deus, sed etiam quod omnia nouit, sed per hoc quod homo & similia sustinuit. Glosa ordinaria ibidē.]  
6. Latent.  
7. Ratio.  
8. In auxilium opportunum.

a. Duplex debet esse assumptio eorum qui præsuntur, scilicet ut intus per gratiam primi assumatur ad virtutis excellentiam, & foris per electionem & auctoritatem ad gradum dignitatis. Hugo de S. Victore.  
1. Modeste ferre possit ignorantem & errantes.  
\* Er.  
2. Glorificauit.  
b. Apud deum nunquam trahitur, nisi quam hesternus dies est, sed semper hodie: non mensis circulis soluitur annus, non succedentibus ac defendentibus transigit mensis diebus, non hora mutantur, non variantur tempora, vel momenta ubi deus est: nec termino includitur nec initio inchoatur. Aug. de quinque hæresibus.  
3. Princeps sacerdotum.  
4. Ininterpretabilis, vel, difficultis interpretatur.  
c. Hoc autem dicit Apostolus, quia ipsi à iuuentute instructi sunt in lege & prophetis. De Lyra ibidem.]  
5. Doceamus.  
d. Lac infirma reparatur dispersionis, solidum cibum ardua perpetua maiestatis appellans. Beda ibidem.  
6. Ipso habitu.

a. Omitrentes.  
2. Perfectiora.  
a. Quid est autē à mortuis operibus pœnitentiā, nisi ab his quæ oportet mortificari, ut viuam? Aug. de fide & operibus. cap. 11.  
b. Non potest enim sine fauore dei aliquid esse perfectus. Ambr. de pœnit. lib. 2. cap. 2.  
c. Impossibile est renouari ad pœnitentiam per baptismum, hoc est rebaptizari, quia hoc effectus iterum crucifigere Christi non in carne sua, sed in carne rebaptizati. Etenim quia de remittenda predicauit pœnitentia, debuit & de iis qui iterandum putent baptismum non scire, & prius sollicitudinem nobis auferri oportuit, ut scirent etiam post baptismum si qui peccarent, donati eis posse peccati, ne spe venia delictuos iterandi baptismatis opinio vana peruerteret. Ambr. de pœnit. lib. 2. cap. 2.  
3. Potentiisque.  
4. Diffamantes.  
5. Propter quos.  
\* Laboris.  
6. In nomen.  
7. Longanimitate hereditant.  
A. Cum igitur vides Christum dicentē: Amen amen dico vobis, intellige quod cum per nulli maiorem iurare possit, iurauit Amen, non quoniam ipse filius iurauit ipsi Abraham. Verbum enim iuratur: Occurritus ibidem.  
8. Etiam.  
\* Illis.

ce. Per hoc ex abundantia eam immobilem ostendit: sicut enim sita ex hoc quod procedebat ex diuino consilio: & ideo iuramentum additum firmavit eam ex abundantia, quando promissioni prius facta ipsi Abraham fuit additum, vt Genes. 22. De Lyra.]  
 f. Est ergo fortis qui se in dolore aliquando consolatur. Et reuera iure ea fortitudo vocatur, quando vnusquisque seipsum vincit, itam continet, nullis illecebris emollitur atque inflectitur. non aduersis percurbatur non extollitur secundis, & quasi vento quodam variatum recti circumferretur mutatione. Ambr. offic lib. 1. cap. 36.  
 g. Princeps sacerdotum.

dantius volens deus ostendere pollicitationis hereditibus immobilitatem consilij sui, interposuit iuramentum: vt per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri deum, fortissimum solatium habeamus qui confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animae tutam ac firmam, & incedentem vsque ad interiora velaminis, vbi praecursor pro nobis introiit Iesus secundum ordinem Melchisedech Pontifex factus in aeternum.

*Cum Melchisedech sacerdotium ex decimarum acceptione & benedictione Leuiticum excelleret, Christi sacerdotium secundum ordinem Melchisedech institutum, & iuramento firmatum ipsum praecellit Leuiticum, & ipsum euacuat. VII.*

a. Non agnoscis quis sit iste? Potest homo esse rex iustitiae cum vix iustus sit? Potest esse rex pacis, cui vix possit esse pacificus? Sine matre secundum diuinitatem, quia ex patre deo genitus est, vnus substantiae cum patre. Sine patre secundum incarnationem, qui natus ex virgine est, initium & finem non habens, quia ipse est initium & finis omnium primus & nouissimus. Ambr. de his qui mysticis initiatur. cap. 8.  
 1. Regredienti.  
 2. Promittis frugum.  
 b. Secundum rationem quippe istam feminalem in lumbis, Abraham fuit Leui, qua ratione per concubitum venturus erat in matrem, secundum quam rationem non ibi erat Christi caro: quamuis secundum ipsam ibi fuerit Mariae caro. Augusti. de Genead. lib. 10. cap. 19.  
 3. Alique omni autem ostendetur.  
 c. Itaque necesse erat vt vetus sacerdotium cessaret, & nouus sacerdos veniret, qui in aeternum tutus esset secundum ordinem Melchisedech & 1. Reg. 2. Et suscitabo tibi sacerdotem, qui iuxta cor meum & animam meam faciet, & edificabo ei domum fidelem, & c. Cypria. lib. 1. aduersus Iudeos.  
 [d. De tribu ad tribum translationem est sacerdotium, de sacerdotibus ad regalem, vt eadem sit sacerdotialis & regalis. Et intueri mystice. Primum fuit regalis, postea facta est sacerdotialis, sic Christus rex erat semper, sacerdos autem factus est quando carnem suscepit, quando sacrificium obtulit. Gloriosa ordinaria.]  
 4. De sacerdotia.  
 \* Quod ad hanc tribum pertinet.  
 e. Ordinem Melchisedech multis modis interpretatur, quod Iosus rex fuit & sacerdos, & ante circumcisionem sanctus sacerdotio, vt non gentes ex Iudeis, sed Iudaei à gentibus sacerdotum acceperint: neque vnus oleo sacerdotali, vt Moysi praeccepta constituunt, sed oleo exultationis, & fidei puritate. Et quod sit rex iustitiae & rex pacis sine patre & sine matre, & c. non quod absque patre & matre fuerit, sed quod introducat occurrisse Abraham à caede hostium reuerenti: & nec ante, nec postea eius nomen feratur ad scriptum. Hier. Hieroglypho.  
 \* Secundum ordinem Melchisedech.  
 5. Accedentes per ipsum.  
 6. Pro ipsis.  
 f. Nemo excelsior factus dicitur, nisi qui in aliquo fuerit humilior. in eo igitur excelsior factus est sedendo ad dexteram patris, in quo se minor angelis factus obtulit passioni. Ambr. de fide lib. 3. cap. 5.  
 [g. id est pronitatem ad peccatum, & sic peccabat aliquando sicut alij homines, non sic autem Christus, De Lyra ibid.]

**I**c enim Melchisedech, Rex Salem, sacerdos Dei summi, qui obuiauit Abraham regresso] à caede Regum, & benedixit ei: cui & decimas omnium diuisit Abraham: primùm quidem qui interpretatur Rex iustitiae, deinde autem & Rex Salem, quod est Rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum neque finem vitae habens, assimilatus autem filio Dei, manet sacerdos in perpetuum. Intuemini autem quantus sit hic, cui & decimas dedit de praecipuis] Abraham patriarcha. † Et quidem de filiis Leui sacerdotium accipientes, mandatum habent decimas sumere à populo secundum legem, id est, à fratribus suis: b. quanquam & ipsi exierint de lumbis Abraham. Cuius autem generatio non annumeratur in eis, decimas sumpsit ab Abraham, & hunc qui habebat repromissiones benedixit. † Sine vlla autem contradictione,] † quod minus est, à meliore benedicatur. Et hinc quidem decimas morientes homines accipiunt: ibi autem contestatur, quia viuunt. Et (vt ita dictum sit) per Abraham, & Leui qui decimas accepit, decimatus est. Adhuc enim in lumbis patris erat, quando obuiauit ei Melchisedech. Si ergo consummatio per sacerdotium Leuiticum erat: (populus enim sub ipso legem accepit,) quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchisedech, alium surgere sacerdotem, & non secundum ordinem Aaron dici? † Translato enim sacerdotio, necesse est vt & legis translatio fiat. In quo enim haec dicuntur, de alia tribu est, de qua nullus altario praesto fuit. † Manifestum est enim quod ex Iuda ortus sit dominus noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus] Moyses locutus est. \* Et amplius adhuc manifestum est, † si secundum similitudinem Melchisedech exurgat alius sacerdos, qui non secundum legem mandati carnalis factus est, sed secundum virtutem vitae insolubilis. Contestatur enim quoniam † tu es sacerdos in aeternum, † secundum ordinem Melchisedech. Reprobatio quidem fit praecedentis mandatis propter infirmitatem eius & inutilitatem. Nihil enim ad perfectum adduxit lex. Introductio vero melioris spei, per quam proximamus ad deum, & quantum est non sine iureiurando. (Alij quidem sine iureiurando sacerdotes facti sunt: hic autem cum iureiurando per eum qui dixit ad illum: † Iurauit dominus & non poenitebit eum, tu es sacerdos in aeternum.) \* In tantum melioris testamenti sponsor factus est Iesus. Et alij quidem plures facti sunt sacerdotes secundum legem, idcirco quod morte prohiberentur permanere: hic autem eo quod maneat in aeternum, sempiternum habet sacerdotium. Vnde & saluare in perpetuum potest † accedens per semetipsum] ad deum: semper viuens ad interpellandum † pro nobis. ] Talis enim decebat vt nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, † & excelsior caelis factus. † Qui non habet necessitatem quotidie (quemadmodum sacerdotes) † prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi. Hoc enim fecit semel, se offerendo. Lex enim homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes, sermo autem iurandi qui post legem est, filium in aeternum perfectum.

† Gene. 14. d  
 † Deut. 18. a  
 10. li. 4. a  
 † Dist. 21. e  
 Denique.  
 † De consilio  
 Translatio.  
 † Psal. 109. b  
 † Ibidem.  
 † Psal. 109. b  
 † Leuit. 16. a

*Excellentia sacerdotij Christi ex hoc conuincitur supra Leuiticum, quod ipse sit index in caelis, & maiorum minister sacramentorum quam veteris legis. VIII.*

Capitu-

†Sup. 4. b



**A**pitulum autem super ea ] quæ dicuntur: † Talem habemus <sup>2</sup> Pōtificem, ] qui confedit in dextera sedis <sup>3</sup> magnitudinis ] in cælis, <sup>4</sup> sanctorum minister, & tabernaculi veri, quod fixit Deus, & non homo. Omnis enim Pontifex ad offerendum munera & hostias cōstituitur. Vnde necesse est & hūc habere aliquid quod offerat. Si <sup>4</sup> ergo ] esset super terram, nec esset sacerdos, cū essent **B** qui offerrent secundum legem munera, <sup>5</sup> & qui exemplari & vmbra defuerunt cælestium, sicut responsum est Moyse, cum <sup>6</sup> cōsummaret ] tabernaculum: † Vide (inquit) omnia facito secundum exemplar, quod tibi ostensum est in monte. <sup>7</sup> Nunc autem melius sortitus est <sup>8</sup> ministerium, ] quantò & melioris testamenti mediator est, quod in melioribus repromissionibus sancitum est. Nam si illud <sup>7</sup> prius culpa vacasset: ] nō vtique secundum locum inquireretur. Vituperans enim eos dicit: <sup>8</sup> † Ecce dies venient, dicit dominus: & cōsummabo super domum Israel, & super domum Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum quod feci patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem illos de terra Ægypti, quoniam ipsi non permanserunt in testamēto meo, & ego neglexi eos dicit dominus: Quia hoc est <sup>9</sup> testamentū quod disponā domui Israel post dies illos, dicit dominus: † <sup>10</sup> dando leges meas in mentes eorum, & in corda eorum superscribam eas, & ero eis in deum, & ipsi erunt mihi in populum. <sup>11</sup> Et nō docebit vnusquisque proximum suum, & vnusquisque fratrem suum, <sup>12</sup> dicens: ] cognosce dominum, quoniam omnes scient me à minore \* vsque ad maiorem, quia propitius ero iniquitatibus eorum: & peccatorū eorum \* iam non memorabor. † Dicendo autem nouum, veterauit prius. Quod autem antiquatur & senescit, propè interitum est.

†Exod. 25. d  
Ado. 7. c

†Iero. 31. f

†19. quæst. 2.  
Dicit iun.

†Apo. 21. b  
Iero. 31. f

*Etsi veteris tabernaculi expiationes & sacrificia quandam afferrent iustificationem, tamen noui tabernaculi sacrificia ex maiori oblatione quæ est Christus semel oblati, maiorem habent efficaciam.*

I X.

†Exod. 16. a  
36. a



**A** Abiit quidem \* & prius, iustificationes culturae, & sanctū seculare. Tabernaculum enim factum est primum, in quo erant candelabra, & mensa, & propositio panum, quæ dicitur sancta: post velamentum autem secundum erat tabernaculum, quod dicitur sancta sanctorum: aureum habens thuribulum, <sup>2</sup> & arcam testamenti circumtectam ex omni parte auro, in qua vena aurea habens manna, & virga Aaron, quæ fronderat, † & tabulæ testamenti, <sup>3</sup> & superque eam Cherubin gloriæ obumbrantia propitiatorium, de quibus non est modo dicendum per singula. His verò ita compositis in priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes, sacrificiorum officia consummantes: in secūdo autem, † semel in anno solus <sup>1</sup> Pontifex ] non sine sanguine, quem <sup>2</sup> offerret pro sua, & populi ignorantia, ] hoc significante spiritu sancto, nondum propalatam esse sanctorum **C** viam, adhuc priore tabernaculo habente statum. <sup>3</sup> Quæ parabola est temporis instantis: iuxta quam munera & hostiæ offeruntur, quæ non possunt iuxta cōscientiam perfectum facere seruientem: solummodo in cibis, & in potibus, & in variis baptismatibus, & iustitiis carnis, vsque ad tempus correctionis impositis. Christus autem <sup>4</sup> assistens Pontifex ] futurorum bonorum per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id est, non huius <sup>5</sup> creationis, ] neque per sanguinem hircorum, <sup>6</sup> aut vitulorum, sed per <sup>7</sup> proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. † <sup>8</sup> Si enim sanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationē carnis, † quantomagis sanguis Christi, qui per spiritum <sup>9</sup> sanctum ] <sup>10</sup> semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam <sup>11</sup> nostram ] ab operibus mortuis, ad seruiendum Deo viuenti? Et ideò noui testamenti mediator est, vt morte intercedente, in redemptionem earum præuaricationum, quæ erant sub priori testamēto, repromissionem accipiant, qui vocati sunt æternæ hereditatis. † <sup>12</sup> Vbi enim testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum enim in mortuis <sup>13</sup> confirmatum est. Alioquin nondum valet, dum vi-

†Exod. 25. b  
3. Reg. 2. b  
2. Par. 35. b

†Exod. 30. b

†Leuit. 16. c  
†1. Ioan. 1. d  
Apo. 1. b  
Rom. 3. b  
Leuit. 4. e  
De ecclebr. mif. cum Mathæ.

†Celos. 3. b  
De ecclebr. mif. cum Mathæ.

1. Summa eorum.  
2. Principē sacerdotū, & infra.  
3. Maledictus.  
4. Sine sanctorum hominū secundum suam misericordiam, sive minister eorum qua sancta sanctorum dicitur: vnde subdit: & tabernaculi veri. Spiritus animarum sanctorum templique multiformis ecclesia, in quo deus inhabitat. Sedul. ibid.  
4. Enim.  
5. Confirmaturus esset.  
6. Transiens à loco & à sacerdote, & à sacrificio, tūc demum & testamenti differentiam ponit, per quod appropinquat deo. Hic autem ad cælos nos eleuatis, & ostendens quia pro templo cæli habemus, & vetera exēplaria erant nostrorum: & celebrationem nostram istis rebus sublimis, & meritis iam sacerdotum atollit. Chryost. ibid.  
6. Sacerdotum.  
7. Primū fuisse irreprensibile. [c. Hoc est Euangelium, & legem gratia, hoc est, vt quicumque ex omnibus gentibus in Christo crediderint, filij Abrahæ secundum spirituales generationem verè sint. Quod feci patribus eorum quadragesimo post patris die in monte sina. Sedul. ibid.]  
8. Nocturnam appellat hoc loco plenam laboris exhortationem. Ecce enim videmus, nec multis quidem opus esse sermonibus apud illos qui huius sunt mente ad persuadendum; vt credat in Christum. Siquidem omnes homines sunt à deo edocti: nam Christus in cordibus nostris scripsit leges suas. Oecum. ibid.  
8. Dicentes.  
\* Inter eos.  
\* Et iniquitatum eorum.

a. Hoc est, fuerit in tabernaculo vas dei, quod apud homines nigrum ac admirabile videtur: sed tamen illa ora vmbra erant futurorū bonorum. Sedul. ibi.  
\* Igitur.  
b. Omnia hæc erant in æra, quæ ingratitudinem cōinceret: Iudeorum. Virga quidem propter seditionem in ordinatione Aaron: vitula verò, eo quod iudei occisus fuissent eum priores eo frangerentur. Manna autem eo quod edentes illud murmurauerunt. Oportuit igitur vt hæc ad nepotes quoque transmitterentur. Oecumen. ibid.

1. Princeps sacerdotum.  
2. Offerre pro se, & populi ignorantis.  
3. Accedens princeps sacerdotū.  
4. Struenda.  
5. Et.  
6. Quoniam semel Christus oblati est, vt multorum peccata portaret. Prosper.  
6. Accertum.  
d. Quod tūc Pontifex ille significabat, qui cū sanguine in sancta sanctorum per annos singulos introibat. Iste iustus est, qui in se vno totum exhibuit, quod esse necessarium ad redemptionem nostræ scilicet effectum, idem scilicet & sacerdos & sacrifici: idem deus & templum. Augu. de fide ad Petrum, cap. 2.  
7. Vestram.  
e. Hoc modo firmū factum est testamentum, in factum fuit peccatum nostrū, vt saluari nō possemus aliqūdo, nisi vnigenitus filius Dei pro nobis moreretur. Quod verò ait. Alioquin nondum valet dum viuere qui testatus est. Hoc enim significat, quod quando viuere testator, potest immutare sententiā, & alios, atque alios heredes adducere in hereditatem suam. Ambr. ibid.



ff. Hoc probat per legem diuinam, in qua probatioe primò ponit noui testamenti conuenientiam cum veteri, sed dō eorum differentiam ibi. Necessè est ergo. Circa primam sciendū est, quòd à veris testamētū quod fuit in figura noui, fuit confirmatum per asperionē sanguinis, vñ habetur. Exod. 24. Et sic patet per legem diuinam, quod testamentum nouum per effusionem sanguinis debuit confirmari, vt figuratum corresponderet figuræ. Et hoc est quòd dicitur. vñ de nec primū quidē, &c. De Lyrā.]

fg. Probat quod Christus mundauit cœlestia, hoc est, homines suo sanguine mundatos fecit cœlestes, cœlestium participes. Nā iste per hostiam suam intravit in cœlum pro nobis: & in cœlum quod sequantur in cœlum. Nā non in manu factis. Cur nōt quia illa non sunt vera sancta: sed sunt exemplaria, id est, figuræ verorū: & verus sacerdos nō in vmbra, sed in vera intrare debuit. Glos. ordin. ibid.]

8. Per sanguinem alienum.

9. Inmolacionem suisipius.

\* Per fidem, vel pro fide.

uit: qui testatus est. <sup>f</sup> Vnde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est. Lecto enim omni mandato legis à Moysse vniuerso populo: accipiens sanguinem vitulorum & hircorum cum aqua & lana coccinea & hisso, ipsum quoque librum & omnem populum asperit, dicens: <sup>†</sup> Hic sanguis testamenti, quod mandauit ad vos Deus. <sup>g</sup> Etiam tabernaculum & omnia vasa ministerij, sanguine similiter asperit. Et omnia penè in sanguine secundum legem mundatur: & sine sanguinis effusione non fit remissio. Necessè est ergo exemplaria quidem cœlestium, his mundari: ipsa autem cœlestia melioribus hostiis quàm istis. <sup>h</sup> Non enim in manufacta sancta Iesus introiit exemplaria verorum: sed in ipsum cœlum, vt appareat nūc vultui dei pro nobis. <sup>g</sup> Neque vt sæpe offerat semetipsum, quemadmodum Pontifex intrat in sancta per singulos annos <sup>8</sup> in sanguine alieno. ] Alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi. Nunc autem semel in consummatione seculorum, ad destitutionem peccati, per <sup>9</sup> hostiam suam ] apparuit. Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium: <sup>†</sup> sic & Christus semel oblatus est ad multorum exhaurenda peccata, secundò sine peccato apparebit omnibus expectantibus se in salutē\*.

† Exod. 24. d  
Matr. 26. c  
Matr. 27. c  
Luc. 22. b

† Rom. 8. b  
1. Pet. 3. d

*Tantò nouum testamentum veteri præstat, quantum imagini vmbra, & oblatio Christi oblationi pecorum: cui per fidem, spem & charitatem inhaerendum est. X.*

a. Hoc est, speciem veritatis, nō veritatem ipsam. Si enim flores ipsos quis colorum intingit, & imposuerit super lineamenta, tunc imago efficitur: tale quiddam erat lex vmbra veritatis. Ambt. ibid.]

1. Qui sacrificasset, ac essent.

b. In ipis, inquit, hostiis fit dītaxar cōmemoratio & redargutio peccatorū, non autem etiam remissio. Porò q nō fit remissio signum est, q nunquā durēt hostiæ. Neque etiam ob sequētia tantum peccata offeruntur, inquit, hostiæ, sed potius propter omnia, tanquam nondum remissa sint hostiis quæ facta sunt. Oecum. ibid.]

2. Approbati.

c. Hoc est, in principio Genesios. Et in Euangelio: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Hierony. super 1. cap. Genes.

3. Dixit, scilicet Messias.

4. Secundum.

\* Peractam.

[d. Hic comparat sacerdotē noui testamenti & ve. test. adiuicem: vnde considerandum est, quod in lege erat duplex sacrificium solemne. Vnū erat sacrificium expiationis, alterum, iure sacrificium. De Lyrā. ibid.]

e. Per Isteriam, q. d. Spiritus sanctus testificatur q consummat in eternum sanctificatos: sed & quod in nouo testamēto non recordabitur deus peccatorum. Sedul. ibid.]

5. Testificatur autem nobis.

6. Dando, vel dans.

f. Hic ostendit distantiam pontificis & sacerdotis, & hostiarū & tabernaculū, & testamenti & repromissionis. Siquidem illa fuerunt temporalia, hæc autem æterna: illa forma, hæc veritas. Ambro. ibidem.]

7. Libertatem introitū sancta per sanguinem Iesu.

8. Iesu quem.

9. Cordibus, & deposita.

g. Tāto, inquit, nobis magis op<sup>9</sup> est charitatē ac bona opera desiderare & adipisci, quāto magis appropinquet dies iudicij. Hoc autē etiam ad consolationē ipsius erat, nepe desistat ipse afflictiones. Oecumen. ibidem.]

\* Mutuam.

\* Inuicem.

10. Vehementia.

h. Mater: igitur supplicio hic obnoxius: vntūtam etiā huic penitentia portas aperuit, & multas abluendi vias præbuit. Chryso. super Ioan. hom. 27. 21. Mercetur.



<sup>†</sup> <sup>a</sup> Mbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem <sup>A</sup> rerum: per singulos annos eisdem ipsis hostiis quas offerunt indefinenter, <sup>Leuit. 19. a</sup> <sup>†</sup> nunquam potest accedentes perfectos facere. Alioquin cessasset offerri, idē quod nullam haberent vltra conscientiam peccati, <sup>1</sup> cultores ] semel mundati. <sup>b</sup> Sed in ipis commemoratio peccatorum per singulos annos fit. Impossibile enim est, sanguine taurorum & hircorum auferri peccata. Ideò ingrediens mundum dicit: <sup>†</sup> Hostiam & oblationem noluiſti, corpus autem aptasti mihi. <sup>g</sup> <sup>H</sup> <sup>†</sup> locaustomata & pro peccato, non tibi <sup>2</sup> placuerunt. ] <sup>†</sup> Tunc dixi: Ecce venio: <sup>o</sup> (In capite libri scriptum est de me:) vt faciam Deus voluntatem tuam. Superius dicens: quia hostias & oblationes, & holocaustomata, & pro peccato noluiſti: nec placita sunt tibi, quæ secundum legem offeruntur, tunc <sup>3</sup> dixi: ecce venio, vt faciam Deus voluntatem tuam, aufert primum, vt <sup>4</sup> sequens ] statuat. In qua voluntate sanctificati sumus, per oblationem corporis Iesu Christi semel. <sup>\* d</sup> Et omnis quidem sacerdos præsto est quotidie ministrans, & easdem sæpe offerens hostias, quæ nunquam possunt auferre peccata. <sup>g</sup> Hic autem, vnam pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum <sup>†</sup> sedet in <sup>c</sup> dextera Dei, de cætero expectans donec ponatur inimici eius scabellum pedum eius. <sup>†</sup> <sup>†</sup> Vna enim oblatione, consummavit in sempiternum sanctificatos. <sup>o</sup> <sup>†</sup> Contestatur autem nos ] & spiritus sanctus. Postquam enim dixit: <sup>†</sup> Hoc autem testamentum quod testabor ad illos post dies illos, dicit dominus: <sup>†</sup> <sup>6</sup> dando ] leges meas in cordibus eorum, & in mentibus eorum superscribam eas: & peccatorum, & iniquitatum eorum iam non recordabor amplius. <sup>g</sup> Vbi autem horum remissio: iam non est oblatio pro peccato. <sup>f</sup> Habētis itaque fratres, <sup>7</sup> fiduciam in introitu sanctorū in sanguine ] <sup>8</sup> Christi, quam ] inuitaui nobis viam nouam, & viuētem, per velamen, id est, carnem suam: & sacerdotem magnum super domum dei: accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, asperſi <sup>9</sup> corda à ] conscientia mala, & abluti corpus aqua munda, teneamus spei:—nostræ ] confessionem indeclinabilem. ( Fidelis enim est qui repromisit. ) <sup>g</sup> Et consideremus inuicem in prouocationem charitatis, & bonorum operum: non deserentes collectionem nostram, <sup>\*</sup> sicut consuetudinis est quibusdam, sed consolantes, <sup>\*</sup> & tantò magis, quantò videritis appropinquantem diem. <sup>†</sup> <sup>g</sup> Voluntariè enim peccantibus nobis post acceptam noticiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia, terribilis autem quædam expectatio iudicij & ignis <sup>10</sup> æmulatio, ] quæ consumptura est aduersarios. <sup>†</sup> Irritam quis faciens legem Moyſi sine vlla miseratione, duobus vel tribus testibus moritur: quantò magis putatis <sup>h</sup> deteriora <sup>11</sup> mereri ] supplicia: qui fi-

† Leuit. 16. c

Leuit. 19. a

† Psal. 39. b

† Ibidem.

† Psal. 109. a  
Mar. 16. d

† 1. Cor. 15. a  
Ier. 31. f  
† Sup. 4. b

† Sup. 6. a

† Deut. 17. d  
Matr. 18. b  
Ioan. 8. e  
2. Cor. 13. a

qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti<sup>12</sup> pollutum] duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Scimus enim eum qui dixit: <sup>†</sup> Mihi<sup>13</sup> vindictam: ] ego retribuam. Et iterum: Quia iudicabit dominus populum suum. Horrendū est incidere in manus dei uiuentis. <sup>†</sup> Rememoramini autem pristinos dies, in quibus illuminati magnum certamen sustinistis passionum, & in altero conuersantium effecti. Nam & <sup>†</sup> uinctis] compassi estis: & rapinam bonorum uestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem & manentem \* substantiam. <sup>†</sup> Nolite itaque amittere ] <sup>†</sup> confidentiam uestram: quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim uobis necessaria est: ut uoluntatem dei facientes, reportetis promissionem. Adhuc enim modicum<sup>16</sup> aliquentulumque] qui uenturus est ueniet, & non tardabit: <sup>†</sup> iustus autem meus ex fide<sup>17</sup> uiuit. ] Quod si subtraxerit se, non placebit animæ meæ. Nos autem non simus subtractionis filij in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ.

† Deut. 32. c  
Roma. 12. d  
Sup. 6. d

† Abac. 2. a  
Roma. 1. b  
Gal. 3. b  
2. Pet. 3. d

*Fidei magnifica in patribus ante diluuium: ante legem, & sub lege: ante terra promissæ ingressum, in ingressu, & post ingressum, per quam membra Christi capiuntur uniuertur.*

X I.

**F**ides, sperandarum substantiarum rerum, argumentum non apparentium. In hac] enim testimonium consecuti sunt fenes. <sup>†</sup> Fide, intelligimus aptata esse secula uerbo dei, ut ex inuisibilibus uisibilia fierent. <sup>†</sup> Fide, plurimam] hostiam Abel quàm Cain obtulit deo, per quam testimonium consecutus est esse iustus, testimonium perhibente \* muneribus eius deo, & per illam defunctus adhuc loquitur. <sup>†</sup> Fide, Enoch translatus est ne uideret mortē, & non inueniebatur, quia transtulit illum dominus. Ante translationem \* enim testimonium habuit placuisse Deo. <sup>†</sup> Sine fide autem impossibile est placere Deo. <sup>†</sup> Credere enim oportet accedentem ad deum<sup>3</sup> quia est, ] & inquirentibus se remunerator sit. <sup>†</sup> Fide, Noe responso accepto de iis quæ adhuc non uidebantur, metuens, aptrauit arcam in salutem domus suæ, per quam damnauit mundum: & iustitiæ quæ per fidem est, hæres est institutus. <sup>†</sup> Fide, qui uocatur Abraham, obediuit locum exire, quem accepturus erat in hæreditatem, & exiit nesciens quod iret. Fide, demoratus est in terra repromissionis tanquam in aliena, in <sup>†</sup> casulis] habitando cum Isaac & Iacob cohortibus repromissionis eiusdem. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex & conditor, Deus. <sup>†</sup> Fide, & ipsa Sara] sterilis] uirtutem<sup>†</sup> in conceptione seminis] accepit, etiã præter tempus ætatis, \* quoniam fidelem credidit esse eum, qui repromiserat. Propter quod & ab uno orti sunt: (& hoc emortuo) tanquam sidera cœli in multitudinem: & sicut arena quæ est ad oram maris, innumerabilis. <sup>†</sup> Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, <sup>†</sup> non acceptis repromissionibus, ] sed à longè eas aspicientes \* & salutantes, & confitentes, quia peregrini & hospites sunt super terram. Qui enim hoc dicunt, significat se patriam inquirere. Et si quidem ipsius meminissent, de qua exierunt, habebant utique tempus reuertendi. Nunc autem meliorem appetunt, id est, cœlestem: idè non <sup>†</sup> confunditur] Deus uocari Deus eorum. <sup>†</sup> Parauit enim illis ciuitatem. <sup>†</sup> Fide, obtulit Abraham Isaac, cum tentaretur, & uirgenitum offerebat, <sup>†</sup> in quo] susceperat repromissiones, (ad quem dictum est: quia in Isaac uocabitur tibi semen) arbitrans quia & à mortuis suscitare potens est Deus. Unde eum & <sup>†</sup> in parabolam] accepit. <sup>†</sup> Fide, & de futuris: benedixit Isaac Iacob, & Esau. <sup>†</sup> Fide, Iacob moriens singulos filiorum Ioseph benedixit, & <sup>†</sup> adorauit \* fastigium uirgæ eius. ] <sup>†</sup> Fide, Ioseph moriens <sup>†</sup> de protectione] filiorum Israel memoratus est, & de ossibus suis mandauit. <sup>†</sup> Fide, Moyses natus, occultatus est mensibus tribus à parentibus suis, eo quod uidissent elegantem infantem, & non timuerunt Regis edictum. <sup>†</sup> Fide, Moyses grandis factus, <sup>†</sup> negauit se esse filium] filix Pharaonis, magis eligens affligi cum populo dei, quàm <sup>†</sup> temporalis] peccati habere iucunditatem,

† Gene. 1. a  
Ecl. 1. a  
Iere. 10. b  
† Gene. 4. a

† Gene. 5. d  
Sup. 4. c  
Ecl. 4. c  
Gene. 6. d  
Ecl. 4. c  
† Mach. 1. f  
† Gene. 6. d

† Mach. 2. f  
Gene. 12. a  
13. a  
† Quæst. 4.  
Quis igno-  
ret.

† Gene. 21. a  
Gal. 4. d

† Quæst. 4.  
Si cœlestis.  
† Gene. 22. b  
Ecl. 4. d  
Gene. 21. b  
Roma. 9. b  
† Gene. 27. c  
† Gene. 48. e  
49. d

† Gene. 50. d

† Exod. 2. a

† Exod. 2. b

12. Profanum.  
† Si soli deo seruatur uindicta, quare iudices uindictæ? Ad hoc respondet Apostolus Rom. 13. Iudex est minister dei. Unde nō iudicat propria auctoritate, sed Dei. S. Thomas ibidem.]  
13. Vindicta.  
† K. Sicut optimi medicorum cū alios secuerint, & per incisionē doloris augmentum fecerint, solatium minoris medicamenti & remedium affruntilli loco ubi dolor inest, & perturbatam resouunt animam. Sic Apostolus facit. Glosa ordin.]  
14. Vinculis macis.  
\* In cœlis.  
15. Ne itaque abiciatis.  
1. Quoniam neque bonum nostrum iam uidemus, unde oportet ut credendo queramus, neque ipsum recte uiuere ex nobis est, nisi credentes adiuuet & orātes, qui & ipsam fidē dedit, quā nos ab illo adiuuandos esse credimus. Aug. de ciuit. 19. ca. 4.  
16. Temporis.  
17. Viuet.

2. Er est bona substantia, in qua spei nostre est partimonium. Ambr. de ps. lib. 2. cap. 3. Unde enim sunt ista quæ uides, nisi ex illo quod non uides? Verique uis des aliquid ut credas aliquid, & ex eo quod uides, credas quod non uides. Nisi ingratu es qui te fecit uidere, unde potes credere quod nō uidere potest uideri. August. homil. 32.  
1. Per hanc.  
2. Verbiorem.  
\* De. \* Suam.  
b. Nō enim si inquitamus quid sit, sed si illum] constemur esse, saltem nobis præparat. Basilii lib. 1. contra Eunomium.  
3. Quod deus sit.  
c. Fide admonitus Noe, adiungit quod sequitur, metuens: ut sit hic sensus: Admonitus preculo Noe est, quæ nondum uidebantur per fidem, metuens aptrauit arcam. Oecum. ibidem.  
4. Tentorii, uel tabernaculi.  
d. Duplex enim erat præclusio: una ex tempore seruauerat quæpe iam, altera uerò ex natura ipsius enim erat. Chryl. ibidem.  
5. Ad concupiscendum & tenē retinendum.  
\* Peperit.  
e. Duo hoc loco queruntur: quomodo cū superius dixerit quod transtulit Enoch deus, ne uideret mortem, dicat nunc iuxta fidē mortuus fuisse hi omnes. Rursusque dicit non accepit promissionibus: atque dicit in superioribus, quod accepit præmiū fidei. Sol. Mortui sunt omnes præter Enoch. Illis autē non sola terra promissa erat, sed etiam cœlestis. Oecum. ibidem.  
6. Non accipientes promissiones.  
\* Er credentes.  
7. Erubescit.  
8. Qui.  
9. In similitudinem.  
10. Incurauit se ad caput leuē. Hebr.  
† Vides quod istuc ipsum faciebat prætidens futurum, quod regij generis futurus esset is qui ex semine illius natus esset. Chryl. Gen. 47.  
\* Contra.  
11. De exitu.  
g. Vbi uiros probos ac uirtuti deditos recensuisset, qui omnia per fidem effecerant. Dicit etiã de Moyse parentibus obscurois quibusdam hominibus, exhortans eos ac propemodum dicēs: Illi adeo obscuroi fidem habuerunt, vos autem fluctuatis. Quare autem occultarunt in mensibus tres, idque cum regis esset edictum, ut masculi proximo ipsam seruandum esse. Oecum. ibid.  
12. Reuicit dicere, filius sum, uel uocari filius.  
13. Temporalis.

14. Theſauris.  
 15. Quid prius fugerat in terra Madian non fuit mecus, ſed fides, quod credebat ſe à Deo liberari. Noluit ibi manere, ne eſſet cauſa iactantiae ſim aperum periculū ſe præcipitaret, & tentaret deum, quod diaboli ſcē eſt. Sancti enim quādiu habent, quid faciant non debent cōtere deū, vt & dominus locum dedit iudeis, qui & ſuis præcepit. Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in vna. Mart. 10. Gloſord. poſt Chryſoſt. J.  
 16. Experiences.  
 17. Qui non comitatu & legionibus iuocantur communem cum multis victoriam, ſed nuda virtute animi ſingularē de periculis retulerunt triumphū. Ambro. offic. l. lib. cap. 35.  
 18. Effugerunt.  
 19. Diuerſo itaque crucians genere, hic verbis dilaniatur, hic candenti etacula ſerificij more torretur, hic abſiſſo capite æterno capiti tangitur, hic deſecta lingua inuolabilem fidem melius loquitur & Chriſtum dominum in ſiſtēto oris, clamore vulneris cōſtitur. Ruf. Emiſc. De Epiph. homil. 4. l. In pellibus ouinis: melota enim Graeco eſt, & ſignificat pellem cum lana ab oue detractā. 17. De.

maiores diuitias æſtimans, <sup>14</sup> theſauro ] Ægyptiorum improprium Chriſti. Aſpici-  
 bat enim in remunerationem. † Fide, reliquit Ægyptum: <sup>15</sup> non veritus animoſitatem  
 Regis. Inuiſibilem enim tanquam videns ſuſtinuit. † Fide, celebrauit Paſcha, & ſan-  
 guinis effuſionem: ne qui vaſtabat primitiua, tangeret eos. † Fide, tranſierunt mare  
 Rubrum tanquam per aridam terram: quod <sup>16</sup> experti ] Ægyptij deuorati ſunt. † Fi-  
 de, mari Iericho corruerunt, circuitu dierum ſeptem. † Fide, Rahab meretrix non pe-  
 riit cum incredulis: excipiens exploratores cum pace. Et quid adhuc dicam? Deſicet  
 enim me tempus enarrantem de Gedeon, Barac, Sampſon, † Iepte, Dauid, Samūel, &  
 Prophetis, qui per fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſ-  
 ſiones, obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis. <sup>16</sup> Effugarunt ] aciem  
 gladij: conualuerunt de infirmitate: fortēs facti ſunt in bello. Caſtra verterunt extero-  
 rum, acceperunt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos. \* Alij autem diſtenti ſunt,  
 non ſuſcipientes redemptionem, vt meliorem inuenirent reſurrectionem. <sup>17</sup> Alij verò  
 ludibria & verbera experti, inſuper & vincula & carceres: lapidati ſunt, ſecti, ſunt, ten-  
 tati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt. Circuierunt in <sup>1</sup> melotis, in pellibus caprinis,  
 egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, † in ſolitudinibus erran-  
 tes, in montibus, & ſpeluncis & in cauernis terræ. Et hi omnes teſtimonio fidei probati,  
 non acceperunt repromiſſionem, deo <sup>17</sup> pro] nobis melius aliquid prouidente, vt  
 non ſine nobis conſummarentur.

† Exod. 4. e  
 † Exod. 11. b  
 † Exod. 14. d  
 † Iof. 6. c  
 † Iof. 6. a d  
 † Diſt. 36. a  
 Naſci.  
 † Mar. 1. a  
 Marc. 1. a

*Prifcorum fides ad paſſiones tolerandas exemplo Chriſti & ipſorum monere debet, at-  
 que ad mala culpæ omiſſionis & commiſſionis vitanda. XII.*

a. Hucusque de fide locutus eſt: nunc de prædicatione incipit. Sedul. ibid.  
 1. Circumpoſitam.  
 b. Neque enim alio modo abicit quiſpiam pondus rerum ſecularium, quam per tolerantiam. Conſidera quod nō dixerit pugnis deceremus, aur bellemus, ſed quod leuius erat, curramus in certamine. Oecum. ibid.  
 c. Huius enim recogitationis ratio eſt, quia in quacūque tribulatione inuenitur eius ad remedium in cruce. Ibi enim eſt obedientia ad Deum. Phillo. 1. Humilitate ſeneripſum factis obediens viſque ad mortem. S. Thom. ibid. J.  
 2. Caſtigationem & infra.  
 d. Caſtigat enim quos caſtigandos patitur, patitur quos putat eſſe patientes. Vtūque ad vnam rem vult proficere, vt & caſtigatio in catholicis peccati retrahet libidines, & quandoque hereticos patientia dei faciat plenam fidei noſcere veritatem: maxime cum ſciat eos forſitan catholicos non indignos fide, quos videat catholicis viſque comparatione præſtare. Saluſt. lib. 5. 3. Si caſtigationem ſuſtinet. 4. Spūſij, vel adulterini.  
 5. Diſciplina, quæ Græcè pedia, eſt eruditio per moleſtias, quādo p peccatis ſuis quis patitur, vt corrigatur, quæ hic intelligitur. Eſt & diſciplina, quæ ſcientia dicitur, & à diſcedo nomen accepit, & Græcè epiſtemon dicitur. Gloſ. ordina. J.  
 6. Ne quod claudū eſt aberrer. 7. Deſtinatur gratia.  
 8. Quamobrem dicitur Paulus eſſe qui rān turpem vitam elegit, fornicatorem ſceleratū, que optimo iure appellat & eos qui in libidinem prolabantur, cum Eſau merito comparat. Cyclic. in Gene. lib. 9.  
 9. Primogenita.  
 \* Montem.  
 8. Accenſum.  
 9. Perierunt ne ſibi adderetur verbum.  
 \* Aut iaculo conſiſſerunt.  
 g. Quatuor ordines fecit, montis Sion, ciuitatis Ieruſalem, celeberratis angelorum, & eccleſiarum primitiarum. Tullius ergo dicitur Deis de medio populi Iſrael Leuitas, quia nō humanitatem eos conſortes voluit eſſe citari, ſed aliunde religioſis miniſtros. Ambro. de Cain & Abel lib. 2. cap. 2.



**N** <sup>1</sup> Deoque & nos tantam habentes <sup>1</sup> impositam] nubem teſtium: † depo-  
 nentes omne pondus & circumſtans nos peccatum, <sup>b</sup> per patientiam curra-  
 mus: ad] propositum nobis certamen, aſpicientes in autorē fidei, & con-  
 ſummatozem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, conſu-  
 ſione cōtemptra, atque in dextera ſedis dei ſedet. <sup>c</sup> Recogitate enim eum: qui talem ſu-  
 ſtinuit à peccatoribus aduerſum ſemetipſum contradictionem: vt ne fatigemini ani-  
 mis veſtris deficientibus. \* Nondum & enim] vſque ad ſanguinem reſtititiſti, aduerſus <sup>b</sup>  
 peccatum repugnantes: & obliſti eſtis conſolationis, quæ vobis tanquam filiis loquitur,  
 dicens: † Fili mi noli negligere <sup>2</sup> diſciplinam] domini: neque fatigēris dum ab eo  
 argueris. <sup>d</sup> Quem enim diligit dominus, caſtigat: flagellat autem omnem filium quem  
 recipit. <sup>3</sup> In diſciplina perfeuerate. ] Tanquam filiis, vobis offert ſe Deus. Quis enim fi-  
 lius, quem non corripit pater? Quod ſi extra diſciplinam eſtis, cuius participes facti  
 ſunt omnes: ergo <sup>4</sup> adulteri, ] & non filij eſtis. Deinde patres quidem carnis noſtræ,  
 cruditores habuimus, & reuerſamur eos. \* Non multo magis obtemperabimus pa-  
 tri ſpirituum, & viuemus? Et illi quidem in tempore paucorum dierum, ſecundum  
 voluntatem ſuam erudiebant nos: hic autem ad id quod vile eſt, in recipiendo ſan-  
 ctificationem eius. Omnis autem <sup>e</sup> diſciplina in præſenti quidem videtur nō eſſe gau-  
 dij, ſed mœroris: poſtea autem fructum pauciſſimum exercitatis per eam, reddet iu-  
 ſtitia. † Propter quod remiſſas manus & ſoluta genua erigite: & grefſus rectos facite  
 pedibus veſtris: <sup>5</sup> vt non claudicans quis erret, ] magis autem ſanetur. † \* Pacem ſe-  
 quimini cum omnibus, & ſanctimoniam: ſine qua nemo videbit deum. Contēplantes  
 ne quis <sup>6</sup> deſit gratiæ] Dei: ne qua radix amaritudinis ſurſum germinans impediatur, &  
 per illā inquinentur multi. <sup>f</sup> Ne quis fornicator aut prophanus vt Eſau: † qui propter  
 vnam eſcam vendidit <sup>7</sup> primitiua] ſua. Scitote enim quoniam & poſtea † cupiens hæ-  
 reditare benedictionem, reprobatuſ eſt. Non enim inuenit pœnitentiæ locum, quam-  
 quam cum lachrymis inquiſiſſet eam. † \* Non & enim] acceſſiſti ad tractabilem \* & <sup>e</sup>  
 acceſſibilem] ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam, & tubæ ſonum, & vo-  
 cem verborum, quam qui audierunt <sup>9</sup> excuſauerunt ſe, ne eis fieret verbum. ] ( Non  
 enim portabant quod dicebatur, † & ſi beſtia tetigerit montem, lapidabitur \*. Et ita  
 terribile erat, quod videbatur. Moſes dixit: Exterritus ſum & tremebundus ) \* Sed <sup>f</sup>  
 acceſſi-

† Rom. 6. a  
 † Ephe. 4. c  
 Cololl. 3. b  
 1. Per. 2. a. 4. a  
 Ite. 17. a  
 † Prouer. 3. b  
 Apoc. 3. d  
 23. q. 4. c. 1. a  
 vindicta.  
 † 4. 9. diſt. Hic  
 centim.  
 † Claudur.  
 † Rom. 12. d  
 † Gene. 25. d  
 † Gene. 27. c  
 † Gene. 29. b  
 20. c  
 † Exod. 19. b

accessistis ad Sion mōtem, & ciuitatem dei viuentis, <sup>h</sup> Ierusalem cœlestem, & multorum milium angelorum frequentiam, & Ecclesiam <sup>10</sup> primitiuorum, ] qui conscripti sunt in cœlis, & iudicem omnium deum, & spiritus iustorum perfectorum, & testamenti noui mediatorem Iesum, & <sup>11</sup> sanguinis asperzionem ] melius loquentem quàm <sup>12</sup> Abel. Videte ne recusetis loquentem. <sup>13</sup> Si enim illi non effugerunt, recusantes eum qui super terram <sup>12</sup> loquebatur: ] multò magis nos, qui de cœlis — loquentem nobis ] <sup>13</sup> auertimus: ] cuius vox mouit terram tunc: nunc autē repromittit, dicens: † Adhuc semel: — & ] ego mouebo non solum terram <sup>k</sup> sed & cœlum. Quod autem adhuc semel dicit: declarat mobilium translationem tanquam factorum, vt maneat ea quæ sunt immobilia. Itaque regnum immobile suscipientes, habemus gratiam: per quam <sup>14</sup> seruiamus ] placentes deo, cum metu & reuerentia. † Etenim deus noster ignis consumens est.

† Haggai. 2. b

† Deur. 4. d

*Non solum vita & mores priscorum, sed & doctrina imitanda est, in fide mortuorum manendo, & viuentibus obediendo.* XIII.

[h. Ierusalem enim interpreta-  
tur visio pacis. Constat etiam  
gloria in societate iocunda,  
quanti ad decoris complemen-  
tum. Et quantum ad hoc dicitur.  
Multorum milium angelorum,  
&c. De Lyra.]  
10. Primitiuorum.  
11. Sanguinem asperzionis.  
12. Si quis de sanguine Abel clamis  
de terra loquebatur vindictam.  
At Christi sanguis de cruce est  
mans, pacem loquitur ac recon-  
ciliationem. Cyprianus.  
13. Oracula reddebat.  
14. Auerfamur.  
[k. Cœlum quod scilicet inter-  
ius est aerem, vnde dicuntur:  
aues cœli. Totus autē pendet aer  
iste ventosus, quem, cœlum vel  
cœlos scriptura vocat istos vi-  
que imos non illos supremos,  
vbi sol & luna, & sidera consti-  
tuta sunt, dicit hic scriptura mo-  
uendos, & alibi perituros pro-  
pter magnam sui cōmuationē.  
Cicero ordin. libid.]  
14. Seruimus.

† Rom. 12. c  
† Pet. 4. c  
† Genes. 18. a  
19. a



**A** Haritas fraternitatis maneat — in vobis, & ] † hospitalitatem nolite obliuisci. <sup>a</sup> † Per hanc enim placuerunt quidam † angelis hospitio receptis. ] Mementote victorum, tanquam simul victi, & † laborantium, ] tanquam & ipsi in corpore morantes. Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus. <sup>b</sup> Fornicatores <sup>3</sup> enim ] & adulteros iudicabit deus. Sint mores sine auaritia: contenti præsentibus. Ipse enim dixit: † Non te deseram, neque derelinquam, ita vt confidenter dicamus: † Dominus mihi adiutor est: non timebo quid faciat mihi homo. Mementote præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum dei: quorum intuentes exitum conuersationis, imitami fidem. <sup>c</sup> † Iesus Christus heri & hodie, ipse & in secula. † Doctrinis variis & peregrinis <sup>4</sup> nolite abduci. ] Optimum est enim gratia stabilire cor, non escis quæ non profuerunt ambulanti in eis. Habemus altare: de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deseruiūt. † Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per Pontificem, horum corpora cremantur extra castra. Propter quod & Iesus, vt sanctificaret per suū sanguinem populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra: improprium eius portantes. <sup>d</sup> † Non enim habemus hic manentem ciuitatem: sed futuram inquirimus. † Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, id est, fructum labiorum confitentium nomini eius. Beneficentiæ autem & communionis nolite obliuisci. Talibus enim hostiis promeretur Deus. Obediēte præpositis vestris, & subiacetis — eis. ] Ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animalibus vestris redduri, vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes. Hoc enim non expedit vobis. Orate pro nobis. Confidimus enim quia bonam conscientiam habemus: in omnibus bene volentes conuersari. <sup>e</sup> † Amplius autem deprecor, — vos ] hoc facere, quò celerius restituar vobis. <sup>f</sup> Deus autem pacis qui eduxit de mortuis pastorem magnum ouium in sanguine testamenti æterni, dominum nostrum Iesum Christum, † aptet ] vos in omni <sup>g</sup> bono, vt faciatis eius voluntatem: faciens <sup>e</sup> in vobis ] quod placeat coram se per Iesum Christum, cui est gloria in secula seculorum, Amen. Rogo autem vos fratres, vt sufferatis verbum <sup>7</sup> solatiij. ] Etenim perpaucis scripsi vobis. Cognoscite fratrem <sup>8</sup> vestrum ] Timotheum dimissum, cum quo (si celerius venerit) videbo vos. Salutate omnes præpositos vestros, & omnes sanctos. Salutant vos <sup>9</sup> de Italia fratres. ] Gratia cum omnibus vobis, Amen.

† Ios. 1. a  
† Gene. 28. c  
† Psal. 117. b

† Distin. 11. c  
Nolite,

† Num. 19. a

† Mich. 2. c  
† De celebra. missa, cap. 1, in Clement.

a. Adeo, inquit, magna est hospitalitas vt Abraham & Lot fuerit occasio, qd angelos exceperit. Latebat enim eos, atamē ignorantes qd angeli essent, ita benignē exceperunt hospitio. Ideo quoque ipsis magna fuit merces, quòd si nouissent, iam nihil magni fecissent. Oecum. libid.  
2. Affidendum.  
b. Quicquid enim de iure conubij mulieribus non licet, nec vitis omnino licet. Nā qui ante nuptias legitimas habere cōcubinas presumit, ob hoc dignus est a consortio fidelium separari. Aug. de reſtituē catholica conuersationis.  
3. Autem.  
c. Hec dicit propter moralitatem, hodie propter æternitatem. Aug. ser. 9. natali. Item hesternum quidē ab initio seculi vt que ad dominicam ascensionē, hodiernum verum diem, exinde vsque ad seculi consummationem: æternum intellige post communem omnium resurrectionem. Bernard.  
4. Ne circumferamini.  
[d. Hic ponit secundam cōclusionem: dictum est enim quod sacrificia veteris legis nō erant deo accepta, quia erant carnalia. Ideo cōcludit quod deo est offerendum spirituale sacrificium per Iesum Christum qui est sacerdos noster. De Lyra. libid.]  
e. Cū gaudio sacerdotes arguit, quando correpti proficiunt: & tristes hoc faciunt, quando se nihil proficere in suis contemptibus ingemiscunt. Pro alper. [f. Propius enim est: qd dei est facere pacē. Non enim est deus dissensionis, sed pacis. 2. Cor. 13. Pacem habere, & deus pacis & dilectionis erit vobiscū. Pax enim nihil aliud est, nisi vnitas affectuū: quos vnire solius dei est proprium: quia per charitatem quæ à solo deo est, vnitur corda. Deus etiam nouit colligere & vnire: quia deus est charitas, quæ est vinculum perfectionis. Vnde & ipse facit habitare vnanimis in domo. S. Thomas.]  
† Perficat.  
\* Operet.  
6. In nobis.  
7. Exhortationis.  
8. Nostrum.  
9. Itali.  
Missā ab Italia per Timotheū.

INCIPIIT PROLOGVS IN ACTVS APOSTOLORUM beati Hieronymi presbyteri.

† Psal. 83. b



*Anit Psalmista: Ambulabunt de virtutibus in virtutes. Post Apostoli Pauli epistolas dudum vno vobis volumine trāslatas, Dominio & Rogatiane charissimi, actus Apostolorum compellit ut transferam in Latinum: quem librum nulli dubium est à Luca An-*

tiobeno, arte medico, qui postea in seruiens Paulo Apostolo, Christi factus est discipulus, fuisse editum. Cervices premit imposta sepius oneris magnitudo: quia studia inuidorum, reprehensione digna putat ea quae scribimus. Illorum nunquam odio & detractio, iuuante Christo, meum silebit eloquium. Actus Apostolorum nudam quidem videntur sonare historiam, & nascentis ecclesiae infantiam texere: sed si nouerimus scriptorum eorum Lucam esse medicum, cuius laus est in euangelio, animaduertimus pariter omnia verba illius animae languentis esse medicinam.

ACTVS APOSTOLORVM ALIVS PROLOGVS.



Vcas igitur Antiochensis natione Syrus (cuius laus in Euangelio canitur) apud Antiochiam medicinae artis egregius, & Apostolorum Christi discipulus fuit: postea vsque ad confessionem, Paulum secutus Apostolum, sine crimine in virginitate permanens, Deo maluit seruire. Qui octoginta] & quatuor annos aetatis agens, in Bithynia obiit, plenus spiritu sancto: quo infligante, in Achaia partibus Euangelium scribens, Graecis fidelibus incarnationem domini fideli narratione ostendit, eundemque ex stirpe Dauid descendisse monstrauit. Cui non immerito scribendorum Actuum Apostolorum potestas in ministerio datur: vt deo in deum pleno, & filio perditionis extincto, oratione ab Apostolis facta, sorte dominicae electionis numerus compleretur, sicq; Paulus consummationem apostolicis actibus daret, quandiu contra stimulum calcitrantem dominus elegisset. Quod legentibus & requirentibus deum, breui potius volui ostendere sermone, quam prolixius aliquid fastidientibus prodidisse: sciens quoddam operantem agricolam oportet primum de suis fructibus edere. Quem ita diuina subsecuta est gratia: vt non solum corporibus, sed etiam animabus eius proficeret medicina.

1. Septuaginta.

Incipit liber Actuum Apostolorum beati LVCÆ EVANGELISTÆ.

Post quadraginta dies & varias apparitiones a resurrectione Christus videntibus discipulis ascendit in caelum, inde vero in urbem regressi Mathiam Iudae succederunt. Cap. I.

Huc librum scripsit Lucas cum Euangelio in Claudiopoli (quae nunc Bithynium) ciuitate Ponti nunc Mydonez, id est, maioris Phrygiae. a. Videatur Ioanni Euangelista repugnare, qui dicit mundum capere non posse libros qui scribentur de gestis Christi. Dicendum: Quod hic se nihil praermississe ait eorum quae coheret ac vrgit, in quibus diuinitas ac veritas praedicationis comprehenditur. Etenim ipse quoque Ioannes de his omnibus distulit. Non enim quippiam eorum reliquerunt, per quae vel dispensatio verbi iuxta carnem creditur & cognoscitur, vel magnitudo ipsius iuxta diuinitatem refulcet & manifestat. Oecum. libi. 1. Eliegetar.



Rimum quidem sermonem feci de omnibus, o Theophile, & quae cepit Iesus facere & docere, vsque in diem qua praecipiens Apostolis per spiritum sanctum, quos elegit assumptus est. Quibus & praebuit seipsum viuum post passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei. Et conuescens, praecipit eis ab Ierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem patris, quae audistis, inquit, per os meum: quia Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies. Igitur qui conuenerant, interrogabant eum, dicentes: Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel? Dixit autem eis: Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quae pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutem superuenientis spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudaea & Samaria, & vsque ad vltimam terram. Et cum haec dixisset, videtibus illis eleuatus est: & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cumque intuerentur in caelum euntem illum, ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis, qui & dixerunt: Viri Galilaei quid statis aspicientes in caelum? Hic Iesus qui assumptus est a vobis in caelum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in caelum. Tunc reuersi sunt Ierosolymam a monte qui vocatur Oliueti, qui est iuxta Ierusalem, sabbati habens iter. Et cum introissent in coenaculum, ascenderunt ubi manebat Petrus, & Ioannes, & Iacobus, & Andreas, Philippus, & Thomas, Bartholomaeus, & Mattheus, Iacobus Alphaei, & Simon Zelotes, & Iudas Iacobi. Hi omnes erant perseverantes vnanimiter in oratione cum mulieribus & Maria

†Mat. 24. Luc. 24. 1. Iacobi.

†Luc. 24. 45. Ioan. 14. 19. Infr. 26. 19. 2.

†Luc. 24. 45. Actuum. 1. 6. Marc. 16. 7. Apoc. 2. 6. Ioan. 20. 6.

†Mat. 10. 1. Marc. 16. 7. Luc. 6. 6.

2. Illi igitur congregati. 3. Num. 4. Restituis regnum Israel? b. Vestrum dixit, non meum. Jam enim non secundum perfectionem, sed secundum profectum humani corporis ac nostrae animae loquebatur. Cum autem dicit, tempora vel momenta quae pater posuit in sua potestate, vtique non potest esse exors scientiae paternae, cuius nequaquam exors est potestatis, cuius potestas est sapientia & virtute signatur, quod veridique Christus est. Ambro. de fide. lib. 4. cap. 8. c. Dum audis eleuatum, agnosce militie caelestis obsequium, vnde hodierna ascensionis festiuitas hominis nobis & dei sacramenta manifestat. In eo qui eleuatur diuinam potentiam, in eo autem qui eleuatur, humanam cognoscere substantiam. Euseb. Emile. de ascen. dom. hom. 2. 5. Subduxit. 6. Manebant. \* Et obsecratione.

ma-



matre Iesu, & fratribus eius. In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum, dixit: (Erat autem turba <sup>7</sup> hominum] simul ferè <sup>d</sup> centumviginti:) Viri fratres, <sup>8</sup> oportet] impleri scripturam \* quam prædixit spiritus sanctus per os David, de Iuda, <sup>f</sup> qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Iesum: qui connumeratus erat in nobis, & sortitus est sortem ministerij huius. <sup>e</sup> Et hic quidè possedit agrum de mercede iniquitatis, <sup>f</sup> & suffensus crepuit medius, & <sup>9</sup> diffusa] sunt omnia viscera eius. <sup>g</sup> Et notum factum est omnibus habitantibus Ierusalem, ita ut appellaretur ager ille lingua eorum <sup>10</sup> Acheldemach,] hoc est ager sanguinis. Scriptum est enim in libro Psalmorum: <sup>h</sup> Fiat commotio eorum deserta, & non sit qui inhabitet in ea. Et episcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo <sup>i</sup> ex iis viris qui nobiscum sunt congregati, in omni tempore] quo intravit & exiit inter nos dominus Iesus, incipiens à baptisinate Ioannis usque in diem qua assumptus est à nobis, testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis. Et statuerunt duos, Ioseph qui vocabatur Barsabas, <sup>12</sup> qui cognominatus est iustus, & Matthiam. Et orantes dixerunt: Tu domine qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris, ex his duobus vnum, <sup>13</sup> accipere locum] ministerij huius & apostolatus, <sup>14</sup> de quo] præuaricatus est Iudas, ut abiret in locum suum. Et dederunt sortes eis: <sup>15</sup> Et cecidit fors super Matthiam, & <sup>16</sup> annumeratus est cum] vndecim Apostolis.

*Apostoli accepto spiritu sancto & donis eius, admirationi facti sunt, sed & Petrus constanter mirantibus Iudæis cunctos palam ad fidem & baptismum inuitat.* II.

**E**T dum <sup>1</sup> complerentur] <sup>2</sup> dies pentecostes, erant omnes <sup>3</sup> pariter] in eodem loco: <sup>4</sup> Et <sup>5</sup> factus est repente de cælo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domum ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispartitæ linguæ <sup>6</sup> tanquam ignis,] <sup>7</sup> seditque supra singulos eorum. <sup>8</sup> Et repleti sunt omnes spiritu sancto, & cœperunt loqui variis linguis, prout spiritus sanctus] dabat eloqui illis. Erant autem in Ierusalem, habitantes Iudæi viri religiosi, ex omni natione quæ sub cælo est. Facta autem hac voce convenit multitudo, & <sup>9</sup> mente] confusa est, <sup>10</sup> quoniam audiebat unusquisque lingua sua illos loquentes. Stupebant autem omnes, & mirabantur, dicentes: <sup>11</sup> Nonne ecce omnes isti qui loquuntur, Galilæi sunt? Et quomodo nos <sup>12</sup> audiimus] unusquisque linguam nostram, in qua nati sumus? Parthi, & Medi, & Elamitæ, & qui habitant Mesopotamiam, Iudæam, & Cappadociam, Pontum, & Asiam, Phrygiam, & Paphlham, Ægyptum, & partes Libyæ, quæ est circa Cyrênem, & aduenæ Romani, Iudæi quoque & Proselyti, Cretes & Arabes, audiimus eos loquentes nostris linguis magnalia dei. Stupebant autem omnes, & mirabantur ad inuicem dicentes: <sup>13</sup> Quidnam vult hoc esse? Alij autem <sup>14</sup> iridentes,] dicebant: <sup>15</sup> quia multo pleni sunt isti. Stans autem Petrus cum vndecim, leuauit vocem suam, & locutus est <sup>16</sup> cum eis:] viri Iudæi & qui habitatis Ierusalem vniuersi, hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba mea. <sup>17</sup> Non enim, sicut vos aestimatis, hi ebrii sunt, cum sit hora diei tertia. Sed hoc est quod dictum est per Prophetam Ioel: <sup>18</sup> Et erit in nouissimis diebus, dicit dominus: effundam de spiritu meo super omnem <sup>19</sup> carnem. Et prophetabunt filij vestri & filiæ vestræ, & iuuenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia somniant. Et quidem super seruos meos & <sup>20</sup> ancillas meas in diebus illis, <sup>21</sup> effundam de spiritu meo, & prophetabunt. Et dabo prodigia in cælo <sup>22</sup> sursum,] & signa in terra <sup>23</sup> deorsum,] sanguinem, & ignem, & vaporem fumi. <sup>24</sup> Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat dies domini magnus & manifestus. <sup>25</sup> Et erit, omnis quicumque inuocauerit nomen domini, saluus erit. <sup>26</sup> Viri Israelitæ, audite verba hæc: Iesum Nazarenum virum <sup>27</sup> approbatum] à deo <sup>28</sup> in vobis] virtutibus & prodigijs & signis quæ fecit deus per illum in medio vestri sicut & vos scitis: definito consilio & præscientia dei <sup>29</sup> traditum,] per manus iniquorum <sup>30</sup> affigentes] interemistis. <sup>31</sup> Quem deus suscitauit solutis doloribus inferni: iuxta quod impossibile erat teneri illum <sup>32</sup> ab eo.] David enim dicit in eum: <sup>33</sup> Prouidebam dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris

7. Nominum.  
 8. Sic numerus 120. congruit ætati Moysi, ut sicut sub hoc numero Moysi defuncto Iesus successit, qui populi in terra promissionis introduxit, sic veteri legi in ecclesia principat' Christi successit, dicens veru' Hæc ad regnum cæli. Gloria ordinata post Rabanum. ibid.]  
 9. Oportebat.  
 \* Hanc.  
 e. Crepuit enim Arrius, sicut de Iuda Petrus Apostolus dixit, quia possedit agrum de mercede iniquitatis. Non est fortuita. notis, ubi in sacris legibus partem pariter procedit exemplum, ut idè subiret supplicium, qui eundem dominum negauerit, & qui eundem dominum prodiderunt. Ambr. de fide, li. 1. ca. 9. f. Pulchre omnino Petrus Apostolus filium perditionis in locum suum abisse testatur est: quod in acre crepuit medius aerium collega potestatum, ut pota que veri dei & veri pariter hominis, qui de cælo venisset operatus saluam in medio terræ: huius inquam prodicem, nec cælum recipere, nec terra sustineret. Bernard. in Psal. Qui habitet, ver. 8.  
 9. Effusa.  
 10. Hæc dama, id est ager sanguinis.  
 11. Ex congregatis nobis per totum tempus.  
 12. Cognomento iustum.  
 13. Ut accipiat sortem.  
 14. Vnde.  
 15. Suffragis additus est.  
 16. Completeretur.  
 17. Vniuersim.  
 18. Quid hoc significat, nisi descensum spiritus sancti, qui se voluit incredulis etiam corporaliter demonstrare. Hoc est corporaliter per signum, spiritaliter per sacramentum. Ergo manifestum testimonium eius aduentus, nobis autem iam fidei prærogatiua defertur: quia in principio signa incredulis fiebant, nobis iam in plenitudine ecclesie: non signa, sed fide veritas colligenda est. Ambr. de sacramen. lib. 2. cap. 5.  
 19. Vult ignem.  
 20. Quia talis misticulum nunquam fuerat vitium vel auditu. Et patet literaliter quia denominantur habitatores diversarum nationum & regionum, in quibus sunt diuisa idiomata totaliter, sicut in Iudæa & Roma, & pluribus alijs, vel in parte, sicut lingua Picardica & Gallica distinguuntur: & sic erat in Mesopotamia, quæ est pars Syriæ, & Iudæa, quarum lingue sunt propinque, ut supra dictum est. De Lyca. ibid. ca. 5.  
 21. Audiuiimus, & infra.  
 22. Substantiuus.  
 23. Denique sic vaporabatur singulorum animas, ut multo repleti esse affirmarentur, qui acciperent linguarum diversitatem. Quid ergo sibi vult quoddam ignis aqua factus est, & aqua ignem excitauit? nisi quia spiritalis gratia per ignem exurit, per aquam mundat peccata. Iohannes. Eluatur enim peccatum & exurit. Ambr. offic. lib. 3. cap. 4. 6. illis.  
 24. Diuina scriptura solo carnis vocabulo integrum (ut ita dicat) & totum hominem significat. Vbi nihil vna ex parte totum hominem intelligit, ridiculose inanimata carnis spiritus dari videbitur. Cyril. in Joan. lib. 1. ca. 15.  
 25. Carnem, inquam, scilicet credentem, qui spiritum postea filius glorificauit, quem admodum & patrem, ab eo glorificatus est quem admodum à patre. Grego. Nazianz. in sancta Pentecost. orat. 5.  
 \* Super. 8. Infernè.  
 9. Demonstratum.  
 10. Erga vos.  
 11. Expositum eum accepit.  
 12. Crucifixum.  
 13. Ab ea (scilicet morte).

† Psal. 40. c.  
 Ioan. 8. a  
 Matt. 27. a  
 † Matt. 27. a  
 † Psal. 68. c.  
 108. b  
 Infra 4. d  
 † 1. di. ca. 11.  
 26. q. 1. cap. 1.  
 c. Hi flarim.  
 Non exepilo.  
 † Sup. 1. a  
 † Matt. 3. a  
 Marc. b  
 Luc. c  
 Ioh. d  
 † Infra 4.  
 19. a  
 † 22. q. 1. ca.  
 Audiuiimus.  
 † Ioh. 1. g  
 Iia. 4. a  
 † Ioh. 1. a, b  
 † Matt. 10. e  
 24. b  
 † Ioh. 1. g  
 † Rom. 10. e  
 † Inf. 5. d  
 † Inf. 10. d  
 † Psal. 115. d

est mihi ne commouear. Propter hoc lætatum est cor meum & exultauit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe. <sup>d</sup> Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. <sup>e</sup> Noras mihi fecisti vias vitæ, & replebis me iucunditate cum facie tua. Viri fratres liceat <sup>f</sup> audacter] dicere ad vos de Patriarcha Dauid, <sup>g</sup> quoniam defunctus est, & sepultus est, & sepulchrum eius est apud nos, vsque in hodiernum diem. Propheta igitur cum esset, & sciret quia <sup>h</sup> iuraturando iurasset illi Deus, de fructu lumbi eius sedere super sedem eius, prouidens locutus est de resurrectione Christi, quia neque derelictus est in inferno, neque caro eius vidit corruptionem. Hunc Iesum resuscitauit deus, cuius omnes nos testes sumus. Dextera igitur dei exaltatus, & promissione spiritus sancti accepta à patre, effudit huc quem vos videtis & auditis. Non enim Dauid ascendit in cœlum. <sup>i</sup> Dicit autem ipse: <sup>j</sup> Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Certissimè sciat ergo <sup>k</sup> omnis] domus Israel, quia & dominum eum & Christum <sup>l</sup> fecit deus, hunc Iesum, quem vos crucifixistis. His autem auditis compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum & ad reliquos Apostolos: Quid faciemus viri fratres? Petrus autem ad illos: <sup>m</sup> Pœnitentiam (inquit) agite, ] & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum & accipietis donum spiritus sancti. <sup>n</sup> Vobis] enim est repromissio, & filiis vestris, & omnibus qui longe sunt, quoscunque aduocauerit dominus deus noster. Aliis etiam verbis plurimis testificatus est, & exhortabatur eos, dicens: <sup>o</sup> Saluamini] à generatione ista praua. <sup>p</sup> Qui ergo receperunt sermonem eius baptizati sunt, & appositæ sunt in die illa animæ circiter tria millia. Erant autem perseuerantes in doctrina Apostolorum, <sup>q</sup> & communicatione <sup>r</sup> fractionis] panis, & orationibus. Fiebat autem omni animæ timor. Multa quoque prodigia & signa per Apostolos in Ierusalem fiebant, & metus erat magnus in vniuersis. <sup>s</sup> Omnes etiam qui credebant, erant <sup>t</sup> pariter, ] & habebant omnia communia. Possessiones & substantias vendebant, & diuidebant illa omnibus, prout cuique opus erat. <sup>u</sup> Quotidie quoque <sup>v</sup> perdurantes] vnanimiter in templo & frangentes <sup>w</sup> circa] domos panem, sumebant cibum cum exultatione & simplicitate cordis, collaudantes deum, & habentes gratiam ad omnem plebem. Dominus autem augebat qui salui fierent quotidie <sup>x</sup> in idipsum.]

d. Neque enim in ipso die passionis in cœlo futurus erat homo Christus Iesus, sed in inferno secundum animam, in sepulchro autem secundum carnem. Et de carne quidem quod eo die in sepulchro sit posita, manifestissimum est euangelicè. Quod verò illa anima in infernum descendit, Apostolica doctrina prædicat. Quandoquidem beatus Petrus ad hanc rem testimonium de Psalmis adhibet, vbi de ipso prædictum esse demonstrat: Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Illud de anima dictum est, quia non est derelicta, vnde et cito remeatur illud de corpore. Aug. epist. 57. 14. Vel liberè.  
15. Tota.  
e. Ideo dicit: Fecit deus hunc Iesum, vt significet domini incarnationem. Ex hoc enim quod dicit: hunc Iesum, quem crucifixistis, manifestum est quod de carne dicit: quam crucifixit: carni enim crucifixit. Epiplianus contra Arianos.  
16. Respiciat, inquit.  
f. Ibi est enim veteris vitæ expoliatio, vt noua induatur qui baptizantur. August. de fide & operib. cap. 8.  
17. Vestra.  
18. Saluamini.  
g. Vel ecripe vos ab hoc seculo prauo. Verbis autem pluribus vt hoc serer testificatur Petrus: in his verbis erat mortuorum operum condemnatio, quæ nequiter agunt huius seculi dilectores, & commendatio vitæ quam teneant æque sectentur, qui se ab hoc seculo prauo eripiunt. Aug. ibid.  
\* Vnanimiter.  
19. Et fractione.  
20. Continuè.  
h. Ex hoc enim manifestum est, quod non vno vel duobus diebus, sed multis docuerint: vt pote illos in aliam vitam transferentes. Chry. ibid.  
21. Perseuerantes.  
22. Per singulas.  
23. Ecclesiæ, vel congregationi.

† Ibidem.

† Reg. 2. b  
† Plat. 1. c  
† Plat. 1. 3. a

† Plat. 1. 0. 9. a

† Mat. 4. e  
† Marc. 1. c  
† Luc. 1. a  
† Apoc. 4. d

† Infr. 4. d

*Petrus claudo sanato ad pœnitentiam cunctos hortatur, Christi resurrectionem prædicans & glorificationem. III.*

a. Magna est horum duorum vnanimitas & amicitia. Nisi huius inuicem Petrus passione dominum vt præceptorem interrogaret. Rursumque ad sepulchrum simul currunt. Et item de hoc ait Petrus Christo: Hic autem quid? Ascendebant item simul in templum Occu. ibid.  
b. Hanc edificauit Ioathan filius Ozia Rex Iuda, sublimissimam. Omnes siquidem portæ templi in terra fuerunt, excepta speciosa, quæ pendebat: quæ ab Hebræis portæ vocabatur Ioathan.  
1. Vt autem insperasset.  
c. Itaque pecuniam non dedit, sanitatem dedit. Quis melius est salutem habere sine pecunia, quam pecuniam sine salutem? Surrexit claudus, quod non sperabat: pecuniam non accepit, quam sperabat. Amb. Offi. lib. 2. ca. 25.  
2. Erexit.  
3. Confirmatæ sunt plantæ eius ac tali.  
\* Accipiendam.  
4. Sanatus autem teneret.  
5. Vestibulum quod.  
6. Super his.  
d. Quasi diceret: Neque hoc nostrum est, inquit: non enim quasi digni sumus, conciliamus nobis dicitur factorem. Chry. ibidem.  
7. Vt hic ambularet.



**P**etrus autem & Ioannes ascendebant in templum ad horam orationis nominam. Et <sup>a</sup> quidam vir qui erat claudus ex utero matris suæ, baiulabatur: quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur <sup>b</sup> Speciosa, vt peteret eleemosynam ab introeuntibus in templum. Is cum vidisset Petrum & Ioannem incipientes introire in templum, rogabat vt eleemosynam acciperet. <sup>c</sup> Intuens autem] in eum Petrus cum Ioanne, dixit: Respice in nos. At ille intendebat in eos, sperans se aliquid accepturum ab eis. Petrus autem dixit: Argētum & aurum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do. <sup>d</sup> In nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula. Et apprehensa manu eius dextera, <sup>e</sup> alleuauit] eum, & protinus <sup>f</sup> consolidatæ sunt bases eius, & plantæ. ] <sup>g</sup> Et exiliens stetit, & ambulabat: & intrauit cum illis in templum ambulans, & exiliens, & laudans Deum. Et vidit omnis populus ambulantem, & laudantem Deum. Cognoscebant autem illum quod ipse erat, qui ad eleemosynam <sup>h</sup> sedebat ad speciosam portam templi. Et impleti sunt stupore & extasi in eo quod contigerat illi. Cum <sup>i</sup> viderent autem] Petrum & Ioannem, cucurrit omnis populus ad eos ad <sup>j</sup> porticum quæ] appellatur Salomonis, stupentes. Videns autem Petrus, respondit ad populum: Viri Israelitæ quid miramini <sup>k</sup> in hoc? ] aut nos quid intuemini: <sup>l</sup> quasi nostra virtute aut pietate fecerimus <sup>m</sup> hunc ambulare? ] Deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob, deus patrum nostrorum glorificauit filium suum Iesum,

† Infr. 4. e  
† 14. b

† Mat. 27. b  
Mat. 15. b  
Luc. 23. c  
Ionn. 18. g

sum, quem vos quidem tradidistis & negastis ante faciem Pilati, iudicante illo, dimitti.]<sup>†</sup> Vos autem sanctum & iustum negastis, & petistis virum homicidam donari vobis: auctorem ] verò vitæ interfecistis, quem deus suscitavit à mortuis, cuius nostestes sumus: in & fide nominis eius hunc quem vos videtis, & nostis, confirmavit nomen eius: & fides quæ per eum est, dedit<sup>†</sup> integram sanitatem istam in conspectu omnium vestrum.] Et nunc fratres, scio quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri. Deus autem<sup>†</sup> qui ] prænuñtavit per os omnium suorum prophetarum,<sup>†</sup> pati ] Christum suum, sic implevit.<sup>†</sup> Pœnitementi] igitur & convertimini, ut deleantur peccata vestra: ut cum venerint tempora refrigerij à conspectu domini, & miserit eum qui prædicatus est vobis Iesum Christum, quem oportet quidem cœlum recipere usque in tempora restitutionis omnium, quæ locutus est deus per os sanctorum suorum, à seculo prophetarum. Moyses quidem<sup>†</sup> dixit: Quoniam ]<sup>†</sup> Prophetam suscitabit vobis dominus deus vester de fratribus vestris<sup>†</sup> tanquam me, ipsum audietis iuxta omnia quæcunque locutus fuerit vobis. Erit autem, omnis anima quæ non audierit Prophetam illum, exterminabitur de plebe. Et omnes prophetæ à Samuël, & deinceps<sup>†</sup> qui ] locuti sunt, annuntiauerunt dies istos. Vos estis filij Prophetarum, & testamēti, quod disposuit deus ad patres nostros, dicens ad Abraham: Et in semine tuo benedicentur omnes familiæ terræ. Vobis primum deus suscitans filium suum, misit eum benedicientem vobis: ut convertat se unusquisque à nequitia sua.

† Eccl. 17. e  
Ezech. 18. g  
Mat. 4. c  
Mar. 1. c  
Luc. 3. b. 13. a  
Apoc. 2. d

† Deut. 18. d

† Gen. 12. e

*Magistratus in apostolos concitati eos foras eiciunt: apostoli autem unà conuersati deo gratias agentes omnia habebant communia.* IIII.

† Infa. 4. e

**L**oquentibus autem illis ad populum, superuenerunt sacerdotes & magistratus templi & Sadducæi dolentes, quod docerent populum, & annuntiarent in Iesum resurrectionem ex mortuis: ] & iniecerunt in eos manus, & posuerunt eos in custodiam in crastinum. Erat autem iam vespera. Multi autem eorum qui audierant verbum, crediderunt. Et factus est numerus eorum ] quinque milia. Factum est autem in crastinum ut congregarentur principes eorum, & seniores & Scribæ in Ierusalem, & Annas princeps sacerdotum, & Caiphas, & Ioannes, & Alexander, & quotquot erant de genere sacerdotali.] Et stantes eos in medio interrogabant: In qua virtute aut in quo nomine fecistis hoc vos? Tunc repletus spiritu sancto Petrus, dixit ad eos: Principes populi & seniores Israel audite: si nos hodie diiudicamur in beneficio hominis infirmi, in quo iste ] saluus factus est, notum sit omnibus vobis & omni plebi Israel, quia ] in nomine domini nostri Iesu Christi Nazareni quem vos crucifixistis, quem deus suscitavit à mortuis, in hoc ] iste astat coram vobis sanus. Hic est lapis qui reprobatus est à vobis ædificantibus, qui factus est in caput anguli, & non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ] saluos fieri. Videntes autem Petri constantiam ] & Ioannis, comperto quod homines essent sine literis & idiota, admirabantur, & cognoscebant eos quoniam cum Iesu fuerant. Hominem quoque videntes stantem cum eis qui curatus fuerat, nihil poterant contradicere. Iusserunt autem eos foras extra concilium ] secedere: & conferebant adinuicem, ] dicentes: Quid faciemus hominibus istis? Quoniam quidem notum signum factum est per eos, omnibus habitantibus Ierusalem: manifestum est, & non possumus negare. Sed ne amplius diuulgetur in populum, comminemur eis ne ultra loquantur in nomine hoc vlli hominum. Et vocantes eos, denuntiauerunt ne omnino loquerentur, neque docerent in nomine Iesu. Petrus verò & Ioannes respondentes dixerunt ad eos: Si iustum est in conspectu dei, vos potius audire quàm deum iudicete. Non enim possumus quæ vidimus & audiimus non loqui. At illi comminantes dimiserunt eos: non inuenientes quomodo ] punirent eos propter populum: quia omnes clarificabant id quod factum erat in eo quod acciderat. Annorum enim erat amplius quadraginta homo: in quo factum fuerat signum istud sanitatis. Dimissi

† Psal. 17. e  
Ira. 18. d  
Mar. 1. g  
Mat. 22. c  
Luc. 20. e  
1. Pet. 2. a  
Rom. 9. g

† Sup. 3. c

e. Duz pōnuntur accusationes: Siquidem Pilato ad eadem tradiderunt, dicentes: Nobis non licet interficere quonquam. Neque autem clamantes: Nō habemus regem nisi Cæsarem. Atqui sanè cum etiam Pilatus gentilis, qui neque signa à Christo videbat, neque prophetas de Christo audierat, velle tamen ipsi absolueret: ipsi qui & Christum miracula edentem conspexerat, & notitiam habebat prophetarum in his quæ de ipso dixerant, non tamen ad eum adducti sunt. Oecum. ibid. 8. Quum iudicaret illum absoluentum.

9. Principem.

10. Et integritatem coram omnibus vobis.

11. Quæ.

12. Passurum.

13. Respicite.

14. Ad patres.

f. Vides quomodo humilia iuxta sublimitia feminat: humilia enim & excelsum est, non falsus: sicut in cælos similis sic Moyses, verum tamen tunc magnus erat. Nunquid nō est similis Moyses, quod quisquis non audierit illi exterminetur de populo? Iunimera & alia dixerit quis, in quibus euidenter monstratur quod ei manserit similis Moyses, atque ad eum magnam quoddam testimonium attigit. Deus illum, inquit, suscitabit, ex fratribus vestris. Chryl. ibidem.

14. Mei similem.

15. Quotquot.

16. Iesum.

a. Tres Hebræorum precipuz fuerunt ante Christi aduentum hæreses. Essæorum, qui genti Hebræorum erant mutuo inter se amore coniunctissimi. Pharisæorum, id est diuisorum, in multis sibi ceremoniis & traditionibus ab aliis differabant. Saduceorum, id est, qui nec angelum, nec spiritum sanctorum, nec resurrectionem corporum confidentes animarum quoque interitum prædicabant. Hieron. super Mat. cap. 2.

1. Molesti ferentes.

2. Sub nomine Iesu resurrectionem mortuorum.

3. Virorum quatuor, vel circiter.

4. Pontificio.

lb. Qd. Patet manifestè quod hæc recitis artibus magicis: vnde de illo curatus fuerat: eis detentus, ut maleficium participes. De Lyr. ibidem.]

5. Examinatur de eo quod bene fecerimus homini infirmo: quomodo ille.

6. Quod.

7. Per hunc.

le. Hic respondens ad interrogata de Christo predicat, & maxime de David, qui vt Patriarchæ suo præceteris creditur. Glof. ordin. post Rabanū ibid.

d. In vno autem nomine baptizari nos oportet, hoc est, in nomine patris, & filij & spiritus sancti: non mirari quia dixi vnum nomen vbi est vna substantia, vna diuinitas, vna maiestas. Hoc est, nomen de quo dictum est, in quo oportet omnes saluos fieri. In hoc nomine omnes saluari estis, redditi estis ad gratiam vitæ. Amb. de sacra lib. 2. cap. 7.

8. Vos.

9. Libertatem.

e. Idiote qui propria tantū lingua naturalique scientia contenti literarum studia nesciebant. Illi literari igitur mituntur ad prædicandum, ne fides etedonei iam non dei virtute, sed eloquentia fieri putarent. Iuxta istud: Nō in sapientia verbi, vt non auctoritatem Christi. Beda ibid.

10. E concilio.

11. Inter se.

12. Quia ratione.

f. Vide quàm absoluta sit iuxtaque temporum occasiones, horum præcatio. Siquidem quando dignum ad apostolorum demonstrari sibi cupiebant, præcantes dicebant, Oecum. ibid.



huius. Qui cum audissent, intrauerunt diluculo in templum, & docebant. Adueniens autem princeps sacerdotum & qui cum eo erant, conuocauerunt concilium, & omnes seniores filiorum Israel, & miserunt ad carcerem vt adducerentur: Cum autem venissent ministri, & aperto carcere non inuenissent illos, reuersi nuntiauerunt, dicentes: Carcerem quidem inuenimus clausum cum omni diligentia, & custodes stantes ante ianuas, aperientes autem neminem intus inuenimus: Vt autem audierunt hos sermones magistratus templi & principes sacerdotum, ambigebant de illis quidnam fieret. Adueniens autem quidam nuntiauit eis, quia ecce viri quos posuistis in carcerem, sunt in templo stantes, & docentes populum. Tunc abiit magistratus cum ministris, & adduxit illos sine vi. Timebant enim populum, ne lapidarentur. Et cum adduxissent illos, statuerunt in concilio. Et interrogauit eos princeps sacerdotum, dicens: <sup>1</sup> Praecipiendo praecipimus vobis, ne doceretis in nomine isto, & ecce replestis Ierusalem doctrina vestra, & vultis inducere super nos sanguinem hominis istius. Respondens autem Petrus & Apostoli, dixerunt: <sup>2</sup> Obedire oportet deo magis, quam hominibus. Deus patrum nostrorum suscitauit Iesum, quem vos interemistis, suspendentes in ligno. Hunc principem & Salvatorem deus exaltauit dextera sua, ad dandam poenitentiam Israel, & remissionem peccatorum, & nos sumus testes horum verborum, & spiritus sanctus quem dedit deus omnibus obedientibus sibi. Haec autem cum audissent, discabantur, & cogitabant interficere illos. Surgens autem quidam in concilio Pharisaeus nomine Gamaliel legis doctor, honorabilis vniuersae plebi, iussit foras ad breue homines fieri. Dixitque ad illos: Viri Israelitae, attendite vobis super hominibus istis quid acturi sitis. Ante hos enim dies extitit Theudas, dicens se esse aliquem, cui consensit numerus virorum circiter quadringentorum, qui occisus est, & omnes qui credebant ei, dissipati sunt, & redacti ad nihilum. Post hunc extitit Iudas Galilaeus in diebus professionis, & auertit populum post se. Et ipse periit, & omnes quotquot consenserunt ei, dispersi sunt. Et nunc itaque dico vobis, discedite ab hominibus istis, & sinite illos. Quoniam si est ex hominibus consilium hoc aut opus, dissoluetur: si vero ex deo est, non poteritis dissoluere, ne forte & deo repugnare videamini. Consenserunt autem illi & conuocantes Apostolos, caesis denuntiauerunt ne omnino loquerentur in nomine Iesu, & dimiserunt eos. Et illi quidem ibant gaudentes a conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Omni autem die non cessabant in templo & circa domos docentes, & euangelizantes Christum Iesum.

† Infra 12. a 16. c.

† Infra 16. c.

† Sup. 4. b

† 11. q. 3. Si do minus 250. 6. Inrat? De iensen. ex 66. ca. Relatid

† Infra 21. a

† Sup. 4. f

† 23. q. 3. c. 1. & 4. cap. Quod Christi

Stephanus ex septem diaconis ad ministrandum ceteris, electus apud Iudeos accusatur. VI.

**I**N diebus autem illis crescente numero discipulorum, factum est murmur Græcorum aduersus Hebræos, eo quod despicerentur in ministerio quotidiano viduae eorum. Conuocates autem duodecim multitudinem discipulorum, dixerunt: Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Considerate ergo fratres viros ex vobis boni testimonij septem, plenos spiritu sancto & sapientia, quos constituamus super hoc opus. Nos vero orationi & ministerio verbi instantes erimus. Et placuit sermo coram omni multitudine. Et elegerunt Stephanum virum plenum fide & spiritu sancto, & Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmenam, & Nicolaum aduenam Antiochenum. Hos statuerunt ante conspectum Apostolorum: & orantes imposuerunt eis manus. Et verbum domini crescebat, & multiplicabatur numerus discipulorum in Ierusalem valde. Multa etiam turba sacerdotum obediebat fidei. Stephanus autem plenus gratia & fortitudine faciebat prodigia & signa magna in populo. Surrexerunt autem quidam de Synagoga, quæ appellabatur Libertinorum & Cyrenensium, & Alexandrinorum, & eorum qui erant a Cilicia & Asia, disputantes cum Stephano: & non poterant resistere sapientiae & spiritui qui loquebatur: propter

† 93. dist. ca. Legimus.

† 24. quest. 3. c. Quidam. ver. Nicolaita. 7. 21. dist. ca. in 6. 23. distin. Diaconi. infra. 18. a.

1. Angeli namque de carcere educti Apollolis quidem ad consolationem, Iudæi vero ad vituperationem exhibitæ est. Ignorant autem Iudæi diuinam esse potentiam, vt primum in agendum perplexitate cõstituti, si vel lent comprehenderentur & ipsi ac docerentur. Illi vero adeo cæcari sunt, vt neque auderent vi à templo abstrahere apollo- los, quos tamen maxime abominabantur. Oecum ibidem. 2. Sequitur dictæ liberationis admiratio, cum dicitur: Adueniens autem inde miserunt principes ad carcerem vt adducerentur. Ad hoc enim positi sunt in carcerem, vt in crastino inde traherentur ad iudicium, & condemnarentur. De Lya ibidem. 3. Nôane. 4. In Græco præcipiendo præcepimus vobis, nam sic loqui magis interroganti conuenit. Gloriosa ord. ibidem. 5. Magna cum sapientia ostendit, quod illi cum deo pugnet. Chrysof. ibidem. 6. Deinde etiam quod is quem ipsi nudum hominem appellauerant, & saluator erat, & deus tantam illius curam habuerat, vt à mortuis ipsum suscitaret. Nam dicitur illum propria suscepisse virtute interim non daturum erat, ne apud hunc existimaretur deo contrarius. Oecum. ibidem. 7. Que diximus. 8. In prælio habuit apud totum populum. 9. Apostolos paulisper foras secedere. 10. Theudas & Iudas Galilæus de quibus hic agitur, circa annum domini sextum seditiones in Iudæa fecerunt, varij tamen sunt ab illis quos occidit. Fadus missus à Claudio imperat. post mortem Agrippæ in Iudæam, circa annum do. 46. de quibus Ioseph. lib. Antiquit. 20. cap. 4. & 5. quos tamen nostri interpretes confundunt. 11. Reperiamini persuasi sunt. 12. Ponitur excellenti dimissio. cum dicitur consenserunt autem. Tum quia legis doctor erat honorabilis, tum quia eius persuasio erat rationalis. Licet enim consenserint ei de dimissione Apostolorum, non tamen de modo dimittendi, quia consulerat simpliciter eos dimitti, & ipsi prius fuerat eorum & prohibiti prædicare nomen Christi. De Lya ibidem.]

a. Causa murmuris erat, quia Hebræi viduas suas tanquam eruditiores in ministerio alienigenis præferrebant. Beda ibidem. b. Siue aduenarum gentiliū in ciuitate conuersantium: siue Iudeorum genere, qui inter Græcos nati fuerunt & nutriti, qui murmurabant: & quia despiciabantur, aut quia ad ministerium viduarum eorum non admittentur: aut quia præ ceteris quotidiano ministerio grauabantur. Rabanus ibidem. 1. Speciatè nobilitatis. 2. Ministerium. 3. Procliyum. 4. Dei. c. Qui enim ante electionem prodigia non faciebat, vt qui nec factis cognitus erat, vbi per electionem cognitus est, tunc eius doli quod per electionem consecutus erat, demonstrabatur. Oecum. ibidem. 5. Appellatur. 6. Libertini qui à Romanis libertate donati erant. e. Cyrenæ vrbis Lybiæ, metropolis Cyrenæicæ prouinciæ quæ Pentapolis dicitur.



ff. Consequenter ponitur oris  
 persecutio vt qui ratione vel scri-  
 ptura Stephano nō poterant re-  
 sistere, violentia superiores appa-  
 rerent. Et primò ponitur ipsius  
 Stephani persecutio singularis.  
 Secundo, ecclesie generalis. Sub-  
 miserunt igitur viros & fraudu-  
 lenter de testimonio contra Ste-  
 phanum ferendo. De Lyra ibi.  
 6. Suppositus, vel laborator.  
 7. Presbyteros. 8. Inuadentes.  
 \* Blasphema. \* Hunc.  
 9. Mores quos tradidit vobis.  
 g. Qui sic magnificat mortuū,  
 putas quomodo decorabit eter-  
 num? Abundantia cordis tran-  
 sit in decus corporis: in exteri-  
 oris gloria candor interiori ex-  
 undat: & abscondita peccatoris or-  
 namenta speculum frontis irra-  
 diant, habens intra se spiritum  
 sanctum, os prae se gestat angeli-  
 cū. Euseb. Emis. de S. Stephano.  
 10. An ita hæc se habent  
 a. Vide quomodo ipso à répo-  
 rabilibus abducit, & interim à lo-  
 co, gloriam deo non loco attri-  
 buet. Ipse enim gloriae fons est,  
 non egens gloria, quæ per tem-  
 plum a nobis est. O eum. ibidē.  
 b. Intelligendum est igitur locu-  
 tum deum fuisse cum Abraham,  
 cum esset in Mesopotamia pri-  
 uisquam habitaret in Charran:  
 sed eum in Charran peruenisse  
 cum patre, recto precepto dei  
 apud se: & inde exiit septuag-  
 simo & quinto suo, patris autē  
 sui centesimo, quadagesimo  
 quinto anno. Collocationē ve-  
 rd eius in terra Chanaan nō pro-  
 fectionem de Charran post mor-  
 tem patris eius factā esse dixit:  
 quia iam mortuus erat pater ei-  
 us, quando emit terram, cuius  
 ibi iam suæ rei cœpit esse posses-  
 sor. Quid autem iam in Mesop-  
 otamia constituto, hoc est, iam  
 egresso de terra Chaldæorum,  
 dixit ei deus: Exi de terra tua,  
 & non vt inde corpus eieceret,  
 quod iam fecerat, sed vt animā  
 euelleret dicitur. Aug. de ci-  
 uitate dei. lib. 16. cap. 15.  
 1. Vestigium.  
 2. Peregrinum. 3. Aegypti.  
 4. Descenderunt empuis, & il-  
 lius opera vt coacti sunt. Quid  
 igitur istud solum misericor-  
 diam declarauit, sed etiam Pha-  
 raoni notos fecit, & illos dedu-  
 xit: & innocuit Pharaoni genus  
 Ioseph. Chryf. hom. 16. in Act.  
 Anol. 7.  
 d. Hoc secundam. 70. interpre-  
 tum editionem dicitur: in He-  
 braeo enim tantum 70. reperit-  
 ur ingressi Aegyptum: quibus  
 si Ioseph filios & nepotes addi-  
 deris 75 facile reperies, quod an-  
 notauimus. Gen. 46.  
 e. Recitatur historia pro tem-  
 pore seruicis filiorū Israel in  
 Aegypto. Primò ponitur huius  
 seruicis occasio. Cum dicitur:  
 Cum appropinquaret tempus  
 &c. pramittens ei quod semen  
 eius seruicet in terra iudæ.  
 Gen. 15. De Lyra ibidem.]  
 4. De qua iurauerat.  
 5. Moyses aquaticus quia de a-  
 qua est assumptus, vel limbus,  
 quia inuentus est in sticella bi-  
 tumine sicca. Moyses typus est sal-  
 uatoris qui percussit diabolo ge-  
 nē suū liberantibus temporibus  
 occulcat. est in Israel ab Abraham  
 vtique ad Dauid. A Dauid vtique  
 ad emigrationem Babylo-  
 nis, & inde vsque ad natiuitatē  
 Christi. Glor. ordinar. post Ra-  
 banum ibidem.]  
 5. Expositū autem illū sustulit.  
 6. Pro filio.  
 7. Inuitē affligi vltus est, & fe-  
 cit vindictam pro eo qui affli-  
 gebatur. \* Suos.  
 8. Eodem mente & contra Chri-  
 stum videntur dicere: Non ha-  
 bemus regē nisi Cæsarem. Hic  
 mos semper fuit iudeis cū be-  
 neficia acciperent. Chryf. ibid.  
 h. Exod. 3. dicitur: Apparuit illi  
 deus. Verum quia angelus deū  
 representabat, & in persona lo-  
 quebatur, quandoque deus, qua-  
 doque angelus nominatur. Gre-  
 gorius.  
 \* Domini.  
 8. In flammeo incendio.

quod redarguerentur ab eo cum omni fiducia.]<sup>f</sup> Tunc submiserunt viros qui dice-  
 rent se audisse eum dicentem verba blasphemiae in Moysen & deum. Commoue-  
 runt itaque plebem & seniores] & scribas: & concurrentes] rapuerunt eum, & ad-  
 duxerunt in concilium, & statuerunt falsos testes, qui dicerent: Homo iste non cessat  
 loqui verba \* aduersus \* locum sanctum & legem. Audiuimus enim eum dicentem,  
 quoniam Iesus Nazarenus hic destruet locum istum, & mutabit<sup>9</sup> traditiones quas  
 tradidit nobis] Moyses. Et intuentes eum omnes qui sedebant in consilio, viderunt  
 faciem eius tanquam faciem angeli. Dixit autem princeps sacerdotum, si hæc ita se  
 haberent? Qui ait.

Stephanus post longam mysteriorum veterum narrationem, a iudeis extra urbem  
 eiectus, lapidatur. VII.



Viri fratres & patres, audite: Deus<sup>a</sup> gloriae apparuit patri nostro Abraham,<sup>a</sup>  
 cum esset in Mesopotamia, priusquam moraretur in Charran, & dixit  
 ad illum: Exi de terra tua & de cognatione tua, & veni in terram quam  
 monstrauero tibi. Tunc exiit de terra Chaldæorum, & habitauit in Char-  
 ran. Et inde postquam mortuus est pater eius, transtulit illum in terram istam, in qua  
 nunc vos habitatis, & non dedit illi hereditatem in ea, nec passum] pedis, sed repro-  
 misit dare illi eam in possessionem & semini eius post ipsum, cum nō haberet filium.  
 Locutus est autem ei deus: Quia erit semen eius<sup>2</sup> accola] in terra aliena, & serui-  
 tuti eos subiiciens, & malè tractabunt eos annis quadringentis triginta, & gentem cui  
 seruerint, iudicabo ego, dicit dominus. Et post hæc exhibunt, & deseruiet mihi in lo-  
 co isto. Et dedit illi testamentum circūcisionis, & sic genuit Isaac, & circumcidit eum  
 die octauo, & Isaac Iacob, & Iacob duodecim Patriarchas. Et Patriarchæ æmulan-  
 tes Ioseph vendiderunt in Aegyptum, & erat deus cum eo. Et eripuit eum ex omni-  
 bus tribulationibus eius, & dedit ei gratiam & sapientiam in conspectu Pharaonis Re-  
 gis<sup>3</sup> Aegyptiorum,] & constituit eum præpositum super Aegyptum & super omnem  
 domum suam. Venit autem fames in vniuersam Aegyptum & Chanæan, & tri-  
 bulatio magna, & non inueniebant cibos patres nostri. Cum audisset autem Iacob  
 esse frumentum in Aegypto, misit patres nostros primū: & in secundo cognitus est  
 Ioseph a fratribus suis, & manifestatum est Pharaoni genus eius. Mittens autem Ioseph  
 accersuit Iacob patrem suum, & omnem cognationem suam<sup>d</sup> in animabus se-  
 ptuaginta quinque. Et descendit Iacob in Aegyptum, & defunctus est ipse & patres  
 nostri. Et translati sunt in Sichem, & positi sunt in sepulchro quod emit Abraham pre-  
 tio argenti a filiis Hemor filij Sichem. Cum autem appropinquaret tempus prom-  
 sionis, quam confessus erat] deus Abraham, creuit populus & multiplicatus est in  
 Aegypto, quoadulque surrexit alius Rex in Aegypto, qui non sciebat Ioseph. Hic  
 circumueniens genus nostrum, afflixit patres nostros, vt exponerent infantes suos ne  
 viuificarentur. Eodem tempore natus est Moyses, & fuit gratus deo, qui nutritus est  
 tribus mensibus in domo patris sui. Exposito autem illo sustulit eum] filia Pharao-  
 nis, & nutriuit eum sibi in filium. Et eruditus est Moyses omni sapientia Aegyptio-  
 rum, & erat potens in verbis & in operibus suis. Cum autem impleretur ei quadra-  
 ginta annorum tempus, ascendit in cor eius, vt visitaret fratres suos filios Israel. Et cum  
 vidisset quendam in iuriam patientem, vindicauit illum, & fecit vltionem ei qui in-  
 iuriam sustinebat, percussit Aegyptio. Existimabat autem intelligere fratres, quon-  
 iam deus per manum ipsius daret salutem illis. At illi non intellexerunt. Sequenti  
 verò die apparuit illis litigantibus, & reconciliabat eos in pacē, dicēs: Viri fratres estis.  
 Vt quid nocetis alterutrum? Qui autem iniuriam faciebat proximo repulit eum, di-  
 cēs: Quis te constituit principem & iudicem super nos? Nunquid interficere  
 me tu vis, quæadmodum interfecisti heri Aegyptium? Fugit autem Moyses in verbo  
 isto, & factus est aduena in terra Madian, vbi generauit filios duos. Et expletis annis  
 quadraginta, apparuit illi in deserto montis Sina angelus in igne flammæ] rubi:

† Gen. 12. d  
 Neh. 9. b  
 Iudith. 5. a  
 † Gen. 12. a  
 † Gen. 13. a  
 † Gen. 15. d  
 † Gen. 17. d  
 Gen. 41. g  
 † Gen. 41. i  
 † Gen. 45. f  
 † Gen. 46. a  
 † Gen. 47. d  
 † Exod. 1. a  
 † Exod. 1. a  
 † Exod. 2. b  
 † 17. dist. c  
 Tuar. &  
 c. Quid de  
 mensa.  
 † Exod. 2. b  
 † Exod. 3. a

rubi: Moyses autem videns admiratus est visum. Et accedente illo vt' consideraret,] facta est ad eum vox domini, & dicens: ]<sup>†</sup> Ego sum deus patrum tuorum, deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob. ] Tremefactus autem Moyses non audebat <sup>10</sup> considerare. ] Dixit autem illi deus: Solue calceamentum pedum tuorum. Locus enim in quo stas, terra sancta est. Videns vidi afflictionem populi mei qui est in Ægypto, & gemitum eorum audiui, <sup>11</sup> & descendi <sup>11</sup> liberare ] eos. ] Et nunc veni, & mittam te in Ægyptum. Hunc Moysen quem negauerunt, dicentes: Quis te constituit Principem & Iudicem? <sup>\*</sup> hunc deus principem & redemptorem misit cum manu angeli, qui apparuit illi in rubo. ] <sup>†</sup> Hic eduxit illos, faciens prodigia & signa in terra Ægypti & in rubro mari, & in deserto annis quadraginta. Hic est Moyses qui dixit filiis Israel: ] Prophetam <sup>12</sup> suscitabit ] vobis deus de fratribus vestris, tanquam me, ipsum audietis. Hic est qui fuit in Ecclesia in solitudine cum angelo, qui loquebatur ei in monte Sina, & cum patribus nostris, qui accepit <sup>k</sup> verba vitæ <sup>13</sup> dare nobis. ] <sup>†</sup> Cui noluerunt obedire, patres nostri, sed repulerunt, & auersi sunt cordibus suis in Ægyptum, dicentes ad Aaron: ] <sup>†</sup> Fac nobis deos qui præcedant nos. Moysi enim huic, qui eduxit nos de terra Ægypti, nescimus quid <sup>14</sup> factum sit ] & ei. ] Et vitulum fecerunt in diebus illis, & obtulerunt <sup>15</sup> hostiam simulachro, ] & lætabantur in operibus manuum suarum. Conuertit <sup>\*</sup> autem deus, & tradidit eos seruire militiæ cœli, <sup>1</sup> sicut scriptum est in libro Prophetarum: ] Nunquid victimas aut hostias obtulistis mihi annis quadraginta in deserto domus Israel? <sup>†</sup> Et suscepistis tabernaculū Moloch, & sydus dei vestri <sup>16</sup> Rempham, figuras quas fecistis <sup>16</sup> adorare ] eas, & transferam vos trans Babylonem. Tabernaculum testimonij fuit cum patribus nostris in deserto, sicut disposuit illis deus ] <sup>†</sup> loquens ad Moysen: vt faceret illud secundum formam quam viderat. ] <sup>†</sup> Quod & induxerunt <sup>17</sup> suscipientes ] patres nostri cum Iesu in possessionem gentium: quas expulit deus à facie patrum nostrorum ] vsque <sup>18</sup> in diebus ] David. Qui inuenit gratiā ante deum: & petiit vt inueniret tabernaculum deo Iacob. ] Salomon autem ædificauit illi domum. Sed <sup>19</sup> excelsus non in ] manu factis habitat: sicut <sup>20</sup> per prophetam ] dicit: ] <sup>†</sup> Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Quam domum ædificabitis mihi, dicit domus, aut quis locus requietionis meæ est: Nonne manus mea fecit hæc omnia? Dura ceruice & incircuncisi <sup>21</sup> cordibus ] & auribus, <sup>†</sup> vos semper spiritui sancto <sup>22</sup> resististis, ] sicut patres vestri ita & vos. <sup>†</sup> Quem Prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Et occiderunt eos qui prænuntiabant de aduentu iusti, cuius vos nunc proditores & homicidæ fuistis, qui accepistis legem <sup>23</sup> in dispositione ] angelorum, & non custodistis. ] Audientes autem hæc dissecabantur cordibus suis, & stridebant dentibus in eum. Cum autem esset plenus spiritu sancto, <sup>24</sup> intendens in cœlum, ] vidit gloriam Dei, ] <sup>†</sup> & Iesum stantem à dextris Dei. Et ait: ] <sup>†</sup> Ecce video cœlos apertos, & filium hominis stantem à dextris & virtutis ] Dei. Exclamantes autem voce magna continuerunt aures suas, & imperum fecerunt vnanimiter in eum. Et <sup>25</sup> eiicientes ] eum extra ciuitatem lapidabant, ] & testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus. Et lapidabant Stéphanum inuocantem & dicentem: Domine Iesu suscipe spiritum meum. Positis autem genibus clamauit voce magna, dicens: ] Domine ne statuas illis hoc peccatū. Et cum hoc dixisset obdormiuit & in domino. ]

† Exod. 3. d.  
32. q. 4. cap.  
Recurrat.  
† Exod. 1. a.  
  
† Ios. 5. b.  
  
† Exo. 7. 8. 9. E  
10. 11. 14. 16. a  
† Deut. 18. d  
Exod. 19. a  
  
† Exod. 32. a  
  
† Ibidem.  
  
† Amos. 5. a  
  
† Exod. 25. d  
Heb. 8. d  
† Ios. 3. c. d.  
  
† 1. Re. 16. c  
Psal. 131. a  
s. Para. 6. e  
† 3. Reg. 6. a  
Iust. 17. f  
† Isa. 66. a  
  
† Sup. 6. d  
  
† Mat. 16. g  
  
† 50. dist. c. Si  
post.  
78 di. Presby  
ter.  
Anno. do. 35.

9. Attenderet.  
[h. Sum proprium dei verbū est  
secundū illud. Exod. 3. Ego sum  
qui sum, & qui est, mitti me ad  
vos. Serpentes non sunt timēdī  
vbi deus præsens loquitur. Glo-  
sa ordin.]  
10. Attenderet.  
i. Angelus autem hæc profertur  
verē localitēque descendit.  
Deo autem cum inicit scripti-  
bilis inuariabilisque consistat,  
non competit localiter descen-  
dere, nec moueri secundum se,  
sed ratione sui effectus. Hæc ar-  
que similia ei attribuantur. Nā  
quāuis vbiq; sit, ibi tamē spe-  
cialiter esse dicitur, vbi specia-  
liter operatur. Dionys. libidem.  
11. Veritipiam.  
\* Super nos.  
12. Ecclesiā.  
k. Duas tabulas cum decalogo  
& mandata cetera de quibus di-  
citur. Qui fecerit: viuēt in eis.  
Raban<sup>9</sup> ibidem, vel prophetia,  
vel ea quorum fines monstrabū-  
tur, quibus acceptis noluerunt  
patres vestri obedire. Chry. ibi.  
13. Vt daret vobis.  
14. Acciderit.  
15. Sacrificia idolo.  
\* Se.  
l. Sed & propheta tāquam de ro-  
bo nō necessarius, in de his pro-  
nūtiat. Quo autem pacto nō  
Moyse vos viciet finitū, quē  
& repulerunt & patres vestri &  
vos itaque vno verbo dicam, to-  
ta concione videre est quā fa-  
pienter & modeste & acurē il-  
lorum accusatio distulatur.  
Oecum ibidem.  
m. Remphā, sydus est quod Lu-  
ciferum vocant, quod & Venus  
dicitur, tertius septem planeta-  
rū. Cuius cultui Sarcæeni erant  
manicipati, & quos Iudæi imita-  
bantur. Beda ibidem.  
16. Vt adoraretis.  
17. Qui successerunt.  
18. Ad dies.  
19. Summus illis nō in templis.  
20. Propheta.  
n. Quid ergo mirū si bona throni  
sui spiritualiter sibi seruientibus,  
& bona scabelli pedū suorum  
dat carnaliter sibi seruientibus:  
cum spiritus superior sit  
& caro inferior: sicut superiora  
sunt cœlestia, & inferiora terre-  
stria? August. contra Adiman.  
Manichæum, cap. 18.  
21. Corde.  
22. Resistitis.  
23. Per dispositiones.  
24. Incensis in cœlum oculis.  
o. Iustē incūctanter offert tan-  
guinem suū, qui præ oculis ha-  
bet regem suum, simul & braui-  
um suū. Euseb. Emile. de S. Ste-  
phano.  
p. Qui cœlos apertos habet, Iesū  
ad dexterā dei cernit: qui clau-  
sos habet oculos mentis, Iesum  
ad dexteram dei non videt. C. G.  
fiteatur ergo Iesum ad dexterā  
vt cœlū & nobis aperiat. Clau-  
dunt sibi cœlum, qui aliter con-  
sistentur. Ambro. de fide lib. 3.  
cap. 7.  
25. Eiectum.  
q. Cuius precationis effectū in  
Apostolo videmus. Paul<sup>9</sup> enim  
qui lapidatū Stéphanum ve-  
stimenta seruabat, non multo  
postea per gratiā Christi factus  
apostol<sup>9</sup> est, qui fuerat ante per-  
secutor. Ambro. de peni. lib. 1.  
cap. 9. Lapidatur Stéphanus, &  
veniam hostibus suis postulat.  
Tertul. de potentia.  
a. Interea persecutio prima ad-  
uersus ecclesiam dei que est Ie-  
rosolymis facta sub primo mar-  
tyro Stéphano, omnes discipu-  
los excepit duodecim, per vni-  
uersam Iudæam Samariāque  
disperit, seu potius vsq; ad fori-  
pura indicat, disseminauit. Ex  
quibus nonnulli vsq; ad Phœ-  
nicem, & vsq; ad Cyprum ac-  
que Antiochiam deueniunt.  
Qui gentibus quidē credere my-  
sterium fidei nondum audebāt,  
Iudæis tamen prædicabant. Euseb. hist. Eccl. lib. 2. c. 1.  
\* Singulus.

Post variam discipulorum persecutionem Philippus Simonem magnum & eunuchum Candacis Reginae ad fidem adduxit. Quare Petrus & Ioannes ad Samariam mittuntur ad gentes. VIII.

**A**ulus autem erat consentiēs neci eius. <sup>\*</sup> Facta est autem in illa die persecutio magna in Ecclesia quæ erat Ierosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Iudææ & Samariæ, præter Apostolos. Curauerunt autem Stéphanum viri timorati, & fecerunt planctum magnum super eum ] <sup>†</sup> Saulus autem deuastabat Ecclesiam, per <sup>\*</sup> domos intrans, & trahens viros ac mulie-

† Iust. 9. a

1. Annuntiantes sermonem.  
 b Philippus qui eracynus ex se-  
 ptim cu Stephano diaconus or-  
 dinatus, descendit Samariam vir-  
 tute dei repletus: & predicabat  
 primus verbum dei Samaritanæ  
 genti. Idem ibidem.  
 2. Spiritus enim immundi mul-  
 tis qui ab illis tenebantur.  
 c. Dicitur communiter à do-  
 ctoribus, quod iste fuerit Simo  
 Magus, qui postea multum resistit  
 bat Petro & Paulo Romæ præ-  
 dicantibus, & ideo dixi quod  
 eius egressio fuit facta, quia si  
 ad horam vera fuit, tamen ad  
 vomitum rediit. De Lyra.  
 \* Et.  
 3. Et de.  
 d. Vel beati Philippi verbis &  
 virtute videtur veraciter domino  
 credidit, vel ut magis credibile  
 est, credere se conditque baptis-  
 ma suscipere, simulavit: ut quo-  
 niam laudis erat audisissimus,  
 ita ut Christum se credi vellet,  
 sicut historia narrat, atque ab  
 eo quibus miracula faceret, edi-  
 ceret. Beda. ibid.  
 4. Quod.  
 5. Descendissent.  
 c. Nam cum Philippus diaconus  
 esset, non habebat potestatem  
 imponendi manus, ut per hoc da-  
 ret spiritum sanctum. Cum au-  
 tem Simon non haberet rectum  
 cor, nec intentionem rectam, sed  
 turpi lucro ac studio pecuniarum  
 intractus esset, ostendebat pecuniam  
 Petro apostolo ut daret sibi po-  
 testatem exhibendi spiritum san-  
 ctum per manuum impositionem:  
 ita ratione secuta iniqua, quod da-  
 re vellet multis pro modica pec-  
 unia: atque si per exhibitionem  
 spiritus sancti multas pecunias  
 cumulare ac lucrari posset. Epi-  
 pha. contra Simonem.  
 6. Resipisce igitur à tanta mali-  
 tia.  
 f. Vbi autem non potuit latere a-  
 postolos accessit, sed magis ti-  
 more ductus quam amore, nec  
 pro se audes deum orare, qui non  
 credit, se exaudiendum. Chry-  
 cum Glosa ordin. Frustra ergo  
 gratiam spiritus emere tentat,  
 qui se merito coruina non cura-  
 uit exuere. Beda ibidem.  
 7. Oppidis.  
 8. Versus meridiem.  
 g. Gaza, quam Iudei. **NY** di-  
 cuntur Gazera, Palestina ci-  
 uitas iuxta Aegyptum Chan-  
 naeorum limes, olim in tribu Ju-  
 da fuit. Quæ & duplex est, veteris  
 & noua. Vetus à mari 7. radiis  
 distat: cuius fores cum postibus  
 Samson media nocte humeris  
 imponens in montis vertice sta-  
 tuit. Hanc Alexander Macedo  
 post biennium obsidionem oc-  
 cupans in sempiternum vertit ru-  
 mulum: ob id desertam hic appel-  
 lauit. Noua postea in Gaza por-  
 tu sadiis prope. 20. à veteri di-  
 stans, tempore Constantii im-  
 peratoris edificatur, in cuius ho-  
 norem Constantia appellata est.  
 Postea sub Iuliano pristinum no-  
 men recepit.  
 9. Candaces.  
 10. Adhere huic curru.  
 \* Viam.  
 11. Continentia.  
 12. Hæc.  
 13. Mutus.  
 \* Iustus.  
 h. Aut de diuinitate eius acci-  
 piendum est, quod impossibile  
 sit diuine naturæ nosse mys-  
 teria, de qua pater loquitur: An-  
 te luciferum genui te. Aut de par-  
 tu virginis, quod distulter possit  
 exponi. Beda. Hoc enim scien-  
 dum solum patre nosse quem-  
 admodum filii generauerit, &  
 rursus filium quomodo ipse de  
 patre sit genitus. Tripar. lib. 5. c.  
 8. Ideo eius generatio inenarra-  
 bilis est veraque. Prima enim,  
 quia de patre sine matre, secun-  
 da, quia de matre sine patre. Ful-  
 gen. ad Tractatum lib. 2.  
 \* Autem.  
 14. Quia.

res, tradebat in custodiam. Igitur qui dispersi erant, pertransibant euangelizantes ver-  
 bum Dei.]<sup>b</sup> Philippus autem descendens in ciuitatem Samariæ, predicabat illis Chri-  
 stum. Intendebant autem turbæ iis quæ à Philippo dicebantur vnanimiter audientes  
 & videntes signa quæ faciebat. <sup>2</sup> Multi enim eorum qui habebant spiritus immun-  
 dos, clamantes voce magna exhibebat. Multi autem paralytici & claudi curati sunt. Fa-  
 ctum est ergo gaudium magnum in illa ciuitate. Vir autem quidam nomine Simon,  
 qui antè fuerat in ciuitate Magus, <sup>3</sup> seducens gentem Samariæ, dicens se esse aliquem  
 magnum, cui auscultabant omnes à minimo vsque ad maximum, dicentes: hic est vir  
 tus dei, quæ vocatur magna. Attendebant autem eum propterea quod multo tempore  
 Magicis suis dementasset eos. Cum verò credidissent Philippo euangelizanti de re-  
 gno dei, <sup>4</sup> in ] nomine Iesu Christi baptizabantur viri ac mulieres. <sup>5</sup> Tunc Simon &  
 ipse credidit, & cum baptizatus esset, adhærebat Philippo. Videns etiam signa & vir-  
 tutes maximas fieri, stupens admirabatur. <sup>6</sup> Cum autem audissent Apostoli qui erant  
 in Ierosolymis, <sup>7</sup> quia ] recepisset Samaria verbum dei, miserunt ad eos Petrum & Io-  
 annem. Qui cum <sup>8</sup> venissent, ] orauerunt pro ipsis: vt acciperent spiritum sanctum.  
 Nondum enim in quenquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine  
 domini Iesu Christi. <sup>9</sup> Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant spiritum  
 sanctum. <sup>10</sup> Cum vidisset autem Simon, quia per impositionem manus Apostolorum  
 daretur spiritus sanctus, obtulit eis pecuniã, dicens: <sup>11</sup> Date & mihi hanc potestatem,  
 vt cuiusque imposuero manus, accipiat spiritum sanctum. Petrus autem dixit ad  
 eum: Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum dei existimasti pecuniã  
 possideri. Nō est tibi pars neque fors in sermone isto. Cor enim tuum non est rectum  
 coram deo. <sup>12</sup> Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua, ] & roga deum, si forte re-  
 mittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis & obligatione ini-  
 quitatis video te esse. Respondens autem Simon dixit: <sup>13</sup> Precamini vos pro me ad do-  
 minum, vt nihil veniat super me horum quæ dixistis. <sup>14</sup> Et illi quidem testificati & lo-  
 cuti verbum domini, redibant Ierosolymam, & multis <sup>15</sup> regionibus ] Samaritano-  
 rum euangelizabant. Angelus autem domini locutus est ad Philippum, dicens: Sur-  
 ge, & vade <sup>16</sup> contra meridianum, ] ad viam quæ descendit ab Ierusalem in <sup>17</sup> Gazam:  
 hæc est deserta. <sup>18</sup> Et surgens abiit. Et ecce vir <sup>19</sup> Æthiops eunuchus ] potens <sup>20</sup> Candacis ]  
 Regina Æthiopum, qui erat super omnes gazas eius, venerat adorare in Ierusalem,  
 & reuertebatur sedens supra currum suum, legensque <sup>21</sup> Isaiam Prophetam. Dixit au-  
 tem spiritus Philippo: Accede, & <sup>22</sup> adiunge te ad currum istum. ] Accurrens autem  
 Philippus, <sup>23</sup> audiuit eum legentem Isaiam Prophetam, & dixit: Putasne intelligis quæ  
 legis? Qui ait: Et quomodo possum, si non aliquis <sup>24</sup> ostenderit mihi? Rogauitque Phi-  
 lippum vt ascenderet, & sederet secum. <sup>25</sup> Locus ] autem scripturæ quam legebat, erat  
<sup>26</sup> hic: ] <sup>27</sup> Tanquam ovis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondente se  
<sup>28</sup> sine voce, ] sic non aperuit os suum. In humilitate <sup>29</sup> iudicium eius sublatum est. <sup>30</sup> Ge-  
 nerationem <sup>31</sup> eius quis enarrabit? Quoniam tolletur de terra vita eius. Respondens  
 autem eunuchus Philippo, dixit: Obsecro te de quo Propheta dicit hoc? De se, an de  
 alio aliquo? <sup>32</sup> Aperiens autem Philippus os suum: & incipiens à scriptura ista, euange-  
 lizauit illi Iesum, Et dum irent per viam, venerunt ad quandam aquam. Et ait Eunuchus:  
 Ecce aqua, <sup>33</sup> quis ] prohibet me baptizari? Dixit autem Philippus: Si credis ex to-  
 to corde, licet. Et respondens, ait: Credo filium dei esse Iesum Christum. Et iussit stare  
 currum. Et descenderunt vterque in aquam, Philippus & Eunuchus, & baptizauit eum.  
 Cum autem ascendissent de aqua, spiritus domini rapuit Philippum, & amplius non  
 vidit eum eunuchus. Ibat autem per viam suam gaudens. Philippus enim inuentus est  
 in Azoto, & pertransiens euangelizabat ciuitatibus cunctis, donec veniret Cæsaream.

† De fac. m. c. 1. Perfon tu.


† De condi. sione. I. q. 1. c. 1. Per Anno. do. 1. c. 1. q. 4. c. 1. Ecclis.

† Ann. do. 1. c. 1.

† 16. 1. c. 1.

Paulus Christum persequens conuersus & baptizatus Christum annuntiat, Iudeorum euadit insidias, & à Barnaba ducitur ad apostolos, Petrus autem Liddæ Aeneam curauit, & Ioppe Tabitham suscitauit.

I X.  
 † Saulus

**A**  <sup>†</sup> Aulis autem adhuc spirans <sup>a</sup> minarum & cædis ] in discipulos domini, accessit ad principem sacerdotum, & petiit ab eo epistolas in Damascum ad Synagogas: vt si quos inuenisset huius viæ viros, ac mulieres, vincetos perduceret in Ierusalem. <sup>b</sup> Et cum iter faceret, contigit vt appropinquaret Damasco. <sup>†</sup> Et subito <sup>b</sup> circumfulsit ] eum lux de cælo: & cadens in terram, audiuit vocem dicentem sibi: <sup>†</sup> <sup>c</sup> Saule, Saule quid me persequeris? Qui dixit: Quis es domine? <sup>b</sup> Et ille: ] Ego sum Iesus, quem tu persequeris. Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Et tremens ac stupens, dixit: Domine, quid me vis facere? Et dominus ad eum: Surge & ingrediere ciuitatem, & <sup>c</sup> ibi ] dicetur tibi, quid te oporteat facere. <sup>b</sup> Viri autem illi qui <sup>d</sup> comitabantur cum eo, ] stabant stupefacti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes. Surrexit autem Saulus de terra, aperitisque oculis <sup>e</sup> nihil ] videbant. <sup>c</sup> Ad manus autem illum trahentes, ] introduxerunt Damascum. Et erat ibi tribus diebus <sup>d</sup> non videns, & non manducauit, neque bibit. Erat autem quidam discipulus Damasci, nomine Ananias. Et dixit ad illum in visu dominus: Anania. At ille ait: Ecce ego domine. Et dominus ad eum: <sup>e</sup> Surge, & vade in vicum, qui vocatur Rectus, & quare in domo Iudæ Saulum nomine Tarsensem: Ecce enim orat. Et vidit <sup>e</sup> per visum ] virum Ananiam nomine introeuntem, & imponentem sibi manus, <sup>f</sup> vt visum recipiat. <sup>c</sup> Respondit autem Ananias: Domine audiui à multis de viro hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis in Ierusalem. Et hic habet potestatem à Principibus sacerdotum, alligandi omnes qui inuocant nomen tuum. Dixit autem ad eum dominus: <sup>†</sup> Vade, quoniam <sup>g</sup> vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus & regibus, & filiis Israel. Ego enim ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Et abiit Ananias, & introiuit in domum, & imponens ei manus dixit: Saule frater, dominus misit me Iesus, qui apparuit tibi in via qua veniebas, vt videas, & implearis spiritu sancto. Et confestim ceciderunt ab oculis eius tanquam squamæ, & <sup>h</sup> visum recepit. ] <sup>d</sup> Et surgens baptizatus est, & cum accepisset cibum, <sup>h</sup> confortatus est. Fuit autem cum discipulis qui erant Damasci per dies <sup>i</sup> aliquot, ] & continuo <sup>g</sup> ingressus in Synagogas ] prædicabat Iesum, quoniam hic est filius Dei. Stupebant autem omnes qui eum audiebant, & dicebant: Nonne hic est qui expugnabat in Ierusalem <sup>i</sup> eos qui inuocabant nomen istud? ] Et huc ad hoc venit, vt vincetos illos duceret ad Principes sacerdotum: Saulus autem multò magis conualefcebat, & confundebat Iudæos qui habitabant Damasci, <sup>i</sup> affirmans quoniam ] hic est Christus. Cum autem implerentur dies multi, consilium fecerunt in vnum Iudæi, vt eum interficerent. Notæ autem factæ sunt Saulo infidiæ eorum. Custodiebant autem & portas die ac nocte vt eum interficerent. <sup>†</sup> Accipientes autem eum discipuli eius nocte, per murum demiserunt eum, submittentes in sporta. <sup>i</sup> Cum autem venisset in Ierusalem, tentabat se iungere discipulis, & omnes timebant eum, non credentes quòd esset discipulus. Barnabas autem apprehensum illum duxit ad Apostolos, & narrauit illis quomodo in via vidisset dominum, & quia locutus est ei, & quomodo in Damasco <sup>i</sup> fiducialiter ] egerit in nomine Iesu. Et erat cum illis intrans & exiens in Ierusalem, <sup>i</sup> fiducialiter agens ] in nomine domini. Loquebatur <sup>†</sup> quoque gentibus, ] & disputabat cum Græcis, illi autem quærebant occidere eum. Quod cum cognouissent fratres <sup>†</sup> deduxerunt eum Cæsaream, & dimiserunt <sup>k</sup> Tarsum. <sup>†</sup> <sup>†</sup> Ecclesia ] quidem per totam Iudæam & Galilæam & Samariam <sup>†</sup> habebat pacem, & ædificabatur ambulans ] in timore domini, & consolatione sancti spiritus <sup>†</sup> replebatur. ] Factum est autem, vt Petrus dum pertransiret vniuersos, deueniret ad sanctos, qui habitabant <sup>†</sup> Liddæ. ] <sup>†</sup> Inuenit autem ibi hominem quandam nomine Æneam ab annis octo iacentem in grabato, qui erat paralyticus. Et ait illi Petrus: Ænea, sanet te dominus Iesus Christus. Surge, & sterne tibi: & continuo surrexit, & viderunt illum omnes qui habitabant <sup>†</sup> Liddæ & Sarónæ, ] qui conuersi sunt ad dominum. In Ioppe autem fuit quædam discipula, nomine Tabitha, quæ interpretata dicitur Dorcas. Hac erat plena

Anno. do. 35.  
† Gala. 1. c  
Infra. 12. a  
Sup. 8. a

† 23. q. 4. c  
Displacet.  
† Infra. 22. b  
1. Cor. 13. b  
2. Cor. 12. a  
Galat. c

† 21. dist. 6.  
Quoduis.  
22. dist. c. a. in  
princip.

† 1. Cor. 11. g  
7. q. 1. c. Ad.  
uerfari.  
2. Cor. 2. d  
Anno do. 38.

† Sup. 3. a

a. Qui minas & cædes spiritabat, quam nō bene ambulabat ecclesiam, non solum affligebat, sed etiam augebat. Gregor.  
1. Minas & cædem.  
[b] Opportunè hic de zelo Pauli dicitur, vt ostendat quod medio zelo uehebatur, nondū fatiatus cæde Stephani, neque per seculione ecclesie impletus ac dispersione, accedit ad principē sacerdotum. Io. Chrysof. ibid.  
2. Circumfulgurauit.  
c. Non dixit: Quid persequeris tenos meos? nec hoc dixit: Quid persequeris mētra meat sed hoc dixit: Quid me persequeris? iam quasi de calcato lingua clamat, Calcasti me, eū utique lingua calcari nō possit, sed per concordiam charitatis caput pro omnibus mēbris clamat. August. serm. de S. Paulo.  
3. Dominus autem dixit.  
4. Ei comites erant itineris.  
5. Neminem.  
6. Sed manu dācentes illum.  
d. Tanta fuit in eo eleuatio mentis in deum, quod vires sensitiua ac vegetatiua à suis actibus fuerint insensente. Dionys. ibid.  
[e. Non continuo quæ esse faciēda monstrauit, sed in ciuitate postmodum audiēda præmonuit, vt tanto post in bonis solidius staret quanto prius solidius euerfus à pristino errore cecidisset. Beda.]  
f. Et cum ipse reddere posset visum videndi, eum tamen ad Ananiam discipulum suum misit vt eius benedictione Saulo re-funderentur oculi quos amiserat. Ambros. de pecc. lib. 1. cap. 7.  
g. Saulus et supbia de sede doctine legalis depositus est: sed mox ob humilitatis subiectionem ad euangelizandam Christi fidem leuatus est. Beda. Cur autē vas electionis dicitur? Nepe quia legis & sanctarum scripturarum armarium. Hier. Paulino.  
7. Et vidit statim.  
h. Cæcatus quippe prostratusque in via capius dei dum fieret, reddito lumine qui fuerat persequens, factus est prædicator. Prosper. de promiss. cap. 37.  
8. Tres.  
9. In synagogis.  
10. Inuocatus in nomine isto.  
11. Conuincens quòd.  
i. Venit autem post tres annos à conuersione sua primo Ierusalem. Conuersus enim Damasci & baptizatus, abiit in Arabiam prædicaturus verbum dei, deinde reuersus Damascū euasit manus Arethæ regis: & inde abiit Ierusalem. Chryf. ibidem.  
12. Liberè & infra.  
13. Liberè loquens.  
k. Tarsus vbi clara Clisicè à Persico Iouis & Danaos filio olim cõditā. Hanc preterfuit Cidnæ fluius admodum frigidus, vt Alexander præ calore in hunc se proiciens, grauisimū incurrere morbum. Tarsenses olim Athenienses & Alexandrinos studiis philosophiz superarunt. Ab ea Paulus est dictus Tarsensis.  
14. Ecclesia.  
15. Habebant pacem, & ædificabantur & ambulabant.  
16. Replebantur.  
17. Liddam.  
18. Liddam & Astaronem.  
1. Lidda ciuitas Palaestina, nunc Diopolis dicta, vna ex decē toparchis, & ordine tertia, nō procul ab Ioppe, à Cæsarea autem quasi mille passus distans. Ioppe autem quæ nunc Iappa vel Iappho aut Zappho oppidum etiā Palaestina in tribu Manasse, toto orbe antiquissimum, vt Solino placet, à Iaphet filio Noe cõditū, vel vt alij volunt, ab Ioppe Acoli filii vocis. Cephas propheta scriptoribus ab Andromeda helius. marina expofita, & à Persico liberata celebratur. Altera est Phenicia, quam Traianus nomine Vespasiani cepit & vastauit.

Im. Sancti cum per fragilitatem naturae delinquit, quasi in diebus bonorum operum subita infirmitate occumbunt. Sed cum mox lacrymis infundunt, spem recuperandae sanioris ac virtutis ascendunt: sanctorum auxilia invocant & bona intermissa recogitant, faciente quod sequitur, quae eum lauisse &c. quae de Petri vocatione, & eleemosynarum Dorcasis ostensione narratur. Glosa ordinata ibi.]

19. Grauatetur venire vsque ad eos.

\* Cum esset cum.

n. Cum iam omnibus & operationis & vitae renuntiauerit officii, stantes accurrunt viduae pauperes aggregantur, tunicas & vestes quas faciebat illis Dorcas caelo ostendente conueniunt dei, testimonia meritorum clamant, defuncta operatrice vox operum bona quae in seculo gesserat consequuntur & reuoluntur, rediensque de loco mortis ad vitam praesentiam. Euseb. Emif. de initio quadrag. hon. i. u.

\* Suos.

20. In dominum.

a. Cum igitur iam passim per omnes etiam gentium populos profusus esset daretur diuina dignatio, primus Cornelius apud Caesarem Palaestinae urbem maximam cum omni domo sua ad fidem Christi Petro ministrante perducitur. Euseb. Eccl. hist. lib. 2. cap. 3.

b. Caesarea haec Palaestina dicitur, olim Iudaeis Stratonis, ab Herode in honorem Caesaris instaurata, sita inter Ioppe & Ptolemaem ad mare, sexcentis stadiis ab Ierusalem distans. Altera est Caesarea Philippi, à Philippo Herodis fratre instaurata, de qua Iudica. 8. per totum.

c. Hic continuo describitur vocationis Petri, dicens. Et cum discessisset angelus disparando ab eo. Nam sicut in potestate angelus est formare corpus ut appareat, ita dissoluere ut non appareat, vel eum transferre in alterum locum ut non appareat. De Lyra.]

d. Ac vultus gustare cibum.

e. Apertio oculi reuelatio est sacramentorum caelestium proximo futura gentibus. Designatur enim in hoc caelos gentibus esse apertos. Beda ibid.

\* Ad se.

\* Alligatum.

2. Terra, bestiaeque & reptilia.

e. Cum ergo illum discedum videret alienatus à corporeis sensibus, & illas voces, manduca & manduca, & quae deus mandauit, tu cogitaueris ne dixeris in spiritu audiebatur. Redditus autem corporis sensibus, id ipsum quod visum atque auditum memoria tenuerat, in eodem spiritu cogitando cernebat. Quae omnia non corporalia, sed corporali imagine erant, siue cum ipsa alienatione visae sunt, siue cum postea recordatae atque cogitatae. August. de Genesi ad literam lib. 12. cap. 11.

3. Qui equum.

f. Hoc dicitur de his quae lex communia dicitur & immunda. Sed quinquagesimo de gentium vocatione ne subobscure sermo fuerit, ne eos qui in preputio fuerant, communes aut immundos esse dicerent. Petri autem sermo homines non designabat, sed ea quae in lege interdicta erant. Occur. ibid. e.

4. Quae deus purificauit, tu communita.

5. Rursum.

g. Quia ergo humiliari sibi plus quam debuit proximum vidit, ne vltis humanitatis meras metus inueneret, se hominem esse recognouit, quatenus illi sibi honoris elationem frangeret, ex considerata aequalitate conditionis. Gregor. moral. lib. 21. cap. 11.

\* Nam.

6. Quid nefas est.

7. Athetere alienigenae.

8. Vel nullum.

9. Indubitato.

operibus bonis & eleemosynis quas faciebat. Factum est autem in diebus illis, ut infirmata moreretur. Quam cum lauisset, posuerunt eam in cenaculo. Cum autem prope esset Lidda ab Ioppe, discipuli audientes quia Petrus esset in ea, miserunt duos viros ad eum, rogantes, ne pigriteris venire vsque ad nos. Exurgens autem Petrus, venit cum illis. Et cum aduenisset, duxerunt illum in cenaculum, & circumsteterunt illum omnes viduae stantes, & ostendentes ei tunicas & vestes quas faciebat illis Dorcas. Eiectis autem omnibus foras, Petrus ponens genua orauit: & conuersus ad corpus dixit: Tabitha surge. At illa aperuit oculos, & visis Petro resedit. Dans autem illi manum erexit eam, & cum vocasset sanctos & viduas assignauit eam viuam. Notum autem factum est per vniuersam Ioppen, & crediderunt multi in domino. Factum est autem ut dies multos moreretur in Ioppe apud Simonem quendam coriarium.

*Cornelius apud Caesarem super vocatione sua certior factus Petrum accersit, qui post visionem à caelo accedens, ipsum cum familia longum post sermonem baptizauit. X.*



**V**tr autem quidam erat in Caesarea nomine Cornelius, Centurio cohortis quae dicitur Italica, religiosus ac timens deum, cum omni domo sua, faciens eleemosynas multas plebi, & deprecans deum semper. Is vidit in visu manifeste, quasi hora diei nona, angelum dei introentem ad se, & dicentem sibi: Cornelie. At ille intuens eum, timore correptus dixit: Quis es domine? Dixit autem illi: Orationes tuae & eleemosynae tuae ascenderunt in memoriam in conspectu domini. Et nunc mitte viros in Ioppen, & accerse Simonem quendam, qui cognominatur Petrus. Hic hospitatur apud Simonem quendam coriarium, cuius est domus iuxta mare. Hic dicet tibi, quid te oporteat facere. Et cum discessisset angelus qui loquebatur illi, vocauit duos domesticos suos, & militem timentem dominum ex iis qui illi parebant. Quibus cum narrasset omnia, misit illos in Ioppen. Postera autem die iter illis facientibus & appropinquantibus ciuitati, ascendit Petrus in superiora, ut oraret, circa horam sextam. Et cum esuriret, voluit gustare. Parantibus autem illis, cecidit super eum mentis excessus. Et vidit caelum apertum, & descendens vas quoddam velut linteum magnum, quatuor initiis submitti de caelo in terram, in quo erant omnia quadrupedia & serpentina terrae, & volatilia caeli. Et facta est vox ad eum: Surge Petre, occide & manduca. Ait autem Petrus: Absit domine, quia nunquam manducaui omne commune & immundum. Et vox iterum secundo ad eum: Quod deus purificauit, tu commune ne dixeris. Hoc autem factum est per Ier. Et statim receptum est vas in caelum. Et dum intra se haesitaret Petrus quidnam esset visio quam vidisset, ecce viri qui missi erant à Cornelio inquirentes domum Simonis, adstiterunt ad ianuam. Et cum vocassent, interrogabant, si Simon qui cognominatur Petrus illic haberet hospitium. Petro autem cogitante de visione, dixit spiritus ei: Ecce, viri tres quaerunt te. Surge itaque & descende, & vade cum eis, nihil dubitans, quia ego misi illos. Descendens autem Petrus ad viros, dixit: Ecce, ego sum quem quaeritis. Quae causa est propter quam venistis? Qui dixerunt: Cornelius Centurio, vir iustus, & timens deum, & testimonium habens ab vniuersa gente Iudaeorum, responsum accepit ab angelo sancto, accersiri te in domum suam, & audire verba abs te. Introducens ergo eos recepit hospitio. Sequenti autem die surgens, profectus est cum illis, & quidam ex fratribus ab Ioppe comitati sunt eum. Altera autem die introiuit Caesarem. Cornelius vero expectabat illos, conuocatis cognatis suis & necessariis amicis. Et factum est cum introisset Petrus, obuius venit ei Cornelius, & proci dens ad pedes eius, adorauit eum. Petrus vero eleuauit eum, dicens: Surge, & ego ipse homo sum. Et loquens cum illo intrauit, & inuenit multos, qui conuenerant, dixitque ad illos: Vos scitis quomodo abominatum sit viro Iudaeo coniungi aut accedere ad alienigenam. Sed mihi ostendit deus neminem commune aut immundum dicere hominem, propter quod sine dubitatione veni accersitus. Interrogo ergo quam

† 1. q. 1. Te. ca. i.

† 2. q. 7. c. Non omnes. Di. 26. D. un. de.

† Tob. 12. c. 26. dist. 44. Deinde. 9. c. Non omnes. De cons. di. 4. Non dubi. to.

† Infr. q. 4.

† Luc. 2. d.



quam ob causam accersisti me. Et Cornelius ait: h Antudius quarta die vsque ad hanc horam<sup>10</sup> orans etiam hora nona ] in domo mea, & ecce vir stetit ante me in veste candida, & ait Corneli, exaudita est oratio tua, & eleemosynarum commemorata sunt in conspectu dei. Mitte ergo in Ioppen & accersi Simonem\* qui cognominatur Petrus, hic hospitatur in domo Simonis coriatij iuxta mare. \* Confestim ergo misi ad te, & tu benefecisti veniendo. Nunc ergo omnes<sup>11</sup> in conspectu tuo ] assumus, audire omnia quaecunque tibi precepta sunt a domino. <sup>12</sup> Aperiens autem Petrus os suum dixit: In veritate comperi, <sup>13</sup> quia non est personarum acceptor deus, sed in omni gente <sup>14</sup> qui timet eum & operatur iustitiam, <sup>15</sup> acceptus est illi. <sup>16</sup> Verbum misit deus filiis Israel annuntians pacem per Iesum Christum, hic est omnium dominus. Vos scitis quod factum est verbum per vniuersam Iudaeam. Incipiens enim a Galilaea post baptismum quod predicauit Ioanes, Iesum a Nazareth quomodo <sup>17</sup> vnxit eum deus spiritu sancto & virtute, qui pertransiit benefaciendo & sanando omnes oppressos a diabolo, quoniam deus erat cum illo. <sup>18</sup> Et nos testes sumus omnium quae fecit in regione Iudaeorum & Ierusalem quem occiderunt <sup>19</sup> suspendentes ] in ligno. <sup>20</sup> Hunc deus suscitauit tertia die, & dedit eum manifestum fieri, <sup>21</sup> non omni populo, sed testibus praordinatis a deo, nobis qui manducauimus & bibimus cum illo postquam resurrexit a mortuis. <sup>22</sup> Et precepit nobis predicare populo & testificari, quia ipse est qui constitutus est a deo, iudex viuorum & mortuorum. <sup>23</sup> Huic omnes Prophetae testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum. Adhuc loquente Petro verba haec, cecidit spiritus sanctus super eos qui audiebant verbum. Et obstupuerunt <sup>24</sup> ex circumcisione fideles <sup>25</sup> qui ] venerant cum Petro, <sup>26</sup> quia & in nationes gratia spiritus sancti effusa est. Audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes deum. Tunc respondit Petrus: Nunquid aquam quis prohibere potest vt non baptizentur ij qui spiritum sanctum acceperunt, sicut & nos? <sup>27</sup> Et iussit eos baptizari in nomine domini Iesu Christi. Tunc rogauerunt eum, vt maneret apud eos aliquot diebus.

† Pent. 10. d  
2. Para. 19. c  
Iob. 34. b  
Sup. 6. b  
Ecl. 35. b  
Rom. 2. b  
Eph. 6. b  
Col. 3. d  
1. Pet. 1. c  
Iaco. 2. b  
Gala. 2. b  
† De 12. vene.  
c. 1. 4. Vnde  
in vertic.  
† Sup. 1. a  
† Sup. 2. b

† Here. 31. f.  
Mich. 7. d

Sup. 8. d

† De consec.  
1. 4. ca. eos.  
De bap. c. 1.

*Disputantibus Iudaeis conuersis aduersus Petrum quod diuerterentur discipuli ad gentes, narrauit Petrus visionem: Agabus tunc propheta futuram famam vniuersam praedicit.*

XI.

**A** Vdierunt autem Apostoli & fratres qui erant in Iudaea, quoniam & gentes receperunt verbum dei. <sup>2</sup> Cum autem ascendisset Petrus Ierosolymam, disceptabant aduersus illum qui erant ex circumcisione, dicentes: <sup>3</sup> Quare introisti ad viros praeputium habentes, & manducaisti cum illis? Incipiens autem Petrus exponebat illis ordinem, dicens: <sup>4</sup> Ego eram in ciuitate Ioppe orans, & <sup>5</sup> vidi in excessu mentis <sup>6</sup> meae ] visionem, descendens vas quoddam velut linteam magnum quatuor initiis <sup>7</sup> submitti ] de caelo, & venit vsque ad me. In quod <sup>8</sup> intuens ] considerabam, & vidi quadrupedia terra & bestias & reptilia & volatilia caeli. <sup>9</sup> Audiui autem & vocem dicentem mihi: <sup>10</sup> Surge Petre, occide & manduca. Dixi autem: Nequaquam domine, quia <sup>11</sup> commune aut immundum nunquam introiuit in os meum. <sup>12</sup> Respondit autem <sup>13</sup> vox secundum de caelo. Quae deus mundauit, tu ne <sup>14</sup> commune ] dixeris. Hoc autem factum est <sup>15</sup> per ter, ] & recepta sunt omnia rursum in caelum. Et ecce viri tres confestim astiterunt in domo in qua eram, missi a Caesarea ad me. Dixit autem spiritus mihi, vt irem cum illis, nihil haesitans. Venerunt autem mecum & sex fratres isti, & ingressi sumus in domum viri. Narrauit autem nobis quomodo vidisset angelum in domo sua <sup>16</sup> stantem, ] & dicentem sibi: Mitte in Ioppen, <sup>17</sup> & accersi Simonem qui cognominatur Petrus, qui loquetur tibi verba <sup>18</sup> in quibus ] saluus eris tu & vniuersa domus tua. <sup>19</sup> Cum autem coepissem loqui, cecidit spiritus sanctus super eos, sicut & in nos in initio. Recordatus sum autem verbi domini, <sup>20</sup> sicut dicebat, ] <sup>21</sup> Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto. <sup>22</sup> Si ergo eadem gratiam dedit illis deus, sicut & nobis qui credidimus in dominum Iesum Christum,

† 2. q. 7. c. The.  
flor. & seq.

† Sup. 10. a

† 11. q. 2. c. In.  
quedores.

† Iuan. 1. b  
Sup. 1. a  
Iust. 9. a  
Mart. 3. c  
Marc. 1. b  
Luc. 3. e

h. Multum decebat illum exaudiri, qui infantiam deprecandi tribus horis concinans, a Iuxta petra lebat ad nonam. Quo tempore dicit ipse quod rogabat, pro totius mundi salute extensis in cruce manibus orabat. Beda. ibi. 10. Etiam ieiunans, & nona hora orans.  
\* Qui vbi aduenerit loquetur tibi.  
11. Coram deo.  
[i. Hic describitur Cornelij conuersio, & eorum qui cum eo erant. Quae facta est per praedicationem Petri, ideo dicitur: Aperiens Petrus os suum, incipiens a iustitia & bonitate diuina. De Lyra. ]  
k. Hoc est, dignus est vt assumatur & acceptetur. Oportet igitur & ante opera lucere fidem, & fidei pedissequa esse opera, & ne quis solum propter sterilitatem, & neque opera propter incredulitatem vituperet. Chryso. l. Non vique oleo visibili, sed dono gratiae, quod visibili significatur unguento, quo baptizatos ungit ecclesia. Nec tamen tunc visus est, quando super eum baptizatum velut colubula descendit, sed quando verbum caro factum est, id est, quando humana natura sine viliis praecedentibus bonorum operum meritis dei verbo est in vtero virginis copulata. August. de trim. lib. 15. cap. 26.  
12. Suspendens.  
m. Hoc est opus ordinatissimum aeternae sapientiae dei processus, vt supernaturalia non omnibus immediate reuelentur, sed primo quibusdam electis, atque maius, & per illos ceteris. Dionys. ibidem.  
\* Qui erant.  
13. Quatuor.  
n. Quoniam non est effusa, sed gratia domini eius propter hoc vt demonstrarentur quod hoc quod effunditur, non sit spiritus dei gratia. Vnde dicebat David: Diffusa est gratia in labiis tuis. Chryso. ibidem.

a. Petrus a Iudaeis arguitur, eum cum Gentibus communicasse, & eam illis manducaisse, quasi contra legem fecisset, quibus singulis ordinatim exposuit, seque excusando reuelauit eis qualem habuisset visionem in Ioppe, per quam deus sibi monstrauit vt faceret ita, & angelus id ipsum admonuisset. Dionys. ibid.  
b. Satis apparat visionem corporalem referri ad spiritalem, eamque spiritalem referri ad intellectualem. Aug. de Genesi ad litteram, lib. 12. cap. 11.  
1. Demittit.  
2. Intrentis oculis.  
c. Narrat quae necessaria essent ad excusationem, alia vero obicit, ratione vero omnem reddidit. nec vult doctoris auctoritate vti: sciebat enim quia quod modestius loqueretur, hoc magis eis praeferret. Chryso. ibidem.  
\* Omne.  
\* Mihi.  
3. Communia.  
4. Tertio.  
5. Missum.  
\* Vicos.  
6. Per quam.  
d. Deus rem omnem effecit, deus baptizauit, non ego. Nam dum adhuc loquerer, illapsus est in illos spiritus sanctus, & loquebantur linguis, & magnificabant deum. Oecum. ibid.  
7. Quod dixit.

[e. Glorificauerunt Deum, gratias agēdo de hoc quod gratiam extendere ad Gētilēs dicentes. Ergo & Gentibus dedit rēpos & locum penitentiā. De Lyra. ibidem.]  
 8. Nota propter Stephanum.  
 f. Phœnicē vel Phœnicia, regio maioris Asiæ, & pars Syria propinqua Iudæa. Cuius partes sunt Samaria, Galilæa, & aliæ complures.  
 g. Cyprus insula in Carpathio, vel Cilicio mari Syriae, & Cilicis opposita.  
 h. Antiochia ciuitas Cælo Syriae, in qua Paulus & Barnabas orinatur sunt. Est autem altera Antiochia in Pisiā.  
 i. Qui credidit.  
 io. Emiserunt Barnabā vt iter.  
 i. Per discipulos autem sub persecutione Stephani dispersos apud Antiochiam florētissima cōgregatur ecclesia, in qua erāt etiam prophetici ordinis viri quamplurimi, cum quibus & Barnabas & Paulus ibi primum discipuli, velut peregrini fonte sumpto vocabulo appellati sūt Christiani. Euseb. histo. eccle. lib. 2. cap. 3.  
 \* Factum est v̄r̄ ipsi.  
 \* Casare (quarto videlicet eius anno: qui fuit annus do. 46.  
 11. Quisquis.  
 [k. Sciebant in Iudæa, & maxime Ierosolymis famem acris sonitū, ubi erant pauperes sanctorum, qui rebus suis domib⁹ & agris venditis precia Apollolis derolant. Glos. in d. ibid. post Becliam.]

ego quis eram, qui possem prohibere deum? His auditis tacuerunt, & glorificauerunt deum, dicentes: Ergo & gentibus pœnitentiā dedit deus ad vitam. Et illi quidem qui dispersi fuerant à tribulatione<sup>s</sup> quæ facta fuerat sub Stēphano, ] perambulauerūt vsque<sup>f</sup> Phœnicen & <sup>g</sup> Cyprum & <sup>h</sup> Antiochiā, nemini loquentes verbum, nisi solis Iudæis. Erant autem quidam ex eis viris Cyprij & Cyrenæi, qui cum introissent Antiochiam, loquebantur— & ] ad Græcos annuntiantes dominum Iesum. Et erat manus domini cum eis, multūque numerus<sup>9</sup> credentium ] conuersus est ad dominum. Peruenit autem sermo ad aures Ecclesiæ quæ erat Ierosolymis super istis, & <sup>io</sup> miserunt Barnabam vsque ad ] Antiochiā. <sup>i</sup> Qui cum peruenisset & vidisset gratiam dei gauisus est, & hortabatur omnes in proposito cordis permanere in domino, quia erat vir bonus & plenus spiritu sancto & fide, & apposta est multa turba domino. Profectus est autem Tharsum, vt quæreret Saulum, quem cum inuenisset, perduxit Antiochiā. \* Et annum totum conuersati sunt ibi in Ecclesia: & docuerunt turbam multam, ita vt cognominarentur primum Antiochiæ discipuli, Christiani. † In his autem diebus superuenerunt à Ierosolymis Prophetæ Antiochiam, & surgens vnus ex eis nomine Agabus significabat per spiritum famam futuram in vniuerso orbe terrarum, quæ facta est sub Claudio. \* Discipuli autem prout<sup>11</sup> quis ] habebat, proposuerunt in ministerium mittere<sup>k</sup> habitantibus in Iudæa fratribus, quod & fecerūt mittentes ad seniores per manus Barnabæ & Sauli.

*Herodes in Apostolos sciens Iacobum occidit, & Petrum carceri mancipauit, qui ab angelo eductus & societati redditus est: Herodes autem Casarea agens ab angelo percussus occubuit.*  
 XII.

a. Is enim qui obtulerat est iudicatus ad martyrium, motus etiā ipse, cōfessus est se esse Christianum. Ducti sunt autē ambo ad supplicium, & cō ducerēt in via, rogauit Iacobum sibi dare remissionē. At ille, Pax, inquit, tibi, & oculus est eum. Et ita ambo simul capite plexi sunt. Euseb. Eccl. histo. ca. 9. lib. 2.  
 1. Adiecit vt apprehenderet.  
 b. Quod si Petrus oratio Ecclesie proficit, & columnam illam ac stabilimē nostræ religionis carere liberauerit, cur eius vim tu contemnis ac negligis Chryf. ibidem.  
 2. Prolixia.  
 c. Dixit autem lumen resulsit, vt & videret & audiret Petrus, nec phanasma esse existimaret. Quod verò ait: Velociter, nō multum est, sed Iudæis eundem non esse. Vide autem qualia operantur Iudæi in diebus Azymorum. Oecum. ibid.  
 3. Subliga sandalia tua.  
 4. Verum esse.  
 [d. Fortitudo enim carceris & diligens custodia fecerunt sibi imaginationem de eadē dī impotētia, propter quod rem gestam somnium existimabat. De Lyra.]  
 5. Vel visionem.  
 e. Non tunc quando in carcere eram. Reuera enim stupor erat illi cū in carcere esset, nec sciebat quid ageret. Chryf. ibid.  
 6. Ostium vestibuli.  
 f. In omnibus vitur Petrus stylo ornato & eleganti, & frequenter difficilis semperque sanctētia pleno. Dion.  
 7. Vestibulum, & infra.  
 g. Quod vniūquisque nostrum habeat angelum & in libro patris, & in multis sacre scripturæ locis inuenitur. Nam & dominus de patulis, Angeli, inquit, eorum semper vidē facie patris mei. Et Iacob de se loquitur, Angel⁹ qui eruit me de cūctis malis. Et hic discipuli angelum Anasoli Petri venisse credebant. Beda ibid.  
 h. Herodes autem debebat ex illis diuinam admirari potētiā, quæ Petrum etiā ex medijs eripuit periculis: adorareque eum qui tūc potuisset. Chryf. ibid.

**E**odem autem tempore misit Herodes rex manus, vt affligeret quosdam de Ecclesia: Occidit autem<sup>a</sup> Iacobum fratrem Ioannis gladio, videns autem quia placeret Iudæis, apposuit apprehendere ] & Petrum. Erant autē dies azymorum. Quem cum apprehendisset, misit in carcerem, tradēnsque quatuor quaternionibus militum ad custodiendum, volens post pascha producere eum populo. Et Petrus quidem seruabatur in carcere: <sup>b</sup> † oratio autē fiebat <sup>2</sup> sine intermissione ] ab Ecclesia ad deum pro eo. Cum autem producturus eum esset Herodes, in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vincus catenis duabus, † & custodes ante ostium custodiebant carcerem. Et ecce angelus domini adstetit, <sup>c</sup> & lumen resulsit in habitaculo, percussōque latere Petri excitauit eum, dicens: <sup>3</sup> Surge velociter. Et ceciderūt catenæ de manibus eius. Dixit autem angelus ad eum: Præcingere, & <sup>3</sup> calcea te calligas tuas. ] Et fecit sic. Et dixit illi: circunda tibi vestimentū tuum, & sequere me. Et exiens sequebatur eum, & nesciebat <sup>4</sup> quia verum est ] quod fiebat per angelum. <sup>d</sup> Existimabat autem se <sup>5</sup> visum ] videre. Transentes autem primā & secundam custodiam, venerunt ad portam ferream, quæ ducit ad ciuitatem, quæ vltro aperta est eis. Et exeuntes processerunt vicum vnum: & continuō discessit angelus ab eo. Et Petrus ad se reuersus, dixit: <sup>e</sup> Nūc scio verē, quia misit dominus angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum. <sup>f</sup> Considerānsque, venit ad domum Mariæ matris Ioannis, qui cognominatus est Marcus, ubi erant multi congregati & orantes. Pulsante autem eo <sup>6</sup> ad ostium ianuæ, ] processit puella ad videndum, nomine Rhode. <sup>f</sup> Et vt cognouit vocē Petri, præ gaudio non aperuit <sup>7</sup> ianuam, ] sed intro currens nuntiavit stare Petrum ante ianuam. At illi dixerunt ad eam: <sup>†</sup> Infans. Illā autem affirmabat sic se habere. Illi autem dicebant: <sup>8</sup> Angelus eius est. Petrus autem perseuerabat pulsans. Cum autem aperuissent ostium viderunt eum, & obstupuerunt. Annuens autem eis manu vt tacerent, narrauit quomodo dominus eduxisset eum de carcere. Dixitque: Nuntiate Iacobo & fratribus hæc. Et egressus, abiit in alium locum. Facta autem die, erat non parua turbatio inter milites quidnam factum esset de Petro. <sup>h</sup> Herodes autem cum requisisset eum, & non inuenisset, inquisitione facta de custodibus, iussit eos duci: descendēnsque à Iudæa in Casarem,

† Infans

A. Ando. 44.

† Eccl. 8. e. Luc. 11. a. 21. d. Col. 1. a. Theof. d.

† Sup. d. Iust. 16. e. Luc. 1. b.

† Inf. 2. f.

farèam, ibi commoratus est. Erat autem iratus Tyriis & Sidoniis. At illi vnanimis venerunt ad eum, & persuaso Blaſto, qui<sup>8</sup> erat super cubiculum] Regis, postulabant pacem, eo quòd alerentur regiones eorum<sup>9</sup> ad illo. ]<sup>h</sup> Statuto autem die Herodes vestitus veste regia, sedit pro tribunali, & cõcionabatur ad eos. Populus autem acclamabat<sup>10</sup> dei voces, ] & non hominis. Confestim autem percussit eum angelus domini, eo quòd non dedisset<sup>11</sup> honorem] deo: &<sup>12</sup> consumptus] à vermibus, i expirauit. Verbum autè domini crescebat & multiplicabatur. Barnabas autè & Saulus reuersi sunt à Ierosolymis \* expleto ministerio, assumpto Ioanne qui cognominatus est Marcus.

Ann. do. 46.

Paulus & Barnabas à deo ad gentes vocati, in Cypro & Antiochia assidue Christum annuntiant, vnde Iudæi aduersus eos persecutionem concitauerunt. X III.

**B**Rant autem in Ecclesia quæ erat Antiochiæ, Prophetæ & doctores, in quibus<sup>a</sup> Barnabas & Simon qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenensis, & Manahen qui erat Herodis Tetrarchæ collectaneus, & Saulus. Ministrantibus autem illis domino, & ieiunantibus, dixit<sup>b</sup> illis] spiritus sanctus: † Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad quod<sup>c</sup> assumpsi<sup>d</sup> eos. Tunc ieiunantes & orantes, imponentesque eis manus, dimiserunt illos. Et ipsi quidem missi à spiritu sancto, abierunt Seleuciam, <sup>e</sup> & inde nauigauerunt Cyprum. Et cum venissent Salamînam, prædicabant verbum dei in Synagogis Iudæorum. Habebant autem & Ioanem in ministerio. Et cum perambulassent vniuersam insulam vsque<sup>f</sup> Paphû, inuenerunt quendam virum magum Pseudopphetam, Iudæum, cui nomen erat <sup>g</sup> Bariu, ] qui erat cum Proconsule Sergio Paulo viro prudente. <sup>h</sup> Hic accersitis Barnaba & Paulo, desiderabat audire verbum dei. † Resistebat autem illis Elymas Magus, (sic enim interpretatur nomen eius:) quærens auertere Proconsulem à fide. Saulus autem qui & Paulus: <sup>i</sup> repletus spiritu sancto intuens in eum, dixit: O plene omnidolo, & omni<sup>j</sup> fallacia, ] fili diaboli, inimice omnis iustitiæ, non desinis subuertere vias domini rectas? Et nunc ecce manus domini super te, & eris cæcus, non videns solem vsque ad tempus. Et confestim cecidit in eum caligo & tenebræ, & circueiens querebat qui<sup>k</sup> ei manum daret. ] Tunc Proconsul cum vidisset factum credidit admirans super doctrina domini. <sup>l</sup> Et cum à Papho nauigassent Paulus & ] qui cum<sup>m</sup> eo] erant, venerunt Pergen Pamphiliæ. Ioannes autem descendens ab eis, reuersus est Ierosolymam. Illi verò<sup>n</sup> pertranseuntes Pergen, ] venerunt<sup>o</sup> Antiochiam Pifidiæ, & ingressi<sup>p</sup> Synagógam die sabbatorum, sederunt. <sup>q</sup> Post lectionem autem legis & prophetarum, miserunt principes Synagogæ ad eos, dicentes: Viri fratres, si quis est in vobis sermo exhortationis ad plebem, dicite. Surgens autem Paulus, & <sup>r</sup> manu silentium indicens, ] ait: Viri Israelitæ, & qui timetis deum, audite. Deus<sup>s</sup> plebis Israel] elegit patres nostros, & plebem exaltauit † cum essent<sup>t</sup> incolæ] in terra Ægypti, † & in brachio excelso eduxit eos ex ea, † & per quadraginta annorum tempus mores eorum sustinuit in deserto. † Et destruens gentes septem in terra Chanaan, fortè distribuit eis terram eorû, <sup>u</sup> quasi post quadringentos & quinquaginta annos † & post hæc ] dedit iudices vsque ad Samûel Prophetam. † Et inde postulauerunt Regem: † & dedit illis Saul filium <sup>v</sup> Cis, virum de tribu Benjamin, annis<sup>w</sup> quadraginta. † <sup>x</sup> Et amoto illo suscitauit illis Dauid Regem: cui testimonium perhibens dixit: † <sup>y</sup> Inueni Dauid filium Iesse, virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas. Huius deus ex semine, † secundum promissionem, eduxit Israeli Saluatorem Iesum, † prædicante Ioanne ante faciem aduentus eius baptismum pœnitentiæ omni populo Israel. Cum impleret autem<sup>z</sup> cursum suum, dicebat: Quem me arbitramini esse, non sum ego, † sed ecce venit post me, cuius non sum dignus calceamenta pedum soluere. Viri fratres, filij generis Abrahæ, & qui in vobis timent deum, vobis verbum salutis huius missum est. Qui enim habitabant Ierusalem & principes eius hunc<sup>aa</sup> ignorantes, ] <sup>ab</sup> & voces Prophetarum quæ per omne sabbatum leguntur, iudicantes impleuerunt. Et nullam causam mortis inuenientes in eo. † petierunt à Pilato, vt interficerent eum. <sup>ac</sup> Cùmque consummassent

† 79. dist. Quod dicit.

† 11. q. 4. ca. Quod Christus.

† Psa. 94. c. † Exod. 13. d. † Exod. 16. a.

† Ios. 14. a.

† Iudic. 3. b.

† 1. Reg. 8. a. † 1. Reg. 9. c. 10. a. † Psa. 88. b. † 1. Reg. 16. c.

† Isa. 11. a. † Matt. 3. a. Marc. 1. a. Luc. 3. a. Ioh. 1. c. † Matt. 3. b. Ios. 11. d.

† Matt. 27. c. Marc. 15. b. Luc. 23. c. Ios. 19. c. Sup. 3. c.

8. Præerat cubiculo. 9. A regia. h. Hoc est, die secunda celebratis pœnitentiis mane in theatrum amicum veste tota ex argenteo mirabili opere contexta, que radiis exortitibus solis pœnitentiis, & diuinis quendam fulgoris emittens, veneratione cum honore incutiebatur spectantibus: moxque adulatorum perniciosi alius aliud acclamantes deum consulabatur, &c. Ioseph. Antiq. Iudæi, li. 19. ca. 8. 10. Vox dei. 11. Gloriam. 12. Erosus. 1. Anno 7. sui regni, relictoque filium Agrippam, & Drusillum, Herennicæ & Mariannæ filias, \* In Antiochiam.

a. Barnabas Cyprius genere, qui & Ioseph Leuiticus, cui Paulo genitum Apollolus ordinatus, vnam ad ecclesiam quædam in egypto fuit epistola, quæ inter apocryphas scripturas legitur. Hieron. in vita scripto ecclesiast. 1. Vocauit. b. Seleucia à Seleuco Nicanore rege Syriæ cũ Laodicea, Antiochia & Apamia condita, Syriæ ciuitas ab Antiochia 15. miliaribus distans, in promontorio sita, ad quæ vsque peruenit Daphne nemus, agri etiâ habet optimi. c. Paphus vltima est exiuitas Cypri ad occidentem, sicut Salamina postrema ad orientem: vt intelligas Paulum totam Cypri insulam peragrassè. d. Barieus, vel Barieus. e. Præmissis quoque dicens, Plenus spiritu sancto, quo ostendit Pauli verba non ex ira esse, quæ ad Elymam magum locutus est. Neque enim pœnitentiis verba hæc erant, sed conuertere nitentis. Nam si pœnitentiis fuissent, fecisset eum semper esse cæcum, nunc autem non hoc facit, sed vsque ad tempus, vt Proconsulem in suam sententiam adduceret. Occum. ibid. 1. Verfusia. 4. Eum manu ducerent. 5. Deducit autem à Papho. 6. Paulo. 7. Transeuntes à Pergè. 8. Antiochia duplex, vt supra ca. 11. Altera in Syriæ siue Cæsariæ, in qua discipuli primo appellati sunt Christiani: quæ prius Reblata dicebatur. Altera de qua nunc meminit, quæ & Antiochia Pifidia metropolis est: & est Pifidia regio Asiæ minoris, cuius populi olim dicti sunt Solymi. Plin. lib. 5. 8. Manu cœcutis vel annuens. 9. Populi huius. 10. Peregrini. 11. f. Et post hæc quasi quadringentis quinquaginta annis, qui à natiuitate Isaac supputandi sunt, vsque ad 9. annu Iosue, in quo deletis regibus, terra Chanaan filijs Israel distribuit. g. Hoc autem intelligendū est, tam ipse Iosus, q̄ cum Samuele & Dauide. h. Cum ergo præficeret deus cũ peccatoribus, & peccata sua pia humilitate & sincera pœnitentia deleterunt, cur nõ diceret: Inueni Dauid secundum cor meum: cui non erat imputaturus peccatum tam multa bona facientis, & cum tanta pietate uiuentis, & ipsa pietate pro peccatis suis beneficiis cõtriti spiritus offerret? Propter hæc omnia verisimile dictum est: Inueni Dauid secundum cor meum. Quia licet secundum cor dei non esset quod ille peccauit, tamen secundum cor dei fuit, quod pro peccatis suis congrua pœnitentia satisfecit. Aug. de 8. quæst. Dulcibus, quæst. 5. \* Ioannes. 12. Ignorauerunt. 1. At quomodo ignorare poterunt, cum Ioannes illis dixerit? Quia dixerunt, cum propheta illis ignorantis perpetuo element Chryl. ibid.

omnia quæ de eo scripta erant, deponentes eum de ligno, posuerunt eum in monumento. <sup>k</sup> Deus autem suscitauit eum à mortuis tertia die: qui visus est per dies multos, iis qui simul ascenderant cum eo de Galilæa in Ierusalem, qui vsque nunc sunt testes eius ad plebem. Et nos vobis annuntiamus <sup>l</sup> eam quæ ad patres nostros re promissio facta est: ] quoniam hanc deus adimpleuit filiis <sup>14</sup> vestris, ] resuscitans Iesum, sicut & in Psalmo secundo scriptum est: <sup>†</sup> Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quod autem suscitauit eum à mortuis, amplius iam nõ reuersurum in corruptionem, ita dixit: <sup>†</sup> Quia dabo vobis sancta Dauid fidelia. Ideoque & aliàs dicit: <sup>†</sup> Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Dauid enim in sua generatione cum administrasset voluntati dei, <sup>†</sup> dormiuit, & appositus est ad patres suos, & vidit corruptionem. <sup>†</sup> Quem verò deus suscitauit à mortuis, non vidit corruptionem. Notum igitur sit vobis viri fratres, quia per hunc vobis remissio peccatorum annuntiatur ab omnibus, quibus non potuistis in lege Moyfi iustificari. In hoc omnis, qui credit, iustificatur. Videte ergo ne superueniat vobis quod dictum est <sup>m</sup> in Prophetis. <sup>†</sup> Videte contemptores & admiramini & disperdimini: quia opus operor ego in diebus vestris, & opus ] quod non <sup>15</sup> creditis, ] si quis enarrauerit vobis. Exeuntibus autem illis rogabant vt sequenti sabbato loquerentur sibi verba hæc. Cùmque dimissa esset Synagoga, secuti sunt multi Iudæorum, & colentium deum aduenarum Paulum & Barnaba: qui loquentes <sup>n</sup> suadebant eis vt permanerent in gratia dei. Sequenti verò sabbato penè vniuersa ciuitas conuenit audire verbum dei. Videntes autem turbas Iudæi repleti sunt zelo, & contradicebant iis quæ à Paulo dicebantur, blasphemantes. <sup>†</sup> Tunc constanter Paulus & Barnabas dixerunt: <sup>†</sup> Vobis oportebat primùm loqui verbum dei: sed quoniam repellitis illud & indignos vos iudicatis <sup>16</sup> æternæ vitæ, Jecce conuertimur ad gentes. Sic enim nobis præcepit dominus: <sup>†</sup> Posui te in lucem gentium, vt sis in salutem vsque ad extremum terræ. Audientes autem gentes gauisæ sunt, & glorificabant verbum domini, & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam. Disseminabatur autem verbum domini per vniuersam regionem. Iudæi autem concitauerunt mulieres religiosas & honestas & primos ciuitatis, & excitauerunt <sup>17</sup> persecutionem ] in Paulum & Barnabam: & eiecerunt eos de finibus suis. <sup>†</sup> At illi excusso puluere pedum in eos, venerunt Iconium. Discipuli quoque replebantur gaudio & spiritu sancto.

*Paulus & Barnabas multis in Iconio conuersis, à Iudæis Lysstram pelluntur, ex qua annuntiato verbo, & claudo sanato post adorationem suam lapidibus fugantur ad alias ciuitates predicaturi.*  
XIIII.



Actum est autem <sup>1</sup> in <sup>a</sup> Iconio ] vt simul introirèt Synagogam Iudæorum, <sup>a</sup> & loquerentur: ita vt crederet <sup>b</sup> Iudæorum & Græcorum copiosa multitudo. Qui verò increduli fuerunt Iudæi: <sup>†</sup> <sup>2</sup> suscitauerunt & ad iracundiam concitauerunt animas ] gentium aduersus fratres. Multo igitur tempore demorati sunt, fiducialiter <sup>3</sup> agentes in domino, testimonium perhibente ] verbo gratiæ suæ, dante signa & prodigia fieri per manus eorum. Diuisa est autem multitudo ciuitatis: & quidam quidem erant cum Iudæis, quidam verò cum Apostolis. Cum autem factus esset impetus Gentilium & Iudæorum cum principibus suis, vt contumeliis afficerent & lapidarent eos, intelligentes <sup>c</sup> confugerunt <sup>†</sup> ad ] ciuitates <sup>d</sup> Lycaoniæ Lysstram & Derben, & vniuersam in circuitu regionem, & ibi <sup>e</sup> euangelizantes erant. <sup>†</sup> Et commota est omnis multitudo in doctrina eorum. Paulus autem & Barnabas <sup>†</sup> morabantur Lysstris, ] <sup>†</sup> Et quidã vir Lysstris infirmus pedibus sedebat, claudus ex vtero matris suæ, qui nunquam ambulauerat. Hic audiuit Paulum loquentem. Qui intuitus eum, & videns quia fidem haberet vt saluus fieret, dixit magna voce: Surge super pedes tuos rectus. Et exiuit, & ambulabat. Turbæ autem cum vidissent quod fecerat Paulus, leuauerunt vocem suam, Lycaonicè dicentes: Dij similes facti hominibus, descenderunt ad nos. Et vocabant Barnabam Iouem, Paulum verò Mercurium, quoniam ipse erat dux verbi. Sacerdos quoque Iouis qui erat ante <sup>f</sup> ciuitatem, tauros

k. Nihil absurdum est quod Iesus dicitur à deo excitatus. Si quidem Iesus non alius est qui verbum incarnati: hoc autem est potentia patris, per quod omnia facta sunt, secundu quod Christus qui dei potentia est, ipse seipsum excitauit intelligitur. Oecume. ibidem.  
l. Promissio ad patres facta.  
m. Illorum, (scilicet nobis, qui hæc vobis annuntiamus.  
n. Non patieris corpus meum sanctificatum iterum corruptione moueri iteratè crucis & mortis, quoniam à dextris est mihi thronus ne commoueat. Beda. Vel non permittes corpus Christi sancti sanctorum in sepulchro resoluui, aut incinerari. Et quod de Christo non de Dauid intelligatur, probat consequenter. Dionysius.

m. Hoc est, in lib. 12. prophetarum, vepote Habacuc i. b. iuxta 70. Inceptes, quos Lucas imitatur. Videte, inquit, contemptores, & c. Iuxta Hebræos verò: Aspice in gentibus, & videte, & admiramini, & obstupescite: quia opus factum est in diebus vestris, quod nemo crederet cum narrantur.  
n. Crederis, etiam.  
o. Sed & firmiter starent in fide Christi ad quam erant vocati per gratiam dei. De Lyr. ibi.]

o. Hoc est, dicere: Quia Christi repulsi, & dignum locum non præparatis in quo altare domini præpararetur: in terra genti, id est, in cordibus populorum altare domini collocabimus. Et inde est quod nobis idem Apostolus clamat: Templum dei sanctum est, quod estis vos. Augu. serm. 198. de temp.  
16. Acterna vita.  
17. Seditio nem.  
p. Neque enim dominus discipulos vult habere puluerem pedibus adherentem de terra impiorum hominum auferentes, vt per hoc ostenderet se nihil auferre ab incredulis. Est autem puluis iudicium laboris quem propter ipsos passi sunt. Oecum. ibid.]

1. Iconij.  
2. Iconium ciuitas est Lycaonia celeberrima ad montem Tauri, de qua hic loquitur. Altera autem Cilicis.  
b. Hoc est, gentiliū quorundã, forè profelytorũ, seu Iudæorũ ex Græcia copiosa multitudo, in quo fructus prædicationis huius ostendit, quæ variis miraculis diuinitus confirmatur. Dion. ibi.  
3. Concitauerunt, & corrupebant animos.  
4. Loquentes per dominum, qui testimonium dabat.  
c. Notandum hoc loco nõ oportere nos in pericula semper cõlicere, sed si opus sit, etiam ad tempus fugere, et ecclesie duces hoc fecerunt, cãquam videntes prædicationem cõmodè extendere, magis quã persequenti bus augeri. Oecumen. ibid.  
d. In eos quæ in circuitu sunt.  
e. Lycaonia ciuitas est Areadiæ à Lycaone illius rege dicta. Altera autem est in Phrygia ciuitas denominis.  
f. Hoc autem est euangelizare Christum, non tantum dicere quæ credenda sunt de Christo, sed etiam quæ obseruanda ei qui accedit ad compagem corporis Christi. Augu. de fide & operibus, cap. 9.  
\* Illorum.

† Matt. 23. a  
† Marc. 16. a  
† Luc. 24. a  
† Ioan. 10. a

† Psal. 2. b  
† Heb. 1. b

† 116. 11. a  
† Psal. 94. d  
† Sup. 1. c

† 13. Reg. 1. b

† Abac. 1. b

† 12. ca. Puni  
† eccliam.  
De reu. n.  
Nisi cum  
piden,  
† 12. 4. p. b.

† Matt. 10. e  
† Marc. 6. b  
† Luc. 9. a

† Sup. 6. e

† Sup. 1. a. 4.

tauros & coronas ante ianuas afferens, cum populis volebat sacrificare. Quod ubi au-  
 dieunt Apostoli, Barnabas & Paulus, concisis tunicis suis, exilierunt in turbas, cla-  
 mantes & dicentes: Viri, quid hæc facitis? Et nos mortales sumus similes vobis ho-  
 mines, annuntiantes vobis ab his vanis conuerti ad Deum viuum, qui fecit cælum,  
 & terram & mare & omnia quæ in eis sunt, qui in præteritis generationibus dimisit  
 omnes gentes ingredi vias suas. Et quidem non sine testimonio semetipsum reliquit,  
 benefaciens, de cælo dans pluias & tempora fructifera, implens cibo & lætitia  
 corda eorum.] Et hæc dicentes, vix sedauerunt turbas ne sibi immolarent. Superue-  
 nerunt autem quidam ab Antiochia & Iconio Iudæi: & persuasis turbis lapidantes  
 Paulum, traxerunt extra ciuitatem, existimantes eum mortuum esse. Circundanti-  
 bus autem eum discipulis, surgens intrauit in ciuitatem, & postera die profectus est  
 cum Barnaba in Derben. Cùmque euangelizassent ciuitati illi, & docuissent multos,  
 reuersi sunt Lystram & Iconium, & Antiochiam, confirmantes animas discipulorum,  
 exhortantesque vt permanerent in fide: & quoniam per multas tribulationes o-  
 portet nos intrare in regnum dei. Et cum constituissent illis per singulas ecclesias  
 presbyteros, & orassent cum ieiunationibus, commendauerunt eos domino in quæ  
 crediderunt. Transeuntisque Pisidiam venerunt in Pamphiliam, & loquentes verbu  
 domini in Pergen, descenderunt in Attaliam, & inde nauigauerunt Antiochiam,  
 vnde erant traditi gratiæ dei in opus quod compleuerunt. Cum autem venissent, &  
 congregassent Ecclesiam, retulerunt quanta fecisset deus cum illis: & quia aperuisset  
 gentibus ostium fidei. Morati sunt autem tempus non modicum cum discipulis.

*Dissensione ob legalia & ceremonias orta concilium Ierosolymis celebratur, in quo  
 eorum abrogatio definitur, Barnabas autem à Paulo seiuinctus Marco adhaeret,  
 & Paulus Silæ.* X V.

**E**T quidam descendentes de Iudæa docebant fratres, quia nisi circunci-  
 damini secundum morem Moyfi, non potestis saluari. Facta ergo sedi-  
 tione non minima Paulo & Barnabæ aduersus illos, statuerunt vt ascē-  
 derent Paulus & Barnabas, & quidam alij ex alijs ad Apostolos & pres-  
 byteros in Ierusalem, super hac quæstione. Illi ergo deducti ab Ecclesia, pertransibant  
 Phœnicen & Samariam, narrantes conuersionem gentium: & faciebant gaudium  
 magnum omnibus fratribus. Cum autem venissent Ierosolyma, suscepti sunt ab Ec-  
 clesia & ab Apostolis & senioribus, annuntiantes quanta deus fecisset cum illis. Sur-  
 rexerunt autem quidam de hæresi Phariseorum, qui crediderunt, dicentes: quia oportet  
 circuncidi eos, præcipere quoque seruare legem Moyfi. Conueneruntque Aposto-  
 li & seniores videre de verbo hoc. Cum autem magna conquisitio fieret, surgens Pe-  
 trus dixit ad eos: Viri fratres, vos scitis quoniã ab antiquis diebus in nobis elegit  
 deus, per os meum audire gentes verbu Euangelij, & credere.] Et qui nouit corda  
 deus testimonium perhibuit, dans illis spiritum sanctum, sicut & nobis, & nihil dis-  
 creuit inter nos & illos, fide purificas corda eorum. Nunc ergo quid tentatis deũ,  
 imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque nos, neque patres nostri  
 portare potuimus? Sed per gratiam domini Iesu credimus saluari, quemadmodum  
 & illi. Tacuit autem omnis multitudo: & audiebant Barnabam & Paulum narrantes  
 quanta deus fecisset signa & prodigia in gentibus per eos. Et postquam tacuerunt, re-  
 spondit Iacobus, dicens: Viri fratres, audite me. Simon narrauit, quemadmodum pri-  
 mum deus visitauit sumere ex gentibus populũ nomini suo, & huic concordant ver-  
 ba Prophetarum, sicut scriptum est: Post hæc reuertar, & reedificabo tabernaculum  
 Dauid quod decidit, & diruta eius reedificabo: & erigam illud, vt requirant ceteri  
 hominum dominum, & omnes gentes super quas inuocatum est nomen meum, di-  
 cit dominus faciens hæc. Notum à seculo est domino opus suum. Propter quod ego  
 iudico, non inquietari eos qui ex gentibus conuertuntur ad deum, sed scribere ad  
 eos, vt abstineant se à contaminationibus simulachrorum, & fornicatione, & suffo-

f. Vide illos ubique à gloriifica-  
 tio mundos: non solum nõ de-  
 siderabant, sed & cõ daretur res-  
 pellebant. Chryso. ibid.  
 g. Verè enim lucas fuisse si hoc  
 fecerunt fuisse, vt dij existima-  
 rentur, ad idolatriam inducen-  
 tione, ad quam venerat dissol-  
 uendam. Oecum. ibid.  
 h. Se reliquit, ostendere se esse  
 se verum deum, omnium gen-  
 tium: sed ostendit hoc testificas  
 per multiplicem effectum. De  
 Lyra. ibidem. j.  
 k. Beneficia de celo dans.  
 l. Nostra, vel vestra.  
 m. Qui cum persuasis turbis,  
 & lapidassent.  
 n. Eum.  
 o. Pius anticipado dixerat, su-  
 gerat ad ciuitates Lyconias, Li-  
 stris, & Derben: & postea p partes  
 narrauit. Primò quod factu  
 est in Listris, Modò quod in  
 Derben. Glosa ordin. j.  
 p. Quod.  
 q. Atque ita tam discipuli, &  
 Apostoli operam dant, vt discat  
 sciam ab initio prædicationis  
 vituam, & quod etiam ipsos  
 oporteat talia pati, & vt genero-  
 sent nõ solum signa stupen-  
 tes, sed multomagis cõtationes,  
 Ioan. Chryso. ibid. j.  
 l. Quoniã dominus solus est eu-  
 flos & principalis confectuator,  
 cui præcipuè ecclesiæ credita est  
 cura & custodia. Diony. ibid. e.  
 p. Attalia Græcè ἀττάλια, & πε-  
 nu. produc. ciuitas est Pamphi-  
 lia maxima, autore Hierony.  
 cuius nominis altera est in Ly-  
 dia. Si quidem procul aberat ab  
 Italia.  
 \* Illic.

a. Vide ubique transiit ad gen-  
 tes necessarium inuicã Iudæis  
 habuisse, quia hi qui ex Iudæis  
 erant ad zelum prouocabatur,  
 nec tamen docebat simplicitet  
 circuncisionem, sed sine illa sal-  
 uari non posse, cuius cõtrarium  
 docebant apostoli. Chryso. ibid.  
 1. Salui fieri.  
 \* Et disputatione.  
 b. Hoc est, Seditio inter apo-  
 stolos & Iudæos aduenientes or-  
 ta, conuentione vni ascendere  
 Ierosolymam ad ceteros apo-  
 stolos hanc discordiam terminat.  
 c. Rabanus ibid. De hac  
 ascensione sua. Paulus ipse scri-  
 bit ad Galatas, dicens: Deinde  
 post annos quatuordecim ascē-  
 di Ierosolymam cum Barnaba  
 assumpto Tito, & conuili cum  
 eis euangelium quod prædico  
 in gentibus. Diony. ibid.  
 2. Ex illis.  
 3. In vobis.  
 c. Non solum ad prædicandũ Cor-  
 nelio, & alijs gentibus existenti-  
 bus cum eo propius voluissent,  
 sed ex diuina miseriçõ, vt narrauit  
 sup. cap. 10. De Lyra. ibidem. j.  
 4. Vt audiant.  
 5. Credant.  
 6. Diuidant.  
 d. Non ergo circuncisione cati-  
 nis illos mundari opus est, quan-  
 tum tanta fides corda purificat,  
 vt etiam ante baptisina spiritũ  
 accipere mereantur, sed per gra-  
 tiam Christi credimus saluari  
 scire & illi. Glos. ordina. ibid. j.  
 e. Si ergo & illi, id est patres por-  
 tare iugum legis veteris nõ va-  
 lerent, per gratiam domini Iesu  
 saluos se fieri crediderunt, ma-  
 nifestum est, qd hæc gratia etiam  
 antiquos iustos viuere fecit ex  
 fide. Iustus enim ex fide viuie.  
 Lex autẽ subintrauit vt sup. præ-  
 bõdaret gratia, per quam gana-  
 retur delicti abundantia. Augu.  
 Epistol. 17.  
 \* Omnia.  
 f. Præceptum est ab Apostolis  
 vt abstinerent gentes tantum à  
 fornicatione, & immolatis, &  
 sanguine, id est, ne ederent car-  
 nem cuius sanguis non esset effu-  
 sus. Quod alij non sic intel-  
 ligunt, sed à sanguine præceptũ  
 esse abstinentium, ne quis homi-  
 cidio se contaminaret. Augu-  
 contra Faustum, lib. 32. cap. 15.

† Psal. 14. c  
 Apoc. 14. b  
 † Psal. 80. c

† 1. Cor. 11. f

† Luc. 24. d  
 1. q. 3. cap.  
 Saluator.

† sup. 13. a

† 1. Cor. 6. c  
 Gal. 5. a

† sup. 10. b

† sup. 10. g

† Amos 5. o  
 9. c



eg. Et si præceptori nunc arēt-  
nitate nō grauetur à nobis, pro-  
cedente tamen tempore dū fre-  
quentius ad lectiōnem legis pro-  
phetarūque cōuenerint, pau-  
latim vitæ instituta, & seruandæ  
in uicem dilectiōnis iura susce-  
perunt. Primitiū adhuc Iudaiz-  
antem ecclesiam hæc sabbatis  
celebrasse præceptū est. Beda.]

7. Electos ex illis viros.

8. Cum hæc scripsissent per ma-  
nam eorum.

9. Volentes vobis imponere im-  
portabile onus legis euerentes  
animas vestras à veritate euēge-  
lij. De Lyra. ibid.]

10. Dicentes, vt circumcidamini  
& seruetis legem.

i. Quia de eorum sensu acta  
sunt hæc, imò & de Christi in-  
spiratione, qui dixit: Vbi fue-  
runt duo vel tres congregati in  
nomine meo, ibi sum in medio  
eorum. Dionys.

k. Propterea ego secūdam me  
iudicio non mouerari eos qui ex  
gentibus conuertuntur ad deū,  
sed præcipienda eis, vt absti-  
neant à vanitatibus idolorum,  
& à fornicatione, & à sanguine,  
& quæcūque nolunt sibi fieri,  
alijs ne faciāt. Item lib. 3. cap. 11.

l. Quam erone licita esse pu-  
tatis, & ideo abstinendum est ab  
ea: non solum propter amabili-  
lem societatem cum Iudeis, sed  
propter necessitatem salutis. De  
Lyra. ibidem.]

m. Apostolos.

n. Vifum est, Matera est fu-  
turi sermonis, solus autem Iu-  
das abiit in Ierusalem. Glos. or-  
dinaria. ibidem.]

o. His diebus impletū est quod  
Apostolus Paulus ait: Cum ve-  
nisset Cephas Antiochiam, in  
faciem ei testitū. Beda ibidem.

p. Age, conuertamur, &c.

q. Barnabas autem Ioannem af-  
sumere volebat, qui assidue  
sibi coniuuctus erat. Leguntur  
enim fuisse contuberni. Idē ibi-  
dem. Paulus vero volebat, vt  
qui ab illis dececerat à Pamphylia,  
& non ierat cum illis simul  
ad opus, ne scilicet assumeretur.

r. Chrysol. ibidem.]

s. Hæc autem dissensio in neu-  
tro malum fuit, si contenti sal-  
utis gētibz auisū sunt alter ab  
altero, sed etiam magnū bonū:  
quoniam nisi hoc fuisset, haud  
facile restitutus fuisset alter al-  
terum. Idem ibidem.

t. Ecclesiis.

u. Cuiusdam Iudæ & melius,  
ex hoc quod dicit ex parte Gen-  
tili. Glos.

v. Greco qui testimonium ha-  
bebat à fratribz.

w. Non quod figuræ legis post  
veritatem euēgelij aliqui vti-  
litatē afferant, sed ne per occa-  
sionem gentium Iudæi à fide re-  
cederent, quibus vmbra verus  
paulatim tollēda erat, sicut gen-  
tibus idololatria: legales vero  
vmbre, quia à domino institu-  
te, interdum ab Apostolis illo  
tempore sunt vsurpatæ pro de-  
clinanda Iudæorum perfidia,  
gentilis autem institutio à Sa-  
thana reperia à sanctis nūquam  
est recepta. Glosa ordin. ibidē.]

x. Graecus.

y. Posteriore vero tempore cum  
iam dominus Iesus in dei patris  
gloriā confideret, & prædicato-  
res verbo suscepio negotio de-  
sererent, volentes Apostoli euē-  
gelizare verbū in Asia, prohibi-  
ti sunt à spiritu sancto, & dispo-  
nentes ire in Bithyniā prohibiti  
sunt à spiritu Iesu, nō vti que ne-  
negata illis populis gratia, sed  
quæcū apparuit retardata Am-  
bro. de voca. gent. lib. 2. cap. 1.

z. Scilicet minore, vndique ma-  
ri cinctæ, præter eā partem quæ  
spectat orientē. Ea autem cōple-  
ctitur Phrygiam, Pamphiliam,  
Licaoniam, Ciliciā, Galatiam,  
& Pisidiā regiones præcipuas:  
nonnullæque minores, Mysiā,  
Troadem, Carriam.

aa. Ciuitas.

ab. Putabatur.

ac. Putaturam venditrix.

catis, & sanguine. § Moyses enim à temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus qui eum prædicent in Synagógis, vbi per omne sabbatum legitur. Tunc placuit Apostolis & senioribus cum omni ecclesia, <sup>†</sup> 7 eligere viros ex eis,] & mittere Antiochiā cum Paulo & Barnaba, Iudam qui cognominabatur Barsabas, & Silam, viros primos in fratribus, <sup>§</sup> 8 scribentes per manus eorum,] Apostoli & seniores fratres, iis qui sunt Antiochiæ & Syriæ & Ciliciæ fratribus ex gentibus, salutem. Quoniam audiuimus quia quidam ex nobis exeuntes <sup>h</sup> turbauerunt vos verbis euerentes animas vestras, <sup>§</sup> 9 quibus non mandauimus: placuit nobis collectis <sup>i</sup> in vnum, eligere viros, & mittere ad vos cum charissimis nostris Barnaba & Paulo, hominibus qui tradiderunt animas suas pro nomine domini nostri Iesu Christi. Misimus ergo Iudam & Silam, qui & ipsi vobis verbis referent eadem. <sup>k</sup> Vifum est enim spiritui sancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris quàm hæc necessaria: <sup>§</sup> vt abstinatis vos ab immolatis simū lachrorum, & sanguine suffocato, <sup>l</sup> & fornicatione: à quibus custodientes vos bene agetis. Valet. Illi ergo dimissi descenderunt Antiochiā: & congregata multitudine tradiderunt epistolam. Quam cum legissent, gauisi sunt super consolatione. Iudas autem & Silas & ipsi cum essent Prophetæ, verbo plurimo consolati sunt fratres, & confirmauerunt. Facto autem ibi aliquanto tempore, dimissi sunt cum pace à fratribus ad eos qui miserant illos. <sup>m</sup> Vifum est autem Silæ ibi remanere: Iudas autē solus abiit Ierusalem. Paulus autem & Barnabas demorabantur Antiochiæ, docentes & euangelizantes cum alijs pluribus verbum domini. <sup>§</sup> Post aliquot autem dies dixit ad Barnabam Paulus: <sup>o</sup> reuertentes] visitemus fratres per vniuersas ciuitates in quibus prædicauimus verbum domini, quomodo se habeant. <sup>o</sup> Barnabas autem volebat secum assumere & Ioannem, qui cognominabatur Marcus. Paulus autem rogabat eum: (vt qui discessisset ab eis de Pamphylia & non isset cum eis in opus) non debere recipi. <sup>p</sup> Facta est autem dissensio, ita vt discederent ab inuicem, & Barnabas quidem assumpto Marco nauigaret Cyprum: Paulus autem electo Sila profectus est, traditus gratiæ Dei à fratribus. Perambulabant autem Syriam & Ciliciam, confirmans <sup>q</sup> Ecclesiam,] præcipiens custodire præcepta Apostolorum & seniorum. Peruenit autem in Derben & Lystram.

*Paulus cum Sila Derben & Lystram perueniens Timotheum circumcidit peragratis autem prædicando multis ciuitatibus, Philippis sanata Pitonissa virgine cæsus & in carcere coniectus liberatur.*

XVI.

**E**T ecce discipulus quidam erat ibi nomini Timotheus, filius mulieris <sup>†</sup> a vi-  
dua] fidelis, patre <sup>2</sup> gentili. Huic testimonium bonum reddebant qui in  
Lystris erant, & Iconio fratres. Hunc voluit Paulus secum proficisci: & as-  
sumens <sup>b</sup> circumcidit eum propter Iudæos, qui erant in illis locis. Sciebant  
enim omnes, quod pater eius erat <sup>3</sup> gentilis. Cum autem pertransirent ciuitates, tra-  
debant eis custodire dogmata quæ erant decreta ab Apostolis & senioribus qui erant  
Ierolymis. Et ecclesiæ quidem confirmabantur fide, & abundabant numero  
quotidie. <sup>c</sup> Transeuntes autem Phrygiam & Galatiæ regionem, vetati sunt à spiri-  
tu sancto loqui verbum Dei in <sup>d</sup> Asia. <sup>§</sup> Cum venissent autem in Mysiam, tentabant  
ire in Bithyniam: & non permisit eos spiritus Iesu. Cum autem pertransissent Mysiā,  
descenderunt Troadem: & visio per noctem Paulo ostensa est. Vir Macedo quidam  
erat stans, & deprecans eum, & dicens: Transiens in Macedoniam adiuua nos. Vt au-  
tem visum vidit, statim quæsiuimus proficisci in Macedoniam, certi facti quod vo-  
casset nos deus euangelizare eis. Nauigantes autem à Troade, recto cursu venimus Sa-  
mothraciam, & sequenti die Neapolim, & inde Philippos, quæ est prima partis Mace-  
doniæ <sup>4</sup> ciuitatis] colonia. Eramus autem in hac vrbe diebus aliquot <sup>5</sup> conferentes.]  
Die autem sabbatorum egressi sumus foras portam iuxta flumen, vbi <sup>6</sup> videbatur] o-  
ratio esse, <sup>§</sup> & sedentes loquebamur mulieribus quæ conuenerant: & quædam mulier  
nomine Lydia <sup>7</sup> purpuraria] ciuitatis Thiatirenorum, colens deum, audiuit: cuius do-  
minus

minus aperuit cor intendere iis quæ dicebantur à Paulo. <sup>d</sup> Cum autem baptizata esset & domus eius, deprecata est, dicens: Si iudicatis me fidelem domino esse, introite in domum meam, & manete. Et coegit nos. Factum est autem euntibus nobis ad orationem, puellam quãdam habentem spiritum <sup>e</sup> Pythõnem obuiare nobis: quæ quæstum magnum præstabat dominis suis diuinando. Hæc subsecuta Paulum & nos clamabat, dicens: <sup>f</sup> Isti homines, serui dei excelsi sunt, qui annuntiant vobis viam salutis. Hoc autem faciebat multis diebus. <sup>g</sup> Dolens ] autem Paulus, & conuersus spiritui dixit: <sup>h</sup> Præcipio tibi <sup>i</sup> in nomine ] Iesu Christi exire ab ea. Et exiit eadem hora. Videntes autem domini eius, quia <sup>10</sup> exiuit spes ] quæstus eorû, <sup>f</sup> apprehendentes Paulum & Silam perduxerunt in forum ad principes, & offerentes eos magistratibus, dixerunt: Hi homines conturbat ciuitatem nostram, cum sint Iudæi: & annuntiat <sup>11</sup> morem, quæ ] non licet nobis suscipere, neque facere, cum simus Romani. Et cucurrit plebs aduersus eos, & magistratus scisis tunicis eorum, <sup>†</sup> iusserunt eos virgis cædi. <sup>g</sup> Et cum multas plagas eis imposuissent, miserunt eos in carcerem, præcipientes custodi, <sup>\*</sup> vt diligenter custodiret eos. Qui cum tale præceptum accepisset, misit eos in interiorẽ carcerem, & pedes eorum strinxit ligno. <sup>h</sup> Media autem nocte Paulus & Silas <sup>12</sup> adorantes ] laudabant deum: & audiebant eos qui in custodia erant. <sup>h</sup> Subito verò terre motus factus est magnus, ita vt mouerentur fundamenta carceris. Et statim aperta sunt omnia ostia, & vniuersorum vincula soluta sunt: Experge factus autem custos carceris, & videns ianuas apertas carceris, euaginato gladio volebat se interficere, existimans fugisse vincetos. Clamauit autem Paulus voce magna, dicens: Nihil feceris tibi mali. <sup>f</sup> Vniuersi enim hic sumus. Petitoque lumine introgressus est, & tremefactus prociudit <sup>13</sup> Paulo & Silæ ad pedes, ] & producens eos foras, ait: Domini <sup>1</sup> quid me oportet facere, vt saluus siam? At illi dixerunt: Crede in dominũ Iesum, & saluus eris tu, & domus tua. Et locuti sunt ei verbum domini cum omnibus qui erant in domo eius. Et tollens eos in illa hora noctis, <sup>k</sup> lauit plagas eorû, & baptizatus est ipse, & omnis domus eius continuò. <sup>1</sup> Cũque perduxisset eos in domum suam, apposuit eis mensam, & lætatus est cum omni domo sua, credens deo. Et cum dies factus esset, miserunt magistratus lictores, dicentes: <sup>m</sup> Dimitte homines illos. <sup>g</sup> Nũtiauit autem custos carceris verba hæc Paulo, quia miserunt magistratus vt dimittamini. Nuncigitur exeuntes ite in pace. Paulus autem dixit eis: <sup>†</sup> Cæsos nos publicè, <sup>14</sup> indemnatos, ] homines Romanos miserunt in carcerem, & nunc occultè nos eiiciunt? Non ita, sed veniant, & ipsi nos eiiciant. Nuntiauerunt autem magistratibus lictores verba hæc. Timueruntque, audito quòd Romani essent, & venientes deprecati sunt eos, & educentes rogabant, vt egredierentur de vrbe. Exeuntes autem de carcere, introierunt <sup>o</sup> ad Lydiam: & visis fratribus, consolati sunt eos, & profecti sunt.

*Paulus Thessalonica prædicans Beroen pellitur, & hic Sila & Timotheo remanentibus Athenas profectus Atheniensium superstitiones confutat, plures ad fidem conuertens.* X VII.

**A** Vm autem perambulassent <sup>a</sup> Amphipolin & Apolloniam, venerunt Thessalonicam, vbi erat Synagoga Iudæorum. Secundum consuetudinem autem Paulus introiuit ad eos, & per sabbata tria diserebat eis de scripturis, adaperiens & insinuas, <sup>†</sup> quia Christum oportuit pati, & resurgere à mortuis, & quia hic est Iesus Christus quem ego annuntio vobis. Et quidam ex eis crediderunt, & adiuncti sunt Paulo & Silæ, <sup>1</sup> & de colentibus gentilibus ] multitudo magna, & <sup>b</sup> mulieres nobiles non paucæ. Zelantes autem Iudæi, <sup>\*</sup> assumptesque <sup>2</sup> de vulgo ] viros quosdam malos, & turba facta concitauerunt ciuitatem: & assistentes domui Iásonis, quærebant eos producere in populum. <sup>g</sup> Et cum non inuenissent eos, traherant Iásonem & quosdam fratres ad Principes ciuitatis, clamantes: quoniam ij qui <sup>3</sup> urbem concitant, ] & huc venerunt, quos suscepit <sup>†</sup> Iáson, <sup>†</sup> & hi omnes <sup>o</sup> contra decreta Cæsaris faciunt, Regem alium dicentes esse Iesum. Concitauerunt autem plebem,

† 16. q. 1. cap. illud quod. De cons. d. 4. Nullus autè.

† 2. Cor. 11. f

† 10. di. ca. Si in adiutorio.

† Luc. 24. c

† 10. di. 18. g

[d. Domus eius i. familia quæ erat magna. Ideo subditur introite in domum meam, vt ibi requiescat, & reficiamini, non tantum vna die, sed plucibus: hoc tantum importat missæ, & sic patet eam diuitem fuisse, & etiã valde deuotã. De Ly. ibid.] e. Pytho nomen erat diaconis; quem iaculis suis Apollo fortiter confodisse. Deinde spiritus illi quo assistati prædicebant futura, Pytho vocari coepit est. Vnde Pytonici, quos improprie Pythonicos vocant, qui se iactant prædicere futura. h. Molestè ferens. i. Per nomen. 10. Agum esse de spē. [f. Baricum qui fidei impugnatore erat, & artis insinuate & oculorum amissione cæcauit. Hæc verò quæ pueria licet mente, vera tamen loquebatur, arte solimodo nepharia, priuare curauit. Quia enim indigni erant vt verbum euangelij spiritus immundus annuntiaret, abscedere hunc & filere præcepit: quia demonia cum tremore del. et dominum confiteri, non autè laudare cum gaudio, beda, ibid.] 11. Mores, quos. \* Carceris. g. Specta doctorẽ orbis secerere cõpeditum vnã est Sila oratè trã nocte, neque dolore, neque vinculis prohiberi, sed eo magis ingentè teruiddis que amorẽ erga dominũ declarare. Chryl. ibid. 12. Orantes. h. Terremotus factus est rãtus, vt carceris custodem expurgaret, ostia verò aperta sunt, vt facti admiraretur & crederet. Neque enim hæc ad ostentationem facta sunt, sed ad salutem. Hæc autem nõ videntur qui vincti erant: nam ita certè omnes fugissent. Oecum. ibid. 13. Ante pedes Pauli & Silæ. [i. q. d. Quid me oportet facere vt saluus siam. q. d. Paratus sum viam salutis audire, & fidelitè obedire. De Lyra. ibid.] k. Pulchra erũ varietas. Quibus plagas vulnerum lauit, per eos ipse plagas criminis amisit. Beda ibidem. l. Optimum virtusque excepit, ingressus domus, & mensæ appositio. Glossa ordin. ibid.] m. Transiente enim passionis impetu aduerterit magistratus, quod Paulus & Silas inuicti fuerunt verberati & incarcerationi. Ideo volebant eos liberare. De Lyra ibidem. n. Triplex apud magistratũ criminè erat, q. Romanos, & q. in di. ca causa, & cæsos publicè cõdicerant in carcerẽ. Chryl. ibid. 14. Indicta causa. o. Nõ femina hæc purpurata de Apostolorum in iustia periculatione tristis erat plurimè, qd Paulus perpendens ad eam consolationis gratia accessit: & que illi contigerant mirabilia insinuans, in fide illam cõfirmavit. Diony. ibidem.

a. Amphipolis & Apollonis ciuitates sunt Macedonia, sicut Thessalonicam: quæquam sit altera Amphipolis in Syria, & item altera Apollonia in Aphrica: quæ & Pentapolis dicta est. 1. Et religiosorum Græcorum. b. Quæ & si propagine nobiles existerent, credèdo in Christũ, atque celestem regenerationis fumen, multo nobiliores esset: sunt mente, virtutum præclarissima dignitate. Diony. \* Inviduli. 2. Forenses. 3. Orbem terrarum cõcitarunt. \* Clam. c. Quod certè contra Cæsaris decretum erat. Vnde in euangelio: Omnis qui se regem facit, contradicit Cæsari: Apostoli verò contradicebant dicentes Christum esse regem Iudæorum, id est, cõfitebatur. Vnde & Iudæi ipsum Christum accusabãt. Rabanus ibidem.

Id. Accepta satisfactione à Iafone per rationabilem excusationem, vel emende solutionem, vel alio conuenienti modo, quia non habetur in textu modus huius satisfactionis. De Lyra. ibidem.]

4. Beroram, & infra. 5. Hi verò non tantum increduli indagabant, sicut seruatutur scripturas (sunt enim crediderant) sed tanquàm expertes traditionis veterum prophetarum: & propterea fide robustiores effecti sunt, cū seruatentur sermōnes ac inuenirent veterū sermonibus cōsona esse opera dispensationis domini in carne. Occum ibidem.

6. Erilic conceitauerūt turbas. 7. Vide quòd maiores tentationes habet apud Iudæos quàm apud gentes. Athenis enim nihil tale patitur: nihil enim præter risum passus est, apud Iudæos autem multas difficultates. Chryso. ibidem.

8. Cum his qui eum fortè adierant, vel adiuuauerunt. 9. Epicurei ab Epicuro Philosopho voluptario. Hinc Epicureorum secta, qui summum bonum in voluptate reponebant.

10. Vel, verborum. 11. Cum rectè deum colere arbitrentur, longè à veritate aberrant. Arato enim constructus ignoto deo, hoc est, illi dæmoni qui nondum cognitus erat, dedicantur. Quod cum veram de deo rectèque opinionem habere putarent, Paulus eos arguere cepit, astuteque eos ad suam voluntatem perducit: & quem illi ignorado venerabatur, Christum ipse esse affirmat. Cyril. in Gen. lib. 11.

12. Quem. 13. Bene.

14. Hunc.

15. Sanguine.

16. Quod habitas.

17. Præfigens.

18. Vt quærent.

19. Mouemur quasi in via, sumus quasi in veritate, & viuimus quasi in via æterna. Ambro. de bono mortis cap. 12. Itē, plus absque dubio quàm gubernator est vitæ, in quo motus ipse inuentus est. Nō enim dixit, ab ipso nos, sed in ipso moueri, docens scilicet inuisi inter vitæ seras omnium nostrum esse substantiam: quia in ipso profecto viuimus, à quo hoc ipsi ducimus quod sumus. Salutiens lib. 2.

20. Aratus poeta Græcus, & astrologus.

21. Inuento humano deum esse similem.

22. Cū hæcenus dissimulauerit.

23. Omnibus, vbique vt respiciant.

24. Cui decreuit.

25. Super hac re.

26. Sed & Dionysius Ariopagita apud Athenas credidit, quòd Lucas descripsit priuè Pauli prædicare credidit, & inter socios eius fuisse: & ecclesie Atheniensis, constat sacerdotium suscepisse. Euseb. Eccl. hist. li. 3, ca. 4.

& principes ciuitatis audiētes hæc, & accepta satisfactione à Iafone & à cæteris, dimiserunt eos. Fratres verò confestim per noctem dimiserunt Paulum & Silam in Beroram. Qui cum venissent, in Synagogam Iudæorum introierunt. Ij autem erant nobiliores eorum qui sunt Thessalonica, qui susceperunt verbum cum omni auiditate, quoditè scrutantes scripturas, si hæc ita se haberent. Et multi quidem crediderunt ex eis, & mulierum gentilium honestarum, & viri non pauci. Cum autem cognouissent in Thessalonica Iudæi, quia Beroræ prædicatum est à Paulo verbum Dei, venerunt & illuc, commouentes & turbantes multitudinem. Statimque tunc Paulum dimiserunt fratres, vt iret vsque ad mare. Silas autem & Timotheus remanserunt ibi. Qui autem deducebant Paulum perdixerunt eum vsque ad Athenas: & accepto mandato ab eo, ad Silam & Timotheum, vt quàm celeriter veniret ad illum, profecti sunt. Paulus autem cum Athenis eos expectaret, incitabatur spiritus eius in ipso, videns idololatriæ deditam ciuitatem. Disputabat igitur in Synagoga cum Iudæis, & colētibus & in foro, per omnes dies ad eos qui audierant. Quidam autem Epicurèi & Stoici philosophi differebant cum eo: & quidam dicebant: Quid vult semiuerbis hic dicere: Alij verò: Nouorum dæmoniorum videtur annūtiator esse: quia Iesum & resurrectionem annuntiabat eis. Et apprehensum eum, ad Ariopagum duxerunt, dicentes: Possumus scire, quæ est hæc noua, quæ à te dicitur, doctrina? Noua enim quædam infers auribus nostris. Volumus ergo scire quidnam velint hæc esse. Athenienses autem omnes, & aduenæ hospites, ad nihil aliud vocabant, nisi aut dicere, aut audire aliquid noui. Stans autem Paulus in medio Ariopagi, ait: Viri Athenienses, per omnia quasi superstitiosos vos video. Præteriens enim & videns simulachra vestra, inueni & aram in qua scriptum erat: Ignoto deo. Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annūtio vobis. Deus qui fecit mundum & omnia quæ in eo sunt: hic cæli & terræ cum sit dominus, non in manufactis templis inhabitat, nec manibus humanis colitur, indigens aliquo, cum ipse det omnibus vitam & inspirationem & omnia: fecitque ex vno omne genus hominum, inhabitare super vniuersam faciem terræ: designans statuta tempora & terminos habitationis eorum, quærare Deum, si fortè attrectent eum aut inueniant: quanuis non longè sit ab vnoquoque nostrum. In ipso enim viuimus, & mouemur, & sumus, sicut & quidam vestrorum pætarum dixerunt. Ipsius enim & genus sumus. Genus ergo cum sumus dei, non debemus existimare auro & argēto, aut lapidi, sculpturæ artis & cogitationis hominis diuinum esse simile. Et tempora quidem huius ignorantie despiciens deus, nunc annuntiat hominibus, vt omnes vbique pœnitentiam agant, eo quod statuit diem in quo iudicaturus est orbem in æquitate, in viro in quo statuit, fidem præbens omnibus, suscitans eum à mortuis. Cum audissent autem resurrectionem mortuorum, quidam quidem irridebant, quidam verò dixerunt: Audiemus te de hoc iterum. Sic Paulus exiit de medio eorum. Quidam verò viri adhærentes ei, crediderunt: in quibus & Dionysius Ariopagita, & mulier nomine Damaris, & alij cum eis.

Paulus in Corintho, Achaia & Epheso Christi negotium agens, plures cum detrimento sui Christo acquisiuit. XVIII.

1. Meritò in Corintho à spiritu sancto ducitur, in qua manere oportebat. Athenienses enim quanuis nouæ doctrinæ amatores essent, aram non attendebant. Neque enim hoc curabāt, sed vt semper haberet noui aliquid, quod fibularentur, fudebant. Chryso. ibid.



Ost hæc egressus ab Athēnis, venit Corinthum, & inueniens quendam Iudæum nomine Aquilam, Ponticum genere, qui nuper venerat ab Italia, & Priscillam vxorem eius, (eo quod præcepisset Claudius discedere omnes Iudæos à Roma) accessit ad eos, & quia eiusdem erat artis, manebat apud eos, & operabatur. Erant autem scenofactoriæ artis. Et disputabat in Synagoga per omne sabbatum, interponens nomen domini Iesu, suadebatque Iudæis & Græcis. Cum venissent autem de Macedonia Silas & Timotheus, instabat verbo Paulus, testificans Iudæis esse Christum Iesum. Cōtradicientibus autem eis & blasphemantibus, excutiens vestimenta sua, dixit ad eos: Sanguis vester super caput vestrum.

2. Erat autem ars eorum texere tabernacula.

3. Vigebatur spiritum.

Ani. do. 35.

† Di. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.

† Di. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.

† 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. Non oblitiscuntur. † 31. 40. 41.

An. do. 36.

† Sup. 6. 7.

strum. Mundus ego ex hoc ad gentes vadam. Et migrans inde intravit in domum cuiusdam nomine <sup>c</sup> Titi Justi, colentis deum, <sup>d</sup> cuius domus erat coniuncta Synagoga. Crispus autem Archisynagogus credidit domino cum omni domo sua, & multi Corinthiorum audientes credebant, & baptizabantur. Dixit autem dominus <sup>d</sup> nocte per visionem Paulo: Noli timere, sed loquere, & ne taceas, propterea quod ego sum tecum, & nemo <sup>e</sup> apponetur tibi ut noceat te: ] quoniam populus est mihi multus in hac civitate. Sedit autem ibi annum & sex menses, docens <sup>e</sup> apud eos ] verbum Dei. <sup>d</sup> Gallione autem Proconsule Achaiae, insurrexerunt vno animo Iudaei in Paulum, & adduxerunt eum ad tribunal, dicentes: quia contra legem hic persuadet hominibus colere deum. Incipiente autem Paulo aperire os, dixit Gallio ad Iudaeos: Si <sup>e</sup> quidem esset iniquum aliquid, ] aut facinus pessimum <sup>e</sup> viri Iudaei, recte vos sustinerem, si verò quaestiones sunt de verbo & nominibus <sup>e</sup> legis vestrae, ] vos ipsi videritis. Iudex ego horum nolo esse. <sup>e</sup> Et <sup>e</sup> minavit ] eos à tribunali. Apprehendentes autem omnes <sup>e</sup> Sosthenem principem Synagogae, percutiebant eum ante tribunal, & nihil eorum Gallioni curae erat. Paulus verò cum adhuc sustinisset dies multos, fratribus vale faciens, navigavit in Syriam (& cum eo Priscilla & Aquila,) <sup>e</sup> qui sibi totonderat in <sup>e</sup> Cenchreis caput. Habebat enim votum. Devenitque Ephesum, & illos ibi reliquit. Ipse verò ingressus Synagogam, disputabat cum Iudaeis. <sup>e</sup> Rogantibus autem eis, ut ampliori tempore maneret, non consensit, sed vale faciens, & dicens, <sup>e</sup> iterum revertar ad vos, deo volente: profectus est ab Epheso. Et descendens <sup>e</sup> Caesaream, ascendit & salutavit Ecclesiam, & descendit Antiochiam. Et factò ibi aliquanto tempore, profectus est, perambulans ex ordine Galatiam regionem, & Phrygiam, confirmans omnes discipulos. Iudaeus autem quidam Apollo nomine, Alexandrinus natione, vir eloquens, devenit <sup>e</sup> Ephesum, potens in scripturis. <sup>e</sup> Hic erat edoctus viam domini: & fervens spiritu loquebatur, & docebat diligenter ea quae sunt Iesu, sciens tantum baptismum Ioannis. Hic ergo coepit fiducialiter <sup>e</sup> agere ] in Synagoga. Quem cum audissent Priscilla & Aquila, assumpserunt eum, & diligentius exposuerunt ei viam domini. Cum autem vellet ire Achaiam, exhortati fratres, scripserunt discipulis ut susciperent eum. Qui cum venisset, <sup>e</sup> contulit multum iis qui crediderunt. <sup>e</sup> Vehementer enim Iudaeos revincebat publice, ostendens per scripturas esse Christum Iesum.

*Paulus strenue apud Ephesum predicans & signa faciens, cum Ierusalem redire curaret, Demetrius in eum concitavit tumultum.* XIX.

**A**ctum est autem cum Apollo esset Corinthi, ut Paulus peragratus superioribus partibus veniret Ephesum, & inueniret quosdam discipulos. Dixitque ad eos: <sup>e</sup> Si spiritum sanctum accepistis credentes: At illi dixerunt ad eum. Sed neque si spiritus sanctus est, audiimus. Ille verò ait: In quo ergo baptizati estis: Qui dixerunt: <sup>e</sup> in Ioannis baptismate. Dixit autem Paulus: <sup>e</sup> Ioannes baptizavit baptismum poenitentiae populum, dicens <sup>e</sup> in eum qui venturus esset post ipsum <sup>e</sup> ut ] crederent: hoc est in <sup>e</sup> Iesum. His auditis, baptizati sunt in nomine domini Iesu. <sup>e</sup> Et cum inposuisset illis manus Paulus: venit spiritus sanctus super eos, & loquebantur linguis, & prophetabant. <sup>e</sup> Erant autem omnes viri ferè duodecim. Introgressus autem Synagogam, cum fiducia loquebatur per tres menses, disputans & suadens de regno Dei. Cum autem quidam indurarentur, & non crederent <sup>e</sup> male dicentes <sup>e</sup> viam ] domini coram multitudine, discedens ab eis, segregavit discipulos quotidie disputans in schola tyranni cuiusdam. Hoc autem factum est per biennium ita ut qui habitabant in Asia, audirent verbum domini, <sup>e</sup> Iudaei atque <sup>e</sup> gentiles. ] Virtutesque non <sup>e</sup> modicas ] quassibet faciebat deus per manum Pauli: ita ut etiam super languidos deferrentur à corpore eius sudaria & semicinctia, & recedebant ab eis <sup>e</sup> languores, & spiritus nequam egrediebantur. <sup>e</sup> Tentauerunt autem quidam <sup>e</sup> & ] de circumeuntibus Iudaeis, <sup>e</sup> exorcistis, inuocare super eos qui habebant spiritus malos nomen domini Iesu, dicentes: Adiuro vos per Iesum quem Paulus praedicat. Erant

NN

# Num. 6. c  
Iust. 21. b

# Sup. 1. a. 2. b  
1. c  
Marc. 1. e  
Luc. 1. a  
Ioh. 1. d

† De cons. di.  
4. A quodā.  
Sup. 1. a. 4. d

c. Nō fuit hic Titus discipulus, cui epistolam scripsit, & Crete episcopi ordinavit eum: quo & Barnaba ascendens Ierolimam contulit euangelium cum Apostolis. Beda ibid.

d. Notandū quod videtur Paulus dominum Iesum per somnium, propter quod etiam ipse dicebat: Nōne Iesum Christū dominum nostrum vidi. 1. Cor. 9. Siue autem per somnium siue vigilans Iesum videtur nulla est discrepantia, atamen in die etiam ipse apparuit. Oecu. ibid.

4. Te aggredietur, ut te affligat.  
5. Interfilios.  
6. Quis esset iniuria.

7. Et lege vestrate.

8. Abegit.

c. Qui coram consule à Paulo victus, & à consule repulsa passus, eicitur confusus.

f. Cenchreis trissylabū, ab hoc quod est Cenchreae Athenae: Vbi est portus Corinthiorum, ubi nauem Paulus ascessurus caput ex voto contulit. Beda ibid.

\* Oportet me omnino Iesum quod instat, agere in Ierusalē. g. Caesarea haec metropolis est Cappadociae, quae & Mazaca dicitur, siue Mazaca sub Argo monte omnium altissimo sita: quam Cappadoces omnium verbum matrem habuere: quae etiam interdum Eusebia nuncupata est, & magna Caesarea. Pius papa. Est & altera in Ponto, quae & Smyrdiana, praeter eas quae sūt in Palestina.

9. Euangelizare.

h. Alia translatio habet: profuit multum creditibus per gratiam. Hoc est ergo quod dicitur Achaicis Apostolus scribit: Ego pluraui, Apollo trigavit. Bed. lib. \* Per gratiam.

a. Fortassis antea profecti erant Ierolimam, & Ioannem accesserant, ac baptizati erāt, neque Iesum noverant. Ideoque non dicit eis: Creditis in Iesum, sed, Num spiritum accepistis: id quod cum sciret eos non habere: sed vult ipse hoc dicere, ut vbi cognoverint quibus careat, statim ea expectant. Oecume. ibid.

b. De baptismum Ioannis agebatur, à quo baptizatos quosdam, si baptizavit Apostolus, non vti que Ioannis baptismum habentibus, iterum Ioannis baptismum dedit: sed Christi baptismum non habentes: baptizari iussit in Christum: ac per hoc neutrum destruxit, sed utrumque distinguit. Aug. de vnico baptis. cōtra Perilianum, ca. 7. \* Vt.

\* Christum.

\* Christū.

1. Male loquentes de via. c. Viam domini praedicationem merito vocabant: verè enim via est quae ducit à regnum caelorum. Chryso. ibid.

\* Iesu.

2. Graeci.

d. Haec dictio ostendit quod nō, tanquā exorcistis in Iesum credentes, impuros spiritus adiurabant in nomine domini, sed tentantes: propter quod etiam cum fideles non essent, sicut impurus spiritus dicit, sicut temeritatis breui penus dederunt. Cōfatur enim illos, ac fraudem eorum apertam omnino feci comatus ira spiritus: veluti si quis positus in extremo periculis ab aliquo inimico arguatur, omnemque in illum effundere velit furorē. Oecume. ibid.

1. Quoniam Sathanas transiguit se in angelum lucis. 2. Cor. n. e. ministros etiam suos eade simulatione colorat. Vnde quia per septenarium gratia spiritus sancti designatur in qua figura Christus post resurrectionem cum 7. discipulis est epulatus. 3. Ilij sceux quasi spiritus malos expulsi septenario censentur, qui quia non credendo, sed retando Christi & Apostolorum nomen inuocant, non tantum à Deo, sed etiam à demonibus subdola falsitatis merito condemnantur. Glosa ordinaria. post Beda.]

4. Ob loci reuerentiam, sanctorumque locorum, & primitiue ecclesie, presertim sancti Iacobi visitationem. Diony. ibid.

5. Macedonia aut Aemathia, modo Thracia, regio est Europæ proxima Thracie ad occidentem ac meridiem coniungitur, quæ inter duo maria protenditur, Aegeum & Adriaticum.

6. Illa.

\* Faber.

7. Et quemodo possibile erat facere delubra argentea? foras adiculas & corporcula quæ Ciboria vocant. Magnus enim erat honor illius in Epheso, vbi etiam templum illorum fucensum ita contristauit eos, vt eum qui succendisset ne nominari quidem vellent. Ioh. Chryso. ibidem.]

8. Hoc est, non solum opera nostra vana, nec mercede digna redarguentur, verum & religio nostra dehonestabitur, si Pauli doctrina prævaluerit idola deos non esse. Et mira gentilium stulticia, qui illos colere non erubescunt quos ab homine constructi vel destrui posse cognoscunt. Beda. ibid.

9. Pars nobis in periculum venire, ne reproberent.

10. Ostendit historiographus magnam Ephesiorum iussu superfectionem, tum in ornato Diane templo, tum in honorando eius simulachro, quod & emulo delapsum dicebant. *ἱστὸρ* enim dicitur veluti quod à loque decedit. Oecume. ibid.

\* Traxerunt illos.

11. Quia volebat excusare Paulum, sed non habuit auditum, sed maiorem clamoris tumultum. Delyra. ibid.]

12. Hoc primum furorem illorum restinguit, quasi non sit manifesta res quod Diana ex loue casta illa delapsa sit, & non ab homine facta. Chryso. ibid.

13. Quomodo verum est hoc? Nōne idolatriam reprobat? Et respondendum quod vtrique, sed modus forte latuit scribam, vel fauorabiliter loquebatur pro illis, violenter adductis, vt seditionem sedaret. Diony. ibid.

14. Nulla sit causa.

15. Ab hoc tumultu multa consolatione opus erat. Hoc sane & facit, vt consoletur discipulos, vadit in Macedoniam, deinde in Græciā. Chryso. ibid.

\* Ad se.

16. Complexusque illos.

17. Hoc est, ad Achaiam: quia sic proposuerat capite precedenti, vt post Macedoniam transiret, transiret & Achaiam, bonam Græciæ partem. Beda. ibid.

18. Ad vitæ das invidias, & ne spoliaretur elemosynis, seu collectis, quis secum versus Ierusalē deferret. Diony. ibid.

19. Sopater.

20. Troas quæ & Alexandria dicitur, in Asia proprie dicta iuxta Ilium, quæ & Troia prius dicebatur.

21. Absit vt hoc sic accipiatur, tanquam solentur Apolloli dominico die solenniter ieiunare. Quia vna enim sabbati tunc appellatur dies, qui nunc dominicus appellatur. Quod in eugelis aperte inuenitur. August. Episto. 86.

22. In die autem sabbatorum euenissimus.

autem cuiusdam Sceux Iudæi, Principis sacerdotum septem filii, qui hoc faciebant. Respondens autem spiritus nequam, dixit eis: Iesum noui, & Paulum scio: Vos autem qui estis? Et insiliens homo in eos in quo erat dæmonium pessimum, & dominatus amborum inualuit contra eos, ita vt nudi & vulnerati effugerent de domo illa. Hoc autem notum factum est omnibus Iudæis atque gentilibus qui habitabant Ephesi: & cecidit timor super omnes illos, & magnificabatur nomen domini Iesu, & multique credentium veniebant confitentes & annuntiantes actus suos. Multi autem ex eis qui fuerant curiosa sectati contulerunt libros & combusserunt omnes coram omnibus, & computatis precijs illorum inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta milium. Ita fortiter crescebat verbum Dei & confirmabatur. His autem expletis proposuit Paulus in spiritu, transitam Macedonia & Achaia ire Ierusalem, dicens: quoniam postquam fuero ibi oportet me & Romam videre. Mittens autem in Macedonia duos ex ministrantibus sibi, Timotheum & Erastum, ipse remansit ad tempus in Asia. Facta est autem illo tempore turbatio non minima de via domini. Demetrius enim quidam nomine argentarius, faciens ædes argenteas Dianæ, præstabat artificibus non modicum quæstum, quos conuocans & eos qui eiusmodi erant opifices, dixit: Viri, scitis quia de hoc artificio est nobis acquisitio: & videtis, & auditis quia non solum Ephesi, sed penè totius Asiæ Paulus hic suadens auerit multam turbam, dicens: quoniam non sunt dii qui manibus fiunt. Non solum autem hæc periclitabitur nobis pars in redargutione venire, sed & magnæ Dianæ templum in nihilum reputabitur, & destrui incipiet maiestas eius quam tota Asia & orbis colit. His auditis repleti sunt ira, & exclamauerunt dicentes: Magna Diana Ephesiorum. Et impleta est ciuitas confusione, & impetum fecerunt vno animo in theatrum, rapto Gaio & Aristarcho Macedonibus comitibus Pauli. Paulo autem volente intrare in populum, non permiserunt discipuli. Quidam autem & de Asiæ principibus qui erant amici eius, miserunt ad eum, rogantes ne se daret in theatrum. Alij autem aliud clamabant. Erat enim ecclesia confusa, & plures nesciebant qua ex causa conuenissent. De turba autem detraxerunt Alexandrum, propellentibus eum Iudæis: Alexander autem manu silentio postulato, volebat ratione reddere populo. Quæ vt cognouerunt Iudæi esse, vox facta est vna omnium quasi per horas duas clamantium: Magna Diana Ephesiorum. Et cum sedasset Scriba turbas dixit: Viri Ephesij, quis enim est hominum, qui nesciat Ephesiorum ciuitatem cultricem esse magnæ Dianæ Iouisque prolis? Cum ergo his contradici non possit, oportet vos sedatos esse, & nihil temere agere. Adduxistis enim homines istos, neque sacrilegos neque blasphemantes deam vestram. Quod si demetrius & qui cum eo sunt artifices habent aduersus aliquem causam, conuentus forenses aguntur, & Proconsules sunt, accusent inuicem. Si quid autem alterius rei queritis, in legitima Ecclesia poterit absolui. Nam & periclitamur argui seditionis hodiernæ, cum nullus obnoxius sit, de quo possumus reddere rationem concursus istius. Et cum hæc dixisset, dimisit Ecclesiam.

*Ephesi sedato in Paulum tumultus, Paulus per multa Græciæ loca predicans Ierusalem multum comitantibus tendit.*

XX.



Postquam autem cessauit tumultus, vocatis Paulus discipulis, & exhortatus eos vale dixit, & profectus est, vt iret in Macedoniam. Cum autem perambulasset partes illas, & exhortatus eos fuisset multo sermone, venit ad Græciam, vbi cum fuisset menses tres, factæ sunt illi insidiæ à Iudæis nauigaturo in Syriam, habuitque consilium, vt reuerteretur per Macedoniam. Comitatus est autem eum Sosipater Pyri, Berœensis. Thessalonicensium verò Aristarchus, & Secundus, & Caius Derbeus, & Timotheus. Asiatici verò Tychicus & Trophimus. Hic cum præcessissent, sustinuerunt nos Troade: nos verò nauigauimus post dies azymorum à Philippis, & venimus ad eos Troadem in diebus quinque, vbi demorati sumus diebus septem. Vna autem sabbati cum venissemus ad frangendum panem, Paulus disputabat cum eis profecturus in crastinum, protraxitque sermonem

† Dependi, c. Voluissent Marc. 16



sermonem vsque in mediam noctem. Erant autem lampades copiosae in cenaculo, ubi eramus congregati. Sedens autem quidam adolescens nomine Eutychus super fenestram, cum mergeretur somno graui, disputante diu Paulo, ductus somno cecidit de tertio cenaculo deorsum: & sublatus est mortuus. Ad quem cum descendisset Paulus, incubuit super eum, & complexus dixit: Nolite turbari: Anima enim ipsius in ipso est. Ascendens autem frangensque panem & gustans, satisque allocutus est vsque in lucem, & sic profectus est. Adduxerunt autem puerum uiuentem, & consolati sunt non minime. Nos autem ascendentes nauem nauigauimus in Asson, inde suscepturi Paulum. Sic enim disposuerat ipse per terram iter facturus. Cum autem conuenissemus in Asson, assumpto eo uenimus Mytilenem. Et inde nauigantes sequenti die uenimus contra Chium, & alia die applicuimus Samum: & sequenti die uenimus Miletum. Proposuerat enim Paulus transmigrare Ephesum, ne qua mora illi fieret in Asia. Festinabat enim, si possibile sibi esset, ut diem Pentecosten faceret Ierosolymis. A Mileto autem mittens Ephesum, uocauit maiores natu Ecclesiae: qui cum uenissent ad eum, & simul essent, dixit eis: Vos scitis a prima die qua ingressus sum in Asiam, qualiter uobiscum per omne tempus fuerim, seruiens domino cum omni humilitate, & lachrymis, & tentationibus, quae mihi acciderunt ex insidiis Iudaeorum: quomodo nihil subtraxerim uobis uiliu, quo minus annuntiarem uobis, & docerem uos publice & per domos, testificans Iudaeis atque gentilibus in deum poenitentiam, & fidem in dominum nostrum Iesum Christum. Et nunc ecce ego alligatus spiritu, uado in Ierusalem quae in ea uentura sint mihi ignoras: nisi quod spiritus sanctus per omnes ciuitates mihi protestatur, dicens: quonia vincula & tribulationes Ierosolymis me manent. Sed nihil horum uereor, nec facio animam meam preciosorem quam me, dummodo consummem cursum meum, & ministerium uerbi quod accepi a domino Iesu, testificari Euangelium gratiae dei. Et nunc ecce, ego scio, quia amplius non uidebitis faciem meam, uos omnes per quos transiui praedicans regnum dei. Quapropter contestor uos hodierna die, quia mundus sum a sanguine omnium. Non enim subterfugi, quominus annuntiare omne consilium dei uobis. Attendite uobis & uniuerso gregi, in quo uos spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei: quam acquisiuit sanguine suo. Ego scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in uos non parcentes gregi. Et ex uobis ipsis exurgent uiri loquentes peruersa, ut abducant discipulos post se. Propter quod uigilate, memoria retinentes, quoniam per triennium nocte & die non cessauimus cum lachrymis monens unumquemque uestrum. Et nunc commendo uos deo & uerbo gratiae ipsius, qui potes est aedificare, & dare hereditatem in sanctificationis omnibus. Argentum & aurum, aut uestem nullius concupiui, (sicut ipsi scitis): quonia ad ea quae mihi opus erant & iis qui mecum sunt ministrauerunt manus istae. Omnia ostendi uobis, quonia sic laborantes oportet suscipere infirmos ac meminisse uerbi domini Iesu: (quonia ipse dixit): Beatius est magis dare quam accipere. Et cum haec dixisset, positus genibus suis orauit cum omnibus illis. Magnus autem fletus factus est omnium: & procumbentes super collum Pauli osculabantur eum, dolentes, maxime in uerbo quod dixerat: quoniam amplius faciem eius non essent uisuri. Et deducebant eum ad nauem.

*Paulus itinere multo Tyrum appulit, & inde Caesarea: ubi a Philippo receptus a Propheta Agabo praedicatur Ierosolymis capiendus & ligandus, quod ita accidit. XXI.*



Um autem factum esset, ut nauigarem abstracti ab eis, recto cursu uenimus Coum, & sequenti die Rhodum, & inde Pataram. Et cum inuenissemus nauem transfretantem in Phoenicem, ascendentes nauigauimus. Cum apparuissemus autem Cypro, relinquentes eam, ad sinistram nauigauimus in Syriam, & uenimus Tyrum. Ibi enim nauis expositura erat onus. Inuentis autem discipulis, mansimus ibi diebus septem: Qui Paulo dicebant per spiritum, ne ascenderet Ierosolymam. Et expletis diebus profecti ibamus, ducentibus nos omnibus cum uxoribus & filiis vsque foras ciuitatem: & positus genibus in littore, orauimus. Et cum

NN ij

13. Reg. 17. d  
4. Re. 4. f

16. q. 1. Pre-  
dicator.

41. di. Ephe-  
sus.  
3. Reg. 1. f  
Dan. 13. e  
51. di. Legi-  
mus.  
7. 6. di. Ecce  
ego.  
7. q. 1. Sugge-  
rium.

7. 16. q. 1. Pre-  
dicator.

7. 1. Cor. 4. e  
1. Theff. 2. b  
2. Theff. 3. b  
7. De ce. mis.  
61. marthe.  
De esse. dist.  
5. Nunquam.  
7. 16. q. 1. cap.  
1. Pre-  
dicator.

cf. Profecturus in crastinum, ut  
uereba que recedens dicebat, ar-  
tius in cordibus audientium  
impressa remaneret. Delyra  
ibidem.]

4. Magis depressus somno.  
5. Non miters: non enim ab  
ignauia dormitauit, sed a ne-  
cessitate natura. Chryso. ibid.  
6. Non ex toto discessit vel re-  
dit: ut non est mortua puella,  
sed dormit, sic enim desperatio  
tollitur. Glosa. ordinaria post  
Raba.]

5. Vique ad disciculum.  
6. Asson ciuitas est Asiae mino-  
ris, quae & Apollonia dicitur.  
Hierony.

6. Illic expectatur.  
7. Haec Mytilene in Asia prope  
Ephesum longe distat ab ea, de  
qua infra uisum.  
8. Miletus ciuitas est Asiae mino-  
ris maxima decem stadiis ab  
ostio Mandrae fluminis secreta,  
ubi Paulus Ephesorum maio-  
res alloquitur.

7. Tempus tereret.

8. Maiores autem natu, nunc  
seniores dicuntur, nunc presby-  
teri: hoc loco potius honorem  
indicat quam aetatem. Quonia  
multi loquendi modum igno-  
rant, maxime noui testamtu.

9. Episcopi nominantur pres-  
byteri, ac presbyteri episcopi.  
Hoc tum hinc animaduerti potest,  
tum ex epistola ad Titum,  
& ex ea quae est ad Philippen-  
ses, ptioreque ad Timotheum.  
Ex hoc itaque aetatem loco de  
ea re potest haberi certa perua-  
sio. Occume. ibid.

\* Omnes.

8. Ac Graecia.  
9. Optimus estimator reru, qui  
nihil suoru sibi preferedu exi-  
stimet. Quam multi saluti pro-  
prie modicum uilissimamque  
penuria preterantur? Bernard.  
super Cantic. Sermo. 30.

\* Cum gaudio.  
10. Eo se proximorum sangui-  
nem msum credidit, quo fectis  
eorum uitiis non pepercit.  
Beda. ibidem.]

11. In Ecclesia enim non solum  
Episcopos, sed Apostolos, Pro-  
phetas, doctores, & uniuersam  
reliquam operationem spiri-  
tus, cuius non solum participes  
omnes qui non conuertunt ad  
ecclesiam, sed semetipsos frau-  
dant a uita per conscientiam ma-  
lam & operationem pessimam.  
Vbi enim ecclesia, ibi & spiri-  
tus dei, & ubi spiritus dei, ibi  
& ecclesia, & omnis gratia.  
Spiritus autem ueritas. Irenaeus  
lib. 3. cap. 40.

9. Graues, uel molesti.

10. Inter omnes sanctificatos.  
11. Quia dando placet homo,  
querendo uel accipiendo dis-  
plicet. Verus: Temporibus no-  
stris quicumque placere laborat  
Deo, capiat, querat plurima,  
pauca, nihil. Item. Bonum est  
facultates cum dispensatione  
pauperibus erogare, melius est  
pro intentione sequendi domi-  
num insimul donare, & abso-  
lutum sollicitudine, cum Chri-  
sto egere. August. de Ecclesiasti-  
cis dogmatibus. cap. 71.

a. Coum uel melius Cos, insula  
est in Aegeo mari, & una Cy-  
cladum, ubi optimum creseba-  
bat uinum.

b. Rhodus Cycladum insularu  
nobilissima: quae noningentoru  
ac viginti stadiorum ambitu  
patet, inter Asiae insulas ter-  
tia, prius Ophiuia dicta in ma-  
ri Carpathio Lyciae, uel Cariae,  
& Aegypto opposita. Haec pro-  
dolori, nostro quo ab impiis Tur-  
cis expugnata & possessa.  
c. Patara urbs Lyciae uel Lycao-  
niae, natiuitate diui Nicolai  
preclara. A qua ad Myran su-  
pra mare in sublimi colle vi-  
ginti stadia patent, pontificatu  
eiusdem insignem.

1. Appareret autem nobis Cypus.

a. Expleta.  
 d. Ptolemais vel Ptolemaida, quæ modo Acon dicitur, ciuitas maritima Phœnicie, ad Belum fluium, post Carmelum montem, quem à meridie habet, distans à Tyro. 3a. miliaribus, in tribu Affer à Ptolemaeo rege Aegypti sic dicta, qui Alexandrum Antiochi filium ab ea expulit, vt. n. Machab. 10.  
 e. Post hæc autem prophetasse quatuor fuerunt Philippi filii. Cuius sepulchrum erit apud Hierapolin Asiæ urbem vna cū filiabus suis. Euseb. Eccl. hist. lib. 3. cap. 31.  
 f. Plurimos.  
 g. Prophetas veteres imitatur, qui dicere solebant: Hæc dicit Do. Deus: quia spiritus sanctus equè vt pater & filius Dominus & Deus est, nec eorum operatio separari potest, quocum natura & voluntas vna est. Glo. sa ordina. post Bedam.  
 h. Vide Pauli diligentiam ad vincula propter Christum toleranda. Post azyza in Troadē venerunt diebus quinque, deinde ibi fecerunt dies 7, & habes dies 12. Deinde in Assum, in Mytilenem, contra Chium, in Trogilum, in Samum, in Mylectum, & erunt 18. dies. Postea in Coum, in Rhodium, in Pararam, en. 21. dies. Deinde ihinc per dies quinque in Tyrum, & sunt dies 26. Mox illic morantes diebus 7. colligitur 33. dies. Postea in Ptolemaidem vno die perierunt, & fuit 34. dies. Deinde Cæsariæ manet pluribus aliis diebus, & tunc inde eos adducit propheta, & sic complentur dies Pentecostes, & ibi illa facit. Chry. ibid. ho. 45.  
 i. Mnaionem.  
 k. Sumi.  
 l. Non vt opinor obsecutum est, & iacobum hoc ideo monuisse, vt scirent falsa esse quæ de illo audierant hi qui cum Christum ex Iudæis credidissent, etiam amulatores erant legis, ne per doctrinam Christi veluti sacrilegam, nec deo mandante confispiram, damnari putarentur quæ per Moysen patribus fuerat ministrata. Aug. Epi. 9.  
 m. His ritibus incedere.  
 n. Purifica.  
 o. Nihil.  
 p. Ambulas.  
 q. Decernentes, nequid huiusmodi obseruent illi, nisi.  
 r. Hoc dicebant, quia Paulus præferet gentiles verbum Dei deuotè recipientes Iudæis ipsi repellentibus: vt pater supra in pluribus locis: & quia legem nouam præferbat veteri: & quia dicebat verum sacrificium scilicet Eucharistiam, ubique offerri posse & non solum in Ierusalem: vbi tantummodo licebat offerri sacrificia Iudegorū Delira. Ibidem.  
 s. Græcos.  
 t. Prophanauit.  
 u. Quod.  
 v. Volebant enim illum, occidere, & propterea extrahebant quo cum maiore audacia hoc faciant Querentibus autem illis occidit, ascendit cum or ad tribunal cohortis, quod rota Ierusalem cōturbata esset, quæ illa assumptis militibus ac centurionibus decurrit ad illos. At illi cum vidissent tribunalum & milites cessauerunt percutere Paulum. loh. Chry. 14. Quod tota Ierusalem turbata esset.  
 w. Hanc vocem mortis erat Iudæis dicere aduersus iustos, quemadmodum etiam contra dominum, Tolle tolle, hoc est, aufer eum è vitiis. Alij verò dicunt hoc esse quod Romani consuetudine apud nos dicunt: inter signa eum iniuce. Occu. ibid.  
 x. Num.  
 y. Homo magnus, qui arte magice ad 30000. virorum cōgruans, per desertum ductus, paruenit ad montem Oliueti, paratus inde irruere in Ierusalem, nisi Felix occurrisset. Euseb. Eccl. hist. lib. 2. c. 31.

valefecissimus inuicem, ascendimus nauem, illi autem redierunt in sua. Nos verò nauigatione explicita] à Tyro, descendimus à Ptolemaidam, & salutatis fratribus, mansimus die vna apud illos. Alia autem die profecti, venimus Cæsariam. Et intrantes in domum Philippi Evangelistæ, qui erat vnus de septem, mansimus apud eum. Huic autem erant quatuor filie virgines prophetantes. Et cum moraremur per dies aliquot, superuenit quidam vir à Iudæa Propheta, nomine Agabus. Is cum venisset ad nos, tulit zonam Pauli, & alligans sibi pedes & manus, dixit: Hæc dicit spiritus sanctus: Viri cuius est zona hæc, sic alligabunt in Ierusalem Iudæi: & tradet in manus gentium. Quod cum audissemus rogabamus nos, & quid loci illius erant, ne ascenderet Ierusalem. Tunc respondit Paulus, & dixit: Quid facitis flentes & affligentes cor meum? Ego autem non solum alligari, sed & mori in Ierusalem paratus sum propter nomen domini Iesu. Et cum ei suadere non possemus, quieuiimus, dicentes: Domini voluntas fiat. Post dies autem istos præparati ascendebamus in Ierusalem. Venerunt autem quidam ex discipulis à Cæsariâ nobiscum, adducentes secum (apud quem hospitaremur) Iasonem] quendam Cyprium, antiquum discipulum. Et cum venissemus Ierusalem, libenter exceperunt nos fratres. Sequenti autem die introibat Paulus nobiscum ad Iacobum, omnesque collecti sunt seniores. Quos cum salutasset, narrabat per singula, quæ deus fecisset in gentibus per ministerium illius. At illi cū audissent, magnificabant deum, dixeruntque ei: Vides frater quot milia sunt in Iudæis qui crediderunt, & omnes æmulatores sunt legis. Audierunt autem de te, quia discessionem doceas à Moysen & eorum, qui per gentes sunt Iudæorum, dicens non debere eos circumcidere filios suos, neque secundum consuetudinem ingredi. Quid ergo est? Vtique oportet conuenire multitudinem. Audiēt enim te superuenisse. Hoc ergo fac, quod tibi dicimus: Sunt nobis viri quatuor, vorum habentes super se. His assumptis sanctifica] te cum illis, & impende in illis vt radant capita: & scient omnes quia quæ de te audierunt, falsa sunt: sed ambulans] & ipse custodiens legem. De iis autem qui crediderunt ex gentibus nos scripsimus, iudicantes, vt abstineant se ab idolis immolato & sanguine, & suffocato, & fornicatione. Tunc Paulus assumptis viris, postera die purificatus cū illis intrauit in templum, annuntians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro vnoquoque eorum oblatio. Cum autem septem dies consummarentur, ij qui de Asia erant Iudæi, cum vidissent eum in templo, concitauerunt omnem populum, & iniecerunt ei manus, clamantes: Viri Israelitæ, adiuuate. Hic est homo qui aduersus populum, & legem, & locum hunc, omnes vbiq; docens, insuper & gentiles] induxit in templum, & violauit] sanctum locum istum. (Viderant enim Trophimum Ephesium in ciuitate cum ipso, quem æstimauerunt quoniam] in templum introduxisset Paulus.) Commotaque est ciuitas tota, & facta est concursio populi. Et apprehendentes Paulum trahebant eum extra templum: & statim clausæ sunt ianue. Querentibus autem eum occidere, nuntiatum est Tribuno cohortis: quia tota confunditur Ierusalem. Qui statim assumptis militibus & Centurionibus decurrit ad illos. Qui cum vidissent Tribunalum & milites cessauerunt percutere Paulum. Tunc accedens Tribunus apprehendit eum, & iussit eum alligari catenis duabus, & interrogabat quis esset, & quid fecisset. Alij autem aliud clamabant in turba. Et cum non posset certum cognoscere præ tumultu, iussit duci eum in castra. Et cum venisset ad gradus, contigit vt portaretur à militibus propter vim populi. Sequebatur enim eum multitudo populi clamans: Tolle eum. Et cum cœpisset induci in castra Paulus, dicit Tribuno: Si licet mihi loqui aliquid ad te: Qui dixit ei: Græcè nosti? Nōne tu es Ægyptius, qui ante hos dies tumultum concitasti, & eduxisti in desertum quatuor milia virorum sicariorum? Et dixit ad eum Paulus: Ego homo sum quidem Iudæus à Tharso Cilicie, non ignoret ciuitatis municipes. Rogo autem te, permittite mihi loqui ad populum. Et cum ille permisisset, Paulus stans in gradibus, annuit manu ad plebem: & magno silentio facto, alloquitur est. lingua Hebræa, dicens.

† Sup. 6. b

† Sup. d

† Num. 44

Sup. 19. c

† 19. q. 3. Ma. ximianus

An. do. 15

Captus

Captus à Iudæis Paulus rationem suæ doctrinæ, & suam apud eos conuersationem, & inde conuersionem testatus, se tandem Romanum asserit.

XXII.

**V**iri fratres & patres, <sup>1</sup> audite quam ad vos nunc reddo <sup>2</sup> rationem. ] (Cum audissent autem quia Hebræa lingua loqueretur ad illos, magis præstiterunt silentium. Et dixit:) Ego sum vir Iudæus, <sup>b</sup> natus Tharso Ciliciæ, nutritus autem in ista ciuitate secus pedes Gamalielis, eruditus <sup>2</sup> iuxta veritatem paternæ legis, ] æmulator <sup>3</sup> legis ] sicut & vos omnes estis hodie: <sup>†</sup> qui hanc viâ persecutus sum vsque ad mortem, alligans & tradens in custodias viros ac mulieres, sicut princeps sacerdotum mihi testimonium reddit, & <sup>4</sup> omnes maiores natu: ] <sup>†</sup> à quibus & epistolas accipiēs ad fratres Damascum pergebam, vt adducerem inde victos in Ierusalem, vt punirētur. Factum est autem eunte me, & appropinquante Damasco media die, subito de cœlo <sup>5</sup> circumfulsit ] me lux copiosa: & decidens in terram, audiui vocem dicentem mihi: Saule Saule, quid me persequeris? Ego autem respondi: Quis es domine? Dixit ad me: Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris. Et qui mecum erant, lumen quidem viderunt, <sup>\* d</sup> vocem autem non audierunt eius qui loquebatur mecum. <sup>†</sup> Et dixi: Quid faciam domine? Dominus autem dixit ad me: Surgens vade Damascum, & ibi tibi dicitur de omnibus quæ te oporteat facere. Et cum non viderem præclaritate luminis illius, ad manum deductus à comitibus, <sup>\*</sup> veni Damascum. Ananias autem quidam, vir <sup>\*</sup> secundum legem, testimonium habens ab omnibus cohabitantibus Iudæis, veniens ad me, & <sup>†</sup> stans ] dixit mihi: Saule frater, respice. Et ego eadem hora respexi in eum. At ille dixit: <sup>†</sup> Deus patrum nostrorum præordinauit te, vt cognosceres voluntatem eius: vt videres iustum, & audires vocem ex ore eius, quia eris testis illius ad omnes homines, eorum quæ vidisti & audisti. Et nunc quid moraris? Exurge & baptizare, & ablue peccata tua, inuocato nomine ipsius. Factum est autem reuerenti mihi in Ierusalem, & oranti in templo, fieri me in <sup>7</sup> stupore mentis, ] <sup>†</sup> & videre illum, dicentem mihi: Festina, & exi velociter ex Ierusalem: quoniam non recipient testimonium tuum de me. <sup>†</sup> Et ego dixi: Domine, ipsi sciunt, <sup>†</sup> <sup>8</sup> quia ] ego eram concludens in carcerem, & cædens per Synagogas eos qui credebant in te: <sup>†</sup> Et cum funderetur sanguis Stêphani testis tui, ego <sup>9</sup> itabam ] & consentiebam, <sup>\*</sup> & custodiebam vestimenta interficientium illum. Et dixit ad me: Vade, quoniam ego <sup>10</sup> in nationes ] longè mittam te. Audiebant autem eum vsque ad hoc verbum, & leuauerunt vocem suam, dicentes: Tolle de terra <sup>\*</sup> huiusmodi. Non enim fas est eum viuere. <sup>†</sup> <sup>5</sup> Vociferantibus autem eis, & proiicientibus vestimenta sua, & puluerem iactantibus in aërem, iussit Tribunus induci eum in castra, <sup>11</sup> & flagellis cædi, ] & torqueri eum, vt sciret propter quam causam sic acclamarēt ei. Et cum astrinxisset eum loris, dixit astanti sibi Centurioni Paulus: <sup>12</sup> <sup>†</sup> Si ] hominem Romanum & indemnatum licet vobis flagellare: Quo audito, Centurio accessit ad Tribunal, & nunciauit ei, dicens: Quid acturus es? Hic enim homo, ciuis Romanus est. Accedens autem Tribunus dixit illi: <sup>†</sup> Dic mihi si tu Romanus es? At ille dixit: Etiam. Et respondit Tribunus: Ego multa summa ciuilitatem hanc consecutus sum. Et Paulus ait: <sup>1</sup> Ego autem & natus sum. Protinus ergo discesserunt ab illo qui eum <sup>13</sup> torturi ] erant. Tribunus quoque timuit postquam rescieuit quia ciuis Romanus esset, & quia alligasset eum. Postera autem die volens scire diligentius qua ex causa accusaretur à Iudæis, soluit eum, & iussit <sup>14</sup> sacerdotes ] conuenire, & omne consilium, & producens Paulum, statuit inter illos.

Diffensione autem propter Paulum inter Phariseos & Sadduceos orta, noue in eum parantur insidiæ, quibus per nepotem suum detectis, mittitur Cæsaream. XXIII.

**T**ntendens autem in concilium Paulus ait: Viri fratres, ego omni conscientia bona conuersatus sum ante deum, vsque in hodiernum diem. Princeps autem sacerdotum Ananias, præcepit astantibus sibi percutere os eius. Tunc Paulus dixit ad eum: <sup>†</sup> <sup>2</sup> Percutiet te deus paries dealbate. Et

NN iij

1. Meam ad vos nunc apologia, vel defensionem, seu purgationem.

a. Non dixit, audite meam doctrinam, vel meam conuersionem, sed meam defensionem si que humiliter oras. Chryso. ibid. b. Imo natus in oppido Galilææ: Giscali nomine fuit Paulus, à quo captus à Romanis est parentibus suis Tharsum Ciliciæ migravit. Ob studium autem legis Ierusalem veniens, à Gamaliel est eruditus. Beda ibidem.

2. Accuratè in paterna lege.

3. Dei.

4. Totus presbyterorum ordo. c. Hac autem loquitur ad illos, non solum vt se defendat, verum etiam vt ostendat non humano more, sed diuina virtute ad prædicationem adductum. Non enim sic eruditus statim factus esset, nisi fuisset eximius quidam. Chryso. ibid.

5. Circumfulguravit.

6. Et excreuit sunt.

7. Et dicitur.

8. Quomodo igitur dictum est superius, 9. vocem quidem audientes, nunc enim videtis Superius quidem intelligendum est ipsos comites vocem quandam audisse tanquam sonum illius, verè significatione non intellexisse. Eucherius.

9. Qui erant mecum.

10. Pius. 6. Astant.

11. Conueniens ordo. Primo præordinatus in præsentia dei, deinde cognoscit veritatem, videt iustum, audit ex ore ipsius: postea fit testis eorum que audiuit, vidit & cognouit. Rabanus ibid.

12. Visio ista fuit in spiritu, & imaginaria erat angelico famulatu exhibita, sicut & illa quam sibi in Apocalypsi factam describit sanctus Ioannes. Dionys. ibidem.

13. Quod.

14. Ad eum.

15. Ad gentes.

16. Romanum.

17. In patre suo Christi solus sacerdos de throno exiit vestimenta scidis: quia tunc sacerdotum verus erat immutandum: nunc verò quia tota gloria regni spoliata erat, omnes indumenta proiciunt, & clamorem puluere mixtum ad cælum tollit: iuxta quod Psalmista ait: Superbia eorum qui reoderunt, ascendit super eos. Beda ibidem.

18. Dicens eum flagellis examinandum.

19. Romanas leges implorare minime dubitauit, eibem Romanum se esse proclamans: quos tunc verberibus affligi non licebat. Aug. de mendacio, ca. 15. 12. An.

20. Quomodo Romanæ ciuitatis ius habens natus est, si Romanus natus non est? Quia cum pater suus hunc huiorem comparasset, & per eum venerandus ac gloriosus fuisset, ipse in eo natus est. Quod itaque ait: Ego autem & natus sum, tantundem est ac si dicat: Tu quidem recentem habes honorem, quem ipse comparasti: ego verò paternam habeo gloriam, & que mihi congenita est: propterea dicit: Ego autem & natus sum. Oecii. ibid.

21. Examinatur.

22. Principes sacerdotum. a. Paulus pontificis iussu palma percussus, contumeliosè visus est dicere, percutiet te deus paries dealbate. Quod min⁹ intelligentibus obuium sonat, intelligentibus verò propheta est, paries quippe dealbatus, hypocrysis est, id est, simulatio sacerdotalem præferens dignitatem, & sub hoc nomine tanquam candido regimine interiorum, quasi lucam turpitudinem occultans. Aug. de Sermo. do. in monte. lib. 1.

† Sup. 8. a. 9. a

† Sup. 9. a. 1. Cor. 15. b. Galat. c

† Sup. 8. a

† Sup. 7. d. 50. dist. ca. Si post. 9. Et vt prætereamus.

† 10. dist. Est in adiutorium.

† 23. quest. 1. Paulus.

tu sedens iudicas me secundum legem, & contra legem iubes me percuti? Et qui a-  
 stabant dixerunt: Summum sacerdotem dei maledicis: Dixit autem Paulus: Nescie-  
 bam fratres, quia princeps est sacerdotum. ] Scriptum est enim: † Principem populi  
 tui non maledices. Sciens autem Paulus quia vna pars esset Sadducæorum, & altera  
 Phariseorum: exclamavit in concilio: † Viri fratres, ego Phariseus sum filius Phariseorum.  
 ] De spe & de resurrectione mortuorum ego iudicor. Et cum hæc dixisset, facta est  
 dissensio inter Phariseos & Sadducæos, & soluta est multitudo. Sadducæi  
 autem dicunt non esse resurrectionem mortuorum, neque angelum, neque spiritum:  
 Pharisei autem utraque confitentur. Factus est autem clamor magnus, & exurgentes  
 quidam Phariseorum, pugnabant, dicentes: Nihil mali inuenimus in homine isto.  
 Quid si spiritus locutus est ei, aut angelus? Et cum magna dissensio facta esset, timens  
 Tribunus ne discerperetur Paulus ab ipsis, iussit milites descendere & rapere eum de  
 medio eorum, ac deducere eum in castra. Sequenti autem nocte assistens ei domi-  
 nus ait: † Constans esto. Sicut enim testificatus es de me in Ierusalem, sic te oportet  
 & Romæ testificari. Facta autem die collegerunt se quidam ex Iudæis, & deuouerunt  
 se dicentes: neque manducatuos neque bibituos, donec occiderent Paulum. Erant  
 autem plusquam quadraginta viri, qui hanc coniurationem fecerant: qui acceperunt  
 ad principes sacerdotum & seniores, & dixerunt: Deuotione deuouimus nos nihil gu-  
 statuos, donec occidamus Paulum. Nunc ergo vos notum facite Tribuno cum con-  
 cilio, ut producat illum ad vos, tanquam aliquid certius cognituri de eo. Nos verò  
 priusquam appropiet parati sumus interficere illum. Quod cum audisset filius sororis  
 Pauli insidias, venit, & intrauit in castra, nuntiauitque Paulo. Vocans autem Paulus  
 ad se vnum ex Centurionibus ait: Adolefcentem hunc perduc ad Tribunal. Habet  
 enim aliquid indicare illi. Et ille quidem assumens eum, duxit ad Tribunal, & ait:  
 Vincens Paulus rogauit me hunc adolefcentem perducere ad te, habentem aliquid  
 loqui tibi. Apprehendens autem Tribunal manum illius, secessit cum eo seorsum, &  
 interrogauit illum: Quid est quod habes indicare mihi? Ille autem dixit: † Iudæis  
 conuenit rogare te, ut crastina die producas Paulum in conciliū, quasi aliquid certius  
 inquisituri sint de illo, tu verò ne credideris illis. Insidiantur enim ei ex eis viri amplius  
 quàm quadraginta, qui se deuouerunt non manducare neque bibere, donec inter-  
 ficiant eum: & nunc parati sunt expectantes promissum tuum. Tribunal igitur dimi-  
 sit adolefcentem, præcipiens ei ne cui loqueretur, quoniam hæc nota sibi fecisset. ]  
 Et vocatis duobus Centurionibus dixit illis: Parate milites ducentos, ut eant vsque Cæ-  
 saræam, & equites septuaginta & lancearios ducentos, à tertia hora noctis, & iumenta  
 præparate. Ut imponentes Paulum, saluū perducerent ad Felicem Præsidem. Timuit enim  
 ne forte raperent eum Iudæi, & occiderent, & ipse postea calumniam sus-  
 tineret, tanquam accepturus pecuniam, ] scribens ei epistolam continentē hæc: Clau-  
 dius Lysias optimo Præsidi Felici salutem. Virum hunc comprehensum à Iudæis, &  
 incipientem interfici ab eis, superueniens cū exercitu eripui, cognito quia Romanus  
 est, volensque scire causam, quam obiciebant illi, deduxi eum in concilium eorum.  
 Quem inueni accusari de quæstionibus legis ipsorum, nihil verò dignum morte, aut  
 vinculis habentem crimen. Et cum mihi perlatū esset de insidiis quas parauerant illi,  
 misi eum ad te, denuntians & accusatoribus, ut dicant apud te. Vale. Milites verò, se-  
 cundum præceptum sibi, assumentes Paulum, duxerunt per noctem in Antipatridē:  
 & postera die dimissis equitibus, ut cum eo irent, reuersi sunt ad castra. Qui cum ve-  
 nissent Cæsaræam, & tradidissent epistolam Præsidi, statuerunt ante illum & Paulum.  
 Cum legisset autem & interrogasset de qua prouincia esset: & cognoscens quia de Ci-  
 licia: Audiam te, inquit, cum accusatores tui venerint. Iussitque in prætorio Herôdis  
 custodiri eum.

b. Tanquam si diceret: Ego a-  
 lium scilicet principē sacerdotū,  
 pro cuius nomine ista iussione,  
 cui maledicere fas non est, &  
 cui vos maledicistis, cum in me  
 nihil aliud quàm eius auditis  
 nomen. Aug. ubi supra.  
 1. Quid esset summus sacerdos,  
 2. Pharisei.  
 c. Quæ voce percussus protinus  
 contra se vicissim audientū  
 turba dissiluit. Scripuitur ergo  
 iusti dum diuiserunt iniusti, &  
 electorum vota ad perfectum  
 perueniunt, dum reproborum  
 agmina per discordiam cōfun-  
 duntur. Greg. Moral. ii. 24. c. 3.  
 3. Surgentes Scribæ de secta.  
 \* Ne repugnetis deo.  
 Id. q. d. Nihil est mirandum,  
 quia verūque legit libris Mo-  
 ysi, quos recipiebant Sadducæi.  
 Nisi Deo legatur locus cui A-  
 braham, & etiam angelus in  
 pluribus locis in Gen. & in hoc  
 arguebant contra Sadducæos ex-  
 scriptura ab ipsis recepta. Dely-  
 ra. 1.  
 \* Paulus.  
 e. Si deuouerunt, & votum sibi  
 non impleuerunt, igitur sem-  
 per sunt obligati, quia Paulum  
 non occiderunt, cæmeti vehe-  
 mentes, & viciosis in malicia  
 cupidi essent. Chryso. ibid.  
 f. Cum Dominus dicit, Beati-  
 qui etiam & sicut iusticiam.  
 Illi contra eluriant iniquita-  
 tem, sanguinem sicut, adeo ut  
 etiam cibos abdicent, donec  
 nocte iustificauerunt. Sed non est  
 sapientia, non est prudentia vel  
 consilium contra Deum. Scrip-  
 tur enim Paulus ab eorum in-  
 sidias, ut seruatus Romæ refi-  
 monium reddat. Christo. Glosa  
 ordinaria. ]  
 \* Cras.  
 g. Neque enim & Apostolus  
 Paulus vice sue transitorie cō-  
 sultabat, sed ecclésiæ dei, quan-  
 do contra illos qui eum occi-  
 dere conspirauerant, consilium  
 eorum Tribunalis ut produceret  
 esset. Aug. de mendacio, ca. 15.  
 h. Non est sapientia, non est pru-  
 dentia, non est consilium con-  
 tra deum. Beda ibid.  
 i. Id est, Iudæi fecerunt con-  
 uentionem derogando te ut crasti-  
 na die, producas Paulum volen-  
 tes proditori occidere eum.  
 Delyra. ibid. ]  
 4. Iudæi conspirauerūt.  
 k. Sive ergo promissione fru-  
 strarentur, sicut etiam frustra-  
 sunt, anathema erant: sive etiam  
 conuigisset illis ut occiderent,  
 rursus aut ipsi tanquā homici-  
 da anathema sicut efficiebant,  
 aut deus ipse quoniam pon-  
 tifices dissimularent. Oecu. ibi.  
 l. Quo pollicitus es illis te rur-  
 sum ad eos missurum. Paulum  
 examinandum. Beda ibid.  
 5. Ad me reueris.  
 m. Hæc Cæsarea est Palæstina,  
 de qua pluries supra.  
 n. Hic Felix pallantis frater à  
 Claudio imperatore missus est  
 ad Iudæos, qui & eorum prouin-  
 ciam cum Samaria & Galilea  
 curaret. Ioseph. de bello Iudaico.  
 lib. 2. c. 11.  
 7. Quis interficiendus esset.  
 o. Hoc dixit ad acquirendum  
 præsidis beneuolentiam, qua  
 si habens magnū zelū de ciui-  
 bus Romanis: quia quando e-  
 ripuit eū de manibus Iudæorum,  
 non cognouit quod esset ciuis  
 Romanus, sed postea cognouit  
 quādo eum questionari voluit.  
 Delyra ibid. ]  
 \* Quæ habent aduersus eum.  
 p. Antipatrida vel Antipatrida  
 vrbis est Palæstina in tribu  
 Manasse, quæ olim dicta est Ca-  
 pharsalama, vti. Machab. 7. c.  
 Exiit Nichanor in pugnam  
 obuiam Iudam iuxta Caphar-  
 salama. Ea verò sita est in opti-  
 mo Iudææ campo, & diuisi ar-  
 boribus, & fluminibus, inter  
 Diospolim quæ & tidda, &  
 Cæsaream Palæstinæ: procul ab  
 Ioppe 30. stadiis contra orien-  
 talem plagam.

† Exod. 22. d

† Philip. 14 Mat. 22. d

† Iosia 27. c

† 11. q. 11. xiiii.

Paulus apud Felicem à Iudæis accusatus suam viriliter in omnibus causam tuctur. X X I I I I.

Post

**A** Ost quinque autem dies descendit princeps sacerdotum Ananias, cum senioribus quibusdam, & Tertullo quodam oratore, qui adierunt Præsidentem aduersus Paulum. Et citato Paulo coepit accusare <sup>b</sup> Tertullus, dicens: Cum in multa pace agamus per te, & multa <sup>c</sup> corrigantur ] per tuam prouidentiam semper & vbique, suscipimus optime Felix, cum omni gratiarum actione. <sup>d</sup> Ne diutius autem te protraham, oro breuiter vt audias nos pro tua clementia. <sup>e</sup> Inuenimus hunc hominem pestiferum & concitantem seditionem omnibus Iudæis in vniuerso orbe, & autorem seditionis sectæ <sup>f</sup> Nazarenorum, qui etiam templum <sup>g</sup> violare ] conatus est, quem & apprehensum volumus secundum legem nostram iudicare. Superueniens autem Tribunus Lysias, cum vi magna eripuit eum de manibus nostris, iubens accusatores eius ad te venire, à quo poteris ipse iudicans, de omnibus istis cognoscere, de quibus nos accusamus eum. Adiecerunt autem & Iudæi, dicentes hæc ita se habere. <sup>h</sup> Respondit autem Paulus: (annuente sibi præsidente dicere): <sup>i</sup> Ex multis annis te esse iudicem genti huic sciens, bono animo pro me satisfaciam. Potes enim cognoscere, quia non plus sunt mihi dies quam duodecim, ex quo ascendi adorare in Ierusalem, & neque in templo inuenerunt me cū aliquo disputantem, aut concurrere in facientē turbæ, neque in Synagogis neque in ciuitate, neque probare possunt tibi de quibus nunc me accusant. <sup>k</sup> Cōfiteor autem hoc tibi, quod secundum <sup>l</sup> sectam, quam dicunt hæresin, ] sic deservio patrio deo meo, credens omnibus quæ in lege & Prophetis scripta sunt: spem habens in deum, quam & hi ipsi <sup>m</sup> expectant, ] resurrectionem futuram iustorum & iniuorum. In hoc & ipse studeo sine offendiculo conscientiam habere ad deum, & ad homines semper. <sup>n</sup> Post annos autem plures, elemosynas facturus in gentem meam veni, & oblationes, & vota ] in quibus <sup>o</sup> inuenerunt me purificatum in templo, non cum turba neque cum tumultu. <sup>p</sup> Et apprehenderunt me clamantes, & dicentes: Tolle inimicum nostrum. ] Quidam autem ex Asia Iudæi, <sup>q</sup> quos oportebat apud te præsto esse, & accusare si quid haberent aduersum me: aut hi ipsi dicant, si quid inuenerunt in me iniquitatis, cum stem in concilio, <sup>r</sup> nisi de vna hac solummodo voce, qua clamaui inter eos stans, quoniam <sup>s</sup> de resurrectione mortuorum ego iudico hodie à vobis. <sup>t</sup> Distulit autem illos Felix, certissime sciens de via hac, dicens: Cum Tribunus Lysias descenderit, audiam vos. Iussitque Centurioni custodire eum, & <sup>u</sup> habere requiem: ] nec quenquam de suis prohibere ministrare ei. Post aliquot autem dies veniens Felix cum <sup>v</sup> Drusilla vxore sua, quæ erat Iudæa, vocauit Paulum, & <sup>w</sup> audiuit ab eo fidem, quæ est in Christum Iesum. <sup>x</sup> Disputante autem illo de iustitia & castitate, & de iudicio futuro, tremefactus Felix, respondit: <sup>y</sup> Quod nunc attinet, vade: tempore autem opportuno accersam te: simul & sperans quod pecunia ei daretur à Paulo: <sup>z</sup> propter quod & frequenter accersens eum, loquebatur cum eo. Biennio autem expleto, accepit successorem Felix, <sup>aa</sup> Portium Festum. Volens autem gratiã præstare Iudæis Felix, reliquit Paulum vincitum.

*Accusatus in multis. Paulus apud Festum, et si in omnibus excusatus, damnatur, sed Romam appellat.* XXV.

An. do. 56.

**A** Estus ergo cum venisset in <sup>a</sup> prouinciam, post triduum ascendit Ierusalem à Cæsareâ. Audieruntque eum principes sacerdotum, & primi Iudæorum aduersus Paulum: & rogabant eum postulantem gratiam aduersus eum, vt iuberet perducere eum in Ierusalem, insidias tendentes, vt interficerent eum in via. Festus autem respondit, seruari quidem Paulum in Cæsareâ, se autem maturius profecturum: Qui ergo <sup>b</sup> in vobis, ] ait, potentes sunt, <sup>c</sup> descendentes simul, ] si quod est in viro crimen, accusent eum. <sup>d</sup> Demoratus autem inter eos <sup>e</sup> dies non amplius quam octo aut decem, ] descendit Cæsareâ, & altera die sedit pro tribunali <sup>f</sup> & iussit Paulum adduci. Qui cum perductus esset, circumsteterunt eum qui ab Ierusalem descenderant Iudæi, multas & graues causas <sup>g</sup> obiiicientes, ] quas non poterat probare, Paulo rationem reddente: quoniam neque in legem Iudæorum, neque in

NN iij

[a. Descriptis que passus est Paulus Solymis, nunc quoque addit Lucas ea qua Cæsareæ petu lit. Obserua filios diaboli factis in sua perfidia esse indultios. Tertullum oratorem sibi aduersum. Atque loquitur ille, sed qui timent vinei, tales sibi euadidos querunt. Loriculus ibid.]  
 b. Tertullus pro more boni oratoris, iudicis beneuolentiam capiat, iudicem laudibus preoccupans, verum an verè vel falsè orat, parum considerans, qui à principio seditionum, & rerum vocat inuouatorem. Chryso. ibidem.  
 1. Rectè gerantur.  
 2. Illo tempore pro opprobrio Nazarenis vocabantur: vnde in Iudæos orta est secta, que dicta est hæresis Nazarenorum, qui Christum dei filium de Mariæ natum credunt, passum etiam & resurrexisse, omnia legis mada custodientes. Sed dum volunt Iudæi & Christiani esse, neutrum funt. Beda ibid.  
 2. Prophanare.  
 [d. Per hoc manifeste patet bonitas tui regimini, quod ratiū habuisti regimen huius gentis. Et hoc ego sciens bono animo pro me satisfaciam, cōsidēs de tua iustitia, & mea innocētia. Consequenter respondet ad obiectionē & primò ad concitationē seditionum Ierusalem. de. Lysia ibidem.]  
 e. Dicens se deum patrium colere post factam vocationem vè esset Apostoli, ostendit eundē esse deum veteris ac noui testamenti, quem lex & prophetae annuntiauerunt, quem Paulus prædicabat, dicens se vniuersis credere que in lege ac prophetis scripta sunt: latenter autem Christum etiam hie induxit. Sed interim in sermone de resurrectione veritatem, quem hie ab exordio oppugnabant. Hoc enim ostensio facit etiam quæ de Christo sunt, superinducet, nempe quod ipse resurrexit. Occume. ibid.  
 3. Viam quam dicunt sectam.  
 4. Amplexantur.  
 5. Me compererunt.  
 [f. Hoc per antiphrasim, Seiebat enim hoc eis placere: q. d. Nihil commisi, nisi quia prædicauit quod isti credunt. Glossa ordinat. post Rabanum. ibid.]  
 [g. Hoc est, dedit opera distulit non opus habens vt distulit, sed volens repellere Iudæos, noluit dimittere propter illos. Chryso. ibid.]  
 5. Sincerè relaxari.  
 h. Filia Herodis Agrippæ de quo supra. 12. ca. & foror Agrippæ & Bernice, vel potius Bernice, de qua infra sequenti. cap. 11. Tunc enim liberauit eum à clausura carceris, datus ei libertatem eundi per ciuitatem. Ita tamen quod rediret ad mandatum Ipsi. Delyra, ibid.]  
 \* Vt solueret ipsum.  
 k. Claudio imperatore defuncto Nero suscepit principatum. A quo Festus mittitur in Iudæam succedere Felici, apud quem causa dicta Paulus vincitum mittitur Romam Antistarcho se comitante. Euseb. Ecclesiæ. histo. 2. cap. 22.  
 a. In prouinciam Palæstinae sicut Palæstinae præfides, alij sēper aliis succedentes à Romanis mittebantur imperatoribus. Rabanus ibid. Carcerum postquam Felici successor Porcius Festus à Nerone missus est, primores Iudæorum Cæsaream incolentium Romam profecti sūt Felicē accusaturi: dedissetque omnino penas iniuriarū quibus Iudæos affecerat, nisi Nero eum dōnasset Pallantis fratris precibus, qui tum in pretio erat apud principem. Ioseph antiquit. Iudæi lib. 20. cap. 13.  
 1. Inter vos.  
 2. descendant nobiscum, &c.  
 3. Diebus amplius quam octo.  
 b. In quo offendit se velle gratificari Iudæis: Vnde & in Paulum humanis vrens armis seuire festinat. Chryso. ibid.  
 4. Intendentes in Paulum.



d. Nomen Cæsaris, Romæ lingua regem seu imperatorem significat, ad id ut communi nomine omnes imperatores Romanorum Cæsaris nomine vocentur, tanquam dicas reges vel imperatores. Occum. ibidem.

5. Peccasset.  
d. Quod Cæsaris appellat, quod Romanis ite festinat, ideo facit, ut diuini infestio prædicatio- ni multis credentibus corona- tus est ad Christum. Beda ibid.

6. Vbi.  
7. De quibus.  
e. Paulus ne Iudæis eum interi- nere cupieribus traheretur, Cæ- sari poposcit auxilium Roma- ni quidem principis, sed nõ Christiani ecclesie potius, quã vice propriæ consulens. Augu- de mendacio, cap. 15.

f. Hic Agrippa filius Herodis A- grippæ, cuius sup. 12. ca. memi- nimus. Superstitis enim ei fue- rant filius quidem vnus Agrip- pa iste annu agens decimum septimũ, filie verò tres, ex qui- bus Berenice nupta erat Herodi patruo, natã annos sedecim, te- liquæ duæ cum etiam virgines erant, Mariãe & Drusilla, hæc septennis à patre desponsata Lu- lio Archelao Cheliaz filio, illa decennis Epiphani filio Cõge- norum Regis Antiochi. Ioseph. antiquit. Iudæe. lib. 19. cap. 9.

8. Berenice, & infra.  
9. Significauit mihi.

10. Sententiam.  
\* Ut pereat.

11. Multo apparatu.  
g. Vide quãle auditorium con- gregatur Paulo cum viris præci- pui ciuitatis. Princeps enim & Rex stipatoribus suis omnibus congregatis occurrunt, & cum ipsis trionni & premi ciuitatis affuerunt. Chrylsto. ibid.

h. Aut regis nomine descende- rat Agrippa in prouincias, & propterea rex appellabatur, aut fortassis ipse quoque rex erat patrum orientalium, cum Ne- ro occidentalibus imperaret, & Romæ resideret. Occum. ibid.

\* Et hic.

12. Produxi.

13. Iniquam.

14. Crimina de quibus accusa- tus.

a. Paulus nunc magna libertate loquitur non assensans, sed pro- pter hoc beatum se esse dicens quod loquatur ei qui omnia sciat. Chrylsto. ibid.

1. Qui coram te sum rationem reddentis.

2. Omnes.

3. Quem egi ab adolescentia.

4. Quid.

b. Secta Phariseorum famosa, ar- que notissima fuit. Vnde conu- nuerat Apollolus se Iudæis di- cendo: nostræ religionis, scilicet Iudæismi, seu veteris testamẽti, loquens de se pro tempore iu- uentus suã. Diony. ibidem.

5. Ad quam.

c. Duxit enim circa resurrectio- nem ratio in rationem, synam qui- dem a prophetis, nec tamen ad- ducit prophetiam, sed ipsam Iu- daeorum opinionem. Alteram vero fortiorẽ quæ est ab ipsis rebus: quoniam probatũ est ab eo quod Christus resurrexit à mortuis: & hæc quoque ratio- nibus confirmat. Prima ratio.

Quid incredibile est quod deus mortuos suscitauerit. Item alia. An- ne huiusmodi doctrina erat, æ- que dogmata in quibus educa- ti erant? Quis autem non susce- pit sermonem quem in mediũ adduxit? Super hoc inquit de- cre- to tanquam de hæresi accusor eum apud eos nihil hæc opinio- ne antiquius habetur: propter hæc gloriantur, ob hæc deum colunt ut eam consequantur. Et hæc ego annuntio. Occum. ibid.

\* Ac dicentem.

templum, neque in Cæsarem quicquam peccauit.] Festus autem volens gratiam præsta- re Iudæis, respondens Paulo, dixit: Vis Ierosolymam ascendere, & ibi de his iudicari apud me? Dixit autem Paulus: Ad tribunal Cæsaris sto, ibi me oportet iudicari. Iu- dæis non nocui, sicut tu melius nosti. Si enim nocui, aut dignum morte aliquid feci, non recuso mori. Si verò nihil est eorum quæ hi accusant me, nemo potest me illis donare. Cæsarem appello. Tunc Festus cum consilio locutus, respondit: Cæsarem appellasti ad Cæsarem ibis. Et cum dies aliquot transacti essent, Agrippa Rex & Berenice descenderunt Cæsaream ad saluandum Festum. Et cum dies plures ibi mora- rentur, Festus Regi indicauit de Paulo, dicens: Vir quidam est derelictus à Felice vin- ctus: de quo cum essem Ierosolymis, adierunt me principes sacerdotum & seniores Iudæorum, postulantes aduersus illum damnationem.] Ad quos respondi: quia nõ est Romanis consuetudo donare aliquem hominem priusquã is qui accusatur, præ- sentes habeat accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina quæ ei obiiciunt. Cum ergo huc conuenissent, sine vlla dilatione, in sequenti die sedens pro tribunali, iussit adduci virum. De quo cum stetit accusatores, nullã causam deferebat, de quibus ego suspicabar malum: quæstiones verò quasdam de sua super- stitione habebant aduersus eum, & de quodam Iesu defuncto, quem affirmabat Pau- lus viuere. Hæsitans autem ego de huiusmodi quæstione, dicebam: si vlllet ire Ieroso- lymam, & ibi iudicari de istis. Paulo autem appellante ut seruaretur Augusti cognitio- ni, iussi seruari eum, donec mittam eum ad Cæsarem. Agrippa autem dixit ad Fe- stum: Volebam & ipse hominem audire. Cras, inquit, audies eum. Altera autem die cum venissent Agrippa & Berenice cum multa ambitione, & introissent in audito- rium cum Tribunis & viris principalibus ciuitatis, iubente Festo, adductus est Paulus. Et dixit Festus: Agrippa Rex, & omnes qui simul adestis nobiscum viri, videtis hunc hominem, de quo omnis multitudo Iudæorum interpellauit me Ierosolymis, & pet- tentes & iacclamantes, non oportere eum viuere amplius. Ego verò comperi, nihil dignum morte eum admisisse. Ipso autem hoc appellante ad Augustum, iudicavi mit- tere. De quo quid certum scribam domino, nõ habeo, propter quod perduxi eum ad vos, & maximè ad te Rex Agrippa, ut interrogatione facta habeam quod scribam. Sine ratione enim mihi videretur mittere victum, & causas eius non significare.

Apud Agrippam & Festum Paulus suam probans innocentiam, & ab eis talis in- uentus dimissus fuisse, nisi Romam appellasset. X X VI.



Agrippa verò ad Paulum ait: Permittitur tibi loqui pro temetipso. Tunc Paulus extenta manu, cœpit rationem reddere: De omnibus quibus ac- cusor à Iudæis Rex Agrippa, æstimo me beatum apud te, cum sim de- fensusurus me hodie, maxime te sciente omnia quæ apud Iudæos sunt, consuetudines & quæstiones, propter quod obsecro patienter me audias. Et quidem vitam meam à iuuentute, quæ ab initio fuit in gente mea in Ierosolymis, nouerunt omnes Iudæi, præscientes me ab initio (si velint testimonium perhibere) quoniam secundum certissimam sectam nostræ religionis vixi Phariseus. Et nunc in spe quæ ad patres nostros repromissionis facta est à deo, sto iudicio subiectus, in qua duodecim tribus nostræ nocte & die deseruientes, sperant deuenire. De qua spe accusor à Iudæis, Rex. Quid incredibile iudicatur apud vos si deus mortuos suscitauerit? & ego quidem æstimaueram me aduersus nomen Iesu Nazareni debere multa contraria agere: quod & feci Ierosolymis. Et multos sanctorum ego in carceribus inclusi, & à principibus sacerdotum potestate accepta, & cum occiderentur, detuli sententiam. Et per omnes Synagogas frequenter puniens eos, compellebã blasphemare, & amplius insanians in eos persequebar vsque in exterarum ciuitates. In quibus dum irem Damas cum potestate & permisso principum sacerdotum, die media, in via vidi, Rex, de cælo supra splendorem solis circumfulsisse me lumen, & eos qui mecum simul erant: omnesque nos cum decidissemus in terram, audiui vocem loquentem mihi Hebraica

1 sup. 9. a. & 22 b

braica lingua: † Saule, Saule quid me persequeris? † Durum est tibi contra stimulum  
 calcitrare. \* Ego autem dixi: Quis es domine? Dominus autem dixit: Ego sum Iesus,  
 quem tu persequeris. Sed exurge, & sta supra pedes tuos. Ad hoc enim apparui tibi, vt  
 constituam te ministrum & testem, \* eorum quæ vidisti: & eorum in quibus appare-  
 bo tibi, eripiens te de populis & gentibus in ] quas nunc ego mitto te, aperite ocu-  
 los eorum vt conuertantur à tenebris ad lucem, & de potestate sathanæ ad deum, vt  
 accipiât remissionem peccatorum, & sortem inter 7 sanctos ] per fidem quæ est in me.

1 sup. 13. & 14.

E & Vnde Rex Agrippa, non fui 8 incredulus ] cœlesti visioni: † sed iis qui sunt Damasci  
 primùm, & Ierosolymis, & in omnem regionem Iudææ, & gentibus 9 annuntiabâ: vt  
 pœnitentiam agerent, & conuerterentur ad deum, digna pœnitentiæ opera facientes.

1 sup. 22. a.

Hæc ex causa me Iudæi, cum essem in templo, † comprehensum tentabant interfice-  
 re. Auxilio autem adiutus dei vsque in hodiernum diem sto, testificans minori atque

1 sup. 13. c.

F maiori, nihil extra dicens, quàm quæ prophetæ locuti sunt, futura esse, & Moyses, si  
 passibilis Christus, 5 si primus ex resurrectione mortuorum, lumen annuntiaturus est  
 populo & gentibus. Hæc loquente eo & rationem reddente, Festus magna voce dixit:

† Infans Paule. Multæ te literæ ad insaniam conuertunt. Et Paulus: Non infansio, in-  
 quit, optime Feste, sed veritatis & sobrietatis verba loquor. Scit enim de his Rex, ad  
 quem & constanter loquor. Latere enim eum nihil horum arbitror. Neque enim in

G angulo quicquam horum gestum est. \* Credis Rex Agrippa, prophetis? Scio quia cre-  
 dis. Agrippa autem ad Paulum: † In modico suades me Christianum fieri. Et Paulus:

Opro apud deum & in modico & in magno, non tantum te, sed etiam omnes qui au-  
 diunt hodie, fieri tales, qualis & ego sum, 1 exceptis vinculis his. Et exsurrexit Rex &  
 Præses & Berenice & qui assidebant eis. Et cum secessissent, loquebantur adinuicem

dicentes: quia nihil morte aut vinculis dignum quid fecit homo iste. Agrippa autem  
 Festo dixit: Dimitti poterat homo hic, si non appellasset Cæsarem.

*Paulus Romam nauigans multa pericula & tandem naufragium passus, cum suis  
 ad terram sanus euasit. X XVII.*

Anno do. 77.  
 † 7. q. 1. Ad-  
 uerfias,  
 12. Cor. 11. f



A † T autem iudicatum est nauigare 1 eum ] in Italiam, & tradi Paulum 2 cū  
 reliquis custodiis ] Centurioni nomine Iulio, cohortis Augustæ, † ascen-  
 dentes nauem 3 Adrumetinam incipientem ] nauigare, circa Asiæ loca su-  
 stulimus, perseverante nobiscum Aristarcho Macédone Thessalonicen-  
 se. Sequenti autem die venimus Sidõnem. Humanè autem tractans Iulius Paulum

permisit ad amicos ire, & curâ sui agere. Et inde cum sustulisset, subnauigauimus  
 \* Cyprum: propterea quòd essent venti contrarij. Et pelagus 4 Ciliciæ & Pamphylia ]  
 nauigantes, venimus 5 Lystram, ] quæ est Lyciæ: & ibi inueniens Centurio nauem A-

B alexandrinam nauigantem in Italiam, transposuit nos in eam. \* Et cum multis diebus  
 tardè nauigarem, & vix deuenissemus contra Gnydum prohibente nos vento, ad-  
 nauigauimus Crete iuxta Salmõnem. Et vix iuxta nauigates, venimus in locum quen-  
 dam qui vocatur 6 Boniportus, cui iuxta erat ciuitas 7 Thalassa. ] Multo autem tempo-

C re peracto, & cum iam non esset tuta nauigatio, eo quòd 7 ieiunium iam præterisset, ]  
 consolabatur eos Paulus, dicens eis: Viri, video 8 quoniã ] cum iniuria & multo dam-  
 no non solùm oneris & nauis, sed etiam animarum nostrarum 9 incipit esse ] nauiga-  
 tio. 10 Centurio autem gubernatori & naucléro magis credebat, quàm iis quæ à Paulo

dicebantur. \* Et cum aptus portus non esset ad hyemandum, plurimi statuerunt con-  
 siliium nauigare inde, si quo modo possent deuenientes Phœnicem 11 hyemare 12 por-  
 tum Crete respicientem ] ad Aphricum & ad Chorum. Aspirante autem austro æsti-

mantes propositum se tenere, cum sustulissent de Asson, legebant Cretam. Non post  
 multum autem misit se contra ipsam ventus Typhonicus, qui vocatur Euroaquilo.  
 Cùmque arrepta esset nauis, & non posset conari in ventum, data naue flatibus, fere-

bamur. In insulam autem quandam decurrentes, quæ vocatur, 13 Cauda, ] potuimus  
 vix obtinere scapham. Qua sublata, adiutorijs vtēbantur, accingentes nauem, timen-

tes. Hæc loquente eo & rationem reddente, Festus magna voce dixit: Infans Paule. Multæ te literæ ad insaniam conuertunt. Et Paulus: Non infansio, inquit, optime Feste, sed veritatis & sobrietatis verba loquor. Scit enim de his Rex, ad quem & constanter loquor. Latere enim eum nihil horum arbitror. Neque enim in angulo quicquam horum gestum est. \* Credis Rex Agrippa, prophetis? Scio quia credis. Agrippa autem ad Paulum: In modico suades me Christianum fieri. Et Paulus: Opro apud deum & in modico & in magno, non tantum te, sed etiam omnes qui audiunt hodie, fieri tales, qualis & ego sum, exceptis vinculis his. Et exsurrexit Rex & Præses & Berenice & qui assidebant eis. Et cum secessissent, loquebantur adinuicem dicentes: quia nihil morte aut vinculis dignum quid fecit homo iste. Agrippa autem Festo dixit: Dimitti poterat homo hic, si non appellasset Cæsarem.

Paulus Romam nauigans multa pericula & tandem naufragium passus, cum suis ad terram sanus euasit. X XVII.

d. Huc vsque sine stimulo testi-  
 fisti, sed nunc si resistis, contra  
 stimulum calcitrabis, quod factu  
 duru est, stimulus est ipsa corte-  
 xio. Rabanus ibidem.  
 [e. Vt constituam te ministrum  
 eorum quæ vidisti & audisti  
 istud enim est efficax testimoni-  
 niu. f. p. visum & auditu. Et eor-  
 um in quibus apparebo tibi, si-  
 cur in hoc libro legitur plures  
 apparitiones diuinæ, & reuela-  
 tiones Paulo postea factæ, vt co-  
 uerterentur à tenebris erroru ad  
 lucem fidei. De Lyra.]

\* Et  
 6. Ad.  
 7. Eos qui sanctificati sunt.  
 8. Inobediens.  
 ff. Annuntiabam vt penitentia  
 agerent, & conuerterentur ad  
 Deum digna penitentia opera  
 facientes. Dicant nobis noui eu-  
 angelicæstri, an Apostolus hæc  
 ex animo locutus sit, nec ne? Si  
 ex animo, quid nobis aliud eu-  
 gelium obrudat solius fidei si-  
 ne operibus? Quid penitentiam  
 ex sola fide estimantes, iustifi-  
 cationem segregant atque reit-  
 ciunt. Lorichius ibid.]

g. Moyses dixit qd passus est  
 Christus primus ex resurrectio-  
 ne. Primus quidem hic resurre-  
 xit, qui amplius nõ moueretur.  
 Quam enim per eum aut per di-  
 scipulos, similiter & per aphe-  
 tas, alij quidã resurrexerunt, ruf-  
 sum mortui sūt, expectantes uni-  
 uersalẽ resurrectionẽ. Oecum. ibi:  
 h. Tales enim sanctoru animæ,  
 cum in pericula ceciderint, non  
 quomodo periculis liberentur  
 considerant, sed quòd persequen-  
 tes luertentur, omnia faciunt.  
 Crysol. ibid.]

i. Non ideo dixit quòd vincit  
 esse pro Christo rem putari ex-  
 ecrandã esse. Absit. Nam si hoc  
 sensisset, non alibi scribens di-  
 xisset: Libenter gloriabor in in-  
 firmitatibus meis, vt inhabitee  
 in me virtus Christi. Idem in e-  
 pistol. ad Ephes. cap. 3. Homi. 9.  
 a. Paulus itaque ab Ierosololy-  
 mis Romam relegatus, quia eum  
 infidelibus iter agit, mare fu-  
 rit, venti refragant, imber im-  
 minet, frigora fatigant, astra  
 obnubilant, terra negatur, triti-  
 cum in mare iactatur, nauis ac-  
 cumentia tollitur, ipsa postre-  
 mæ nauis arenis illisa dissolu-  
 tur: nauis quam non agnosset  
 terram nando petunt, & qui se-  
 culi vndas onerati cupiditate  
 subierant, eodem aduersante  
 seculo vix nudi euadunt. Be-  
 da ibid.]

1. Nos.  
 2. Et quosdam alios.  
 3. Hadramitenam incipientes.  
 4. Iuxta.  
 5. Quod est inter Ciliciam &  
 Pamphyliam.  
 6. Myram.  
 [b. Non tamen sic dictus à bo-  
 nitate, vnde infra dicitur, quod  
 non erat aptus ad hyemandum,  
 sicut aliquando aliqua villa di-  
 citur bona villa, quæ multu est  
 defectiua. De Lyra ibid.]

6. Lissa.  
 7. Inedia vites defecissent, vel  
 ieiunio.  
 8. Quod.  
 9. Periculo sit futura.  
 c. Non adhibet animum Cent-  
 rio his quæ à Paulo dicebantur,  
 credens eis qui artis nauigandi  
 periti essent, magis quàm vecto-  
 ri inexperio rei nauicæ, & ex  
 hoc docet quòd mentis: potius  
 error esset quàm fortuna. Cum  
 enim naturale cuique sit vitare  
 pericula, docet ipsa experientia,  
 ne seipsum quisquam præcipitet,  
 cum res aperunt afferre pericu-  
 lum, & fortuna ac fatum ad id  
 quòd præsum est, obdormiat.  
 Oecum. ibidem.

\* Illic.  
 10. Is est portus Crete spectans.  
 11. Cauda.  
 [d. Cauda sita est haud longè  
 à promuntorio, quod cœtra Phi-  
 cuntem Aphricæ promontorium  
 spectare dicitur.]

10. Alia translatio, timentes ne in Syres incidere, lascentes autem nauis ita ferebantur. Est autem Syris fecidum Rabanum angustia, siue tribulatio, siue locus periculosus ex arena. In quibus timebat scidero ex nimio nauis cursu. De Lyra cum Glo. ord.]

12. Velo.

13. Nostris.

14. Proiecinus.

f. Oportebat me audire dū vos prius hortarer, non debere nos egredi à Creta: & dum me non audistis, hanc iacturam fecistis. Rabanus ibidem.

15. Nec accerere nobis.

16. Vobis.

g. Nec ista dicit iactando, sed ad fidem illos prouocando. Nā & ideo mare turbatum est: & per quod audicus non fuit prius in Creta, vt per id quod à domino auditus est, specialis gratia in eo appareret. Beda ibidem.

h. Hadria nomen maris contra Rauennam, quod per ostia Padī fluuij interitur: hinc Hadriaticū mare, ab Hadria Tuloorum ciuitate vetustissima, qua in eius litore olim fuit, locitum est nomen.

\* Rutiliusque demissa bolidem. Nautis verò quarentibus fugere à nauī cum dimississent scapham in mare, sub preterito velut de prora anchoris extensuri, dixit Paulus Centurioni ac militibus: Nisi hi in nauī manserint, vos salui fieri non poteritis. Joan. Chrysol. ibid.]

17. Hortabatur.

k. Nō est verisimile quod in 14. diebus nihil comederint, sed quod parum est: pro nihilo reputatur. Dionys. ibid.

l. Neque enim ille sibi cura erat, vtpote non finere periculo occipari circa res vulgares. Vnde autem manifestus factus est numerus eorum qui simul nauigabant: verisimile est eos causam interrogasse cur nauigasset, & ita oia didicisse. Oecum. ibi. [m. Consequenter describitur naufragij perperisio, cū dicitur: Terram non agnoscebant, fecerit in litore maris. De Ly. ibi.]

18. Bimarem.

19. Vinchos.

n. Iterum tenet diabolus obfistere propheta, & volebat quosdam interficere, sed non permisit Centurio, vt Paulum seruet, ad eū familiariter diligebat. Chrysol. ibid.]

\* Fragmenta.

1. Euasissent, tunc cognouerunt quod Melite.

a. Melite autem vel Melita in mari est Hadriatico, vbi sunt passi naufragium post varia discrimina à Creta. Eteibus enim à Caesarea Romam per Cretam recta via est. At eū Melita Pathmo Sicilte promontorio adiacet vetus in eisdem, & post naufragium naufragum sit Syracusas, patet hanc dici Melitam.

2. Vulgatem.

b. Paulum mordit vipera, & putabat eum quasi peccatorem vix de naufragio seruatum, veneno esse moriturum: sed postquam inuolabilis permanisset, excussa in igne vipera, plus apud intuentes venerationis inuenit. Ambr. Exameron. lib. 6. cap. 6.

3. Prorepens.

4. Quem saluatum in mari vitio non fuit.

5. Expectabant vt incidere tur, aut cecideret subito mortuus.

c. Hoc itaque intuitu barbari eū quoque qui certam mortē euaserat, deum esse dicebat, vt quibus moris erat omnē qui gloriosum aliquid opus praestaret. Deum existimare: quemadmodum etiam veteres deos nominabant, aut eos qui aliquid operarentur, quod vires ipsorum suorumque coarorum excederet. Oecum. ibid.]

6. Trahauit hospitio.

tesne in<sup>o</sup> Syrtim incidere, summissio<sup>12</sup> vase ] sic ferebantur. § Valida autem nobis<sup>d</sup> tempestate iactatis, sequenti die iactum fecerunt, & tertia die<sup>13</sup> suis ] manibus armamenta nauis<sup>14</sup> proiecerunt. ] Neque autem sole, neque syderibus apparentibus plures dies, & tempestate non exigua imminente, iam ablata erat spes omnis salutis nostrae. Et cum multa ieiunatio fuisset, tunc stans Paulus in medio eorum dixit: <sup>f</sup> Oportebat quidem o viri audire me non egredi à Creta, <sup>15</sup> lucrique facere ] iniuriam hanc & iacturam. Et nunc suadeo vobis bono animo esse. Amisio enim nullius animae erit ex<sup>16</sup> nobis, ] praterquam nauis. <sup>16</sup> Astitit enim mihi hac nocte angelus dei, cuius sum ego, & cui deseruio, dicens: Ne timeas Paule: Caesari te oportet assistere. § Et ecce donauit tibi Deus omnes qui nauigant tecum, propter quod bono animo<sup>17</sup> estote viri. Credo enim deo, quia sic erit, quemadmodum dictum est mihi. In insulam autem quandam oportet nos deuenire. Sed postea quā quartadecima nox superuenit, nauigantibus nobis in<sup>h</sup> Hadria circa mediam noctem, supicabantur nauae apparere sibi aliquam regionem. Qui & summittentes bolidem, inuenerunt passus viginti: & pupillum inde separati, \* inuenerunt passus quindecim. Timentes autem ne in aspera loca incideremus, de puppi mittentes anchoras quatuor, optabant diem fieri. Nautis vero<sup>1</sup> querentibus fugere de nauī, cum misissent scapham in mare, sub obtentu quasi inciperent à prora anchoras extendere, § dixit Paulus Centurioni, & militibus: Nisi hi in nauī manserint, vos salui fieri non poteritis. Tunc absiderunt milites funes scaphae, & passi sunt eam excidere. Et cum lux inciperet fieri, <sup>17</sup> rogabat ] Paulus omnes sumere cibum, dicens: <sup>k</sup> Quartadecima die hodie expectates ieiuni permanetis, nihil accipientes, propter quod rogo vos<sup>1</sup> accipere cibum pro salute vestra: quia nullius vestrum capillus de capite peribit. Et cum haec dixisset, sumens panem gratias egit deo in conspectu omnium, & cum fregisset cepit manducare. Animae quiores autem facti omnes, & ipsi sumpserunt cibum. Eramus autem vniuersae animae in nauī ducentae septuaginta sex. Et satiati cibo alleuiabant nauem, iactantes triticum in mare. § <sup>m</sup> Cū autem dies factus esset, terram non agnoscebant: sinum verò quendam considerabant habentem litus, in quem cogitabat, si possent, eiicere nauem. Et cum anchoras sustulissent, committebant se mari, simul laxantes iuncturas gubernaculorum, & leuato artémone secundum aurae flatum tendebant ad litus. Et cum incidissemus in locum <sup>18</sup> bithalassum ] impeerunt nauem: & prora quidem fixa, manebat immobilis, puppis verò soluebatur à vi maris. Militum autem consilium fuit, vt <sup>19</sup> custodias ] occiderent ne quis cum enataisset, effugeret. Centurio autem volens seruare Paulum, prohibuit fieri: iussitque eos qui possent natate, emittere se primos, & euadere & ad terram exire, & ceteros alios in tabulis ferebant: quosdam super ea quae de nauī<sup>1</sup> erant. Et sic factum est, <sup>1</sup> vt omnes — animae ] euaderent ad terram.

*Paulus post naufragium Melite applicitus multa edidit miracula, & inde Romam perueniens cum omnium gaudio & laetitia suscipitur. XXVIII.*

**E**T cum<sup>1</sup> euasissemus, tunc cognouimus quia<sup>a</sup> Mitylene ] insula vocabatur. Barbari verò praestabant non<sup>2</sup> modicam ] humanitatem nobis. Accensa enim pyra reficiebant nos omnes, propter imbrem qui imminebat, & frigus. <sup>b</sup> Cum congregasset autem Paulus sarmentorum — aliquantam ] multitudinem, & imposuisset super ignem, vipera à calore<sup>3</sup> cum processisset, ] inuasit manum eius. Vt verò viderunt barbari pendentem bestiam de manu eius, adinuicem dicebant: vtique homicida est homo hic, <sup>4</sup> qui cum euasit de mari, vitio non ] finit eum ] viuere. § Et ille quidem excutiens bestiam in ignem, nihil mali passus est. <sup>5</sup> At illi<sup>1</sup> existimabant eum in tumorem conuertendum, & subito casurum & mori. ] Diu autem illis expectantibus & videntibus nihil mali in eo fieri, <sup>c</sup> conuertentes se dicebant eum esse deum. In locis autem illis erant praedia principis insulae, nomine Publij, qui nos suscipiens triduo benignè<sup>6</sup> exhibuit. ] Contigit autem patrem Publij, febri-

† Sup. 12. a & 13. b

† 7. q. 1. ad ueritatem.

febris & dysenteria vexatū iacere.<sup>d</sup> Ad quem Paulus intrauit, & cum orasset, & imposuisset ei manus, saluauit eum. Quo facto & omnes qui in insula habebant infirmitates, accedebant, & curabantur.<sup>e</sup> Qui etiam multis honoribus nos honorauerunt, & nauigantibus imposuerunt quæ necessaria erant. Post menses autem tres, nauigauimus in nauī Alexandrina quæ in insula hyemauerat, cui erat insigne<sup>e</sup> Castorum. Et cum venissemus<sup>f</sup> Syracūsas, mansimus ibi triduo. Inde circumlegentes deuenimus<sup>g</sup> Rhegium, & post vnum diem flante austro secunda die venimus Puteolos, vbi inuentis fratribus rogati sumus manere apud eos dies septem, & sic venimus Romam. Et inde cum audissent fratres, occurserunt nobis vsque ad Appij forum & Tribus tabernis.]<sup>h</sup> Quos cum vidisset Paulus, gratias agens deo accepit fiduciam. Cum autem venissemus Romam, permissum est Paulo<sup>i</sup> permanere sibi cum custodiente se milite. Post tertium autem diem coouocauit primos Iudæorum.<sup>h</sup> Cumque conuenissent, dicebat eis: Ego viri fratres, nihil aduersus plebem faciens,<sup>10</sup> aut morem paternum,] vincus ab Ierosolymis traditus sum in manus Romanorum, qui cum interrogacionem de me habuissent, voluerunt me dimittere, eo quod nulla esset causa mortis in me.<sup>h</sup> Contradicientibus autem Iudæis, coactus sum appellare Cæsarem, non quasi gentem meam habens aliquid accusare.] Propter hanc igitur causam<sup>12</sup> rogauī vos videre & alloqui.] Propter spem enim Israel, catena hic circumdatus sum. At illi dixerunt ad eum: Nos neque literas accepimus de te à Iudæa, neque adueniens aliquis fratrum nuntiauit aut locutus est quid de te malum. Rogamus autem à te audire quæ sentis.<sup>k</sup> Nam de secta hac notum est nobis, quia vbique ei contradicitur.<sup>h</sup> Cum constituissem autem illi diem, venerunt ad eum in hospitium plurimi: quibus exponebat, testificans regnum Dei, suadensque eis de Iesu ex<sup>13</sup> lege Moyse] & prophetis, à mane vsque ad vesperam. Et quidam credebant iis, quæ dicebantur, quidam verò non credebant. Cumque inuicem non essent consentientes, discedebant dicente Paulo vnum verbum: Quia bene spiritus sanctus locutus est per Isaiam prophetam ad patres nostros, dicens: Vade ad populum istum, & dic: Aure audietis, & non intelligetis, & videntes, videbitis, & non perspicietis.<sup>h</sup> Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauitur audierunt, & oculos suos compresserunt: ne fortè videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertant se & sanem eos. Notum ergo sit vobis, quoniam gentibus missum est hoc salutare dei, & ipsi audient.<sup>1</sup> Et cum hæc dixisset, exierunt ab eo Iudæi, multam habentes inter se quæstionem. Mansit autem biennio toto in suo conducto, & suscipiebat omnes qui ingrediebantur ad eum, prædicans regnum Dei, & docens quæ sunt de domino Iesu Christo cum omni fiducia, sine prohibitione.]

f. h. 6. c.  
Matt. 13. b.  
Marc. 4. b.  
Luc. 8. b.  
Joan. 12. f.  
Roma. 11. b.

[d. Cur infidelem infirmū præce saluauit, qui Timotheū, Trophimūque infirmos fideles, vñ curat, aliter relinquit, nisi quia ille per miraculum foris sanandus erat, qui interius non viciabat, hoc autem non indigebat qui intus salubriter viciabat. Glosa ordina.]  
7. Soluentibus.  
e. Castoris & Pollucis, (Græcæ est littera est δισκοροί, à δίσκος, id est, lous, & πύλος, filij.)  
f. Syracusæ ciuitas Sicilia sub Pachino monte.  
g. Rhegium metropolis Calabria, viginti milibus à Peloro Sicilia promontorio distans, olim cum Sicilia continens, nūc fructum quinque milibus passuum latum interuenit.  
\* De nobis.  
8. Tres tabernas.  
9. Vt permaneret solus.

[h. Constituto autem ei die venerunt ad illum in hospitium complures, quibus exposuit testificans regnum Dei, suadensque eis de Iesu ex Moyse & prophetis. Et alij quidem credebant his quæ dicebantur, alij verò non credebant. Ioan. Chrysol.  
10. Instructa maiorum.  
11. Habeam de quo genit meam accusarem.  
12. Aduocauī vos ve videam & alloquar.  
i. Hoc est, Iudæi neque per litteras, neque per homines significauerunt aliquid mali de te. Veruntamen volumus audire de te quid de hac secta sentias. Chrysol.  
k. Præterquam Paulus Romam accedens, ad moniti erant Iudæi, ne prædicatione de Christo susciperent: nec ipsi soli, sed vbiunque terrarum dispersi erant. Vnde autem id manifestū est poterie? Nacti sumus inter veterū cōmentaria: quoniam pacto sacerdotes qui Ierosolymam inhabitabant, vñ cum scribis ac senioribus literas exarauerint, quas in omnes gentes ad Iudæos transfuderunt vbiunque dispersi essent. Oecum. ibid.  
13. Moyse.  
1. Vnde non eo tempore quo Paulus in vrbē Roma conclusit Lucas, martyrio perfundus est Paulus. Potius enim fieri vrbis initis adhuc leuior esset Nero, & derensio Pauli pro nostro dogmate non aspernante acciperet: processu verò temporis est ceteris malis aucta sit eius etiā in Apostolos seuitia rabies. Euseb. Eccles. histo. lib. 1. cap. 22.

14. Nemine prohibente. Amen.

### INCIPIT PROLOGVS IN SEPTEM EPISTOLAS canonicas.



*On ita est ordo apud Græcos, qui integrè sapiunt, fidemque rectam sectantur, epistolarum septem, quæ canonica nuncupantur, sicut in Latinis codicibus inuenitur. Vt quia Petrus est primus in ordine Apostolorum, prima sint etiam eius epistola in ordine cæterarum. Sed sicut Euangelistas dudū ad veritatis lineam correximus, ita has proprio ordini deo inuante reddidimus. Est enim vna earum prima Iacobi, dua Petri, tres Ioannis, & Iudæ vna. Quæ si sic vt ab eis digestæ sunt, ita quoque ab interpretibus fideliter in Latinū vertentur eloquium, nec ambiguitatem legentibus faceret, nec sermonum sese varietas impugnet, illo præcipue loco vbi de vnitatis trinitatis in prima Ioannis epistola positum legimus. In qua etiam ab infidelibus translatoribus multum erratum esse à fidei veritate comperimus, trium tantummodo vocabula, hoc est, aquæ, sanguinis, & spiritus, in ipsa sua editione ponentibus, & patris vrbique ac spiritus testimonium omittentibus, in quo maximè & fides catholica roboratur, & patris & filij & spiritus sancti vna diuinitatis substantia cōprobat. In cæteris verò epistolis, quantum à nostra aliorum distet editio, lectoris prudentia derelinquo. Sed tu virgo Christi Eustochiū, dum à me impensius scripturæ ve-*

ritatem inquiris, meam quodammodo senectutem inuidorum dentibus corrodendam exponis: qui me falsarium corruptoremque sanctarum pronuntiant scripturarum. Sed ego in tali opere nec emulorum meorum inuidentiam pertimesco, nec sanctæ scripturæ veritatem poscentibus denegabo.

VITA SANCTI IACOBI PER DIVVM  
Hieronymum.

**I**acobus, qui appellatur frater domini, cognomento Iustus: ut nonnulli existimant, Ioseph ex alia uxore, ut autem mihi videtur, Mariæ sororis matris domini, cuius Ioannes in libro suo meminit, filius: post passionem domini statim ab Apostolis Ierosolymorum episcopus ordinatus, vnam tantum scripsit epistolam, quæ de septem catholicis est: quæ & ipsa ab alio quodam sub nomine eius edita asseritur, licet paulatim tempore procedere obtinuerit auctoritatem. Hegesippus vicinus apostolicorum temporum, in quinto Commentariorum libro de Iacobo narrans, ait: Suscepit Ecclesiam Ierosolymæ, post Apostolos frater domini Iacobus cognomento Iustus. Multi siquidem Iacobi vocabantur. Hic de vtero matris sanctus fuit, vinum & siceram non bibit, carnem nullam comedit, nunquam attonsus est, nec unctus unguento, nec vsus balneo. Huic soli licitum erat ingredi sancta sanctorum. Siquidem vestibibus laneis non utebatur, sed lineis, solusque ingrediebatur templum, & flexis genibus pro populo deprecabatur, in tantum ut camelorum duritiam traxisse eius genua crederentur. Dicit & alia multa, quæ enumerare longum est. Sed & Iosephus in vicefimo libro antiquitatum refert, & Clemens in septimo *κωνσταντινου*, mortuo Festo, qui Iudæam regebat, missum à Nerone esse successorem eius Albinum, qui cum necdum ad provinciam peruenisset, Ananus, inquit, pontifex adolescens Anani filius de genere sacerdotali, accepta occasione, *αὐτοκράτορος* concilium congregavit, & compellens publice Iacobum, ut Christum filium Dei denegaret, contradicentem lapidari iussit. Qui cum precipitatus de pinna templi, confractis cruribus adhuc seminiuus tendens ad cælum manus diceret: Domine, ignosce eis, quod enim faciunt, nesciunt, fullonis fuste, quo rudia vestimenta extorqueri solent, in cerebro percussus interiit. Tradit item Iosephus tantæ eum sanctitatis fuisse & celebritatis in populo, ut propter eius necem creditum sit subuersam esse Ierosolymam. Hic est de quo Paulus apostolus scribit ad Galatas: Alium autem apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem domini. Et apostolorum super hoc crebrius acta testatur. Euangelium quoque quod appellatur secundum Hebræos, & à me nuper in Græcum Latinumque sermonem translatum est, quo & Origenes saepe vititur, post resurrectionem saluatoris refert: Dominus autem cum dedisset sindonem seruo sacerdotis, iuit ad Iacobum & apparuit ei. Iurauerat enim Iacobus, se non comesturum panem ab illa hora, qua biberat calicem domini, donec videret eum resurgentem à mortuis. Rursusque post paululum: Afferte, ait dominus, mensam & panem. Statimque addit: Tulit panem & benedixit, ac fregit, & dedit Iacobo Iusto, & dixit ei: Frater mi, comede panem tuum, quia resurrexit filius hominis à dormientibus. Triginta itaque annos Ierosolymis rexit Ecclesiam, id est, vsque ad septimum Neronis annum, & iuxta templum, vbi & precipitatus fuerat, sepultus est. Titulum vsque ad obsidionem Titi & ultimam Hadriani notissimum habuit. Quidam è nostris in monte Olineti eum putauerunt conditum, sed falsa eorum opinio est.

INCIPIIT ARGUMENTVM IN EPISTOLAM  
Canonicam beati Iacobi Apostoli.

**I**acobus Apostolus sanctum instruit clerum de cultura cælestium præceptorum, & regula catholice obseruantia, & de inuicta patientia maiestate, & de reuelatione plurimorum, & de mendacio magistrorum.

Incipit



## Incipit Epistola canonica beati Iacobi

APOSTOLI.

*Post varium in tentationes bellum & partam victoriam, unusquisque facile acquirere sapientiam, humilitatem, patientiam, mansuetudinem & religionem. Cap. I.*



**B** Acobus Dei & domini nostri Iesu Christi tertius, <sup>b</sup> duodecim tribubus quæ sunt in dispersione, salutem. Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis: <sup>†</sup> scientes quod probatio fidei vestrae patientiam operatur. Patientia autem opus perfectum habeat: ut sitis perfecti & integri, in nullo deficientes. <sup>†</sup> Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat <sup>†</sup> omnibus affluenter, & non improperat: & dabitur ei. <sup>†</sup> Postulet autem in fide, nihil hæsitans. Qui enim <sup>†</sup> hæsitat, <sup>†</sup> similis est fluctui maris, qui à vento mouetur, & circumfertur. Non ergo existimet homo ille quod accipiat aliquid à domino. <sup>†</sup> Vir duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis. Glorietur autem frater humilis, <sup>†</sup> in exaltatione] sua: diues autem in humilitate sua, <sup>†</sup> quoniam sicut flos fœni transibit. Exortus enim est sol cum ardore, & arefecit fœnum, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperit. Ita & diues in itineribus suis marcescet. <sup>†</sup> Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. Nemo cum tentatur dicat, <sup>†</sup> quoniam à Deo tentatur. <sup>†</sup> Deus enim intentator malorum est. Ipse autem neminem tentat. Unusquisque verò tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum, peccatum verò cum consummatum fuerit, generat mortem. <sup>†</sup> Nolite itaque errare fratres mei dilectissimi. <sup>†</sup> <sup>†</sup> Omne datum optimum, <sup>†</sup> & omne donum perfectum, desursum est, descendens à patre luminum, <sup>†</sup> apud quem non est transmutatio, <sup>†</sup> nec vicissitudinis] obumbratio. Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis, ut simus <sup>†</sup> initium aliquod creaturæ] eius. <sup>†</sup> Scitis fratres mei dilectissimi. Sit autem <sup>†</sup> omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, <sup>†</sup> & tardus ad iram. Ira enim viri, iustitiam dei non operatur. <sup>†</sup> Propter quod abiicientes omnem immunditiam & abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras. <sup>†</sup> Estote autem factores verbi, & non auditores tantum, fallentes vosmetipfos: quia si quis auditor est verbi, & non factor: hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suæ <sup>†</sup> in speculo. Considerauit enim se, & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem perspexerit in lege perfectæ libertatis, & permanerit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. <sup>†</sup> Siquis autem putat se religiosum <sup>†</sup> esse, non refrænans linguam suam, sed seducens cor suum: huius vana est religio. Religio munda & immaculata apud deum & patrem, hæc est: visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire <sup>†</sup> ab hoc seculo.]

*Personarum acceptio perniciofa, opera misericordie exercenda, fidei sine operibus non est nimis confidendum. II.*



**F**ratres mei, <sup>†</sup> nolite in personarum acceptione habere fidem domini nostri Iesu Christi gloriæ. Etenim si introierit in cõuentum vestrum vir aureum anulum habes, in veste candida, introierit autem & pauper in fordido habitu, & intédatis in eum qui indutus est veste præclara, & dixeritis: tu sede hîc bene: pauperi autem dicatis: tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum, nõnne iudicatis apud vosmetipfos, & facti estis iudices cogitationum ini-

a. Iacobus qui frater domini dicebatur, tanta sanctitatis, tantaque iustitie & perpetua virginitatis fuit, vt Iosephus quoque historicus iudæorum, propter huius necem ierosolyma subuersam referat. Hic primus episcopus ex iudeis ierosolyma credentis ecclesie ad quem Paulus cum Tito Barnabæque pgebat visurus, de quo Gala. 1. Hieron. aduersus Iouinianum lib. 1.  
b. Quoniam pacto 12. scripsit tribubus, quatuor decem etiam ultra mōtes Caspios remore sunt Dicendum aliquos illarum tribuum in iudæa remanisse, & quosdam et tribu iuda, & beniamin & leuiticos residisse Chaldaea. Dionys. ibid. Vel dispersis illis iudeis per iudæam & samariam propter persecutionem post mortem stephani, vt Act. 8. a. Beda ibid.  
1. Si cui vestrum desit sapientia, postulet ab eo qui dat, Deo.  
2. Diuidicac.  
c. Duplici animo virum appellat instabilem, & non firmum, qui neque ad futura solidè, neque ad presentia securè firmatè est, sed hæc atque illuc docitur accitescere, & intentum quidem futura, quod idque verò presentia amplexatur. Occum. ibid.  
3. Sublimitate.  
4. Quod à deo tenor.  
d. Tercio domini probatio est, tentatio demonis vel carnis delectio est. A passionibus ergo & concupiscentiis illa tetratio est, cum humilitati deicimur, à domino autem comprobati gloriamur: & ideo dominus intentator malorum est. Eucherius quæst. diff. 11.  
5. Omnis donatio bona.  
e. Omnis autem boni deum esse autorem: cuius dona incerta sunt, nec mirabilia, sed ex æterna voluntate venientia. Iacobus apostolus ita loquitur: Nolite errare fratres mei dilectissimi. Omne datum optimum, &c. Ambro. de vocat. gent. lib. 1. cap. 9. f. Ipsa enim mutabilitas vmbra est, quæ quasi obcuraret lucem, si hæc per aliquas vicissitudines permureret. Sed quia in deo mutabilitas nõ venit, nulla eius lumen vmbra vicissitudinis intercedit. Greg. li. 22. c. 17. Moral. 6. Aut conuersionis.  
7. Primitiæ quædam creaturarum.  
8. Itaque fratres mei dilecti, sit.  
g. Quia imago in speculo habet debile esse, & intentionale potius reale, ideo debile facit impressionem. Quia verò modus agendi sequitur modum essendi, & quia debile facit impressionem in oculo, ideo ex tali impressione sequitur debilis memoria, & labilis in mēte cognitio. Dion. ibi.  
\* Inter vos.  
9. A mundo.

† Roma. 5. a  
Roma. 10. c  
2. Cor. 8. b

† Matt. 7. a  
2. c  
Marc. 11. c  
Luc. 11. b  
Ioa. 16. b. e. f.

† Eccl. 4. e  
Isa. 40. b  
1. Pet. 1. d

† Job. 5. e  
De renume.  
Nisi eum pri  
de. 1. Virum.

† 1. quæst. 2.  
Quam pio.

† Prou. 17. d  
Eccl. 5. c  
Eph. 5. a  
† 1. quæst. 3.  
Ira enim.  
† Matt. 7. g  
Roma. 2. b  
Act. 1. a  
De p. diff.  
2. Si enim.

† 1. Pet. 3. b  
5. quæst. 4.  
In loco.

† Leuit. 19. e  
Deut. 1. c  
16. d  
Prou. 24. c  
Eccl. 4. 1. a

a. Considerata quomodo penè & qualiter remuneratur eum qui minus obulit, & eum qui amplius. Si enim acceptor personarum fuisse, vique non tantum in denda gratia, quantum in reddenda mercede esset equalis ambobus. Chryl. in Marth. cap. 14.

\* Mei.  
 b. Eligendi ergo sunt diuites in fide, sicut hæredes regni. Reddunt quippe in eis hoc eligere dicit, quod ut in eis faciat, eos elegit. Aug. de prædest. sanæ. li. i. c. 17.  
 c. Nam cum pauperes non distrahantur circa res mundi, ubi accesserint ad fidem magis strenui redduntur, ac operi magis insistentes, quam diuites. Ideo etiam domini tales elegit discipulos, quos etiam regni hæredes declarauit. Oecum. ibid.  
 2. Tribunalia.  
 d. Verè qui in vno offendit, est transgressor totius legis, quia qui peccat contra auctorem legis, facit quæ in sua lege negligit, & contra exactorem, quæ est causa & mater totius legis. Glo. ordina. ibidem. j.  
 3. Iudicandi.  
 e. Nō igitur Christus iudicabit nos tantum pro sua misericordia, sed pro sceleribus nostris. Nam sine misericordia iudicabitur ille, qui eam facere possit, non fecit misericordiam antequam iudicaretur. Becla. ibid.  
 4. Peccati.  
 f. Glorietur autē misericordia aduersus.  
 g. Legimus solum fidem sufficere, sed respectu legis Moysicæ, non Evangelicæ. Euleb.  
 6. Per se. 7. Dicit.  
 8. Ex operibus suis.  
 h. Nūquid etiam Apostolus ut hominis Christiani fidē dæmoni compararet? Non videtur, sed ostēdere illud volens, quia sine operibus bonis, nihil sibi p̄ fidei supercilii debet. Idcirco autē à dæmonibus deum credi, scilicet ut sicut dæmones eum deum credunt, tamē in pietate perdurent, ita qui à malo opere nō cessant. Salui. lib. 4.  
 9. Mortua.  
 10. Impleta.  
 h. Quæ ratio est, ut ipsi nos falsa opinione saluamus, existimantes scilicet quia Christiani esse dicamur, & operari nobis inter mala quæ agimus nomē bonum possit: cū spiritus sanctus nec fidem quidē dicat hominibus Christianis sine operibus bonis posse p̄lari: & vique multo plus est habere fidem, & nomē, quā nomen est, & vobis hominis, fides autem rursus est mentis: & tamen hunc ipsum fideli fructum infuso quosdam apostolus sine bonis operibus mortuum esse testatur. Salui. li. 4. a. Cū in superioribus dixisset ad docuisse fideles ut fidē possiderent, non vacuā bonis operibus, ad aliud transe præceptū huic germandū. Etenim quidā docere conantur quæ nec ipsi præstent, & ait q̄ maius erit eorum iudicium, quā quidē nihil lucet atulerunt. Nam qui docet ea quæ nō habet tanquam illa habens, condemnatus est tanquam sua lingua lapsus. Oecum. ibid.  
 4. Potens.  
 a. Ut nobis parcat.  
 3. Inerat. 4. Exiguus.  
 5. Mundus in iustitia. Sic lingua.  
 6. Et marinorum domatur.  
 7. Incoercibile.  
 b. Quo pacto quis igitur peccat, per id quod vitare non potest? Nempe quia cum magna difficultate, vel si quāsdā lingue culpas vitat, non omnes tamen vitare potest. Diony. ibidem.  
 8. Fons saluum & dulcem potest facere aquā ex eodem foramine manantem.  
 c. Ex fructibus ergo animæ, qui but innocentiam ad ruinā trahunt, rapacibus lupis comparantur. Hierony. in Matt. cap. 7.  
 9. Oleas.  
 d. Distinguit sapientiā in mundanā & diuinā. Vnde sapientiā humana dicit, quæ per cautelas & mēdacia tendit ad suam indebitū, & hoc p̄cedit ex passionibus inordinatis, & maxime inuidiæ & adij. Et hoc est quod dicit: Quod si zelus amarus. Inuidiā habetis inuicē. De Lyr. ibi. j.

quarum? Audite fratres \* dilectissimi: b Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes regni, quod re promisit deus diligentibus se: Vos autem ex-honorastis pauperem, \* Nonne diuites per potentiam opprimunt vos: & ipsi trahunt vos ad iudicia? ] Nonne ipsi blasphemant bonum nomen quod inuocatum est super vos? Si tamen legem perficitis regalem secundum scripturas, + diliges proximum tuum sicut teipsum: bene facitis: si autem personam accipitis, peccatum operamini, redarguti à lege, 2 quasi] transgressores. Quicumque autem totam legem seruauerit, d offendat autem in vno, factus est omnium reus. Qui enim dixit: non mœchaberis, dixit & non occides. Quod si non mœchaberis, occides autem, factus es transgressor legis. Sic loquimini & sic facite, sicut per legem libertatis 3 incipientes iudicari. ] + Iudicium enim sine misericordia illi, qui non + facit] misericordiam. \* + Superexaltat autem misericordia] iudicium. Quid proderit fratres mei, f si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Nunquid poterit fides saluare eum? Si autem frater aut soror + nudi sint, & indigeant victu quotidiano: dicat autem aliquis ex vobis, illis: ite in pace, calefacimini & saturamini: non dederitis autem eis quæ necessaria sunt corpori, quid proderit? + Sic & fides si non habeat opera, mortua est 6 in semetipsa. ] Sed 7 dicit] aliquis: Tu fidem habes, & ego opera habeo. Ostende mihi fidem tuam 8 sine operibus, ] & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam. 5 Tu credis quoniam vnus est deus, bene facis. Et dæmones credunt, & contremiscunt. 8 Vis 9 autem scire o homo inanis, quoniam fides sine operibus 9 ociosa] est? Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est, + offerens Isaac filium suum super altare? Vides quoniam + fides cooperabatur operibus illius: & ex operibus fides consummata est? Et 10 suppleta] est scriptura, dicens: + Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iusticiam, & amicus Dei appellatus est. h Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum? + Similiter & Rahab meretrix, nonne ex operibus iustificata est, suscipiens nuntios, & alia via eiciens? Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est: ita & fides sine operibus mortua est.

Ex lingua vitio prodeunt multiloquium immunditia, maledicentia, dissidium, & contentio: sapientia verd cœlestis omnia illa pessundat. III.

**N**olite plures magistri fieri fratres mei, scientes quoniam maius iudicium sumitis. In multis enim offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir. Potest etiam] freno circumducere totum corpus. Si autem equis fræna in ora mittimus 2 ad consentiendum nobis,] omne corpus illorum circumferimus. Et ecce naues cum magnæ sint, & à ventis validis minentur, circumferuntur autem] à modico gubernaculo ubi impetus dirigentis voluerit. Ita & lingua modicum quidem membrum est, & magna 3 exaltat. ] Ecce 4 quantus] ignis quàm magnam syluam incendit. Et lingua, ignis est, 5 vniuersitas iniquitatis. Lingua] constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflamat rotam natiuitatis 6 nostræ, ] inflammata à gehenna. Omnis enim natura bestiarum & volucrum & serpentium 7 etiam & cæterorum domantur, ] & domita sunt à natura humana: linguam autem nullus hominum domare potest. 7 Inquietum] malum, plena b veneno mortifero. 8 In ipsa benedicimus deum & patrem, & c in ipsa maledicimus homines, qui ad imaginem & similitudinem Dei facti sunt. Ex ipso ore procedit benedictio & maledictio. Nō oportet fratres mei hæc ita fieri. Nunquid 8 fons de eodem foramine emanat dulcem, & amaram aquam? ] c Nunquid potest fratres mei, + ficus 9 uas] facere, aut vitis ficus? Sic neque salsa, dulcem potest facere aquam. Quis sapiens & disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ. d Quod si zelum amarum habetis, & d contentiones sunt in cordibus vestris: nolite gloriari & mendaces esse aduersus veritatem. Non est enim ista sapientia desursum descendens à patre luminum: sed terrenam, animalis, diabolica. Vbi enim zelus & contentio, ibi inconstantia, & omne opus pra-

+Leuit. 19. c  
 Roma. 2. b  
 Ephes. 6. b  
 Coloss. 3. b  
 Ad Rom. 10. c  
 1. Pet. c  
 Matt. 21. d

+Matt. 11. e  
 Rom. 17. e  
 De par. dist.  
 2. Si enim.  
 De par. dist. 6.  
 Confiteor.  
 Matt. 5. c  
 Supra. d  
 7. 2. quæst. 7.  
 Pieraque.  
 1. Item. 1. e  
 11. quæst. 6.  
 Fecit.

+Gene. 22. b  
 De par. dist.  
 2. Si enim.  
 2. quæst. 1.  
 Quod quid.  
 9 Item dist.  
 7 Gene. 15. a  
 Rom. 4. a  
 Gal. 3.  
 1. In. 1. b  
 21. quæst. 1.  
 Inregula.

+Matt. 23. a  
 De par. dist.  
 2. Si enim.  
 Eccles. 19. b

+Matt. 7. c

prauum. d. Quæ autem desursum est sapientia, primùm quidem pudica est, deinde pacifica, modesta 10 suadibilis, ] bonis consentiens, plena misericordiæ, & fructibus bonis, 11 iudicans sine simulatione. ] Fructus autem iustitiæ, in pace seminatur, faciētibz pacem.

Contentiones fugiendo, & affectibus non indulgendo, à mundo & diabolo facile recedemus, ad deum accedemus, & proximo coniungemur. IIII.

**V**nde bella & lites in vobis? Nonne ex concupiscentiis vestris, quæ militat in membris vestris? Concupiscitis, & non habetis: occiditis, & zelatis, & non potestis adipisci. Litigatis & belligeratis, non habetis propterea quod non postulatis. a Petitis, & non accipitis, eo quod malè petatis: vt 1 in concupiscentiis ] vestris insumatis. † Adulteri, \* nescitis quia amicitia huius mudi, 2 inimica est dei? Quicumque ergo voluerit amicus esse seculi huius, inimicus dei constituitur. b An putatis quia inaniter scriptura dicat: ad inuidiam concupiscit spiritus qui habitat in vobis? Maiorem autem dat gratiam. Propter quod dicit: † b Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. † c Subditi ergo estote deo: resistite autem diabolo, & fugiet à vobis. 3 Appropiate ] Deo: & appropinquabit vobis. Emundate manus, peccatores: & purificate corda, duplices animo: 4 Miseri estote, & ] lugeat, & plorate: † risus vester in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem. † Humiliamini in conspectu domini, & exaltabit vos. Nolite detrahare alterutrum fratres mei. Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum, detrahit legi, & iudicat legem. d Si autem iudicas legem, non es factor legis, sed iudex. Vnus est enim legislator, & iudex qui potest perdere & 1 liberare. ] † Tu autem quis es qui iudicas proximum tuum? e Ecce nunc qui dicitis, hodie aut 6 crastino ] ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus: (qui ignoratis quid erit in crastino. e Quæ est enim vita vestra? Vapor est ad modicum parès, & deinceps exterminabitur) pro eo vt dicatis, si dominus voluerit, & si vixerimus: faciemus hoc, aut illud. Nunc autem exultatis in superbiis vestris. Omnis 7 exultatio ] talis, maligna est. † Scienti igitur bonum facere, & non facienti: peccatum est illi.

† Gen. 6. a  
3. d.  
1. Pet. 5. b  
5. q. 4. c. Hæc autem.  
† 1. Pet. 1. b  
† Ephes. 2. f  
Ephes. 4. d  
1. Pet. 5. c  
Iere. 31. c  
† Ioh. 16. c  
Prouer. 14. b  
† 1. Pet. 5. c  
† Rom. 2. a  
14. a  
† De pe. dist. a. Si enim.

d. Sola que ex deo est sapientia salutaris est, que secundum beati Iacobi definitionem, primùm pudica, deinde pacifica est. Nã sapientia carnis voluptuosa est, non pudica. Sapientia mundi tumultuosa est, non pacifica. Sapientia verò que ex deo est, primùm pudica est, non querens que sua sunt, sed que Iesu Christi: vt nõ suã quisque faciat voluntatem, sed consideret que sit voluntas dei. Deinde pacifica non abundat suo sensu, sed alieno magis acquiescens consilio vel iudicio. Bernar. in die nata. dom. ser. 1. 10. Suauissim.  
11. Nihil diiudicis & nihil dissimulans.  
a. Malè namque petunt, qui perseverant in peccatis, pro eis dicitur peccatis que minime dimittuntur, vt sibi à domino dimittantur impudenter exorant, qualis ipse per Iherem repobas, dicens: Et cū existeris man⁹ vestras, auertam oculos meos à vobis. Beda. 1. In voluptuosa.  
\* Et adultera.  
2. Inimicitia.  
b. Contraria compensat contrariis, qui ex vniuersa iustè meretur. Naxianze.  
c. Ostendit quomodo resistere debeamus diabolo, si vtique sumus subditi deo, cuiusque faciedo voluntatem vt diuinam etiã mereamur gratiam: facilius nequã spiritui auxilio sancti spiritus resistamus. Hieron. de virgi. ad Demetriadem.  
3. Vel, Appropinquate.  
4. Afficit vos.  
d. Ille iudicat legē, qui dicit aliud non iustè præceptum, & ignorantiam nõ habere peccatum: & frustra offerri victimas pro errore, quod peccat nõ habet conscientiam. Neque enim in lege ratio queritur, sed auctoritas. Hier. aduers. Pelagia. lib. 2.  
5. Seruare.  
6. Cras.  
7. Non cõsentit illis, qui dicunt post mortem nihil esse, & mortem ipsam nihil esse. Sed vt doceat quia vita prauorum breuis est in presentia, quam tamen in futuro mors æterna sequitur. Glosa ordin. ibid. 7. Glorioso.

Diuites pauperum oppressores exitium, pauperes autem felicitas perpetua manet, ideo patientiæ studendum, iuramentum fugiendum, infirmi visitandi, proximi reducendi, & pro omnibus orandum. V.

**A**gite nunc diuites, plorate ululantes in miseris vestris, quæ aduenient vobis. b Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, & vestimenta vestra à tineis comesta sunt. Aurum & argentum vestrum æruginauit, & ærugo eorum in testimonium vobis erit, & māducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis vobis 8 iram ] in nouissimis diebus. Ecce merces operariorum qui mæsuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat, & 1 clamor] eorum in aures domini sabaoth 2 introiuit. ] Epulati estis super terram, & in luxuriis enutristis corda vestra. In die occisionis 3 addixistis ] & occidistis iustū, & non restitit vobis. c Patientes igitur estote fratres, vsque ad aduentum domini. Ecce, agricola expectat pretiosum fructum terræ: d patienter ferens donec accipiat 4 temporaneum & serotinum. ] Patientes igitur estote & vos, & confirmate corda vestra: quoniam aduentus domini appropinquabit. Nolite ingemiscere fratres in alterutrum: vt non iudicemini. Ecce, iudex ante ianuam assistit. Exemplum accipite fratres, 5 exitus mali & longanimitatis, & ] laboris & patientiæ Prophetas: qui locuti sunt in nomine domini. Ecce 6 beatificamus ] eos qui sustinuerunt. e e Sufferentiam ] Iob audistis: & finem domini vidistis: quoniam \* misericors est dominus & miserator. † Ante omnia autem fratres mei, nolite iurare, neque per cælum, neque per terram, neque aliud quodcunque iuramen-

† 1. q. 1. e. t. De iureiu. Et si Christus. Matt. 5. f 2. Cor. 7. c 1. Pet. 1. c

a. Id est, Vitam corrigite, penitentiam facite: cum dicat saluator: Nisi penitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Et Paulus: Dum tempus habemus operemur bonū ad omnes. Dion. ibi.  
b. Putrefactio, inquit, diuitiarū & vestimentorum corrosio suæ excessu à tineis, & ærugo auri ferre aduersum nos testimonium, arguens tenacitatem vestram. Oecum. ibid.  
1. Clamores.  
2. Introierunt.  
3. Condemnatis.  
4. Consolatur iustos ne in tribulationibus desiciat, & primò inducit eos ad patientiam. 2. ad reuerentiam Dei. De Lyra ]  
d. Hoc est, vsque ad aduentum iudicij vestri particularis statim post mortem vestram, vel generalis, quando iusta retributio rã corporis, & animæ fiet. Dion. ibi.  
4. Pluuiam tempestiuam & serotinam.  
5. Beatos dicimus.  
6. Patientiam.  
7. Non dicit finem Iob, cui est: portalia sunt relictura, sed patientiam Iob: Et sing domini: quia ad patientium exemplo Iob inuitat, & tamen non vt temporalia recipiat, sicut Iob vetus homo, sed æterna vt Christus natus homo. Glosa ordin. ibid. ] \* Valde.

7. Etiam, etiam.  
 8. Affligitur.  
 d. Nec pratermittendum est illud Apostoli Jacobi preceptum: Infirmatur quis in vobis, &c. Ergo sic roges de te & pro te fieri, sicut dicit Apostolus Jacobus, in d. per Apostoli sui dominus, ipsa videlicet olei sacri delibatio, intelligitur spiritus sancti typica vntio. August. de visitatio. infimo. lib. 2.  
 9. Accersat.  
 e. Quod si foris alicuius vel cor, vel liuor, vel infidelitas, vel ali- quod malum laterec irreperit, non erubescat (qui anime sue curam gerit) conuicti hanc hinc qui pax est, vt ab ipso per verbis Dei & consilia salubre curetur, quod possit integra fide & operibus bonis penas aeterni ignis effugere, & ad perpetua vite premia peruenire. Clemens episto. 1. ad Iacobum. Itē. Striptus sit peccatorum tuorum recordatio, super quibus pestreper in aure sacerdotis humilima tua confessio, iuxta illud Apostoli Jacobi: Cōfitemini alterutrum peccata vestra. Augu. de visitatio. infimo. lib. 1. cap. 2.  
 \* Vobis.  
 10. Sanemini.  
 11. Operiet.

tum. Sit autem sermo vester, 7 est est,] non non, vt non sub iudicio decidatis. 8 Tristatur] autem aliquis vestrum? oret. Aequo animo est? psallat. † d Infirmatur quis in vobis? 9 inducat] presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, † vngentes eum oleo in nomine domini. Et oratio fidei saluabit infirmū, & alleuiabit eum dominus: & si in peccatis sit, dimittentur ei. 10 † Confitemini ergo alterutrum peccata vestra: & orate pro \* inuicem, vt 10 saluemini.] Multum enim valet deprecatio iusti assidua. † Elias, homo erat similis nobis passibilis: & oratione orauit vt non plueret super terram, & nō pluit annos tres & menses sex: & rursum orauit, & cœlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum. † Fratres mei, si quis ex vobis errauerit à veritate, & conuerterit quis eum, scire debet, quoniam qui conuerterit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte, & 11 operit] multitudinem peccatorum.

† 9. di. pref. byretor. # Marc. 6. b

† De pec. di. 1. Quis ali. quando. † 3. Reg. 17. a 18. g Luc. 4. d

† Matt. 18. b De baptif. Maioren.

INCIPIT ARGVMENTVM IN EPISTOLAM  
 Canonicam beati Petri Apostoli primam.

**D**iscipulos Saluatoris inuisti, toto orbe diffusos & peregrinos in hoc seculo monstrat, & praterita vitæ pœnitere suadet, & in nouam vitam proficere, tota cum solitudine exhortatur Simon Petrus filius Ioannis prouinciæ Galilææ, vico Bethsaida, frater Andræ Apostoli.

Incipit Epistola canonica beati Petri  
 APOSTOLI PRIMA.

Animarum salus non negligenda, perfectio & sanctitas perquirenda, castitas & vitæ munditia prosequenda, & charitas fraterna amplexanda. Cap. 1.

a. Petrus habebat Marcū inter- pretem, cuius euāgelium Petro narrante, & illo scribente cōpositum est. Denique & duæ episto- læ, quæ feruntur Petri, stylo inter se & caractere discrepant, strudicæque verborum. Ex quo intelligimus pro necessitate rerum diuersis eū vsum fuisse in- terpretibus. Hiero. q. 11. ad He- dibiam.  
 b. Vltus est autem ea particula, secundum præscientiam dei, ad significandum quod in nullo sit propheta posterior, qui & ipsi missi fuerat nisi tempore. Quod autem missi fuerint propheta, dicit Isaias: Ad annuciandum pauperibus larum nescium mis- sime. Isa. 61. Occu. ibid.  
 c. Vbi incorrupta prædicat hæ- reditas, & immaculata, & im- macesibilis, & preparata in cœlis, & in tempus nouissimū releuata, & spes vitæ æternæ, quando non nubent neque nu- bentur, ibi aliis verbis virgini- tatis privilegia describuntur, in quibus quid de vocatione gen- tium sentiat, contempletur. Hiero. aduersus Iouinian. lib. 1. 1. In vos.  
 d. Quis autē dei virtus redā dicitur, nisi qui à corruptione nos redemit dei filius, & in incorrup- tionem nos reduxit? Cyrill. li. 1. cap. 5. contra hæreses.  
 e. 2. Exultate, vel exultatis, & χαλῆσθε indicatiuū & im- peratiuū significat, præsentis & non futuro.  
 f. Sicut enim aurum in fornace clausum ignibus examinatur, prolatus vetō foras, cuius sit ful- goris apparebit, ita fidelis con- stantia inter infidelium pressu- ras concēptibilis videtur ac stul- ta, sed ubi tempus retributionis finito certamine tribulationis affuerit, tunc quantæ fuerit glori- æ, quantum flammis passionū protulerit eorum virtus, ostēditur. Beda ibidem.  
 \* Perditur & tamen.  
 3. Per reuelationem.  
 4. In vos.  
 5. In quæ (scilicet verbi incan- nati mysteria.  
 g. Si angeli in eum cupiūt pro- spicere, quare magis nos ho- mines mortales despiciere non debemus, nec foris & nobis di- catur sicut dictum est Iudeis: vos semper spiritui sancto resis- tistis, sicut patres vestri. Histo. Vithoris de perfectione. Vidalo. lib. 20. cap. 2.



**D**etrus Apostolus Iesu Christi, electis aduenis disper- sionis Ponti Galatiæ, Cappadociæ, Asia, & Bithyniæ, secundum præscientiam Dei patris, in sanctificatio- nem spiritus, in obedientiam & asperionem languinis Iesu Christi, gratia vobis & pax multiplicetur. † Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Chri- sti, qui secundum misericordiam suam magnam re- generauit nos in spem viuam, per resurrectionē Iesu Christi ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcescibilem, conserua- tam in cœlis, † in vobis] qui † in virtute Dei custodi- mini per fidem in salutem, paratam reuelari in tempore nouissimo. 2 In quo 2 exulta- bitis,] modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus, vt probatio vestre fidei multo † pretiosior sit auro, (quod \* per ignem probatur:) inueniatur in laudem & gloriam & honorem 3 in reuelatione] Iesu Christi: quem cum non videritis, diligitis. In quem nunc quoque non videntes creditis: credentes autem exultabitis lætitia inenar- rabili & glorificata, reportantes finem fidei vestræ, salutem animarum vestrarum. De qua salute exquiserūt atque scrutati sunt Prophetæ, qui de- futura] † in vobis] gratia prophetauerunt: scrutantes in quod vel quale tēpus significaret in eis spiritus Christi, prænūtians eas quæ in Christo sunt passiones & posteriores glorias, quibus reuelatum est, 4 quia non sibimetipsis, nobis autem ministrabant ea quæ nunc nuntiata sunt vo- bis per eos qui euangelizauerunt vobis, spiritu sancto misso de cœlo: 5 in quem] de- siderant angeli prospicere. Propter quod succincti lumbos mentis vestræ sobrij, per- fecti sperate in eam quæ offertur vobis gratiam in reuelationem Iesu Christi: quali fi- lij obedientiæ, non configurati prioribus ignorantia vestræ desiderijs: sed secun- dum eum qui vocauit vos, sanctum: vt & ipsi in omni conuersatione sancti sitis, quo- niam

† 1. Cor. 12. Ephes. 1. a

Joan. 6. c

† Leui. 19. a  
10. b  
† Deut. 10. d  
Coloss. 1. d  
Iacob. 1. b  
Ago. 1. o. c  
Roma. 2. b  
Ephel. 6. b  
Galat. 2. b  
1. Cor. 6. d  
7. d  
† Hebr. 9. b  
1. Ioan. 1. d  
Apor. 1. d

† 1a. 40. b  
† Eccl. 14. e  
1a. 1. b

niam scriptum est:† sancti eritis, ] quoniam ego sanctus sum. Et si patrem inuocatis eum † b qui sine acceptione personarum iudicat secundum vniuscuiusque opus, in timore, incolatus vestri tempore conuersamini: scientes quod non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione 7 paternæ traditionis. ]  
† & sed c precioso sanguine quasi agni immaculati Christi, & incontaminati, præcogniti quidem ante mundi constitutionem, manifestati autem nouissimis temporibus propter vos, qui per ipsum fideles estis in deo qui suscitauit eum à mortuis, & dedit ei gloriam, vt fides vestra & spes esset in deo. 8 d Animas vestras castificantes in obedientia charitatis, ] in fraternitatis amore simplici, ex corde inuicem diligite attentius, renati non ex femine corruptibili, sed incorruptibili per verbum Dei viui & permanentis in æternum: † quia omnis caro vt scenum: & omnis gloria 9 eius ] tanquam flos sceni. Exaruit scenum, & flos eius decidit: verbum autem domini manet in æternum. Hoc est autem verbum quod euangelizatum est 10 vobis. ]

6. Effere.  
7b. Non vt carnalis pater qui filius peccantibus indulgentius quam seruis parere conuenit. Sed deus pater & seruos obediētes inno & hostes manum sibi dantes in filios sibi adoptat: & qui filiorum nomine videbantur honorabiliores, pro inobedientia hereditatis reddidit exortes. Glosa. ordinaria. ibid. ]  
7. A patribus tradita.  
8. Sanguine enim precioso redempti sumus, sed quasi homo dominus nos redemit, idēque quasi deus peccata donauit. Ambr. de fide. lib. 3. ca. 3.  
9. Qui animas vestras castificatis per abedientiam veritatis. d. Cōcupiscere nephas est, quod fieri crimen est. Quidd si nullus Petrus cōstuprationem animæ nosset, nec castificari eam desiderasset. Hiero. de. virginitate.  
9. Hominis.  
10. Apud vos, vel in vos, seu vobis.

*Regenerati in fide per charitatem in illa nutriantur, ac ceteros verbo & exemplo, atque subiectione nutriant.*  
11.

† Rom. 6. a  
Eph. 4. e  
Coloss. 3. b  
Hebr. 12. a  
1a. 33. b

† 1a. 28. d  
Mat. 21. a  
Marc. 12. b  
Luc. 20. c  
A. 4. a. b. c. g  
Roma. 9. g  
† 1a. 17. d  
Mat. 21. d  
A. 4. b  
1a. 8. c  
† Exod. 19. a  
De. 1a. 1. v. n. c.  
c. 19. v. n. c.  
6. quæ. 1. c  
1a. 1. c  
† Hebr. 2. d  
Roma. 9. e

† Roma. 13. d  
Gal. 4. e  
1a. Magni  
De maior. &  
obed. Solita.

† Rom. 12. c  
† Eph. 6. a  
Coloss. 3. d  
Tit. 2. e  
1. Cor. 7. c  
1a. 1. c  
1a. 1. Magni

† De celeb. niti. Cum Martha.

† 1a. di. Iesur. 1. Ioan. 3. a  
1a. 33. b

**A** Eponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modò geniti infantes, 1 rationabiles ] & sine dolo, lac concupiscite, vt in eo crescatis — in salutem, ] si tamen gustastis, 2 quoniam dulcis ] est dominus. Ad quem accedentes lapidem viuum ab hominibus quidem reprobatum, à deo autem electum, & 3 honorificatum: ] & ipsi tanquam lapides viui superædificamini 4 domus spiritales ] in sacerdotium sanctum, offerentes ] spiritales hostias, acceptabiles deo per Iesum Christum. Propter quod continet scriptura. † Ecce pono in Sion lapidem summum angularem, 5 & probatum, ] electum, pretiosum. Et qui crediderit in eum, non confundetur. 6 Vobis igitur honor 6 credentibus: ] non credentibus autem, † lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, & lapis offensionis, & petra scandali, iis qui 7 offendunt verbo, ] nec credunt in quo & positi sunt: † b Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, vt virtutes annuntietis eius qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. † c Qui aliquando non populus dei, nunc autem populus dei: qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti. Charissimi obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos, d abstinere vos à carnalibus desideriis quæ militant aduersus animam, conuersationem vestram inter gentes habentes 8 bonam, ] vt in eo quod detractant de vobis tanquam de 9 malefactoribus, ] ex bonis operibus vos considerantes, glorificent deum in die visitationis. 10 † Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter deum: Sive Regi, quasi præcellenti: sive ducibus, tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum: Quia sic est voluntas dei, vt beneficientes obtumescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut serui dei. † Omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum timete, Regem honorificate. † Serui subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis. Hæc est enim gratia, si propter dei conscientiam sustinet quis 11 tristitiam, ] patiens iniustè. 12 Quæ enim est 11 gratia, ] si peccantes & colaphizati suffertis? Sed si beneficientes patienter sustinetis, hæc est gratia apud deum. In hoc enim vocati estis, quia & † Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, 13 vt sequamini vestigia eius. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Qui cum malediceretur, non maledicebat: cum patere- tur, non comminabatur: Tradebat autem iudicanti se 12 b iniustè. ] 14 Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui iustitiæ viuamus: cuius liuore sanati estis. Eratis enim sicut oves errantes: sed conuersi estis nunc ad pastorem & Episcopum animarum vestrarum.

1. Agite itaque ad sanctæ istæ admōiti infantie, depōnite malitiam, dolum, adulationem, & inuidiam, & detractionem: hanc innocentiam sic tenere debetis, vt eam crescendo nō amittatis. Quid est malitia, nisi nocendi amor? Quid est dolum, nisi aliud agere, & simulare? Quid est adulatio, nisi falaci laude seductio? Quid est inuidia, nisi odium felicitatis alienæ? Quid est detraçtio, nisi morosior quàm veracior reprehensio? Malitia malo delatatur alieno, inuidia bono cruciatur alieno: Dolus duplicat cor, adulatio duplicat linguam, detraçtio vulnerat famam. Aug. l. 50. homil. hom. 20.  
2. Rationabile.  
3. Quod benignus.  
4. Pretiosum.  
5. Domus spirituales.  
6. Ad offerendum.  
7. Qui credidistis.  
8. Impingunt in verbum (scilicet filium) dei.  
9. Vnusquisque vngitur in sacerdotium, vngitur in regnū. Sed spiritale regnum est, & sacerdotium spirituale. Ambr. de sacra. lib. 4. ca. 1.  
10. Hoc itaque ex illius benignitate habetis, quandoquidem quod ad vos attinet, populus estis, qui quondam eratis non populus, & misericordiam consecuti, qui quondam non eratis misericordiam consecuti. Occurritur ibidem.  
11. Aptè autem liberos docet à carnalibus abstinere desideriis, quia solet libertas vitæ remissioris maiora illecebrarum titillantium tolerare perniciam. Beda ibid.  
12. Honestam.  
13. Maleficis.  
14. Humanam creaturam intelligite dignitates & principatus debet omnis inferior subicere propter deum, inquantum eius personam representant, seu eius vicarij sunt in terra, & quoniā id deus exigit, atque vt bonum æternum consequamur spūaliter, & vt eum in ministris suis honoremus.  
15. Molestiam.  
16. Gloria.  
17. Sequenda sunt vestigia Christi, præstando beneficia ingratis, non retribuendo secundum merita sua maleuolis, orando pro inimicis, amando bonos, miserando peruersis inuicem aduersos, suscipiendū in charitate conuersos, & æquanimiter pati subdolos ac superbos. Pro. Iper.  
18. g. Iustè (scilicet deo patri, qui iustè iudicat) commisit causam suam.



Coniuges inuicem conuersentur, omnes vnanimis egenis bona conferant, mala tolerant, & sic domino fide coniungentur. III.

1. Voces fidei subditæ viris vestris. n. Mulieris gratia plurimum valet vt viri eius conuertatur affectus per vxoris suæ bonam conuersationem, & incredulus se conuertat ad gratiam Christi. Hoc valet mulieris grauitas & pudicitia & eius bona conuersatio, vt virtutem suam vocet ad fidem & deuotionem, quod prudentis viri sermo frequenter operatur. Ergo mulier, inquit, non in ornatu capillorū, non in totis crinibus ornata tam suam habeat, sed oratione & corde puro, vbi est absconditus cordis homo, qui semper est apud deum locuples. Ambro de sacramentis. lib. 6. ca. 5. 2. Puram.

3. In summa. f. b. Fides vno modo accipitur vt est virtus theologica, & sic inducit ad unitatem ecclesie, vt nō sint inter fideles schismata: alio modo vt est virtus moralis, & est idem quod fidelitas, & sic inducit ad unitatem fidelitatis muræ. Delyra. ibid. c. Maledicenti benedictio respiciat, nunquam ipse maledicat, nec malum procedat ore hominis qui colit verbum bonum. Quin etiam caueat diligenter, ne quando inimicum suæ culpa faciat. Lact. li. 6. c. 18. d. Sermo cuius, vt facientes diligens, via quadam est ad actiones: ne deinde ab istis etiam grauis auertit operibus, dicens: declina à malo, & consequenter subtilis impedimentis nos ad bene operandum adducit, dicens, fac bonum & hac via laetatur querendam pacem, & persequendam eī. Euthymus in psal. 31.

4. Terrorem. e. Quid est dominum sanctificare in cordibus nostris, nisi sanctitatem eius quam incomprehensibilis gloria sit timore cordis affectu inuenit Bed. ibi. 5. Ad responsum.

6. Reuerentia. f. Ita debetis castiores pati, & confundere, quia cuius est vobis pati pro bene factis, quam pro malefactis. Hic illos arguit qui pro culpis arguuntur à iustis, vel etiam peccis coequeantur, patienter tolerant. Giofa. ordina. ibid.

7. Mortificationem. 8. Viuificationem. g. Illa quippe res gesta forma ruere iurorum, vt hi qui molles non credunt euangelio, fiant ecclesie, illis intelligitur esse similes qui tunc non credidit: rancem. fabricaretur arca: Illi autem qui crediderunt & per baptismum salui sunt, illis comparatur qui tunc in eadem arca salui facti sunt per aquam. August. epist. 99.

9. Spiritum, vel spiritibus. 10. Cui nunc simile baptisma saluos quoque nos facit. a. Petrus de sacramento ipsius crucis, hoc est passionis Christi admonet, vt qui ea consecratur, peccare desistant. Quibus ostendit eū pertinere ad Christum crucifixum, hoc est, per carnem passum, qui in eius corpore crucifixus carnalibus desideris, bene viuere per euangelium. Augu. de fide & operib. cap. 10. \* Pro nobis.

\* Nobis. 1. Cum vestri fuerimus. 2. Nephariis. b. Abominatio est enim peccatori diuino cultus. Hi non que neque in vno seruo huiusmodi calamitatum, sed reddent rationem vniuersorum iudici, qui ad hoc ipsum iniquitatis ac frontiter sedet, vt iudicet viuos & mortuos. Occumenius ibidem.

3. Peregrinantur. 4. In hoc. 5. Appropinquat. 6. Sobrii & vigilantes. 7. Inter vos. 8. Feruentem. 9. Operiet.



Similiter & mulieres subditæ sint viris suis, vt & si qui non credunt verbo per mulierum conuersationem sine verbo lucrifant, considerantes in timore castam conuersationem vestram. Quarum sit non extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus: sed qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in conspectu dei locuples. Sic enim aliquando & sanctæ mulieres sperantes in deo, ornabant se subiectæ propriis viris: sicut Sara obediebat Abraham, dominum eum vocans: cuius estis filia, benefacientes, & non pertimentes vllam perturbationem. Viri similiter, cohabitantes secundum scientiam, quasi infirmiori vasculo muliebri impartientes honorem tanquam & coheredibus gratiæ vitæ: vt nō impediatur orationes vestræ. In fide autem, omnes vnanimis, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, & humiles, non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto: sed e contrario, benedictes, quia in hoc vocati estis vt benedictionem hereditate possideatis. Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos, coerceat linguam suam à malo, & labia eius ne loquantur dolum. Declinet autem à malo, & faciat bonum: inquirat pacem, & persequatur eam: quia oculi domini super iustos, & ores eius in preces eorum, vultus autem domini super facientes mala. Et quis est, qui vobis noceat, si boni & mulatores fueritis? Sed & si quid patimini propter iustitiam, beati. Timorem autem eorum ne timueritis, vt non conturbemini. Dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris, parati semper ad satisfactionem] omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est spe, & fide] sed cum modestia & timore] conscientiam habentes bonam, vt in eo quod detrahunt de vobis, confundantur qui calumniantur vestram bonam in Christo conuersationem. Melius est enim vt benefacientes (si voluntas Dei velit) pati, quam malefacientes: quia & Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis: vt nos offerret deo, mortificatos] quidē carne, viuificatos] autem spiritu. In quo & iis qui in carcere erant, spiritualiter] veniens predicauit qui increduli fuerant aliquando: quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur arca: in qua pauci, id est octo animæ, saluæ factæ sunt per aquam. Quod vos & nunc similis formæ saluos facit baptisma: non carnis depositio sordium, sed conscientia bonæ interrogatio in deum per resurrectionem Iesu Christi à mortuis, qui est in dextera dei, deglutiens mortem, vt vitæ æternæ heredes efficeremur, profectus in cælum subiectis sibi angelis & potestatibus & virtutibus.

Ordinatur quis ad seipsum carnem spiritui subiiciendo, finem suum considerando, penas absque erubescencia, imò cum gloria tolerando. IIII.



Christo igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini: quia qui passus est in carne desit à peccatis, vt non iam desideris hominum, sed voluntati Dei quod reliquum est in carne viuat temporis. Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem gentium consummandam, iis qui ambulauerunt] in luxuriis, desideris, violentiis, comestationibus, potationibus, ebrietatibus, & illicitis] idolorum cultibus. In quo admirantur] non concurrentibus vobis in eandem luxuriæ confusionem, blasphemantes: qui reddent rationē ei, qui paratus est iudicare viuos & mortuos. Propter hoc enim & mortuis euangelizatum est, vt iudicentur quidē secundum homines in] carne, viuāt autē secundum deū in] spiritu. Omnium autem finis appropinquabit. Estote itaque prudentes, & vigilate in orationibus: ante omnia autem mutua in vobismetipsis] charitatem] continuam] habentes: quia charitas operit] multitudinē peccatorū. Hospitales inui-

† Colof. 3. c. Ephē. 5. c. † 1. Tim. 2. c. † Genē. 18. b. 1. Cor. 7. a. † Prou. 17. 20. b. 1. d. Rom. 12. d. † 2. 4. qu. 1. m. l. c. d. † 1. 1. 7. f. d. † Psal. 11. b. Iacob. 1. d. † Mat. 5. a. † Diffin. 1. 6. Qui ecclesie. f. c. i. d. † Rom. 5. b. Heb. 9. d. † Genē. 6. b. Mat. 14. c. Luc. 17. f. † De eod. di. 4. c. Verus. † Ep. he. 4. d. Iaco. 4. b. † De con. di. 2. Omnia in fin. † 2. 2. qu. 1. Qui factam. 10. † De baptis. Maiores. Prou. 10. b.







Se. Hic ponitur doctrina Pauli approbatio, cui pseudoapostoli detrahebant, dicentes: quod non erat Apostolus eo quod non erat cum Christo sicut alij, & ideo dicebant doctrinam eius non esse recipiendam. Delyra.] f. Hæretici, inquam, qui cum neque ingenio neque doctrina defendere ac refutare talia difficilia possunt. ( nec enim vni rationemque penitus peruidebant) deprauati sunt ab itinere recto, & caelestes literas corrumperunt, vt nouam sibi doctrinam sine vlla radice ac stabilitate componerent. La& lib. 4. ca. vlt. 10. Nefariorum.

ei inueniri in pace,† & domini nostri longanimitatem, salutem arbitramini :<sup>o</sup> sicut & charissimus frater noster <sup>o</sup> Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis: sicut & in omnibus epistolis, loquens in eis de iis, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, & quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & cæteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem. Vos igitur fratres præscientes custodite, ne<sup>o</sup> insipientium] errore trans ducti excidatis à propria firmitate. Crescite verò in gratia & in cognitione domini nostri & saluatoris Iesu Christi. Ipsi gloria & nunc & in diem æternitatis, Amen.

† Rom. 12.1  
Hebr. 10.9

INCIPIT ARGUMENTVM IN EPISTOLAM  
beati Ioannis Apostoli primam.

**R**ationem verbi, & quod deus ipse sit charitas manifestat, & suarum fratrum, nec deum scire, nec pios fieri posse, eo usque dissertat, vt esse comprobet homicidas, eo quod odium sit interfectionis occasio.

Incipit Epistola beati Ioannis Apostoli prima.

Diuini verbi incarnatio fideles sibi coniungit & peccatores disijgit, quos à peccato tamen per confessionem reddi immunes. Cap. I.

a. Cum nemo deum verum videre aut tractare possit, nisi per sacramentum sibi uniti hominis, constat nimium illi visionem tam mitam esse, vt à nullo discerni queat. Hiero. de assumptione. virginis Mariæ. 1. Erat. b. Erat Christus & verbum vite & vita ab initio, sed non manifestata hominibus, manifestata autem angelis videtur, & tanquam pane suo cibantibus. Vnde dicit scriptura: Panem angelorum mādūcauit homo Aug. ibid. c. Deinde etiam Græcorum nugis contentens, & ostendens quod non in verbis sit nostra salus, sed in operibus, & in his nos magis attendentes efficiens: ne ibidem statim reperietes quod proponitur, negligentiores simus. Oecum. ibid. 2. Quod, & infra. d. Lux cordis non est istorum qui in carne sunt oculorum, nec omnino talis qualis huius lucis visibilis phantasia cogitatur, quantum, & ibi est videre, sed longe aliter. Aug. de gratia. 20. c. 22. e. Innumerabilia enim sunt que cogitando, loquendo, videndo gustando, audiendo, & operando committimus. Gregorius.



Quod fuit ab initio, quod audiuius, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ, (& vita manifestata est: & vidimus, & testamur, & annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erit apud patrem, & apparuit nobis.)<sup>o</sup> Quod vidimus & audiuius, & annuntiamus vobis, vt & vos societatem habeatis nobiscum, & societas nostra sit cum patre & cum filio eius Iesu Christo. Et hæc scribimus vobis vt gaudeatis, & gaudium vestrum sit plenum. Et hæc est annuntiatio, quam audiuius ab eo, & annuntiamus vobis, quoniam] deus lux est: & tenebræ in eo non sunt vllæ. Si dixerimus quoniam societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus: mentimur, & veritatem non facimus. Si autem in luce ambulamus, sicut & ipse est in luce: societatem habemus adinueniē, & sanguis Iesu filij eius emundat nos ab omni peccato. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus: ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra: si delis est & iustus, vt remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus quoniam non peccauimus: mendacem facimus eum, & verbum eius non est in nobis.

† Ioh. 1.6

† Hiero. b  
Apost. b  
1. Peccat. d  
† De peccat. d  
2. c. Si enim  
2. Reg. 4. e  
2. Pet. 1. 6  
Procl. 10. b  
Eccles. 7. c

Beatitudinem merei cupientes diuinis assuescant operibus, & sibi diligenter à cupiditate, mundi dilectione & hæresi caueant. II.

a. Propter dispensationem diuinam est assumptæ humanitatis, cuius cū triumphum patris ostendit oculis, pro nostra infirmitate propitius interuenit. Beda ibidem. b. Hoc autem dixit, aut quod ad ludæos scriberet, vtque non pro solis illis profuturam reipensentiam concluderet, sed hanc quoque ad gentes extenderet, aut quod non illis dumtaxat fieret promissio, qui illo tempore forent, verum etiam ad omnes qui post modum futuri essent. Oecu. ibid. 1. Ipse, vel illo.



Electi mei, hæc scribo vobis, vt non peccetis, † Sed & si quis peccauerit, † aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum. Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum: sed etiam pro totius mundi. Et in hoc scimus quoniam cognouimus eum, si mandata eius obleruamus. Qui dicit se nosse deum, & mandata eius non custodit: mendax est, & in eo veritas non est. Qui autem seruat verbū eius: verè in hoc charitas dei perfecta est. In hoc scimus quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Charissimi, non mandatum nouum scribo vobis, sed manda-

† De peccat. d  
2. c. Si enim  
Infra. 4. d



† Ioh. 17. b  
† Dep. di.  
2. Si enim.  
† Inf. 4. d  
Joan. 12. b  
Leuit. 19. c  
Iui. 13. c

† 1. q. 4. c. Ec-  
clesia.

† 1. q. 4. Na-  
buchodonosor.  
De pe. dist.  
4. c. In domo  
Si ex bono.  
De cōf. dist.  
4. Solet.  
† De fa. vnc.  
c. vnicō.

mandatum vetus quod habuistis ab initio. Mandatum vetus est verbum quod audi-  
stis. † Ierum mandatum nouum scribo vobis, quod verum est: & in ipso, \* & in  
vobis, quia tenebræ transierunt, & verum lumen iam lucet. † Qui dicit se in luce esse,  
& fratrem suum odit: in tenebris est vsque adhuc. Qui diligit fratrem suum, in lumine  
manet, & scandalum in eo non est. † Qui autem odit fratrem suum, in tenebris  
est, & in tenebris ambulat, & nescit quod eat: quia tenebræ obcauerunt oculos eius.  
Scribo vobis filioli, quoniam remittuntur vobis peccata propter nomen eius. Scribo  
vobis patres, quoniam cognouistis eum qui ab initio est. Scribo vobis adolescentes,  
quoniam vicistis malignum. Scribo vobis infantes, quia cognouistis patrem. Scribo  
vobis iuuenes, quoniam fortes estis, & verbum dei manet in vobis, & vicistis malignum.  
Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum,  
non est charitas patris in eo. Quoniam omne quod est in mundo, concupiscentia  
carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, quæ non est ex patre,  
sed ex mundo est. Et mundus transit & concupiscentia eius. Qui autem facit voluntatem  
Dei, manet in æternum. Filioli, nouissima hora est. Et sicut audistis quia Antichristus  
venit: nunc Antichristi multi facti sunt. Vnde scimus quia nouissima hora est. Ex nobis  
prodierunt, sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, permansissent utique  
nobiscum. Sed ut manifesti sint, quoniam non sunt omnes ex nobis: Sed vos vnctionem  
habetis à sancto, & nostis omnia. Non scripsi vobis quasi ignorantibus veritatem,  
sed quasi scientibus eam: & quoniam omne mendacium ex veritate non est. Quis est  
mendax, nisi is qui negat quoniam Iesus non est Christus? Hic est Antichristus, qui  
negat patrem & filium. Omnis qui negat filium, nec patrem habet: qui confitetur  
filium, & patrem habet. Vos quod audistis ab initio, in vobis permaneat: quia si in  
vobis permanferit, quod audistis ab initio, & vos in filio & patre manebitis. Et hæc  
est repromissio, quam ipse pollicitus est in nobis vitam æternam. Hæc scripsi vobis  
de iis qui seducunt vos. Et vos vnctionem quam accepistis ab eo, maneat in vobis. Et  
non necesse habetis, ut aliquis doceat vos: sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus.  
Et verum est, & non est mendacium. Et sicut docuit vos, manete in eo. Et nunc  
filioli manete in eo: ut cum apparuerit, habeamus fiduciam, & non confundamur  
ab eo in aduentu eius. Si scitis quoniam iustus est, scitote quoniam & omnis qui facit  
iustitiam, ex ipso natus est.

Ad supernam accedentes felicitatem & beatorum societatem mentis puritati studeant,  
& fraternæ charitati. III.

[c. Quia idem preceptum de dilectione renouatum est in euangelio quod dicitur lex amoris. Quod verum est, secundum quod promisi per obseruationem mandatorum Dei: ad ipsius cognitionem, & dilectionem peruenit. De iura cum Glossa ordinaria. ibid.]  
1. Idem verum est.  
2. Transiunt.  
3. Vadit enim nescius in gehennam, ignarus & cæcus precipitatur in poenam, recedens scilicet à Christi lumine. Cyprian.  
4. Omnes auditores suos quos ipse Christo præcesserat, filiorum nomine glorificat: quia videlicet renati ex aqua & spiritu remissionem acceperant peccatorum. Beda. ibid.  
5. Scripsi, & infra.  
6. Malum (scilicet diabolus). Non est illo modo ab amore Christi separatus huius seculi miserabilis dulcedo, neque excusatio vxoris, aut filiorum gratia, sed nec multa auti argentique congestio, & possessionum delectatio. Aug. de salut. doct. ca. 12.  
7. Concupiscentia carnis à primis partibus impleta est, quod de ligno vitæ gustauerunt concupiscentia oculorum, quod libi oculos aperiri cupierunt: & superbia vitæ vel ambitio seculi, quod se fieri posse quod deus est, crediderunt. Prosper.  
8. Venturus sit, vel venit in presenti.  
9. Dixerat omne mendacium non est ex veritate, sed quia multa sunt genera mendaciorum inter se ipsa, nunc singulare ponit mendacium negationis, in cuius comparatione cetera aut parua aut nulla videntur. Hoc proprium est Iudeorum, ut dicant Iesus non est Christus: sed & omnium qui Christi mandatis obtemperare contemnunt. Glossa ordinaria. ibid.  
10. Nemo vos seducat ad mortem, promissionem vitæ æternæ desiderate. Quid potest mundus promittere? Quisquid libet promittat, fortassis in crastino morituro promittit. Sed quid minatur mihi potens homo, ut aliquid mali faciam? carceres, carenas, ignes, tormeta, bestias, nunquid ignem æternum? Exhorreste quod minatur omnipotens, ama quod pollicetur omnipotens, & vilescit omnis mundus, siue pronitens, siue terrens. Aug. ibidem.  
11. Vnctio quam vos.  
12. Manet.  
13. Ipsa.

† Dep. dist.  
3. c. Ille rex  
tus.  
† 1. Pet. 2. d  
Ia. 33. b

† Mat. 24. a  
Marc. 13. b  
Luc. 21. b  
Eph. 5. b  
1. Cor. 2. d  
Colof. 2. d  
Apoc. 22. c  
† Ioh. 8. c  
† Dep. di.  
2. c. Vt agno-  
uerit, & seq.  
† Ioh. 12. d  
15. b  
† Gene. 4. b

† Ioh. 15. c

Idete qualem charitatem dedit nobis pater, ut filij Dei nominemur & simus. Propter hoc mundus non nouit nos, quia non nouit eum. Charissimi, nunc filij dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Et omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est. Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit: Et peccatum est iniquitas. Et scitis quia ille apparuit, ut peccata tolleret: & peccatum in eo non est. Omnis qui in eo manet, non peccat: & omnis qui peccat non vidit eum, nec cognouit eum. Filioli, nemo vos seducat. Qui facit iustitiam, iustus est, sicut & ille iustus est. Qui facit peccatum, ex diabolo est, quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit filius Dei, ut dissoluat opera diaboli. Omnis qui natus est ex deo, peccatum non facit: quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, quoniam ex deo natus est. In hoc manifesti sunt filij dei, & filij diaboli. Omnis qui non est iustus, non est ex deo, & qui non diligit fratrem suum. Quoniam hæc est annuntiatio, quam audistis ab initio, ut diligamus alterutrum. Non sicut Cain, qui ex maligno erat: & occidit fratrem suum. Et propter quid occidit eum? Quoniam opera eius maligna erant: fratris autem eius, iusta. Nolite mirari fratres, si odit vos mundus. Nos scimus quoniam translati sumus

1. Quod si eos qui sunt in mundo hoc laetent, puta nos esse dei filios, ne hoc admittent inquam propter hoc mundus non nouit nos: quoniam neque enim nouit qui nos adoptauit in filios. Oecu. ibid.  
2. Vos.  
3. Purificat.  
4. Quia in peccato ipso iniquitas est: tamen ut nobis videretur omne peccatum est iniquitas: iniquitas autem operatrix est culpæ & delicti. Plus est ergo, ut ipsa iniquitas deleatur, excidatur radix, & feminarium peccatorum. Amb. Apolo. Dauid. ca. 13.  
5. Et sicut rumpit vincula captiui, sic vesit nuditatem spoliati, sic sanat vulnera fauciat: ut quod in ipso agit, etiam per ipsum geratur. Amb. de voca. gent. ca. 3. lib. 1.  
6. Quid est nasci de Deo, nisi cognitio in sanctis scripturis eius voluntatem diligere? Et quid non peccare, nisi in luce iustitiæ semper consistere? Grego. in 1. Reg. c. 14.  
7. Diligatis inuicem.  
8. Mei.

de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. † Qui non diligit, manet in morte. † Omnis <sup>c</sup> qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis, quoniam omnis homicida non habet vitam aeternam in se manentem. † In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. † Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauerit viscera sua ab eo: quomodo charitas Dei manet in eo? † Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate. In hoc cognoscimus quoniam ex veritate sumus: & in conspectu eius suadebimus † corda nostra. ]<sup>b</sup> Quoniam si reprehenderit nos cor nostrum: maior est deus corde nostro, & nouit omnia. Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata eius custodimus, & ea quae sunt placita coram eo, facimus. Et hoc est mandatum eius, vt <sup>c</sup> credamus in nomine filij eius Iesu Christi: † & diligamus <sup>c</sup> alterutrum, ] sicut dedit mandatum & nobis. ] † Et qui seruat mandata eius, in illo manet, & ipse in eo. † Et in hoc scimus quoniam manet in nobis, de spiritu quem dedit nobis.

*In hoc spirituales & mundani differunt, quod hi mundum & ea qua in mundo sunt diligunt, illi deum & proximum charitate prosequuntur. IIII.*

e. Intelligere ergo possumus multos esse homicidas, qui se innoxios putant: quia vt videmus homicidium non tantum occidit manu, sed etiam odientis animo perpetratur. Salu. lib. 3.  
f. Si enim deus eleemosynis foueretur pauperi, & ei datur minimus Christo datur, non est quod quis terrena coelestibus praefert, nec diuina humana praeponat. Cyprianus.  
4. Cordibus nostris.  
g. Et hoc magni est: quod per dilectionem ita mundas habitus cogitationes, quod Deo eas volumus ostendere, quia etiam si conscientia accusaret nos inuis & velle latere Deum, quia non bono animo bona nostra facerem, tamen deo latere non possumus: quia maior est corde nostro, & nouit omnia, valet ergo dilectio, quae nos commendat illi quem latere non possumus. Gloria ordinata ibid.  
5. Condemnet, & infra.  
h. Quia fides sine charitate imperfecta est: ambe vero simul iunctae & in vnitatem factae hominem dei constituunt. Ignatius, Polycarpo, 6. Inuicem.

† Depon. dil. r. c. Porro.  
§. Cum ergo, † 6. q. 1. c. 6. ma iniquitat. Leuit. 9. d. De peccati. c. Omnis. Sup. 2. b. † Ioan. 1. b. Iaco. 2. c.  
† Rom. 13. b. Ioan. 6. i. † Ioan. 1. c. 17. a. Infr. 4. c. † Ioan. 1. d. 15. b.

a. Quisquis ergo ista praeccepta contempserit, & omni spiritui credendum putauerit, necesse est incurra in Pseudoprophetas, & quod peius est blasphemet veros prophetas. Aug. de verb. apost. sermo. 31.  
2. Cognosce spiritum.  
3. Non confiteatur Iesum in carne venisse.  
4. Antichristi.  
b. In mundo ait, iam esse Antichristum, non corporaliter, sed propter eorum presentiam qui vitam illi preparant: nepe pseudoprophetas, pseudopostolos, & haereticos. Hic autem Antichristus homo erit, qui Sachaniam circumferet elatus aduersus omnem qui dicitur deus aut numen. Oecu. ibid.  
4. Eos, videlicet Pseudoprophetas.  
5. Per.  
c. Proximos diligimus sicut & nos, si non propter aliquas vilitates nostras, non propter affinitates vel consanguinitates, sed propter hoc tantum quod sunt naturae nostrae participes, diligamus. Prosper, de vita contempl. ca. 15. lib. 3.  
6. Quod.  
\* Sic.  
7. Inuicem.  
d. Quae a prophetis videbantur, erant similitudines claritatis domini, & prophetae futuro: quoniam pater quidem inuisibilis (de quo dominus dixit) Nemo deum vidit vnquam. Verbum autem eius quemadmodum volebat ipse, & ad vilitatem videntium claritatem demonstrabat patris, & dispositiones exponebat. Iren. li. 4. cap. 6.  
8. Ex hoc.  
9. Quod.  
10. Charitatem.  
e. Charitatis venenum est spes adipsoscedorum aut retinendum temporarium. Nutrimentum enim eius est iminutio cupiditatis. Signum profectus est iminutio timoris. Signum perfectionis eius nullus timor: quia consummata charitas foras mittit timorem. Aug. li. 8. quest. 6.  
11. Diligimus.  
12. Ipse.  
13. Vidit, & infra.



Charissimi, <sup>a</sup> nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex deo sint: quoniam multi Pseudoprophetae exierunt in mundum. In hoc <sup>c</sup> cognoscitur spiritus ] Dei. Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex deo est: Et omnis spiritus qui <sup>2</sup> soluit Iesum, ] ex deo non est, & hic est <sup>3</sup> Antichristus ] de quo audistis quoniam venit, & <sup>b</sup> nunc iam in mundo est. Vos ex deo estis filioli, & vicistis <sup>4</sup> eum, ] quoniam maior est qui in vobis est, quam qui in mundo. Ipsi de mundo sunt, ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit. Nos ex deo sumus. † Qui nouit deum, audit nos: qui non est ex deo, non audit nos. † In ] hoc cognoscimus spiritum veritatis, & spiritum erroris. Charissimi, <sup>c</sup> diligamus nos inuicem, quia charitas ex deo est, † Et omnis qui diligit, ex deo natus est, & cognoscit deum. Qui non diligit, non nouit deum: † quoniam deus charitas est. † In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium suum vnigenitum misit deus in mundum, vt viuamus per eum. In hoc est charitas: non <sup>c</sup> quasi ] nos dilexerimus deum, † sed quoniam ipse <sup>c</sup> prior ] dilexit nos, & misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Charissimi, si <sup>a</sup> deus dilexit nos: & nos debemus <sup>7</sup> alterutrum ] diligere. <sup>d</sup> Deum nemo <sup>c</sup> vidit vnquam. Si diligamus inuicem, deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est. <sup>8</sup> In hoc ] cognoscimus quoniam in eo manemus, & ipse in nobis: quoniam de spiritu ] sancto ] suo dedit nobis. Et nos vidimus, & testificamur quoniam pater misit filium suum Saluatorem mundi. Quisquis confessus fuerit, <sup>9</sup> quoniam ] Iesus est filius Dei, deus in eo manet, & ipse in deo. Et nos cognouimus, & credidimus <sup>10</sup> charitati ] quam habet deus in nobis. Deus charitas est: & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. <sup>8</sup> In hoc perfecta est charitas Dei nobiscum, vt fiduciam habeamus in die iudicij: quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. † Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor poenam habet. Qui autem timet, non est perfectus in charitate. Nos <sup>11</sup> ergo diligamus ] deum, quoniam <sup>12</sup> deus ] prior dilexit nos. † Si quis dixerit, quoniam diligo deum, & fratrem suum oderit: mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem <sup>13</sup> videt, ] deum quem non videt, quomodo potest diligere? † Et hoc mandatum habemus a deo: vt qui diligit deum, diligit & fratrem suum.

*Fides incarnationis de mundo triumphat, de deo testimonium perhibet, & quia in deum fiduciam eleuat, petita impetrat. V.*

† Ioan. 1. i. † Ioan. 1. c. 17. a. Infr. 4. c. † Ioan. 1. d. 15. b.  
† Ioan. 1. i. † Sup. 1. a. Ioan. 3. f. † 12. q. 3. Alit. † Ioan. 3. b.  
† Decon. di. 3. Iteator. 1. Cor. 4. d. Eph. 5. a. Philip. 1. c. 1. Tel. 4. b. Ioan. 1. g. 1. Tim. 5. c.  
† 21. q. 6. ca. Iam vobis.  
† Sup. 1. a. Sup. 1. b. Ioan. 1. g. 1. Cor. 4. d. Eph. 5. a. Philip. 1. c. 1. Tel. 4. b. † Iob. 1. b. 15. d. Eph. 1. a.



Mnis qui credit quoniam Iesus est Christus, ex deo natus est. Et omnis qui diligit eum qui genuit, diligit & eum qui natus est ex eo. In hoc cognoscimus quoniam diligimus natos dei: cum deum diligamus, & mandata eius faciamus. Hęc est enim charitas dei, vt madata eius custodiamus: & mandata eius grauiam non sunt. Quoniam omne quod natum est ex deo, vincit mundum: & hęc est victoria quę vincit mundum, fides nostra. Quis est autem qui vincit mundum, nisi qui credit quoniam Iesus est filius Dei? Hic est qui venit per aquam & sanguinem Iesus Christus. Non in aqua solum, sed in aqua & sanguine. Et spiritus est qui testificatur quoniam Christus est veritas. Quoniam tres sunt qui testimonium dant in celo: pater, verbum, & spiritus sanctus: & hi tres, vnum sunt. Et tres sunt qui testimonium dant in terra: spiritus, aqua, & sanguis, & hi tres vnum sunt. Si testimonium hominum accipimus, testimonium dei maius est. Quoniam hoc est testimonium dei quod maius est, quoniam testificatus est de filio suo. Qui credit in filium dei, habet testimonium dei in se. Qui non credit filio, mendacem facit eum: quia non credit in testimonium, quod testificatus est deus de filio suo. Et hoc est testimonium quoniam vitam æternam dedit nobis deus, & hęc vita in filio eius est. Qui habet filium dei, habet vitam: qui non habet filium dei, vitam non habet. Hęc scribo vobis: vt sciatis quoniam vitam habetis æternam, qui creditis in nomine filij dei. Et hęc est fiducia quam habemus ad deum, quia quodcunque petierimus secundum voluntatem eius, audit nos. Et scimus quia audit nos, quicquid petierimus. Scimus quoniam habemus petitiones quas postulamus ab eo. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, perat: & dabitur ei vita, peccati non ad mortem. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico vt roget quis. Omnis iniquitas peccatum est, & est peccatum ad mortem. Scimus quia omnis qui natus est ex Deo, non peccat, sed generatio dei conseruat eum, & malignus non tanget eum. Scimus quoniam ex deo sumus, & mundus totus in maligno positus est. Et scimus quoniam filius dei venit, & dedit nobis sensum vt cognoscamus verum deum: & simus in vero filio eius. Hic est verus deus, & vita æterna. Filioli, custodite vos a simulachris.

†Mat. 11. d
†1. Cor. 13. d
†De sum. tri. Damnamus. De cel. mi. In quadam.
†Ioan. 3. f
†Ioan. 3. d
†De pe. di. 1. c. Si sacerdos. Importuna.
†De pe. di. 3. Iste Rex tan. tus.
†De pe. di. 2. Si enim in princip.

a. Si precepta magistro accipimus de nobis mutuo diligere, vtique si credimus quod magister ac preceptor noster Iesus sit: Christus: qui eo Christus est quod deus & homo est, seruabimus etiam precepta eius tamquam magistrum & tanquam dei. Fortis credentes ipsum esse deum, filij eius appellamus, quem admodum in euangelio eius. Quis quos autem receperunt eum, dedit potestatem filios dei fieri. Oecum. ibid.
b. Quod, & infra.
c. Omnia sunt facilia charitati, cui vni Christi sarcina leuis est, aut ea vna est sarcina ipsa que leuis est. Aug. de natu. & gratia. cap. 69.
d. Spiritus.
e. Magna profectio habituri sunt testimonium, quos in celo pater susceperit tanquam filios & heredes, filius asseruerit tanquam fratres & coheredes, spiritus sanctus adherentes deo vnum spiritum facere esse eum eorum. Ber. in octa. Pasche. Serm. 1.
f. Testificantes, vel testantes.
g. Quo.
h. Secundum hanc rationem & suum proprium ostendens dominus, & sui arbitrij ac sue potestatis hominem significans, dicebat ad Ierusalem: Quoties volui congregare filios tuos, & c. Iren. lib. 4. cap. 72.
i. Deo.
j. Qui creditis in nomine filij Dei, quicquid, vel si quid.
k. Si.
l. Si quis viderit.
m. Siue de finali impenitentia, siue de quocumque mortali vsque ad mortem continuato, & per contritionem non deleto, intelligitur, certum est quod profectio in tali facinore non fit orandum. Diony. ibid.
n. Roges.
o. Non, (quia non est ex genere suo ad mortem, nisi quatenus importat propositum perfectionis vsque ad mortem.
p. Qui genitus est deo.
q. Merito enim vtrum mundum in maligno esse dicat, ubi bonum locum habere non possunt. Si quidem ita totus iniquitatis plenus est, vt aut mali sint qui sunt in illo, aut qui boni sunt, multorum persecutione cruciatur. Salua. lib. 4.
r. Iesu Christo.
s. Cauete vobis.

INCIPIIT ARGUMENTVM IN EPISTOLAM secundam beati Ioannis Apostoli.

Vsq; ad eam ad sanctam feminam scribit, vt eandem dominam non dubitet literis appellare, eiusdemque filijs testimonium quod ambulent in veritate, perhibeat.

Incipit epistola beati Ioannis apostoli secunda.

Cuilibet fideli bonum prosequendum & malum fugiendum, atque in charitate & doctrina Christi permanendum. Caput I.



Enior, electa dominæ, & natis eius, quos ego diligo in veritate, & non ego solus, sed & omnes qui cognouerunt veritatem, propter veritatem quę permanet in vobis, & vobiscum erit in æternum. Sit vobiscum gratia, misericordia, pax a deo patre, & a Christo Iesu filio patris in veritate & charitate. Gauisus sum valde quonia inueni de filiis tuis ambulantes in veritate, sicut mandatum accepimus a patre. Et nunc rogo te domina, non tanquam mandatum nouum scribes tibi, sed quod habuimus ab initio, vt diligamus alterutrum. Et hęc est charitas, vt ambulemus secundum mandata eius. Hoc enim est mandatum, vt quemadmodum audistis ab initio, in eo ambuletis, quoniam multi seductores exierunt in mundum, qui non confitentur Ie-

†Dl. 9. Le. gimus.
†Ioh. 15. b

a. Solum autem voluit se appellare presbyterum, sine quod iam senior esset, dum hoc scriberet, (nā id significat presbyter) aut etiam episcopum vocans seipsum nomine presbyteri, cā illo tempore nomen presbyteri solitum esset etiam de episcopis dici. Oecum. ibid.
b. Reuera enim omnes per orbem catholici vna veritatis regulam sequuntur: non autem omnes heretici & infideles vnanimo errori consentiunt, verū nō minus semet alterutrum quā ipsam veritatis viā impugnant. Beda ibi.
c. Nobis, & vobiscum.
d. Nos mutuo.
e. Mandatum.
f. Introierunt.
g. Aliam significationem habet Iesus, aliā habet Christus saluator noster. Iesus tamen nomen proprium est illi, quō Moyses proprio nomine appellatus est, quomodo Elias, quomodo Abraham. Sic tamquam proprium nomen habet dominus noster Iesus. Christus autē sacramentum nomen est, quomodo si dicatur propheta sacerdos. Augu. super epist. Ioan. tract. 9.

5. Venturum, scilicet in secundo adventu.  
 6. Ne perdatis quæ operati sumus.  
 7. Recipiamus.  
 8. Transgreditur.  
 d. Si quis absque hac confessione fidei & doctrinae Christi ad vos veniat, non solum protectionem à vobis non consequatur, sed neque salutis precationem à vobis accipiat: meritò & eandem hæc dicens: quasi hæc salutis precatio solis illis debeatur qui conveniunt moribus & fide nobiscum. Cui enim precatur salutem, nisi his qui similes sunt morum ac fidei? Occum, ibid.

sum Christum venisse] in carne. \* Hic est seductor & Antichristus. Videte vosmet-  
 ipsos, ne perdatis quæ operati estis, ] sed ut mercedem plenam accipiatis. ] Omnis  
 qui recedit, ] & non permanet in doctrina Christi, Deum non habet. Qui permanet  
 in doctrina, hic patrem & filium habet. d Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non  
 affert, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis. † \* Qui enim dixit illi aue: d  
 communicat operibus eius malignis. — Ecce prædixi vobis, ut in die domini non con-  
 fundamini. ] Plura habens vobis scribere, nolui per chartam & atramentum. Spero e-  
 nim me futurum apud vos, & os ad os loqui, † ut gaudium vestrum plenum sit. Salu-  
 tant te filij sororis tuæ electæ. Gratia tecum, Amen.

† 24. q. 1. c. Omnia.

† Ioan. 16. f. 7. Ioan. 15.

INCIPIIT ARGVMENTVM IN EPISTOLAM  
 tertiam beati Ioannis Apostoli.



*C*ausam pietatis causa extollit, atque ut in ipsa pietate maneat exhortatur: Diotrephen impietatis & superbiæ causa obiurgat: Demetrio autem bonum testimonium perhibet, cum fratribus vniuersis.

Incipit epistola beati Ioannis apostoli tertia.

Qui in multis proximo profuit, in pietate permaneat, ut à malo deuiet. Cap. I.

a. Causa iste, cui scribit Ioannes, creditur fuisse vir ille Corinthius, de quo ad Roma. loquitur Paulus: Salutat vos Causa hospes meus. Et i. Cor. 1. Neminem vestrum baptizavi, nisi Crispum & Caium. Diony. ibid.  
 b. Filius dei qui semper in patre veritas & vita est, assumendo hominem factus est via: quia non habebamus quæ iremus ad patrem. Si enim via esse noluisset, semper erraremus. Ipse igitur via, veritas, & vita ad te venit, surge & ambula, ambula moribus & non pedibus, & peruenies ad deum. August. de verb. do. sermo. 55.  
 1. Maius his non habeo gaudium.  
 2. Ambulare.  
 3. Nos ergo debemus suscipere cum expensis nostris. Hoc autem dicit Ioannes, non quia haberet diuitias, sed quia de consilio eius diuites talia faciebant, & quia bona ecclesie eius pro pauperibus ipse dispensabat. in Epheso. sicut Apostoli alij in Ierusalem, ut habetur Act. 4. De Lyra ibidem.]  
 4. Scripsi.  
 5. Commoneam. i. in omnium notitiam manifestius arguendo produci, quorum exemplar nuncquam habet, sed facit ea, & nova inuenit, garricus falsis rationibus vrens in nos, confutandos: & sic ad vos à fide retrahendos. Gloza ordina. ibid.]  
 6. Iudicabo.  
 7. Aemulari.  
 8. Summeniam quidam quibus virtus perhibet testimonium, sed frustratur ob sermonem inefficacem, siue operibus carentem. Occum, ibid.



† Enior, a Caio charissimo, quem ego diligo in veritate. Charissime de omnibus orationem facio prosperè te ingredi & valere, sicut prosperè agit anima tua. Gaudius sum enim valde venientibus fratribus, & testimonium perhibentibus veritati tuæ, b sicut tu in veritate ambulas. † Maiorem horum non habeo gratiam, ] quam ut audiam filios meos in veritate ambulantes. ] Charissime, fideliter facis quicquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos, qui testimonium reddiderunt charitati tuæ in conspectu ecclesie: quos bene facies deducens digne deo. \* Pro nomine enim eius profecti sunt, nihil accipientes à gentilibus. † Nos ergo debemus suscipere huiusmodi: ut cooperatores simus veritatis. † Scripsissem forsitan ] Ecclesie: † sed is qui amat primatum gerere in eis, Diotrephes non recipit nos. d Propter hoc si venero, commonebo ] eius opera quæ facit: verbis malignis garricens in nos. Et quasi non ei ista sufficiant, neque ipse suscipit fratres: & eos qui suscipiunt, prohibet, & de Ecclesia eiicit. Charissime, noli imitari ] malum: sed quod bonum est. Qui bene facit, ex deo est: qui malè facit non videt deum. \* Demetrio testimonium redditur ab omnibus, & ab ipsa veritate, sed & nos testimonium perhibemus, & nosti quoniam testimonium nostrum verum est. Multa habui tibi scribere: sed nolui per atramentum & calamus scribere tibi. Spero autem protinus te videre: & os ad os loquemur. Pax tibi. Salutant te amici. Saluta tu amicos nominatum.

† 31. di. Le. gium.

† 42. dist. 31. quis despi. cit.

INCIPIIT ARGVMENTVM IN EPISTOLAM  
 beatam Iudæ Apostoli.

*I*udas Apostolus fratres de corruptoribus vite veritatis ita informat, ut illicitum esse differeret de subiungo semel erutos seruitutis, denud operam suam officii nauare seruilibus.

Incipit

# Incipit epistola beati Iudæ Apostoli.

*Fidelis hæreticorum fallacias vitet, qui cupiditate ducti aduersantur Euangelio, & quorum figuram Pseudopropheta gesserunt.*

Caput I.



**V**as Iesu Christi seruus, frater autem Iacobi: iis qui sunt in deo patre dilectis, ] & Christo Iesu conseruatis, & vocatis. Misericordia vobis, & pax, & charitas adimpleatur. ] Charissimi, omnem sollicitudinem faciens scribendi vobis de communi vestra salute, necesse habui scribere vobis: deprecans supercertari semel traditæ sanctis fidei. Subintroierunt enim quidam homines (qui olim præscripti sunt in hoc iudicium) impij domini nostri gratiam transferentes in luxuriam, & solum dominatorem, & dominum nostrum Iesum Christum negantes. Commõnere autem vos volo, scientes semel omnia, quoniam Iesus ] populum de terra Ægypti saluans, secundo eos qui non crediderunt, perdidit. Angelos verò qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, ] in iudicium magni diei, vinculis æternis sub caligine reseruauit. Sicut Sodoma & Gomorrha, & finitimæ ciuitates simili modo exfornicatæ, & abeuntes post carnem alteram, facti sunt exemplum ignis æterni pœnam sustinentes. Similiter & hi quidem carnem maculant, dominationem autem spernunt, maiestatem autem blasphemant. Cum Michael Archangelus cum diabolo disputans altercetur de Moyse corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemix, sed dixit: Imperet tibi deus. Hi autem quæcunque quidem ignorant, blasphemant: quæcunque autem naturaliter tanquam muta animalia norunt, in iis corrumpuntur. Væ illis qui in via Cain abierunt, & errore Balaam mercede effusi sunt, & in contradictione Chore abierunt. Hi sunt in epulis suis, ] maculæ conuiuantes sine timore, semetipfos pascentes: nubes sine aqua, quæ à ventis circumferuntur, arbores autumnales, infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris, despumantes suas confusiones, sydera errantia: quibus procella tenebrarum ] seruata est in æternum. Prophetauit autem & de his septimus ab Adam, Enoch, dicens: Ecce venit dominus in sanctis milibus suis facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impietate egerunt: de omnibus duris quæ locuti sunt contra deum peccatores impij. Hi sunt murmuratores, querulosi, secundum desideria sua ambulantes, & os eorum loquitur superbiam, mirantes personas quæstus causa. Vos autem charissimi, memores estote verborum quæ prædicta sunt ab Apostolis domini nostri Iesu Christi, qui dicebant vobis: quoniam in nouissimis temporibus venient illusores, secundum desideria sua ambulantes in impietatibus. Hi sunt qui segregant semetipfos, animales, spiritum non habentes. Vos autem charissimi, superedificantes vosmetipfos, sanctissimæ nostræ fidei: in spiritu sancto orantes ipsos vos in dilectione dei seruate, expectantes misericordiam domini nostri Iesu Christi in vitam æternam, & hos quidem arguite iudicatos, illos verò saluate, de igne rapientes. Aliis autem miseremini in timore, odietes, ] & eam quæ carnalis est, maculatam tunicam. Ei autem qui potens est vos conseruare sine peccato, & constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos in exultatione in aduentu domini nostri Iesu Christi ] soli Deo saluatori nostro per Iesum Christum dominum nostrum ] gloria & magnificentia, imperium & potestas ante omne seculum, & nunc & in omnia secula seculorum, Amen.

† Num. 14. f

† Gene. 19. c

† 2. 4. q. 3. ca. si igitur. Zacha. 3. a. Eclia. d.

† Gene. 4. b. † Num. 16. a. 22. d. 2. b. 1. Pet. 2. d

† Apoc. b

† Psal. 16. d

† 1. Tim. 4. a. 2. Tim. 3. a. 1. Pet. 3. a

† 2. 4. q. 3. De illis.

a. Iudas qui & Thaddæus, filius Alphaei & Mariæ Cleopæe sororis virginis Mariæ frater Iacobi minoris, Simonis & Iosephi iusti, eodem spiritu quo Petrus & Iohannes in fidei corruptores animaduertit, fideles exhortans ut ab ipsis pseudopropheta sibi caueant.

1. Sanctificatis.

2. Multiplicetur.

b. De comuni eorum salute dicit, de illa salute quæ ipsi & illis erat communis: omnium nauque electorum vna & communis est salus, fides & dilectio Christi. Boda ibid.

c. Quidam verò non satis celestibus literis eruditi est veritatis accusatoribus respondere non possent obicientibus vel impossibile, vel incongruum esse, ut deus in verò mulieris se includeret: nec celestem illam maiestatem ad eam infirmitatem potuisset deduci, ut hominibus contemptui, derisui, contumelia, & ludibrio esset. Postremum etiam cruciametra perferret atque inexcusable patibulo figeretur. Lactant. lib. 4. cap. 10.

3. Dei.

4. Hoc quod dominus.

5. Sicut originem.

6. Factæ, vel expositæ.

d. Hoc est, typus facti sunt perpetuæ damnationis, ac infernalis incendij, quæ per illorum punitionem sunt præfigurata. Dionys. ibidem.

\* Somniantes.

7. Incepit te dominus.

e. Eue breuissimè pateat qualis sit natura humana sine gratia, dicit Iudas apostolus quid agat vel ignorat imperitorem, vel detrita facientem. Hi autem, inquit, quæcunque quidem ignorant, blasphemant, & cetera. Ambr. de voca. gent. lib. 1. ca. 6.

8. Quia.

9. Mercedis.

10. Inter dilectiones vestras.

11. Caligo.

f. Non itaque promittitur pœna ignis transitoria curpiter seculatæque vitæ, quia viam iustitiæ cognouerunt, quibus melius erat non cognoscere. Aug. de fide & operibus, cap. 25. g. Impius à peccatore differt, inquit, quod impius peccat habet circa deum, peccator verò circa ea quæ aguntur in vitæ conversatione à iustitiæ scopo aberrat. Occum. ibid.

h. Videte animam hominis quæ admodum vniuersæ corporis membra viuificet coherencia sibi: separata ergo quoduis à iustitiâ ceterorū, & vide an de cetero viuificet. Sic & omnis qui ab vitæ diuiditur, ne iustitiam ab eo recesserit spiritus vitæ. Digne igitur contemnos, & qui separant semetipfos, apostoli carnales vocant, & animales, spiritum non habentes. Bernard. in fest. sancti Michæ. Sermo. 1.

i. Commiseramini dum diuidiamini, illos verò in timore seruate, ex incendio rapientes, odio prosequentes. i. Quo testimonio videtur hominem posse esse sine peccato, & maculâ non habere. Sed hoc non sic capiendum ut proponitur. Neque enim homo potest esse sine peccato, sed poterit si deus voluerit hominem seruare sine peccato, & immaculatam suam misericordiam custodire. Hoc & ego dico quod deo cuncta possibilia sunt, homini autem non quicquid voluerit possibile est. Hier. aduersus Pelagian. lib. 1.

\* Sapienti.

Epistolæ beati Iudæ Apostoli finis.



INCIPIT PROLOGVS IN APOCALYPSIN  
beati Ioannis Apostoli.



x. Militia.

† Mnes qui piè volunt viuere in Christo, (sicut ait Apostolus) persecutionem patientur, iuxta illud: † Fili accedès ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & prepara animam tuam ad tentationem. † Tentatio Inanque est vita hominis super terram. Ne autem fideles deficiant in iis, consolatur eos dominus atque confirmat dicès: † Vobiscum sum vsque ad consummationem seculi, & nolite timere pusillus grex. Propterea videns deus pater tribulationes quas passura erat Ecclesia ab Apostolis fundata supra petram Christum, vt minus timeantur, disposuit vna cum filio & spiritu sancto eas reuelare. Reuelauit autem tota trinitas Christo secundum humanitatem, Christus verò Ioanni per angelum, Ioannes Ecclesie, de qua reuelatione hunc librum composuit. Vnde & liber iste Apocalypsis dicitur, id est, reuelatio, quia hic continentur quae deus reuelauit Ioanni, & Ioannes Ecclesie, quanta scilicet Ecclesia passa sit in tēpore primitiua, & nunc patiatur, & in nouissimis temporibus Antichristi passura sit, quando tanta erit tribulatio, vt si fieri potest etiam moueantur electi. Et quae pro iis & nunc, & in futuro praemia sit susceptura, vt quos denuntiata supplicia terrent, promissa praemia latificent. Ideo iste liber inter reliquas scripturas noui testamenti prophetiae nomine censetur, quae aliis est excellentior prophetiis: sicut enim nouū testamentum praestat veteri, Euangelium legi: ita haec prophetia prophetiis veteris testamenti, quia de Christo & Ecclesia magna ex parte iam adimpleta sacramēta denunciat. Vel etiam ideo, quia cum aliis vniuersaria, isti trifaria data est prophetia simul, scilicet de praeterito & praesenti & futuro. Ad cuius confirmandam auctoritatem, occurrit etiam auctoritas mittentis, deferentis, & accipientis. Mittentis, scilicet trinitatis: & deferentis, scilicet angeli: & accipientis scilicet Ioannis. Cum autem Ioanni haec in visione fuerunt reuelata, & sint tria genera visionum, sub quo genere contineatur, videndum est. Visio enim alia corporalis, quando videlicet corporalibus oculis aliquid videmus: Alia spiritualis seu imaginaria, cum videlicet dormientes vel etiam vigilantes imagines rerum cernimus, quibus aliquid significatur, sicut vidit Pharaon spicas, & Moyses rubum ardere: ille dormiens: iste vigilans. Alia intellectualis, quando videlicet spiritu sancto reuelante intellectui mētis veritatem mysteriorum, sicut est, capimus, quomodo vidit Ioannes quae in hoc libro referuntur: Non enim figuras tantum spiritu vidit, sed & earum significata mente intellexit. Vidit autē Ioannes, & scripsit in Pathmos insula relegatus in exilium à Domitiano Principe impiissimo, hac cum ad scribendum cōpellente causa: quia dum exul teneretur à Domitiano in Pathmos insula, in Ecclesiis quibus praerat, multa pullularunt atque inoleuerunt vitia, atque diuersa haereses. Erant enim quidam haeretici ibi, dicentes Christum non fuisse ante Mariam, quia tēporaliter de ea natus erat, quos Ioannes in principio Euangelij sui redarguit, dicens: † In principio erat verbum. Et in hoc libro cum dicit, α, & ω, id est principium & finis. Dicebant etiam quidam Ecclesiam pondere tribulationum ante finem seculi desiturā, & pro labore non praemium aeternum susceperam. Horum ergo errores volens destruere Ioannes, ostendit Christum principium esse & finem. Vnde Isaiās: † Ante me non est formatus deus, & post me non erit. Et Ecclesiam per exercitium tribulationum non desinere, sed proficere, & pro iis brauiū aeternum recipere. Scribit autem Ioannes septem Ecclesiis Asiae, & earum septem episcopis de praedictis instruens, & in eis per eam totam generalem Ecclesiam docens. Est itaque materia Ioannis in hoc opere status specialiter Asiae Ecclesiae, necnon & totius videlicet, quae in praesenti patiatur, & in futuro receptura sit. Intentio verò eius est monere ad patientiam quae seruanda est, † tum quia breuis labor, cum quia praemium magnum. Modus tractandi talis, primo praemittit prologum & salutationem, vbi reddit auditores benignos & attētos, quo praemisso accedit ad narrationem. Ante narrationem verò ostendit Christum esse ab aeterno, sine principio & sine fine: Inducens ipsum loquentem: † Ego sum alpha, & ω, id est, principium & finis. Postea accedens ad narrationem, distinguit septem visiones, quibus terminatis iste liber consummatur. Praemittit autem prologum, dicens: Apocalypsis Iesu Christi, sub audis, hoc est, sicut in aliis, visio Isaiā haec est, & parabola Salomonis, haec sunt.

† 2. Tim. 3. c.

† Eccl. 2. a

† Job 7. a

† Mar. 13. e

† Luc. 12. d

† Ioan. 1. a

† Isa. 43. a

† Apoc. 1. b  
22. a

† Apoc. 1. a

ITEM ALTER PROLOGVS IN APOCALYPSIN.

Ioannes Apostolus & Euangelista à Christo electus atque dilectus in tanto amore dilectionis vberior habitus est, ut in caena supra pectus eius recumberet, & ad crucem astanti soli matrem propriam commendasset, ut quem nubere volentem ad amplexum virginittatis ascuerat, ipse etiam ad custodiendam virginem tradidisset. Hic itaque cum propter verbu dei & testimonium Iesu Christi in Patmos insulam sortiretur exilium, illic ab eodem Apocalypsis praeostesa describitur, ut sicut in principio canonis, id est, libri geneleos, incorruptibile principium prae notatur: ita etiam incorruptibilis finis per virginem in Apocalypsi redderetur, dicens: Ego sum alpha & omega, initium & finis. Hic est Ioannes, qui sciens superuenisse ibi diem egressiois de corpore, conuocatis in Epheso discipulis, descendit in defossam sepulturae suae locum, orationeque completa reddidit spiritum, tam à dolore mortis factus extraneus, quam à corruptione carnis noscitur alienus. Cuius tamē scriptura dispositio vel libri ordinatio, ideo à nobis per singula non exponitur, ut nescitis inquirendi desiderium collocetur, & quæretibus laboris fructus, & deo magisterij doctrina seruetur.

Joan. 13. f  
19. c  
Joan. 2. a

Apoc. 1. b  
2. a

ARGVMENTVM IN APOCALYPSIN

beati Ioannis Apostoli.

Apocalypsis Ioannis tot habet sacramenta quot verba. Parum dixi, & pro merito voluminis laus omnis inferior est. In verbis singulis multiplices latent intelligentiae.

Incipit liber Apocalypsis beati Ioannis apostoli.

Ioannes in Patmos insula exulans septem Asiae ecclesiis per septem candelabra designatis, quas vidit visiones recitauit. Caput I.

**A** Apocalypsis Iesu Christi quam dedit illis Deus, palam facere ] seruis suis quæ oportet fieri citò: & significauit, mittens per angelum suum seruo suo Ioanni, qui testimonium perhibuit verbo Dei, & testimonium Iesu Christi, quæcunque vidit. <sup>b</sup> Beatus qui legit & qui audit verba prophetiæ huius: & seruat ea quæ in ea scripta sunt. <sup>c</sup> Tempus enim propè est. <sup>d</sup> Ioannes septem Ecclesiis quæ sunt in Asia. Gratia vobis & pax ab eo <sup>e</sup> qui est, & qui erat, & qui venturus est, & à septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt, & à Iesu Christo qui est testis fidelis, <sup>f</sup> primogenitus mortuorum: & princeps Regum terræ, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, <sup>g</sup> & fecit nos <sup>h</sup> regnum ] & sacerdotes Deo & patri suo, ipsi gloria & imperiū in secula seculorum, Amē. <sup>i</sup> Ecce venit cū nubibus, <sup>j</sup> & videbit eum omnis oculus, & qui eum <sup>k</sup> pupugerunt. ] Et tunc plangent se super eum omnes tribus terræ, etiam, Amen. <sup>l</sup> Ego sum alpha & omega: principium & finis, dicit dominus deus, qui est, & qui erat, & qui venturus est, omnipotens. Ego Ioannes frater vester & particeps in tribulatione, & regno & patientia in Christo Iesu: fui in insula, quæ appellatur Patmos propter verbum dei & testimonium Iesu Christi. <sup>m</sup> Fui in spiritu in dominica die, & audiui post me vocem magnam tanquam tubæ, dicentis: <sup>n</sup> Quod vides, scribe in libro: & mitte <sup>o</sup> septē Ecclesiis Epheso, & Smyrnæ, & Pergamo, & Tyatiræ, & Sardis, & Philadelphia, & Laodicea. Et conuersus sum, ut viderem vocem quæ loquebatur mecum. <sup>p</sup> Et conuersus vidi septem candelabra aurea: & in medio septem candelabrorum aureorum simile filio hominis, vestitum podere, & præcinctum ad mamillas zona aurea. Caput autem eius & capilli erant candidi tanquam lana alba, & tanquam nix. <sup>q</sup> Et oculi eius tanquam flamma ignis, & pedes eius similes aurichalco, sicut in camino <sup>r</sup> ardenti. ] Et vox <sup>s</sup> illius tanquam vox aquarum multarum: & habebat in dextera sua stellas septem. <sup>t</sup> Et de ore eius <sup>u</sup> gladius vtraque parte acutus exibat, <sup>v</sup> & facies eius, sicut sol lucet in vir-

Infr. 22. b

Infr. 22. c

29. dist. 6. Necess.

Exod. 3. d

Heb. 9. c  
Ioan. 1. b

Luc. 24. c  
Ila. 3. c  
Iudæi. c  
Infr. 21. b  
22. c

Infr. 4. a

93. d. Diaconi.

Infr. 2. c  
19. c  
De preul. leg. Ex ore.  
Infr. 19. c  
Matt. 17. a  
Ila. 54. a  
Infr. 22. c

2. Apocalypsin beati Ioannis Apostoli secundā anagogem hoc domino largiente explanare curauim⁹, quæ reuelatio Iesu Christi nostris auribus panditur, ut arcana celestia nostris cordib⁹ manifestetur. Aug. ibidem. Nā si iuxta litteram accipimus iudicandum est, si spiritualiter verba scripta est, multorum opinionibus videbimur contrare. Hier. in præmio in 18. commenta. in Iliam.

1. Ve palam faceret.

b. Nec qui solum legunt, sed & qui audiunt, efficaciter quidem & operatio audiui beatorum dicit, qui videlicet parati sunt ad obseruandum quæcumque diuinae leges ea quæ dicta sunt: qui etiam compositi sunt ad spiritualiter viuendum, non sicut animales homines, sive qui iuxta sensuallitatem eligunt viuere, quemadmodum animalis sermone carentia. Aretha. Casarian. ibidē.

c. Quem igitur compunxerunt & quæ speramus esse venturum nisi filium dei. Ergo omnipotēs dominus & deus etiā Christus est. Ambro. lib. 2. de fide, cap. 3.

3. Confixerunt.

d. e. prima est littera Græcorum, & verò vltima. Ista itaque litteris se cōparat seu exprimit Christi, ut innuat se esse vniuersorū primum principium, ac vltimū finem. Omnia enim propter se ipsum operatus est dominus. Dionys. ibidem.

\* Ego sum alpha & omega, primus & vltimus.

e. Ecclesiis septem ponit, ut seruetur septemius numerus: ut dies septem quibus dñs mundū fecit, ut angeli septem qui assistunt ante faciem dei, & licentia septiformis in tabernaculo testimonij, & spiritus septem, & candelabra septem, & columna septē super quas edificauit domum sapientia. Cyprian.

4. Ardetes.

f. Apollolus Ioannes ensē describit bis acutū, quem intelligi oportet sermone diuini bis acutū duobus testamentis legis & euangelij: acutum sapientia, infestum diabolo, amictum nos aduersus hostes spirituales nequitia, & concupiscentia omnis. Tertul. lib. 3. aduersus Marcion.

Eg. Noli timere. Quia ego sum primus & nouissimus: per hoc idem signatur quod super dicitur: ego sum alpha & omega. Si militet exponatur q. d. potens sum te saluare. Ideo non debes timere. De Lyr. ibid.]

tute sua. Et cum vidissem eum, cecidi ad pedes eius tanquam mortuus. Et posuit dexteram suam super me, dicens: Noli timere. Ego sum primus & nouissimus, & viuus, & fui mortuus, & ecce sum viuens in secula seculorum, & habeo clauis mortis & inferni. Scribe ergo quae vidisti, & quae sunt, & quae oportet fieri post haec. Sacramentum septem stellarum quas vidisti in dextera mea, & septem candelabra aurea: septem stellarum, angeli sunt septem Ecclesiarum: & candelabra septem, septem Ecclesiae sunt.

Quid Ecclesis Ephesi, Smyrnae, Pergami, & Tyatirae deus futurum nouerit cum discrimine malorum a bonis Ioannes prauidet. II.

a. Hoc est pastor & presuli. Cui idcirco primo scribitur, quia in Asia minori Ephesus fuit metropolis. Sicque episcopus eius, tanquam metropolitani auctoritate & dignitate exiit maior. Unde sicut eius defectus alii nocuit, sic emendatio eius aliis edificatoria fuit. Dio. ibid. 2. Ephesine.  
\* Et supportasti.  
b. Sed tamen quia singuli quique carus hereticorum se potissimum Christianos & sua esse catholicam ecclesiam putant, sciendum est illam esse veram in qua est religio, confessio, & penitentia: quae peccata & vitia, quibus est subiecta imbecillitas carnis, salubriter curat. La. danc. lib. 4. cap. 30.  
2. Veniam tibi cito.  
3. Odiu habeo.  
c. Aliter hereticus Nicolaus emersit hic de septem diaconis qui in Actibus Apostolorum electi sunt, fuit. Hic dicit tenebras in concupiscentia luminis & quidam facta & obscena fuisse: haec puritudo pudor est dicere quae facta & immunda. Sunt & caetera obscena. Omnes enim refert quosdam turpitudinis natos, & complexos & permixtionis execrabiles. Tertull. de praescript. aduersus hereticos.  
4. Odiu habeo.  
5. Medio paradisi.  
\* Opera tua.  
6. Blasphemiam eorum.  
\* Opera tua.  
7. Meis.  
[d. Ille martyr specialiter nominatur, quia verbo suo & exemplo alios ad martyrium animauit. De Lyr. ibidem.]  
\* Ex iis quae idolis immolantur.  
\* Quod.  
e. Vides quod deus qui poenitentiam exigit, venit pollicetur Ambr. de poenitent. lib. 1. cap. 9.  
f. Calculum candidum dicitur angelicum clarum, & tantum illustratum, in quo est nomen nouum Iesu Christi veri dei, de quo scribitur: in principio erat verbum. Hiero. super Isa. ca. 65. g. Tyatira urbs Asiae minoris in Lydia provincia non longe distans a Pergamo: templo quondam Atclepidij famosa. De qua erat illa puella Lydia purpuraria, de qua Acto. 16. cap.  
h. Hanc autem mulierem tropice significat. Nicolaitarum haeresim per nomen Iezabel, quae regi Achab nupsit. Huic enim copulans Nicolai sequaces propter libidinem ac impietatem. Indignatur itaque quod non persequantur ipsam & expellat, confundentes ipsam impudentes blasphemate, sed sustineant, ut hi qui solo nomine Christiani sunt secum percipient. Arctha Caesariensis. ibid.  
8. Sua.  
9. Altitudines. i. profunditates.  
11. Qui vicerit tentationes mundi carnis, & diaboli, & custodierit vsque ad mortem opera mea, quia Iesus cepit facere, & postea docere. Act. 1. Dabo illi potestatem super gentes in finali iudicio: in quo perfecti iudicabunt cum Christo: & sic habebunt potestatem super gentes iudicantes. De Lyr. ibid.]

**B** [T] a angelo Ephesi Ecclesiae scribe: Haec dicit qui tenet septem stellarum in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum: Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam, & quia non potes sustinere malos. Et tentasti eos qui se dicunt apostolos esse, & non sunt, & inuenisti eos mendaces. \* Et patientiam habes: & sustinisti propter nomen meum, & non defecisti. Sed habeo aduersum te & pauca, ] quod charitatem tuam primam reliquisti. † Memor esto itaque vnde excideris: & age poenitentiam, & prima opera fac. \* Sin autem venio tibi, ] & mouebo candelabrum tuum de loco suo, † nisi poenitentiam egeris. Sed hoc habes, quia † odisti ] facta Nicolaitarum, quae & ego odi. ] Qui habet aurem audiat, quid spiritus dicat Ecclesiis. Vincenti dabo edere de ligno vitae, quod est in paradiso ] dei mei. Et angelo Smyrnae Ecclesiae scribe: Haec dicit primus & nouissimus, qui fuit mortuus & viuus. Scio tribulationem tuam & paupertatem tuam, sed diues es, & blasphemaris ab iis ] qui se dicunt Iudaeos esse, & non sunt, sed sunt Synagoga Sathanae. \* Nihil horum timeas quae passurus es. † Ecce missurus est diabolus aliquos ex vobis in carcerem, vt tentemini: & habebitis tribulationem diebus decem. Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitae. Qui habet aurem, audiat, quid spiritus dicat Ecclesiis. Qui vicerit, non laedetur a morte secunda. Et angelo Pergami Ecclesiae scribe: Haec dicit qui habet rompham ex vtraque parte acutam. Scio vbi habitas, vbi sedes est Sathanae, & tenes nomen meum, & non negasti fidem meam. \* Et in diebus illis ] Antiphas testis meus fidelis qui occisus est apud vos, vbi Sathanas habitat. Sed habeo aduersus te pauca: quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac, mittere scandalum coram filiis Israel, edere & fornicari: ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum. \* Similiter poenitentiam age, si quo minus, veniam tibi cito, & pugnabo cum illis in gladio oris mei. Qui habet aurem, audiat, quid spiritus dicat ecclesiis. Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum scriptum: quod nemo scit, nisi qui accipit. \* Et angelo Tyatirae Ecclesiae scribe: Haec dicit filius dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis, & pedes eius similes aurichalco. † Noui opera tua, & fidem, & charitatem tuam, ] & ministerium, & patientiam tuam, & opera tua nouissima plura prioribus. Sed habeo aduersus te pauca: quia permittis mulierem Iezabel, quae se dicit Prophetam, docere, & seducere seruos meos, fornicari & manducare de idolothytis. † Et dedi illi tempus vt poenitentiam ageret, & non vult poenitere a fornicatione sua. \* Ecce ego mitto eam in lectum: & qui moechantur cum ea, in tribulatione maxima erunt, nisi poenitentiam ab operibus suis egerint, & filios eius interficiam in mortem, & scient omnes Ecclesiae quia ego sum scrutans renes & corda, & dabo unicuique vestrum secundum opera vestra: ] Vobis autem dico, & caeteris qui Tyatirae estis, quicumque non habent doctrinam hanc, & qui non cognouerunt altitudinem ] Sathanae, quemadmodum dicunt: non mittam super vos aliud pondus: tamen id quod habetis tenete, donec veniam. † Et qui vicerit & custodierit vsque in finem opera mea, † dobo illi potestatem super gentes, & reget eas in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringentur, sicut & ego accepi a patre meo, & dabo illi stellam matutinam. Qui habet aurem, audiat, quid spiritus dicat Ecclesiis.

Quid

† 11a. 4. b  
4. 4. a  
† 11a. 22. f  
† Infr. 3. b  
Iob 12. c

† De per. di.  
2. c. Si enim.

† 10. d. Quia  
Infr. 12. a. n. c.  
Domino.  
De per. di. c.  
Miro.  
Sunt qui arbitrantur.  
† Luc. 11. a  
† 2. 4. quae 1. 3.  
Quidam.

† Infr. 3. b  
De per. di. 1.  
c. Si enim.

† Num. 24. c

† Sup. 1. c  
Infr. 19. c

† Iob 24. d  
Marc. 4. c  
Marc. 1. c  
Luc. 11. a  
Acto. 3. d

† Iere. 17. b  
Psal. 7. e  
1. Reg. 16. b

† Infr. 9. 0  
Psal. 1. d

Quid deus futurum noverit Ecclesis Sardis, Philadelphia, & Laodicea, vt à prateritis malis respiscant, & futuris caueant. III.

† De p. d. 2. c. 3. eum.

† Infr. 16. 1. Thell. 5. a. 1. Pet. 3. c. Sup. 2. b. 1. De p. d. 2. c. Si enim. Sup. 1. d. 1. Ha. 23. f. Ioan. 12. a.

† Job 12. c. 11a. 22. f.

† Job 14. c.

† 9. di. Hic enim. 1. Prou. 3. b. Hebr. 12. b.

† De elec. Scrip. est.

11a. 6. b.

A T angelo Ecclesie \* a Sardis, scribe: Hæc dicit qui habet septem spiritus dei, & septem stellas. † Scio opera tua: quia nomen habes quod viuas, & mortuus es. Esto vigilans, & confirma cetera quæ moritura erant. Non enim inuenio ] opera tua plena coram Deo meo. b In mente ergo habes, qualiter acceperis & audieris, & serua, & pœnitentiam age. † Si ergo non vigilaueris, veniam ad te tanquam fur, & nescies qua hora veniam ad te. † Sed habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt vestimenta sua: & ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt. Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis, † & non delebo nomē eius de libro vitæ, & cōfitebor nomen eius coram patre meo, & coram angelis eius. \* Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat Ecclesiis. Et angelo c Philadelphie Ecclesie scribe: † Hæc dicit sanctus & verus, qui habet clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudit: claudit & nemo aperit. Scio opera tua. d Ecce dedi corā te ostium apertum quod nemo potest claudere: quia modicam habes virtutem, & seruasti verbū meum, & non negasti nomen meum. Ecce, dabo de Synagoga Sathane, qui dicunt se Iudeos esse, & non sunt, sed mentiuntur. Ecce, faciā illos vt veniant, & adorēt ante pedes tuos: & sciet quia ego dilexi te. Quoniam seruasti verbum paciētiæ meæ, & ego seruabo te ab hora tentationis quæ ventura est in orbem vniuersum tentare habitātes in terra. \* Ecce veniō citō: e Tōne quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. Qui vicerit, faciā illum f columnam in templo dei mei: & foras non egredietur amplius: & scribam super eum nomen dei mei, & nomen ciuitatis dei mei nouæ Ierusalem, quæ descendit de cœlo à deo meo, & nomē meum nouū. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat Ecclesiis. Et angelo Laodiceæ Ecclesie scribe: Hæc dicit, † amen, testis fidelis & verus, qui est principium creaturæ dei. Scio opera tua, quia neque frigidus es neque calidus. b Vtinā frigidus esses, aut calidus. Sed quia tepidus es, & nec frigidus nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo: \* quia dicis, quod diues sum, & locupletatus, & nullius ego: & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Suadeo tibi emere à me aurum 2 ignitum, probatum, ] vt locuples fias, & vestimentis albis induaris, vt nō appareat confusio nuditatis tuæ, † & collyrio iunge oculos tuos, vt videas. † Ego quos amo arguo & castigo. Emulare ergo, & pœnitentiam age: h Ecce sto ad ostiū & pulso. Si quis audierit vocem meam, & aperuerit — mihi Ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Qui vicerit, † dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici & sedi cum patre meo in throno eius. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat Ecclesiis.

Aperto in cælo ostio Ioannes videt vigintiquatuor seniores circa thronum sedentes, & quatuor animalia sedenti in throno assidue gloriam dare. IIII.

A Ost hæc vidi, & ecce a ostium apertum in cælo, & vox prima quam audiui tanquam tubæ loquentis mecum, dicens: b Ascende huc, & ostendam tibi quæ oportet fieri citō. Post hæc statim ] † fui in spiritu. Et ecce sedes posita erat in cælo, & supra sedem sedens. Et qui sedebat, similis erat aspectui lapidis iaspidis, & sardinis: & iris erat in circuitu sedis similis visioni smaragdine. \* Et in circuitu sedis, sedilia vigintiquatuor: & super thronos, vigintiquatuor seniores sedentes, circumamicti vestimentis albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ. Et de throno procidebant fulgura & voces & tonitrua: & septem lampades ardentes ante thronum, qui sunt septem spiritus dei. † Et in conspectu sedis tāquam mare vitreum simile crystallo: & in medio sedis & in circuitu sedis c quatuor animalia plena oculis ante & retro. \* Et animal primum, simile leoni, & secundum, \* simile vitulo: & tertium animal, habens faciem quasi hominis: & quartū animal simile aquilæ volenti. Et quatuor animalia, singula eorum, habebant alas senas, & in circuitu, & intus plena sunt oculis. d Et requiē non habebāt die ac nocte, dicētia: † sanctus, sanctus, sanctus, dominus deus

\* In. a. Sardis pluraliter verba Lydiæ caput, regia Croci: apud quam Aliacis tumulus super excelsa crepidine, cuius maximā partē ancille persequuntur (vt Herodotus ait) omnes iustitiam bonitatis. Huius ciuitatis episcopus fuit Melito vir celeberrim⁹, & doctor insignis, cuius multa erant passim vulgata opera. 1. Inueni. b. Vtique ei dicit qui credidit, & baptizatus est, & stans quondam corruit per delictum. Hierony. aduersus Iouinia. lib. 2. c. Philadelphia vix quondam Mysie terramotibus concussa: iuxta quā orientē versus exusta regio patet stadiis lōga quingentis, quā dringentis lata. Cypria. [c. Merito dicit, quia apertū ostium poteras habere per te, quā modicam habes virtutem, ostium, corda hominum prius dura, vel scripturas obscuras, vel missi qui sum: verum ostium ad vitam: vade discipuli prohibiti loqui, & casti dixerunt. Non possumus quæ vidimus nō eloqui. Glōsa ordin. ibid. ] c. Admonet in bonis operibus, quæ Dei dona sunt, non esse in homine, sed in domino glorificandū, ne quod humilis accipit, superbus amittat. Prosper. de promissa. 22. f. Id est, fortem & potentem in fide non solum pro se, sed etiā pro aliis confortandis & sustentandis. Secundum hunc modū Petrus & Iohannes & Iacobus columna dicuntur. De Lys. ] g. Hoc est dicere: Vtinā aut calorem, aut fidem haberes bonorum Christianorum, aut certe frigus, & ignorantiam paganorum. Aut enim fides te calida (deo insinuat) aut certe ad presens ad huc letis, aut certe ad presens excusaret. Nunc autem quia Christianiam agnouisti, & negligis quem agnouisti qui suscepit et quasi intra os dei per fidei agnitio, proicietur per teporem. Salua. lib. 4. in fine. a. [igne examinatum. ] h. Ostium quidem cordis tui exhortationis dextera pulso, quam si liberet receperis me in habitatore & coherede dignus habebis. Beda. ibidem. ] i. Scilicet audire in illis in quibus sedes & in dieo; hæc de prelati, & per relectos in subditis. Glōsa ordinata ibidem.

Secunda visio. a. Ostium apertū Christum dicit, quia ianua est: Cæli ecclesiæ dicit, vbi cœlestia geruntur. August. ibidem. b. Non dicit vt hinc ascendat, sed vt mentē à pedibus erigat & humanis. Verum hi possimum qui mentem purificat à maculis que in hac materiali vita contrahitur, hæc & iuuat modi dignus de deo visiones assequuntur. Aethia. c. Fieri post hæc. Et statim. d. Qualis igitur dispositio filij dei, calis & animalij forma, talis & character euangelij. Qualis & character animalia, & quadriforme euangelij, & quadriformis dispositio domini. Iren. 11. c. ca. 11. aduersus Valent. \* Animal. d. Pro eo vt diceret: Non cessabant hæc semper decantare. Nā maxima & vniuersa est. Sandis requies in cælo laudē suam reuerentis, quæ deus est, indefinē voce dicere. August. de Genes. ad literam. lib. 4.

se. Consequenter describitur obsequium laudis quantum ad alias cathedras ecclesiarum per orbem constitutas, que in diuinis officijs celebrandis sequi debet ordinacionem quatuor ecclesiarum patriarchalium: cum ecclesia romanensis Romana, que principalis & caput est omnium. De Lyt. f. Coronas naque suas ante thronum domini mittere, est certaminum suorum victorias no sibi tribuere, sed auctori: vt ad illi referant victoriam laudis, a quo se fecit vites accepisse certaminis. Grego. Mora. lib. 22. cap. 10. \* Et.

2. Sunt. a. Vtunque testamētum intellego. A foris verus, ab intus nouum, quod intra vetus latebat, & omni mysteriorum plenitudine obfcuratum. August. ibid. b. Quia neque in celo angelus, neque in terra homo viuens in corpore, neque subus terrā anime exate corpore preter Christum sufficit aperire librum. Grego. dial. 4. ca. 42. \* Et legere.

c. Hoc est, dñs Iesus Christus, qui soluit signacula libri, non vnus proprie, vt multi putant, psalmorū Dauid, sed omnium scripturarum, que vno sunt: scilicet per spiritu sancto. Hieronym. in Isaiam, cap. 29. d. Citharas quippe aureas habet electi: quia omnis cordi sermo, omnis quod de illorum actibus ad nouitiam peccatorum fama vultus perfonauerit pura dilectionis titulum apparet. Phialas quoque habet aureas, que sunt vasa purula amplitudine diffusa: quia corda sua quo vetus solo eiusdem dilectionis sentunt igne splendescere, eo laetius hęc diuinis gaudent pandere conspectibus. Beda ibid.

1. Reges. e. His quoque ostenditur vnum ouile angelorū & hominū per Christū persequendum, sub vno patre Christo agens, vnaque ecclesia per Christū, qui interstitium inaccessi dirigit, quod primi parentis Adę inobediencia construxerat. Aretha Cęsar. ibi.

a. Dominus patiens & resurgens finem se esse legis edocuit, accedens autē in eorum spiritu sancto misso secretioris arcam munere firmavit ecclesiam. Tūc ergo librum aperuit, & tunc eius signacula soluit, que hęc eius ad hunc vites designant. Beda ibid. b. Referendum est autē Veni, ad insinuatūm pręfigurationē visionis, cū ita conspexerit apostolus visionem. Primū verō animal quod est leo, significare mihi videtur regiam apostolorum aduersus demones constantiam. Ideo dicitur est: Reges terrę congregati sunt, & constituit eos principes super omnē terrā. Aretha Cęsar. ibid.

c. Equus albus ecclesia est, scilicet for Christus. Equus rufus, malus populus, scilicet diabolus. Equus niger, populus sinister diabolus consentiens. Equus pallidus mali homines qui persecutiones excitare nō desinunt. Isti tres equi vnum sunt, qui exierunt post album & contra albu, & sessorum habent diaboli qui est mors. Tres ergo equi fames, & bella & pestis intelliguntur, quod etiā in suo euangelio dominus prędixit, que etiam hęc, & imminēt die iudicij amplifuerunt sunt. August. ibid.

4. Tolleret. a. Dicentem. d. Animas occisorū martyrum testatur se vidisse Apostolus, ne quis eū de manibus disputare cōperimus, post resurrectionem dicat tribuēda martyribus que adhuc animis doceret indulta, presertim cum istud ad stipuletur nobis quod de mora iudicij conuertuntur. Hieron. de vito persequo.

omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est. \* Et cum darēt illa animalia gloriam & honorem & benedictionem sedenti super thronum, viuenti in secula seculorum, procidebant vigintiquatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant viuentem in secula seculorum, & mittebant coronas suas ante thronum, dicentes: Dignus es domine \* deus noster accipere gloriam, & honorem, & virtutem: quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam <sup>2</sup> erant, ] & creata sunt.

*Flente Ioanne librum septem sigillis obfignatum occisus agnus aperit, quod vigintiquatuor seniores cum innumera angelorum multitudine probant.* V.



**E**T vidi in dextera sedentis super thronum, <sup>a</sup> librum scriptum intus & foris, signatum sigillis septem. Et vidi angelum fortem & ] prędicantem voce magna: Quis es dignus aperire librum, & soluere signacula eius? Et <sup>b</sup> nemo poterat neque in celo, neque in terra, neque subus terram aperire librum: neque respicere illum. Et ego flebam multum: quoniam nemo dignus inuentus est aperire <sup>c</sup> librum, nec videre eum: & vnus de senioribus dixit mihi: Ne fleueris. \* Ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum, & soluere septem signacula eius. Et vidi, & ecce, in medio throni & quatuor animalium, & in medio seniorum agnum stantem, tanquam occisum habentem cornua septem & oculos septem, qui sunt septem spiritus dei missi in omnem terram. Et venit, & accepit de dextera sedentis in throno librum. <sup>d</sup> Et cum aperuisset librum, quatuor animalia & vigintiquatuor seniores ceciderunt coram agno, habentes singuli <sup>e</sup> citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, que sunt orationes sanctorum: & cantabant canticum nouum, dicentes: <sup>f</sup> Dignus es domine ] accipere librum, & aperire signacula eius, <sup>g</sup> quoniam occisus es, & redemisti nos deo in sanguine tuo ex omni tribu & lingua & populo & natione, & fecisti nos deo nostro <sup>h</sup> regnum ] & sacerdotes: Et regnabimus super terram. Et vidi, & audiui vocem angelorum multorum in circuitu throni, & animalium & seniorum: & erat numerus eorum <sup>i</sup> milia milium, dicentium voce magna: <sup>k</sup> Dignus est agnus, qui occisus est accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiā, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. <sup>l</sup> Et omnem creaturam que in celo est, & super terram, & sub terra, & que sunt in mari & que in eo omnes audiui dicentes sedenti in throno, & agno: Benedictio, & honor, & gloria, & potestas, in secula seculorum. Et quatuor animalia dicebant, Amen. Et vigintiquatuor seniores ceciderunt in facies suas, & adorauerunt viuentem in secula seculorum.

*Aperis quinque sigillis varij sequuntur affectus, aperto autem sexto extremum designatur iudicium.* VI.



**E**T vidi quod <sup>a</sup> aperuisset agnus vnum de septem sigillis, & audiui vnum <sup>b</sup> de quatuor animalibus, dicens, tanquam vocem tonitruī: <sup>c</sup> Veni & vide. Et vidi: & ecce <sup>d</sup> equus albus, & qui sedebat super illum habebat arcum, & data est ei corona, & exiuit vincens, vt vinceret. Et cum aperuisset sigillum secundum, audiui secundum animal, dicens: Veni & vide. Et exiuit alius equus rufus: & qui sedebat super illum, datum est ei vt <sup>e</sup> sumeret ] pacem de terra, & vt inuicem se interficiant, & datum est ei gladius magnus. <sup>f</sup> Et cum aperuisset sigillum tertium, audiui tertium animal, dicens: Veni & vide, & ecce equus niger: & qui sedebat super illum, habebat statēram in manu sua. Et audiui tanquam vocem in medio quatuor animalium <sup>g</sup> dicentium: ] Bilibris tritici denario vno, & tres bilibres hordei denario vno, & vinū & oleum ne laferis. Et cum aperuisset sigillum quartum, audiui vocem quarti animalis dicentis: Veni & vide: & ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum, nomen illi mors: & infernus sequebatur eum. Et data est illi potestas super quatuor partes terrę, interficere gladio, fame, & morte, & bestiis terrę. <sup>h</sup> Et cum aperuisset sigillum quintum: vidi subus altare <sup>i</sup> animas interfectorum propter verbum dei, & propter testimonium quod habebant. Et clamabant voce magna

† Hęc. a. b.

† Inf. 6. a

† Inf. 7. d

† Dan. 7. b

† Sap. 7. b





se. Qui ex feruore charitatis  
 à Deo acceptis, induxit ad fer-  
 uorem deuotionis habitatores  
 terre. Et facta sunt tonitrua  
 facta prædicationis, & voces  
 diuine laudis. Olyra ibid.]  
 d. Manifestum est quod per hec  
 grandis ac ignis læguine mix-  
 ti supplicia non designet præ-  
 sens reuelatio uisionem quæ in  
 nouissimo die peccatoribus ex-  
 posita est, sed eam quæ ante ex-  
 tremum diem per afflictiones  
 fiet. Neque enim tertia pars pec-  
 catorum, sed omnes simul ab-  
 que ullo remedio abiciuntur.  
 Aretha Cæsariensis. ibid.]  
 e. Tertius angelus ordine nar-  
 rationis Et quia istud post il-  
 la duo contigit, postquam enim  
 diabolus omnes Iudeos &  
 gentiles execrare non potuit,  
 immisit eis hæreticos & quosdam  
 subuerit.]

\* Tuba.

1. Vnum angelum volantem  
 per medium cœli dicentem.  
 f. Non utique omnes homines  
 comprehendit, qui tunc uitæ  
 huius cursum conficiunt (sunt  
 enim & in terris positi, quo-  
 rum conuersatio in cœlis est,) sed  
 eos quos terrene conuersatio-  
 nis affectus, ac huius seculi  
 uiciorum grauitas. Ergo non habi-  
 tatoris, sed accole fumus ter-  
 re huius. Accola enim tempo-  
 ralis diuersi sp̄ gerit, habi-  
 tator autē sp̄ omnē atque usū  
 suū illic substantia locare uide-  
 tur ubi habitandum putauerit.  
 Itaque qui est terræ accola,  
 habitator cœli est, qui autem  
 habitator terræ, possessor est  
 mortis. Ambrosius de Abraham. lib. 2.  
 cap. 7. 2. Canturi.

a. Flammam hæreticorum, quæ  
 quo somite antiquus hostis a-  
 doleuerit, continuo exponit.  
 Hunc enim dominus uidit quasi  
 fulgur de cœlo cadentem, qui  
 blasphemio dogmate corda suo-  
 rum aperuit, eoque quasi fu-  
 mum alia petere, iniquitatem  
 in excelsum loqui perdoceat.  
 Beda ibidem.

3. Darum.

4. Cruciantur.

b. Querere mortem nihil aliud  
 dicit intelligere, nisi intolerabi-  
 litatem cruciatu, tanquam mors  
 omnem abiecit dolorem: ideo  
 quoque mors dicta est requies.

Aretha Cæsariensis. ibid.]

c. Quis per locustas hæreticos  
 intelligit, per eorum cotonas  
 autem dicitur imitari ecclesiæ.  
 Quod autem capillos habebat  
 mulierum, in capillis non solū  
 sexum effeminatum, sed etiam  
 utrumque sexum offendit. In  
 caudis earum quæ erant tan-  
 quam scorpionum, dices vel prin-  
 cipes hæreticorum intelliguntur  
 ut illa, 9. Propheta docens mé-  
 daicum, ipse est cauda. Habebat  
 Regem abyssis, id est, dia-  
 bolum qui malis dominatur.  
 Augustinus ibid.]

d. Ponitur nomen diaboli in  
 tribus linguis præcipuis, per  
 quas cæteræ dantur intelligi:  
 quia hæc scripta sunt ad totius  
 profectum ecclesiæ ex uariis lin-  
 guis collectæ. Dionysius ibid.]

e. Spiritus maligni quorū cor-  
 dibus prædant, eorum sunt  
 pennis amici. Legimus enim a-  
 dorantes bestiam igne & sul-  
 phure, & fumum tormentorū  
 eorum in secula seculorum ac-  
 cendere. Nota quod in plagâ  
 locustarum nō se dixit equites  
 sed equos tantum uisidit. Beda  
 ibidem.]

f. In ore namque doctorū scien-  
 tia, in cauda uerō secularium  
 potentia figuratur. Per caudam  
 enim quæ terro est, huius seculi  
 post ponenda temporalitas  
 designatur. Gregorius Moral. 33. ca.  
 29.]

g. Qui nō sunt occisi pro fide  
 Christi, sunt occisi corporali  
 morte æterna, & hęc sunt  
 loquenti apud Hebræos. De-  
 lyra ibidem.]

cepit angelus thuribulum aureum] & impleuit illud de igne altaris, & misit in terram, & facta sunt tonitrua & voces & fulgura & terræ motus magnus: & septem angeli qui habebant septem tubas præparauerunt se, ut tuba canerent. Et primus angelus tuba cecinit. Et facta est grando & ignis: mixta in sanguine, & missum est in terram. Et tertia pars terræ combusta est: & tertia pars arborum concremata est, & omne fœnū viride combustū est. Et secundus angelus tuba cecinit: & tanquam mons magnus igne ardens missus est in mare. Et facta est tertia pars maris sanguis, & mortua est tertia pars creaturæ eorum quæ habebant animas in mari, & tertia pars nauium interiit. Et tertius angelus tuba cecinit: & cecidit de cœlo stella magna ardens tanquam facula. Et cecidit in tertiam partem fluminum, & in fontes aquarum, & nomē stellæ dicitur absinthium. Et facta est tertia pars aquarum in absinthium: & multi hominum mortui sunt de aquis, quia amara factæ sunt. Et quartus angelus cecinit: & percussa est tertia pars solis, & tertia pars lunæ, & tertia pars stellarum, ita ut obscuraretur tertia pars eorum, & diei non luceret pars tertia, & noctis similiter. Et uidi, & audiui uocem unius aquilæ uolentis per medium cœli dicentis] uoce magna, uæ, uæ, uæ, habitantibus in terra: de cæteris uocibus tubæ trium angelorum, qui erant tubæ canituri.]

*Cantum quinti angeli lapsus stellæ à cœlo, locustarum perniciēs & maledictiones sequuntur: at sexti angeli cantu angeli in Euphrate ligati soluantur.* I X.



Et quintus angelus tuba cecinit: & uidi stellam de cœlo cecidisse in terram, & data est ei clauis putei abyssi: & aperuit puteum abyssi: & ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magnæ: & obscuratus est sol, & aer de fumo putei. Et de fumo putei exierunt locustæ in terram: & data est illis potestas, sicut habent potestatem scorpiones terræ. Et præceptum est illis ne læderent fœnū terræ, neque omne uiride, neque omnem arborem: nisi tantum homines qui non habent signum dei in frontibus suis. Et dictum est eis ne occiderent eos: sed ut cruciarent mensibus quinque. Et cruciatus eorum, ut cruciatus scorpionum, cum percutit hominem. Et in diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam: & desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis. Et similitudines locustarum, similes equis paratis ad prælium, & super capita earum tanquam coronæ similes auro: & facies earum tanquam facies hominum. Et habebat capillos, sicut capillos mulierum, & dentes earum, sicut dentes leonum erant. Et habebant loricas sicut loricas ferreas: & uox alarum earum, sicut uox currum equorum multorum currentium in bellū. Et habebat caudas similes scorpionum, & aculei erant in caudis earum, & potestas earum nocere hominibus mensibus quinque. Et habebant super se Regem angelum abyssi, cui nomē Hebraicè Abaddon, Græcè autem Apollyon, & Latinè habens nomen, Exterminans. Uæ unū abiit, & ecce, ueniunt adhuc duo uæ post hæc. Et sextus angelus tuba cecinit: & audiui uocem unam ex quatuor cornibus altaris aurei, quod est ante oculos dei, dicentem sexto angelo qui habebat tubam. Solue quatuor angelos, qui alligati sunt in flumine magno Euphrate. Et soluti sunt quatuor angeli qui parati erant in horam & diem, & mensem, & annum, & occiderent tertiam partem hominum. Et numerus equestrīs exercitus, uicies milies dena milia, & audiui numerum eorum, & ita uidi equos in uisione. Et qui sedebant super eos, habebant loricas igneas, & hyacinthinas & sulphureas, & capita equorum erant tanquam capita leonum, & de ore eorum procedebat ignis, & fumus, & sulphur. Et ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum, de igne, & de fumo, & sulphure, quæ procedebant ex ore ipsorum. Potestas enim equorum in ore eorum est, & in caudis eorum. Nam caudæ eorum similes serpentibus, habentes capita: & in his nocent. Et cæteri homines qui non sunt occisi in his plagis, neque penitentiam egerunt de operibus manuum suarum, ut non adorarent dæmonia & simulachra aurea & argentea & ærea & lapidea & lignea, quæ neque uidere possunt, neque audire, neque ambulare, & non egerunt penitentiam ab homicidiis suis, neque à ueneficiis suis, neque à fornicatione sua, neque à furtis suis.

*Loquente*

A † Infr. 20. a

† Infr. 14. c  
19. a

† Sup. 7. a

B † Infr. 3. b  
Sup. 6. d. 7. a  
Ifr. d.  
Hoseo 10. c  
Luc 23. e  
Sup. 16. b

Loquente alio angelo vario loquuntur septem tonitrua, sed & angelus tempus voce septimi angeli consummandum iurans librum dedit Ioanni deuorandum.

X.

**A** T vidi alium<sup>a</sup> angelum fortem descendentem de cœlo amictum nube, & iris in capite eius.<sup>b</sup> Et facies eius erat vt sol, & pedes eius tanquam<sup>c</sup> columna ignis. Et habebat in manu sua libellum apertum, & posuit pedem suum dextrum super mare, sinistrum autem super terram: & clamauit voce magna, quemadmodum cum leo rugit. † Et cum clamasset, locuta sunt septem tonitrua voces suas.<sup>d</sup> Et cum locuta fuissent septem tonitrua voces suas, — & ego scripturus eram. Et audiui vocem de cœlo dicentem mihi: ° Signa quæ locuta sunt septem tonitrua, & noli ea scribere. † Et angelus quem vidi stantem super mare & super terram, leuauit manum suam ad cœlum, & iurauit per viuentem in secula seculorum, qui creauit cœlum & ea quæ in eo sunt, & terram & ea quæ in ea sunt, & mare & ea quæ in eo sunt, quia tempus non erit amplius, sed in diebus vocis septimi angeli cum cœperit tuba canere, consummabitur mysterium dei: sicut euangelizauit per seruos suos Prophetas. Et audiui vocem de cœlo iterum loquentem mecum, & dicentem: Vade & accipe<sup>e</sup> librum apertum de manu angeli stantis super mare & super terram. Et abij ad angelum dicens ei: vt daret mihi librum, & dixit mihi: † Accipe librum, & deuora illum: & faciet amaricari ventrem tuum, sed in ore tuo erit<sup>f</sup> dulce] tanquam mel. Et accepi librum de manu angeli, & deuoravi illum: & erat in ore meo tanquam mel dulce. Et cum deuorarem eum, amaricatus est venter meus. Et dixit mihi: Oportet iterum prophetare gentibus, & populis, & linguis, & Regibus multis.

Ioannes templum metiens duos testes vidit predicaturos, quos bestia à mari ascendens occidit, & tunc septimus angelus tuba cecinit.

XI.

**A** T datus est mihi<sup>a</sup> calamus similis virgæ, & dictum est mihi: Surge & metire templum dei, & altare, & adorantes in eo: <sup>b</sup> Atrium verò quod est<sup>c</sup> foris ] templum, eiice foras, & ne metiaris illud: quoniam datum est gentibus. Et ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadragintaduobus. Et dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus milleducentis sexaginta amicti saccis. Hi sunt duæ oliuæ & duo candelabra in conspectu domini terræ<sup>d</sup> stantes. ] Et si quis voluerit eos nocere, ignis exiet de ore eorum, & deuorabit inimicos eorum: & si quis voluerit eos lædere, sic oportet eum occidi. <sup>e</sup> Hi habent potestatem claudendi cœlum ne pluat diebus prophetiæ illorum, & potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguinem, & percutere ] terram omni plaga quotienscunque voluerint. Et cum finierint testimonium suum, <sup>f</sup> bestia quæ ascendit de abyssu, faciet aduersus eos bellum, & vincet illos, & occidet eos. Et corpora eorum iacebunt in platéis ciuitatis magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma, & Ægyptus: vbi & dominus<sup>g</sup> eorum ] crucifixus est. Et videbunt de tribubus & de populis & linguis & gentibus, & iacebunt corpora eorum per tres dies & dimidiu: & corpora eorum non sinent poni in monumentis. <sup>h</sup> Et inhabitantes terram gaudebunt super illos, & iocundabuntur & munera mittent inuicem, quoniam hi duo Prophetæ cruciauerunt eos, qui inhabitabant super terrâ. Et post dies tres & dimidium, spiritus vitæ à deo intrabit in eos. † Et steterunt super pedes suos, & timor magnus cecidit super eos qui viderunt eos. Et audierunt vocem magnam de cœlo, dicentem eis: Ascendite huc. Et ascenderunt in cœlū in nube, & viderunt illos inimici eorum. Et in illa hora factus est terræ motus magnus, & decima pars ciuitatis cecidit: Et <sup>i</sup> occisi ] sunt in terræ motu nomina hominū<sup>k</sup> septē milia, & reliqui in timorem sunt missi, & dederunt gloriam deo cœli. <sup>l</sup> Væ secundum abiit, & ecce væ tertium veniet citò. <sup>m</sup> Et septimus angelus tuba cecinit: & factæ sunt voces magnæ in cœlo, dicentes: Factum est regnum huius mundi domini nostri & Christi eius: & regnabit in secula seculorum, Amen. Et vigintiquatuor seniores, qui in conspectu dei sedent in sedibus suis, ceciderunt in facies suas, & adorauerunt deum di-

PP ij

† 191. d. Diaconi. in. princ.

† Dan. 12. c. De iureiur. Et si Christu

† Ezech. 3. a. 21. dist. cap. Exorcist. & ca. Lector.

† Ezech. 37. c.

† Acto. 1. b. Luc. 24. g.

a. Angelus fortis nube amictus. Est Christi ecclesia compus. De quo scriptum est: Qui sunt isti qui vt nubes volant Aug.

b. Porro facies ad solem assimilatio quid aliud significat quã candorem in modum solis: & quod vbicunque fuerint qui ordinationem diuinam operã fecerint ab inaccessa & supersubstantiali luce illustrabuntur. Aetna Casarian. ibid.

c. Columnæ. e. Mystica fidei Christianæ nec passim cunctis ostenta, ne vilescant, nec probis claudere non totum lateant. Quod inferius audiuit, habuerit: Ne signaueris verba prophetiæ huius. Quod apud Danielem vno versiculo comprehenditur, cui per angelum dicitur: signa librum & claudere sermonem vsque ad tempus statutum. Beda ibid.

d. Hic liber euangelium igitur & Ioannem intulatur: quod non solum male sentientibus amarum est, verum etiam indisciplinatis, qui nolunt corrigi, vt in penes proficiant: imò omnia diuina volumina amara sunt, sed perditis atque carnalibus. Aug. de quest. veter. & noui testamenti quest. 78. a. Dulcis.

a. Si quis calamus quem sibi datum ait euangelista, cognitionem applare velit rerum intelligibilium, iuxta quod & David gloriarum linguam suã nãdã esse calamus terribi velocis, nequaquam erabit. Aetna Casarian. ibid.

b. Atrium latitudo est vitæ presentis, & restã extra templum est: quia extra has mensuras repli sunt reprobis, intra has omnes electi. Greg. Moral. 28. c. 9.

1. Intra.

2. Stancia.

c. Ecce & hic tripartita testium diuino contra Pharaonem duos testes dei missi sunt, Moyses & Aaron quibus restituerunt Iannes & Manbrer: Contra Neironẽ duo, Petrus & Paulus, quibus restitit Simon magnus. Et contra Antichristum duo, Enoch & Elias, quibus tres Antichristi pseudopropheta restitit. Prof. per.

3. Percutiendi.

d. Id est, Antichristus irrationalissimus blasphemus & ferus de quo Danie. 7. qui ascendit de hoc mudo tenebroso & nequam, de calliditate & hypocri, quia nascetur de populo Israel excacato, & ascendet ad perfectam tyrannidem vsurpansque regnum. Sed & abundantia impietatis & diabolicæ operationis caligo abyssus sit, vnde hæc bestia ascendet. Dion. ibid.

4. Noster.

5. Occisa. e. Denarius & septenarius perfectus est numerus. Quod si non esset, a parte eorum intelligendum erat. Duo sunt enim adificia in ecclesia, vnum supra petram, alterum supra arenam. Quod supra arenam est, dicitur cecidisse. Aug. ibidem.

f. Sex tubæ terrores seculi presentis tribus comparatæ, variorum bellorum Ecclesię denunciauere concursus. Septima verò sabbati aeterni nuncia, videriam tantum & imperium veri regis indicat. Beda ibid.

Fig. Gr̄atias agimus tibi delibe-  
ratione ecclesie, ad quos ru-  
mor huius facti deuenit. Delyta  
ibidem.]

h. Tempus autem mortuorum  
dicit tempus vniuersalis resur-  
rectionis in quo vnicuique co-  
ntentionis dabitur premia. Per  
prophetas autem & sanctos ac-  
tinentes deum, intelligit tres  
ordines illorum 134009. qui  
deu fructum afferunt. Aretha  
Casarien. ibid.

#### Quarta visio.

a. Id est, in ecclesia incarnatio-  
nis Christi mysteria perfecta  
sunt, vnde ostenditur ecclesia  
caelum esse: Aug. ibid.

b. Id est, preclara miracula que  
instar fulgurum timorem in-  
cutiunt, ad virtutis splendore  
deducunt, & causant stuporem  
Diony. ibid.

c. Sancta ecclesia, quia supermi  
luminis splendore protegitur,  
quasi sole vestitur: quia vero  
cuncta temporalia despiciit, lu-  
nam sub pedibus promit. Gre-  
go. Moral. lib. 34. cap. 7.

d. Vehementer quidem nobis  
dilectissimi vir vnus & mulier  
vna nocere, sed gratias deo:  
per vnum nihilominus virum  
& mulierem vnā omnia re-  
laudentur, nec sine magno fer-  
uore gratiarū, & sequitur. Di-  
gnum plane stellis coronari ca-  
put, quod & ipsis longe clarior  
micans, ornet eas potius quam  
ornetur ab eis. Quidni coronet  
sidera quam sol vestit? Sicur  
dites vni circumdabant eam  
stare rosarum & lilia conual-  
lium. Bernar. De virgine Ma-  
ria. quod scribit, Signa magnū.

1. Clamar.  
2. Pascant.

e. In die & nocte accusare non  
cessat, quia modo nos in pro-  
feris, modo in aduersis accu-  
sabilem ostendere contendit. In  
die enim accusat eum prosperis  
male nos vti inuenit, in nocte  
accusat, cum in aduersis nos nō  
habere patientiam demonstrat  
Grego. lib. 2. Moral. ca. 9.

\* Habitatibus.

f. Cum vidit diabolus se per-  
uocatus fruentem nō posse pro-  
ficere, aperta tribulatione agri-  
tū expugnare. Glossa ordi.

g. Dux illa magna, duo sunt te-  
stamenta ecclesie que accipit,  
quibus serpentem euaderet in  
eremum fugies. Aug. ibid. S. Ser-  
mo. 10.

h. Imperium persecutorum a-  
qua significat, vnde dicitur. For-  
ream velut aqua absorbuisset  
nos. Ecclesia ergo non solum  
verbo Dei subleuata, sed etiā  
persecutionum populi festi-  
nar enotare de mundo. Beda,  
ibidem.]

a. Varias habet bestia pro ratio-  
ne locorum intelligentias.  
Hic ergo corpus diaboli de popu-  
lo nascens impiorum signi-  
ficat. Hoc etenim mare quod  
supra byssus intelligitur, vnde  
& draco rex dicitur omnium  
que in aquis sunt, & cuius in  
mari secundum David cōfrin-  
guntur capita. Beda ibid.

b. Simul in principatu blasphe-  
mie alium sequi significat, hoc  
est Antichristum. Ipse enim e-  
rit Antichristus qui visus est  
ab exordio Græcis principibus  
& sane his qui post. Constanti-  
num Magnū fuerunt. Inter quos  
Iulianus & Valens, quique post  
eum secuti sunt heretici impe-  
ratores Romani. tunc & ipse  
insurgeret, diuiso paulo ante ip-  
sius aduentum Romano impe-  
rio in decem principatus, vbi iā  
innumeras perulit fides Chri-  
stiana blasphemias. Aretha i-  
bidem.]

\* Et sedem suam.  
1. Blasphemias.

centes. <sup>5</sup> Gr̄atias agimus tibi domine deus— noster] omnipotens, qui es, & qui eras, & qui venturus es, quia accepisti virtutem tuam magnam: & regnasti. Et irata sunt gentes, & aduenit ira tua, <sup>h</sup> & tempus mortuorū, iudicari, & reddere mercedem seruis tuis Prophetis & sanctis, & timentibus nomen tuum, pusillis & magnis: & exterminandi eos qui corruperunt terram.

*Cum mulier filium cernente dracone peperisset, raptus est ab ea filius eius: tunc vero factus in celo praelio lapsus draco mulieris semini nocere cepit.* X II.



**E**T apertum est templum Dei in <sup>a</sup> celo: & visa est arca testamenti eius in <sup>a</sup> templo eius. Et facta sunt <sup>b</sup> fulgura, & voces, & tonitrua, & terræ motus & grando magna. Et signum magnum apparuit in celo: <sup>c</sup> Mulier amicta sole, & Luna sub pedibus eius, & in <sup>d</sup> capite eius corona stellarum duodecim. Et in vtero habens — &] <sup>e</sup> clamabat] parturiens, & cruciatur: vt pariat. Et visum est aliud signum in celo: Et ecce draco magnus rufus, habens capita septem & cornua decem, & in capitibus eius septem diademata, & cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cœli, & misit eas in terram. <sup>f</sup> Et draco stetit ante mulierē quæ erat paritura, vt cum peperisset, filium eius deuoraret. Et peperit filium masculum, qui rectorus erat omnes gentes in virga ferrea: Et raptus est filius eius ad deum, & ad thronum eius, & mulier fugit in solitudinem vbi habebat locum paratum à deo, vt ibi <sup>2</sup> pascat] eam diebus mille ducentis sexaginta. Et factum est praelium magnum in celo, Michael & angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat, & angeli eius, & non valuerunt neque locus inuentus est eorum amplius in celo. <sup>†</sup> Et proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocabatur diabolus & Sathanas, qui seducit vniuersum orbem: & proiectus est in terrā, & angeli eius cum illo missi sunt. <sup>§</sup> Et audiui vocem magnam in celo, dicentem: Nunc facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius: quia proiectus est accusator fratrum nostrorum \* qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte: & ipsi vicerunt eum propter sanguinem agni, & propter verbum testimonij sui: & non dilexerunt animas suas vsque ad mortē. Propterea latamini cœli, & qui habitatis in eis. Væ \* terræ & mari: quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam, sciens quod modicum tempus habet. <sup>§</sup> Et postquā vidit draco quod proiectus esset in terrā, persecutus est mulierem <sup>‡</sup> quæ peperit masculū. Et data sunt mulieri <sup>§</sup> alæ duæ aquilæ magne, vt volaret in desertū in locum suum, vbi alitur per tempus & tēpora & dimidiū temporis à facie serpentis. <sup>h</sup> Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tanquam flumē, vt eam faceret trahi à flumine. Et adiuuit terra mulierem, & aperuit terra os suum, & absorbit flumen quod misit draco de ore suo. Et iratus est draco in mulierem: & abiit facere praelium cum reliquis de semine eius, qui custodiunt madata dei, & habent testimonium Iesu Christi. Et stetit super arenam maris.

*Bestia cum septem capitibus, decem cornibus, & decem diadematis à mari ascendens deum blasphemare, & in sanctos bellare cepit: & inde altera ascendens, altera cum duobus cornibus & pari potestate alteri fauens toti orbi nocere cepit.* X III.



**E**T vidi de mari <sup>a</sup> bestiam ascendentem, habentem capita septem, & cornua <sup>a</sup> decem: & super cornua eius decem diademata, & super capita eius nomina blasphemiarū. <sup>b</sup> Et bestia quam vidi, similis erat pardo, & pedes eius sicut pedes ursi, & os eius sicut os leonis. Et dedit illi draco virtutem suam, \* & potestatem magnam. Et vidi vnum de capitibus suis quasi occisum in mortem: & plaga mortis eius cura est. Et admirata est vniuersa terra post bestiam. Et adorauerunt draconem qui dedit potestatem bestie: & adorauerunt bestiam, dicentes: Quis similis bestie, & quis poterit pugnare cum illa? <sup>§</sup> Et datum est ei os loquens magna & <sup>†</sup> blasphemiam,] & data est ei potestas facere menses quadragintaduos. Et aperuit os suum in blasphemias ad deum, blasphemare nomen eius, & tabernaculum eius, & eos qui in celo

† Depm. di.  
2. Si enim  
ante suum

cælo habitant. Et datum est illi bellum facere cum sanctis, & vincere eos. Et data est illi potestas in omnem tribum, & populum, & linguam, & gentem, & adorauerunt eum omnes qui in habitabant terram, quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ agni, qui occisus est ab origine mundi. Si quis habet aurem, audiat. Qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem vadet: qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi. Hic est patientia & fides sanctorum. Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra: & habebat cornua duo similia agni, & loquebatur sicut draco. Et potestatem prioris bestie omnem faciebat in conspectu eius: & fecit terram & habitantes in ea, adorare bestiam primam, cuius curata est plaga mortis. Et fecit signa magna, vt etiam ignem faceret de cælo descendere in terram in conspectu hominum. Et seduxit habitantes in terra propter signa quæ data sunt illi facere in conspectu bestie, dicens habitantibus in terra vt faciant imaginem bestie, qui habet plagam gladij, & vixit. Et datum est illi vt daret spiritum imagini bestie, & vt loquatur imago bestie: & faciet vt quicumque non adorauerint imaginem bestie, occidantur. Et faciet omnes pusillos & magos, & diuites, & pauperes, & liberos, & seruos habere charactere in manu dextra, aut in frontibus suis, vt ne quis possit emere aut vedere, nisi qui habeat charactere, aut nomen bestie aut numerum nominis eius. Hic sapientia est. Qui habet intellectum, computet numerum bestie. Numerus enim hominis est, & numerus eius sexcentissexaginta sex.

*Innocentes cum agno cantantes ambulat, angelis euangelium nuntiantibus, & Babylonis lapsum predicantibus.*  
XIIII.

**A** T vidi, & ecce agnus stabat supra montem sion, & cum eo centum quadraginta quatuor milia habentes nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Et audiui vocem de cælo, tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitruum magni: & vocem quam audiui, sicut citharæ citharizantium in citharis suis. Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem & ante quatuor animalia, & seniores, & nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor milia, qui empti sunt de terra. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt. Hi sequuntur agnum quocumque ierit. Hi empti sunt ex omnibus primitiæ deo & agno: & in ore eorum non est inuentum mendacium. Sine macula enim sunt ante thronum dei. Et vidi alterum angelum volantem per medium cælum, habentem Euangelium æternum, vt euangelizaret sedentibus super terram, & super omnem gentem, & tribum & linguam, & populum, dicens magna voce: Timete dominum, & date illi honorem: quia venit hora iudicij eius, & adorare eum qui fecit cælum & terram, mare & fontes aquarum. Et alius angelus secutus est dicens: Cecidit cecidit Babylon illa magna, quæ à vino iræ fornicationis suæ potauit omnes gentes. Et tertius angelus secutus est illos, dicens voce magna: Si quis adorauerit bestiam & imaginem eius, & acceperit charactere in fronte sua, aut in manu sua: hic bibet de vino iræ Dei: quod mixtum est mero in calice iræ ipsius. Et cruciabitur igne & sulphure in conspectu angelorum sanctorum, & ante conspectum agni. Et fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculorum: Nec habent requiem die ac nocte, qui adorauerunt bestiam & imaginem eius, & si quis acceperit charactere nominis eius. Hic patientia sanctorum est, qui custodiunt mandata dei, & fidem Iesu. Et audiui vocem de celo, dicentem mihi: Scribe: Beati mortui, qui in domino moriuntur. A modo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Opera enim illorum sequuntur illos. Et vidi, & ecce nubem candidam: & supra nubem sedentem similem filio hominis, habentem in capite suo coronam auream, & in manu sua falcem acutam. Et alius angelus exiit de templo, clamans voce magna ad sedentem super nubem: Mitte falcem tuam & mete, quia venit hora vt metatur, quoniam aruit messis terræ. Et misit qui sedebat super nubem, facem suam in terram, & demessit eam. Et alius angelus exiit de templo: quod est in cælo, habens & ipse falcem acutam. Et alius angelus

c. Hic etiam martyria Christi domini resurgunt, vt sicut primus eius aduentus in infantium, ita secundus electorum suppleat numerum. Prosper. Di. michius temporis cap. 19.  
1. Inhabitans.  
f. d. Qui captiuat homines nunc infide, fidem à salute sua Antichristus vel ipse diabolus. Antichristus enim & sui occidunt gladio materiali, & persuasione, & peribunt gladio eterni iudicij. Glosa ordina.  
3. Vadit.  
e. Hec est illa que sub nomine Christiano agnum præfert, vt draconis venena latent infidat: hæc est hæretica ecclesia. Agni enim similitudinem non imitaretur, si aperit loqueretur. Nunc Christi unitatem fingit que securus inuitos decet. Vnde. Propterea dominus dicit: Atridice à falsis prophetis. August. ibid.  
4. Seducit.  
f. Non abhorret à fide vt bestia ipsa impia ciuitas, id est congregatio vel conspiratio hominum impiorum intelligatur: imago verò eius simulatio & hypocritis est istem hominibus qui velut fidem catholicæ profitentur, & infideliter viuunt. August. ibidem.  
5. Faciat.  
f. Id est Machometi qui merito bestia dicitur, vt supra multipliciter dictum est. Delyra ibidem.]

† Infr. 20. d  
Philip. 4. a  
† Mat. 26. e  
Gene. 9. a

† Psal. 33. b  
† Psal. 145. b  
Apo. 14. c  
† Infr. 18. a  
Ila. 21. c  
Iero. 51. a

† Sup. 9. a  
Init. 19. a

† Mat. 23. c  
Ioc. 3. a

a. In monte esse cum agno dicuntur, qui per meritum incorruptionis quo à terrenis & carnalibus delectationibus se diuidunt, in superna redemptoris gratia sublimantur. Grego.  
b. Numerus hic finitus pro infinito debet intelligi, & secreti significatione mysterij virginali aptus examini, quod deus ex toto corde, tota anima, totaque mente diligens, corporis quoque quod ex quatuor qualitatibus consistit, illi est integritate seruat. Beda ibid.  
c. Magna quidem pudicitia labor, sed maius premium temporalis custodia, sed remuneratio æterna est. De his beatus Iohannes apostolus loquitur. Hi sequuntur agnum quocumque ierit. Hoc est. Nullum eis locum in cælesti aula claudendum, & cuncta eis diuinarum mansionum habitacula referenda. Hier. de laude virginum.  
d. Ciuitatem diaboli ruinofam occidisse dicit. Sinz more scripserit, quæ solet præteritū ponere, quod nouit inuitabiliter adimplendum. Beda. J  
e. Antichristum & imitatoris eius, & acceperit cultu & professionem eius & confessionem in operibus. Dionysius. Adorare verò bestiam & imaginem eius, & signum eius accipere, est existimare Antichristum esse deum, verbosque & opere que huic grata sunt, predicare. Aretia ibid.  
f. Vnde & Ioannes scribere iubetur in Apocalypsi. Beati mortui, qui in domino moriuntur. Quare beati à Amolo enim id dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Et de operibus habemus ibidem: opera enim illorum sequuntur illos. Ad quid verò sequuntur nisi vt laudent eos in portis. Ad quid sequuntur nisi vt multiplicentur à fructu eorum? Bernac. in Festo omnium sanctorum ser. 2.  
2. Eritam.  
g. Ista falsè separat catholicos ab hæreticis, sanctos à peccatoribus, sicut dicit dominus de messioribus. Forte non male fecit si istos tres angelos, qui exierunt, trifurcam scripturam intelligamus, iuxta historiam mortalem, & spiritalem, faciem vt rō discipulationem. Aug. ibid.



exiuit de altari, qui habebat potestatem supra ignem: & exclamauit voce magna ad eum qui habebat falcem acutam, & dicens. Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botos vineæ terræ: quoniam maturæ sunt vuæ eius. Et misit angelus falcem suam acutam in terram: & vindemiauit vineam terræ, & misit in lacum iræ dei magnum: Et calcatus est lacus extra ciuitatem, & exiuit sanguis de lacu vsque ad frenos equorum per stadia mille sexcenta.

*Septem angelis dantur plagæ septem nouissimæ, cum septem phialis ira dei plenis. XV.*

¶ Per messem terræ & vuas vineæ eorundem malorum darnario intelligitur: sed tamē per vineam illos determinatiu habemus qui maiori studio mala operabatur, sicut vineæ vt fructificet maior cura quam terræ adhibetur. Glofa ordina. ibid.]

a. Vniuersum prædicatorem ecclesie ordinem annunciantē reprobis plagas septē, id est vniuersam penarum viciā secundum diuinæ rigore iustitiæ an ipsos reprobos. Diony. ibid.]

**Quinta visio.**

b. An non magnum est quod vniuersale designat subuersionem? an non admirandum est mundum esse consummandū ab angelis, qui eodem sunt numero cum diebus hebdomadæ à quibus habuit initium: & in eundem fonte numerum cum angelis qui id numeris sortiti sunt, vt ipsam perdant: & ad pendendum habent plagas? A. Ista Cæsarian. ibidem.]

c. Quidā Graeci codicis habent d'ysov. i. sanctorū. Alij d'vīsiv, id est, nationum.

d. Iste sunt phialæ aureæ quarum odor fuderunt seniores & animalia, quæ sunt ecclesia, qui & septem angeli: & quod sunt odoramenta, hoc ira dei, hoc & verbum dei: Sed & hæc omnia bonis dant vitam, malis vero mortē, vt est illud: Alis odor vitæ in vitam, alis odor mortis in mortem. Aug. ibid.]



**E**t vidit aliud signum in cælo magnum, & mirabile: angelos septem, habentes plagas septem nouissimas: quoniam in illis consummata est ira Dei. Et vidi tanquam mare vitreum mixtum igne, & eos qui vicerunt bestiam & imaginem eius, & numerum nominis eius stantes supra mare vitreum, habentes citharas Dei: & cantates canticum Moyse serui dei, & canticum agni, dicentes: Magna & mirabilia sunt opera tua domine deus omnipotens: iustæ & veræ sunt viæ tuæ & domine Rex sanctorum. † Quis non timebit te domine, & magnificabit nomen tuum? Quia solus pius, es quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in conspectu tuo, quoniam iudicia tua manifesta sunt. † Et post hæc vidi, & ecce apertum est templum tabernaculi testimonij in cælo: Et exierunt septem angeli habentes septem plagas de templo, vestiti lapide mundo & candido, & præcincti circa pectora zonis aureis. Et vnum de quatuor animalibus, & dedit septem angelis septem phialas aureas, plenas iracundiæ dei viuentis in secula seculorum. Et impletum est templum & Dei fumo à maiestate Dei, & de virtute eius: & nemo poterat introire in templum, donec consummarentur septem plagæ septem angelorum.

† Iste. a.

*Ad septem phialarum in terram, in mare, fontes, solem, bestie sedem, Euphratem & aërem effusionem, multa in terra plagæ oriuntur. XVI.*

a. Data est potestas ecclesie iudicium interrogare damandi: & abolitionem misericorditer dare cōuersis. Et omnibus qui dem angelis in terram tondere mandatum est. Beda ibid.]

b. Omnes istæ plagæ spirales sunt, & in anima impiorū sūt, voluntaria inquit atque mortalia peccata: quia impij hoc tempore, non merebuntur in hoc seculo flagellari. Aug. ibid.]

c. Mare autem præsentis seculi instabilitatem significat: vult, eo quod tunc gē bellicē insurrexerunt: unde si mare præsentis aëribus, & terra & flumina eorum qui occiduntur sanguine rubescant, nihil mirum est. Sic forte quod diuina virtus à sanctis prophetis Enoch & Elia sic tūc fortassis mutatio aquarum in sanguinem, ad redargutionem eorum qui seducti sunt. Aretha Cæs. ibid.]

d. Spiritus diaboli & Antichristi, & prepositio corporis eius, qui pro numero partium vnus corporis tripartitus dicitur, raris assimilatur, animæque scilicet, loco, visu, molestæque strepitu horribilibus. Beda. ibid.]

e. Vestimentum tuum fides tua est: vestimentum tuum operatio tua est. Custodi ergo ne diripiant alieni laborem tuum, ne denudeis, & appareat ignominia tua. Grego. in 4. psalmi penitentialem.]

f. Septimus ordo prædicatorum ac annuntiatorum futuram ætatem potestati & Antichristi damnationem, & ministerium eius, iuxta illud Is. 24. In die illa visitabit dominus super milicia cæli in excelso, & super reges terræ & congregabuntur congregatione vnus fascis in lacum, & claudentur in carcere. Beda ibidem.]

g. Cælo.



**E**t audiui vocem magnam de templo, dicentem septem angelis: ite, & effundite septem phialas iræ Dei in terram. Et abiit primus angelus, & effudit phialam suam in terram, & factum est vulnus sæuum & pessimum in homines, qui habebant charactērem bestie, & in eos qui adorauerunt bestiam & imaginem eius. Et secundus angelus effudit phialam suam in mare: & factus est sanguis tanquam mortui, & omnis anima viuens mortua est in mari. Et tertius effudit phialam suam super flumina, & super fontes aquarum: & factus est sanguis. Et audiui angelum aquarum dicentem: Iustus es domine qui es, & qui eras sanctus, qui hoc iudicasti, quia sanguinem sanctorum & Prophetarum effuderunt, & sanguinem eis dedisti bibere. Digni enim sunt. Et audiui alterum dicentem: Etiam domine deus omnipotens, vera & iusta iudicia tua. Et quartus angelus effudit phialam suam in solem: & datum est illi æstu affligere homines, & igni. Et æstuaerunt homines æstu magno, & blasphemauerunt nomen Dei habentis potestatem super has plagas, neque egerunt penitentiam: vt darent illi gloriam. Et quintus angelus effudit phialam suam super sedem bestie: & factum est regnum eius tenebrosum, & commandauerunt linguas suas præ dolore: & blasphemauerunt deum cæli præ doloribus & vulneribus suis, & non egerunt penitentiam ex operibus suis. Et sextus angelus effudit phialam suam in flumen illud magnum Euphratē: & siccauit aquam eius, vt præpararetur via regibus ab ortu solis. Et vidi de ore draconis, & ore bestie, & de ore Pseudoprophetæ exire spiritus tres immundos in modum ranarum. Sunt enim spiritus dæmoniorum facientes signa, & procedunt ad Reges totius terræ congregare illos in prælium: ad diem magnum omnipotentis dei. † Ecce venio sicut fur. † Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius. Et congregabit illos in locum, qui vocatur Hebraicè Armageddon. † Et septimus angelus effudit phialam suam in aërem, & exiuit vox magna de templo à throno, dicens: Factum est. Et facta sunt fulgura, & voces, & tonitrua, & terræ motus

† Sup. 4. † Luc. 12. c. 1. Col. 3. 1. 1. Tel. 5. 1.

motus factus est magnus, qualis nunquam fuit ex quo homines fuerunt super terram, talis tertremotus sic magnus. Et facta est ciuitas magna in tres partes: & ciuitates gentium ceciderunt. Et Babylon magna venit in memoriam ante deum, dare illi calicem vini indignationis iræ eius. Et omnis insula fugit, & montes non sunt inuenti. Et grando magna sicut talentum, descendit de cælo in homines, & blasphemauerunt homines deum propter plagam grandinis, quoniam magna facta est vehementer.

[g. Cæ in fine seculi talis fuerit tribulatio, qualis nō fuit ab initio, signa pariter maxima clarebit: sed verum à parte bonorum, an à parte malorum, an ex utraque parte sibi alteri fecus coeſit, non hic satis elucet. Beda.]  
[h. in inferno poſiti, quauis ſciant ſe merito puniri, dolent tamen quod deus tantam potentiam haberet quod plagas eis inferat: & hoc eſt blaſphemia. Gloſa ordin. ibid.]  
\* Plaga eius.

Sexta viſio.

Mulier variis induta ornamentis & sanguine sanctorum & martyrum ebria, cum poculo super bestiam sedet, & utraque mira operatur in terra. XVIII.

**A**T venit vnus de septem angelis qui habebant septem phialas, & locutus est mecum, dicens: \* Veni & ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas cum qua fornicati sunt Reges terræ, & inebriati sunt qui inhabitant terram de vino prostitutionis eius. Et abstulit me in spiritu in desertum. Et vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam, plenam nominibus blasphemiarum, habentem capita septem & cornua decem. Et mulier erat circumdata purpura & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis, habens poculum aureum in manu sua plenum abominatione] & immunditia fornicationis eius. Et in fronte eius nomen scriptum, mysterium Babylon magna, mater fornicationum & abominationum terræ. Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum, & de sanguine martyrum Iesu. Et miratus sum cum viderem illam, admiratione magna. Et dixit mihi angelus: Quare miraris? Ego dicam tibi sacramentum mulieris, & bestiarum quæ portat eam, quæ habet capita septem & cornua decem. Bestia quam vidisti fuit, & non est, & ascensura est de abyſſo, & in interitum ibit, & mirabuntur inhabitantes terram (quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ à constitutione mundi) videntes bestiam quæ erat, & non est. Et hic est sensus, qui habet sapientiam. Septem capita, septem montes sunt, supra quos mulier sedet & septem Reges. Quinque ceciderunt, vnus est, & alius nondum venit. Et cum venerit, oportet illum breue tempus manere. Et bestia quæ erat & non est, & ipsa octaua est, & de septem est. Et in interitum vadit. Et decem cornua quæ vidisti, decem reges sunt, qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem tanquam Reges vna hora accipient post bestiam. Hi vnum consilium habent & virtutem, & potestatem suam bestiarum tradent. Hi cum agno pugnabunt, & agnus vincet illos, quoniam dominus dominorum est, & Rex Regum: & qui cum illo sunt, vocati, & electi, & fideles. Et dixit mihi: Aquæ quas vidisti ubi meretrix sedet populi sunt, & gentes, & linguæ: & decem cornua quæ vidisti in bestia, hi odient fornicariam, & desolatam facient illam & nudam, & carnes eius manducabunt, & ipsam igni concremabunt. Deus enim dedit in corda eorum vt faciant quod placitum est illi, vt dent regnum suum bestiarum donec consummentur verba dei. Et mulier quam vidisti est ciuitas magna, quæ habet regnum super Reges terræ.

\* Mihi.  
a. Recapitulat specialiter impiorum penas, quas generaliter & confuſe supra posuerat, ita vt in bestia omnis populus malus intelligatur: in muliere corruptela, in deserto impios à deo desertos, & in anima mortuos: quia nō nisi in spiritu potest talis videri deserto. Aug. ibid. b. Illam desolationem contemplanatio designat que futura est spiritualibus, quæ se vidisse ait tanquam mulierem, nempe effeminatam & veluti meretricem, ac parum virile nullumque continentie signum habentem. Porro quod spiritu subiacus sit, quid aliud significare potest, nisi quod hæc non existimetur digna que recideret & ipſo actu viderentur, sed in contemplatione? Aretha ibi.  
1. Abominationibus.  
c. Ego dicam tibi sacramentum. i. significationem bestiarum & mulieris. Bestia regni Aegypti significat. Bestia quam vidisti & nō est: Nam Aegyptij primò occu-pauerunt dominium Ierusalem & Iudææ, & postea perdidit. Turcis terram illam occupantibus, vt sup. Et inde dicitur quod bestia fuit prius dominans in Iudæa, sed nō est, quia inde per vircas est eiecta. De Lyr. ibid. d. Omnes reges Antichristo adhaerentes quos ipſe sublimabit suo tempore, quem & ipſi imitabuntur aduersus Christum & Christianos, legem eius pro virili tollendo, & eius membra infestando. Dion. ibid.  
2. Cum bestia.  
e. Nō ſentit hostis antiqui humana timere infirmitas, septem capitum describit bestiam secularis regni cornibus armaram, Christo triumphante deuincit quem in suis triumphare designans adiecit. Beda ibid.  
f. Deus iustus iudex & fortis, & cui iustitia semper placita est, talia permittit impiis pro puna peccati prioris operari, pro quibus merito finem totius imperet orbis, sicut in Sodomis & diluuiū factum est: eus gela restantur. Beda ibid. j.

\* Vt vnam faciant voluntatem.

Babylonis iudicium, lapsum: & eiusdem luctum, exultatio cæli super eandem statim sequetur. XVIII.

**A**T post hæc vidi alium angelum descendentem de cælo, habentem potestatem magnam, & terra illuminata est à gloria eius. Et clamauit in fortitudine dicens: Cecidit cecidit Babylon magna, & facta est habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volucris immundæ, & odibilis: quia de vino iræ fornicationis eius biberunt omnes gentes: & Reges terræ cum illa fornicati sunt, & mercatores terræ de virtute deliciarum eius diuites facti sunt. Et audiui aliam vocem de cælo, dicentem: Exite

[a. Omnes viſiones vna facte sunt die dominica sine alicuius diei interuallo. teste Haymone. Le-richius ibidem.]  
\* Voce.  
b. Babylon, ciuitas est diaboli toto orbe terrarum diffusa: in qua omnis immundicia in hominibus malis per totum orbem commemoratur. Auguſt. ibid.  
1. Inuitæ.  
c. Diuites peccatis dicit eos qui pro abundantia temporalis suæ infelici meratu animas conuertunt. Nā nimietas luxuriæ pauperes potius quam diuites facit. Beda ibid.

PP iiii

† Inf. 19. c  
1. Tim. 6. d

† Sup. 14. b  
Iere. 51. a  
Iſa. 21. c

fd. Peccata peruenit vsque ad contemptum dei per impunitiam. Glos. ord. ibid. j.

te. De ecclesia enim exente in mundum plagæ visibiles & invisibiles. Bedæ ibid. j.

f. Cum de corpore delictis resoluta anima damnanda transierit, audi quid de ea dominus dicat: Quorum glorificauit se, & in delictis fuit, tantum dare illi tormentum & luctum. Euseb. Emis. de initio quadrag. homil. i.

g. Cor appellat obduratione eorum qui tunc vitam complebunt, quos etiam finxit cum muliere adulterium parare. Quia vero dicit, in vna die venient plagæ eius, in exordium ac repetitum tempus significat quo hec contingunt. Postquam enim inimici ipsius obtulerunt illam, poterunt vel vno die omne supplicium in eam inducere quæ delecta fuerit: cui potes sit dominus quædammodum prospera distribuere his qui sibi grati sunt, ita & peccatores irremediabiliter modo punire. Acreta Cefarian. ibi.

\* Dominus.

\* Illam.

\* Tuum.

2. Ligno.

th. Distinguit, quia quidam sunt loci tunc in corpore, ut Ioseph: quidam etiam animo, ut si Aegyptius viderit Iudæo ritu circumciscitur, vel pagano idola colat. Glos. ord. ibi. j.

i. Hoc est, damnatio tibi æterna est, O ciuitas diaboli tunc in corpore quam in anima cum negotiationibus tuis, & negotiationibus omnium diuitiarum tuarum. Dionys. ibid.

k. Describitur lamentatio nauarum: Nā in terra à furcibus occupata est multus portus maris & boni, in quibus applicabant nauis appropinquantes ex terris alienis bona venalia, & inde reportantes alia, & sic lucra duplicia reportabant. De Lyr. ibid. j.

3. Naui.

4. Fumum.

l. Nunquid sola ciuitas Babylonia in omni mundo persequitur, aut persecuta est dei seruos, vt ipsa extincta vniuersi vindicentur? In toto enim mundo est Babylonia in malis hominibus, & in toto mundo persequitur bonos. August. ibid.

m. Cuius feculi pro peccatorum pondere & errore instabili more cõparatur. In circuitu enim impij ambulat. Que iure fluctibus vlcionis absorberet, quia ciues Ierusalẽ fluctibus oppressit infidelitatis. Bedæ. ibid.

n. Omnia quæ ad vsum vel iocunditatem humanam vitæ pertinent, tolluntur ab impijs, & adiecit causam, dicens: Quoniam mercatores tui, &c. i. quoniam in vita tua percepisti bona, & in ea sanguis prophetarum, &c. Bedæ ibid. j.

de illa populus meus, & ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiat. Quoniam peruenierunt peccata eius vsque ad cœlum, & recordatus est dominus iniquitatum eius. Reddite illi sicut & ipsa reddidit vobis: & duplicate duplicia secundum opera eius. In poculo quo miscuit vobis, miscete illi duplum. Quantum glorificauit se, & in deliciis fuit: tantum date illi tormentum & luctum: quia in corde suo dicit: Sedeo Regina, & vidua non sum, & luctum non videbo. Ideo in vna die venient plagæ eius, mors, & luctus & fames, & igni comburetur: quia fortis est deus qui iudicabit illam. Et flebunt, & plangent se super illam Reges terræ, qui cum illa fornicati sunt, & in deliciis vixerunt, cum viderint fumum incendij eius: longè stantes propter timorem tormentorum eius, dicentes: Væ, væ ciuitas illa magna Babylon, & ciuitas illa fortis: quoniam vna hora venit iudicium. Et negociatores terræ flebunt, super illam & lugebunt, quoniam merces eorum nemo emet amplius: mercem auri & argenti & lapidis pretiosi, & margaritæ, & byssi, & purpuræ, & serici, & coccini, & omne lignum thinum, & omnia vasa eboris, & omnia vasa de lapide pretioso & æramento, & ferro, & marmore: Et cinamomum & amomum, & odoramentorum, & vnguenti, & thuris, & vini, & olei, & simile, & tritici, & iumentorum, & ouium, & equorum, & rhedarum, & mancipiorum, & animarum hominum. Et poma desiderij animæ tuæ discesserunt à te: & omnia pingua & præclara perierunt à te: & amplius illa iam non inuenient: mercatores horum qui diuites facti sunt, ab ea longè stabunt propter timorem tormentorum eius: flentes, ac lugentes, & dicentes: Væ, væ ciuitas illa magna, quæ amicta erat abyssò, & purpura, & cocco, & deaurata erat auro, & lapide pretioso, & margaritis: quoniam vna hora destituta sunt tantæ diuitiæ. Et omnis gubernator, & omnes qui in lacum nauigant, & nauarum, & qui in mari operantur, longè steterunt, & clamauerunt videntes locum incendij eius, dicentes: Quæ similis ciuitati huic magnæ? Et miserunt puluerem super capita sua: & clamauerunt flentes, & lugentes, dicentes: Væ, væ ciuitas illa magna, in qua diuites facti sunt omnes qui habebant naues in mari de precijs eius: quoniam vna hora desolata est. Exulta super eam cœlum, & sancti Apostoli, & Prophetæ: quoniam iudicauit deus iudicium vestrum de illa. Et sustulit vnus angelus fortis lapidem quasi molarem magnum, & misit in mare, dicens: Hoc impetu mittetur Babylonia ciuitas illa magna: & vltra iam non inuenietur. Et vox citharædorum, & musicorum, & tibia canentium, & tuba, non audietur in te amplius: & omnis artifex, omnisque ars non inuenietur in te amplius, & vox molæ non audietur in te amplius. Et lux lucernæ non lucebit in te amplius, & vox sponsi & sponsæ non audietur adhuc in te: quia mercatores tui erant principes terræ, quia in veneficijs tuis errauerunt omnes gentes. Et in ea sanguis Prophetarum & sanctorum inuentus est, & omnium qui interfecti sunt in terra.

*Latantibus sanctis in nuptiis agni super iudicio bestia, exiit index super equum album sedens, pluribus alijs comitantibus, & apprehendens bestiam misit eam in stagnum ignis ardentis.*

XIX.

1. Turbæ multæ magnæ.

2. Alleluia exprimitur laudate dominum. Et componitur ex verbo Hebræo plurali אללהלל, laudate, à verbo אללהל, laudauit, & אלהל, vnus de decem dei nominibus. Hieron. Marcellæ.

b. Duo meretricis facta comme morat, quæ se videlicet malis corrupit, & bonos persequens: in quibus duobus cuncta reor peccatorum crimina comprehendit. Bedæ ibid.

2. Turbæ multæ.

**P**ost hæc audiui quasi vocem magnam tubarum multarum in cœlo dicentium: Alleluia: Laus, & gloria, & virtus deo nostro est, quia vera & iusta iudicia sunt eius, qui iudicauit de meretrice magna: quæ corrupit terram in prostitutione sua, & vindicauit sanguinem seruorum suorum de manibus eius. Et iterum dixerunt: Alleluia. Et fumus eius ascendit in secula seculorum. Et ceciderunt seniores vigintiquatuor, & quatuor animalia, & adorauerunt deum sedentem super thronum, dicentes: Amen, Alleluia. Et vox de throno exiuit dicens: Laudem dicite deo nostro omnes sancti eius, & qui timetis deum, pusilli & magni. Et audiui quasi vocem turbæ magnæ, & sicut vocem tonitruorum magnorum dicentium: Alleluia, quoniam regnauit dominus deus noster

† Ith. 47. a

† Hier. 51. b

† Hier. 51. e

† Hier. 51. c

† Sup. 6. c

† Sup. 9. a

14. c

noſter omnipotens. Gaudeamus, & exultemus, & deimus gloriam ei, quia venerunt  
 nuptiæ agni, & vxor eius præparauit ſe. Et datum eſt illi vt cooperiat ſe byſſino ſplen  
 denti & candido. Byſſinum enim, iuſtificationes ſunt ſanctorum. Et dixit mihi: Scri  
 be: <sup>†</sup> Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati ſunt. Et dixit mihi: Hæc verba dei  
 vera ſunt. Et cecidi <sup>3</sup> ad ] pedes eius, vt adorarem eum. Et dixit mihi: <sup>†</sup> Vide ne feceris:  
 c Conſeruus tuus ſum, & fratrum tuorum habentium teſtimonium Ieſu. <sup>6</sup> Deum ado  
 ra. Teſtimonium enim Ieſu, eſt ſpiritus prophetiæ. Et vidi cœlum apertum, & ecce  
 equus albus, & qui ſedebat ſuper eum vocabatur fidelis & verax, & <sup>†</sup> cum ]uſtitia iu  
 dicat & pugnat. <sup>†</sup> Oculi autē eius ſicut flamma ignis: & in capite eius diademata mul  
 ta, habēs nomen ſcriptū, quod nemo nouit niſi ipſe. <sup>†</sup> Et veſtitus erat veſte aſperſa ſan  
 guine: & <sup>†</sup> vocabatur ] nomen eius, verbū dei. Et exercitus qui ſunt in cœlo, ſequen  
 tur eum in equis albis, veſtiti byſſino albo & mundo, <sup>†</sup> & de ore eius procedebat gla  
 dius ex vtraque parte acutus: vt in ipſo percutiat gentes. <sup>†</sup> Et ipſe reget eas in virga fer  
 rea: & calcet torcular vini furoris iræ dei omnipotentis. <sup>6</sup> Et habet in veſtimento & in  
 femore ſuo <sup>\*</sup> ſcriptum: <sup>†</sup> Rex Regum & dominus dominantium. Et vidi vnum ange  
 lum ſtantem in ſole, & clamauit voce magna, dicens omnibus auiibus quæ volabant  
 D per medium cœli: <sup>6</sup> Venite, & congregamini ad cœnam <sup>6</sup> magnam dei: ] <sup>5</sup> vt mandu  
 cetis carnes regum, & carnes Tribunalium, & carnes fortium, & carnes equorum, &  
 ſedentium in ipſis, & carnes omnium liberorum, & ſeruorum, & puſillorum, & ma  
 gnorum. Et vidi beſtiam & Reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad facien  
 dum prælium cum illo qui ſedebat in equo, & cum exercitu eius. <sup>h</sup> Et apprehenſa eſt  
 beſtia, & cum ea Pſeudopropheta, — & ] qui fecit ſigna coram ipſo, quibus ſeduxit  
 eos qui acceperunt <sup>†</sup> charactērem beſtiæ, & qui adorauerunt imaginem eius. Viui  
 miſſi ſunt hi duo in ſtagnum ignis ardentis & <sup>7</sup> ſulphuris: ] & cæteri occiſi ſunt in gla  
 dio ſedentis ſuper equum, qui procedit de ore ipſius, & omnes aues ſaturatæ ſunt car  
 nibus eorum.

† Matt. 22. a  
 Luc. 14. d

† Infr. 22. b

† Sup. 1. c. 2. d

† Infr. 63. a

† Sup. 1. d  
 De pti uile.  
 Ex ore  
 † Sal. 2. d

† Tim. 6. d

c. Spirituales domini nuptiæ in  
 præſenti vita ſunt ob deſponſa  
 tionem cum eccleſia & ita per  
 ſectæ nuptiæ. Atque hoc inuie  
 diuus apoſtolus 2. Cor. 3. De  
 ſpondi enim vos vni vico virgi  
 nem cantam exhibere Chriſto,  
 Aieſta Cætar. ibid.  
 d. Illeſco enim non ad prædū,  
 ſed ad cœnam vocatos narrat,  
 quia in ſine diei conuuiui cœna  
 eſt. Qui ergo ſunt in vite præſen  
 tis tæpore ad reſectiōem ſuper  
 contemplationis veniunt, non  
 ad agni prædium, ſed ad cœnā  
 vocantur. Grego. homil. 24.  
 3. Ante.  
 e. Chriſtus ſedebat equo rufo,  
 quando aſſumpſit naturam hu  
 manam: albo verò quando poſt  
 reſurrectionem immortalē cor  
 pus aſſumpſit. Hier. Iſa. ca. 66.  
 4. In.  
 5. Vocatur.  
 6. Per veſtimentum Chriſti iam  
 ſignificata eſt eius humanitas,  
 ſeu caro verbo vnita. Per femur  
 verò Chriſti ſacunditas, quia  
 multos in fide genuerunt ſeu cō  
 uertit. Diony. ibid.  
 \* Nomen.  
 6. Magni dei.  
 g. Omnes gentes quando in  
 Chriſto credentes eccleſiæ incor  
 porantur, ſpiritualiter ab eccleſia  
 comenſantur. Auguſt. ibid.  
 h. Id eſt, rex A Egypti & falſi  
 propheta qui in aſtutia ſua ſue  
 runt comprehenſi. Nam cœtra  
 rium eius quod cogitauerant,  
 euenit. De Lyrā ibid. j  
 i. Character in fronte, & in ma  
 nu hic eſt, nō tantum ſacra dia  
 boli imitari quantum & gloria  
 ri in eius malis operibus, vt ſub  
 figura Chriſti, Antichriſti ſacra  
 exercerant. Proſper.  
 7. Sulphure.

*Ligat angelus draconem poſt mille annos ſoluendum, & ſancti cum Chriſto regnant  
 malis in ignem præcipitatis. X X.*

**A**T vidi <sup>a</sup> angelum deſcendentem de cœlo, habentem clauem abyſſi, &  
 catenam magnam in manu ſua. <sup>†</sup> Et apprehendit draconem ſerpentem  
 antiquum, qui eſt diabolus & Sathanas, <sup>b</sup> & ligauit eum per annos mille,  
 & miſit eum in abyſſum, & clauſit, & ſignauit ſuper illum, vt non ſedu  
 cat amplius gentes, donec conſumentur mille anni, & poſt hoc oportet illum ſolui  
 modico tempore. Et vidi ſedes, & ſederunt ſuper eas, & iudicium datum eſt illis. Et a  
 nimas decollatorum propter teſtimonium Ieſu, & propter verbum Dei, <sup>c</sup> & qui non  
 adorauerunt beſtiam neque imaginem eius, nec acceperunt charactērem eius in fron  
 tibus <sup>\*</sup> aut in manibus ſuis, <sup>c</sup> & vixerunt & regnauerunt cum Chriſto mille annis. Cæ  
 teri verò mortuorum non vixerunt, donec conſumentur mille anni. Hæc eſt reſur  
 rectio prima. Beatus & ſanctus qui habet partem in reſurrectione prima. In his ſecun  
 da mors non habet poteſtatem: ſed erunt ſacerdotes dei & Chriſti eius, & regnabunt  
 cum illo mille annis. <sup>d</sup> <sup>†</sup> Et cum conſummati fuerint mille anni, ſoluetur Sathanas de  
 carcere ſuo, & exibit, & ſeducet gentes quæ ſunt ſuper quatuor angulos terræ: Gog  
 & Magog, & congregabit eos in prælium, quorum numerus eſt ſicut arena maris. <sup>e</sup> Et  
 aſcenderunt ſuper latitudinem terræ, & circuerunt caſtra ſanctorum & ciuitatem di  
 lectam. Et deſcendit ignis à deo de cœlo, & deuorauit eos: & diabolus qui ſeducerat  
 eos, miſſus eſt in ſtagnum ignis & ſulphuris, vbi & beſtia & Pſeudopropheta crucia  
 buntur die ac nocte in ſecula ſeculorum. Et vidi <sup>f</sup> thronum magnum candidum, & ſe  
 dentem ſuper eum à cuius aſpectu fugit terra & cœlum, & locus non eſt inuentus ab  
 D eis. <sup>g</sup> Et vidi mortuos magnos, & puſillos ſtantes in conſpectu <sup>†</sup> throni, ] & libri aper  
 ti ſunt, & alius liber apertus eſt, qui eſt vitæ. Et iudicati ſunt mortui ex iis quæ ſcripta

† De pre. di.  
 2. c. Si enim  
 & c. Citius, &  
 c. Principiū.

† Ezech. j. c  
 39. a

a. Dominus ergo paternā prædi  
 tus poteſtate deſcendit in carnē  
 cum principe mundi bella ge  
 ſturus, atque illo ligato vaſa ei  
 ereperit. Beda ibid.  
 b. Hæc eſt, eius poteſtate ab eis  
 ſeducendis, & poſſiondis, qui  
 fuerant liberandi: cohibere aut  
 que ſignauit per mille annos,  
 id eſt, omnes huius ſeculi annos  
 reſiduos. Millenarius enim nu  
 merus denarij numeri quadra  
 tum ſolidū reddit. Decē quippe  
 decies duā ſunt centū, & decies  
 centū mille, quæ iam ſig  
 ra quadrata eſt, ſed plana. Aug.  
 de ciuit. dei lib. 10. cap. 7.  
 \* Suis.  
 c. Vixere omnes dicit & regna  
 re cum Chriſto, nō tantum qui  
 occiſi fuerunt, & qui que in ſidei  
 ſua ſeruitate, & dei timore per  
 ſtantes, imaginem beſtiæ non  
 adorauerunt, neque ad ſineſta  
 eius & ſacrilega ediſta conſen  
 ſerunt. Cypria.  
 d. Deſcribitur perſectio Antichriſti,  
 de qua ſacra ſcriptura, & ſancti lo  
 quuntur in pluribus  
 locis: Cum dicitur, & cum con  
 ſummati fuerint mille anni, id  
 eſt, tempus eccleſiæ vſque ad tē  
 pus Antichriſti. De Lyrā ibid. j  
 e. Cædius quidem eſt thronus  
 quoniam pura eſt à nigredine  
 peccatorū quæ in tenebris pera  
 guntur, omnis operatio ſancto  
 rum, in quibus ſedit deus, ma  
 gnus verò, quia talis quoque eſt  
 qui in eo ſedit, de quo etiam ca  
 nebat Dauid: Magn⁹ dominus  
 noſter, & magna virtus eius,  
 Arethā ibidem.  
 i. Dei.

¶ Hoc proculdubio factum est prius quam essent mortui iudicati: ideo recipiunt quod fecerunt, & exequitur ordinem, dicens: & iudicatum est: Significat aut corpora de terra, & animas de suis locis esse congregandas. Beda ibid.]

erant in libris, secundum opera ipsorum. Et dedit mare mortuos suos, qui in eo erant, & mors & infernus dederunt mortuos suos qui in ipsis erant, & iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum. Et infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda. Et qui non inuentus est in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis.

a. Cælum nouū generaliter accipitur pro tota cælestium corporū regione. Omnes enim orbis cælestes, planetæ, & stellæ in sine seculi electorum corporibus glorificatis pariter innouabuntur, & plus solito ornabuntur. Dionys. ibid.]

*Renouatis cælis & terra noua ciuitas, & noua sponsa sociabitur agno, & tunc ciuitas pretiosis ædificabitur lapidibus, ab incolis mundis habitanda. XXI.*

Septima visio.

b. Illa est ergo ciuitas Ierusalem, quæ in cælo est, intra quam iam quasi pfecta & immaculata feruatis. Non enim intrat in eam omne commune. Ambr. de virgin. lib. 1.]

c. Si ergo mors non erit, lapsum sentire nō poterit in illa requie constitutus: sed placebit deo in regione uiuorum. Amb. de obitu Theodosij.]

x. Quod, vel quia.

d. In resurrectione enim iustorum, læticia ingis erit & gratia, cum illud bonū cooperit esse, cum suis, quando requiescēt in sinu Abraham, postquam in eius tabernaculo: quod inter domum vel sermonem dei & gratiam fixum est: significans innocentiam fidelium agere gratias auctori suo: qui non habent unde eos pmerit in hoc mundo fuisset. Idem de Abraham. lib. 2. cap. 5.]

\* Omnia.

\* Magnam.

\* A deo.

e. Propterea dicitur murti magnū & altū. Neque enim alioquin gratum est in humilibus & abiectis locis habitare, sed in his quibus sublimes sunt sensus, & cælestem habētēs sanctimoniam. Aretha Cæsariensis. ibid.]

f. Quod sunt portæ, hoc fundamenta. Quod ciuitas, hoc murus. Possunt autē & patriarchæ fundamentorum uocabulo designari, qui nomina in se apostolorum, id est, figuram tenuerūt. Beda ibidem.]

g. Hic exequitur propositum. Et primò quantum ad ciuitatis spacium, quod mensus est per stadia duodecim milia, que tamen non totam continent spacium ciuitatis præfati. Nam illud spacium oportet esse quadratū æquilaterum, duodecim autem non est numerus quadratus, ut patet ex arithmetica. De Lyr. ibid.]

h. Quia sancti omnes summa in ea beatitudinis claritate fulgebūt, instructa auro ea ciuitas dicitur. Aurum namque ex quo illa ciuitas constat, simile vitro dicitur, ut & per aurum clara, & per vitrum perspicua designetur. Gregor. Moral. 1. 4. cap. 8.]

i. Quasi dixi duodecim esse portas, & cum ita sint duodecim illæ portæ, i. propheta introducēt ad fidem trinitatis ex 4. mudi partibus per singulas. i. p instructionē singulorū sunt margaritæ. i. mutatores eorum qui de quacunque mundi parte ad fidem trinitatis uocentur, sunt splendidi uirtutibus. Glos. ordinaria ibid.]

k. Quid hæc uita beatus ubi lucis splendore, non ut est ille qui nunc est Sol, sed nunc clarior quod felicitas, ubi sancti fulgebūt sicut stellæ in ppetuis æternitatibus. Quapropter nox ibi nulla, nulla tenebræ, concursus nubium nullus. Aug. in Enchir. 2. Illuminavit.]

\* Que seruata fuerunt.

l. Nec intrabit aliquid coquinatum uisio carnis, aut abominationem faciens. i. peccatum contra naturam: & mendacium. i. hypocritam, que est mendacium in factis, nisi qui scripti sunt in diuina prædeterminatione introire possunt. De Lyr. ibid.]

**B**T† vidi<sup>a</sup> cælum nouū, & terram nouā. † Primum enim cælum, & prima<sup>a</sup> terra abiit, & mare iam non est. † Et ego Ioannes vidi sanctā ciuitatem Ierusalem, nouam, descendentem de cælo, à Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo. Et audiui vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum dei cum hominibus; & habitabit cum eis. Et ipsi populus eius erunt, & ipse deus cum eis, erit eorum deus. † Et absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum: & mors vltrā non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltrā, quæ ] prima abierunt. † Et dixit qui sedebat in throno. † Ecce noua facio omnia. Et dixit mihi: Scribe, quia hæc uerba fidelissima sunt & uera. Et dixit mihi: Factum est: † Ego sum alpha & ω, initium & finis. Ego sitienti dabo de fonte aquæ uiuæ gratis. † Qui uicerit, possidebit hæc. † Et ero illi deus, & ille erit mihi filius. Timidis autem & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & ueneficis, & idololatriis, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda. † Et uenit ad me vnus de septem angelis habentibus phialas plenas septem plagis nouissimis, & locutus est mecum, dicens: Veni, & ostendam tibi sponsam uxorem agni. Et sustulit me in spiritu in montem magnum & altum: & ostendit mihi ciuitatem sanctam Ierusalem descendentem de cælo, habentem claritatem dei. † Et lumen eius simile lapidi pretioso tanquam lapidi iaspidi, sicut crystallum. † Et habebat murum magnum & altum, habentem portas duodecim: & in portis, angelos duodecim: & nomina inscripta, quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israel. Ab oriente, portæ tres: & ab aquilona, portæ tres: & ab austro, portæ tres: & ab occasu portæ tres. † Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipsis, duodecim nomina duodecim apostolorum, & agni. Et qui loquebatur mecum, habebat mensuram arundineam auream, ut metiretur ciuitatem & portas eius & murum. † Et ciuitas in quadro posita est, & longitudo eius tanta est quantā & latitudo. † Et mensus est ciuitatem de arundine aurea per stadia duodecim milia: & longitudo & altitudo & latitudo eius æqualia sunt. Et mensus est muros eius centum quadraginta quatuor cubitorum, mensura hominis quæ est angeli. Et erat structura muri eius ex lapide iaspide, ipsa uero ciuitas aurum mundum, simile vitro mundo, & fundamenta muri ciuitatis, omni lapide pretioso ornata. † Et fundamentum primum, iaspis: secundum, sapphyrus: tertium, calcedonius: quartus, smaragdus: quintum, sardonix: sextum, sardius: septimum, chrysolitus: octauum, beryllus: nonum, thopazius: decimum, crysolopassus: undecimū, hyacinthus: duodecimū, amethystus. † Et duodecim portæ, duodecim margaritæ, sunt per singulas. Et singulæ portæ, erant ex singulis margaritis: & plateæ ciuitatis aurum mundum, tanquam vitrum perlucidum. Et templum non vidi in ea. † Dominus enim deus omnipotens templum illius est & agnus. † Et ciuitas non eget sole neque luna, ut luceant in ea. Nam claritas dei illuminabit ] eam, & lucerna eius est agnus. Et ambulabunt gentes in lumine eius, & Reges terræ afferent gloriam suam, & honorem ] in illam. † Et portæ eius non claudentur per diem. Nox enim non erit illic. † Et afferent gloriam & honorem gentium in illam: ] nec intrabit in eam aliquid coquinatum, aut abominationem faciens & mendacium: nisi qui scripti sunt in libro vitæ agni.

† 1a. 66. a  
† 2a. Pen. 3. c

† Sup. 7. d  
1a. 3. c  
1a. 31. c

† 1a. 41. c  
2. Cor. 5. d

† Sup. 1. b  
† 1a. 41. c  
Hebr. 8. d

† Exer. 2. c

† 1a. 66. d

† 1a. 66. e

Fluuius



*Fluvius aded ferax novam illam irrigabit civitatem, ut nullius rei egeat: nullum male-  
dictum, & nulla tenebra sint deinceps futurae.*

X X I I.


†Ezec.47.c  
†Galat.5.d  
†16.60.d  
†Sup.11.b  
†Sup.19.b  
†47.di. Quis-  
tamlibet.  
1. Ioan. 3. b  
†16. 41. &  
44.  
Sup. 1. d. &  
21. d  
†16. 55. a

**A** Ostendit mihi \* a fluvium aquæ viæ, splendidum tâquam crySTALLUM, procedentem de sede dei & agni. † In medio plateæ eius, b & ex vtraque parte fluminis lignum vitæ, † afferens fructus duodecim, per mēses singulos reddens fructū suum, & folia ligni ad sanitatem gētium. Et omne maledictum non erit amplius, sed sedes dei & agni in illa erunt, & serui eius seruient illi. Et videbunt faciem eius, & nomen eius in frontibus eorum. † Et nox vltra non erit, & non egebunt lumine lucernæ, neque lumine solis, quoniam dominus deus illuminabit illos, & regnabunt in secula seculorū. † Et dixit mihi: † Hęc verba fidelissima sunt & vera. Et dominus deus † spiritum ] Prophetarum misit angelum suum ostēdere seruis suis, quæ oportet fieri citò. Ecce venio velociter. Beatus qui custodit verba prophetiæ libri huius. Et ego Ioannes qui audiui, & vidi hæc: † Et postquam audissem & vidissem, cecidi vt adorarem ante pedes angeli, qui mihi hæc ostendebat. Et dixit mihi: † Vide ne feceris. Cōseruus enim tuus sum, & fratrum tuorū Prophetarum, & eorum qui seruant verba prophetiæ libri huius. Deum adora. Et dixit mihi: Ne signaueris verba prophetiæ libri huius. † Tempus enim propè est. Qui nocet, noceat adhuc: & † qui in sordibus est, sordescat adhuc. Et qui iustus est, iustificetur adhuc: & sanctus, sanctificetur adhuc. Ecce, venio citò, & merces mea mecum est, reddere vnicuique secūdm opera sua. † Ego sum alpha & ω, primus & nouissimus, principium & finis. Beati qui † lauant stolas suas in sanguine agni: ] vt sit potestas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent civitatem. † Foris autē canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idōlis seruietes, & omnis qui amat, & facit mendacium. Ego Iesus misi angelum meum † testificari vobis hæc in Ecclesiis. † Ego sum radix & genus Dauid, stella splendida & matutina. Et spiritus & sponsa dicūt: veni. † Et qui audit, dicat: veni. Et qui sitit, veniat: & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis. Contestor enim omni audienti verba prophetiæ libri huius: † Si quis apposuerit ad hæc, apponet deus super illum plagas scriptas in libro isto: & si quis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius, auferet deus partem eius de libro vitæ, & de civitate sancta: & de iis quæ scripta sunt in libro isto: Dicit qui testimonium perhibet istorum: Etiam. Venio citò, Amen. Veni domine Iesu. † Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis, Amen.

\* Purum.  
a. In medio plateæ eius fontēni baptisni ostendit, in medio ecclesie venientem à deo & Christo. August. ibid.  
b. Lignum vitæ circa fontē certitur, quod suæ virtutē sanctæ crucis, siue domini Christum interpretaris, is & ante baptismum reuelatū in veteri testamento, & nūc baptismatis clarificōe mystico cælesti fructu sanctos imbuat. Nec enim aliud nomen est sub celo datum hominibus in quo nos oporteat saluos fieri. Beda ibid.  
c. Non de Ioannis diffidentia dubitabar, sed veram visionem omni ecclesie, in qua & paruulos futuros nouerat, commendabar. Beda ibid.  
1. Sanctorum.  
d. Reddē itaque scribitur hominum ab angelo prohibiti ne se adoraret, sed vnum deum, sub quo ei esset & illic cōseruus. Qui autem nos inuicem vt sibi seruamus, & tanquam deos colimus, similes sunt superbis hominibus, quibus si licet, similiter colit voluit, sed istos homines perpeti minas, illos verò colere magis periculosum est. August. de vera religione.  
2. Seruant mandata illius.  
e. Non solum apertos infideles, sed & scortatores arceat propter illorū impudicitiam & impuritatem. Aretia Cestricen. ibid.  
f. Id est, de radice Iesse, sicut Dauid est de genere eius quantum ad humanitatem, vt Isa. 11.  
g. Egerit virga de radice Iesse, & flos de radice eius, &c. qui flos est Christus secundum sensum literalem. De Lyr. ibid.  
h. Quando rectus sensus sacre scripturæ alium exitum nō potest inuenire nisi additione aliqua, addendum aliquid est, vt intelligatur. August. de ciuitate dei, lib. 14. cap. 8.  
i. Bane pelagiani, & sua virtute fidentes domini se gratia priuent. Apostolo autē Paulo præsidit querente ac dicente: Quis me liberabit de corpore mortis huius. Respondet Ioannes nomen suum memor, & dicit: Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum. Beda ibid.]

VETERIS ET NOVI TESTAMENTI FINIS.

*Excudebat Floricus Preuost, anno domini 1564.  
Die verò vltima Maij.*



# 33 Hebræa, Chaldeæ, Græca & Latina nomina virorum,

MVLIERVM, POPVLORVM, IDOLORVM, VRBIVM, FLV-  
VIO RVM, MONTIVM, CÆTERORVM QVE LOCORVM QVÆ IN  
Bibliis leguntur, restituta, propriis characteribus insignita, Hebræa in quâ Hebræis, & Græca  
Græcis, & inde Latinis: quod si vnico nomine, in illo nostra cum peregrina consonat aditio: sin  
duobus, prius peregrinum, alterum iuxta Latinam interpretationem, quam vulgatam dicunt,  
erit: ~~non solum in Hebræo, sed etiam in Græco, & Latino, quod si vnico nomine, in illo nostra cum peregrina consonat aditio: sin  
duobus, prius peregrinum, alterum iuxta Latinam interpretationem, quam vulgatam dicunt,  
erit:~~

Index præterea rerum & sententiarum quæ in  
iisdem Bibliis continentur.

## A A

אָהרֹן	<b>A</b> Haron, Aaron, Mons, siue montanus: aut docens siue concipiens. Filius Amram, Exod. 4. d. 1. Para. 1p. 6. a		
אָהֲרֹן	Aaronitæ, Idem, pluralis numeri.		
אָחָב	Aásbai, Confidens in me, vel frater circundans: aut ex Hebræo & Syro, frater senectutis. Filius Machati. 2. Reg. 23. d. Heb. Aásbai, per n in secunda.		
אָב	<b>A</b> vel אָבִי pater. Heb.		
אָבָא	Abba, pater, Syrum est. Mar. 14. d. Ro. 8. c. Gal. 4. a		
אָבְדֹן	Abádon, Exterminans, vel perditio. Abyssus. Apocalyp. 9. c		
אָבְנָה	Abana, Lapideus, vel ædificatio: siue pater obsecro nunc. Nomen fluij Damasci. 4. Reg. 5. d		
אָבְרָם	Abaram, transitus. p. n. siue teanfeutes: aut furores, vel prægnantes: aut Syriacè, frumenta. Mons est Moabitaram cõtra Iericho, supra Iordanem, idem ille cum montanis Arabiæ, in quorum vertice est mons Nebo in summitate Phasga, vbi Israelitæ castra fixerát XII. mansione eremi, Nume. 21. & 33. f. morte Moïsis notus Nume. 27. c. Deur. 32. Testatur Hieronymus in locis Heb. ostendi Abaram ascendentibus de Libyade in Hefebon, antiquo vocabulo iuxta môtém Phogor nomen pristinum retinentem, à quo circa eum regio vsque nunc appellatur Phasga.		
אָבְרָם	Abaron, Idem singularis numeri: vel robur, aut fortitudo. D. Filius Marbathia filij Ioannis. 1. Mach. 2. a		
אָבְדָא	Abda Seruus, aut seruitus: vel ex Heb. & Syro, nubes ista. Pater Adonitæ. 3. Reg. 4. a. 2. Esd. 11. c		
אָבְדָי	Abdai, Seruus, aut seruitus: vel nubes abundans. Pater Cis Leuitæ. 2. Para. 29. c		
אָבְדֵאל	Abdeel, Seruus dei, vel nubes abundantia dei. Pater Selemia. Ierem. 36. f		
אָבְדֵמֶלֶךְ	Achedmêlech, Abdemêlech, Seruus regis, vel seruus consilij. Nomen Aethiopi cuiusdam eunuchi. Iere. 38. b		
אָבְדֵנֶגוֹ	Abednego, Abdenago, Seruus claritatis, vel seruus anxius. Nomen viri, qui & Azarias dicitur. Dani. 7. b		
אָבְדֵי	Abdi, Seruus aut seruitus, vel nubes abundans. Filius Maloch filij Azabæ. 1. Par. 9. d		
אָבְדֵיָה	Obadia, Abdia, Seruus domini. Dispensator domus regis Achab. 3. Reg. 18. a. Propheta item. Abd. 1. a		
אָבְדֵיָאל	Abdiel, seruus dei, aut nubes abundantia dei. Filius Guni è tribu Gad. 1. Para. 6.		
אָבְדֵוֹן	Abdon, Seruus, aut nubes iudicij. Filius Michai siue Micha. 2. Para. 34. c. qui. 4. Reg. 22. c. Achabor dicitur. Nomen item ciuitatis. Ios. 21. c. 1. Para. 6. g. fuit & nomen iudicis in Israël. Iudic. 12. d		
אָבְדֵה	Aebed, Abed, Seruus, vel operarius. Momen viri 1. Esd. 8. a		
אָבֵל	Abel per m, Luçtus ciuitas, quæ (vt Hieronymus inquit) duodecim à Gadaris Miliana, orientem versus distat. 1. Reg. 6. d. 3. Reg. 15. d. 4. Reg. 15. f. Est & villa in septimo Philadelphicæ lapide, vbi Iephthe cum Ammonitis manum conseruit.		
אָבֵל	Aabel, Abel per n in principio, Vanitas siue anhelitus: aut Syriace, vapor. Filius Adam. Gene. 4. a		
	Abela, Luçtus. Nomen vrbs. 2. Reg. 20. c. quæ & Abel ibidem vocatur.	אָבֵל־מַיִם	
	Abel-maim, Luçtus aquarum. Ciuitas quam, vt narrat historia Paralipomenó (2. Para. 16. b) Rex Asa per Benhadad Syrum expugnauit. 3. Reg. 15.	אָבֵל־מְחֹלָה	
	Abel-mehola, Abel-mehula, Luçtus infirmitatis, aut luçtus chori, vel tympani: siue ex Heb. & Syro luçtus veniæ. Nomen loci. Iudic. 7. f. 3. Reg. 4. b. 19. c. Hier. in lo. Heb. ait vicum esse in aulone.	אָבֵל־חֹרֶם	
	Abel-sittim, Abel-sartim, Luçtus spinarũ, luçtus declinationum, aut præuaticionum: vel vallis aut planities cedrorum impuribilium. Non procul à Iordane iocus in deserto ad meridiem Moabitaram, à spinarum copia habens nomẽ, Num. 33. f. Ios. 3. Illic fuit XLII. mansio Iudæorum.	אָבֵל־שֵׁט	
	Eben-bohan, Aben-boen, Lapis polices, aut pollex, vel lapis in eis. Nomen loci. Ios. 18. c	אָבֵן־בֹּהָן	
	Abez, Abes, Ouum, siue cænosus, aut lineus. Nomen ciuitatis in tribu Issachar. Ios. 19. b	אָבֵז	
	Ibzan, Abesân, Pater secuti, aut patris scutum vel arma, aut pater frigiditatis. Nomen iudicis in Israel de Bethlehem. Iudic. 12. c	אָבֵזָן	
	Abisalom, Abessalom, pater pacis, siue pater consummationis, siue pater retributionis, aut patris pax, siue patris consummatio, siue patris retributio. Pater Maacha, siue Machai matris Abiam. 3. Reg. 15. a. 2. Par. 13. a. dicitur Vriël.	אָבִישָׁלֹם	
	Abagtha, Abgatha, Pater torcularis, vel patris torcular. Eunuchus Assueri regis Persarum. Est. 1. b	אָבִיגָתָה	
	Abi, Pater meus, Mater Ezechia regis. 4. Reg. 18. a. quæ. 2. Para. 29. a. dicitur Abia.	אָבִי	
	Abia, Abia, Pater domini, aut voluntas domini. Mater Ezechia regis. 2. Para. 29. a. quæ. 4. Reg. 18. a. dicitur Abi. Filius Samuelis propheta. 1. Reg. 8. a. 1. Para. 6. b. Filius item Roboam. 1. Para. 3. b. qui. 3. Reg. 14. g. dicitur Abiam. Vxor Efron filij Phares. 1. Para. 2. c. Filius item Ieroboam. 3. Reg. 14. a	אָבִיָּה	
	Abi-Albon, Pater super intelligens, aut pater superædificans: aut ex Hebræo & Syro, pater iniuriæ. Nomen viri. 2. Reg. 23. d. qui. 1. Para. 11. f. dicitur Abiel.	אָבִי־עֲלֵבוֹן	
	Abiasab, siue Abisaph, Pater congregans, siue pater consummans vel finiens. Filius Core. 1. Para. 6. c. 9. c. Exod. 6. d. Filius Elcanæ. 1. Para. 6. b. 9. c	אָבִישָׁפ	
	Abiam, Abiam, Pater maris. Filius Roboam. 3. Reg. 14. g. & 15. a. qui Abia. 1. Par. 3. b. dicitur.	אָבִיָּם	
	Aebiathar, Abiathar. Pater excellens, aut pater residui vel remanentis: siue pater explorationis vel contemplationis, aut pater funiculi. Filius Achimelech sacerdotis. 1. Reg. 22. d. Mar. 2. d	אָבִיָּתָר	
	Abida, Pater scientiæ, vel scientia patris. Filius Madian filij Abrahæ. Gene. 25. a	אָבִידָע	
	Abidan, Pater iudicij: aut ex Hebræo & Syro, pater meus iste. Filius Gedeonis. Nume. 1. a	אָבִידָן	
	Abihel, Pater meus deus. Filius Soror. 1. Reg. 9. a. Pater Ner	אָבִי־הֵל	



	Achior, Fratr̄is lumen, aut frater ignis. D. dux filiorum Amimon. Iudith. 5. a	
אחירוס	Achiram, Fratr̄is celsitudo vel elatio, aut fratr̄is dolus vel proleſcio. Filius Benjamin. Nume. 26. c	אחירוס
אחירמיש	Achiramita, Idem. p. n. Nume. 36. c	
אחיש	Achis, Vtique eſt, vel ſic eſt. Rex Geth. 1. Reg. 21. c	
אחישפז	Filius Maoch. 1. Reg. 27. a	
אחישפז	Achifamech. Frater ſuſtentionis vel firmitatis: aut frater coniuſgens. Pater Ooliab, de tribu Dan. Exod. 31. a	אחישפז
אחיתוב	Achitob, Frater bonitatis. Pater Achias. 1. Reg. 14. a	אחיתוב
אחיתוב	Pater Achimelech ſacerdotis. 1. Reg. 22. b. Pater item Sadoc. 2. Reg. 8. d. 8. 1. Para. 5. a. 9. b	אחיתוב
אחיתפל	Achitophel, Frater ruinae, vel frater defectus, aut frater inſipiditatis, id eſt rei inſulſae. Coſiliarius regis Dauid. 2. Reg. 15. b. Pater Eliam. 2. Reg. 23. d. 1. Para. 27. d	אחיתפל
אחבור	Achbor, Achobor, Mus, vel conterens ſiue comprimens puteum. Filius Michai. 4. Reg. 22. c. Pater item Balanam ſeptimi regis in Edom. Gene. 36. d	אחבור
אכור	Achor, Turbatio. Vallis in tribu Iuda. Iof. 15. ad ſeprentrionem Iericho haud procul à Galgal, à tumultu & turbatione Iſraēlitici populi appellationem habens, & non ab Acham ſacrilego, qui illic lapidatus eſt propter anathematis furtum. Iof. 7. d	אכור
אכשא	Achſa, Compoſita vel adornata, aut laſciuiens: ſiue conſraſcio vel diſruptio velaminis. Filia Caleb. 1. Paralip. 2. f. quae Iofue. 15. d. & Iudic. 1. c. Axa ſcribitur apud Latinos.	אכשא
אכשא	Achſab, Veneticus, ſiue conterens vtiue aut labium vtiue. Nomen vrbis in tribu Aſer. Iof. 11. a. Haec Hieronymo Chafalus dicitur in octauo lapide Dioceſariae ad radicem montis Thabor in campeſtribus ſita.	אכשא
אכזיב	Achzib, ſiue Achziba, Mendax ſiue ceſſans, aut fluens vtiue. Nomen ciuitatis in tribu Iuda. Iof. 15. f. 19. b. In primo capite Mich. d. legitur. Domos mendacij in deceptionem regibus Iſrael. Vbi legendum, Domos Achzib in deceptionem ſiue in mendacium regibus Iſrael.	אכזיב
אקרונ	Accron, Acron, Sterilitas ſiue enervatio, aut euulſio vel truncus. Nomen loci. Iof. 13. a. 19. c	אקרונ
A D		
אדא	Ada, Coetus, vel congregatio: ſiue ornata, vel teſtificans, aut tranſiens, vel praeda: aut Syriacè, ablata. Altera vxor Lamech. Gene. 4. d. Vxor etiam Eſau, filia Elon. Gene. 36. a	אדא
אדא	Adad per, Interitus, aut nubes, vel vapor, ſeu fons. Nomen viri. 3. Reg. 11. c	אדא
אדא	Adad per, Sonitus aut clamor, ſiue celeſtus: ſeu mamilia vel dilectio. Filius Badad, rex Edom quartus. Gene. 36. d	אדא
אדאדא	Adada, Adada, Teſtimonium coetus vel congregationis, aut teſtimonio ornata. vel teſtis tranſitus, ſiue praede eius genere foeminino: aut praeda ſua praeda, vel aeternitas ſui teſtimonij. Nomen ciuitatis. Iof. 15. d	אדאדא
אדאדא	Hadadrimmon, Adadremmon, Celeuſina mali granati, ſiue altitudinis. Vrbs iuxta Iezrahelem, quae hodie vocatur Naximianopolis. Zach. 12. d	אדאדא
אדא	Adai ſiue Adaias, Teſtis domini, ſiue ornatus vel praeda domini, aut tranſitus, vel aeternitas domini. Filius Ethan filij Zamma. 1. Paralip. 6. c. 8. b. 1. Eſd. 10. d. Filius item Ieroham. 1. Paralip. 2. d. Idida matris. Iof. 4. Reg. 22. a.	אדא
אדא	Adalia, Hauriens, ſiue paupertas: aut nubes vel interitus laboris. Filius Aman filij Amadatha. Eſth. 9. b	אדא
אדא	Adam, Homo, ſiue terrenus, aut ruſus, vel ſanguineus. Nomen primi hominis creati à deo. Gene. 2. d. Luc. 3. g	אדא
אדא	Nomē etiam commune quo vocauit deus hominē & mulierem. Gene. 5. a. Eſt & nomen vrbis. Iof. 3. d	אדא
אדא	Adama, Adama, Terra, aut ruſa, aut ſanguinea. Vrbs Pentapoleos. Gene. 10. c	אדא
אדא	Adami, Homo vel hamanus, ſiue terrenus, aut ruſus, vel ſanguineus: aut nubes vel vapor, ſiue interitus aquarum. Nomen ciuitatis, quae & Neceb. dicitur. Iof. 19. c	אדא
	Adar pulchritudo, ſiue habitaculum, aut generatio. Ochaus rex in Edom. Gene. 36. d. qui, 1. Paral. 1. d. dicitur. Adadi	אדר
	Adadazer, Adar-ézer, Decor aut pulchritudo auxiliij, ſiue habitaculum aut generatio auxiliij: aut attrium pulchritudinis ſiue habitaculi, vel generationis. Filius Rohob, rex Soba. 2. Reg. 8. a. 1. Para. 18. a	אדר
	Adafa, Adarfa, Teſtificans ſolem vel ſurdum, aut teſtimonium arantis. D. Nomen loci. 1. Mach. 7. f	אדר
	Adafa, Adazer, Teſtis vel teſtimonium auxiliij. D. Nomen vrbis. 1. Machab. 7. g	אדר
	Adbeel, Vapor vel nubes apud deum vel cum deo: ſiue contriſtari faciens deus. Filius Imahelis. Gene. 25. b. 1. Para. 1. b	אדר
	Addar, ſiue Addara, Pallium, ſiue potentia, aut magnitudo. Nomen ciuitatis. Iofue. 15. a. Nomen item menſis, ſiue lunationis duodecimae: quandoque integrè, & aliquando pro parte noſtro reſpondentis Februatio. 1. Eſdr. 6. c. Poſtremò filius Balae filij Benjamin. 1. Paralip. 8. a	אדר
	Addi, Teſtis, vel teſtimonium, ſiue ornatus, vel tranſitus, aut praeda. Pater Melchi patris Neris. Luc. 3. f	אדר
	Adodo, Teſtis, ſiue ornatus, aut tranſitus, vel praeda. Filius Ioab. 1. Para. 6. b. Pater item Barachia, patris Zachariae. Zach. 14. a. Nomen prophetae. 2. Par. 9. g. Vide Nehem. 12. a	אדר
	Addon, Dominus, aut baſis: vel Syriacè, auris. Nomē loci. 2. Eſdr. 7. f. qui Adon. 1. Eſdr. 2. c. ſcribitur.	אדר
	Adidos, Addus, Nouitas, vel menſis, aut trituratio. D. Nomen loci. 1. Machab. 13. b	אדר
	Elhanan, Adeo datus, ſiue gratia dei, aut miſericordia vel donū dei. Filius Saltus. 2. Reg. 21. d. 1. Para. 20. c	אדר
	Adiada, Teſtimonium manus, ſiue teſtimonium teſtimonij, aut praeda manus. D.	אדר
	Adiel, Teſtimonium dei, ſiue ornatus, vel tranſitus dei, aut praeda vel aeternitas dei. Nomen principis. 1. Para. 4. f. Filius Iezra. 1. Par. 9. b. 27. c	אדר
	Adin, Delicioſus, ſiue voluptuoſus, aut ornatus: vel Syriacè, temporalis. Nomen viri. 1. Eſdr. 2. a. 8. a	אדר
	Adina, Idem. Filius Siza. 1. Par. 11. g.	אדר
	Adithaim, Coetus ſiue congregationes, aut teſtimonia. Nomen vrbis. Iofue. 15. c	אדר
	Adlai, Adli, Teſtis mihi, ſiue ornatus mihi, aut tranſitus, vel praeda, vel aeternitas mihi. Nomē viri. 1. Par. 27. d	אדר
	Admatha, Nubes vel vapor mortis, ſiue interitus mortis: vel terreſtris, aut rebus. Principis nomen. Eſther. 1. c	אדר
	Adummim, Adommim, Terreni, vel ruſi, aut ſanguinei. Nomen loci. Iof. 15. b. 8. c	אדר
	Adon, Dominus, aut baſis: vel Syriacè, auris. Nomen loci. 1. Eſdr. 2. c. qui Addon. 2. Eſdr. 7. f. ſcribitur.	אדר
	Beer-seba, ber-sabee, Puteus, fonsve iuramentum, siue puteus saturitatis, aut puteus septimus. Locus tribus Iudæ in terra Idumæorū, quæ est Palæstina. Iof. 15. c. Iudic. 20. a. Ioseph. lib. 8. ca. 13. Iudaicæ antiquit. finis atque terminus terræ Israël ab austro. 1. Reg. 3. & 2. Re. 24. 3. Reg. 19. 4. Reg. 23. b. Hæc & in sortè filiorū Simeonis cecidit. Iof. 19. a. 1. Para. 5. c. A iuramento & percussio fœdere Abrahæ cum Abimelech rege Gerar. Gene. 21. similiter Isaac cum eodem Abimelech. Gene. 26. nomen habens. Beer enim fontē significat: Saba iusurandum, vel septē, quòd septem agnos Abimelech de manu Abrahæ acceperit. Gene. 21. b. d. 26. g. Illic iudicabant Ioel & Abia filij Samuëlis sinistrè. 1. Regum. 8. a. Hanc nunc Barbari Gilbelinam nomināt, authore Volaterrano. lib. 11. Eodem loci habitauit aliquandiu Isaac. Gene. 28. Hanc Ptolemæus Berfanam appellat. Vide Hierony-	באר-שבוע

	Hieronymum in locis Hebraicis. Est in finibus Iudææ & Aegypti. Amos 7. Nehemia 11.	
ברזילאי	Barzillai, berzellai, Ferreus: aut ex Syro & Hebræo, filius contemptus, vel despectus. Nomen viri. 2. Reg. 17. g. qui regē David traduxit Iordanem. 2. Reg. 19. f. Pater item Haddielis generi Saul sic vocabatur. 2. Regum 21. b	
בסאי	Besai, Nehe. 7. e. Conculcatio, siue contemptio, vel despectus. Nomen viri.	
בצי	Bezai, Oua, siue cœnosus, vel humidus, aut in nauis. Nomen viri. 1. Esdr. 2. b. 2. Esdr. 7. c	
בצקת	Bazkath, Beseath, Massa, siue inflatio, aut in angustia, vel in effusione. Nomen loci. 4. Reg. 32. a	
בסי	Besa, Bese, Conculcatio, siue contemptio, vel despectus. Nomen viri. 1. Esdr. 2. c	
בשלם	Bislam, beselam, In pace, vel in retributione, siue decessio eorum. Nomen viri. 1. Esdr. 4. b	
בצלאל	Besaleel, beseleel, In ymbra dei, Filius Viri filij Hur filij Caleb ex Euphrata vxore. Exod. 31. a. 1. Para. 2. c	
בצלח	Basluth, besluth, In ymbra, aut in affatione: vel Syriacè, in oratione. Nomen viri. 1. Esdr. 2. c	
בסודיה	Besodia, In secreto domini, siue in consilio domini. Nomen viri. 2. Esdr. 3. b	
בשור	Befor, Euangelizatio, siue incarnatio, aut in boue vel in muro. Nomen torrentis in regione Palæstinorum. 1. Reg. 20. b	
בטה	Beta, bete, Fiducia, vel cōfidentia, aut in linitione. Ciuitatis nomen. 2. Reg. 8. b	
בטן	Beten, Venter, siue terebinthus. Nomen ciuitatis in tribu Aser. Iosue 19. b	
בבשאל	Beth-abara, Domus transitus aut iræ: vel Syriacè, frumenti. D. Nomen loci trans Iordanem. Ioan. 11. d	
בית-הכרם	Beth-acharem, Domus vineæ, siue domus cognitionis eorum. Nomen vici. Iere. 6. a. 2. Esdr. 3. c	
בית-הגלגל	Beth-hagla, Domus festiuitatis, vel reuolutionis eius. Nomen ciuitatis in tribu Iuda. Ios. 15. a. & in tribu Benjamin. Ios. 18. d	
בית-ענת	Beth-anath, Domus cantici, vel repositionis, aut domus afflictionis. Nomen ciuitatis in tribu Nephthali. Ios. 19. c. Iudic. 1. g	
בית-עניח	Berhania, Domus obediētiae vel afflictionis, aut domus cantici, siue domus gratiae domini. D. Villa in latere montis Oliueti. Matth. 21. b. Luc. 19. e. Vbi saluator noster Lazarum suscitauit. Ioan. 11. a. distans ab Ierofolymis stadiis quasi quindecim. Ioan. 11. c	
בית-ענת	Beth-anitha, Domus cantici, vel repositionis, aut domus afflictionis. Dicebantur populi qui habitabant in Beth-anath. Iudic. 1. g	
בית-ענח	Beth-anoch, Idem. Nomen ciuitatis in tribu Iuda. Iosue 15. g	
בית-תפורח	Beth-thaphua, Domus pomi, vel domus inflationis. Nomen ciuitatis in tribu Iuda. Ios. 15. f	
בית-העקב	Beth-araba, Domus planitici, siue domus suauitatis, aut domus fideiusionis, vel domus vespertina, aut domus salicis. Nomen ciuitatis in tribu Iuda. Ios. 15. b. g. Est & nomen ciuitatis in tribu Benjamin. Iosue 18. d	
בית-חרם	Beth-aram, Domus celsitudinis, aut domus prægnatium, vel montium eorū. Ciuitas in tribu Gad. Ios. 13. d	
בית-חרן	Beth-aran, Domus montis vel prægnantis, siue domus cantantis, vel præconizantis. Nomen vrbis quam ædificauerunt filij Gad. Nume. 32. g. Antea ciuitas Amorrhæorum.	
בית-חנן	Beth-auen, Domus vanitatis vel doloris, aut domus fortitudinis vel iniquitatis. Vrbs Chananeæ terræ in tribu Ephraim, item in tribu Benjamin. Osee 4. d. 1. Regum 13. b	
בית-עזר	Beth-azmaneth, Beth-azmoth, Domus fortitudinis mortis. Nomen ciuitatis. 2. Esdr. 7. c	
בית-מנח	Beth-bara, Bethbera, Domus filij eius, siue domus electa, aut domus puritatis vel frumētī eius. Nomen ciuitatis à Gedeone expugnata. Iudic. 7. g	
בית-בראי	Beth-birci, Beth-berai, Domus creatoris mei, aut do-	
	mus sanitatis, vel pinguedinis, vel electionis meæ. Nomen ciuitatis. 1. Para. 4. e. quam inhabitauerunt posteri Simeonis.	
	Beth-besse, Domus confusionis, vel domus erube-	בית-בסה
	scētia. D. Nomen vrbis. 1. Mach. 9. g	
	Beth-char, Domus agni, siue domus cognitionis, aut domus fodiens. Vrbs iuxta quā filij Israel percusserunt Philisthæos. 1. Reg. 7. c	בית-כר
	Beth-dagon, Domus frumenti, vel domus piscis. Nomen ciuitatis in tribu Iuda. Ios. 15. e. 19. b. 1. Mach. 10. g	בית-דגון
	Beth-el, Domus dei. Nomen vrbis in tribu Benjamin, sic primū cognominatæ à Iacob. Gene. 12. b. 28. d. 1. Para. 7. f. Iudic. 4. a. Eadem & Luza dicta Iudic. 1. e. Est & nomen montis. 1. Reg. 13. a	בית-אל
	Beth-émec, Domus vallis vel profunditatis. Nomen ciuitatis in tribu Aser. Ios. 19. b	בית-עמק
	Bather, bether, Diuisio, siue in torture, aut in exploratione, vel cōtemplatione aut Syriacè, posterior. Nomen montis. Cantic. 2. d	בתר
	Beth-esda, Bethsaida, Domus effusionis, id est locus ad quem aquæ pluuiales confluxebant. D. Ioan. 5. a	בית-שדה
	Beth-gader, Domus muri, vel maceria. Nomen loci. 1. Paralipp. 2. g	בית-גדר
	Beth-gamul, Domus retributionis, siue domus ablationis, aut domus cameli. Nomen ciuitatis in terra Moab. Iere. 48. d	בית-גמול
	Beth-hanan, Domus gratiæ siue misericordiæ vel domini. Nomen ciuitatis. 3. Reg. 4. a	בית-חנן
	Beth-horon, Domus iræ, siue domus libertatis aut foraminis, vel albedinis. Ciuitas est terræ Chanāā, quæ ducta sorte, tribui Ephraim obtigit, quemadmodum legis Ios. 16. 1. Paralip. 7. Hæc Leuitis concessa est. Ios. 21. à Sara filia Ephraim ædificata. 1. Para. 7. e. Ipsam Salomon reparauit. 3. Reg. 9. c. 2. Para. 8. a. Est superioris simul & inferioris Beth-horon passim in scripturis mētio. Ios. 16. 18. & aliàs non rarò.	בית-הורן
	Bithia, bethia, Filia domini, vel mensura domini. Filia Pharaonis, vxor Mered. 1. Para. 4. c	ביתיה
	Beth-iesimoth, Domus desolationum, aut domus repositionum, vel nominationum. Vrbs in campestribus Moabiturū quæ forte celsit filiis Ruben. Ios. 13. c. Ezechielis 25. b	בית-ישמות
	Beth-lebaoth, Domus lænarum, aut domus cordis literæ, vel signi, siue domus venientibus. Nomen ciuitatis in tribu Simeonis. Ios. 19. a	בית-לב
	Beth-lahem, Domus panis, siue domus belli. Beth-lahem due sunt: vna in tribu filiorum Zabulon, de qua Ios. 19. Ex hac erat Abessan iudex populi Israelitici. Iudic. 12. Alia est in tribu Iuda, ciuitas David, è qua fuit Leuita, cuius vxorem illicito concubitu necarunt Gabaonitæ. Iudic. 19. vbi Rex David habitabat. 1. Reg. 16. Hæc fuit patria Iesu Christo. Mich. 5. Matth. 2. Olim dicta Ephrata. Gene. 35. c. & 48. Hanc Roboam ædificiis muniuit. 2. Par. 11. Vide multa de hac apud Hieron. 1. locis Heb. Esdr. 2. Vocat & ciuitas David. Luc. 2. a. Ioā. 7. g	בית-לב
	Beth-lehemites, Idem. 1. Reg. 16. a	בית-לחמי
	Beth-maacha, Domus cōpressa vel contrita, aut domus fixa. Ciuitas est Chananeæ regionis, ad quā vsque persecutus est Ioab perduellem Seba. 2. Reg. 20. e	בית-מאכה
	Beth-meon, Beth-maon, Domus habitaculi, vel domus ex peccato. Nomen ciuitatis in terra Moab. Ier. 48. d	בית-מעון
	Beth-marchaboth, Domus quadrigarū, siue domus amaritudinis extinctæ. Nomen ciuitatis in tribu Simeonis. Ios. 19. a. 1. Para. 4. e	בית-מרחב
	Beth-nimra, Beth-nemra, Domus pardi, siue domus rebellionis, vel amaritudinis, aut domus cōmutationis. Nomen ciuitatis quam ædificauerunt filij Gad. Nume. 32. g. quæ aliàs fuerat Amorrhæorum.	בית-נמר
	Bithron. Bethoron, Diuisio, siue in exploratione ipsius, aut filia cantici: vel Syriacè, posterior. Nomen ciuitatis. 2. Reg. 2. g	בית-תרן
	Beth-phaagi, Beth-phage, Domus oris vallium, vel domus	בית-פאגי



	22. d. Pater Ieddo. 1. Par. 5. b		
בזי	Buzi, Idem Pater Ezechielis propheta. Ezechielis. 1. a		
בזי	Buzites, Idem. Iob. 3. 2. a		
	<b>C</b>		
קת	<b>K</b> Eath, Caath, Congregatio, siue ruga, aut obruffo. Filius Leui, filii Iacob. Gene. 4. 6. b. 1. Pa. ali p. 6. a		
קת	Keathi, Caathra, Congregationes, siue ruga, aut obruffiones. Numc. 26. f. 1. Paral. 6. d		
קבצל	Kabzeel, Cabfeel, Congregatio dei. Nomen ciuitatis in tribu Iuda. Iof. 15. d. 2. Reg. 23. c. 1. Para. 11. c		
קבול	Cabul, Compeditus, vel quasi germen, aut quasi defluens, vel quasi veterascens, Regio Galilæa est, quæ Iefepho lib. 8. cap. 5. antiq. Iudaic. lingua Phœnicum à displicendo, aliis à terra tenaci, ob copiã argilæ qua figuli vtritur, nomen accepit. Hæc Salomõ Hirã regi Tyri dedit. 3. Reg. 6. c. Est quoq; ciuitas tribus Afer. Iof. 19. b		
קדמות	Kedemoth, Cademoth, Antiquiores, vel priores, siue orientales, aut incendiũ, vel incuruatio mortis. Nomen solitudinis. Deute. 2. c. siue nomẽ oppidi in possessione tribus Ruben, quod Iof. 13. c. Cedimoth dicitur.		
קדש	Cades, Sãctitas. Ciuitas regionis Moabitatum, vicina terræ siue tribui Iuda versus austrum, hoc est meridie, ad montem Amorrhæorum limes terræ, quæ aliàs Fons misphat, id est iudici dicitur. Gene. 14. a. Nomen item solitudinis. Gene. 30. a. quæ Numc. 13. c. Desertum Pharan dicitur: & Numc. 33. d. Desertum Sin per dicitur. Quod legitur in fine primi cap. Deut. Sedisti ergo in Cades barna, & c. legendum tantum in Cades.		
קדש ברנע	Kades barnea, Cades barne, Sanctitas filii instabilis, aut sanctitas frumenti, vel puritas commotæ vel instabilis. Terminus est tribus Iudæ ad meridionalẽ plagam. Deute. 1. a		
קדמיס	Kedumin, Cadumin, Antiqui vel priores, siue orientales, aut antiquum siue oriẽtale mare, aut incendiũ vel humiliatio aquarum. Nomen torrentis. Iudicum. 5. c		
	Cæsar, A cæso matris vtero dictus est, vel à Cæsarie, id est coma vel capillatura, cum qua ortus est: vel quod cæsus, id est glaucos habuerit oculos, vt quidam volũt. Latinum est. Matth. 22. b		
	Cæsarea, Idem. Maritima vrbs Palæstinæ in litore magni maris sita, quam Aerodes Ascalonita pater Herodis tetrarchæ Traconitidis instaurauit in honorem Aug. Cæsaris quæ prius סבסטיא turris Stratonis vocabatur: de qua Iosephus lib. 1. bel. Iudaici. cap. 3. & cap. 16. Plini⁹ lib. 1. cap. 13. Egesippus lib. 1. ca. 18. de excidio Ierosolymorũ. & lib. 3. cap. 19. Similiter lib. 15. cap. 10. ant. Iudaic. huius fit mentio. Act. 9. 10. quod in ea Cornelius Centurio baptizatus sit. & Act. 21. b. quod Philippus Euangelista domum in ea habuerit. In hac Cæsarea Herodes etiam templum albo marmore extruxit Augusto Cæsari, author Ioseph⁹ lib. 15. cap. 12. antiquit. in qua nepos eius Herodes Agrippa ab angelo percussus est. Act. 12. de hac Raphaël Volater. lib. 11. Geographiæ. Alia Cæsarea ciuitas est ad radices Libani sita, iuxta Iordanis fontem, à Philippo tetrarcha Ituræ & Traconitidis. Luc. 3. Filio Herodis maioris, & fratre tetrarchæ, qui Ioannem decollauit, ampliata, & in Tiberii Cæsaris honorem Cæsarea appellata: quæ mutato nomine deinceps Paneas dicta est in prouincia Phœnices, vbi Iordanis è duobus oritur fontibus, Ior & Dan. author Hieronymus. Quam magis postea exornans Agrippa in honorem Neronis, Neroniam appellauit, velut scribit idem Iosephus lib. 18. cap. 3. antiq. Iudaic. & lib. 20. cap. 16. antiquita. Huius fit mentio Matth. 16. b. Marc. 8. Raphael volater. lib. 12. hanc primum Leser, deinde Dan, postremo Cæsaream, nunc Belinam vocitatum scribit. Est etiam tertia Cæsarea Cappadociæ metropolis, cuius similiter in Actis Apo. cap. 18. b. fit mentio, Profectus ab Epheso, & descendens Cæsaream, ascendit & salutauit ecclesiam. Hebraice dicitur. קדמיס. Vide Dor.		
	Caiaphas, Caiphas, Inuestigator, vel sagax, seu vomens ore, aut vomitus oris. D. Princeps quidam sacerdotum inter Iudæos, qui fuit tempore Christi. Matth. 26. f. Ioan. 10. f	קאיפאס	
	Cain, Possessio, vel possessus. Filius Adam. Gen. 4. a. Keinam, Cainam, Possessor, vel emptor, aut lametator, vel nidus. Filius Enos. Gene. 5. b. Luc. 3. g	קין	
	Caius, Lingua Latina p̄fca interpretatur dominus. Latinum est. Nomen viri Macedonienfis. Act. 19. f. h. o. spes Pauli. Rom. 16. d	קייס	
	Calno, Calano, Consummatio eius, vel totus ipse. Ciuitas Babylonæ. Isa. 10. b	קלנו	
	Caleb, Quasi cor, aut canis, siue canistrum. Filius Iefephone. Numc. 13. a. Iofue. 14. a. 1. Reg. 25. a. qui. 3. Paral. 2. a. dicitur Calubai, filius Efron filii Phares filij Iuda.	קלבל	
	Calphi, Vox oris, vel consummatio aut perfectum est. D. Nomen viri. 1. Machab. 11. g	קלפי	
	Calisthenes, Pulchrũ robur, siue pulchra potetia. G. Kelira, Calita, Refugium, siue contractio, aut vox declinans. Nomen viri. 1. Efd. 10. c	קליסטנס	
	Celubai, Celubai, Caninus aut canistrum meum, siue totus ipse in me. Filius Efron, filij Phares. 1. Paral. 2. a. qui ibidem. f. dicitur Caleb, vt & in aliis locis.	קלובי	
	Camon resurrectio, siue confirmatio eius. Nomen ciuitatis. Iudic. 10. b	קמון	
	Camuel, Camuel, Surrexit deus, vel suscitauit aut confirmauit eum deus. Filius Nachor ex Melcha, pater Syrorum. Gene. 22. d. 1. Paralip. 27. c. Filius item Sephan. Numc. 34. d	קמואל	
	Cana, Zelus vel æmulatio, siue possessio, aut lamentatio, vel nidus eius: aut canna, id est arundo. Nomen ciuitatis in tribu Manasse, in Galilæa. Iofue. 19. b. Ioan. 2. 2. 4. f	קנא	
	Chananeus, Sic vocabatur Simon qui fuit vnus ex duodecim Apostolis & interpretatur zelotes, aut æmulator, vt habetur. Luc. 6. c. Non enim erat ex Chanaan, sed ex Cana vico Galilæa, quæ in zelum vel æmulationem conuertitur. D.		
	Kenath, Canath, Emptio, siue possessio, aut lamentatio. Nomen vrbs in tribu Nanasse, quæ & Nobe dicitur. Numc. 32. g		
	Candace, Possidens contritionem: aut ex Hebræo & Syro, possessio munda vel purissima. D. Nomen comune omnibus reginis Aethiopum. Actorum. 8. c	קנדיס	
	Kephira, Caphara, Leuncula, aut propitiatio, siue linitio, vel villa, aut oppidum, siue glacies: aut Syriacè, negatio. Nomen ciuitatis in tribu Benjamin. Iofue. 18. d	קפירה	
	Capharnaum, Ager pœnitentiæ, vel villa consolationis, aut propitiatio pœnitentis. E. Iuxta stagnũm Genezareth vsque hodie oppidum in Galilæa gentiũ situm in finibus Zabulon & Nephthali. Mat. 4. c. Luc. 4. in quo Christus Ceturionis filium sanum fecit. Mat. 8. In hac Christus versatus est multum, & plurima miracula edidit, vnde & sua suauitas appellata est. Mat. 9. & 11. Egesippo in. 3. ca. 26. est fons in regione Genezaris Capharnaum nomine.	קפרינאום	
	Capharsalama, Capharsalama, Ager vel villa pacis vel retributionis. D. Nomen vrbs quæ Antipatrida. 1. Machab. 7. e. dicitur.	קפריסלם	
	Caphenata, Caphereta, Manus doni: aut Syriacè vinculum, vel colligatio. D. Nomen muri. 1. Machabæorum. 12. e	קפנתא	
	Kephira, Caphira, Leuncula, aut propitiatio, siue linitio, vel villa aut oppidum, siue glacies, aut Syriacè, negatio. Nomen ciuitatis. Iof. 9. c	קפירה	
	Caphtorim, Sphærule vel poma, aut vola vel palma turturũ vel exploratorum. Nomẽ populi, qui Capadoces dicuntur. Gene. 10. b	קפתריים	
	Cappadoces, in Hebræo est Caphtorim, & interpretatur sphærule, siue poma, aut vola, vel palma turturũ vel exploratorum. Deute. 2. e	קפתריים	
	Caphtor,		









**C N**

**C**  
**N**

**C**  
**O**

κνήδος Cnidus, Attriplex genus herbæ purgatiuæ vel laxatiuæ. Insula oppolita. Afric. 1. Machab. 15. d. Act. 27. b

קנה Coa spes vel congregatio, siue linea, aut regula. Nomen insulæ. 3. Reg. 10. d. 2. Paral. 1. d. Fortasse ea est quæ κνήδος, siue Coo dicitur. Act. 21. a. Nec habet Hebræi Coa, sed Kcuc, quod est collectio. vide hunc locum supra.

καθηδονα Cœlefyria, siue Cœlesyria, Cuaua siue depressa Syria. G. 1. Machab. 3. a. 10. f

קנהל Cobelech, Ecclesiastes, vel concionator. Ecclesiast. 1. a

קנהל Colala, Vox domini, aut alleuiatio domini, siue torrefactio. Nomen viri. 2. Esd. 11. b

קנהל Colia, Idem. Pater Achab. Iere. 29. e

קנהל Colonia, Latinum est, à colendo, id est habitando dicta

κολοσσους Colossenses, Puniri, vel supplicio affecti. G.

κολοσσους Colosis, Punitiō vel supplicium. G. Ciuitas Phrygiæ, quæ est Asia minore. Coloss. 1. a

κόρυς Cos, Coo, vertex vel summitas. Nomen insulæ. 1. Machab. 15. d. Dicitur & Græcè κόρυς & κόρος quondam, vnde & Plinius admonet dictam fuisse Ceam & Κόρος.

קרבן Chal Corbam, siue Corbona, Donum vel oblatio. Mar. 7. b

קרח Cora, Core, Caluus, vel caluitium, siue glacies vel gelu. Filius Isaar filij Caath filij Leui. Exo. 6. c. 1. Para. 6. c. in eodem cap. b. dicitur filius Caath. Filius item Hebron sic vocabatur. 1. Para. 2. f. Sic & filius Esau ex Oolibama vxore. Gene. 36. a

קרא Core. 1. Para. 9. c. vbi dicitur, Sellum verò filius Core. & 26. a. & 2. Paral. 31. c. interpretatur vocans, vel legens, aut perdidit. Filius femina.

קרחים Kareim, Corithæ, Idem significat quod קרח p. n. 1. Paral. 9. c. Heb. Corihæ.

κέρκερας Corites. Idem. f. n. 1. Para. 9. d

κέρκερας Corinthus, Saturitas, vel satietas, aut ornamentum. G. Ciuitas Achaiaë maritima, quæ & Ephyra dicebatur. Acto. 18. a

κέρκερας Corinthij, Saturari, vel satiati, aut ornati. G. Acto rum. 18. c

κέρκερας Cornelius, Latinum est, à cornu. Nomen viri. Acto rum. 10. a

קרוזים Corazim, Corozaim, Hoc secretum, vel hic est mysterium. D. Galilaë oppidum est nūc desertum, inquit Hieronymus in ecloga, in secūdo lapide à Capharnaō. Luc. 10. c. Matt. 11. c

קור Cos spina, aut ætas, siue tædium, vel vigilia, aut finis. Pater Anob & Soboba. 1. Para. 4. b

κόσαν Cosan, Diuins. D. Pater Addi, patris Melchi. Luc. 3. f

קוזבי Cozbi, Médax, aut cessans, siue quasi fluens, aut quasi fluxus. Filia Suri, illa quæ cum Zambri occisa est. Madianitis. Nume. 25. d

**C R**

κρηνη Crescens, Latinum est, à crescendo. Nomen viri. 2. Timoth. 4. c

κρηνη Creta, Carneæ, vel carnalis. G. Græciæ insula inter Cyrenæam & Græciam. ab septentrione Aegæo perfunditur pelago, simul & Cretico: ab austro autem Aphricano alloitur, Aegyptium attingente pelagus. Hæc dicta est ἡ τράμπος, id est ceterum vrbibus instructa: hodie Candia vocatur: ditioris Venerorū est. de hæc lege Strabonem. lib. 10. Ptolemæū lib. 3. cap. 19. Plin. in. 4. cap. 12. Virgil. 3. Aeneid. Pompo. Melam lib. 2. Meminit Lucas Act. 2. Paulus ad Tit. 1. Hiero. refert hæc famigeratam diuitiis, maxime æris, quod prima illic eius metalli inuentio & vtilitas fuit. 1. Mach. 10. f. Act. 27. b

κρηνη Cretenses, Idem. p. n. G. Tit. 1. c

κρηνη Cretes, Idem. G. Populi. Act. 2. b

κρηνη Crispus, Latinum est. Princeps Synagogæ Iudæorū. Act. 18. c. 1. Corint. 1. b

**C V**

Kifi, Cufi, Durus, siue stipula, aut cucumerarium. Filius Abdi filij Maloch. 1. Para. 6. d

קנהל Cura, Combustio, siue confusio. Regio est Persidis à flumine Catha, sicuti Iosephus lib. 9. cap. 15. antiquit. Iudaic. scriptum reliquit, vocata. Inde Cuthæi, de quibus idem. 11. cap. 2. antiq. in hunc modū scribit, Salmanaçar etenim transiit in Syria, in eorū regione constituit Cuthæorum gentē, quæ prius in interiore parte Persidis & Mediæ morabatur. 4. Reg. 17. f

**C Y**

κρηνη Cypriarches, Princeps Cypri, vel princeps pulchritudinis. G. 2. Mach. 12. a

κρηνη Cyprij, Pulchri. G. Act. 11. c

κρηνη Cyprius, Idem. f. 11. Act. 4. g

κρηνη Cyprus, Pulchra, vel pulchritudo. G. Nomen insulæ. 1. Mach. 15. d. Act. 11. c. 27. a

קנהל Copher, Cyprus Cantic. 1. c. 4. d. Camphora interpretant nonnulli, aroma quoddam sic vocatum.

κρηνη Cyrinus in Græco Cyrinius, quod interpretatur dominans, Præses Syriæ. Luc. 2. a

קנהל Kores, Cyrus, Quasi miser, vel quasi hæres, aut venter. Rex Persarum. 1. Esd. 1. a. Act. 13. a

קנהל Kira, Cyrene, Paries, siue trabes, aut frigiditas, vel occursus. Nomen ciuitatis Aphricæ. 4. Reg. 16. b. quæ & Pentapolis dicitur à quinque vrbibus quibus fulget: hæ sunt, Hesperia, alijs Berenice dicta, Plinio auctore lib. 5. cap. 5. Apollonia, Ptolemæi antiquo nomine Barce appellata. Arsinoe, aliquando Teuchira vocitata: atque vnde terris nomen est, ipsa Cyrene, omnium harū clarissima. Vide plura in Pomp. Mela. lib. 1. Plinio lib. 5. ca. 5. Strabone in 17. Ammiano Marcellino lib. 22. huius mensio fit. Act. 2. b

קנהל Kyrim, Cyrenæi, Idem. p. n.

קנהל Cyrenenses, Idem. Act. 6. c. è Synagoga Iudæorum priuata sectæ homines.

קנהל Cyri, Cyrensis, Idem. f. n. A. & 13. a

קנהל Crænaeus, Idem. 2. Mach. 2. c. Mach. 27. d

**D**

דבר Abai, detrahens, siue loquens, aut senectus: vel Syriacè, fluens.

דבר Dabereth, verbum, siue res, aut apes, vel subiectio: aut Syriacè, ductrix. Ciuitas quæ tribu Issachar data fuit Leuitis. Ios. 19. a. 21. c. Cuitas item refugij. 1. Paralip. 6. g

דבר Dabir, Dabir, Oratoriū, siue verbum aut res vel subiectio: aut Syriacè, ductor. Rex Eglon. Ios. 10. a. Nomen vrbis in tribu Iuda & Simeonis. Ios. 11. d. 21. b. Est & altera in tribu Gad, quæ & Cariath-sepher dicitur. Ios. 15. c. & Cariath-senna. Ios. 15. f. Iudic. 1. b. In quam confugiebant qui homicidium perpetrarent. 1. Para. 6. e

דבר Dibri, Dabri, Oratorium, siue verbum meum: aut res vel apes, siue subiectio mea: aut Syriacè, ductor meus.

דבר Dedan, Dadan, Mamilla, vel dilectio, aut patruus, vel iudicans. Filius Regma. Gene. 10. a. Filius Iecsan Gene. 25. a. Gens Aethiopiæ in occidente.

דבר Dagon Frumentum vel piscis. Nomen iddoli Philistinorum. Iudic. 16. f. 1. Mach. 10. g

דבר Delaia, Dalaia siue Dalaia, Pauper domini, siue exhaustio aut ramus domini, vel macilētus. Filius Eliocnai filij Naari. 1. Para. 3. d. Filius Semeia. Iere. 36. c

דבר Delila, Dalila, Paupertas vel titula eius, aut ramus eius, siue exhaustio, aut macilenta. Nomen mulieris quæ amauit Samson. Iudic. 16. a

דבר Dalmanutha, Chal. Situla preparata, vel exhaustio numerata, siue macies vel ramus preparatus vel numeratus. D. Nomen regionis. Mar. 1. b

דבר Dalmatia, Lampas frustratoria, aut fulgur vanitatis. G. Pannoniæ ad Adriaticum mare regio. De qua plura Plin. lib. 3. naturalis histo. cap. 22. & 25. in quâ Titus ad prædicandum euangelium profectus est. 2. Timoth. 4.

דבר Damaris, Vxorcula, id est parua vxor. G. Mulier quæ ad præ-

ad prædicationem Pauli, Christo credidit. Act. 17. g  
 Damasceni sanguinis facci vel sanguinis pocula, aut sanguis femorum vel incendiorum vel procuratoris. Dicitur à Damascene, quæ est regio Syriæ inter Lybanum & Antilibanum montes ad septentrionem Iudææ, unde describitur terra à Dan vsque Bersabee. 1. Reg. 3. 2. Reg. 24. in hac est Damascus: à qua tota regio appellatiõne sumpsit. De hac Mela. lib. 1. Plinius in 5. cap. 12. **דַּמַּשְׁקַ** Dammesech, Damascus, Idem. Filius procuratoris domus Abraham. Gene. 15. a. Est & Damascus potens & insignis Pœnices ciuitas, quæ quondam in omni Syria tenuit principatum, terminus Iudææ ad septentrionem. Ezech. 47. 1. Is. 7. b. 10. b. 2. Reg. 8. 3. Reg. 11. e. 1. Pa. 18. quæ Stephano à cõditore Damasco Mercurij & Alimedes filio Iustino. lib. 3. 6. à Damasco rege: Hieronymo in Hebr. quæst. verò à Damasc Eliezer, cuius in lib. 1. Moïsi fit mentio, nomen accepit. Gene. 15. de hac Is. 7. b. Ezech. 27. Amos. 1. Cantic. 7. Iere. 49. nunc Saracenorũ metropolis. Tertullianus lib. 3. aduersus Marcionem Damascum ciuitatem Syropœnices scribit, quæ quondam Arabiæ deputabatur inter Libanum & Antilibanum sita, è qua Paulus per murum demissus fuit. Acto. 9. 2. Para. 12. **דַּמַּשְׁקַ** Damascus. 4. Reg. 16. b. Similitudo in cõdij, aut osculi vel poculi, siue facci, aut similis femori, vel taciturno osculum, aut poculum. **דַּמְנָה** Dimena, Damna, Sterquilinum, aut cruentatio, vel taciturnitas, aut similitudo nostra. Ciuitas in terra Zabulõn data Leuitis. Ios. 11. c. **דָּן** Dan, Iudicans, siue iudicium. Nomen loci. Gene. 14. c. Filius item quintus Iacob ex Bala ancila Rachel uxoris suæ. Gene. 30. 2. Est & ciuitas Phœnices ad fontes Iordanis sita, in qua tribus Dan habitauit, & nomẽ impofuit: aut è hæc Lesem appellata. Iosue. 19. & Lais, Iudic. 18. c. siue Laifa. Is. 10. Ipsa fuit terminus terræ Israël ab Aquilone. 1. Reg. 3. Ezech. 27. In qua Ieroboam rex Israël vitulum adorandũ erexit. 3. Reg. 12. Amos. 8. Hieronym. in Heb. traditionibus Paneas vocatã putat, quæ aliàs Cæsarea Philippi. **דַּנְיֵאל** Daniel iudicium dei. Nomen propheta, quem præpositus eunuchorum Nabuchodonosor, vocauit Baltasar. Danie. 1. b. Filius item secundus Dauid ex Abigail Carmelitide. 1. Para. 3. a. **דָּנָה** Dana, Iudicium, vel iudicans: aut Syriacè, ista. Nomen ciuitatis in tribu Iuda. Ios. 15. f. **דַּפְחָה** Daphca, Pulsatio, siue impulsio. Nomen loci in quẽ venerunt filij Israël à deserto Sin. Nume. 33. b. **דַּפְחִין** Daphne, Laurus. G. Daphnin. Nume. 34. c. vbi dicitur fontẽ Daphnin. non est in Hebræo. **דָּרָה** Dara, Generatio siue habitatio pastoris aut societatis siue iniquitatis: vel Syriacè, brachium. Filius Zaræ filij Iudæ. 1. Para. 2. a. **דָּרְיוֹן** Darcon, Generationis vel habitationis possessio vel emptio: aut Syriacè, draco. Nomen viri. 1. Esd. 2. c. **דָּרְיוֹשׁ** Darius, Darius, Requirẽs, aut iniquirens. Rex Medorum. Daniel. 5. g. 1. Esd. 4. b. **דַּרְמַשְׁקַ** Darmesech, Darmascus, Generationis aut habitationis procuratio, aut generatio vel habitatio incendij vel procuratoris. Vide Damascus. 1. Paralip. 18. b. 2. Paralip. 16. a. 24. f. 28. a. **דָּתָן** Dathan, Ritus, aut lex. Filius Eliab. Nume. 16. a. Deur. 11. a. **דָּתָהֵמָן** Datheman, Legis præparatio, vel legis munus. D. Nomen vrbs. 1. Machab. 5. a. **דָּוִד** Dauid, Dilectus. Filius Isai. 1. Reg. 17. b. 1. Para. 2. b.

vel apes aut subiectio: vel Syriacè, ductrix. Nomen loci. Ios. 15. b. **דִּבְלָתָה** Diblatha, Deblatha, Palata, id est massa ficuum siccarum, aut massa de ficubus compacta. Ciuitas est apud Ezechielem, quam ego plane **דִּבְלָתָה** esse credo. nam similitudo literarum **ד** & **ב** sæpenumero multis imponit, propterea; quod hæc paruo admodum apice inter se distet. **דִּבְלַתַּיִם** Diblatiim, Deblathaim, Idem. p. n. Nomen ciuitatis in terra Moab. Iere. 48. d. **דְּבוּרָה** Debora, Apes, vel verbum, aut res, siue subiectio: vel Syriacè, ductrix. Nutrix Rebecca. Gene. 35. b. Vxor itẽ Lapidoth propheta. Iudic. 4. a. **דְּעַפּוֹלִים** Decapolis, Decem ciuitatum. s. regio. G. Regio est decem vrbum vltra Iordanem ad orientem Iudææ sita, cuius fit mentio Mar. 4. Mar. 5. b. & 8. de qua Plinius lib. 5. cap. 18. naturalis histo. & Hieronymus in ecloga. **דְּעַלָּה** Decla, Communitio eius: vel Syriacè, palma, illa scilicet quæ est arbor. Filius Iectan. Gene. 10. d. **דְּדָן** Dedan, Mamilla, vel dilectio earum: aut patruus, vel iudicans. Nomen vrbs. Iere. 25. e. **דְּדָנִים** Dedanim, Idem. p. n. Filij Dedan. Is. 21. d. **דֵּלְעָן** Dilean, Delean, Pauper afflictus, siue pauperis responsio vel caticum, aut exhausta siue macilenta afflictio vel responsio: vel ex Hebræo & Syro, Pauper ouis. Nomen ciuitatis in tribu Iuda. Ios. 15. e. **דֵּלְפּוֹן** Dalphon, Delphon, Stillicidium, aut pauperem respiciens siue exhaustum vel macilentum respiciens. Filius Aman filij Amadatha. Esther. 9. b. **דֵּלוֹס** Delos, Manifestata, vel ostensa. G. Nomen insulæ. 1. Mach. 15. d. **דֵּמָאס** Demas, Popularis, vel plebeius, aut pinguis. G. Nomen viri. Coloss. 4. d. 2. Tim. 4. c. **דֵּמֶטְרִיוֹס** Demetrius, Cerealis à Cerere, quã gentiles deam frummenti putabant. Seleuci filius. 1. Mach. 7. a. Nomen etiã argentarij cuiusdam. Act. 19. e. **דֵּמוֹפּוֹן** Demophon, Populi interfector, aut populi cædes. G. Nomen viri. 2. Mach. 12. a. **דִּנְהָבָה** Dinhaba, Denaba, Iudicium ei in ea, aut iudicio præhẽs. Vrbs est in Edom, in qua regnavit Bela. Gene. 36. c. **דֵּרְבֵּן** Derben, Circũsepta, vel vallata. G. Nomen ciuitatis Licaonia, siue Isauriæ, vt Strabo ait lib. 12. Acto. 14. a. **דֵּרְבֵּשׁ** Derbeus, Circũseptus, vel vallatus. G. Act. 20. a. **דֵּרְשָׁו** Dersau, Pinguedo, aut cinis. D. Nomen castelli. 2. Machab. 14. c. **D** **I** **דִּיָּבּוֹל** Diabolus, Criminator siue calumniator, aut accusator. G. 1. Mach. 1. e. Luc. 8. b. Ioan. 6. g. **דִּישָׁף** Réseph, diabolus, Habac. 3. a. Interpretatur volucris siue flamma, vel lampas, vel sagitta. **דִּיָּנָה** Diana, Latinum est: & dicta est à die, eo quod habeat lucem æmulam diei. Nam luna hoc nomine appellatur. Nomen deæ quam colebant Ephesij. Act. 19. c. g. **דִּיבּוֹן** Dibon, Abundans filius, aut abundantia intelligentiæ vel ædificationis: aut Syriacè, fluxus. Nomen excelsum Moabitarum vbi colebantur idola. Is. 15. a. Num. 21. f. Iere. 48. d. Est & vrbs Moabitarum primò, & postea Schon regis Amorrhæorum, in tribu Ruben vltra Iordanem ad orientem posita. Ios. 13. **דִּיבּוֹן** Dibon, Is. 15. d. vbi legitur, Quia aquæ nibon repletae sunt sanguine. Ponam enim super nibon, & c. in Hebræo habetur nimon & interpretatur sanguinolenta, siue sterquilinum. Ciuitas in tribu Gad sita. **דִּיבּוֹן־גָּד** Dibon-gad, Abundantia filij fœlicis, aut abundantia intellectus vel ædificationis fœlicis, siue abundantia filij accincti. Nomen loci in quo filij Israël fixere tentoria profecti de Oboth. Nume. 33. f. **דִּיבְרֵי־הַיָּמִין** Dibre-haiamin, Verba dierum. Græce autem vocatur hic liber **דִּיבְרֵי־הַיָּמִין**, id est relictorum, quod in eo libro ea maxime tractentur, quæ in libris Regum relicta sunt. **דִּידִּימוֹס** Didymus, geminus, vel gemellus, ille scilicet qui cum alio, vno & eodẽ partu nascitur. G. Sic dicebatur **B** **iiij** **Thomas**





2.Reg.3.a.1.Paralip.3.a  
 עגלון Eglon, vitulus, aut currus, siue rotundus. Nomen viri, cuius rex fuit Dabir. Iosue 10. a. 15. c. Nomen regis Moab. Iudic. 3. b

E L

אלה El, Ilex vel quercus, siue fortitudo: aut maledictio, vel iuramentum, scilicet imprecationis: aut Syriacè, deus. Ciuitas Idumæorum. Gene. 36. d. Pater Ofsee propheta. 4. Reg. 15. f. Filius Caleb filij Iephone. 1. Para. 4. c. Pater Semei præfecti in Benjamin. 3. Reg. 4. b. Filius Ozi. 1. Para. 9. b. Filius Baasa regis Israel. 3. Reg. 16. b. c

אלעד Elcad, Dei æternitas, vel Dei testimonium, aut Dei præda. Filius Suthalæ filij Zabud. 1. Para. 7. d

אלעד Elada, Dei cætus vel congregatio, aut Dei æternitas siue testimonium, vel dei præda. Filius Tahat, filij Barred filij Suthalæ filij Ephraim. 1. Para. 7. d

אלי Elai, Fortis, vel deus meus. D. Iudith. 8. a

אלעשא Elasa, Dei factura. Filius Helles filij Azariæ, filij Iehu. 1. Para. 2. c. Filius Rapha filij Baana. 1. Para. 8. d. Filius Saphan. Iere. 29. a. 1. Efd. 10. c

אלת Elath, Cerna, siue fortitudo: aut ilex vel quercus. Nomen ciuitatis regni Edom ad mare rubrum, vnde, ex Ægypto Indiam versus, & inde ad Ægyptum nauigatur. Deut. 2. b. Hæc dicitur Aila in 4. Re. 14. f. 16. a. c. amque ædificauit Azarias.

אלכנא Elcana, Deus zelotes, aut dei possessio, vel dei calamus, siue deus nidus eius. Filius Core filij Isaar, filij Caath. Exod. 6. Filius item Ieroboam. 1. Reg. 11. a. 1. Para. 12. a. Filius Agr. 2. Para. 6. b. 28. a

אלקשי Elkosi, Elcesæus, Dei durities, vel serotinus. Viculi nomen in Galilæa, vnde Nahum propheta. Nahum. 1. a

אלדעח Eldaa, Dei scientia, aut dei cognitio. Filius Madian filij Abrahæ. Gene. 25. a

אלדד Eldad, Dei dilectio aut dilectus. Nomen viri, super quem requieuit spiritus domini in castris. Numc. 11. f

אלעלע Eleale, Dei ascensio, siue dei holocaustum. Ciuitas Amorrhæorū in Galaaditide regione, tribui Iudæ ascripta. Isa. 15. b. quæ ædificauerūt filij Ruben. Numc. 32. g

אלעזר Eleazar, Dei adiutorium, siue dei atrium. Filius Aaron filij Amram filij Caath filij Leui. Exod. 6. d. 1. Para. 6. a Eleazarus, Idem. Filius Matathia, filij Ioannis. 1. Machab. 2. a. Pater item Phinees, filius Mosollamæ. 1. Paralip. 9. d

אלעלע Electa, Latinum est, & Græcè idem significat. Mulier ad quam scribit Ioannes. 2. Ioan.

אלחנן Elehanan, Dei gratia, siue Dei misericordia, aut Dei donum. Nomen viri. 2. Reg. 23. d. 1. Para. 11. f

אלף Eleph, Mille, siue doctrina, aut bos, vel dux. Vrbs in tribu Benjamin. Ios. 18. d

אלעוטהא Eleutherus. Liber, vel ingenuus. G. Nomen fluuii. 1. Machab. 11. a

אלי Eli, Deus meus. Matth. 27. c

אליה Elia, Deus dominus, aut fortis dominus. Filius Ieroram. 1. Para. 8. c. 1. Efd. 10. d

אליאב Eliab, Deus meus pater, siue deus patris. Filius Phalul filij Ruben. Numc. 26. a. Primogenitus filiorum Isai patris Dauid. 1. Reg. 17. b. 1. Para. 2. b. Filius etiã Helon, princeps tribus suæ Zabulon. Numc. 1. a

אליקים Eliacim, Dei resurrectio aut affirmatio, siue deus resurrectionis vel firmitatis: aut deus vindicans. Filius Helciae. Isa. 22. f. 4. Regum 18. præpositus domus regis Ezechia. Filius itẽ Iosif regis, à Pharæone Nechao Ioacim appellatus. 4. Reg. 23. g. Pater Iona. Luc. 3. f

אליעד Eliada, Dei scientia, vel dei cognitio. Pater Razon. 3. Reg. 11. c. Filius Dauid. 2. Reg. 5. c. 1. Para. 3. b

אליעם Eliam, Dei populus, aut deus populi. Filius Achitophel. 2. Reg. 23. d

אליהו Eliahu, Elias, Deus dominus, aut fortis dominus. Nomen propheta. 3. Reg. 17. a

אליסא Elisaph, Deus augens, vel deus augmentationis, aut deus finiens. Filius Ducl, princeps tribus suæ Gad. Numc. 1. b

אליסב Eliasib, Deus conuersionis, aut dei fessio vel habitatio, siue dei insufflatio. Filius Elioenai filij Naaria. 1. Paral. 3. d. 24. b. 2. Efd. 10. a

אליחא Eliatha, Deus meus tu, aut deus meus venit. Nomen viri. 1. Para. 25. b

אליקא Elica, Dei pelicanus, aut fortis vomitus. Nomen viri. 2. Reg. 23. d

אליגא Elici, Nigri, aut circumuoluti, vel retorti. G.

אלידה Elidad, Dei dilectus, vel dei dilectio. Filius Chafelon, princeps tribus Benjamin. Numc. 34. d

אליאל Elicel, Deus meus deus, vel dei fortitudo, siue dei potentia. Filius Thobu. 1. Para. 6. c. 8. b. Mahumites. 1. Para. 11. g. 2. Para. 31. c

אליעזר Eliezer, Dei adiutorium, siue dei atrium. Nomen filij procuratoris domus Abraham. Gene. 15. a. Filius itẽ Moysi. Exod. 18. a. 1. Para. 23. b. Filius etiã Bechor filij Benjamin filij Iacob. 1. Para. 7. b. Filius Iorim. Luc. 3. f

אליחורף Elihoreph, Dei hyems, aut deus iuuentutis, siue forte opprobrii: aut ex Hebræo & Syro, deus acuminis. Filius Sisa, princeps exercitus Salomonis. 3. Reg. 4. a

אליים Elim, Arietes, aut fortes, vel cerui, siue valles. Nomen ciuitatis Moabitum nō procul à limite: ad quam perueniunt filii Israel profecti de Mara. Exod. 16. d. Numc. 35. b. Est & nomen putei. Isa. 15. d. aut nomen ciuitatis, & debet legi Beerelim.

אלימלך Elimélech, Deus meus rex, aut dei consiliū. Nomen Beth lehemitæ cuiusdam, maritus Nøemi. Ruth. 1. a

אליועבני Elioenai, Ad ipsum oculi mei, siue ad ipsum fontes mei, aut ad ipsum afflictio vel paupertas. Filius Naaria filij Semeia filij Sechenia. 1. Par. 3. d. 4. Filius itẽ Bechor filij Benjamin filij Iacobi. 1. Para. 7. b. 8. b

אליוחועבני Elioenai. 1. Para. 26. a. Efd. 8. a. Ad dominū oculi mei, aut deus ipse oculorum meorum.

אליפל Eliphai, Dei miraculum, vel dei iudicium. Filius Vr. 1. Para. 11. g

אליקלט Eliphaler, Deus liberationis, siue deus expellens. Filius Dauid. 2. Reg. 5. c. qui. 1. Para. 3. b. 14. b. dicitur Eliphélet. Est & filius Efec. 1. Para. 8. d

אליפלחז Eliphalu, Deus mirabilis, siue deus iudicij. Nomen sacerdotis. 1. Para. 15. b

אליפז Eliphaz, Dei nisus vel conarus, aut dei obrizum. Filius Esau ex A da vxore. Gene. 36. a

אליקלט Eliphélet, Deus liberationis, siue deus meus expellens. Filius Aasbai. 2. Reg. 23. d. Filius item Dauid. 1. Paralip. 3. b. qui. 2. Reg. 5. c. dicitur Eliphaler.

אלישא Elia, Deus est: aut dei agnus, siue deus commodans. Filius Iauan. Gene. 10. a. Ab hoc Acoles siue insulæ Ionij maris. Ezech. 27. a

אלישבע Elisaba, Elisabeth, Deus iuramenti, vel saturitatis, siue dei septenariū. Vxor Aaron filia Aminadab. Exod. 6. d. Vxor item Zachariae, mater Ioannis Baptistæ. Luc. 1. a

אליסאן Elisaphan, Deus aquilonis, siue deus absconditus, aut deus speculator. Filius Oziel filij Caath filij Leui. Exo. 6. c. Filius item Pharnach. Numc. 34. d

אלישפט Elisaphat, Deus iudicans.

אלישבע Elisama, Deus exauditionis, siue dei exauditio. Filius Ammiud, princeps tribus suæ Ephraim. Numc. 1. a. Para. 7. f. Filius item Dauid. 1. Par. 3. b. 14. b. qui. 2. Reg. 5. c. dicitur Elisua. Pater Nathanæ. 4. Re. 25. g. Sic nominabatur filius Icania filij Sellum filij Sisamoi. 1. Para. 2. c

אלישע Elisa, Elifeus, Dei salus, vel deus saluans. Nomen prophetae filij Saphar. 3. Reg. 19. c. 4. Reg. 3. b. Luc. 4. c

אלישוע Elisua, Idem. Filius Dauid. 2. Reg. 5. c. qui Elisama. 1. Para. 3. b. dicitur.

אליצור Elisur, Dei fortitudo, siue dei petra, aut dei plasmatio vel colligatio. Filius Sedeur, princeps tribus suæ Ruben. Numc. 1. a

אליחוא Eliu, Deus meus ipse, aut fortitudo ipsius. Filius Ieroboam patris Elcana. 1. Reg. 1. a. Nomen principis militæ. 1. Para. 12. d. 26. a. 27. c

אליד Eluid, Deus laudis, siue deus cõfessionis, aut dei laus



עפר Epher, Pulvis, siue hinnulus, aut plūbum. Filius Ma-  
dian filij Abrahæ. Gene. 23. a. 1. Paral. 1. c. Filius Ezra. 1.  
Para. 4. c. 5. d

עפסוס Ephesij, Desiderabiles. G. Act. 19. g

עפסוס Ephesus, Idem. s. n. Minoris Asiæ metropolis, & em-  
porium celeberrimum, Amazonum opus, Ionicarum  
clarissima, à nomine & ipsa Amazonis appellata, pluri-  
bus ante nominibus dicta, Vrychia, Orrygia, Ptelis, Ar-  
sinoc ab vxore Lyfimachi. In hac templum Dianæ ce-  
leberrimum, à tota Asia annos CC. ædificatum. Hæc  
Raph. Volater. lib. 10. Geograph. In Epheso etiã Pau-  
lus prædicauit. Act. 18. Huius meminit Apostolus. 1. Co-  
rinth. 16. Apoc. 1. & 2. Extat & Pauli epistola ad Ephes.  
אפהר Epha, ephi, Genus est mensuræ. Ezech. 45. d

אפודה Ephod, Superhumeralis, aut ornamentum. Iudic. 7. f.  
8. f. 17. b. 1. Reg. 2. d. 1. Paralip. 15. d. Sic vocabatur pater  
Hamiel. Nume. 34. d

עפרה Ophra, ephra, Puluerulenta, siue plumbea, aut da-  
mula. Ciuitas Gedeonis. Iudic. 6. b. 8. f. 1. Reg. 13. d

אפרים Ephraim, Frugifer, aut crescens. Filius secundus Io-  
seph. Gene. 41. g. 1. Para. 6. f. Ab hoc tribus Ephraim no-  
menclaturam habet, quæ à Iordane flumine vsque ad  
Gazer lōgitudinem habuit: latitudinem verò, quæcun-  
que à Berhel vsque ad campum maximum terminatur,  
Iosepho lib. 5. cap. 3. Iudaicæ antiquit. Vide Ezechiel. 48.  
Est etiam mons in terra Iuda ad aquilonem, quem pos-  
federunt filij Ioseph. Ios. 13. & 17. Dictæ sunt quoque  
decem tribus Israel, siue regnum Israel, Ephraim: velut  
Ia. 7. & 9. Ofec 5. legis, & Psal. 59. Ephraim fortitudo  
capitis mei. Et Psal. 78. Tribum Ephraim nō elegit. Si-  
militer Psal. 108.

אפרתה Ephrata, Vbertas, siue frugifera, vel crescens, aut in-  
cinerata. Vxor fuit Caleb filij Heston post defunctam  
priorem vxorem Azubam. Ipsa peperit ipsi Caleb Hur  
filium. 1. Para. 2. Ab hac Calebis vxore Ephrata vrbs  
nomenclaturā accepit, quæ est in tribu Iudæ. Gene. 35.  
c. aliàs Beth lehem dicta. Gene. 48. b. 1. Para. 2. & 4. Vi-  
detur eadem esse quæ Caleb Ephrata appellatur. 1. Pa-  
ra. 2. vbi mortuus est Heston. Vide de hac re etiã Hie-  
ronymum in traditionibus Hebraicis.

אפרתים Ephrathim, ephrathæ, Vbertates, siue frugiferi, aut  
crescentes, vel incinerati.

אפרתי Ephrathi, ephrathæus, Idem. s. n. Iudic. 12. b. 3. Re-  
gum 11. c

אפרע Hophra, Ephree, Cooperimentum iniqui vel focii  
aut contracti, siue portus iniqui vel focii aut contracti.  
Rex Egypti. Iere. 44. g

אפרים Ephraim, ephrem, Frugifer, aut crescens. Nomen ci-  
uitatis. Psal. 77. a. Ioan. 11. g

עפרון Ephron, Pulvis, siue hinnulus, aut plumbeus. Filius  
Seor. Gene. 23. b. à quo ciuitas in tribu Iuda. 2. Para. 13.  
d. 1. Machab. 5. c

אפורה Epicurei, Adiutores, siue auxiliares. G. Act. 18. d

אפורה Epinicum, Canticum victoriæ. G.

אפורה Eraftus, Amabilis. G. Minister Pauli. Act. 19. c. Ro-  
ma. 16. d. 2. Timoth. 4. d

אפריא Archauic, Erchueni, Longi, aut sanâtes, siue male-  
dictio combustionis. Populi. 1. Efd. 4. b

אפוח Erioch, Longus, aut procerus, siue satietas vel ebric-  
tas tua, aut leo tuus. D. Rex Elicorum. Iudith 1. c

E S

אשען Esaan, Innixus, vel sustentatus, siue ignis afflictio-  
nis vel responsonis. Nomen ciuitatis in tribu Iuda.  
Ios. 15. f

אשען Esaias, Vbique scribe Isaias: aut si maus ex Hebræo  
Iesaias. Vide interpretationem in dictione Isaias.

אשען Esau, Faciens, vel operans, aut tinca eius. Filius Isaac.  
Gene. 25. c. qui & Edom Gene. 36. a. dicitur.

אשבעל Esbaal, Ignis idōli, siue ignis dominantis aut subi-  
cientis vel possidentis. filius Saul. 1. Para. 8. d. 9. f

אשכנז Esbon, Festinans intelligere, siue festinans ædifica-  
re. filius Balæ filij Benjamin. 1. Para. 7. b

Eschol, Borrus, siue orbatio, aut ignis omnis. Frater  
Mambre. Gene. 14. b. Est & torrens terra Cha-  
naan.

Ezra, Esdras, adiutor, siue atrium. Nomen prophetæ  
facerdotis. 1. Efd. 7. a

Efdrelon, Adiutoriū fortitudinis, vel quærcus auxi-  
lii. D. Nomen ciuitatis. Iudith 1. d

Efdrin, Adiutorium. D. Nomen viri. 2. Macha. 21. f

Efeban, Ignis filii vel ædificantis aut intelligentis. Fi-  
lius Dison Horrai. Gene. 36. c

Ezebon, ezebon, festinatio filij, aut festinatio intel-  
ligentis vel ædificantis. filius Gad filij Iacob. Gene. 36.  
b. filius irem Bela filij Benjamin filij Iacob. 1. Para. 7. b

Esec, Violentia, siue calumnia. Frater Afer filij Elasa.  
1. Paralip. 8. d

Azaliahu, Eselias, Liberans vel referuus dominus,  
aut prope dominum. Pater Saphan. 2. Par. 34. b. qui. 4.  
Reg. 22. a. A falsis dicitur.

Esem, Os ab offe, siue fortitudo, aut lignum eorum,  
vel consilium eorum, aut clausura. f. oculorum. Ciuitas  
in tribu Iuda. Ios. 15. e

Efer, Cellarium, siue thesaurus, aut angustians. filius  
Seir Horrai. Gene. 36. c

Esphatha, Congregatio siue collectio, aut consum-  
mans vel finiens. Filius Aman filij Amadatha. Ester 9. b

Esna, Muratio, vel dormitatio, aut iteratio, vel secū-  
datio. Nomen ciuitatis. Ios. 15. f

Etriel, Beatitudo dei, aut intuitus fortis, vel gressus  
dei. Filius Galaad filij Machir. Ios. 17. a. 1. Paral. 7. c. qui  
Nume. 26. d. dicitur Atriel.

Hezron, sron, Sagitta exultationis, siue diuisio can-  
ticis: aut atrium vel scenum. Filius Ruben. Gene. 46. b.  
filius item Iuda. 1. Par. 4. a. qui Gene. 46. a. Zara dicitur.  
filius item Phares filij Iuda. Gene. 46. b. Nomen præ-  
terea loci. Ios. 15. a

Hezroni, Estonitæ, Idem. p. n. Nume. 26. a. c

Ezthael, Postulans, aut mulier fortis, vel mulier stul-  
ta, siue ignis laboris. Vrbs tribus Iudæ inter Afdod &  
Ascalonem in Palæsthina. Ios. 15. c. Alia in tribu Dan.  
Ios. 19. c. Vbi filij Israel posuerunt castra contra Philis-  
thim. Iudic. 13. d. iuxta quam sepultus erat Samson. Iu-  
dicum 16. Hieronymo villula Asco dicta.

Esthalitæ, Idem. p. n. 1. Para. 2. g

Esthemoa, Esthamo, exaudito, vel mulieris vterus.  
Nomen ciuitatis. 1. Reg. 30. g. 1. Para. 4. c

Esthemo, siue Esthemoa, idem: ciuitas quæ Aaronis  
nepotib⁹ è tribu Iudæ est designata. Ios. 21. b. 1. Par. 6. e

Esther, Occulta, siue abscondita, vel demolens: aut  
ex Syro & Hebræo, medicinæ exploratio vel contem-  
platio, aut medicina turturis. Nomen mulieris: quæ &  
ediffa filia Abihail dicta est. Esth. 2. b

Esthon, vxor eius, aut ignis donum. Filius Machir.  
1. Para. 4. a

E T

Etam, Auis eorum, siue inuolutio eorum, vel cala-  
mus eorum: aut Syriacè, consilium eorum. Nomen viri.  
1. Para. 4. a. est & petra munita quæ in tribu Iuda erat,  
vbi Samson aliquando habitauerat, iuxta torrentem.  
Iudic. 15. b. Iosephus lib. antiq. 5. cap. 13. Est quoque ci-  
uitas Iudæ à Roboam ædificiis munita. 1. Paralip. 4. f.  
& 11. b

Itai, ethai, Robustus, siue signum meum, aut vomer  
siue aduentus. Nomen viri. 2. Reg. 15. d. qui & Ithai,  
2. Reg. 23. d

Athai, Ethai, Hora, vel tempus, siue paratus. Filius  
Roboam ex Maacha. 2. Para. 11. d

Etham, Fortitudo eorū, aut vomer vel aduentus eo-  
rum, siue signum eorum. Nomen loci, ad quem vene-  
runt filij Israel profecti de Sochoth. Exod. 13. d. Nu-  
me. 33. a

Echan, Fortitudo siue vomer eorum, aut insula do-  
num. Vir quidam sapiens, filius Maol. 3. Reg. 4. d. Fi-  
lius

אשכול  
אזרא  
אשדלון  
אשדרין  
אשפבן  
אשפבון  
אשפוק  
אשפוקח  
אשם  
אשפר  
אשפתח  
אשפנת  
אשפריאל  
אשפרון  
אשפריני  
אשפתאל  
אשפתע  
אשפתר  
אשפתון  
אשפטם  
אשפתי  
אשפתם  
אשפון









tudinis, aut diuisio vel sententia doloris siue fortitudinis. D. Nomen ciuitatis. 1. Mach. 4. b  
 גִּזּוֹנִים Gizoni, ezonites, Tondens, siue transiens. 1. Paralip. 11. g  
 גִּזְעֵז גִּזְעֵז, Gazez, Tondens, aut vellus, siue transitus. Filius Caleb. 1. Para. 2. f  
 גִּיחַ Giah, Eductio, extractio, deriuatio, eruptio, aut gemitus, siue suspirium. Nomen loci. 2. Reg. 2. f. in tribu Benjamin: pro quo interpres vertit vallis.  
 גִּבְלִים Giblim, giblij, Termini vel confinia, aut terminus maris. Populi ciuitatem gebal in Syria habitantes: de qua Psal. 82. Ezech. 27. b. 3. Reg. 5. d  
 גִּדְרוֹת Gederoth, gidetoth, Muri, siue maceriaz, aut sepes. Nomen ciuitatis in tribu Iuda. Ios. 15. e  
 גִּיזְעִי Gizezi, giezi, vallis visionis, aut vallis pectoris. Famulus Elisei. 4. Reg. 4. b  
 גִּיחֹן Gihon, Pectus, aut eductio, vel exitus, siue vallis gratie vel mansionis. Fons in occidentali Dauidica ciuitatis parte. 3. Reg. 1. e. 2. Para. 32. f  
 גִּלּוֹ Gilo, Exultatio, siue reuolutio, vel transmigration, aut reuelatio vel detectio. Nomen ciuitatis in tribu Iuda. Ios. 15. f. 2. Reg. 15. b  
 גִּלּוֹנִים Giloni, gilonites, Exultans siue reuoluens, vel transmigration, aut reuelans, vel detegens. 2. Reg. 15. b  
 גִּינַח Ginath, cineth, Hortus vel protectio. Pater Thobni. 3. Reg. 16. e  
 גִּוּתָּה Goatha, Tactus eius, aut mugitus eius. Nomen loci non procul à Ierosolyma distans. Iere. 31. g. Hunc Lyranus Golgotha esse putat.  
 גֹּב Gob, Cisterna, vel locusta, aut altitudo. Nomen loci. 2. Reg. 21. d  
 גִּדְלִיָּהוּ Gidaliahu, godolia, Magnitudo domini, aut fimbria domini. Filius Abicam filij Sapham. 4. Reg. 35. f. Filius item Amariæ. Sopho. 1. a  
 גֹּג Gog, Tectum vel solarium, siue regulatum. Nomen gentis. Ezech. 38. a. Apoc. 20. c. Filius Ioel. 1. Para. 5. a  
 גֹּלָן Golan, Transmigration, siue reuolutio: aut ex Syro & Hebræo, intus mans. Nomen ciuitatis in Basan. Deut. 4. g. quæ Ios. 20. c. dicitur gaulon, licet Hebraicè golan legatur, sicut & hic.  
 גֹּלְגוֹרְתָּה Golgortha, Caluaria, scilicet vbi sunt capita mortuorum. Syrum siue Chaldaicum vocabulū. Locus in quo crucifixus fuit Christus dominus noster. Ioan. 19. d  
 גִּלְיָת Galiath, goliath, Transmigration, aut accumulatio, siue reuolutio, vel detectio. Nomen gigantis, quem expugnauit Dauid. 1. Reg. 17. a  
 גֹּמֶר Gomer, Consummans, vel consumens, aut deficiēs. Filius Iapheth. Gene. 10. a. à quo gomeritæ, qui nunc calatæ dicuntur. Hoc nomen habuit & filia Debelaim vxor Osæ. Osæ. 1. a  
 גֹּמֶרֶת Omër, gomor, genus mensuræ, id est decima pars Eph. Exod. 16. g  
 גֹּמֹרְתָּה Amora, gomortha, Populus rebellis, aut populus timens, siue manipulus, vel seruitus: aut Syriacè, lana. Ciuitas Pentapoleos, ad orientalem plagam terræ Iudæ sita. Gene. 19. c  
 גֹּמֹרְתָּה Gomorthæi, Idem.  
 גֹּרְגִּיָּס Gorgias, Terribilis, vel velox. G. Nomen viri. 1. Machab. 3. e  
 גֹּרְתִּינָה Gortyna, Pharetra. G. Nomen loci. 1. Mach. 15. d  
 גֹּשֶׁן Gosen, Appropinquatio, vel approximatio. Nomen ciuitatis in tribu Iuda. Ios. 10. g. 15. f. A qua, teste Iosue, circumiacens plaga, terra cosen nuncupatur.  
 גֶּשֶׁם Gesem, gossen, Pluuia, aut appropinquatio eorum: vel Syriacè, corporalis. Nomen viri. 2. Efd. 2. d  
 גֶּתְיָהוּ־אֱתָנִיִּל Athniel, gothoniel, Hora siue tempus meum deus. Nomen viri. 1. Para. 27. b  
 גֹּזָן Gozan, Tonisio, aut vellus, siue transitus, vel corpus nutriens: aut ex Syro & Hebræo intus nutriēs. Nomē fluij in Mesopotamia. 4. Reg. 19. c. 1. Para. 5. d. Isa. 37. c

G R  
 Græci, Hebraicè dicitur Ieuanim, id est deceprores, vel contristantes, siue cænosi, aut colubini. Græcè verò, robusti vel fortes interpretatur.  
 גִּזְעֵז Iauan, gracia. Isa. 66. f. Ezech. 27. d. qui fuit filius Iapheth, à quo denominata est gracia vel Ionia, & interpretatur decipiens, vel contristans, siue cænosā, aut columbina. Græcè verò, robusta vel fortis. Acto. 20. a  
 Gracus, Idem. m. g.  
 Gregis turris, vide Eder.  
 G Gehuel, euel, Redemptio dei, siue exaltatio dei. Filius Machi, princeps tribus gad. Nume. 13. b  
 Guni, Hortus, siue protegēs. Filius Nephthali. Gene. 46. c. 1. Para. 7. c  
 Gunitæ, Idem. Nume. 26. f  
 Gur, Catulus, siue habitatio, aut collectio, vel rimor. Nomen ciuitatis iuxta Ieblaam. 4. Reg. 9. f  
 Gurbal, Catulus idōli vel dominantis, aut subiiicientis vel possidentis: aut peregrinatio siue timor, aut habitatio idōli vel dominantis aut subiiicientis vel possidentis. Nomen loci. 1. Paralip. 26. a. in quo Arabes habitauerunt.  
 H  
 H Hubba, Haba, Abfconso, vel dilectio: aut Syriacè, peccatum vel obligatio. Filius gomæ filij Heber. 1. Paralip. 7. g  
 Habacuc, Luctator, vel amplexans. Nomen propheta. Habac. 1. a  
 Heber, Haber, Socius aut particeps, siue incantator, aut liuor. Filius Batia, filij Afer, filij Iacob. 1. Paralip. 7. f. Iudic. 4. b. vir Cinæus.  
 Heberi, Heberitæ, Idem. p. n.  
 Hebaia, Habia, Abfconso domini, aut dilectio domini: vel ex Syro & Hebræo, debitū vel obligatio domini. Nomen viri. 1. Efd. 2. c  
 Habor, Socius aut particeps, siue incantatio aut liuor. Nomen vrbis Assyriorum. 4. Regum 17. a. 18. c. 1. Paralip. 5. d  
 Habazinia, Habanias, Debitum clypei domini, siue dilectio, vel abfconso clypei domini. Pater Ieremie filij Iezonia. Iere. 35. a  
 Hakal-dama, Haceldema, Ager sanguinis. Syru est. Nomen agri pecuniis illis quibus Christum venderat Iudas proditor, empti in sepulturā peregrinorum: qui hodie monstratur in Ælia ad australem plagam montis Sion, teste Hieronymo in locis Hebraicis. Matt. 27. a. Acto. 1. c  
 Hachmoni, Hachamoni, Sapiēs vel sapientissimus, aut hamus numerationis vel muneris, siue expectatio muneris. Pater Iesbaam. 1. Paralip. 11. b. Pater Ishiel. 1. Paralip. 27. d  
 Hachalia, Hachelai, Expectās dominum, siue hamus domini. Pater Atherfatha. 2. Efd. 10. a  
 Hachila. Spes in ipsa, aut hamus in ipsa, siue palatum vel dulcedo in ipsa. Collis est in sorte tribus Iudæ, ad desertum Ziph, in quo latuit Dauid. 1. Regum 23. & 26. arcem habens natura munitissimam, olim ab Herode extructam, Mesida nomine, id est munitionem. 1. Reg. 23. c. 26. a  
 Hukok, Hacoc, Sculptor, aut scriba, siue legislator. Nomen ciuitatis. 1. Para. 6. g. in tribu Afer.  
 Hacupha, Præceptum oris, aut sculptura oris. Nomen viri. 1. Efd. 2. c  
 Hakos, Hacus, Spina, siue æstas, aut tædium, siue vigilia, vel finis. Nomen viri. 2. Efd. c  
Consulerunt & monuerunt antiqui, ad habendum sensum literalem, qui est omnium primus & præcipuus, recurrendum esse ad eas linguas, in quibus libri sacri sunt primùm scripti & editi. Quare cum veteris testamentum scriptum sit primùm lingua Hebræa aut Chaldaica, quando aliquid difficultatis in litera occurrat, ad exemplaria Hebræa & Chaldaica recurrendum erit: sic etiam, ad intelligendum nouum Testamentum quod integrum Græcè primùm scriptum est, exceptis Euangelio Matthæi, & Epistola beati Pauli ad Hebræos, codices Græci inspicendi & consulendi erunt. Hic autem summa cautione opus est, ne videlicet incidamus in exemplaria corrupta aut mutila, prudentèque meo iudicio faciemus, si omnia semper ad normam & regulam fidei & traditionis Ecclesiæ Catholice referamus atque examinemus. Spiritus namque diuinus & scriptorum & interpretum diuinarum scripturarum director, non sine ratione & mysterio nunc interpretes aliquid addere aliquando etiam relinquere voluit, hoc fecit, vt non semper verbum verbo reddiderint, sed sensum, intentionem & auctoritatem spiritus sancti secuti, multis in locis verba mutarint, & aliquando etiam ad sententiam aliquid adiecerint, quia non tantum interpretandi, sed etiam prophetiæ dono præditi fuerunt, vt docent Augustinus & Hieronymus. Quod non satis considerantes nonnulli linguarum periti cortice tenuis theologi, malè & imperitè nimium, conuenerunt scripturarum sacrarum interpretationes, quas non intelligunt, reprehendere, atque malignè corrodere & irridere superbè & nimium imprudenter, quæ non intelligunt blasphemantes. Sed vè nobis, quia incidimus in seculum tam superbum, incredulum & deliramentis plus quàm anilibus totum corruptum & prodigiosum. Quæ igitur habeamus plures ac varias sacræ scripturæ interpretationes, scilicet eam quæ est septuaginta interpretum: eam quæ beati Hieronymi, eam quæ Aquilæ, eam quæ Theodotionis, eam quæ Symmachi, eam quæ Origene, & alias multas, cõsideremus vñ potissimum esse retinendam, cui maximè imitandum, eam videlicet quæ eccle-

# LIBER PRIMVS.

catholica approbat & tradit in ecclesiis legendam: aliis vero non erit inutile uti ad collationem, ut ita facilius eliciatur verus & germanus sensus. Erunt enim vice commentariorum, ita tamen, ut semper scripturam facram, cum ipsius interpretatione & expositione ab ecclesia (cuius iudicio standum est omnibus Christianis in cunctis quæ ad salutem spectant) petamus & accipiamus. Illa namque sola est columna & firmamentum veritatis, quia à spiritu sancto perpetuo doceatur & dirigatur. Huic igitur non autem hominibus quantumlibet doctis & sanctis, nisi quatenus cum ipsa sentiunt, & in eadem manent, in his quæ sunt fidei & religionis Christianæ fidem adhibere debemus. Illi namque soli spiritus sancti perpetua directio & præsentia promissa est. Illa est arca qua nos concludi necesse est, si perire nolumus: illa pro matre recipienda & agnoscenda, si Deum patrem & protectorem habere velimus, non humano spiritu allata est vniquam prophetia, & tradita scriptura sacra, ad eam igitur intelligendam non putemus satis esse spiritum humanum, sed in catholica ecclesia diuinum requiramus, qui nos in ea, & per eam, omnem veritatem doceat. hoc quia minus præstant, nescio qui philosophi alium sapientes, philosophi, & humanarum literarum cognitione inflati, ideo schismata nascuntur, atque Christianismi decus obscuratum, conspurcatur, & tantum non sublatum cernimus.

*De libris Canonis. Cap. 8.*

Inter omnia scripturarum genera illis semper primas omnes dederunt quæ sunt canonicæ. Ideo enim canonicos dictos esse quosdam libros puto, quia tam certa est eorum veritas, ut contra eos dicere, nulli vnquam homini permiffum sit. Sunt enim Canon eorum regula ad quam omnia religionis, & cultus Dei dogmata referri & collimari debent, ut omne quod ipsis consentit, retineatur & obseruetur: quod autem vel minimi quid repugnat, profus sit reiiciendum & fugiendum. Fatendum sanè est diu multumque olim de his libris Ca-

nonicis, & eorum numero dubitatum & cõrrixatum fuisse inter Christianos, sed pulchrè nobiscum in hoc potissimum actum esse constiteri debemus, quòd Deus qui quotidie suam ecclesiam plenè illustrat, & eam tam in virtutibus quàm in scientia & doctrina proficere facit, omnem quæstionem & difficultatem sustulit de nomine & numero librorum Canonicorum: eos per generalia concilia numerando, & nominatione exprimendo, designando, & cum summa reuerentia & humilitate tanquam autoritate diuina præditos, legendos Christianis omnibus & obseruandos proponendo. hoc qui cognoscere volent, lægant Carthaginense tertium, Florentinum & Tridentinum Concilia. Libera igitur te omni metu Christiane, & omnem tibi de libris Canonicis vel non Canonicis adimendo scrupulū, omnes eos profus in Canone & certa christianissimi (cui aduersari nequaquam licet) regula recipito, qui in toto organo & corpore biblico adhuc sunt propoliti, à Genesi incipiendo, & in Apocalypsi finiendo. Post ecclesie siquidem vniuersalis in Concilio œcumenico legitime, & in spiritu sancto congregato determinationem, de veritate & certitudine aliquorum librorum sacrorum biblicorum dubitare, sicut etiam ex ipsis aliis Apocryphos iudicare & vocare, Iudæi & non christiani esse, putare debemus. Istud rogo & consulo hoc periculoso nutantis fidei tempore fixum habeto, si multam animi anxietatem & varia incommoda, quæ nos circumstant effugere & vitare velis. Ut autem res tanta, & tam omnibus Christianis necessaria neminem latere possit (nisi sint aliqui tam malè sibi consulentes, ut scientes volentesque perire & errare velint) libros omnes Canonicos ab ecclesia receptos & probatos subiacere hoc loco commodum duxi. Scias igitur, Christiane, libros canonicos, id est, de quorum veritate dubitare nemini Christiano licet, esse eos omnes qui integro instrumento biblico, id est tam Veteri quam Nouo testamento continentur & comprehenduntur. Illi autem sunt numero 74. scilicet 47. Veteris Testamenti, & 27. Noui. Eorum autè ordinè, numerū & appellationes eorum inscriptiones sic habeto & notato.

## CAPITA, MATERIA, NUMERVS, ORDO, ET NOMINA LIBRORVM SACRORVM INTER GRIS BIBLIIS CONTENTORVM, QUI VULGÒ CANONICI APPELLANTUR, & CERVO TALES SUNT AGNOSCENDI & RECIPIENDI.

CAP. 9.

- 1. **Primus Liber Canonicus.**  
GENESIS, vbi agitur de mundi, & omnium creaturæ exordio, de diluuiio & arca Noe, de confusione linguarum, de electione populi Dei, & de descensu eiusdem in AEGYPTUM, habet cap. 50.
- 2. **Secundus Liber Canonicus.**  
EXODUS, in eo tractatur de decem plagis Pharaonis, de exitu filiorum Israel ex AEGYPTO, de decem præceptis & iudiciis, ac reliqua instructione populi Dei, de arca fœderis Domini, de tabernaculo, de altari, & de vestibus aaron, habet cap. 40.
- 3. **Tertius Liber Canonicus.**  
LEUITICUS, in eo agitur de sacrificiis & hostiis offerendis, de vrna, de vestibus Aaron, atque de ordine & ministerio Leuitarum, habet cap. 27.
- 4. **Quartus Liber Canonicus.**  
NUMERI, in eo agitur de enumeratione populi siue tribuum Israel, de prophetia Balaam, & de mansionibus factis in eremo, habet cap. 36.
- 5. **Quintus Liber Canonicus.**  
DEUTERONOMIUM, in eo continetur quedam repetitio & quodammodo facilior expositio, eorum quæ quatuor libris præcedentibus sunt tradita, habet cap. 34.
- 6. **Sextus Liber Canonicus.**  
IOSUE, in eo agitur de transitu Iordanis, de subuersione regnorum hostilium, de introductione populi Dei in terram promissionis, & de diuisione ipsius terræ, habet cap. 24.
- 7. **Septimus Liber Canonicus.**  
LIBER IUDICUM, in eo agitur de principibus, de defensione populi Israel, & de victoriis atque triumphis habitis contra hostes, habet cap. 21.
- 8. **Octauus Liber Canonicus.**  
RUTH, in eo agitur de matrimonio contracto inter Booz & Ruth, ex quibus Christus descendit, habet cap. 4.
- 9. **Nonus Liber Canonicus.**  
PRIMUS REGVM, in eo agitur de gubernatione populi Israel per iucæ, de Samuele, & de electione, de gubernatione, de gestis atque de iorte regis Saul, habet cap. 31.
- 10. **Decimus Liber Canonicus.**  
SECUNDUS LIBER REGVM, in eo agitur de regimine populi Israel per gem Dauid, & de iis quæ præclare gessit, habet cap. 24.
- 11. **Undecimus Liber Canonicus.**  
TERTIUS LIBER REGVM, in eo agitur de morte regis Dauid, & de successione, regimine & gestis Salomonis, aliorumque regum Iuda & Israel, habet cap. 22.
- 12. **Duodecimus Liber Canonicus.**  
QUARTUS LIBER REGVM, in eo agitur de casu & subuersione regni Iuda & Israel, propter regum præuacuationem, de captiuitate populi de subuersione vrbs ac templi, habet cap. 25.
- 13. **Liber Canonicus.**  
LIBER PARALIPOMENON, in eo describitur genealogia regis Dauid, inacephaleosis electionis gubernationis, atque gestorum ipsius, habet cap. 29.

- 14. **Liber Canonicus.**  
POSTERIOR LIBER PARALIPOMENON, in eo summam repetitur regimèti populi per Salomonem, & alios reges Iuda & Israel, habet cap. 36.
- 15. **Lib. Canonicus.**  
PRIMUS LIBER ESTER, in eo agitur de reductione populi Israel ex captiuitate Babylonica, & de instructione populi reducti per Esdram legum peritorem, habet cap. 10.
- 16. **Lib. Canonicus.**  
SECUNDUS LIBER ESTER, in quo agitur de reedificatione muri ciuitatis Ierusalem, & de correctione maiorum librorum in absentia Nehemæ, habet cap. 13.
- 17. **Liber Canonicus.**  
TERTIUS LIBER ESTER, in eo repetuntur quedam alibi scripta circa captiuitatem Babylonicam tempore Salsæ, quedam etiam quæ contigerunt sub Zorobabel & Esdra, interfertur quoque solutio cuiusdam elegantis quæstionis, habet cap. 9.
- 18. **Liber Canonicus.**  
QUARTUS LIBER ESTER, in eo ponuntur quedam visiones & somnia per populi Iudæorum liberatione à captiuitate & templi in Ierusalem reedificatione, habet cap. 16.
- 19. **Lib. Canonicus.**  
LIBER TOBIÆ, in eo agitur de ipsius Tobie probatione, & multiplici virtute, de ministerio Archangeli Raphaelis, de instructione prolis, & de honestate matrimonij, habet cap. 13.
- 20. **Liber Canon.**  
LIBER IUDITH, in eo agitur de oblatione populi Israel, de honestate & probitate Iudith, de interfectione Holofernis, & de liberatione populi Israel, habet cap. 16.
- 21. **Liber Canon.**  
LIBER HESTER, in eo agitur de crudelitate Aman & de eius suspensione procutata per prouidentiam & humilitatem Hester, de exaltatione Mardochei & de liberatione Iudæorum, habet cap. 16.
- 22. **Lib. Canon.**  
LIBER IOB, in eo tractatur de beati Iob patientia, perfectione & disputatione quam habuit cum amicis, de prouidentia diuina, & de corporum resurrectione, habet cap. 42.
- 23. **Liber Canonicus.**  
LIBER PSALMORVM, in eo agitur de Christi diuinitate, humanitate, passionem, resurrectionem, ascensione & aduersu ad iudicium, de beneficiis Dei, de precis peccatorum, de pigritio iustorum, & de Dei laudibus, continet psalmos 150.
- 24. **Lib. Canon.**  
LIBER PROVERBIORVM SALOMONIS, in eo agitur de instructione eorum qui incipiunt seruire Deo, de correctione morum, & de informatione virtutum, habet cap. 31.
- 25. **Liber Canonicus.**  
LIBER ECCLESIASTÆ, in quo agitur de mundi vanitate, de vitiis contemptu, & de prosperitate eorum qui ambulant in via Dei, & eius præcepta seruant, habet cap. 12.

# STROMATON BIBLICORVM

- 26 Liber Canticorum, in quo agitur de viri iusti perfectione, de contemplatione animarum sanctarum, & de coniunctione Christi & Ecclesie, habet cap. 8.  
*26. Liber Canon.*
- 27 Liber Sapientie, in quo agitur de regimine prelatorum & conferuatione iusticie, de idolorum contemptu, de aduentu & de passione Christi, qui est vera sapientia, habet cap. 19.  
*27. Liber Canon.*
- 28 Liber Ecclesiastici, in quo agitur de obedientia subditorum, de institutione bonorum morum, de nobilitate sapientie, & de laude sanctorum, habet cap. 31.  
*28. Liber Canon.*
- 29 Liber Esaiæ, in quo tractatur de reprehensione Iudeorum, de aduentu Christi in carnem, de eius passione, de vocatione Gentium, de regno Iuda, & de regno Israel, habet cap. 66.  
*29. Liber Canon.*
- 30 Liber Ieremiae, in quo agitur de captiuitate Iudeorum, de destructione ciuitatis Ierusalem, de planctu & lamentatione propter talem destructionem, habet cap. 52. Threni vero ultra predicta continent cap. 5.  
*30. Liber Canon.*
- 31 Liber Baruch, in quo agitur de verbis quæ legit captiuis in Babylonia, de prædicatione reditus populi Israel, & eorum quæ futura sunt temporibus vitimis, habet cap. 6.  
*31. Liber Canon.*
- 32 Liber Ezechielis, in quo agitur de visionibus, de sceleribus Iudeorum, de ruina Ierusalem, & de eius reparatione, habet cap. 48.  
*32. Liber Canon.*
- 33 Liber Danielis, in quo agitur de mundi monarchia, de mutationibus temporum, de potestate & æternitate regni Christi, de historia Susanna, de destructione Bel, atque de interfecione draconis, habet cap. 14.  
*33. Liber Canon.*
- 34 Liber Osee, in quo agitur de idololatria populi Israel significata per mulierem meretricem, de inundatione peccatorum, & de admonitione ad filios Israel vt conuertantur ad Dominum, habet cap. 14.  
*34. Liber Canon.*
- 35 Liber Ioel, in quo agitur de consumptione terræ Iudeorum per erucam, bruchum, locustam, & rubiginem, de exhortatione ad penitentiam, & de iudicio futuro, habet cap. 3.  
*35. Liber Canon.*
- 36 Liber Amos, in quo agitur de sceleribus Iudeorum & Gentium, de ira & vindicta Dei super eos ventura, de exhortatione ad penitentiam, & de prædicatione finalis reparationis, habet cap. 9.  
*36. Liber Canon.*
- 37 Liber Abdie, in quo agitur de cõminatione & destructione Edom & Elau, habet cap. 1.  
*37. Liber Canon.*
- 38 Liber Ionæ, qui de naufragio ipsius Ionæ loquitur, in eo passionem Christi significans, mundum ad penitentiam reuocat, itaque sub nomine Ninive salutem gentium præfiguratur, habet cap. 4.  
*38. Liber Canon.*
- 39 Liber Micheæ qui prædicat Samaritæ deuastationem & captiuitatem ac interitum principum Israel & pseudoprophetarum, & de ingratitude & malitia eorum, habet cap. 7.  
*39. Liber Canon.*
- 40 Liber Nahum, in quo agitur de ira Dei, & vindicta graui contra Ninuitas, qui ad prædicationem Ionæ penitentiam egerunt, postea vero peccatis maioribus inuoluti fuerunt, habet cap. 3.  
*40. Liber Canon.*
- 41 Liber Abacuc, in quo agitur de disputatione quam habuit propheta cum Deo, & hoc mundo, quia iusti conculcantur, & in prosperitate sunt iniqui, habet cap. 3.  
*41. Liber Canon.*
- 42 Liber Sophonie, in quo agitur de iudicio Dei contra Iudeos & Gentiles extraneos, & de consolatione populi Israel, habet cap. 3.  
*42. Liber Canon.*
- 43 Liber Aggei, in quo agitur de reuersione populi Iudeorum, de reedificatione templi, ac de renouatione ciuitatis, habet cap. 2.  
*43. Liber Canon.*
- 44 Liber Zacharie, in quo agitur de liberatione Iudeorum, de vindicta contra inimicos eorum, de humilitate aduentus Christi, & de passione eiusdem, habet cap. 14.  
*44. Liber Canon.*
- 45 Liber Malachie, in quo agitur de abiectione populi Iudeorum & sacrificiorum eius, & de aduentu Christi, habet cap. 4.  
*45. Liber Canon.*
- 46 Primus liber Machabæorum, in quo agitur de præliis inter Hebræorum duces, & gentem Persarum, & de liberatione populi fidelis sub Mathathia, Iudathia, & Symone, habet cap. 16.  
*46. Liber Canon.*
- 47 Secundus liber Machabæorum, in quo breuiter repetitur quedam dicta in primo libro, in eo etiam agitur de tribulatione populi, de constantia septem fratrum & matris eorum, & de liberatione populi per Iudam Machabæum, habet cap. 15.  
*47. Liber Canon.*
- 48 Liber Matthæi Apostoli, in quo agitur præcipue de humanitate Christi, habet cap. 28.  
*48. Liber Canon.*
- 49 Liber Marci Euangelistæ, in quo præcipue agitur de Christi fortitudine & resurrectione, habet cap. 16.  
*49. Liber Canon.*
- 50 Liber Lucæ Euangelistæ, in quo præcipue agitur de morte & passione Christi, habet cap. 24.  
*50. Liber Canon.*
- 51 Liber Ioannis Euangelistæ, in quo Christi diuinitatis mysteria proponuntur, habet cap. 21.  
*51. Liber Canon.*
- 52 Liber Actuum Apostolicorum, in quo agitur de Christi in cælum ascensione, de visibili spiritus sancti missione, de gestis Apostolorum, & præcipue beati Pauli, atque de infantia nascentis Ecclesie, habet cap. 28.  
*52. Liber Canon.*
- 53 Epistola beati Pauli ad Romanos, in qua Apostolus reuocat Romanos ab erroribus Gentilium, & ceremoniis legis ad veram & Catholicam fidem, habet cap. 16.  
*53. Liber Canon.*
- 54 Prior epistola Pauli ad Corinthios, in qua quosdam à falsis apostolis & philosophis, per eloquentiam, quosdam verò per obsequantiam, legis Iudaicæ seductos ad veram fidem, & ad veram sapientiam reuocat, habet cap. 16.  
*54. Liber Canon.*
- 55 Posterior beati Pauli ad Corinthios Epistola, in qua eosdem ad penitentiam conuersos & emendatos consolatur & laudat, habet cap. 13.  
*55. Liber Canon.*
- 56 Epistola beati Pauli ad Galatas, in qua ipsos Galatas à falsis prophetis seductos increpat, quod ad legem & ad circuncisionem reuertentur, eosdem ad fidem catholicæ veritatis reuocat, habet cap. 6.  
*56. Liber Canon.*
- 57 Epistola beati Pauli ad Ephesos, in qua Apostolus ipsos Ephesos commendat, quia in fide percepta persistunt, habet cap. 6.  
*57. Liber Canon.*
- 58 Epistola beati Pauli ad Philippenses, in qua eos laudat quia accepto verbo veritatis in fide persistunt, nec admiserunt falsos apostolos, habet cap. 4.  
*58. Liber Canon.*
- 59 Epistola beati Pauli ad Colossenses, in qua ipsos à pseudopropheta præuentos & deceptos corrigit, & hortatur ad fidei veritatem, habet cap. 4.  
*59. Liber Canon.*
- 60 Prior beati Pauli epistola ad Thessalonicenses, in qua Apostolus ipsos collaudat, quia verbo veritatis accepto, etiam cum persecutionem paterentur à conciuibus suis, persistunt in fide, nec falsos apostolos receperunt, habet cap. 5.  
*60. Liber Canon.*
- 61 Posterior epistola beati Pauli ad Thessalonicenses, in qua Apostolus eosdem instruit de temporibus nouissimis, de aduentu, persecutionibus, & de fallaciis Antichristi, & de ipsius exaltatione atque ruina, habet cap. 3.  
*61. Liber Canon.*
- 62 Prior epistola beati Pauli ad Timotheum, in qua eundem instruit de ordinatione & officio episcopatus, & diaconatus, atque de omni ecclesiastica disciplina, habet cap. 6.  
*62. Liber Canon.*
- 63 Posterior epistola beati Pauli ad Timotheum, in qua hortatur ipsum ad coronam martyrii, & eundem instruit de omni regula catholice veritatis, & de sua passione, docetque, quid futurum sit in nouissimis temporibus, habet cap. 4.  
*63. Liber Canon.*
- 64 Epistola beati Pauli ad Titum, in qua eundem instruit de constitutione & ordinatione presbyterorum, de cõuersatione spirituali, atque de hæreticis vitandis, habet cap. 3.  
*64. Liber Canon.*
- 65 Epistola beati Pauli ad Philemonem, in qua eundem commendat de fide & charitate in sanctos, & rogat ipsum vt indulgeat Onesimo seruo suo, ipsamque benigne suscipiat, habet 1. cap.  
*65. Liber Canon.*
- 66 Epistola beati Pauli ad Hebræos, in qua defectum legis Moisaicæ, & perfectionem legis Euangelicæ ostendit, & quod Christus sit verus Deus & homo Dei & hominum mediator, habet ca. 13.  
*66. Liber Canon.*
- 67 Epistola beati Iacobi, in qua Christianos ad patientiam hortatur, apud Deum non esse personarum acceptionem docet, mala ex vitio linguæ pronouentia aperit: bella & dissensiones prohibet, diuites reprehendit, & ad virtutes inducit, habet cap. 5.  
*67. Liber Canon.*
- 68 Prior beati Petri epistola, in qua gratias agit Deo, qui summa misericordia per passionem filij sui genus humanum saluauit, & ad rectè viuendum variorum statuum homines instruit & docet, habet cap. 5.  
*68. Liber Canon.*
- 69 Posterior beati Petri epistola, in qua fideles ad constantiam in suscepra hortatur, notat & damnat hæreticorum falsitatem, & secum Christi aduentum describit, habet cap. 3.  
*69. Liber Canon.*

LIBER PRIMVS.

70. *Liber Cano.*  
 70 Prima epistola beati Iohannis, in qua testificatur de verbo vitæ & veritatis, ad confessionem peccatorum hortatur, affirmat nos habere Dominum Iesum, aduocatum apud patrem, amorem mundi dilinadet & ad dilectionem Dei & proximi inducit, habet cap. 5.  
 71. *Liber Cano.*  
 71 Secunda epistola beati Iohannis, in qua electam dominam & filios eius commendat, ad fraternam charitatem hortatur, & monet vt hæreticos deuicent, habet cap. 1.  
 72. *Liber Cano.*  
 72 Tertia epistola beati Iohannis, in qua Caium commendat ob pietatem quam exercebat in peregrinos atque vt in ipsa pietate permaneat hortatur, habet cap. 1.  
 73. *Liber Cano.*  
 73 Epistola beati Iudæ, in qua omnes de salute proptia sollicitè monet: inducit altercationem Michaëlis cum satana, & detestatur hæreticorum vitam.  
 74. *Liber Canon.*  
 74 Liber Apocalypsis, in quo agitur de reuelationibus factis in Patmo insula beato Iohanni per angelum, de tribulationibus quas ecclesia Christi tunc patiebatur, & in futurum passura est, & presertim tempore Antichristi; atque de suppliciiis damnatorum, ac de præmiis electorum, habet cap. 22.  
 Hi igitur omnes & singuli scripti & prænominati libri sacri 74.

sunt omnibus christianis in canone sacrarum scripturarum recipiendi & numerandi, cum per ecclesiam catholicam in conciliis generalibus tales eos esse spiritus sanctus eorumdem auctor docuerit & reuelarit. Notatu quoque meo quidem iudicio dignum est, quod & si Spiritus sanctus per prophetas, apostolos & alios sanctos viros scripturas Sacras tradidit, non tamen quicquid illi aut dixerunt aut scripserunt statim pro scriptura sacra & canonica recipi debet. Aliquando enim vt homines & loqui & scribere potuerunt, quare opus est reuelatione spiritus sancti ad discernendum si hæc aut illa etiam sanctorum virorum scripta, pro diuinis & canonicis ceteri debent. hoc est quare tandiu dubitarum est à doctissimis etiam Christianis, de multis libris sanctis, qui nunc canonici iudicantur, approbantur, & recipiuntur, illos videlicet approbante & canonicos iudicante spiritu sancto in generali concilio. Noli igitur moueri si tibi obiciatur nonnullos ex suprapositis libris Apocryphos, & non canonicos à multis dictos esse. Nam Iudæi integrum nouum Testamentum reiciunt, nec non etiam quosdam veteris Testamenti libros. Nos autem non Iudæorum sed christianorum canonem sequi debemus, quod non animaduertunt qui Machabeorum libros & alios quosdam à Canone scripturarum diuinarum expungunt. Considerandam est etiam ecclesiam, nunc quosdam approbare de quibus aliquando dubitauit. In summa igitur omnes à nobis numerati Christianis sunt canonici, non nego tamen interim quin alij aliis sint diuinis sacramentis & mysteriis pleniore atque præstantiores.

SIMPLEX ET SVCCINCTA OMNIUM LIBRORVM CANONICORVM VETERIS & NOVI TESTAMENTI RECITATIO PROPRIIS NOMINIBVS, QUIBUS À GRÆCIS, LATINIS & HEBRÆIS VOCANTUR, EXPRESSA.

Cap. 10.

NE c absurdum, nec inutile iis, qui serid in scripturis sacris versari volunt, fore iudicauit, si omnes sacrorum Bibliorum canonicos libros, simpliciter & eo ordine, quem in ipsis proponendis obseruauit catholica ecclesia, sincera & prudens diuinorum secretorum dispensatrix, recitando nominibus, quibus ab Hebræis, Græcis & Latinis denominantur, ipsos exprimerem. Sic enim, & res, illis libris, tradite, melius intelligentur, & ad Hebræorum & Græcorum scripta cognoscenda, facilius via parabitur. Sic igitur, eorum ordinem, & appellationes varias habeto.

Latina Vocabula.

Græca Vocabula.

Hebræa Vocabula.

Genesis.  
 Exodus.  
 Leuiticus.  
 Numeri.  
 Deuteronomium.  
 Iosue.  
 Iudices.  
 Ruth.  
 I. Regum.  
 II. Regum.  
 III. Regum.  
 IIII. Regum.  
 I. Paralypomenon.  
 II. Paralypomenon.  
 I. Esdra.  
 II. Esdra.  
 Tobias.  
 Iudith.  
 Hester.  
 Iob.  
 Palterium.  
 Prouerbia Salomonis.  
 Ecclesiastes.  
 Cantica Canticorum.  
 Sapientia Salomonis.  
 Ecclesiasticus.  
 Esayas.  
 Ieremias.  
 Baruch.

Γένεσις.  
 Ἔξοδος.  
 Λευιτικόν.  
 Αριθμοί.  
 Δευτερονόμιον.  
 Ἰησοῦς Ναυη.  
 Κρίται.  
 Ρούθ.  
 Βασιλειῶν πρώτη.  
 Βασιλειῶν δευτέρα.  
 Βασιλειῶν τρίτη.  
 Βασιλειῶν τετάρτη.  
 Παραλειπομένων πρώτη.  
 Παραλειπομένων δεύτερον.  
 Ἑσδραῖς, πρώτη.  
 Ἑσδραῖς, δεύτερα.  
 Τωβίτ.  
 Ἰουδῆθ.  
 Ἑσθῆρ.  
 Ἰώβ.  
 Ψαλτήριον.  
 Προιμια, Σολομώντος.  
 Ἐκκλησιαστής.  
 Ἄσμα Ἀσμάτων.  
 Σοφία Σολομώντος.  
 Σοφία Σειραχ.  
 Ἠσαίας.  
 Ἰερεμίας.  
 Βαρουχ.

בְּרֵאשִׁית  
 שְׁמוֹת  
 וַיְקַרְא  
 בְּסֵפֶר  
 דְּבָרִים  
 יְהוֹשֻׁעַ  
 שְׁפֹטִים  
 רוּת  
 שְׁמוֹת  
 שְׁמוֹת  
 מְלָכִים א  
 מְלָכִים ב  
 דְּבָרֵי הַיְמִינִים א  
 דְּבָרֵי הַיְמִינִים ב  
 עֶזְרָא  
 עֶזְרָא כ אֲחֻמַּת  
 טוֹבִיָּת  
 יוּדִית  
 אֶסְתֵּר  
 אִיּוֹב  
 תְּהִלִּים  
 מְשֻׁלֵּי שְׁלֹמֹה  
 קְהֵלֶת  
 שִׁיר הַשִּׁינַיִם  
 חֻמַּת שְׁלֹמֹה  
 חֻמַּת יִשְׁעֵי  
 יִשְׁעֵי  
 יִרְמְיָהוּ  
 בְּרֻךְ





# LIBER PRIMVS.

MVLTIPLES AC DIVERSAS VARIIS DE CAVSSIS  
factæ sacrorum Bibliorum non inutiles partitiones.

## CAPVT II.

**V**um partitio omni in re tanto sit vtilior, quanto res de qua agitur amplior & maior est, ea mihi videtur Bibliorum sacrorum sensum assequi cupientibus per necessitatem: quia videlicet ipsa omni alio scriptorum & scientiarum genere longius, latiusque patent. Quia autem omnis scriptura diuinitus inspirata (testimonio beati Pauli) vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus, mihi videtur hoc imprimis notandum iis qui versantur in scripturis sacris quædam in ipsis contineri p̄t̄re diuina, in quibus cognoscendis fide opus est, sicut docet Esaias cum ait. Nisi credideritis, non intelligetis. Illa enim excedit omnem rationis potestatem, quare oportet captiuare intellectum in obsequium fidei, quæ est substantia rerum sperandarum & argumentum non apparentium. Quædam etiam in sacris Bibliis traduntur quæ cum recta ratione consentiunt, vel potius ab ipsa proficiuntur: quare sapius in ipsis ea legitur quæ ad honestam politiam & rectam œconomiam spectant. Hæc autem ita coniunguntur quia operpretium est cuncta optime ordinata verbo Dei dirigi & disponi. Omnem igitur, vel etiam totum hominem cum instruat & perficiat scriptura facta, eam & humana & diuina tractare & prescribere necesse est. In Christiano enim duplex est generatio & duplex homo, vt docet Paulus cum ait: Primus homo de terra terrenus, secundus homo de celo celestis. Opus est autem circumspectione & animaduersione non parua, vt discernamus quæ humana & quæ diuina sunt præcepta, cum fere per tota sacra Biblia ea permisceantur, nec libris, nec etiam capitibus dissepantur. Vetus etiam & trita est sacrorum Bibliorum partitio, qua diuiduntur in vetus & in nouum Testamentum, quæ sanè diuinitus magis sumpta est ex modo tradendi diuini Testamenti, quam ex rei ipsius essentiali distinctione. Nam vna & æterna est Dei voluntas & ordinatio de hominum salute quæ nunc vetus, nunc etiam nouum Testamentum (non citra tamen iustam rationem) appellatur. Hic etiam aliquid conferet considerare quemadmodum scriptura sacra sicut per antropopathiam sapius de Deo, vt de homine loquitur: ita humanitus solet hominibus loqui, cum diuina proponit. Quod in hoc facile cognoscitur, quia Dei ordinationem de hominum salute, Testamentum scriptura ipsa vocat metaphora sumpta à morientibus, qui animi sui sententiam & certam propositum rebus suis ordinatis, vt volunt, testantur. Testatur namque nobis Deus certò de sua voluntate & ordinatione, per scripturam sacram quæ idcirco eius Testamentum vocatur. metaphoricè igitur pro re ipsa Testamento asserta & confirmata eum ordinata sumitur Testamentum: vt etiam pro pacto & fœdere, quod Deus cum hominibus pepigit. Nam Deus fœdere quodam se nobis astrinxit, expositis conditionibus quid expectemus ab eo, & quid ipsi faciamus. Vult enim homines saluos facere, modo ipsi pro Deo suo agnoscant, venerentur, & fide, spe, innocentia, sanctitate, & charitate colant. Hæc namque profectò referuntur in summa omnia propemodum diuina scripta. Hoc autem Testamentum & fœdus, hæc ordinatio & obtestatio Dei vnica incommutabilis & sempiterna est: Nam vna est omnium **scilicet veteris & noui Testamenti nomina ex tradendi modo profecta sunt, is enim diuersus est, cū Testamentum ipsum vnicum est, quod ad ipsam substantiam atinet: hoc dilucidum erit expendentibus quæ res sint veteribus traditæ, eadem videlicet quas nobis reliquerunt apostoli: quod sanè sic sigillatim discuntur & deprehenduntur. Veteribus traditum est vnum esse Deum, hunc solum summo honore, & Deo soli debito, colendum esse, colendum autem spiritu, innocentia & fide: item vniam esse orbis totius iustitiam & redemptionem, vnicum esse sacerdotem, summum & æternum, sacrificiumque perpetuum scilicet Iesum Christum Dei & hominis verè filium: Sperandam quoque animarū perpetuitatem, atque & resurrectionem eorum: bonorum malorumque iustum iudicium, in quo vnicuique, pro vt gessit, in proprio corpore reddetur. Hæc autem eadem nobis tradiderunt apostoli: Quare quod ad fidem Testamentumque substantiam atinet, idem prorsus traditum est vtriusque. Tam verò quod ad modum atinet quo alto atque alio illud nobis, idemque istis traditum est, Paulus apostolus, veteribus, inquit, omnia contingebant in figura: nobis autem illa euenerunt citra figuram. Christum enim qui legis perfectio est, dedit nobis Deus, vt nunc veluti presens, præteritumque, hoc est completum veneremur, quod isti complendum adhuc velatum in typo habebant, imo verius expectabant. Atque hunc admodum tradendi ratio diuersa cernitur. Illi habebant figuram, nos ipsam rem: illi externis & ceremonialibus gaudebant, nos spiritualibus, significatisque rebus citra typos exultamus. Eo autem pertinet sacerdotium Aaronicū & sacrificiorum eruentæ formæ variæ, typi sacerdotij & sacrificij Christi, quod quotidie in sacro, sancta missa recollit & celebrat catholica ecclesia, atque meo quidem iudicio, ex hac diuersa traditione existunt iam veteris & noui Testamenti voces. Siquidem ea traditio qua per typos & figuras religio tradita est veteribus, appellatur Testamentum vetus: sed ea que citra figuras Christum, legis perfectionem, nobis describit & exhibet, nouum Testamentum dicitur: non quidem ideo nouum, quia veteres christum nescierunt, sed collatione ad vetus, & quod nouam multitudinem gentium scilicet ecclesiam, in hoc fœdus per Christum & predictionem Evangelicam constar esse receptam. Hinc igitur rectè intel-**

ligitur quo modo Biblia facta, vetus & nouum Testamentum appellatur. Quia enim prioribus Bibliorum libris describuntur præcepta, traditiones, promissiones, facta, ritus, & modi varij, quibus Deus homines in Testamento fœderis suo, & in religione vera instituit & deduxit: ideo Testamentum vetus appellari capere: aut etiam quia finem habere debebat. Nam, vt inquit beatus Paulus Hebræis scribens, Quod antiquatur & senescit, prope interitum est. Quia autem libri posteriores describunt quomodo in Christo omnia impleta & innouata adeoque restituta sunt, quomodo item nouus populus ex Iudæis & Gentibus collectus in vnum corpus coierit, ideo, inquam, nouum Testamentum cognominati sunt: vel quia nouata omnia proponunt & commendant, aut etiam quia lex Evangelica semper est duratura. Præterea ex argumento & materia voluminum sacrorum Bibliorum canonici libri diuiduntur à quibusdam in quatuor partes, scilicet in legales (à cõmuniibus appellationibus recedere nolo) historiales, sapientiales, ceu philosophicos & prophetales. Legales definiuntur, in quibus leges & iudicia ore Dei edita promulgantur. Historiales dicuntur, in quibus historiarum rerum gestarum narrantur: Sapientiales ceu philosophici sunt, in quibus altior prudentia & vera sapientia edocetur. Prophetales ænigmæ in quibus futura certò vètura præannunciantur. Hæc sanè Bibliorum partitio, non parum adiumenti affert theologiae studiosis, qui scripturam sacram vniuersam tritam & familiarem habere debent. In ea enim summatim complectendo hæc sunt. Primum Dei lex & voluntas omnibus qui salui esse volunt, necessariò tenenda, & obseruanda explicatur, deinde, quia cum ad docendum, tum ad excitandum homines, exempla & facta plurimum valent, subiunguntur gesta virorum & reproborum & iustorum, simul etiam Dei promissionum & comminationum completionis & executionis paradigmata: tum excellentior & perfectior doctrina proponitur, qua viri boni & electi, vt in virtute, sic etiam in cognitione proficere debent: denique quia fide & spe, maxime viuunt electi in hoc mundo, idcirco quæ sunt certò futura & euentura ipsis proponuntur. Sic autem libri canonici sequendo hanc diuisionem ordinato. In diuisione librorum veteris Testamenti omnium doctorum iudicio legales sunt hi quinque, scilicet Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, & Deuteronomium. Historici sunt 19, scilicet, Iosue, Iudicum, Ruth, Regum libri 4, Paralipomenon ceu annalium libri 2, Esdræ libri 4, Tobias, Judith, Ester, Iob, Machabæorum libri 2. Sapientiales ceu philosophici sunt hi, scilicet Proverbia, Ecclesiastes, Cantica, Sapientia & Ecclesiasticus. Prophetales denique sunt 18, scilicet Esaias, Ieremias, Baruch, Ezechiel, Daniel, Oseas, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Nahum, Abacuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias, & Malachias. Hic autem intelligendum est eos libros ita deuotum, ob ea quæ precipuè in illis traduntur, non quia sapius in singulis eorum lex, historia, sapientia, & propheta non continentur.

Eandem partitionem sortiti sunt libri noui Testamenti, in quo quatuor sunt legales, scilicet Matthæus, Marcus, Lucas, & Ioannes. Vnus historialis, scilicet liber Actuum apostolorum: sapientiales vnus & viginti, scilicet 14. Epistolæ beati Pauli, & septem canonice, quarum vna est beati Iacobi, duas beati Petri, tres beati Ioannis, & vna beati Iudæ. Prophetales est solus liber Apocalypsis. Sunt & alia sacrorum librorum, & maxime veteris Testamenti diuisiones, de quibus consulente qui volent plenus de hac re cognoscere, diuum Hieronymum in præfationibus librorum Regum, & Danielis, diuum Augustinum de doctrina Christiana libr. 2. c. 8. & Cyprianum in expositione symboli: Melitonem antiquissimè Sardinis ecclesiæ episcopum, de quo scripsit Eusebius ecclesiasticæ historie libr. 4. c. 15. & Origenem in Psalmum primum, de quo etiam scripsit idem Eusebius historie ecclesiasticæ libr. 6. c. 4. Reuicere autem & facile Hebræorum sensu de libris veteris Testamenti assequemur, si intellexerimus apud eos omnes libros in canonicos & in Apocryphos prima sectione distribui. Canonicos numerant nonnulli 22. nonnulli etiam 24. Apocryphi & extra canonem (Hebræorum quidem non autem christianorum & ecclesiæ catholica) positi qui sequuntur affirmantur, scilicet Tobias, Judith, Sapientia Salomonis, & Ecclesiasticus siue sapientia Iesu filij Sirach, Baruch, Epistola Ieremias, canticum trium puerorum, Susanna historia, de bele idolo, Machab. 1. & 2. tertium & quartum addunt nonnulli. Canonicos autem 24. id est indubitatè auctoritatis, libros quos estim verba nuncupant, diuidunt in tres partes, scilicet in legem quam thora dicunt (illos in Prophetas aliqui in priores & posteriores subdividunt) quos nouum vocant, & in hagiographa quæ cetumum nuncupant. Quam diuisionem videtur esse sequutus Christus Matth. 7. 11. & 23. Necnò Lucæ vltimo, cum partitus est libros veteris Testamenti in legem, prophetas & psalmos. Prima pars continet quinque libros Moysis, scilicet Genesim, Exodum, Leuiticum, Numeros, & Deuteronomium. Secunda verò octo libros complexa est, scilicet Iosue, Iudicum, Regum, primum & secundum Regum, tertium & quartum Regum, Esaiam, Ieremiam, Ezechielem, & duodecim prophetas minores, qui sunt Oseas, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Nahum, Abacuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias & Malachias. Postrema denique pars continet vndecim libros, scilicet duos Paralipomenon, Psalterium, proverbia Salomonis, Iob, Ruth, Ecclesiastem, Threnos, Canticum Canticorum, Ester, Danielem & Esdras. Hæc sunt vltiores & magis præcipuæ librorum diuisionum totius scripturæ sacræ diuisiones, quas tanquam imprimis vtilis subiungunt.

STROMATON BIBLICORVM

gere volui: reliquias autem quæ plures esse possunt pro cuiuslibet animaduerfione singulorum diligentia reliquendo.

Breuis summa totius scripturae sacrae. Cap. 12.

Priusquam huic primæ stromatoni Biblicorum partem suam imponerem, commodum duxi ascribere eam totius scripturae sacrae, id est veteris & noui Testamenti librorum summam, quam pluris faciunt docti non pauci. Ea est eiusmodi. Docent nos libri veteris Testamenti, Deum illum quem coluerunt Abraham, Isaac & Iacob hebraei, solum verum esse Deum, eumque omnipotentem & æternum, qui propter bonitatem suam verbo suo cælum & terram, & quæ in eis sunt creauit: à quo omnia procedunt, sine quo nihil quicquam est: iustum & misericordem, quique omnia operatur in omnibus secundum voluntatem suam: cui non licet dicere, quare sic vel sic faciat.

Creatio hominum, peccatum, ira, mors & damnatio.

Ad hæc docent ipsam hunc Deum creasse Adam primum hominem, ad imaginem & similitudinem suam, dominumque eum constituisse omnium creatorum in terra. Qui quidem Adam, inuidia & fraude diaboli, creatoris sui præcepto non obediens, suo peccato, peccatum in hunc mundum inuexit tale, tantumque, vt nos secundum carnem ab ipso progeniti, natura filij in æ simus, & ob id morti, damnationi, iugo & tyrannidi diaboli obnoxij reddamur.

Promissio Christi, fides antiquorum, gratia & Euangeliū.

Porro autem promissum fuisse à Deo Patre semè illud benedictionem Iesum Christum Filium suum saluatorem nostrum, ipsi Adæ, Abraham, Isaac, Iacob, Davidi, & reliquis patribus, qui à peccatis & tyrannide diaboli liberaret eos, qui vna fide huic promissioni crederent, ipsique Iesu Christo fiderent, liberationem hanc ab ipso & per ipsum sperantes. Est autè hæc promissio sepius in libris veteris Testamenti.

Lex sua decalogus, sacrificia veterum.

Interea autem dum à patribus expectabatur promissa salus & liberatio, quia ea est hominum natura, tam superba atque adeo corrupta, vt non liberent ipsi velint, aut etiam tam caeca, vt non facile possint se agnoscere peccatores, quibus promissio salutari sit opus, legem scriptam in tabulis lapideis datam fuisse à Deo per Moysen, vt per eam agnito peccato, & cordis humani malitia, ardentius starent homines Christi aduentum, qui ipsos à peccatis redimeret, quod lex ipsa & legis sacrificia ac hostiæ non præstabant. Erant enim vmbrae & figuræ veræ oblationis Christi, quæ peccata omnia obliuenda erant & abolenda.

Iesus Christus saluator mundi mittitur.

Noui autem libris docemur Christum illum promissum (qui est super omnia benedictus in secula) & in libris veteris Testamenti adumbratum, sacrificiis figuratum, & missum tandem à patre fuisse, eo tempore, quod apud se constituerat, & in prophetis prædixerat, eo inquam tempore quo abundabat iniquitas omnis: missam autem & incarnatam, mortuum, & ex mortuis resuscitatum, non ex bonis cuiusquam operibus (nam omnes erant peccatores) sed vt verax, abundantes gratia: suæ diuitias quas promiserat exhiberet, & secundum misericordiam suam saluos nos faceret.

Quæ & quanta nobis data in Christo. Agnus, hostia, pax, adoptio.

In nouo igitur Testamento planissime ostenditur, quod Iesus Christus, verus agnus, & vera mundi hostia, venit vt nobis pacem cum patre conciliaret (ipse est enim pax nostra) lauando nos à peccatis nostris in sanguine suo, & liberaret à seruitute diaboli (cui peccando seruebamus) in filiisque Dei adoptaremur per ipsum, & cohæredes eius efficeremur.

Spiritus sanctus, fides.

Vt autem singulare hoc & maximum optimi Dei beneficium erga nos agnoscamus, et nobis Deus spiritum suum sanctum, cuius fructus & donum est fides in Deum & Christum eius. Nam sine spiritu sancto, quo signamur, neque credere possumus Deum Patrem misisse Messiam, neque Iesum esse Christum. Nullus enim (inquit Paulus) dicere potest Dominus Iesus nisi in spiritu sancto.

Obsequatio & seruitus, charitas spes.

Idè Spiritus testatur spiritui nostro, quod sumus filij Dei, & diffundit in viscera nostra eam charitatem, quam describit Paulus Corinthiis: præterea spem, quæ est vitæ æternæ expectatio, cuius idem ipse arrabo est & pignus, nobis impertitur, & alia spiritualia dona, de quibus Pau-

lus ad Galatas, &c.

Iustificatio & sanctificatio.

Per hanc itaque in Christum fiduciam & fidem, quæ per charitatem operatur, & se charitatis operibus exercit, ad ea hominem mouens iustificamur, sanctificamur, non tantum quidem per imputatam sanctificationem & iustificationem, vt malè & ignoranter affirmant nonnulli, sed verè per gratiam Dei & patris Domini nostri Iesu Christi, qui pro nobis mortuus est & satisfecit, atque vt propter delicta nostra mortuus est, ita resurrexit propter iustificationem nostram, cuius meriti participes efficitur recipiendo ipsius sacramenta in ecclesia catholica, extra quam nec Christus, nec salus inuenitur.

Bona opera, fides sine operibus inanis.

Venit denique Christus ipse, vt nos per ipsum sanctificati & purificati à peccatis, voluntatem eius operibus bonis sectantes, quæ carnis sunt abnegemus, ac liberè seruiamus ei in iustitia & sanctitate omnium diebus nostris: & vt per bona opera (quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus) nos ostendamus ad hanc gratiam vocatos. Quæ quidem bona opera, qui non habet, testatur se fidem in Christum non habere qualem ille in nobis requirit.

Christus est sine ecclesie omnia, est enim magister, pontifex mediator, aduocatus.

Ad eum oportet nos accedere, & alacri animo ipsum sequi, vt nos doceat & perficiat. Est enim caput sui corporis, quod est ecclesia, sanctorum communio. Est magister noster mitis & humilis corde: exemplar nostrum, à quo discere oportet innocenciam, patientiam, humilitatem, sobrietatem, fortitudinem, constantiam, omnes denique virtutes & iustam rectè viuendi normam. Noster præterea copiosus & iunius pontifex, vnus mediator Dei & hominum, qui nunc ad dexteram Dei patris sedet nobis aduocatus factus, orans, interpellansque pro nobis: qui proculdubio imperabit, quod vel ab ipso, vel ipsius nomine à patre petitiuius: si modo in fide peccamus. Sic enim promisit: & qui in Christo sunt, pro beneficiis sibi collatis perpetuas agunt gratias.

Penitentia, & peccatorum venia.

Ne igitur dubitemus, si quando peccauerimus, cum penitentia (ad quam nos initio statim suæ prædicationis inuitat & excitat) cumque fiducia accedere ad thronum gratiæ eius, credentes & sperantes quod misericordiam consequemur. Nam ideo venit, vt peccatores verè penitentes id est peccata detestantes, confitentes, relinquentes, & in seipsis penitentes saluos faceret.

Iudicium, vita æterna, mors sine damnatio æterna.

Hic nimirum est Christus Iesus, qui post interfectum spiritu oris sui hominè peccati, sedebit in maiestate sua, omnes in iudicaturus, vniuersa prius omnium qui mortui fuerit hominum, carne ex mortuis resuscitata, & redditurus vnicuique propria corporis, pro vt gessit, siue bonum, siue malum, dicturumque est iis qui à dextris erunt, qui in hoc mundo futura bona expectauerunt, Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi: iis autem qui à sinistris, discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Tunc verò finis erit, cum regnum Deo & patri tradiderit filius, cum quo regnabunt sancti sine fine in secula seculorum.

Scriptura, ministerium verbi Dei, & sacramentorum. Finis ad quem omnia diriguntur.

Hæc vt cognoscamus, bonitate Dei per spiritum eius sanctum tradita sunt nobis sacra Biblia, creditæ clauis regni caelorum, ipsumque diuinitus institutum est ministerium verbi Dei seu prædicationis euangelicæ: instituta sunt sacramenta benevolentia Dei, nostraque redemptionis signacula siue testimonia, & arcanorum Dei ac ecclesie mystica sacra, vt cognoscamus inquam & credamus vnum solum esse Deum verum, & quem misit Iesum Christum, vtque credentes vitam habeamus in nomine eius.

Anathema à Christo.

Præter hoc fundamentum nemo aliud potest ponere, optatque Paulus eum anathema esse, qui aliam fidem & salutem annunciarit quam per Iesum Christum, etiam si fuerit angelus de caelo. Domino Iesu Christo regi & redemptori nostro sit cum patre, & spiritui sancto, honor, laus & gloria, in secula seculorum, Amen.

STROMATVM BIBLICORVM LIBER SECVNDVS.

SEQVITVR SECVNDA PARS STROMATVM IN VNIVERSVM ORGANVM BIBLICVM, IN QVA BREVITER PROPONVNTVR SINGVLORVM LIBRORVM VETERIS, ATQVE NOVI TESTAMENTI ARGVMENTA.



Non parum studiosos inueniunt qui ad magnas & difficiles disciplinas facilius intelligendas summas breues, & compendia tradiderunt. Hoc autem cum in omni artium scientiarum genere plurimum adiuuenti affertur, tum potissimum in immenso librorum sacre scripturae pelago enatando, in quo sine cortice perpauci natare valent, necessarium mihi videtur. Quare non satis laudari posse censeo omnium disciplinarum peni referatissimum diuum Hieronymum, qui inter ceteros, aut etiam plus cæteris in hoc elaborasse meo iudicio dicendus est. Hunc igitur imitatus & quæ difficile satis doctis tantum ille scripsit facilia & quasi popularia efficere cupiens, hæc secunda stromatum nostrorum parte in vniuersum instrumentum Biblicum singulorum & om-

nium canonicorum librorum argumenta breuia & facilia subiicere (vt Deus dabit) proposui. Hic autem te præmonitū velim lector christiane, ne à nobis expectes rerum singularum minutias: sed præcipuorum propositorum summa capita. Hæc enim tantum perfecte curauimus, veriti ne hoc Bibliorum & commentariorum in eadem opus in immensum excreceret: facilitati igitur & breuitati, vt possumus, semper studemus, qui ne quicquam turgescerent paginam canepicis & argue odimus & vehementer damnamus.

Argumentum in Genesim.

Non citra mysterium initio scripturae sacrae ponitur Genesim. Sic enim primum philosophorum de mundi æternitate delirata dogmata tolluntur & solius Dei omnium rerum authoris, conseruatoris & gu-

Gen. 3. & 22.  
2. Reg. 7.  
Esa. 53.  
Daniel. 9.  
Zach. 3.  
Rom. 3.  
Gal. 3.  
Iero. 17.  
Rom. 3.  
Ez. 19. 20  
2. Cor. 3.  
Rom. 3. & 4.  
Gal. 3.  
Rom. 3.  
Hebr. 7. 9.  
& 10.  
Rom. 5.  
Luc. 1.  
Gal. 4.  
Eph. 2.  
Rom. 15.  
Ioan. 1.  
Esa. 53.  
1. Ioan. 2.  
Eph. 2.  
1. Petr. 1.  
Luc. 1.  
Hebr. 2.  
Apoc. 1.  
Eph. 1.  
Rom. 8.  
Eph. 3.  
Ioan. 1. 4. & 16.  
Ioan. 6.  
Eph. 4.  
Hebr. 11.  
Gal. 4. & 5.  
Eph. 1.  
2. Cor. 12.  
Rom. 8. & 9.  
1. Cor. 13.  
Tit. 1. & 3.  
Eph. 1.  
Gal. 5. & 2.  
Eph. 5.  
Hebr. 13.  
1. Cor. 1.  
Hebr. 2.  
2. Cor. 5.

Galat. 5.  
Iacob. 2.  
Rom. 3.  
1. Cor. 1.  
Ioan. 2. 0.  
Rom. 4.  
Eph. 2.  
Gal. 2.  
2. Cor. 5.  
Rom. 4.  
Tit. 2.  
Mat. 7.  
Luc. 1.  
Eph. 2.  
2. Petr. 1.  
Colo. 3.  
2. Cor. 6.  
1. Ioan. 2. 2. 3.  
Math. 11.  
& 13.  
Ioan. 13.  
1. Petr. 2.  
1. Ioan. 4. & 12  
2. Tim. 2.  
Colo. 3.  
Ioan. 1. 4. 15  
& 16.  
Hebr. 4.  
Mat. 1.  
1. Tim. 1.  
1. Ioan. 1.  
Mat. 1.  
Math. 4.  
Eph. 4.  
2. Thess. 2.  
Math. 25.  
2. Cor. 5.  
1. Cor. 15.  
1. Cor. 15.  
Esa. 6. 6.  
1. Thess. 4.  
2. Petr. 1.  
Math. 16.  
Ioan. 2. 0.  
Mat. 7. 1.  
Eph. 4.  
Rom. 4.  
Eph. 5.  
2. Cor. 11.  
Ioan. 17.  
1. Ioan. 3.  
1. Cor. 3.  
Gal. 1.  
Rom. 11.

benarioris æternitas asseritur. Quia igitur præcipuus Moysis scopus in hoc loco est docere omnium rerum principium & creationem, ideo hic liber Genesis à septuaginta, & bereth ab Hebræis dictus est. In hoc autem libro Moyses omnium sacrorum scriptorum veluti pater & canalis aureus, per quem cœlestis doctrina à Deo trāsata est ad homines, qui omnem pietatem, & veram sapientiam quinque libris mira diligentia & fide admirabili complexus est, exponit originem & causas omnium rerum, præsertim hominis ortum, qualis fuerit ab initio, quomodo lapsus & restitutus sit, quomodo ab vno nati sint omnes, perque terras partit, flagitiis enormibus, diluuium in se ab irato Deo deuoluat: rursus qui in illo seruari omnibus regnis dederit principium, postremo Abrahami, Isaci, Iacobi & Iosephi sanctorum patriarcharum, qui ante legem scriptam vixerunt, vitæ describuntur, mores, illustria dicta & facta, religio, & quomodo à terra Chanaan descendissent in Aegyptum. Ob quos & alios viros beatos dictus est, à quibusdam hic Moysi liber primus, liber iustorum, & si obtinuit & præualuit apud nos, & apud maiores nostros illorum appellatio, qui vocarunt Genesim ab origine & generatione omnium rerum, à qua librum Moses auspiciatur. Hic liber habet capita, 50. & inter legales recensetur, præcipua hic sunt capita ceu proposita creatio mundi, diluuium cum arca Noe, confusio linguarum, electio populi Dei & eiusdem in Aegyptum per Dei providentiam descensus.

*Argumentum in secundum Moysi librum vulgò Exodum.*

In Exodo mira & benigna Dei in suos electos providentia demonstratur. Continet enim liber ille populi electi afflictionem purgationem, & ad Deum reducentem, simul etiam miraculosam ab Aegyptiorum tyrannide liberationem, cum victoria gloriosissima: habet enim Pharaonis atque Aegyptiorum decem plagas & submersionem duce Moise. Complectitur præterea illa quæ ad finem siue iustificationem, & ea quæ ad politiam spectant. Proponit siquidem pascha, decalogum, manna, cultum diuinum, ceremonias, & reliqua quæ ad formam professionis religioſæ tam in sacerdotibus quam in plebeis & laicis reliquis pertinent. Tradit insuper populi Israelitici ingratitude in idololatria, in murruratione, & galtrimargia, Dei autem bonitatem in parendo, in concessa contra Amalecitas victoria, in directione secunda tempore peregrinationis deserti, in data lege, in dato subsidio per arcam, in damnatis magistabus, sacrificiis, & ceremoniis tabernaculi, arce, & reliqui vniuersi cultus diuini approbati. Hic autem liber 40. cap. constat & vulgò exitus à Latinis, à Græcis Exodus, & ab Hebræis velle semoth dicitur (quod idem significat quod, & hæc sunt) quia potissimum describit filiorum Israel ex Aegypto egressum & miracula quæ ante ipsum, in ipso, & post ipsum statim secuta sunt.

*Argumentum in tertium Moysi librum Leuiticum.*

In libro Leuitico docetur Deo esse sacrificandum, quibus sacrificiis Deus oblectetur, & quæ ipsorum sit ratio, atque in illis quæ forma sit seruanda. Continet igitur Leuiticus ceremonias, sacrificia, & ea omnia quæ pertinent ad cultum exteriorem, atque ad politiam ecclesiæ Iudaicæ in qua nihil est quod non figuret cœlestia sacramenta & diuina secreta complectatur. Quia autem hic agitur potissimum de vestibus Aaron, de ordine & ministerio Leuitarum, idcirco dicitur hic liber vulgò Leuiticus, & à quibusdam lex sacerdotum: ab Hebræis autem vaicra, id est, & vocauit, nuncupatur: à primo libri vocabulo: quæ nomenclatura familiaris est Hebræis in toto p̄tatecho. Hic ergo liber 27. omnia quæ ad cultum, professionem, & politiam exteriorem rerum spiritualium & ecclesiasticarum pertinent, sive lareque complectitur. Hic manifestè videre licet quomodo omni lege & rēpore Deus voluit coli sacrificio externe & publico per ministerium sacerdotum ordinatum: ut nunc in lege euangelica sit per sacerdotes ordinatos, legitimos ecclesiæ ministros qui offerunt & sacrificant Deo vivo, vero & æterno sacrificium euangelicum & æternum secundum ritum Melchisedec sub speciebus panis & vini, ipsum, scilicet corpus Christi, quod semel cum sanguinis effusione in cruce oblatum est ad tollenda peccata mundi, & ad omnia pacificanda. Hoc autem sacrificium corporis Christi quod fit in ecclesia, ex ipsius institutione & præcepto figurabant illa veteris legis sacrificia, quæ hoc libro explicantur & proponuntur.

*Argumentum in quartum Moysi librum Numeros dictum.*

Quum ad perfectè instruendum hominem Christianum & pium duo requirantur, scilicet doctrina pietatis, veritatis & sinceritatis, atque eorum qui in eius praxi sese exercuerunt facta & exempla: vbi libris præcedentibus ea sunt proposita quæ & doctrinam legis & reliquorum politæ Christianorum & piorum hominum necessarium traditionem & præscriptionem complectuntur, hoc numerorum libro 36. c. ea proponuntur quæ ad facta & gesta populi Israelitici pertinent: puta quæ egerunt filij Israel in deserto Arabiae per quadraginta annos scilicet à secundo anno post egressum ex Aegypto, vsque ad mortem Moysi & ingressum terræ Chanaan.

Pulchrum est hic videre numerationem multitudinis Israeliticæ tributum factam, pulchrum & vrile considerare descriptionem Leuitarum, eorum officiorum, ministeriorum & iurium, bella quoque & victorias populi Israelitici, prophetiæ & mysterium Balaam, rebellium acerbam diuinitus factam punitionem, & alia pleræque hic recensita & numerata. Vnde factum est ut hic liber vulgò & merito liber numerorū dicitur à Latinis: à Græcis ἀριθμοί, ab Hebræis autem vaiedabber, id est, & locutus est, à prima dictione denominatur, vel etiam bandub bar, à quinta.

*Argumentum in quintum Moysi librum Deuteronomiam vulgò dictum.*

Omnis ex populo Israelitico qui excedebat annos viginti, interierant propter incredulitatem, exceptis Iosue & Caleb. Ideo Moyses iteratò legem eandem quam prius in monte Sinai tradiderat populo Dei

proposuit in plano Mosab iuxta fluium Iordanem. Hic ergo liber 34. c. continet quandam præcedentium repetitionem & summam cum legis euangelicæ præfiguratione. Hic enim ea quæ sunt priora repetuntur ut sint noua de veteribus. Quare hic liber Deuteronomium vocatur à Græcis, secundaria lex à Latinis potest dici: Hebræi autem appellant elehaddebarim, à primis illius vocibus. Est autem adiectus hic liber (sæ prioribus à Mose veluti enchiridion & compendium totius philosophiæ cœlestis, in quo continentur omnia quæ ad beatè viuendum pertinere videntur. Commendatur breuitate, & est quasi commentarius ac explicatio decalogi. Voluit autem Dominus hunc librum semper suorum ateri manibus. Nam in ipso ita attemperauit omnia, ut omnibus ætatibus conueniat & ordinibus. Hic finem habent libri Moscos qui cōtinent historiam annorū 2570. Nam Genesis habet annos 2390. ab Adam enim ad diluuium sunt anni 1656. A diluuium verò ad exitum Abraham à Chaldea 303. Iudæ verò ad mortem Iosephi 290. Exodus habet annos afflictionis rēfiduorū 140. primique exitus anni gestarū reliqui tres libri absoluunt 40. annorum spatium, quibus oberrarunt in deserto: qui omnes collecti efficiunt annos 2570.

*Argumentum in librum Iosue.*

Pulchrum est videre hoc libro figurata ecclesiæ mysteria in Iosue duce fortissimo, in fecūditate terræ, in certaminibus populi contra impios, in eiusdem victoria, in aduersariis ad exercitum electorū, ne scilicet delectis delinuit, torpescerent & impinguati cōtra Deum recalcitrarent relictis in medio eorum infidelibus. Potestas etiam Christi & Euangelij reiectis ceremoniis veteris legis defuncti Moysi, qui populum Dei in terram promissam introducere non valuit, aperit iudicatur: ut etiam quot & quanta veris Christianis, qui hic ab impiis vnde quaque circumvallantur sint toleranda mala: simul quoque æternæ vitæ inexcogitabilis lætitiæ & felicitatis adumbratur. Hic ergo liber, qui latinis est primus inter historicos, & Hebræis inter Prophetas priores, inscribitur ab Hebræis Iehosua Ben nun, id est Iehosua filius Nun: à septuaginta verò vocatur *iosue* *veteris*, à Latinis autem appellatur liber Iosue. Is continet historiam annorū forte 24. aut 27. & videtur pendere à fine Deuteronomij atque 24. c. ostēdit quomodo Iosue qui tyrum domini non solum in gestis, sed etiam in nomine præferat, transit Iordanem, hostium regna subuertit, diuidit terram victorij populo: & per singulas vrbes, viculos, montes, flumina, torrentes, atque omnia confinia, ecclesiæ cœlestique Ierusalem spiritualia regna describit: hic ergo habemus quandam terræ sanctæ Geographiam, & exemplum optimi principis & populi obsequentissimi.

*Argumentum in librum Iudicum.*

Deus bonus & prouidus, vniuersi administrator, non solum populū sibi delegit, eundem lege diuinitus per Moysen data instituit, atque per Iosue in terram promissam aduersariis debellaris introduxit, sed etiā cum homines sciret ad errore cōcipiendum, & ad iniuriam inferendā prōpēssimos, ipsis de iudiciis hominibus Iudæis, scilicet & gentibus, vnum ouile facere, misitque apostolos ad omnes gētes in orbem vniuersum, ut cunctis annūciarent verbum salutis. Hoc figurauit cum genealogia carnali, descendit ex Ruth Moabitide muliere externa & a populo Dei aliena: sic enim significauit sua incarnatione & morte se Gentiles quoque sanctificaturum. Hoc igitur libro Ruth à potissima persona sic denominato, 4. c. textur catalogus Davidici adeoque messis generis ad sequentem historiam, & cognitionem promissionū Dei oppiddo vilis. Pertinet autem historia ad tempora iudicum.

*Argumentum in primum librum Regum.*

Dominus Deus conuenientibus temporibus & personis populum suum gubernans præfectis post Moysen, Iosue & Iudices reges donauit, sub quorum monarchia qualis existerit status republicæ Israelitici populi declaratur 4. libris sequentibus. Docetur etiam qui reges & quandiu successiue regnarunt: qualis fuit Dei cultus illorum tempore, quæ reuelationes ipsis regnantibus per prophetas factæ sunt quandiu durauit talis monarchia, & quare ipsis ablata est. Græci & Latini vocarunt hos quatuor libros, Regum libros: quia in ipsis vitæ & facta Regum præcipue continentur. Hebræi autem vocant duos primos libros Samuelis, quia continent gesta duorum Regum vniuersum, & inauguratorum ab ipso Samuele, scilicet Saulis & Davidis, simul etiam conceptionem, natiuitatem, & gesta ipsius Samuelis. Primus ergo liber, 31. c. cōplectitur illa, quæ facta sunt in populo Dei sub directione Samuelis & Saulis, incipiendo à conceptione ipsius Samuelis & finiendo in morte Saulis.

*Argumentum in secundum librum Regum.*

Hoc libro ea continentur quæ ad regnum Davidis spectant. In eo siquidem proponuntur eius illustria facta & regnum magnificum, ad-

duntur etiam ipsius afflictionis tam domesticæ quam externæ, quibus superatis amplissimum regnum stabilivit. In quo gessit typum Christi descensuri ex ipso, qui cum sua ecclesia & domesticis & externis persecutionibus tandem illis denicis triumphat cum suis electis in gloria summa & æterna. Hic liber constat. 24. c.

*Argumentum in tertium librum Regum.*

Hoc libro 23. recensentur reges qui regnarunt super populum Israel post Davidem, & agit de gestis eorum auspiciando à Salomone eius filio persequendo vsque ad mortem Achab, docetur regnum bipartitò diuisum fuisse post mortem Salomonis, cuius filius Roboam rex fuit vnus partis quæ habebat duas tribus, scilicet Iudæ & Benjamin, quare ab eo tempore regnū illius dictum fuit regnum Iudæ, altera verò pars habebat decem tribus, & dicebatur regnum Israel, quod datum fuit Ieroboam. Rex Iudæ sedebat Ierosolymis, rex verò Israel in Samaria. Hic ergo describuntur reges Iudæ & Israel.

*Argumentum in quartum librum Regum.*

Hoc libro 25. c. describuntur gesta regni Israel & Iudæ: Israel, scilicet, à morte Achab vsque ad Oseam vltimum regem, qui cum Samaria captus fuit à rege Assyriorum à quo & decem tribus translata fuerunt in Assyriam. Quod autem ad Iudam spectat, à regno Ioram filij Iosaphat vsque ad Sedechiam, quo regnante vrbs Ierusalem capta, diruta & direpta fuit per Nabuchodonosorem regem Assyriorum: quando eorum Sedechia eius filij trucidati sunt: ipse autè oculis priuatus, cum populo in Babylonem captiuus & cathenis vinculus ductus est, hic quoque multa narrantur insigniter & miraculose gesta à prophetis, maxime verò ab Elia & Eliseo. additur tandem quædam regum, ex quibus descendit Christus, genealogia.

*Perioche breuis & vnica in omnes libros Regum.*

Opus hoc sanè varium est, & multiplex salutari variâque eruditione referunt. Confirmantur siquidem in illo & explicantur illustrissimis exemplis diuinæ & leges & promissiones. Hinc ducuntur Psalmi & sermones sive homeliæ prophetarum. Iudicum liber pinxit statum democraticæ sive malis aristocraticæ. Regum autem historia, monarchiam suis coloribus delineat: ergo non tantum persona regis describitur, sed aulæ quoque, & totius regni forma, boni & mali. Reperiuntur in his exempla omnium ordinum, sacra & prophana, mira legum variatio, religionis multiplex observatio, simul etiam neglectus, egregia exempla fidei, perfidiæ, prudentiæ, iustitiæ, fortitudinis. Denique omnium partium vitæ: item qui boni & fideles sacerdotes, qui peruersi qui principes boni, qui tyranni. Verùm nemo potest obiter & in argumento immensam rerum angustissimam materiam & vtilitatem amplissimam, istorum librorum complecti. Primus siquidem describit præcipue Samuelis gesta & Salis regnum: Secundus Davidis: Tertius Salomonis gloriam pingit, & mox demonstrat quomodo præclara regna dilabantur, nisi coulerentur studio veræ pietatis, religionis, virtutis & concordie. Posteriori etiam parte ostenditur quomodo regis Isaacitarum & Iudæorum mutuis ceciderunt vulcribus, quomodo reges Aegyptiorum & Assyriorum sibi in auxilium magnis sumptibus cum duxerint, ad eoque & occasione dederint inuadendi regnum Israelitarum. Id quod quartus liber copiose persequitur, addens & Iudeorum excidium, quod antecessit principium captiuitatis, quæ incepit à Iechonia, & incidit in annum à conditio mundo 3430. historia enim Samuelis complebitur annis 100. videlicet Heli posteriores 20. Samuelis & Saulis 40. (actor. 13.) & Davidis 40. at duo postremi libri Regum ad captiuitatem vsque habent annos 423. menses, quibus si addideris annos historiæ Moysæ & Iudicum, reperies 3430. annos. His adde captiuitatis Babilonicæ 70. annos, & habebis à 20. Heli anno, annos 493. menses 6. Cæterum in numero 70. annorum captiuitatis venit libellus sive historia Hester. Notabile est quoddam de libris Regum scriptis his verbis beatus Hieronymus: Si historiam respicias, verba simplicia sunt, si autem in literis sensum latentem inspexeris, ecclesiæ paucitas, & hæreticorum contra ecclesiam bella narrantur.

*Argumentum in libros Paralipomenon.*

De hoc libro ita scribit beatus Hieronymus, Paralipomenon liber, id est veteris instrumenti epitome tantus ac talis est, vt absque illo si quis scitiam scripturarum sacrarum sibi voluerit arrogare, seipsum irideat. Per singula quippe nomina iuncturæque verborum & prætermittit in Regum libris tanguntur historiæ, & innumerabiles explicantur euangelij quæstiones. Hebræi vnum tantum faciunt librum, quem dicunt librum Chronicorum, hoc est descriptione historię cum ordine & obseruatione temporum. Græci & Latini duos fecerunt libros, quia vnus videbatur prolixior reliquorum Bibliæ librorum comparatione, & appellarunt libros Paralipomenon, id est derelictorum, quia multa continent quæ relicta sunt in libris Regum: Hebræi verò vocant diure haiaim. id est verba dierum, Latine dicas diaria sive annales. Primus liber continet breuem historiam genealogiæ filiorum Adam descendendo ad Abraham, Isaac, Iacob & 12. eius filios, & maxime Iudam, & hoc vsque ad Davidem, quia Christus debebat ex eius femine nasci secundum carnem: continet etiam gesta Davidis à tempore, quo adeptus est regnum post mortem Saulis vsque ad principium regni Salomonis, vel etiamnum vsque ad regni diuisionem. Illic autem non solum ea recitantur quæ spectant ad administrationem ciuilem, sed etiam quæ ad ecclesiasticam & ad Dei cultum cum magna diligentia, quam adhibuit David in paradisi rebus necessariis ad constructionem templi, & ad vasa eius. Secundus Paralipomenon liber continet facta Regum Iuda & Israel à tempore Salomonis, & maxime à diuiso regno vsque ad destructionem Ierusalem & transmigrationem populi in Babyloniam. Omnia autem facta tam Davidis quam reliquorum Regum his libris non referuntur, qui sunt tantum quoddam compendium libri Chronicorum, quem Hebræi habebant passim in manibus,

quem nunc non habent. Primus liber habet 29. c. secundus verò 36.

*Argumentum in primum Esdrae.*

Heronymus de hoc libro ita scripserat: Esdras & Nehemias, adiutor videlicet & consolator à Domino, in vno volumine arctantur instaurant templum, muros ciuitatis extruunt, omnisque illa turba populi redeuntis in patriam & descriptio sacerdotum Levitarum, Israel profetorum, ac per singulas familias murorum ac turrim opeta diuisa aliud in cortice præferunt, aliud in medulla retinent. Hic enim liber (appellatus quidem nomine auctoris qui fuit sanctus scriba legis propheta & summus sacerdos) continet quemadmodum spiritus sanctus vsus est Esdra, vt in memoriam reduceret ea quæ volebat cognoscere, perpetuo describi, & notari in ecclesia de liberatione sui populi, & regressu in terram sanctam tempore à Deo per prophetas ordinato & prædicto. Hoc ergo libro docetur quomodo populus captiuus rediit in terram propriam, vt ædificaret templum in Ierusalem, ducere Zorobabel principe, & hoc iussu Cyri regis Babylonis, qui restituit vasa templi tam aurea quam argentea quæ aportarant Nabuchodonosor. Docetur quoque templum constructum & perfectum fuisse anno post populi regressum quadagesimo, scilicet sexto Darij successoris Cyri: simul etiam Esdras (qui cum captiuus erat) rediisse in Ierusalem, cum magna populi multitudine, secumque detulisse ingentem auri & argenti copiam, aliâque multa quæ vilia erant templo & sacrificiis. Quidam putant hunc Esdras esse auctorem libri Chronicorum, quia in eius sine sequitur huius libri principium. Constat hic liber cap. 10.

*Argumentum in secundum Esdrae.*

Anno primo Cyri regis Babylonis populus captiuus reuersus est in terram suam sub Zorobabele ad ædificandum templum, quod perfectum fuit circiter annum quadagesimum postea, anno videlicet sexto Darij successoris Cyri. Anno autè vicefimo ipse Darij Nehemias sanctus & bonus (qui remanserunt in captiuitate cum obstantibus, vt hoc libro declaratur, qui quia continet excellentia facta & dicta ipsius Nehemias, eius nomine appellatur. Vocatur etiam secundus liber Esdræ, quia quæ hic recitantur, sunt scripta per Esdras, hic autem liber habet. 13. c.

*Argumentum in tertium Esdrae.*

Hic liber planam habet historiam, in eoque reperuntur quædam a libris scripta, circa captiuitatem Babilonicam tempore Iosias, quædam etiam proponuntur quæ contigerunt sub Zorobabele & Esdra, additur etiam solutio quæstionis, quæ non caret fructu & oblectatione, habet. 9. c.

*Argumentum in quartum Esdrae.*

Hic liber cum multis aliis ab Hebræis in canone non agnoscitur, vtilia tamen & lectioe digna multa complectitur. In eodem namque & vile est videre in eo visiones & somnia de populi Iudæorum liberatione à captiuitate, simul etiam de templi in Ierusalem refectione, habet. 16. c.

*Argumentum in librum Tobie.*

Tobias ex tribu & ciuitate Nephthalim fuit. 45. captus cum fuisset in diebus Samanar regis Assyriorum captiuitate etiamnum pressus viam veritatis non deseruit, sed ita eam est professus, vt quæcumque habere poterat, quotidie cœcaptiuis fratribus qui erant ex eius genere impartiret. In eo igitur habemus vtilissimū exemplū confessionis fidei & religionis, seruatæ bonitatis, exercitij operū misericordiæ erga proximos indigentes, patientiæ in aduersis, institutionis prolis & totius familiæ, honestatis casti matrimonij, spei in Deum firmæ, & diuinæ tadem liberationis post longam per afflictiones varias probationem, hic liber habet. 13. c.

*Argumentum in librum Iudith.*

Scripturæ sacræ & religionis Christianæ secretum est non minus consideratione quam admiratione dignum, quia Deus omnipotens, iustus, bonus & misericors, tam agere & potestatem suam indicare incipit cum deficit omne humanum auxilium, hoc autem fit vt Deo omnipotenti omnis gloria & victoria tribuatur subacta omni humana arrogantia: illi autem proximum est hoc mysterium christianissimi, quod Deus omnipotens consuevit eligere quæ stulta sunt mundi, vt confundat sapientes, & infirma vt confundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia, & etiam ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destruat, sicut apostolus. 1. corint. 1. tradit. Hæc autem duo secreta diuinæ maiestatis hoc libro proponuntur, in quo docemur quomodo rebus omnino apud Iudæos desperatis, Deus per feminam deuicit Holofernem, quem omnes nationes verebantur & pertimecebant. Hic ergo discit quomodo sit Deus mirabilis in operibus suis, simul etiam quod in illis vitur nō quibuslibet, sed iis qui ipsum amant & piet colunt, qualis fuit Iudith vidua inuenis castissima. Hic liber constat. 16. c.

*Argumentum in librum Esther.*

Historia Esther quæ occidit tempore captiuitatis quando Iudæi apud Persas, Medos, Assyrios, & Chaldæos in exilio agebant ab Hebræis asseritur scripta de Mardocheo, quod colligitur ex capite nono huius libri. Quæ autem hoc libro recitantur, videntur nonnullis facta esse sub Astyge, cui (vt aiunt) fortassis permiserat potentissimus Nabuchodonosoris filius & princeps monarcha Euilmerodach imperium in eas Gentes, quas primum caput Esther rececit. Idem dictus viderit (quantum ex. 9. Danielis c. conuictari ferè licet) Astucus regis dignitatis vocabulo, qui re vera appellabatur Astyages. 15. videlicet qui Cyri fuit auus maternus, pater Darij, nō Hytalsip, sed pater illius ac medi,

à Xenophonte Cyaxares cognominati, qui secum in mediam abduxit Danielem, tum quoque Sarrapis possidens 120. Septem enim quas pater Asiacus, sicut Esther. x. dicitur possederat, tunc cesserant haud dubio Perlis, quibus tandem & reliquæ subiecerantur, post mortem videlicet Darij Medi, cuius filiam uxorem duxerat Cyrus, victor Dominus & monarcha Babylonis, Mediæ & Persiæ. Verum vnanque id habeat, describitur hoc libro vita aulica, mundana stulta, insana & perniciosa. Splendent ibi luxuræ dissoluta ac perditæ sunt omnia. Sunt ibidem & casus tristes, anxietates, pericula, proditioes, conferuntur inter se Valthi superba ac rebellis & Esther humilis, pia obsequens, & pudica. Aman exemplum præfert ambitiosi iniusti & crudelis tyranni, qui ex modicis initiis effertur in summum dignitatis fastigium, & protinus deicitur, ac suspendio finit vitam, exemplum instabilis fortunæ, & quid maneat crudelia cõsilia omnibus in aula versantibus relinquens. Contra verò Mardocheus typus est optimi principis, omnibusque virtutibus exornatissimi, cuius stabili est fortuna, feruâtque virtutibus suis & se & populum suum, sed & studiis suis plurimum prodest regi externo. Quomodo autem libellus Ruth, ita hic quoque ex præcipua persona nomen accepit, constat autem. 16. c. Notandum etiam quòd hucusque recensimus omnes libros diuinæ historiæ quæ ab initio mundi ad reparatam vsque Hierosolymorum urbem, hoc est, vsque ad tricesimum secundum annum Darij, comprehendit annos 3488. menses sex. Tot enim reperiet quisquis sacram historiam diligenter exuoluerit. Haec enim supputationeua ex annis patriarcharum, Iudicum, Regum ac ducum subduximus, non ignari Iosephum, Eusebium, & alios pleròque aliud sequutos esse.

*Argumentum in librum Iob.*

Iob re vera extitisse docetur Ezechiel 14. & Iacob 5. c. Is autè proponitur à Deo vt forma perfecta religioni hominis ac verè sapientis, qui nec secundis rebus inuoloscit, nec aduersis frangitur, vt deserat Deum summum bonum. De hoc libro, ita scripsit beatus Hieron. Iob exemplar patientiæ, quæ non mysteria suo sermone complectitur? Singula in eo verba plena sunt sentibus. Is manifestissimè de corpori resurrectione prophetat. Et it antiquissimum fuisse Iob, constat, non tamen quo tempore vixerit docet scriptura. Philo affirmat eum vixisse tempore Iacob, & eius filiam Diuam in vxore duxisse. Affirmant Hebræi quidam Moïsem auctorem esse huius libri. Hic autè notandù Iob bonæ tueri causam, sed non semper debito modo ipsam defendere, multa magis ex animi impetu, quàm ex recta ratione profertendo, contra autem eius amici malam causam prudentius videntur tueri. Dicebant enim Deum nunquam aduersitates immittere nisi propter peccata puniendâ, qua re ad impatientiam, desperationem, & contra Deum murmuracionem ipsam inducere ceptabant. Tandem proponitur iustitiam Dei misericordia in ipsius liberatione & iustificacione aduersariis eius confutatis. Hic liber constat. 42. c.

*Argumentum in Psalterium.*

Liber Psalorum, opus est planè diuinum, varium, mirè elegans, iucundum, vtile & eruditum. Voluit autem Dei sapientia, quæ omnes disciplinas perstrinxit & musicam attingere purèque tractare, vt sic à musica impuriore ac planè lasciuia homines abstrahere posset. Ergo quæcumque David extititque eius Gentis viri philosophi, poëtæ, sacerdotes, viri docti, pij sanctique, sancta & erudita cantica conscribere de variis rebus per tempora varia & diuersa, ea omnia voluit in hoc libro semel exhibere mundo sanctissimus Deus. Cõtinent enim Psalmi laudes diuinas, rerumque diuinarum varia exempla, vt pote inuocationis, supplicationis, querelarum, gratiarum actionis & penitentiar. Scripti sunt alij de variis vitæ officiis, de egregiis dictis & factis. Item de impiis dictis & factis: breuiter omnis generis vitæ formas hic liber suppediat, docens quomodo in omnibus casibus vitæ oporteat esse animatos Dei seruos. Hebræi vocant hoc opus nomine significante cantiones, quas vulgò odas dicimus, id est canilenas laudum diuinarum: Græci verò appellat Psalms, quod vocabulum significat instrumenti musici sonum: quia in congregacione populi hæ sanctæ canilena decantabantur aliquo musico instrumento, vt qui aderant attentiores redderentur ad ea, quæ dicebantur intelligenda. Variæ sunt Psalorum inscriptiones. Quia etiam David composuit bonam partem horum Psalorum, ideo dicuntur Psalmi Dauidici. Illorum collectio Eslâz tribuitur. Psalmi autem sunt numero 150. Ceterum tâta est Psalorum horum excellètia, difficultas & diuinitas (nam semper ex æquo suum spiritum effundit Dominus Deus) vt omnes eruditi & sapientes christiani, ipsos se magis admirari quàm intelligere semper sint professi. Omnia siquidem prorsus mysteria diuina atque religionis christiani sacramenta in Psalmis velut in magno quodam & communi thesauro sunt abscondita & recondita. Vnde sanè factum est, quod ecclesia à spiritu sancto directâ, Psalmos magis quàm vllam aliam scripturam semper frequentauit. Psalmodia enim est veluti epiniciû quod ecclesia celebrat parta victoria & pace obtenta: vt etiam est quædam diuina armatura, qua munitur christiani contra quoslibet aduersarios. Psalmus namque nihil aliud videtur esse, quàm vehemens fidei seruo, quo accensi pij christiani, non possunt non erumpere in laudes Dei tam voce, quàm organis & aliis instrumentis decantando & publicè proficendo eius sapientiam, omnipotentiam, bonitatem, prouidentiam, atque opera mirabilia, in ipso exultando, sperando & omnino cõfitemdo, quod omnes & singuli Psalmi apertè indicant. Ad hæc vt ritè atque secundum Dei institutionem, hi Psalmi decantentur, diligens habenda est ratio temporis, loci, personarum & finis. Tanta est namque horum Psalorum diuinitas, vt in loco sacro, nempe in templo, tempore orationis publicæ, à personis ad hoc vocatis, scilicet ecclesiæ ministris, iidemque sanctis & mundis, ad Dei gloriam, & pro vera ecclesia, contra impiorum & factiosorum malignam proteruam decantari debeant

Quod facillè intelligent qui legerint quæ in libris Regum & Paralipomenon, de his Psalmis decantandis dicuntur. Quare iustissimè & ex scriptura sacra, horum diuinarum Psalorum decantatio prohibetur, passim à quibuslibet fieri, cum videlicet ea Psalorum institutioni repugnet, & per eam tam diuina mysteria prophancetur, cum ab hominibus impuris, ore polluto, & corde deliciis mundi infecto assumatur, & sæpe carnalibus conuinationibus admiscatur. Vide de hac re prioris paralipo. 15. c. & 16 & post. 29. Quod autem ad factiosos spectat, certum est eos in suis concursibus, etiam si Psalmi in linguâ gallicam rectè & fideliter translati essent, non cantare Psalmos Dauidis, sed Satana: cum videlicet Dauidis scripta non pro vera ecclesia cum spiritu sancto & Dauide accipiant, sed isdem cum Satana cõtra ipsam pro sua malignantium colligata diuisione, malè exponendo abutantur. Non est enim verbum Dei in litera, sed in sensu & spirita. Illi igitur verorum christianorum simia, qui in suis concursibus cantant triumphum ante victoriam, & si Dauidis scripta reboât, nihil nisi Satanicum habent, quia Dauidis mentem & sensum non sequuntur. Illis sanè meritò attribui potest quod scribitur Amos 6. his verbis: separati sunt in diem malum, & appropinquant folio iniquitatis, qui canunt ad vocem Psalterij: sicut David putauerunt se habere vasa cantici. Et si etiam Iudei decantabant Psalmos Dauidis lingua Hebræa, in qua à Dauide fuerant compositi, non tamen sequitur quòd passim decantarentur & intelligerentur: nam erat quodammodo diuersum idioma populi & eruditorum. Nihil igitur concludunt qui volunt eos vernaculè decantari, quia Hebraice, id est Iudeorum lingua, sunt editi & cantati. Habemus enim multa gallica scripta, quæ vulgus ignorat. Is igitur honos deferatur tam diuinis scriptis, vt in sola ecclesia decantentur, vt instituit David. Non probo tamen interim obscenas & turpes cantilenas quæ cor impudicum & libidine infectum arguunt, nec volo christianos omni lætitia priuatos mœrore contabescere, sed peropto omnia ordinatè fieri, quod erit, si extra ecclesiam frequententur quædam cantiones spirituales. Sacris autem templis diuini planè Dauidis Psalmi referuntur. Melius est etiam Psalmos Latine decantari, quàm vernaculè, vt videlicet retineatur in ecclesia donum linguæ, & quædam conformitas generalis atque intelligat: vt populus qui fere semper parui facit quæ habet familiaria, maiorem habeat deuotionem, atque etiam vt diuina mysteria non omnibus sint peruia, & sic non contemnuntur. Prudenter etiam instituit est omnia publica in christianissimo Latine fieri & non vernaculè, vt videlicet si quis alterius idioma nostra ecclesiam intret, nos intelligat, nec simus inuicem barbari, quod melius cuitari non potuit, quàm lingua Latina omnium cõmunissima. Diligens etiam persecutor conperiet quod in ecclesia officia publica sunt semper perfecta lingua aut Hebræa, aut Græca, aut Latina, quod debere ita fieri forsitan admoniti sumus diuinitus, quando titulus Christi in cruce patientis illis tribus linguis scriptus fuit.

*Argumentum in Proverbia Salomonis.*

Salomon pacificus, & amabilis Domini, mores corrigat, naturam doceat, ecclesiam iungit & Christum, sanctarumque inprimis dulcem canit epithalamium. Omni lege dotauit quosdam Dominus Deus, mirabili sapientia ad ecclesiæ suæ adificationem. Talis autem fuit in lege vereri rex Salomò, & Paulus in lege euangelica. De Salomonis autem sapientia, historia Regum aperte testatur. 3. lib. 3. c. Locutus est autem Salomon ter mille sententias, vt scribitur 3. Regum 4. c. quibus vnumquæque docuit quomodo prudenter hæc vita peragi possit. Quia autem tales sententiæ per similitudines & comparationes sunt traditæ, Hebræi eas appellant misle, nomine significante parabolas: Græci autem vocant paræmias, nomine videlicet significante prouerbia, id est sententiæ conducibiles ad honestæ vitæ rationem, & graues in quibus vnum dicitur, & aliud intelligitur sapius. Hic autem Proverbiorum liber perficitur. 31. cap.

*Argumentum in Ecclesiastam Salomonis.*

Sapientissimus Salomon hoc libro 12. c. homines omnes docet quæ ipsis sunt ad salutem necessaria, quare nomine concionatoris vocatur, non quidem, quia talis esset, sed quia ea quæ solent concionatores proponere tradit. Eius autem scopus est ad Dei cognitionem & veram felicitatem homines adducere, quod vt fiat, refutat eorum opinionem, qui summum bonum collocarunt in sciètia, siue peritia multarum rerum, in voluptatibus, in gloria siue excellentia, aut in diuitiis: vbi interim de iusto & moderato vsu voluptatum & facultatum præcipit. Caduca igitur contemnere, Deum timere, mandata eius seruare, ipsi fide, spe & charitate in hæcere, felicitas est hominis christiani in hac vita. Hic liber ab Hebræis coheleth, à Græcis ecclesiastes, & à Latinis concionator vocatur.

*Argumentum in Canticum Canticorum.*

Hic liber dicitur Canticum Canticorum, quia continet Canticum vnum ex multis confectum, vel quia est excellentissimum & præstantissimum carmen. Ea est enim euidencia & significatio geminationis Hebraicæ: ita enim dicunt sanctum Canticorum, id est sanctum sanctissimum. Hic autem liber planè est allegoricus & similitudinibus totus constat, figurato enim sermone docet quale & quantum bonum sit cõiungi cum Deo: id quod est verè summum bonum. Fingitur Deus sponsus, & spõsa fidelis anima, multa mêtio amorum, complexuum, osculorum, pulchritudinis, & formæ. Quibus omnibus adumbravit diuini amoris & diuinæ coniunctionis ingenium, iucunditatem & vim. Ita enim voluit balbutire nobiscum diuina bonitas, id est, sese nobis loquendo attemperare, quâdoquidem in rebus humanis amore nihil est suauius, admirabilius & efficacius. Nemo ergo hic sædum anorem, aut lasciu obsecniue quicquam concipiat. Sacra namque, casta & pudica hic sunt omnia. Hoc namque Canticum, 8. c. cõstans, totum est mysticum, Christi erga sponsam suam ecclesiam, ac rursus ipsius erga spon-



sum incomprehensibilis amoris plenissimum.

*Argumentum in librum Sapientie.*

Quia hoc libro agitur de rebus magnis, & imprimis notatu & scitu dignis, scilicet de regimine prelatorum, de conseruatione iustitiae, de idolorum contemptu, & de aduentu atque passione Christi, qui est vera sapientia, idcirco nomen sapientiae sortitus est: Vt etiam inter reliquos libros qui vitae instituta tradunt apud plerisque locum habent. Quia enim varia & graui sapientiae dogmata in eo traduntur, & quae sapientiae Salomonis digna esse videntur, idcirco forsitan hic liber à plebsque Salomoni tribuitur. Constat 19. c. quibus vera sapientia commendatur & eiusdem pestis funestissima idolorum cultus reprehenditur & damnatur.

*Argumentum in Ecclesiasticum.*

Hic liber tribuitur Iesu filio Sirach. Cuiuscumque autem sit in eo 37. c. agitur de officio superiorum erga subditos, & obedientia subditorum erga superiores, de institutione bonorum morum, & de nobilitate sapientiae, atque de laude sanctorum, plerumque habet cum Proverbis Salomonis communia. Ad finem atexit praecelaram sanctorum partum laudem & fidei eorum commendationem, quo forsitan respexit apostolus Paulus cum 11. c. ad Hebraeos scriberet: in quo fidem quoque antiquorum celebravit, non tam vt cognosceremus, quam vt imitari anniteremur. Religiosè autem totum opus suum oratione ad Deum fusa conclusit.

*Vniuersale in omnes prophetarum libros argumentum.*

Sequuntur iam libri siue orationes, sermones aut Homeliae, declamationesque prophetarum. Fuerunt autem prophetae, vates & oratores diuini, viri philosophi seu sapientes, concionatores sacri, sacerdotes, aut alioqui è plebe selecti homines, vitae, morumque magistri, pietate vitae, rerum pericia, spiritus feruore, animi constantia & dexteritate, eloquentia denique vberissima efficacissimaque illustres & profus admirabiles. Apud primum quidem illud seculum mediaeque aetatis homines quam plures floruisse prophetas clarissimos constat, inter quos fuerunt Samuel, Elias, Nathan, Eliseus, Michas filius Iemla, quorum sei mone ex integro ad nos non peruenire nisi quatenus eorum dicta aut facta describuntur in historia sacra: interim tamen quantum nobis necesse & satis est veluti per manus accepimus, orationes scilicet ac lucubrationes sexdecim maximè illustriū prophetarum. Hi omnes omnia sua dicta & facta ad Christum cōmūnem Bibliorū scopū dirigunt. Partim verò historias contextunt, partim orationes componunt. In historiis exempla proponunt vitae, fidei ac virtutum, proponunt diuinam potentiam, veritatem ac bonitatem. In orationibus pulchre docent, quale sit Dei proposium, quae eius voluntas, quibus oblectetur vel offendatur, quomodo illi seruiedum sit in fide veritate, iustitia, integritate ac charitate, horratur, dehortantur, & consolantur. Grauiissime accusant scelera, in primis neglectum foederis, idololatriam & perfidiam, homicidia, peruria, fraudes, dolos, vsum, pauperum oppressionem, iniurias, supra, luxum, adulteria, & id genus alia flagitia, omnibus modis vocant ad penitentiam, proponunt promissiones & beneficia Dei, premia amplissima, minantur iram, & dira Dei supplicia. Rursus de semine Abraham, Christo Domino vero Deo & homine ac benedictione eius, de redemptione, iustificatione, deque regno & vniuerso mysterio eius. Item de Gentium vocatione, Iudeorum repudio, & de gloria ecclesiae, ac virtutibus à Deo clarè aperteque differunt, vt historiam euangelicam rerum praeteritarum & non futurarum contextuisse videantur. Atque hic ille communis est scopus omnium sanctorum Dei prophetarum, qui non tantum praedicebant futura sibi reuelata, sed etiam legem Dei exponebant eam suo tempore accommodantes: cui non addiderunt aliquid cōtrarium, sed ipsam ex posuerunt & rebus singulis applicauerunt. Deus namque bonus & omnipotens cum lege data populum suum instruxisset, gestis fortium vitiorum ac virtutum animasset, & doctrina profundiori tam agendorum quam sperandorum admonisset, noluit quoque ipsi cum per humanam infirmitatem à lege declinasset deesse: sed per seruos suos prophetas plenius edocuit, & ad se reducere curauit, per illos omnibus palam faciens quam sit vtilis Dei mandata seruare, & quam periculosum eadem transgredi: hoc fit hodie per doctores & concionatores quod olim per prophetas. Tria autem in summa viderunt, & proposuerunt prophetae, scilicet promissiones Dei iis factas, qui eius legem obseruant, comminationes iis qui violant & transgrediuntur eandem, atque foedus reconciliationis in Christo Mediatore, qui est finis & scopus legis. Prophetae ergo minantur, reprehendunt, admonent & consolantur, Christi officium proponentes in omnibus ecclesiis reconciliandis, & in vnum ouile coadunandis. Scripta autem prophetarū sunt eorum conciones, quas postquam ad populum habuerant, vatis templi affigebant, quae post aliquot tempus à ministris templi collectae, asseruabantur. Deo sua prouidentia id faciente, ad suae ecclesiae aedificationem, & ad perpetuam veritatis confirmationem.

*Argumentum in Esaiam Prophetam.*

Esaias erat sanguine regio procreatus: erat siquidem filius Amos fratris Azariae regis Iuda. Is liberalibus disciplinis institutus fuit, & prophetauit ad minimum annos 60. Incepit enim florere à tempore Oziae, & persecutus est per tempora Ioathan, Achaz & Ezechiae vsque ad Manasse, à quo est interfectus. Vt autem ex Oziae & Manasse regno nihil accipiamus imperium trium alicuius Regum prorogatur in 61. annum. Quinque primis c. (habet autem 66) sui seculi corruptissimum statum accusat, & reuocat ad penitentiam. Deinde subiecit visionem quandam sibi temporibus Ioathan exhibitam. Hinc collocat orationes habitas temporibus Achaz, denunciat & peregrinis quibusdam gentibus, quid ipsis euenturum sit. Praeterea bellum illud Assyriacum, memorabile, grauisimum & reuera admirandum, diligenter de-

scribit, & quas ante hoc bellum habuit orationes ad regem, & ad plebem. A 40. vsq. cap. de liberatione per Cyri à Babylonia captiuitate prophetauit, consolans populum Domini afflictum, & vbique veram religionem defendens, falsam oppugnans. Postremo a. 49. c. in finem vsque libri variatur apertissime de Christo & eius ecclesia.

*Argumentum in Ieremiam Prophetam.*

Ieremias natus fuit Anathoth, quae est vrbis terrae Benjamin, tribus milibus ab Ierusalē distans. Is fuit filius Helciae summi pontificis qui inuenit librum legis, quem regi Iosif tradidit, vt scribitur. 2. Reg. 22. c. Hic in vtero matris sanctificatus est, & admodum iuuenis prophetae cepit, & captiuitatem vrbis atque Iudae, non solum spiritu, sed & oculis carnis intatus est. Iam enim decem tribus Israel Assyrij in Medos transfulerant: iam terras eorum Coloniae possidebant. Quare in Iuda tantum, & in Benjamin prophetauit, atque ciuitatis suae ruinas quadruplici planxit alphabeta. Ipse prophetae exorsus est anno 13. Iosif, & continuauit 18. annos sub ipsius regno, deinde tribus mensibus sub Ioachim, vnde decem annis sub Eliacim dicto Ioachim, aliis tribus mensibus sub Ioachim, & tandem sub Sedechia vnde decem annis vsque ad transmigrationem Babylonis. Quod tempus absque eo quod prophetauit post ipsam transmigrationem superat annos 40. Is cum luctu & lamentationibus praedixit & denunciavit euersionem Ierusalem, captiuitatem populi in Babylonia, & ipsius liberationem post annos 70. praedixit praeterea euersionem multorum regnorum & nationum, & earum subiugationem à Babyloniis, quos tandem per Medos & Persas vicinos populos euertendos affirmat. Praeterea multum minatur: simul etiam consolatur populum Dei quem breui affligendum, propter suam obstinationem praedicit. Remittit denique omnes ad Christum nostrum omnium liberatorem & Dominum, hac autem facit. 52. c.

*Argumentum in lamentationes Ieremias.*

His 5. c. lamentationum desert sanctae ciuitatis Ierusalem, sui populi, & totius regni destructionem. adduntur quibusdam versibus literae Hebraicae, vel ad mysterium, vel ad memoriam iuuandam, vel ad rei vehementiae maiorem expressionem. Postquam igitur in captiuitatem redactus est Israel, & Ierusalem deserta est, sedet Ieremias propheta stens & plangens super Ierusalem hac lamentatione. Amaro igitur animo suspirans & euilans dixit ita. Quomodo sedet, &c. In hoc autem scripti genere apparent mira argumenta, tam diuinae iustitiae, quam etiam eius bonitatis. Hic liber ab Hebraeis dicitur cinoth, à Graecis threnia, à Latinis lamentationes.

*Argumentum in librum Baruch.*

Baruch tempore quo deuastata est Ierusalem scripsit librum, quem legit coram rege Iechonia, & vniuerso populo. Tribuit autem Deo iustitiam, qui meritis Iudaeis supplicium irrogarit, coëctetur peccatum, acculaturque Gentis suae ceruicem inobedientiam, atque perfidiam. Praeterea veniam orat delictorum, & vt Deus populi sui miserens, tandem eum reducat in patriam. Vt autem fidem in illorum cordibus exciter, promittit restitutionem Israelis. Epistola vero Ieremias adiecta libello Baruch, admonitio est docta & euident, ne videlicet Iudaei captiui in Babylone, à Deo vero auctori, deos reuerentur Babyloniiorum. Quare grauisimè inuehitur in idololatriam, suadens vt verum Deum adorent, & ei seruiant. liber habet. 6. c.

*Argumentum in Ezechielem.*

Ezechiel qui eo tempore in Babylonia prophetauit quos Ieremias in Ierusalem fuit filius Buzi pontificis. Is mouit regem Ioachim dictum Iechoniam, quo in periculo versabatur Nabuchodonosor vrbem Ierusalem obsidente, quam propter peccata populi Deus iratus euertere proposuerat. Is ergo prauidens iudicium Dei, consulit regi, vt propriam vitam & vrbem seruaret, se dedido Nabuchodonosori. Quod fecit rex, qui cum familia sua regia & populo multo, in Babyloniam fuit translatus captiuus, vt scribitur 4. Reg. 24. c. Cum autem euersa vrbis non esset, quia videlicet rex se dederat, ideo multi qui Ierosolymis remanserant, & etiam qui captiui ducti fuerant in Babylone murmurarunt contra Prophetas, qui id consulerant, ipsorum prophetias deridendo. Quare noua visione ipsos cōfirmat Ieremias in Ierusalem, & Ezechiel in Babylonia. Eius autem admonitio prophetica absoluitur, 48. c.

*Argumentum in Dauidem Prophetam.*

Daniel puer fuit de semine regio, & de principibus Iuda. Is translatus in Babyloniam cum Ioachim filiosolia, iussu regis Nabuchodonosor, instructus fuit in doctrina philosophorum Chaldaeorum, cui dans operam, nec se polluit superstitionibus idololatrarum, nec à puritate suae religionis discessit. Dominus enim Deus qui ipsum elegerat in fidelem sui verbi ministrum eundem sancto timore primum, deinde prophetae dono ornauit, vt videre est in hoc libro ex reuelationibus ipsi factis, quibus futurum mundi statum declarat & praedicit exponendis quatuor monarchiis vsque ad finem mundi duraturis. Praedicit etiam tempus aduentus Christi, excellentiam regni illius, potestatem Antichristo datam, vt electis & filiis Dei occidat, & tempus quo duratura est illa potestas. Praedicit tandem Christum gloriosum & triumphantem iudicium magnum facturum, ad electorum exaltationem & gloriam, atque ad reproborum & iniquorum ruinam & perniciem, habet aut. cap. 14.

*Argumentum in Prophetas minores.*

Sequuntur Prophetarum 12. quos appellant minores, non sanè propter exilitatem argumenti, aut operis ac eruditionis, sed propter breuitatem, & quod superioribus quatuor, quos maiores vocant, magnitudine, prolixitate, & copia sunt dispares.

*Argumentum in Oseam.*

Oseas eloquens, & eruditus, tanto est obscurior quanto succinctior, prophetauit

prophetauit maximè contra decem tribus, id est, contra regnum Israëliticum, quamquam & tribum Iuda alicubi etiam perstringit. Increpat scelera sacerdotum, principum & populi: Fuit enim acer idololatriæ & scelerum infectator, religionisque & iustitiæ veræ constans & fortis defensor. Suadet illis penitentiam ne perire velint, discessit & de vocatione omnium gentium, habet. c. 14.

*Argumentum in Iosiam.*

Quum prophetae tria potissimum spectent, scilicet ostensionem & increpationem peccatorum: iram & vindictam Dei contra illa, cum exhortatione ad penitentiam: & consolationem conscientiarum contritarum & turbatarum proponenda certitudine diuinæ promissionis, vt in ipsa cognoscatur Messias, per quem omnes liberantur: hic propheta ad penitentiam populum suum exhortatur proponenda Dei misericordia per Christum eiusque dona promittendo per spiritus sancti concessionem: quorum donorum predicatorem habemus beatum Petrum in Actis, hic liber habet c. 3.

*Argumentum in Amos Prophetam.*

Amos idiota & rusticus à domino missus est vt acri oratione decem tribus increparet quæ per idololatriam, à cultu Dei, & regno Dauid erant auulsæ. Contra gentes quoque prædicauit. Infestus autem admodum fuit religionibus Ieroboamicis & sacerdotum molliciei. Prophetauit etiam de vocatione gentium. Vixit autem & docuit regnante in Israël Ieroboam iniure, & in Iuda rege, Ozia, habet c. 9.

*Argumentum in Abdiam Prophetam.*

Quum vniuersa scriptura sacra comminationes contra reprobos, & promissiones erga prædestinatos contineat, hic prophetæ liber vtrumque complectitur. Nam minatur dominus exitium Edon ceu Esau, id est aduersariis populi electi, qui per Esau, Edon id est rufum Iacob electi persecutores significantur in scriptura sacra. Populus nanque Dei per Cyrum regem Persarum de captiuitate Chaldæorum reuocatus in Ierusalem ab aduersariis affligebatur, contra quos Dei iussa hic propheta locutus est quæ hic scribuntur. Consolatur autem & cohortatur pios & electos Dei, vt spe liberationis fulti & gloria futura affecti, fortiter atque patienter pro iniuria quilibet patiantur. Constat vnicò tantum capite.

*Argumentum in Ionam Prophetam.*

Ionas Christi domini figura, relictis Iudæis, gentibus scilicet Niniuitis monarchiæ Assyriorum præcipuis populis prædicauit, quos sine miraculis ad penitentiam paucorum dierum predicatione adduxit. Hic consideratione dignum est Deum velle omnes saluos fieri, & nationum aut personarum nequaquam acceptatorem esse, humanum autem quippiam passus est hic propheta cum fugit à facie domini, vt etiam cum timuit Deum misericordia apud Niniuitas vsurum. Hoc factò discendum quanta sit Dei optima in vere penitentes peccatores bonitas, vt etiam quam grauissimè in malis obstinatos puniat. Hic propheta vixit tempore Ieroboam filij Iosæ regis Israël, vt patet, 4. reg. 14. c. hic liber habet c. 4.

*Argumentum in Micheam.*

Dominus Deus per Micheam peccatores reprehendit, ad penitentiam vocat, & ne de Dei misericordia desperent penitentes consolatur. Prophetauit contra Samaritanos, contra Iudæos & contra Israël. Contra Samaritanos quidem, quia duo illa regna idololatria infecti contra populum suum autem, quia in veri Dei cultu non permansit, maximè autem primores populi reprehendit increpando vehementer falsos Prophetas, prophetæ de restitutione per Christum, de regno Christi, de gentium vocatione. Docet euidenter salutem obtingere per Christum credentibus, & veram pietatem, verum esse Dei cultum, hæc prophetia constat c. 7.

*Argumentum in Nabum Prophetam.*

Dominus Deus qui penitentibus parcat, & obstinatos peccatores condemnat perditque: vt Niniuitis ad predicationem Ionæ penitentibus pepercerat, ita eosdem peccata sua, repetentes deleuit per Nabuchodonosorem, hoc prædicat Nabum, qui hoc pacto captiuos & seruitentes Iudæos valde consolatur: hinc discamus dominum Deum omnia videre, & adducere in iudicium quæcumque sunt in mundo vniuerso. Non satis autem constat quo tempore vixerit hic propheta, videtur autem non longe abfuisse à tempore Ezechie regis Iudæ, constat hic liber c. 3.

*Argumentum in Abacuc Prophetam.*

Vix vllum est scripti genus quod magis Dei electos consoletur hac prophetia. Abacuc namque talis est vocatus, id est, luctator fortis, quod cum Deo ipso, pro ipsius electis contra reprobos disputarit, & quodam modo pugnarit. Is enim à domino Deo est ausus querere quare permittat bonos vexari, & impios prosperè agere. Edoctus est autem à Deo Babylonios esse extollendos, qui tamen erant idololatriæ pessimi: electos vero deprimendos, quod illum attonitum reddit, quoad intellexit Deum secreto suo iudicio electos suos, per impios punire, vt respiciant, qui tandem eosdem ad se redeunt recipit & extollit, impiis & reprobis omnino depressis & confusis. Is namque Babylonios elatos funditus evertit, postquam per eos castigauit populum suum, quem tandem afflictum & respicientem recepit & magnifice extulit, hic liber constat 3. c. & videtur esse eiusdem materiæ cum psal. 72.

*Argumentum in Sophoniam.*

Sophonias Iosæ regis Iuda temporibus prophetauit cum Ieremia. Is spiritu prophetico videns Deum iratum contra Iudam, propter varia scelera, maximè autem propter idololatriam, prædicit vrbis & regni destructionem, atque populi in captiuitatem abductionem. Iudæos tandem ad penitentiam exhortatur, & alit spe liberationis per misericordiam Dei, qui per Christum omnes ad penitentiam recipit

cum eos Deum offendisse verè pœnitit: vt tandem cunctos populi sui aduersarios penitus evertit. hæc autem sunt figura eorum quæ sunt in lege noua, in veris christianis & tyrannis atque hæreticis Dei electorum aduersariis, constat 3. cap.

*Argumentum in Prophetam Aggeum.*

Quum expletis 70. annis captiuitatis babilonicæ secundum prædictionem Ieremiæ, populus Dei rediisset in terram suam anno primo Cyri (vt scribitur in principio Esdræ) cepit reedificare templum: à cuius tamen constructione impeditus fuit per Assyrios, qui tunc illic habitabant, per illos videlicet quos rex Assyriorum illic miserat, vt terram habitarent, loco decem tribuum Iudæ, quæ in Babiloniam captiuæ deducæ fuerant. Durauit autem eiusmodi impedimentum vsque ad secundum annum Darij regis, & monarchiæ Babiloniorum. Quo tempore surrexit Aggeus propheta, qui spiritu Dei impulsus incitauit populum, vt persequeretur ceptum opus restorationis templi, cum agendum negligentiæ, quod videlicet non ardentius opus Dei curaret. Quod in causa erat quare Deus contra ipsum irascebatur, atque variis plagis afflicebat: quarum fit mentio in principio prophetiæ. Quædam etiam proponuntur de regno Christi & de vocatione gentium. Constat autem hæc prophetia. c. 2.

*Argumentum in Zachariam Prophetam.*

Zachariam eiusdem fuisse temporis cum Aggeo restatur Esdras. Is cum ipso idem propositum habuit, scilicet populum animare ad reedificationem templi, & potissimum ciuitatis. Amplius autem scribit quàm Aggeus, Christi ecclesiam intelligens per ciuitatem quam vult ædificari: cuius ecclesiæ adificandæ diligentem curam vult adhiberi à pastoribus: admonens interim fugienda esse parum delicta, ne illarum peccatorum famus participes. Christum autem, eius ecclesiam, & electos extollit atque omnibus afflictionibus liberandos prædicat, vt etiam reprobos cum Antichristo evertendos præzanniar. constat cap. 13.

*Argumentum in Prophetam Malachiam.*

Malachias omnium prophetarum ordine postremus, scutus est idem institutum cum Aggeo & Zacharia. Nam vt illi templum & ciuitatem restaurari curauerunt, ita hic ordinem sacerdotalem repurgari tentauit. Sacerdotum peccata detegit & arguit, ob quæ multa mala populo Dei accidisse affirmat, & ipsum ordinem sacerdotalem contemptibilem effectum esse testatur. Tandem omnes adducit ad Christum, qui est solus verus sacerdos, & vera hostia munda, quæ in omni loco offerretur Deo, vt quæ omnium prophetarum propositum concludendo doceat lege & prophetis solum Christum quæriti, cui inherere debent quicumque saluari volunt: cum is sit legis & prophetarum finis, solusque Dei & hominum mediator: per cuius in cruce afflictiuam oblationem, omnes qui credentes ipsi obsequuntur, Deo patri reconciliantur, & per cuius etiam eucharisticam in missa oblationem, Deo aguntur perpetuo gratiæ in ecclesia, & de peccatis post baptismum admittis redintegramur & reparamur, vt eius passionis fructus participes simus, atque ipsum corporaliter & sacramentaliter ex illius institutione sumentes per ipsum, patri re vera coniungamur. Quæ sola coniunctio nos consumat & perfectè beatos efficit. Constat 3. c.

*Argumentum in priorem librum Machabæorum.*

Quam variis afflictionibus populum suum exerceat dominus: & etiam valde miraculosè eundem respicientem liberet, restatur facile quæ erga illum gesta sunt in Aegypto, in terra Chanaan, in Assyria, & in Babilonia. homines nanque in iis quæ sunt Dei gloriæ, & patriæ salutis torpescerent & negligentes eo modo excitare sollet Deus, vt tandem eos quasi desperatos liberando, suam potestatem & bonitatem infinitam ostendat. Hoc maxime dignoscitur ita Machabæorum historia: in qua recensetur quomodo omnibus turbatis, & quasi deploratis, circa veram religionem, tyrannide impij idololatriæ Antiochi, dominus suscitauit virum fortissimum Mathathiam, per quem populum suum liberauit, & sinceram religionem vindicauit prostrata aduersariorum superba proteruita. Cæterum Mathathias & filij eius Machabæi, dicti à Iuda Machabæo, qui primus constitutus fuit dux & princeps, erant gentis sacerdotalis nomine Asmoneorum, qui ita dicebantur propter quendam Asmoneum à quo descendebant. Illi in seipis coniunxerunt potestatem regiam, & dignitatem sacerdotalem est reges dici noluissent ante Aristobulum filium Ioannis Hircani filij Ioannis Machabæi, qui capiti suo imposuit regiam coronam, & regium nomen accepit: huius libri author est incertus, constat c. 16.

De libris Machabæorum sic habet beatus Hieronymus, in præfatione eorundem Machabæorum libri, licet non habeantur in canone hebræorum, tamen ab ecclesia inter diuinorum voluminum annorantur historias.

*Argumentum in secundum librum Machabæorum.*

Secundus Machabæorum liber 15. c. multa populo Dei vtilissima complectitur & exempla & documenta. Multas siquidem rexit historias, quæ priore libro puriore simplicitate sunt expositæ. Continet percelebre illud septem fratrum martyrium, & Eleazari senis omnibus piis imitandam constantiam ac fidem: quæ Cæcilius Cyprianus in exhortatione ad martyrium copiose producit. Quis autem hic liber continet nonnulla quæ familiorem Dei ac beatorum spirituum cum electis hominibus coniunctionem significant, & multum ad pietatem conducunt, ideo ab impiis & schismaticis reicitur. Verum quicumque spiritu sancto præditi in ecclesia Dei catholica religio viuunt, longe aliter sentiunt ex eo pietatis doctrinam cum ipsa ecclesia accipiant: cuiusmodi sunt sanctorum orationes, & sacrificia, pro-

etque pro liberatione animarum imperfectorum christianorum, qui expectando Dei gratiam in purgatorio, peccatorum suorum poenas luunt. Addunt aliqui librum tertium, & quandam Iosyppi historiam: sed quia de illis ecclesia nondum determinauit, ut canonicos illos libros, non recipio. Vt ipse autem historiae legi possunt.

*Supputatio temporum vsque ad aduentum Christi.*

Ceterum à 32. Darij anno, qui incidit in 3. annum olympiadis 72. nihil habemus veteris ac canonicæ scripturæ, vsque ad tempora Christi, nisi ea potissimum quæ propheta Daniel, cum Zacharia euidenter adumbravit, nempe, imperium à Persis transferendum ad Macedones, ab his rursus ad Romanos: at sub his orturum Christum dominum, qui peccata mundi expiet, iustitiam sempiternam adducat, gentibusque sibi adiunctis, iudaicam gentem repudiet, subuerso simul templo, & vrbe per Romanos radicibus excisa. Atque harum quidem stupendarum profecto rerum supputationem, hoc est annorum numerum adiciens, ait. Numerabis ab extructa sive restituta vrbe, hoc est à Darij 32. hebdomadas 69. id est, annos 483. (totidem enim annos efficiunt 69. per septenarium numerum multiplicata) & habebis annos Christi, aduentus inquam in carnem. Et cum hac supputatione congruant etiam gentium olympiades. Olympias apud illos habuit annos 4. Incidit ergo Darij 32. annus in olympiadi 72. annum. 3. porro octauij Augusti Cæsaris 42. annus, in quo constat Christum dominum in carnem venisse, incidit in olympiadi 194. annum. 3. iam ergo si à 194. subducas superiores 72. remanebunt 122. olympiades, quas si multiplices per quaternarium numerum, colliges annos 488. tempus videlicet hebdomadam, quinque dumtaxat annis superantibus. Dixi enim. 69. hebdomades consistere annos 483. Atqui exiguis hic. 5. annorum numerus tantæ luci nullas offundit tenebras. Habemus ergo in bibliis certam & continuam ab exordio mundi ad Christum vsque historiam. Et haud dubie dedisset scriptores ecclesiæ plures diuina sapientia, nisi iudicasset has notas, & compendium illud Danielis, sufficere piis. Hæc de canonicis veteris testamenti libris dixerimus, quibus subiicienda sunt argumenta librorum noui Testamenti.

*Argumentum in nouum Testamentum.*

Postquam Deus æternus, idemque optimus & maximus, cum hominibus per Christum proprium & consubstantiali sibi filium nouum & æternum foedus pactumque inuit, quod eiusdem etiam Christi sanguine & morte confirmatum est, voluit illud hominibus predicari & palam denunciari, ut videlicet omnes intelligant sibi paratam esse in Christo, per Dei gratiam, salutem, si ipsi credat atque obediant. Est enim Christus factus omnibus sibi obtemperantibus causa salutis æternæ. Hoc salutis & reconciliationis verbum, vniuerso orbi annunciarunt Apostoli, aliique ecclesiæ pastores, atque etiam scriptis nobis illorum posteris reliquerunt, ut videlicet non alibi quam in Christo, per Dei magnificentiam salutem queramus. Vt autem hoc intelligamus, qui sequuntur libri canonici noui Testamenti, sunt nobis à spiritu sancto in ecclesia propofiti. Inter scriptores autem noui testamenti primum locum occupant euangelistæ, id est, euangelicæ historici scriptores. Est autem euangelium, vox huius significationis noua, nouæ rei indita. Veteres enim τὴν εὐαγγέλιον appellauerunt quæ dabatur fausta nunciandis. Cicero enim ad Atticum, sic ait. O suaues epistolæ, quibus euangelium debet fatetur. Nos verò usurpamus, non pro ipso premio, sed pro ipso nuncio lato, id est, pro predicatione rei beatæ & felicitis, quod videlicet datus est nobis à patre cælesti filius, & in hoc omnia, quæ ad bene beatæque viuendum pertinent. Angelus enim Domini apud Lucam ad pastores clamat. Nolite timere: ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quoniam natus est vobis hodie saluator, qui est Christus Iesus. Euangelium ergo nobis predicat gaudium & animi tranquillitatem, quæ existit ex eo, quod filium suum misit Deus propitiationem & redemptionem totius mundi. Quo nomine & Paulus euangelium esse finiuit Dei virtutem, in salutem omni credenti. Nam potentia Dei, siue brachium Dei, filius Dei est Iesus Christus Dominus noster, qui omnibus verè credentibus ad iustitiam & salutem consequendam satis est. Proinde, qui hoc negotium salutis ac iustitiæ, quomodo videlicet in mundum venerit Christus, quomodo fidem & penitentiam docuerit & mundum redemerit à diabolo & omni iniquitate, describunt, euangelistæ appellantur, qui quatuor tantum numerantur, & libros noui Testamenti legem continentes, ediderunt.

*Argumentum in Matthæum euangelistam.*

Matthæus qui & Leui, ex publicano, Apostolus primus in Iudæa, propter eos qui ex circumcisione crediderant euangelium Christi hebraicis literis verbisque composuit nono ab ascensione Domini, ut quibusdam visum est, anno. Eius autem euangelium pulchro & historico ordine, & mira rerum digestionem & luce, Natalem Christi, & quæ præcesserunt reuelationem & publicam functionem eius. Deinde verò ubi iam officio suo fungi inciperet, quomodo & quales delegerit discipulos, quod docendi genus sequutus sit, quid & quomodo docuerit, rursus quanta miracula designarit, quantane beneficia contulerit populo: Item quid egerit publice, quid privatim, quid cum aduersariis, quid cum amicis, quid cum infirmis & peccatoribus, quid cum obstinatis & contemptoribus, Explicat præterea quibus claruit virtutibus, quomodo exemplum prætulit vitæ, quanta polluerit auctoritate. Postremo quomodo à discipulo Iudæis proditus, ab his gentibus traditus, indignissime tractatus, tandem & in crucem ada-

ctus, mortuus sit & sepultus, tertia vero die resurrexerit, rediit in se suis exhibuerit, hinc caelos ascendit, misit in orbem terræ Apostolos, qui omnibus salutem per mortem Christi paratam nunciarent, & credentes Deo, totos consecrarent: habet autem c. 28.

*Argumentum in Marcum euangelistam.*

Affirmant plerique beatum Marcum sancti Petri fuisse discipulum, & ita euangelium descripsisse vt ab ipso acceperat. Quisquis autem fuerit, certum est illum spiritu sancto præditum admirabili eruditione, fide atque diligentia euangelium conscripsisse. Nam compendio quæ sunt de Christo credenda, doctæ quadam breuitate confingit, & nobis eum epitomen euangelicæ historiae, reliquit. Christi siquidem & diuinitatem, & humanitatem, eius gestis proponendis, atque etiam christianissimi summam 16. c. proponit.

*Argumentum in beatum Lucam.*

Sanctus Lucas natione Antiochenus, arte medicus, non fuit Apostolus, sed Apostolicus Apostolorum scilicet discipulus, & comes indiuiduus, præsertim autem beati Pauli. Ille duos conscripsit de euangelica historia libros: priore, complexus est dicta & facta Christi, vt Matthæus & Marcus. Tertium autem cum scripsisse in partibus Achaïæ, sicut Matthæum in Iudæa, & Marcum in Italia. C. opiose ea quæ sunt Christi legationis 24. c. explicauit. Vixit 84. annos, nec vxorem duxit.

*Argumentum in beatum Iouannem euangelistam.*

Ioannes & Matthæus inter euangelistas sunt oculati & auriti testes: quæ enim referunt, ea viderunt magnaque gestant rerum pars ipsi fuerunt. Nam ab ipso domino Iesu, inter præcipuos allecti sunt in collegium apostolicum. Ioannes autem sero tandem post alios, suam historiam de incarnato verbo Dei scripsisse, atque euulgasse dicitur. Scripsit namque Matthæus voluit quodammodo adiciere coroneum doctrinarum ac sermonum Christi, maximeque earum rerum, quas alij videbantur præterisse, aut breuius perstrinxisse: maxime autem quoad Christi diuinitatem spectat: habet c. 21. hic Ioannes, virgo permansit.

*Argumentum in acta Apostolorum.*

Beatus Lucas, posteriori suo libro exponit, quibus modis Christus reliquerit terras, vbi, quo loco, quibus modis aduenit promissus ille spiritus, quibus initiis cœperit ecclesia, quæ fuerit eius infantia, quæ amplificatio & auctus, quæ ecclesiæ instat facies, quæ doctrina Apostolorum, qui veteris ecclesiæ ritus, quæ studia, quæ religio, quæ fides, quæ doctrina falsa, quinam falsi Prophetae, qui veri, qualia vitiorumque ingenia, quæ artes, qui mores, qualia sunt mundi studia, quales persequentium animi, qualis successus. Item quomodo receperit mundus euangelium. Plurima enim scribuntur de Petri, & aliorum Apostolorum concionibus & factis, de Pauli Apostoli predicatione & perfectionibus. Vnde & acta Apostolorum liber dictus est, habet c. 28.

*Supputatio temporum noui Testamenti.*

Continet vniuersa apostolica & euangelica historiae annos circiter 60. Nam Christus videtur natus fuisse annos 33. cum numeraretur. 18. annus Tiberij Cæsaris, eodem autem sublatu est in crucem. Inde vero ad 4. Neronis annum supputantur anni. 28. Et Paulus secundo Neronis anno Romam vincit venit, & biennium in libera custodia exegit, hætenus autem historiam suam texiit Lucas, qui vixit annos 84. & bona pace excedens, sepultus est in Bithynia.

*Argumentum in epistolas Apostolorum.*

Quam, vt non dormit, neque dormitat qui custodit Israël, ita non dormiat, neque dormitet qui oppugnat Israël, id est, qui ecclesiam Dei conturbat & oppugnat perditus Satanas: efficit spiritus sanctus, fidelium instructor & protector, vt idem, non tantum de veritate euangelicæ salutis edoceret, per Apostolorum tam predicationem quam scripturam, sed etiam aduersus veritatis euangelicæ corruptores & oppugnatores muniretur omni tempore quo hic militabit ecclesia. Hinc igitur factum est quod post euangelia, quæ sunt legis supplementum, & in quibus nobis exempla, & præcepta viuendi plenissime digesta sunt, Apostoli & generatim & speciatim conscripserunt epistolas Dei electos admonere & præmunire aduersus ecclesiæ hostes, & veritatis astutos deprauatores voluerunt. Sic enim præsentia atque etiam futura refecerunt vitia & postea oriuras excludere, dissolueruntque questionem, in hoc prophetas secuti, qui post editam & traditam legem à Moyse, in qua omnia Dei mandata legebantur, nihilominus tamen doctrina sua semper repullulata populi peccata compressere: & propterea exemplum viuendi, libros ad nostram etiam vsque memoriam transmiserunt. Hi autem libri noui Testamenti doctrinæ & sapientiæ diuine excellentiam continent.

*Argumentum in epistolam beati Pauli ad Romanos.*

Quantus extiterit beatus Paulus & quanta cum diligentia & humilitate ipse scripta legi debeant, satis indicant hæc Apostolorum coryphæi beati Petri verba, & frater noster Paulus secundum diuinitus sibi concessam sapientiam, scripsit multa difficilia intellectu. In hac autem epistola, quam scripsit ad Romanos, id est, ad omnes qui Romæ fidem Christi profitebantur summa christianissimi arcana complexus est. Hæc autem sunt capita totius amplissimæ epistolæ, omnes tam Iudæi, quam Græci habent accessum ad Deum per fidem in Christum, qui cunctos saluos cupiens pro omnibus homo factus, mortuus est, resurrexit, & cælo conscenso sedet interpellans in dextra patris. Vnum ergo est nunc ouile & vnus pastor. Tam læ-

quam natura impotens est ad iustificandum: ante omnia ergo disputat apostolus de peccato, & euincit omnes homines esse peccato obnoxios: deinde differit de iustitia, & ostendit sola Christi gratia per fidem, & non per opera vel merita vlla primam iustificari credentes. Mox effectum gratiæ & fidei explicat, docens iustificatos spiritu facta carnis mortificare, cauere sibi à sceleribus, viuere sancte & moderate debere. Præterea disputat de lege, & vi legis, de pugna & ingenio renati hominis, de vocatione gentiū, & repudio, restitutione quoque Iudæorum, postremo vitam christianorum instituit variis & salutariis præceptis. Constat epistola 16. c. missa fuit à Corintho.

*Argumentum in priorem beati Pauli ad Corinthios Epistolam.*

Corinthij inter Achaicos præcipui ab Apostolo christianismum edocti à falsis prophetis seducti fuerant. Hos igitur ad veram fidem reuocat. Epistolæ autem hæc sunt capita. Corripit præcipue Corinthiæ ecclesiæ vitia: differit contra philosophiam secularem pro simplicitate Euangelij, de ministerio verbi Dei & prouentu sue gloria, quæ inde exiit ad Deum referenda: differit etiam contra infamem Corinthiorum luxum & libidinem: item de coniugio, diuortio, digamia & virginitate: disputat de cultu peregrino, de probatis christianorum sacris rite celebrandis restituendisque, de charismatibus ecclesiæ variis, & concordia siue charitate, de linguis & vsu prophetiæ, de resurrectione mortuorum, & aliis plerisque rebus vtilibus. Constat 16. c. missa est ab Epheso per Timotheum: alij volunt missam esse à Philippis per Stephanum & Fortunatum & Achaicū & Timotheum.

*Argumentum in secundam ad Corinthios Epistolam.*

Hæc Epistola tota est consolatoria & apologetica. Corinthios namque poenitentes consolatur, & ad meliora hortatur. Se autem aduersus Iudæos & alios veritatis fidei & religionis christianæ aduersarios defendit, & suam doctoris & Apostoli auctoritatem dignitatēque strenuè tuetur & defendit, docens quo & quam forti animo esse debeat ecclesiæ pastor & verus minister. Epistolæ capita hæc sunt. Conferret legem cum Euangelio: Ostendit quanta cum puritate Euangelium prædicari, quantis etiam cum periculis & quanto cum succellu, differit item de beneficentia in pauperes. Postremo plurima congerit de rebus suis, pro asserenda sua auctoritate contra pseudoapostolos. Constat Epistola 13. c. missa fuit à Troade per Titum secundum Latinos: à Philippis autem Macedoniæ per Titum & Lucam secundum Græcos.

*Argumentum in Epistolam beati Pauli ad Galatas.*

Hæc Epistola plane edocemur quanta constantia & firmitas fir christianis necessaria, vt in fide semel suscepta perseuerent, nec circumferantur omni vento doctrine. Galatæ enim, qui & Gallo græci dicuntur, vt pote, quia à gallis oriundi, per Apostolum conuersi, & edocti, à Iudæis seducti fuerunt, & persuasi legem Mosaicam cum Euangelio seruandam esse. Hos igitur arguit & vehemētè tanquam stupidos & nimium faciles increpat Apostolus. Epistolæ hæc sunt capita. In ea disputat de iustificatione per fidem Christi, contra iustificationem legis & operum: format vitam & mores fide iam iustificatorum, & adhuc magis iustificandorum recte viuendo. Ab initio Epistolæ multis agit de vocatione sua, vt auctoritatem Apostolicam sibi allerat, quam hostes gratiæ ipsi aduersantes collapsam cupiebant. Cōstat Epistola 6. c. Latini ab Epheso, Græci ab vrbe Roma scriptam Epistolam dicunt.

*Argumentum in Epistolam ad Ephesios.*

Hæc Epistola quæ plane diuina est, & sancti Spiritus abundantiam non obscure aut immerito redolet, cum videlicet sit scripta ab apostolo carcere concluso, Ephesios qui in fide perstiterant hortatur, vt qua copererit pergant, de arduis mysterijs subobscure tamē cum illis differens, ac demū cuique ætati, & hominum conditioni rectè viuendi modum præscribens. Epistolæ capita hæc sunt. Docet sola gratia in Christo per fidem iustificari credentes. Deum non esse perlonarū acceptatorem. In Christo omnem esse plenitudinem, & per hunc genus reconciliari Deo, deinde varias subicit de officiis vitæ paranefes. Constat 6. c. missa est ab vrbe Roma per Tychicum diaconum.

*Argumentum in Epistolam ad Philippenses.*

Philippenses à beato Paulo veritatem fidei & religionis christianæ edocti in ipsa permanserunt, nec pseudoapostolos receperunt. Illi quī secundo vincitū Paulum audissent ipsi per Epaphroditum necessaria suppeditarunt, per quem ad eos scribit Paulus consolans ipsos, & eorum fidem laudans, simulque ad mutuam charitatem cohortans, & aduersus pseudoapostolos confirmans. Epistolæ capita hæc sunt, hortatur Philippenses ne vinculis suis offendantur, sed pergant in suscepta veritate, admonet vt sint vnanimis, & caueant à pseudoapostolis legē cum Euangelio inculcantibus. Tradit salutaria vitæ præcepta. Habet Epistola 4. c. missa est ab vrbe Roma de carcere, per Epaphroditū.

*Argumentum in Epistolam ad Colossenses.*

Vas electionis Paulus, omnibus compatiens & consulens: Colossenses, quos nō viderat aduersus hæreticos præmunis. Quum enim ab Archippo & Epaphra, ad fidem conuersi essent à pseudoapostolis affirmantibus Christum Deum, nec venisse, nec venturum, sed angelos nostræ salutis esse auctores, similiter etiam Iudaicas & philosophicas superstitiones prædicantibus auersi & deprauati sunt. Hos ergo admonet & munit apostolus docens vnum Christum angelis præfectum, nostræ salutis esse auctorem, deinde suam auctoritatem tutatus admonet à pseudoapostolorum falsis visionibus & doctrinis sibi cauere. Demum ad mala fugiēda, & bona scēdanda hortatus, sui officij vnquamque hominum ætatem & conditionem admonens, salutationibus epistolam claudit. Vnicum est huius epistolæ caput præcipuum, scilicet damnare pseudoapostolos miscētes Iudaismum &

philosophiæ superstitionem cum Christi doctrina, epistola constat 4. c. Hanc à Roma missam volunt Græci, ab Epheso autem Latini, per Tychicum diaconum & Onesimum acolytum.

*Argumentum in priorem ad Thessalonicenses.*

Thessalonicensium qui accepto verbo veritatis in fide præstiterunt, etiam in persecutione suorum ciuium fidem & constantiam laudat. Illos ergo confirmans hortatur vt perseuerent in fide semel recepta, & vt vitam puram christoquæ dignam viuant, atque mortuos gentiliū plantū, id est sine spe resurrectionis non luceant: vbi interim disputat de resurrectione mortuorum, de iudicio futuro, de cautione & de sanctimonia sanctorum. Constat epistola 5. c. missa est autem ab Athenis per Tychicum diaconum & Onesimum.

*Argumentum in posteriorem ad Thessalonicenses.*

Quum christiani afflicti alsidua indigant consolatione & cohortatione, siue verbo, siue scripto id fiat: hæc secunda epistola Thessalonicenses in fide constantes quos vt optabat inuisere non licuit, consolatur proponendo præmio bonorum & supplicio malorum. Epistolæ hæc sunt capita, iudex Christus suos liberabit à persecutoribus quos seuerè punit. Antichristus cum potestate & virtute seductionis venturus est ante iudicium, imperium Romanū multa pati debet, ignauū & oriosū non sunt in ecclesia tollerandi. Hæc epistola constat 3. c. missa est ab Athenis per Tychicum, alij volunt quod per Titum diaconum.

*Argumentum in priorem ad Timotheum.*

Hæc Epistola proponit absolutum exemplar pastoris siue episcopi Euangelici. docet fidem, spem & charitatem esse finem legis & scopum prædicationis Euangelicæ. describit eorum qui in ecclesiasticum ministerium assumi debent condiciones, contentiones & quæstiones inuiles vitari iubet. Quid, quoque pacto vnumquodque cuiuscunque sexus & conditionis instituire debeat pastor præscribit, auaritiam denique tanquam omnium malorum radicem omnino christianis fugiendam copiose docet. Constat hæc epistola 6. c. missa est autem à Laodicea per Tychicum diaconum.

*Argumentum in posteriorem ad Timotheum.*

Iuuenem Timotheum sæpius admonet apostolus ne videlicet animo frangatur propter persecutiones quas christianis inferebant, illi qui preterit pietatis pietatem veram subuertebat, vel etiam quia videbat Paulum propter Christi fidem Romæ vincitū de vita periclitari. Epistolæ hæc sunt capita, admonet Paulus Timotheum sollicitam sui gregis curam gerere, commendat ipsi doctrinam sanam, in qua primum est instructus: exhortatur illum ad martyrium, & ad cōtinuam verbi Dei prædicationem: prædicat calamitates postremi seculi, & in eo futuram in multis à fide vera apostasiam: prædicat suum exitum breui futurū, constat epistola 4. c. missa autem fuit à Roma.

*Argumentum Epistolæ ad Titum.*

Quia pastores & ministri ecclesiæ sunt reliquorum exemplaria, quibus & scientia & sanctitate præluere & illucere debent, ideo apostolus hæc epistola diligenter admonet Titum episcopum, vt ecclesiæ prouideat de officiis & probatis ministris. Epistolæ autem hæc sunt capita. docet Titum Apostolus presbiteros seu episcopos per ecclesias ordinare, qui sint diligenti prædicati. Personarum & ætatum officia tradit, inculcat mysterium gratiæ & fidei iustificationem. cōstat epistola cap. 3. missa est autem à Nicopoli.

*Argumentum in Epistolam ad Philemonem.*

Hæc deprecatoria & commendatitia epistola docet Apostolus tantam esse debere christianorum charitatem, vt propter eam humana & commoda & detrimenta obliuiscantur. Conciliat igitur seruum Onesimum, quem ex supplicatore fugitio, christianum & fidelem seruum Domino suo remittit. Docet autem hæc epistola vnico capite contenta quanta solitudine & charitate peditus erat Apostolus, missa est à Roma per Onesimum ipsam.

*Argumentum in Epistolam ad Hebræos.*

Genium Apostolus Paulus suorum obliuisci non potuit, quos hæc Epistola elegantissima & diuinissima, suppresso tamen suo nomine (foris Iudæis odio) instruit de secretis christianissimi & diuinissimi. Epistolæ enim hæc sunt capita, ab initio claris scripturæ veteris testimonijs demonstrat Iesum Christum verum esse Deum & hominem, vnde docet non oportere eius doctrinam contemneri ni perire velimus, adicit illum verum ac vnicum esse Sacerdotem hostiæque perpetuam, vt ad expiationem & purgationem nullis opus sit Aaronicis vel Sacerdotibus vel Sacrificijs. Absolutam namque iustificationem possidet quisquis Christum vere possidet, addit omnes veteris Testamenti sanctos, siue Deo placuisse, eique seruasse in patientia, charitate, & innocentia vitæ, ad quas virtutes omnes adhortatur proposita cælesti & æterna remuneratione. Tandem adicit quoddam institutiones vitæ & nonnihil subiungit de continuo Christi corporis in ecclesia sacrificio, & de eiusdem salutifera communione. Constat hæc Epistola capitibus tredecim, missa fuit ex Italia per Timotheum.

*Argumentum in Epistolam beati Iacobi.*

Quæ restant Apostolorum Epistolæ septem breues & sanctissimæ, appellantur à veteribus & canonicæ, & catholicæ. Canonicæ quia maximè spectat ad canonem scripturæ: catholicæ autem quia scriptæ sunt non ad certas quasdam ecclesias, sed ad vniuersas. Inter illas prima collocatur ea quæ est diui Iacobi Apostoli, primi Ierosolymitani episcopi. Qui orta in ecclesia persecutione, & facta ob Stephani necem credentium dispersione, consolatoriam simul & exhortatoriam sic dispersis scribit epistolam adificationem plenam. Catholica autem aut canonica vere dici debet, vt pote quæ ea fere omnia contineat,

# STROMATON BIBLICORVM

quæ christiano homini sunt cognoscenda, docet enim fidem & religionem, mores, & peccata corrigi: tradit item plurima, eaque maxime necessaria, & salutaria vitæ præcepta. constat. cap. 5.

*Argumentum in priorem beati Petri Epistolam.*

Circumcisionis Apostolus Petrus, omnibus christianis hanc exhortationem scribit Epistolam. Eius capita hæc sunt, ferèdæ sunt christianis afflictiones: accepta in baptismo per Dei gratiam & Christi meritum, vsque ad finem seruanda est puritas, reiectis carnalibus concupiscentiis. Omnis gloria christianorum est pati propter Christum: magistratibus etiam infidelibus in politicis obediendum est. Vnusquisque sanctè, iustè & piè in sua vocatione ambulare debet. Constat Epistola capitibus quinque.

*Argumentum in posteriorem beati Petri Epistolam.*

Senex & morti proximus hanc secundam omnibus christianis scripsit Epistolam Apostolorum corinthzus. In ea omnes hortatur ad vitæ puritatem: detinet à turpibus & maxime à carnalibus vitiis, exemplis veterum, ac terrore iudicij extremi, in quo quisque recipiet suarum actionum sententiam. Vehementer infestatur hæreticos qui simplicium christianorum animos peruersa doctrina corrumpunt, contra ipsorum astitit fides maxime nouissimorum temporum preueniens & admonens. Constat Epistola capitibus tribus.

*Argumentum in primam Iohannis Epistolam.*

Hæc Epistola fidei & religionis christianæ sinceritas atque puritas proponitur, confirmata cum Christo in sanctitate omnibus ad salutem necessaria docetur. Caritas Dei & proximi imperatur, fiducia peccatorum remissionis in Christo proponitur. Fuga hæreticorum & spirituum probatio commendatur. Constat hæc Epistola quinque capitibus.

*Argumentum in secundam Epistolam beati Iohannis.*

Debet Ecclesiæ pastores vt malos accusare & redarguere, ita & bonos laudare. Hoc præstitit beatus Iohannes hæc Epistola, qua cuiusdam claræ femine & ipsius liberorum fidei & integritati congratulatus, eosdem hortatur perseverare in charitate, ab hæreticis cauere, & in accepta doctrina perseverare.

*Argumentum in tertiam beati Iohannis Epistolam.*

Caium ob benefacta commendat, redarguit acriter Diotrephen nos docens qua vehementer debeant vt pastores Ecclesiæ aduersus eos qui fidei & religioni christianæ iniuriam inferunt.

*Argumentum in Epistolam beati Iude.*

Hæc parua Epistola mirum quàm graphice depingat beatus Iudas tam veros quàm fucatos christianos. In fide & religione semel suscepta permanendum esse affirmat. Vna est enim quæ non moranda aut descendenda est inquam ecclesiæ catholicæ fides, vt vnus Deus est, & vnus mediator. Hæreticos fugiendos esse diligenter præcipit: eorum quoque mores & ingenia conuenientibus metaphoris perbelle exprimit. Superioribus obediendam & omnium salutem inuigilandum docet.

*Argumentum in beati Iohannis euangelij Apocalypsim.*

Data est diuinitus hæc Apocalypsis, vt per eam regni Christi administrationem, Dei excelsi consilia, Christi gloriam, atque ecclesiæ victoriam insignemque triumphum intelligentes & considerantes cõsolentur in omnibus nostris preiuriis, contumeliis & afflictionibus à quocunq; illatis certo persuasi Deum nunquam deserturum esse suam ecclesiam, sed potius eo pacto ipsum eam purgare & perficere, vt sic Christi capitis sui vestigiis insistentem cum ipso tandem felix æterna gloria fruatur. Christus igitur, eius Ecclesiæ, electorum afflictiones, certamina, consolationes, victoriæ & premia, satanas, reprobatorum synagoga & cæcus impius, Babylon illa magna fornicaria, tyranni, infideles, hæretici, Antichristus, & quæcunq; Deo, & eius veræ religioni aduersantur sunt huius præstantissimi libri materia. Hæc autem omnia facile & planè cognoscuntur, si ad septem illas admirabiles visiones quæ 22. huius libri capitibus recensentur, referantur. Sic igitur totius huius libri diuinissimi summam atque argumentum complectitur. Is præmio & narratione constat. Præmium beneuolentiam, docilitatem & attentionem miro artificio captans, finitur

quasi in medio primi capitis vbi videlicet ita legitur: Ego Iohannes frater vester, &c. Quod autem reliquum est omne, narratio est, res diuinissimas atque imprimis admirabiles nobis proponens. Illa autem cum septem præcipuis visionibus constet, ad hanc modum illæ sunt distingendæ, & accipiendæ. Prima incipit eo loco primi capitis vbi ita scribitur: Fui in spiritu, &c. Et protrahitur vsque ad 4. c. Illa complectitur septem diuinissimas Christi Epistolas, quibus purissimus christianismus plenissimè docetur, & reformandæ ecclesiæ in pastoribus potissimum ratio formæque proponitur. Secunda visio incipit 4. c. & protrahitur vsque ad octauum. Illa continet summa secreta de throno Dei, de iis qui circumstant, de libro scripto intus & foris, qui obsignatur septem sigillis, de libri & eius sigillorum apertione per agnum Christum omnium Dominum, & de eorumdem sigillorum mysterio. Tertia visio incipit 8. c. & producitur vsque ad 12. c. Illa complectitur 7. angelos tubis canentes, & eorum mysticas significationes. Quarta visio incipit 12. c. & protrahitur vsque ad 15. c. illa continet mulierem amictam sole parturientem: prælium commissum in Cælo inter bonos & malos Angelos, inuidiam, odium, & persecutionem satanæ contra mulierem, & ipsius semen, eos videlicet qui pure Deum colunt. Complectitur denique bestias prodigiosas & horribiles, tam de mari quam de terra ascendentes. Quinta visio incipit 15. c. & producitur ad 17. vsque. Illa continet effusionem 7. phialarum iracundiæ Dei videntem, mare vitreum igne mixtum, atque laudes & Cantica eorum qui vicerunt bestiam. Sexta visio incipit 17. c. & protrahitur ad 21. vsque. Illa complectitur & proponit descriptionem & secretum insignis meretricis Babylonis, de cuius fornicationum poculo biberunt Reges & principes terræ, simul etiam bestia monstruosa, quæ portat meretricem, Reges & populos sua fornicatione seducentem, & draconis admirabilis condemnationem, satanæ alligationem, terrorem eorum qui pereunt, & consolationem eorum qui Deo & verbo eius Christo redemptori & mediatori nostro adherentes, post varias tribulationes saluantur. Septima visio exordium habet 21. c. & producitur vsque ad finem libri. Illa continet cæli & terræ inuolutionem, quietem, gloriam, atque felicitatem quam electi habituri sunt (sub illud tempus, & in seculo futuro, scilicet post Antichristi magni interitum, quando in noua Ierusalem cælesti erit pax & gloria communis cum perfecta Dei charitate. Tum enim reuelabitur gloria filiorum Dei, quæ est expectatio omnium creaturæ, vt scribitur Rom. 8. c. 1. Corinth. 2. Eia 40. 64. & alibi sæpius. Hæc sit summa & per partes præcipua facta huius diuini & admirabilis libri Apocalypsis anatomicæ seu directis. In summa autem animaduerte eo omnia referri, vt verbo Dei victoriæ & omnium reformatio, restitutioque tribuatur.

*Conclusio de canonici libri.*

Plures aut etiam pauciores iis quos rectauius non habet libros sacrorum Bibliorum canon à Christianis in Ecclesia Catholica receptus & propositus, nec profecto magnopere curandum existimo de quibusdam qui philaphti suo sensui aut quorundam priuatorum opinionibus nimium credentes, aut etiam Iudeorum synagogam, magis quam Christi Ecclesiam sequentes, quosdam ex prædictis libris de canone sacro præcidunt, aut de eorum autoritate dubitant. Quid enim ad nos quod pauci aliquot suis affectibus corrupti, aut ab aliis errore decepti de rebus certis & authenticis authoribus dubitant, aut etiam nunc dubitant? Credendum est plane & indubitato hos omnes quos recensimus 7. 4. vtriusque Testamenti libros, à Spiritu Dei profectos & à prophetis, Apostolis & aliis Diuini verbi ministris Ecclesiæ Dei esse traditos: atque in his doceri veritatem certam, nihilque in illis erroris misceri vel mendacij. Cæterum hæc dicta est veteribus canonica, id est regularis scriptura, quod à Deo nobis data sit vitæ & veritatis regula, qua omnia problemus & iuxta quam viuamus. Hæbræi appellant legem thora, quod nomen generaliter verbo Dei, adeoque toti scripturæ sacre attribuant. Significat autem thora directorium: vnde & Græci videtur mutasse suum illud vocabulum canon, quod & ipsum interpretari potes directorium, lex & regula.

## TERTIA PARS STROMATVM BIBLICORVM IN QVA RECENSENTUR & catholice exponuntur aliquot iidemque præcipui loci sacre scripture, tam veteris quàm noui Testamenti, quibus præuè detortis huius temporis hæretici abutuntur contra fidem catholicam & Veritatem Euangelicam.



Vicunque tam veterum quàm recentiorum hæreticorum scripta diligentius legerint, comperient eam semper fuisse satanæ, id est Dei omnipotentis aduersarij, eiusdemque gloriæ summæ ipsi soli debita: vsurpatoris, tum iniustissimi, tum iniquissimi astutæ calliditatis, vt scripturæ sacre litera suos quos à se delusis instillauit errores prætexerit. Nouit enim veripellis illa bestia scripturam sacram esse limpidißimum fontem, ex quo haurire debent aquas sapientiæ salutaris quicunque vere instrui & salutem consequi volunt. Nouit domini præceptum de persecutione scripturarum: Nouit denique eam esse omnium fidelium persuasionem quod scripturæ sacre nihil continent nisi verum, sanctum & diuinum: quodque ad ipsas relictis deliramentorum humanorum putidis lacunis & cisternis vniuersi concurrere debent. Quare obtinatus hominum salutaris hostis toruolus ille serpens, fontem ipsum & scaturiginem primam veneno conspurcare & corrumpere nunquam non conatus est. Hoc autem tanto cautius facit quanto perniciosiora nobis mollitur, vnde factum

est quod his nouissimis & periculosis temporibus Dei & Christi redemptoris nostri religionem funditus sublata pertentans copiosus, feruentius & diligentius quam vnquam suæ deceptionis ministros & catechistas diuinarum scripturarum locorum deprauatorum multitudine abundanti armavit. Quæ fraude satanica quot prætextu pietatis, & odio detestationeque superstitionis in sua retia traxerit notius est quàm vellemus.

Horum igitur miseris, adnixus sum hac tercia stromatum Bibliorum parte quosdam locos notare, eoque potissimè, quibus hodie abutuntur frequents hæretici. Quia in re nos seruabimus eundè ordinem, quo prius libros canonicos proposuimus & recensuimus.

*Ex libro Genesis.*

Genesis primo scribitur ita. Vidit Dilis cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Quo loco abutuntur qui ex ipso colligunt nullum ciborum delectum esse debere, quia videlicet omnis creatura Dei bona est. Quum enim Ecclesia docet & præcipit per spiritum sanctum ciborum delectum, non damnat creaturarum naturam, de qua hic scri-



mo habetur, sed proponit mysterium & ad id quod ipsis vile homines promovere conatur.

Ibidem scribitur, Crescite & multiplicamini. Quem locum sinistrum rapiunt qui ex illo volunt effici Dei esse præceptum de matrimonio, omnibus planè hominibus cuiuscunque status & conditionis contrahendo. Sic enim condemnarentur quotquot ab orbe condito cælibes vixerunt, nec fœtu suo terram compleverunt. Hic ergo omnibus creaturis vitæ participibus dat Deus potestatem procreandi sibi simile, non autem cunctis hominibus matrimonium præcipit.

Scribitur in hunc modum 2. c. Non est bonum hominè esse solum. Quo loco abutuntur qui ex ipso concludunt eos non carere peccato qui extra matrimonium vivunt. Nam eo in loco agitur de necessitate fœminæ, propter conferendam & multiplicandam speciem humanam, non autem de singulis & omnibus hominibus matrimonio copulandis, id textus sequens docet, scilicet faciamus ei adiutorium simile sibi.

Scribitur ita eodem 2. c. Reliquet homo patrem suum & matrem suam, & adhærebit uxori suæ. Quo loco abutuntur qui inde colligunt matrimonium profus esse omnibus præceptum, eosque contra Dei præceptum facere qui virginitatem vovent, & quoque pacto cœlibes vivunt, eo siquidem loco non est matrimonij præceptum, sed potius docetur qualiter se gerere debeant masculus & fœminæ matrimonio copulati. Hoc docet quod sequitur scilicet. Et erunt duo in carne vna.

Scribitur in hunc modum 3. c. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Quem locum prauè detorqueunt qui ex ipso effici volunt, omnem profus hominem cuiuscunque sit status & conditionis terram colere, & manibus propriis victum sibi comparare debere. Afirmant enim oportere Reges, reliquos principes, fœminas cuiuscunque conditionis, ecclesiasticos etiam omnes manibus laborare. Hoc autem non vult scripturæ locus, sed potius docet terram quæ ante peccatum sua sponte homini necessaria proferebat, post peccatum maledictam ita esse, vt sine cultu & hominis labore iam non producat. Nolim tamen quous in statu aut etiam sexu periculosam & perperam comprobare: cum sciam nihil esse ocio vbiq; peius. Percuperunt igitur omnes profus homines cuiuscunque sint status & conditionis & lexus laborare, sed, secundum suam vocationem, & tanto quidem magis quanto vocatio præstantior est. Ecclesiastici namque & principes minus debent esse ociosi quàm agricola & reliqui mechanici: verum conuenientem sibi laborem lectari debent, scilicet Ecclesiastici docendo & spiritualia quælibet ministrando, principes autem iustitiam in republica ita conferuando, vt nemini iniuria inferatur, iustè viuatur, & summi cuique reddatur. Hinc autem est omnium turbarum origo & fundi christiani calamitas, quod quanto aliqui sunt vocatione maiores (natura enim omnes sunt æquales) & quanto plus à republica percipiunt, tanto magis ocio torpescunt, & deliciis luxuque deliburi perduntur.

Scribitur Genes. 6. & 8. quod cuncta cogitatio cordis humani intenta est ad malum omni tempore: quod etiam sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia. Quo loco abutentes nonnulli qui inde colligunt hominè natura malum esse, & nihil nisi peccare posse. Quod quàm sit absurdum & in Deum hominis naturæ auctorem blasphemum iis quibus sana mens est, iudicandum relinquo. Non vult igitur sanctus Moses dicere hominis naturam esse malam, qui prius dixit i. c. Cuncta quæ Deus creauit & fecit esse valde bona: nec etiam hominem peccatum vitare non posse qui prius (4. c.) retulerat Dominum ita diceat Cain fratricidæ. Nonne si bene egeris recipies? Sin autem male statim in foribus peccati aderit sed subter te erit apperitus tuus, & tu dominaris illius. Docent igitur loci illi & homines illius temporis nequisimos fuisse (in quibus tamen Noe iustus inuentus est & placuit Deo) & post peccatum primi parentis maximam fuisse ad peccandum in omnibus pronitatem, ante scilicet iustificationem & reparationem per Christum, quod etiam docet Paulus Rom. 7. non autem sermo ibi habetur de hominibus in Christo iustificatis, vt satis ignorantur affirmant nonnulli: de his enim loquens Paulus (in Epistola ad Romanos) ait quod nihil habent damnationis, & quod in ipsis non dominabitur peccatum.

Scribitur huius libri 9. his verbis. Omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum. Quo loco abutuntur qui ex ipso colligunt omni die, omni cibo citra vllum delectum vescendum esse: Deus enim animalibus vesci permittit hominibus, non autem imperauit. Carcerum talis permissio non debet Dei & eius Ecclesiæ iustam & rationabilem eorundem prohibitionem impedire. Deus enim postea à certis cibis abstinendam præcepit, vt etiam nunc iustus de causis facit Ecclesia ab eo edocet.

Huius libri 9. scribitur de Noe, vt etiam 19. de Loth, quod inebriatus est, quibus locis abutuntur gastrimargi, qui inde colligunt ebrietatem non esse peccatum. repugnat si quidè illis sæpius scriptura, quæ condemnat ebrietatem vt videre est in Paulo. 1. Corint. 6. vbi dicitur quod ebrii regnum Dei non possidebunt.

Huius libri 15. scribitur quod credidit Abraham Deo & reputatum est ei ad iustitiam: quo loco pessimè abutuntur qui ex eo concludunt solam fidem esse ad salutem & iustificationem necessariam nec curanda esse opera. Docet enim Moyses Abrahamum fidem habuisse, quæ ad iustitiam imprimis est necessaria, vt pote quæ est omnis adficij spiritualis fundamentum & substantia rerum sperandarum, vt docet Paulus Hebr. 11. c. non autem negat opera esse vitia aut etiam necessaria, imo id ipsum confirmat cum postea, scilicet 22. c. docet Deum præcepisse ipsi Abraham filij sui vnicij Isaac immolationem. Id etiam docet beatus Iacobus 2. c. suæ, canonicæ: cum ait Abrahamum fuisse iustificatum per opera, & non per fidem tantum.

Ex Exodo.

Exod. 9. c. ita scribitur de Pharaone, Idcirco posui te vt ostendam in te fortitudinem meam & naretur nomen meum in omni terra. Quo loco abutuntur aperte qui ex illo colligunt nullam inesse hominibus actionum libertatem, sed Deum auctorem & causam esse mali non minus quam boni. Deus enim qui omnium bonorum auctor est, mala non agit sed tantum permittit, hominem libere agere sinendo, quia autem Deus tam bonus est quod ex malo elicit bonum, ideo ad sui nominis gloriam excitauit Pharaonem. Quod autem non Deus, sed homo (olus sit peccati sui causa testatur quod subiungitur in fine capituli his verbis, Auxit peccatum suum Pharao, & ingratum est cor eius. Si etiam Deus malum seu peccatum eius operatus esset, non cum toties per Moysen monuisset.

Exod. 10. c. ita scribitur, Ego sum Dominus Deus tuus, non habebis Deos alienos coram me. Non facies tibi sculptile, neque omnium similitudinem quæ est in celo desuper, & quæ in terra, non adorabis ea nec coles. Quem sanè locum nimis ignoranter ne dicam improprie detorqueunt & deprauant qui ex eo colligunt omnem profus imaginum erectionem, & earundem cultum à Deo condemnari. Quod enim hoc non sit ita, dilucidum sit ex eo quod Dominus Deus postea iussit varias imagines erigi, puta cherubim, serpentes, &c. Hoc igitur loco & similibus plurimis damnat & prohibet Dominus idola, & idolorum cultum non autem vilo modo Dei & sanctorum eius imagines earumque venerationem iustam & moderatam, vt præcæbit Ecclesia Christi, quod autem Deorum falsorum cultum detestandum intelligat, indicant propria eius verba, quæ sunt eiusmodi, non habebis Deos alienos coram me, & in fine capituli: Non facietis vobis Deos argenteos, nec Deos aureos facietis vobis. Nulla est autem ne minima quidem in Ecclesia catholica idololatricæ nota, cum imagines Dei & sanctorum proponit colendas. Nam in ipsis ex res quorum sunt imagines representantur & coluntur cultu, veneratione & adoratione ipsis conuenienti. Non separant autem Christiani imagines cum ipsas venerantur à rebus ipsis quas representant. Peropere autem iude vulgus plenus edoceri per pastores idoneos, quis sit verus & purus imaginum ex Ecclesiæ intentione & doctrina vltus. Timeo enim hic & præterea, plerumque fieri.

Exod. 32. scribitur in hunc modum. Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Eo loco abutuntur qui propter ipsum omnino profus ludu christianis interdicit. Illic namque ludus immoderatus & inhonestus condènatur, non autè simpliciter omni ludus.

Ex libro Numerorum.

Numerorū 23. ita scribitur, dixit Dominus & non faciet locutus est & non adimplebitur benedictum adductus sum (inquit Balaam) benedictionem prohibere non valeo. Et 24. ita dicit, idem, non poterò præterite sermonem Dei mei, vt vel boni quid, vel mali profertur ex corde meo: sed quicquid dixerit Dominus hoc loquar. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt omnia necessaria fieri, & non esse vili rerum contingentiam aut actionum libertatem. Facto enim Balaam edocemur Deum esse fidelem in promissis, & certum suorum electorum protectorem, propter quos inspirat & mittit prophetas, collèque ita dirigit, vt aliquando non possit aliter loqui quàm Dominus ordinat. Quo forsan sensu & illud Davidis intelligi potest cum ait ita: lingua mea calamus scribæ velociter scribens. Specialia igitur & quædam miraculosa Dei facta non tollunt generalem & ordinariam eius circa creaturas administrationem, & dispensationem.

Ex libro Deuteronomij.

Scribitur in hunc modum Deuteronomij. 4. c. Non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ex eo & eiusdem libri 12. sic dicitur. Quod præcipio tibi hoc tantum facito Domino, nec addas quicquam, nec minuas. Quibus sanè locis perperam abutuntur qui ex illis colligunt glossemata & expositiones quorumlibet doctorum, nota, traditiones, ceremonias, & reliqua quæ in Ecclesia præter scripturam sacram celebrantur, reici debere. Loci enim illi non auferunt prælati potestatem aliquid præcipiendi electis Dei, quod non exprimitur scripturis sacris modo ipsis non repugnet, sed volunt oportere populum non ambulare in suis adiuuentionibus, nec sentum suum sequi, sed pendere ex ordinatione Diuina, quæ per prælatos ecclesiæ hominibus innotescit. Huic esse germanum horum locorum sensum intelligent quibus considerare placuerit, quod postquam hæc à Mose sunt scripta, multæ alix scripturæ sacræ sunt adiectæ, cuiusmodi sunt prophetarum scripta, vt etiam alia multa non scripta per Ecclesiæ ministros Deum præcepisse satis comperum est. Populus igitur pendeat ex superiorum prescriptionibus, nec ambulet in suis adiuuentionibus proprias sectando in religione & eius professione opinioniones, quod tamen faciunt manifestissimè hæretici leditiosi & superbi. Veri autem ministri ecclesiæ ea electis Dei præcæbant ex verbo Dei quæ Spiritus sanctus ipsis vtilia reuelarit.

Deuter. 6. c. ita scribitur, Dominum Deum tuum timebis, & illi soli serues. Quo loco abutuntur qui inde effici volunt solum Deum inuocandum ac implorandum esse, reiciique debere profus

cas preces & inuocationes quæ sanctis sunt. Locus enim ille diligenter inspectus docet lectorem christianum illic sermonem fieri de colendo vno Deo, & de reiciendis falsis Diis, eorumque cultu detestando. Christiani autem cum sanctos Dei colunt & inuocant, Dei gloria nihil detrahunt, quia eos colunt & orant ut sanctos Dei, & ipsius gratia electos, & ita exaltatos, ut apud ipsum plurimum alios iuuare possint. Omnis autem talis cultus ut etiam inuocatio ad Deum ipsum finaliter refertur, à quo omne bonum & donum perfectum descendit: non igitur sanctos orant aut colunt christiani seorsum à Deo, sed potius in ipso Deo, cuius sancti sunt. Sic intelligi debent quæ de eadem re scribuntur. Matth. 4. & Luc. 4.

Ex 4. Regum.

Quarti Regum 18. c. scribitur ita de Ezechia rege. Ipse disspauit excelsa & contriuit statuas & succidit lucos, confregitque serpentem quem fecerat Moyses. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt nullas relinquendas esse inter christianos imagines, sed omnes profus euerendas esse: Nam, primum, malas non esse imagines manifestum est, ex eo quod Moyses vir sanctus & propheta magnus, iussu Dei imaginem illam serpentis creauerat & populo in mysterio aspiciendam proposuerat, propter abusum igitur imaginem serpentis fregit rex, non quia sit prohibitum imagines habere religionis ergo. Quis autem fuerit ille imaginis serpentis abusus docet consequens textus qui est eiusmodi: si quidem ad vsque illud tempus filij Israel adolebant ei incensum, ut Deo, scilicet. Deuteron. 4. c. ita scribitur, Custodite igitur sollicite animas vestras: non vidistis aliquam similitudinem in die qua locutus est vobis Dominus in Horeb de medio ignis, ne forte decepti faciatis vobis scriptam similitudinem, aut imaginem masculi vel femine, &c. Quo loco abutuntur qui ex illo colligunt non tantum ipsa scriptura sacra prohiberi idola ut vulgò dicitur, sed etiam imagines. Verum non attendunt aut se scire dissimulant qui ita colligunt in doctrina christiana non mordicus semper more grammaticorum, proprietati dictionum inhaerendum esse, sed potius videndam esse acceptionem illarum vitarum apud eos, qui diuina nobis tradiderunt dogmata. Fatendum enim nobis est, quod si ad viuum proprietates grammaticæ vocabuli huius imago, refertur idem significabit quod idolum. Verum si vitarum vtriusque dictionis apud theologos & christianos acceptionem consideremus ( ut facere eos oportet qui in religione decipi nolunt ) imago approbatur & idolum semper reicitur & condemnatur: illud enim vocabulum eam rem significat quæ aliquid religiose nobis representat: hoc vero id quod falso Deus censetur, & ut talis summe colitur & adoratur. At notabis interim quoddam hoc loco ut etiam 4. Regum 11. c. Imago pro idolo vulgò accepto vocabulo apud christianos sumitur, scilicet pro falso Deo, vel pro representatione falsi Dei. Hoc docet sequens litera quæ ita habet, ne forte oculis eleuatis ad cælum videas solem & lunam, & omnia astra cæli, & errore deceptus adores ea & colas ea quæ creauit Dominus Deus tuus, &c. Hæc profecto si probè noscent & diligenter, ut par est eos facere, considerarent grammatici tantum & coricarij quidam huius tempestatis theologi aliquantula solum cognitione linguarum plus æquo elati, non tam facile ne dicam ignoranter aut impudenter exploderent & suggilarent longe ipsi præstantiores omni eruditionis excellentis genere probatissimos antiquos illos factorum Bibliorum interpretes & expositores, sed potius vtiliter & sibi salutiferæ, grammaticæ proprietatis & linguarum cognitionis supercilium, catholicæ & spiritali expositioni submitterent. Meminerint enim, rogatos ipsos velim, dixisse beatum Paulum quoddam littera occidit: Spiritus autem solus viuificat. Verum qui altum sapiunt semper humilem & simplicem ecclesiam Dei ridere & contemnunt, sed eam vindicabit Dominus qui abscondit sua diuina mysteria à sapientibus huius mundi, perdet enim sapientiam sapientum, & prudentiam prudentium reprobat.

Ex libro Iob.

Iob 14. c. ita scribitur: homo mortuus non intelliget si nobiles fuerint filij eius siue ignobiles. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt mortuos nullam habere curam viuentium in hoc mundo. Falluntur autem, quia non attendunt beatum Iob eo in loco loqui humanitatis ( ut etiam facit Salomon in Ecclesiaste ) quod docent verba eius præcedentia, quibus ita dixit: Puras ne homo mortuus rursum viuet? Naturaliter igitur mortui, siue sancti, siue etiam alij non norunt hic viuentium statum sed per diuinam reuelationem, aut etiam per aliam denuntiationem. Repugnat autem charitati in qua qui sunt beati consummati degunt, quod sancti nos hic viuentes nec curent nec adiuuent: Charitas etenim quæ nunquam ab electis excidit, sed hic inchoata in cælo perficitur non paritur quin nobis bene velit, & quo possunt modo nos iuuent, scilicet Deum pro nobis orando. Quare etiam, ut vinculum charitatis vbique maneat & ipsi disponantur ut eorum suffragiis præcibus & meritis apud Deum iuuentur, illos orare & inuocare debemus, non quidem ut nobis concedant ipsi, quæ petimus, sed ut à Deo à quo omne bonum descendit, cui sunt perfectè & familiariter coniuncti, illud nobis impetrent. Hæc est summa doctrina de sanctorum orationibus & inuocatione. Quod autem sancti nos adiuuent nec ita absorbeantur à conspectu diuinæ maiestatis, ut nostri obliuiscantur, testantur Angelorum propter nostram salutem missorum continua ministeria: testatur de Onia, & Ieremia, Canonica Machabeorum historia: testatur etiam de precatio epulonis diuitis, ut multa alia huius rei exempla quæ in scripturis colligi possunt, easi varie sunt sumenda.

Ex libro Psalmorum.

Psalmo primo ita scribitur: Beatus vir qui in lege Domini meditabitur die ac nocte. Quo loco abutuntur qui inde effici volunt licet

re passim quibuslibet scripturam sacram exponere, nec doctorum & expositorum factorum operam requiri. Non enim frustra posuit Deus Euangelistas, & doctores in Ecclesia. Vult ergo Dauid beatum eum omnem esse qui relicta omni iniquitate legem Domini amat, cogitat, amplectitur & implet. Nec de expositione sacre scripturæ ibi sit sermo.

Psalmo 18. scribitur in hunc modum, delicta quis intelligit? Quo loco abutuntur illi qui ex illo colligunt aricularum confessionem quæ sit Sacerdoti, satisfactionem & peccatorum collectionem vanam esse, & scripturæ sacre contrariam: Non enim hic agitur de peccatorum confessione aut subsequente eorum satisfactione, quæ ex scriptura sacra facile colligitur, sed de timore & incertitudine proprii status, quo nemo sit verum amore an odio dignus sit. Nostram expositionem confirmant quæ sequuntur, scilicet: Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo. Hic autem locus est similis illi qui est in beato Paulo, 1. Corint. 4. vbi ita legitur. Nihil mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum: qui autem iudicat me Dominus est. Et etiam illi qui est 1. Ioan. 3. vbi dicitur quod Deus est maior corde nostro ipsam autem confessionem & satisfactionem amiserunt quæ subiunguntur, scilicet: Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero & emundabor à delicto maximo.

Psalmo 50. ita scribitur, Cor contritum & humiliatum tu Deus non despicies. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt in peccatoris iustificatione præter vitæ prauæ in bonam, commutationem, nullam requiri penitentiam. Hoc autem non intendat Dauid qui tam dura passus est post confessionem & remissionem peccati, ut pro eo satisficeret, & poenam ipsi debitam exoluere. Talem opinionem confutat beatus Paulus, cum ait nos etiam post baptismum & iustificationem mori, peccati originalis poenam subsufferentes. Vult autem docere Dauid cordis contritionem esse necessariam, atque etiam tantum valere in hominis peccatoris iustificatione ut eum Deo acceptum reddat. Talis autem cordis contritio vera esse non potest si data facultate reluctetur quis confiteri peccatum suum & pro eo ex sententia Sacerdotis iudicis spiritualis satisficere.

Scribitur Psalmo 50. in hunc modum Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Quem locum prauè detorqueunt qui ex illo volunt effici nullum esse sacerdotium aut sacrificium ministeriale & publicum, in Christi ecclesia, sed omnes esse sacerdotes & posse sacrificium legis Euangelicæ Deo offerre. Qui falluntur ex eo quod non cogitant aut putant in noua lege sacrificiorum varia & diuersa esse genera, ut puta ministeriale seu publicum, quod sit à sacerdotibus ordinatis pro rota Ecclesia: & etiam priuata, quæ sunt à singulis christianis, qui etiam propter ea dicuntur esse sacerdotes. Hoc igitur loco cum ait sacrificium Deo acceptum, esse spiritum contribulatum intelligit mortificationem affectum, & cordis quod peccando contra Deum rebellauit comminationem & humiliationem. Quod profecto sacrificium est longè Deo acceptius quàm sacrificia bestiarum, quæ faciebant Deo in veteri Testamento Iudæi, quibus cordis contritionem & immolationem præfert hoc loco, ut præcedentia verba declarant: scilicet, Quoniam si voluisses, sacrificium dedissem, verba holocaustis non delectaberis. Notandum etiam hoc loco fieri mentionem duplicis sacrificij, scilicet spiritus contribulati, & iustitiarum: Iudæi enim habebant victimas seu sacrificia & pro peccatis, & etiam pacifica, seu pro prosperitate & gratiarum actione: sacrificia autem iustitiarum sunt bona opera quæ faciunt christianis iam iustificati. Talia sunt ieiunia, elemosynæ, orationes, & cetera id genus quæ preparauit Deus ut in illis ambulemus sicut docet Paulus Ephe 2. c.

Scribitur adhuc modum Psal. 74. Constitubimur tibi Deus & inuocabimus nomen tuum. Quo loco abutuntur qui ex illo colligunt sanctos non esse inuocandos: Nam inuocatio sicut & oratio sanctorum nihil detrahit inuocationi Dei, ad quem finaliter omnis inuocatio & oratio refertur, cum videlicet ab eo sit omne bonum & omne donum perfectum, quod mediantibus & pro nobis orantibus sanctis qui in cælis beati sunt, sæpe nobis confertur. Solus ergo Deus orandus & inuocandus est ut donator ( Nam ut scribitur Psal. 83. Dominus est qui dat gratiam & gloriam ) Sancti autem orandi & inuocandi sunt, ut mediatores & imperatores. Qui modus obtinendi aliquid à Deo est optimus, scripturæ sacre consentiens atque etiam à Deo traditus ut videre est Genes. 20. Iob. 42. & alibi sapientius. Ita intellige locos qui de hac re sunt scripti. Deuteron. 6. 2. Regum 20. Iob 27. Psal. 17. 19. 49. 74. 113. Ecclesiast. 13. Hierem. 29. Ioel. 2. Math. 4. Marc. 1.

Psalmo 77. ita scribitur, Et recordatus est quia caro sunt spiritus vadens & non rediens. Quem locum prauè detorqueunt qui ex eo colligunt post mortem animas defunctorum nunquam mortalibus apparere: quæ expositio videtur negare animarum immortalitatem, vel saltem his fauere qui imperfectorum christianorum maculas in igne purgatorio elui negant. Fallam verò & erroneam esse talem expositionem facile videbit qui attenderit illic Dauidem hominis infirmitatem, & imbecillitatem significare voluisse similitudine fluxus ventis, qui cito transit, & postea non sentitur. Scripturæ quoque atque veritati eam esse planè contrariam iudicabunt, qui considerabunt Eliam, Moysen, Oniam, Ieremiam, & alios plerisque vita hæc sanctos, hominibus visos esse. Melius ergo locum exponit qui ita aiunt, homines sunt caro: spiritus vadens & non rediens, id est, facile in peccatum labuntur à quo sine Dei gratia resurgere non valent.

In Psalmo 115. ita scribitur: Ego dixi in excessu meo omnis homo mendax. Quem locum panè detorqueat & corrumpit qui ex eo colligunt omnia profus Ecclesiastica consilia errare potuisse: quia videlicet ex hominibus qui omnes sunt mendaces consistunt. Falluntur au-

Roma. 8.

tem ex eo, quia in Conciliorum decretis hominum tantum infirmitatem cogitant, nec Dei perpetuam cum ecclesia præsentiam confident. Non posse ergo errare Concilia legitime congregata certum est, non ratione hominum quos omnes mendaces esse & falli posse nisi diuinitus iuuentur concedimus, sed propter spiritum sanctum semper veracem qui nec fallere, nec falli potest: eum autem semper in ecclesia esse docent sæpius Scripturæ factæ. Propter eum siquidem Ecclesia dicitur esse columna & firmamentum veritatis, & sine tuga & macula in iis decernendis quæ ad fidem & ad mores spectant, hoc est quare Apostoli in suo Concilio ita dixerunt: Visum est spiritui sancto & nobis, &c.

Act. 15.

In Psalmo 118. ita scribitur: declaratio sermonum tuorum illuminat: Quem locum deprauant qui ex ipso effici volunt scripturam sacram expositione nõ indigere, sed claram, apertam & lucidam esse. Quæ expositio & opinio quàm falsa sit intelliget qui considerabit Deum semper in sua Ecclesia ad exponendas scripturas populo quosdam posuisse, quod nequaquam fecisset, si tam faciles essent, vt à quouis sine expositore intelligi valerent. Hoc etiam cognoscitur ex verbis beati Petri qui affirmat beatum Paulum scripsisse multa difficilia intellectu, quæ multi deprauant ad suam ipsorum perditionem, quod non fieret si spiritus sancti expositionem per Doctores propositam sequerentur.

In Psalmo 142. ita scribitur, Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt nos nihil boni facere posse: Nam eo loco vult docere Dauid nullum prorsus iustum in generatione humana & corporali inueniri posse, vt ita nos adducat ad iustitiam generationis spiritualis, quæ fit in spiritu sancto per meritum Christi & gratiam Dei. Sic tota lex vetus hominem peccatorem esse iudicat & conuincit, nec ab alio quàm à Deo iustificari & curari posse docet, vt sic omnes ad Christum vnicum mediatorem & redemptorem adducat. Videndum est autem & quidem diligenter in legenda sacra Scriptura ni toto caelo errare & impiissimè Dei gratiam & Christi meritum blasphemare velimus, vt distinguamus inter hominis statum ante passionem Christi & eum qui eandem sequitur. Nam ante regenerationem quæ fit in spiritu per baptismum, vbi meritum Christi applicatur, & iustificatio acquiritur, omnes sumus peccatores & iniusti, post autem, iusti & sancti nisi voluntariè ad peccatum redierimus, & sicut canis ad vomitum reuertatur. Hoc vitam attenderent nostræ tempestatis libertini. Sic enim non dicerent homines baptizatos sine peccato esse non posse, quod scriptura vult omnino vitari & in sanctitate per totam vitam Deo seruire in baptismo iustificatos præcipit.

## Ex libro Proverborum.

In libro Proverborum, 16. c. ita scribitur, Domini est gubernare linguam: quo loco abutuntur qui ex eo colligunt homines nihil posse: quomodo etiam male exponunt locum Davidis, in quo ita scribitur, non est sermo in lingua mea. His enim locis & similibus non vult Scriptura affirmare hominem esse velut spiritum & truncum inanem, sed cum nihil boni agere posse nisi à Deo iuuetur. Hoc est quod Paulus ait, non esse hominis sed Dei, velle & perficere bonum, non quia homo non operetur cum Deo, idque liberè, sed quia bonarum actionum præcipua causa Deus est, sine quo homo malè, sed non bene agere potest. Tales ergo loci admonent nobis opus esse Dei adiutorio, vt bene agamus, nõ autem quod vel libero arbitrio careamus, vel etiam quod per illud cum Dei adiutorio nihil boni agere possimus. Nostram, quæ etiam catholica, est expositionem confirmant præcedentia, quæ sunt eiusmodi: hominis est animum præparare: & etiam quæ sequuntur ita: cor hominis disponit viam suam, sed Domini est dirigere gressus. Bona igitur actio est tribuenda partim Deo & partim homini: non quia tota bona actio non sit à Deo, sed quia non totaliter: Deo enim cooperatur homo vt testatur beatus Paulus qui homines ait esse Dei cooperatores.

## Ex libro Ecclesiastes.

In Ecclesiaste capite tertio scribitur, quod idem est interitus hominis & iumentorum: quo loco abutuntur qui ex eo concludunt hominis animum esse mortalem. Nam certum est Salomonem in eo libro multa dicere ex mente insipientium, qui cum fide careant, & spiritu Dei non iuuentur, nihil apprehendunt nisi quod sensibus percipiunt. Vnde sit cum videant homines à pecudibus non differre secundum corporis qualitatem vt iudicent animum hominis cum corpore iurare vt sit in brutis. Christiani autem fide edocti aliter longe sapiunt. Eodem modo intelligi debent quæ ab insensatis & carnalibus dicuntur. Sapient. 2. vbi ita dicitur: non est refrigerium in fine hominis, & non est qui agnitus sit reuersus ab inferis.

## Ex libro Sapientie.

Sapientie octauo scribitur ita: Sciui quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat summa Sapientia, scire cuius esset hoc donum, &c. Quo loco aperte abutuntur qui ex illo concludunt neminem prorsus castitatem & virginitatem seruare posse, quare nec eam vouendam esse. Quàm autem aperte errant dilucidum est ex beata virgine perpetua maria Dei Christi matre, ex beato Ioanne baptista, ex Ioanne Euangelista, ex beato Paulo & infinitis aliis tam viris quàm mulieribus. Quot enim sunt qui perpetuam virginitatem seruauerunt? locus autem non ait simpliciter neminem continenter esse posse, sed non posse talem esse nisi Deus dederit: nos autem cum dicimus virginitatem perpetuè seruari posse, non secludimus Dei gratiam, sed eam complectimur. Animaduersione autem dignum est quod diligenter consideranti præcedentia & sequentia apparebit locum illum, non tantum esse intelligendum de castitate corporis, sed de omni virtute, quam habere sine Dei gratia nemo potest propter naturalem imbecillitatem & ad male agendum pronitatem. Liberum

namque hominis arbitrium indiget Dei gratia vt bene operentur: quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Hoc etiam modo intelligi poterit quod scribitur Ecclesiastes 5. de non facile vouendo & de infideli promissione quæ Deo displicet: vnde male colligitur nonnulli vota monastica reiicienda esse, eaque pugnare cum libertate Evangelica. Nam hoc nequaquam intendit scripturæ author spiritus sanctus, sed non statim vouendum esse nec tenendè Deo quippiam promittendum esse cum videlicet vota sint semper reddenda, ipsique displiceant infidelis stultaque promissio.

## Ex Esaiâ.

In Esaiâ cap. 42. ita scribitur: Ego Dominus, hoc est nomen meum, gloriam meam alteri non dabo. Quo loco abutuntur qui ex illo colligunt sanctos nec esse orandos, nec honorandos. Nam alia est gloria Dei, & alia gloria sanctorum. Hoc igitur loco Propheta docet: Dei gloriam non esse transferendam ad creaturam, quod efficitur quoties creaturæ pro Deo accipiuntur & honorantur, quod fit apud idololatras, contra quos scripsit propheta, vt docet litera sequens, quæ ita habet, gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculpsitibus. Non simpliciter igitur prohibet Deus gloriam tribui creaturis, sed suam id est eam summam quæ soli ipsi debetur. Quod autem creaturæ sint honorandæ & gloria dignæ docet Paulus his verbis, Gloria omni homini operanti bonum: Et Christus hic verbis. Si quis mihi ministraverit honorificabit eum pater meus. Similibus sententiis referta est sacra scriptura.

Rom. 2.  
Ioh. 12.

In Esaiâ 43. c. ita scribitur: Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor: quo loco abutuntur qui ex ipso colligunt non oportere sacerdotibus fieri peccatorum confessionem, nec ab ipsis petendam absolutionem. Nam idem Deus qui hoc dixit, postea ita Apostolis locutus est: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Remittit igitur peccata Deus per autoritatè, remittunt etiam Sacerdotes tanquam Dei ministri. Quare cum sacerdotes peccata omnia nõ nõscent vt Deus, qui scrutatur corda oportet ipsis confessionem & accusationem eorum fieri. Remittit autem semper Deus peccata, sed aliquando sine ministris cum videlicet est casus necessitatis, in quo non est facultas aut copia ministrum, aliquando verò per ministrum medianibus Sacramentis, vt fit in Baptismo, & in Sacramento penitentia: hoc autem pacto, nulla iniuria Deo inferitur, sed eius præceptum seruatur.

In Esaiâ 53. scribitur ita de Christo, verè langores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, Dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrum. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt nihil esse patiendum Christiano, sed sufficere & efficax esse omnibus ad remissionem omnis culpæ & pænæ, Christi meritum: quare reiiciunt prorsus omnem satisfactionem planctus abominantur indulgentias tanquam aliquid blasphemum in Dei gratiam & Christi meritum. Quamtopere autem fallantur facile docet Scriptura facta quæ affirmat: superius requirit confirmatorem cum Christo in eo omni qui eius meritum particeps esse velit: vnde sequitur solum fidem seu persuasionem & fiduciam meriti Christi, non satis esse ad eluenda peccata, sed requiritur Sacramenta, & satisfactionem seu punitionem, & afflictionem quandam ex parte hominum peccatorum. Hoc docent & exemplo confirmant quicumque Euangelicam penitentiam egerunt, vt videre est in beato Petro, in beata Magdalena, in Corinthio fornicario, in beato Paulo, &c. Hic etiam notandum est aliter remitti peccata præcedentia baptismum, quæ in ipso gratis & quoad culpam, & quoad pænâ remittuntur, quia plenè iis qui baptizantur applicatur meritum Christi, & aliter quæ illum subsequuntur, pro quibus est satisfaciendum, vt docet Paulus cum ait, post acceptam noticiam veritatis & gratiam Christi non relinquere pro peccatis hostiam. Pænâ igitur toleranda est pro peccatis post baptismum admisis, vt ita restauermur, & quodammodo efficiamur conformes Christo, ad participandum eius meritum: in qua pænâ post remissionem culpam luenda & auferenda multum faciunt & inuanc indulgentia, quæ fundantur in merito Christi, & operibus supererogationis sanctorum, qui propter Christum multa passi sunt. Per charitatem autem & dispensationem Ecclesie ministri illa merita penitentibus erogantur & applicantur. Hæc autem omnia ex Deo per Christum ad nos perueniunt dispensante ministro, qui hominibus corporatis per sensilia & corporalia gratiam ex Dei ordinatione dispensat.

Hebr. 6.  
& 10.

Esaiâ 64. ita scribitur. Et facti sumus vt immundi omnes nos, & quasi pannus menstruæ vniuersæ iustitiæ nostræ. Quo loco abutuntur qui inde colligunt hominis christiani nec meritoria nec iusta esse posse opera, sed semper cum peccato esse coniuncta. Ideo autem falluntur, quia non attendunt quibus de hominibus illic sermo à propheta fiat. Is enim de corruptis sui seculi hominibus agit, non autem de christianis, sicut nec Dauid cum ait ita: omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum, &c. Ad necessitatem igitur & commendationem meriti Christi omnium liberatoris & redemptoris spectat quod ante ipsum & sine ipso, omnes hominum actiones immundæ erant, nec Deo acceptæ ad vitam æternam, post eiusdem autem passionem in sanctitate & iustitia viuere tota sua vita possunt, & tenentur homines christiani per gratiam merito Christi in baptismo acceptam. Distingenda igitur sunt tempora, vt intelligantur scripturæ. Catholicus autem noster huius loci intellectus facile comprobatur, & colligitur ex precedentibus, & consequentibus. Sequenti enim capite ita scribitur: Dominus vocabit seruos suos nomine alio: in quo qui benedictus est super terram, benedictus in Domino, amen: & qui intrat in terra, iurabit in Deo, amen. Quia oblationi traditæ sunt augustinæ priores, & quia absconditæ sunt ab o.

culis nostris. Ecce enim creo caelos novos, & terram nouam, & non erunt in memoria priora, & non ascendent super cor, sed gaudebitis, & exultabitis vsque in sempiternum, in iis quae ego creo. Videte quae sequuntur vsque ad finem capitis, & videbitis quae sit differentia noui Testamenti & veteris. In hoc enim peccatum vigeat, in illo autem dominatur gratia expulso peccato. Eiaim 66. ita dicit Dominus: caelum sedes mea est, & terra scabellum pedum meorum. Quae est ista domus quam aedificabitis mihi, & quis locus iste requietionis meae? Omnia haec manus mea fecit, &c. Quem locum prauè detorquent qui ex eo colligunt templa non esse construenda, imo etiam eorum constructionem Dei gloriae iniuriam esse. Quam aperte verò ipsi detineantur errore, docet Scriptura quae refert Salomonem, Dei iussu templum aedificasse, illudque dedecasse docet Christus ipse qui templum saepe adiit, & ipsius violatores eiecit, darèque puniuit. Quam igitur scriptura videtur templa reprehendere, non ita accipienda est tanquam templorum institutionem & legitimum usum condemnet, sed ab usum reprehendat, ab usum dico tam infidelium quam etiam fidelium. Templo enim abutuntur infideles quum putant eo includi & circumscribi maiestatem Diuinam, quae omnia complet & continet. Quem errorem derelictus est Salomon, in oratione dedicationis templi, & beatus Paulus. Act. 17. c. Eodem etiam abutuntur fideles cum impurè in eo versando illud prophaneant sicut etiam vniuersum religionis Diuinæ cultum. Hanc igitur ab usum fidelium potissimum hoc loco taxat Eiaim quod ex eo facile colligitur quod statim ita subiungit: Ad quem autem respiciam: nihil ad pauperculum & contritum spiritu & tremantem sermones meos? Qui immolat bouem quasi qui interfecit virum, &c. Deus igitur qui templorum constructionem propter castæ religionis professionem semper approbat, eorumdem ab usum, & prophaneationem damnat & reprehendit, non autem ipsa templa condemnat.

*Ex Ieremia.*

Ieremia 9. c. ita scribitur: Non gloriatur sapiens in sua Sapia, nec fortis in sua fortitudine, sed qui gloriatur in hoc gloriatur, scire & nosse me, &c. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt solam Christi iustitiam quaerendam esse, nec de operibus bonis vllam nobis curam esse debere, aut etiam in ipsis nullam delectationem capiendam, aut denique ipsa gloria & commendatione nullatenus esse digna. Vult enim locus ille nos sine Deo nihil posse, quare ad ipsum semper esse confugiendum, ipsamque in omni re inceptanda cogitandum esse: non autem opera nostra bona reiecit, quae passim attestatur scriptura facta esse ad vitam æternam habendam necessaria, ipsique premium & gloriam debent.

Ieremia decimo ita scribitur: Scio Domine, quia non est hominis via eius, nec virtus est vt ambulet & dirigat gressus suos. Quem locum deprauant qui ex ipso colligunt hominem carere libero arbitrio, nec suarum actionum Dominum esse sicut etiam non aliquid Deo cooperari: hoc autem non vult locus ille, sed potius docet hominem sine Deo nihil posse. Homo enim postquam in peccatum lapsus est, ab eo resurgere & verè penitere non potest, nisi Deus ipsum proueniat. Quo sensu ita scripsit ad Damianum beatus Hieronymus, liberum sic confitemur arbitrium, vt dicamus nos semper Dei auxilio indigere. Homo enim liberè cooperatur Diuino auxilio proueniente. Vult ergo dicere propheta: Scio ad correptionem pertinere, quod minus abs te adiutor, vt perfectè dirigantur gressus mei: Verumtamen noli sic mecum agere, hoc ipsum tanquam in furore, quo iniquos damnare statuit, sed tanquam in iudicio quo doces tuos non superbire.

Ieremia 17. c. ita scribitur: Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à Domino recedit cor eius. Quem locum malè intelligunt qui ex eo concludunt sanctos non esse orandos, aut etiam ab hominibus auxilia nulla petenda esse. Hoc si quidem loco admonet propheta Dominum Deum nunquam esse deferendum, vt contra eius voluntatem, gloriam & ordinationem ab hominibus auxilia petamus, vt faciebant Iudaei qui relicto & contempto Domini præcepto ab impiis & idololatriæ opem poscebant, quod facere non poterant nisi recedendo à Deo. Nos autem cum sanctos oramus, & ab ipsis adiuari petimus, à Domino non recedit cor nostrum, quia eos oramus, vt nos apud Deum cui sunt nobis gratiores & acceptiores nobis opitentur: quare hoc textu nequaquam percellimur, quod fieret si sanctos rogaremus vt beneficij & gratia largitores, non autem vt imperatores. hoc autem non facimus qui scimus à Deo omne bonum esse, sed per humilitatem secuti Dei ordinationem eorum ope adiutari querimus, quos apud ipsam plurimum posse non dubitamus, vt etiam nobis bene velle persuasi sumus qui fratres nostri sunt & in charitate perfecta Deo coniuncti beatè viuunt.

*Ex Ezechiele.*

In Ezechiel 18. c. ita scribitur: omnium iniquitatum eius quas operatus est, non recordabor. Quem locum perperam exponunt qui ex ipso colligi volunt nullam reitare satisfactionem exoluendam ei qui ad Deum conuertitur, sed ad gratiam & vitam habendam sola cordis contritio, vel etiam Iudicij scientia opus esse. At toto caelo errant locum non assequendo, & scripturae sacrae repugnando quae sepius docet remissa culpa poenam exoluendam relinqui. Vult igitur propheta docere Deum non velle peccatorum mortem, sed conuersionem & vitam, prescribens interim modum veræ & salutaris conuersionis ad Deum, quam vult in eo esse, vt peccator agar poenitentiam ab omnibus peccatis suis, custodiat omnia diuina præcepta, & faciat iudicium & iustitiam: illa etenim sunt verba prophetae. Miror etiam Catholicos quosdam, qui hunc locum aliter citant quam legatur: ita scribendo: Quotiescumque ingenerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor. Non enim de solo gemitu loquitur propheta, sed de operibus poenitentiae & de operibus iustitiae: hæc sunt enim ipsissima eius

verba, Si impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis quae operatus est, & custodierit omnia præcepta mea (quod non faciunt qui peccata confiteri & pro ipsis iuxta Sacerdotum ordinationem satisfacere contemnant) & fecerit iudicium & iustitiam vita viuet, & non morietur, omnium iniquitatum eius quas operatus est, non recordabor, in iustitia sua quam operatus est viuet, &c. Ex hoc loco iudicandum piis relinquo quam sit periculosum scripturis addere aut demere, aut etiam ipsas in citando truncare. Docemur prouocubionem primò, quosdam à Deo veniam & misericordiam petere quam non obtinent: quod etiam testatur Eiaim & aliorum exempla. Agenda igitur poenitentia vt eam esse agendam in Ecclesia Deus præscripsit, si misericordiam ab ipso consequi velimus.

Ezechielis 28. c. ita scribitur: In multitudinem negotiationis tuæ repleta sunt interiora tua iniquitate & peccatis, & ego eieci te de monte sancto Dei, & peridi te. Hoc loco abutuntur qui ita ex illo colligunt Deus poenam minatur mercatoribus: ergo mercatura peccatum est. Deus enim eo loco mercatorum peccata & ab usum, non autem ipsam mercandi artem damnat, vt litera facile docet. Nota autem ibi mercatoribus taxari potissimum ob mercandiam rerum quae voluptuariorum libidini satisfaciunt: Vide locum: idem responderet locis qui habentur Marc. 11. & Luc. 19.

*Ex Hosea.*

Hosea primo capite ita scribitur: Vade: sume tibi vxorem fornicationum, & fac tibi filios fornicationis: quo loco abutuntur qui ex eo colligunt fornicationem non esse peccatum. Nam fornicationem simplicem esse peccatum mortale docet beatus Paulus, cum ait quòd Deus iudicabit tam fornicatores quam adulteros. Et 1. Corinth. 6. cum ait quòd fornicarij regnum Dei non possidebunt. Verba igitur prophetae sunt cum mysterio accipienda: hoc etiam adiecto quod Deus iuste omnia præcipit & consulti: vt etiam docuit Isaiaelis spoliare Aegyptios.

Hosea 13. ita scribitur: Perditio tua ex te Israel, tantummodo in me auxilium tuum, quem locum perperam intelligunt qui ipso effici volunt hominem nihil cooperari ad suam salutem, sed posse tantum peccare, nihil prorsus operando quod salute & vita æterna sit dignum. Falluntur autem nec sensum prophetae assequuntur, qui eos reprehendit qui eleuant cor suum relicto Dei auxilio. Docet igitur eos nihil nisi incommoda sine Deo accipere posse, & cum ipso eos semper sperare & feliter acturos.

*Ex Malachia.*

Malachiae secundo scribitur, ad hunc modum. Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est. Quem locum prauè detorquent qui ex ipso effici volunt nihil in christianismo præcipiendum. Nam hoc loco & similibus admonetur populus vt obediat Sacerdotibus & praelatis suis, qui sapientes, & in lege Domini exercitati esse debent, vt subditos docere possint quod ipsis vile & salutarium esse à spiritu sancto edocti fuerint siue scriptura sacra expressum sit siue non. Hoc docemur ita intelligi debere ex eo quod scribitur Deutero. 17. vbi præcipitur populo dubitanti de aliquo religionis articulo adire sacerdotem, & eius sententia ac decreto inuiti & stare, nisi peccare velit. Sacerdotum enim est docere, populi autem decreta sequi. Non sunt enim sacerdotes, vt homines tantum considerandi, sed vt ministri sancti. Nam de ipsis ita dixit Christus: Non estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.

*Ex historia Machabeorum.*

In fine secundi Machabeorum, qui iam scripsit historiam, petit veniam sibi concedi, si minus dignè scripserit: quare volunt nonnulli inde colligere libros illos non esse canonicos, nec à spiritu sancto, à quo videlicet, si profecti essent, author non pereret veniam. At falluntur, quia hoc est modestiæ humanæ semper sese demittere, quod auctoritati spiritus sancti nihil detrahit. Probabile est etiam quod illic excusatio sit non de re quae descripta est, sed de sermone quo est proposita. Nihil autè prohibet aliquem diuinitus edoctum, esse qui tamen eloquens non sit. Dicebat enim de seipso beatus Paulus, quod imperitus erat sermone, & si non scientia, simul etiam affirmabat se non prædicasse in sublimitate verborum.

*Ex Matthæo.*

Matthæi quinto capite ita scribitur: Nolite iurare omnino, sed sit sermo vester, est, est, non, non: quod autem his abundantius est à malo est: Quem locum perperam exponunt, & prauè detorquent, qui ex illo concludunt iuramentum nullo casu cõcedi christianis, sed semper malum esse. Quam malè autem locum illum exponant, fidem faciunt beati Pauli & sanctorum aliorum exempla, quos sepius iurasse sacra scriptura fidem facit: vult igitur Christus nos in iurando assiduos & frequentes non esse, neira nomè Dei sanctum & terribile vilescat, & etiam ne assiduitate iurandi peieremus aliquando quod graue est peccatum, vt scribitur Ecclesiastici 23. Aut etiam id consulti, quod est perfectionis christianæ, & ad quod contendere debemus, scilicet vt simpliciter, & non simulatè conuertemur. Iurare autem certis adhibitis conditionibus, scilicet in iudicio, iustitia & veritate nõ est malum, nec verbo Dei contrarium.

Matthæi quinto capite, ita scribitur: Ei qui vult tecum in iudicio contendere & tunica tuam tollere, dimitte ei & pallium, &c. Quo loco abutuntur qui ex illo colligunt, omnem procedendi coram iudicibus formam apud Christianos reprehensibilem esse. Hoc enim propositum (vt etiam multa alia quae hoc capite proponuntur) vel ad concilia referri debet, vel ita accipi debet, vt magis iniuriam patiantur christiani, quam inferant, aut etiam compellent zelo vindictæ: non autè quòd zelo iustitiæ malum sit coram iudicibus iuridicè ius suum persequi: ad

Hos. 13.  
1. Corinth. 6.

Matth. 18.

Matth. 10.

tribunal siquidē Cæsaris stare voluit beatus Paulus. Vide similia Luc. 12. & 1. Corinth. 6.

Matthæi sexto scribitur ad hunc modum: Tu cum oraveris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito, &c. Quo loco abutuntur, qui ex eo colligunt publicas orationes & processiones recitari debere. Non enim dicitur Christus orationem quæ sit in loco publico, sed finitram & hypocriticam ostentationis & gloria inanis cupiditatis intentionem. Christus enim ipse publicè oravit: Apostoli publicè orant: & Christus præcepit orationes publicas à populo in Ecclesiis fieri, qui dixit templum esse orationis domum. Publicè igitur oremus, sed intentio tota in Deum feratur, quod est patrem in abscondito & clauso ostio rogare. Sic enim precati sunt antiqui Patriarchæ, Prophetæ; & sancti reliqui cuiuscunque temporis fuerunt.

Matthæi sexto ita scribitur habemus: Orantes, nolite multum loqui: quo loco abutuntur qui ex eo colligunt psalmos, horas canonicas, & cæteras longas orationes tolli debere ex christianismo, quo etiam referunt locum qui scribitur Ioan. 4. In quo dicitur oportere veros adoratores adorare in spiritu. Falluntur autem, quia Christus non damnat longas orationes, qui sæpius pernoctavit in orationibus, sed eorum sublatum vult errorem, qui putant se exaudiri in multiloquio, quasi Deus non esset ubique præsens, & magis excitaretur ad exaudiendum alta & importuna orationis voce, quam cordis humiliter eleuatione & affectuione.

Matthæi sexto ita scribitur: Sic vos orabit, Pater noster qui es in cælis, &c. Quo loco abutuntur, qui inde efficiunt nullam orationem esse dicendam præter hanc à Christo traditam, quos aperte falli manifestum est ex eo quod Christus orando non semper ea est usus sicut nec Apostoli: Debemus ergo orare, ut negotiis & necessitatibus nostris præsentibus conveniat. Hæc autem dominica oratio frequens, & assidua christianis esse debet, tum quia complectitur ea omnia in summa quæ à Deo postulare debemus, tum etiam quia à Christo summo doctore & magistro nostro composita, & nobis tradita est.

Matthæi sexto ita scribitur: Te faciente elemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera, ut tua elemosyna sit in abscondito. Quo loco abutuntur, qui ex eo colligunt non esse palam, sed clam dandam elemosynam. Nam illis verbis non prohibet Christus fieri elemosynam coram hominibus, sed inanis gloriae cupiditatem, quæ efficit ut perdat merces bonorum operum. Cum etiam eodem capite, prohibet Christus, ne sinus solliciti in crastinum, non damnat rerum ad vitandum necessarium provisionem & curam, sed anxiam diffidentiam & nimiam sollicitudinem, quæ spei in Dei providentia aduersatur, & ad diuinorum mandatorum transgressionem impellit. Sciamus autem iustum nunquam fuisse a Deo derelictum, id est eum qui secundum suam vocationem ambulat, nec otio torquet: quare ita concludit, Primum querite regnum Dei & iustitiam eius, & omnia adicientur vobis.

Matthæi septimo ita scribitur: Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data, dare filiis vestris, &c. Vnde male colligunt nonnulli homines natura malos esse, nec ipsos posse, nisi peccare. Hoc autem quam sit fallum & impium facile diiudicabunt, qui considerabunt Deum fecisse omnia valde bona. Peccatum igitur est homini non essentiale & naturale, sed accititium. Pulchra est hæc beati Chrysostomi sententia. Si quis natura bonus fuisset: certe nunquam malus effici potuisset: contra verò si natura malus, nunquam profectò bonus dici debet.

Matthæi septimo capite ita scribitur: Non potest arbor mala bonos fructus facere, &c. Quo loco ignoranter & aperte abutuntur qui ex eo colligunt omnem humanum actum extra gratiam factum, esse malum, demeritorium, & etiam peccatum: nec posse esse ullam præparationem ex parte hominis ad gratiam iustificantem, sed magis pronocari iram Dei. Hæc enim falsissima esse sæpius docet sacra scriptura, quæ & si docet hominem suo libero arbitrio (quod à natura habet, & ita ipsi est essentiale, ut sine eo non videam quomodo homo & esse, & dici possit) solo & sine gratia Dei non posse facere opera vitæ æternæ meritoria, tamen passim affirmat oportere ipsum concurrere & dispositionem quandam facere gratiæ Dei, quæ sese habet in hominibus, ut ad illam recipiendam disponantur. Huc referri possunt loci illi: Si crederitis, &c. Si vis ad vitam æternam ingredi. Item ille, hominis est animam præparare. Item & ille, Convertimini ad me, & ego convertear ad vos, & similes propemodum infiniti. Homo igitur, & si peccato est infirmus, potest tamen Dei auxiliū cogitando apprehendere, desiderare, liberè recipere & ei cooperari. Hoc igitur loco, non vult docere Christus, nihil esse in homine præter peccatum (quod clarum erit ei qui considerabit quod sicut locutus est de arbore mala, ita etiam fecit verba de arbore bona) sed vnumquemque ita loqui & operari, ut intus affectus est: hoc est quod alibi dicit cum ait, quod ex abundantia cordis os loquitur. Item, quod bonus homo profert de thesauro cordis sui bona, & malus similiter mala. Hæc igitur sunt intelligenda de hæreticis, qui ut magis fallant, speciem pietatis induunt, sese transfigurant in angelos lucis, & nihil nisi sanctuli esse apparent, quod significat Christus cum ait eos venire in vestimentis ovium: verum cum sint intus lupi rapaces, & reproba sic eorum mens & coinquinatissima, vel etiam cauteriata conscientia, non possunt bonos fructus facere, sed malos. Vnde sit quod ex operibus, non autem ex verbis, aut ex scriptis quales sint tandem dignoscantur: quod indicat Christus, cum ait in hunc modum, A fructibus eorum cognoscetis eos. Hinc ergo discamus omnes hæreticos summe hypocritas esse, sed non posse, quin tandem agnoscantur operibus propriis. Illi sanè suo ventri seruiunt, non Christo, inquit Paulus, & quæ in occulto sunt ab ipsis turpe est, etiā dicere quicquid exterius prætexant pietatis, cuius virtutem abocant. Hoc qui nescit consideret quæ morum corruptio, quæ omnium statuum cōfuso, quæ

denique omnis generis mala cum hæresibus initium & auctione habuerunt. Hæretes enim exerceant, & rectam conscientiam tollunt.

Scribitur Matthæi octavo capite, quod Christus ita dixit, cuida volenti sepelire patrem suum: Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Quo loco abutuntur, qui ex eo colligunt Christianos nullam habere de sepulchris curam debere. Nam Christus laudavit factum Magdalene, quæ effudit vnguentum super ipsum dicendo quod suam ipsius sepulturam ita faciendo prænerat. In scriptura laudantur illi qui aromatibus corpus Christi condierunt. Cōmendantur mulieres quæ in hunc finem aromata egerant, ut venientes vngentur Iesum. In veteri testamento omnes sancti summam adhibuerunt semper diligentiam, ut sanctorum defunctorum corpora honorificè sepelirentur. Ob hoc Tobias etiam Deo placuisse dicitur Quare non est putandum honore sepulture priuanda esse sanctorum corpora. Christus enim hoc loco illud non prohibuit, sed vult docere fidem & religionem Christianam nullam pati necessitatem, Ideo nihil esse humanum tam charū & magnū, quod propter eam relinquere non debeamus. Hoc alibi, & si aliis verbis docet idem Christus, cum affirmat neminem te dignum iudicare, qui propter te non reliquerit patrem, matrem, sororē, uxorem & quicquid charissimum, imò etiam qui non seipsum abnegarit.

Scribitur Matthæi nono, in hac verba: Fides tua te saluum fecit. Itē, secundum fidem vestram fiat vobis. Quibus locis & similibus abutuntur, qui ex illis colligunt opera, nullam prorsus habere commedationem apud Deum. Falluntur autem, quia etiam hi omnes, quorum fidem videmus à Christo commendatam, opera habuerunt, ut cognoscamus nunquam fidem, quæ renuit opera commendari in sacra scriptura, sed eam tantum, quæ per charitatem operatur. Exemplo sicut hi, de quibus hoc capite agitur: exemplo sit Magdalena: exemplo sit bonus latro, qui bona multa est operatus Christum honorando, locum suum increpando, & alia multa faciendo. Ideo autem valde commendatur fides, quia est substantia rerum sperandam & fundamentum totius boni: sine qua, homo non potest bona & meritoria opera facere, sicut nec arbor radicibus carens fructus producere: vel etiam quia non tam facile fuit ipsam fidem humanis mentibus inserere à principio: quare oportuit illam quasi magis commendari, & frequentius prædicari quam bona opera quæ omni seculo philosophi laudant & docuerant. In Christianis autem ut saluenter, neutrum sine altero prodest. Habemus igitur fidem per charitatem operantem, quam formaram dicunt theologi, si saluari volumus.

Matthæi decimo capite ita Christus dicebat Apostolis: Nolite possidere aurum neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris, &c. Quem locum manifestè deprauant, qui ex ipso colligunt in Ecclesia nullas prorsus esse debere diuitias, sed pauperes omnes Sacerdotes & ecclesiasticos esse debere. Falluntur autem, quia quando Christus hoc dixit, non ideo dixit quod egeni & pauperes esse debeant ecclesie & verbi Dei ministri (alioqui enim quomodo hospitalitatem secundum aliam scripturam exercere possent, sed ut duo doceret: prius est quod ipsemet subiicit, quia dignus est operari mercede sua: & ut ait Paulus: Is qui catechizatur debet communicare in omnibus bonis ei qui se catechizat: Posterius verò, est quod nemo militans Deo debet sese implicare negotiis secularibus. Nemo enim potest seruire Deo & mamonæ: vnde legitur Apostolos, qui orationibus & prædicationi verbi Dei ex officio instantes esse volebant diaconos elegisse & instituisse, qui bonorum temporalium curam haberent & gererent. Virtutum igitur instrumenta diuitiæ in ecclesia retineantur & conferantur, sed per bonos, per fideles, & idoneos percipientur & dispensentur relictis fucis ignavis qui fruges consumere, & tantum deliciarum torpescere voluptuarique sunt nati. Sæper enim existimauit ecclesia: depauperationem non esse eius reformationem, sed certam euestionem. In omni enim militia certus est pecunia: At ecclesia imò totus christianismus militia est. Sed hinc fundi nostri calamitas, quod ad hominatio desolationis sedet in loco sancto, & tamen quotus quisque id cogitat, aut si forsitan cogitant aliqui, quis audeat vel etiam solo verbo & consilio mederi ecclesie languescere manus Domini est, quia folia sicca & decidua non perterrefaciunt. Erubescant ministri verbi Dei si hoc non vident: Si autem vident & tacent, ut ter quaterque ipsis.

Matthæi decimo ita scribitur: Vnus passer non cadet super terram sine patre vestro, & vestri capitis capilli omnes sunt numerati, &c. Vnde male colligunt nonnulli, omnia necessariò fieri, nec ullam esse humanarum actionum libertatem. Quod quàm sit absurdum luce ipsi lucidius est. Alioqui enim quare Deus tot scripturas dedisset, tot præcepta fecisset, & tot magistratus, rectorisque dedisset? Asserit igitur Christus vniuersalem Dei, de rebus omnibus providentiam, cui iuncti debent qui gratia suscipiunt onera, quæ sine Dei auxilio exequi non possunt: cuiusmodi maxime sunt ministri verbi Dei, id est Ecclesie prælati, quos illic alloquitur Christus.

Matthæi decimo, ita dixit Christus: Non veni pacē mittere, sed gladium. Quo loco ignoranter abutuntur illi qui ex eo colligunt licitum esse eos qui credere nolunt, ei quod sibi ipsi persuaserunt esse. Ea angelum interficere. At toto cælo errant, quia Christus ibi non loquitur de armis carnalibus, sed de separatione ab infidelibus quicunque sint illi. Sensus ergo loci est neminem tam charum & necessarium nobis esse quem delerere propter Christum, & eius fidem non debeamus, non quia ministri ecclesie & verbi Dei, quorum ex beato Paulo, Arma non sunt carnalia, sed spiritualia imperu & necesse ad suam recipiendam doctrinam aliquem cogere debeant. Non nego tamen interim esse principum secularium christianorum fidem & religionem christianam armis contra fœdicosos hæreticos defendere. Eo enim vocantur & eo fine in ipsorum inauguratione à ministro ecclesie gladium accipiunt,

Crystostom. de  
virtutibus &  
vitiis, serm. 9.



## STROMATON BIBLICORVM

ad cuius nutum & consilium illum stringere & vibrare debent. Ministri autē verbi Dei gladium nec in manu, nec in ore, nec etiā in corde habere debent. Cogere autē debent Christiani principes eos, qui promiserunt se feruare religionem catholicā eadem profiteri, non autem id possunt facere quibus nihil promissimus heretici. Illi enim in nostra ecclesia baptizati, iurauerunt, & promiserūt se obseruatos nostram religionem catholicam, quod nunquam ipsis promissimus de sua. Quare nos iure illos cogere, vt feruent quod promiserūt possimus, illi autem nos non possunt cogere, quippe qui ipsis nihil vnquam promissimus, sed potius ipsos, & eorum abhominaciones semper detestati sumus.

Matthæi nono scribitur, quod d. Christus eiecit tibicines ex domo in qua mortua erat puella, quo loco abutuntur qui ex eo colligunt exequias, & omnes ceremonias quæ sunt pro mortuis tolli debere. Docet enim textus tibicines eiectos fuisse, nec solum eos, sed etiam vniuersam turbam, quia paucos voluit interesse (non sine mysterio) quādo miraculum fecit. Corriganur igitur mundanæ quadam pompæ quæ in exequiis sunt reliquæ abusus, sed quod est pium, quod ædificatiuum ecclesiæ, & quod defunctos iuuat, retineatur.

Matthæi 13, ita scribitur: Sinite crescere zizania vsque ad messem. Quem locum ignoranter & prauè in exoticum sensum detorquet, qui ex eo colligunt hereticos non esse puniendos, sed semper tolerandos quicquid dicant & faciant. Nam manifestum est ex ipso textu Christum non simpliciter prohibuisse hereticos puniri, qui toties in scripturis eos interficere præcipitur, & suo spiritu animauit suos electos ad ipsorum interuersionem, vt videre est Deuter. 13. & 17. 3. Reg. 18. 1. Machab. 1. & 2. cap. & alibi sæpius, sed præcepisse adhiberi summam cautionem, ne simul triticum eradicetur. Hoc enim periculo sublati vtilissimum est hereticos puniri & excidi, vt videlicet expurgato veteri & arido eorum doctrinæ fermento tota massa & cõgregatio fidelium sincera conferuetur. Tum enim eius mensis quam vult expectari Christus, qui satis discernuntur, & tales esse, id est heretici, & obstinatè Deo in ecclesia repugnare cognoscuntur. Secuta est igitur semper hoc Christi præceptū ecclesiæ catholica, quæ pro suspitione sola hereticos neminem tolli vult, sed rebelles & exoticam doctrinam inuehentes, etiam postquā edocuit & sæpius admonuit reseruit & seditionis, rebellionisque ergo principibus & magistratibus christianis (qui debet ea potissimum punire, & reprimere quæ sunt contra Deum, & eius religionem) puniendos tradit & permittit. Quem sanè procedendi modum, nemo rectè mentis reprehenderet, vt etiam non poterit dubitare hereticos contra hoc Christi mandatum facere, quando prætextu tollendorum abusus, qui in ecclesiis irreperunt, necio qua furiosa violentia vniuersa quæ sunt religionis Christianæ funestat & euerunt, quod est triticum à domino Deo seminatum eradicare. Est autē retinenda institutio quæ est à spiritu sancto sublatis superstitionibus & abusus humanæ insolentia & imperfectio. Docet etiā hæc parabola semper in hac vita fore malos cum bonis mixtos.

Matthæi decimo quinto ita scribitur: Populus hic, labiis me honorat. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt cantum ecclesiasticum, & omnes orationes vocales reprehendi. Nam textus indicat manifestè Christum non reprehendere simpliciter orationem vocalem, sed eam tantum quæ non proficitur ex puro & deuoto corde. Hoc enim indicat id quod sequitur in hanc modum: Cor autem eorum longe est à me. Corde igitur & voce oratum est, & si à corde præcipue proficit debet oratio, vt Deo sit grata. Is enim intuetur cor, & cum sit spiritus, vult spiritu orantē & adorantē.

Ibidem ita scribitur: Omnis plantatio quæ non plantauit pater meus cœlestis eradicabitur. Item, Sine causa colunt me docentes doctrinas & mandata hominum: quibus locis nimium aperte abutuntur qui ex illis colligunt omnes ceremonias & traditiones ecclesiasticas esse reiciendas omnem etiam cultum religionis reprobandum, quem Deus non expresse præcepit in scripturis sacris. Non enim de honestis, iustis ecclesiæ vtilibus, & verbo Dei consentientibus ceremoniis & traditionibus sanctorumque Conciliorum Decretis, illic agit Christus, sed de doctrinis impuris & iniustis, quas cõtra rationem rectam & Dei præceptum homines auari populo proposuerant: cuiusmodi erat quod quicumque bona sua daret templo, eximeretur à subuentione egenorum parentum: quod planè aduersatur Dei verbo & rectæ rationi, vt docet Christus, quare & ipsum reprehendit, & quæ sunt eiusmodi omnia humana inuenta, non autem vno pacto ceremonias & traditiones ecclesiasticas, aut quemlibet Dei cultum legitimum, & sanctam fidei & religionis christianæ professionem. Videtur enim Actuum decimo quinto: & 2. Thessal. 2. & alibi sæpius quanta cum reuerentia retineri & obseruari debent ceremonie & traditiones ecclesiasticæ. Hic locus etiam nulla ratione percellit sinceram vitæ monasticæ professionem, quam Deum plantasse satis cognoscunt, qui legenda scriptura sacra passim conperiunt illam esse modum seu statum perfectionis acquirendam, & tutā securamque (si verè obseruetur) vitæ æternæ semitam. Reprehendit ergo illic Christus omnem cultum hypocriticum qui tum est cum exterius solum Deo seruitur. Talem namque plantationem non plantauit, nec amat, sed respuit pater cœlestis qui spiritus est. Et ita querit veros adoratores, qui illum adorent in spiritu & veritate. Timendum est autem ne eradicemur qui Deo ex corde nõ seruiamus.

Ibidem ita scribitur: Quod intrat in os non coquinat hominem: Quo loco aperte & perniciosè abutuntur heretici gastrolatæ, qui ex eo effici volunt nullum esse peccatum cuiuslibet homini quolibet die veluti quolibet cibo contra quodlibet etiam ecclesiæ præceptum. Nam certum & dilucidum est Christum in hoc loco, non loqui de cibis prohibitis, quos nunquam permisisset edere suis Apostolis, cum esset legis obseruatissimus, sed de quibusdam superstitionis manuum lotionibus

inter epulas Iudeorum superstitionum sæpius repetitis, quæ siue fierent siue non fierent, non idcirco coquinabant conscientia. Quare merito eos reprehendit Christus qui condemnabant eius Apostolos propter prætermittas eiusmodi indifferentes abluções, quas ad ciuitatem & non vilo modo ad religionem veteralem. Manducare igitur lotis vel illorum manibus, hoc nihil ad conscientiam quæ re externa & corporata à qua non attingitur coquinari non valet. Secus autē longè est manducare cum transgressione alicuius præcepti Dei in ecclesia, quia coquinat hominem cum illa à corde præfacto & non obediēte procedat. Sola igitur est transgressio præcepti quæ spiritualis est, & à corde procedit, quæ coquinat hominem, non autem cibus, cum omnis Dei creatura sit bona natura & essentia, seu creatio sua. Videndū est autem vt sumatur cum Dei ordinatione, quam puto beatum Paulum appellare gratiarum actionem, sine qua aut cõtra quam non sumitur absque coquinacione, vt docemur in Adamo, qui coquinatus fuit esu pomi vetiti. Notandum est autem hoc loco Deū qui scit hominem appetentem esse voluptatum ventris vtraque ex parte, omni tempore ab ipso expectasse obedientiam in eo ad quod illum natura prouum esse cernebat, vt sic maius illius esset & obsequium & meritum. Iude etiam forsā factum est quod semper grauissimè puniuit peccata gulæ & luxuriæ. Hæc aduertant qui Deo magis in salutem, quàm vntri suo, in propriam perniciem seruire volunt.

Matthæi decimo sexto ita scribitur: Super hanc petram ego ædificabo ecclesiam meam. Quo loco malè intellecto abutuntur, qui ex illo colligunt perperam papam, id est primum ecclesiæ Christi ministrum dici caput seu fundamentum ecclesiæ, quia videlicet (aiunt illi) Christus dixit suam ecclesiam fundandam supra petram, qui est Petra: Nam manifestum est ex litera ipsa Christum promississe beato Petro priuilegium & officium excellens in sua ecclesia, in compensationem confessionis quam fecit de eius diuinitate humanitatē personaliter & inseparabiliter coniuncta. Quorsum enim speciatim adiunxisset se ipsi daturum claus regni cœlorum? Et si igitur solus Christus verè & propriè est ecclesiæ caput, & fundamentum, qui eam suo sanguine lauat & tollificat, quisque ipsius vnicus est sponsus, tamen cum in cœlos conscenderit, nec visibiliter in ea nunc aliquid ministrat, operæ precium & necessarium est in ea esse aliquem corporalem & visibilem, qui eius vices suppleat & hominibus corporatis corporaliter & sensibilibus diuina & sacra per corporata & sensibilia ministrat. Talis fuit primus beatus Petrus cui & si reliqui Apostoli in Apostolatus vocatione, & verbi Dei prædicatione pares erant, ipso tamen in regenda ecclesia inferiores fuerunt. Hoc dilucidum sit ex Act. Apostol. in quibus scribitur in Apostolorū consensibus B. Petrum primum loqui solitum, quod ita minime fecisset, nisi à Domino in primatū ministerij se vocatum cognouisset. Hoc confirmat hic locus, vbi speciatim dictum est ei, dabo tibi claus regni cœlorum: quæ scribitur Luc. 22. vbi ita dicitur: Rogauit pro te Petre, vt non deficiat fides tua: tu ergo cõuersus confirma fratres tuos: vt etiam is qui scribitur Ioan. 21. capite, vbi postquam cum Christus ter interrogauit, an se plus quam alij diligeret: Dixit ipsi: Pasce oues meas, pasces agnos meos. In ecclesia igitur ex ordinatione Christi quæ est ordinatissima, est quidam primus & præcipuus minister eius vicarius, quem qui non agnoscunt, Christū qui hanc ipsi delegauit potestatem rectè agnosce nõ possunt.

Nulla quoque illorum est ratio, qui dicunt summos pontifices falsò gloriari de tali præfatura, quia dictum est, tibi, non autem adiectum est, & successoribus tuis. Nam talis potestas & administratio, data est ipsi Petro, non propter ipsum, sed propter ecclesiam, quæ cum duratura sit vsque ad finem mundi, certum est talem potestatem & administrationem in ea requiri, nõ minus quam tempore Apostolorum. Semper enim quibus opus est pastore, ignaris doctore, & infirmis directore atque gubernatore.

Matth. 17. ita scribitur: Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipsum audite: Quo loco abutuntur qui ex ipso colligunt, nihili facienda esse quæ ab hominibus sunt tradita, sed solum Christi Domini verbum recipiendum. Nam quæ tradunt & præcipiunt ecclesiæ pastores hæc dicitur præcipere & decernere Christus, qui de illis ita dixit: Qui vos audit me audit, & qui vos spernit, me spernit. Quæ igitur Apostoli, & postea legitime ordinati ecclesiæ pastores in Conciliis generalibus sanxerunt, hæc dicitur Christus sanxisse, in cuius Ecclesia à spiritu sancto edocti & impulsit talia decreuerunt. Vnum igitur Christum doctore ecclesiæ audimus in ecclesia per Apostolos, & alios pastores loquentem.

Matthæi 18. scribitur in hunc modum: Si peccauerit in te frater tuus, vade, & cogripe eum inter te & ipsum solum: quem locum malè accipiunt qui ex eo colligunt hereticos fidem corruptentes deferendos non esse, sed tantum secreto admonendos. Nam illic Christus fratris correptionem omnibus caræ esse debere citra illius scandalum & offensionem docet, quatenus respublica nihil detrimenti accipit, aliter enim non est necessariò obseruandus hic progressus. Non legimus enim quod Christus secretò admonuerit Scribas & Phariseos, quos tã acerbe coram populo reprehendit & increpauit, vt scribitur Matth. 23. nec etiam quod hunc progressum seruauit erga illos, quos flagello ex templo eiecit Matth. 21.

Matthæi 19. scribitur in hunc modum. Vnus est bonus Deus, quo loco prauè intellecto abutuntur, qui ex eo colligunt neminem bonū & iustum esse, aut dici debere. Nam Christus nõ vult illic negare se bonum aut Deum esse, aut etiam alios bonos & iustos esse posse, sed omnem bonitatem ad Deum tanquā ad causam & principium referri debere.

Ibidem ita scribitur: Si vis ad vitam ingredi serua mandata, quo loco perniciosè abutuntur qui ex ipso colligunt consilia & omnia huma-

na præcepta reitici debere, tanquam auocantia à libertate Euangelica: quia ibi ut etiam infra 22. Christus viam salutis æternæ docens & appetens nihil adiecit de traditionibus, ceremoniis, & quibuslibet aliis humanis decretis. At suam aut ignorantiam aut malitiam apertè prodit scripturam truncantes, quæ alibi talia plurimum commendat: ut videre est in progressu eiusdem capituli, in quo paulò infra ita dicitur. Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & veni, sequere me. Cedo autem, hoc est concilium an præceptum? concilium sanè est.

Math. 20. scribitur: quod primi erant nouissimi, & nouissimi primi: Item, quod singuli acceperunt singulos denarios: quo loco abutuntur, qui inde colligunt nullam esse distinctionem gloriæ in beatis, nec vllum operum meritum. Nam quod sit operum meritum, docet idè locus vbi ita scribitur: Voca operarios & redde illis mercedem: quod autem sine diuersi gradus gloriæ beatorum, docet Paulus 1. Corinth. 15. quâdo ait quod sicut stella à stella differet in claritate, ita & resurrectio mortuorum: hoc etiam Docet Euangelista qui ait, in domo Dei esse multas mansiones. Vult igitur docere hoc loco Christus non esse nostrum, Dei opera semper iustissima reprehendere, aut de ipso cõqueri villo pacto, qui eius gratiæ nos & nostra omnia debemus, non est iaudendum gratiæ illis concessæ, sed de ipsa collatandum.

Ibidem ita scribitur: Principes gentium dominantur eorum, & qui maiores loco potestatem exercent inter eos: Non erit ita inter vos: quo loco perperam detorto abutuntur, qui ex ipse colligunt omnes christianos esse æquales, nec vnum posse alteri quippiam præcipere. Nam illic Christus, non tollit principatum, quem ipsemet in ecclesia Apostolis cõcessit, quibus etiam promissit iudicium duodecim tribuû Israel, sed tollit & prohibet ambitionem, & affectum dominandi, quem etiam condemnat beatus Petrus 1. epistol. cap. 5. & Ezechiel cap. 34. Vult ergo prælatos Ecclesiæ ex charitate in ecclesia ministrare, & non ex ambitione.

Matthæi 22. ita scribitur: Quomodo huc intrasti non habes vestem nuptialem? quo loco abutuntur, qui ex eo colligunt vestimentorum cultum pretiosum præcipi, aut saltem commendari. Falluntur autem, quia Christus nõ intendit illic loqui de externo vestimentorum cultu, quem superfluum & superbium semper damnat scriptura, sed de interna animi charitate & puritate quæ est necessaria ei omni qui vult conuiuio Christi interesse. Ornatus igitur sit simplex & mundus, non autem superbus, delicatus aut dissolutus, cuiusmodi mundus totus in maligno positus magis ac magis appetit & auget.

Matth. 23. ita scribitur: Nolite vocari Rabbi: Item, nolite vocari magistri, &c. Quem locum in suam perniciam exponunt, ut etiam illum Iaco. 3. in quo prohibet plures fieri magistros, qui inde colligunt esse contra scripturam & Christi doctrinam promouere doctores, bachelares & reliquos magistros, & etiam nominibus honoris illos donare. Nam Christus solum affectu ambitionis, & inanis gloriæ hypocritam damnat, non autem ipsas vocationis sanctæ dignitates. Alioqui eadem ratione, nec aliquem nominare principem, aut etiam patrem liceret, quia ibidem prohibet aliquem dici Rabbi, id est principem & superiorem, ut etiam patrem. Damnat igitur hypocritam superbiam & fastum, non autem debitum prælati & superioribus quibuslibet honorem.

Matthæi 24. scribitur in hunc modum: Tendent vos in tribulationem, & occident vos: quo loco abutuntur qui talia verba obiciunt catholicis magistratibus animaduertentibus in hæreticos. Nam certum est ex omni lege dignum morte esse illum qui seditiosus consurgit aduersus principatum, & eorum decrera, maxime verò in fide & religione. Principes igitur & magistratus iusti, & ex officio in hæreticos animaduertentes hic non condemnantur à Christo, sed crudeles hæretici qui contra iura tam diuina quàm humana catholicam ecclesiam blasphemant, concordiam ciuilem tollunt, & omnia confundendo crudeliter christianos, ut à fide eos auertant, diuexant & persequuntur. In hæreticos igitur & infideles quoslibet hæc dicta, non autem in catholicos accipiuntur.

Abutuntur etiam iis quæ ibidem dicta sunt de abhominacione desolationis sedente in loco sancto qui de pontifice Romano, primo ecclesiæ Christi, à quo omnes reliqui pendunt in ministerio ecclesiastico ministro exponunt. Certum est enim Christi ecclesiam prædicatione beati Petri Apostolorum principis Romæ fundatam esse, & eiusdè sanguine confirmatam, & ibidem stabilitam. Quare est alibi & manifestum & prædicauit beatus Petrus, non autem alibi quam Romæ ecclesiam fundasse, cathedram christianissimi stabiluisse proprie dicitur. Vnde factum puto quod in aliis ecclesiis, in quibus alij Apostoli prædicantur, vel etiam ipsemet Petrus fides defecit, nõquam autem in sede Romana. Hoc autem tribuo non Romanorum merito, sed Dei protectioni & Christi promissioni & orationi, qua deprecatus est patrem suum, ut fides in ecclesia Petri nunquam deficeret. Oportet igitur omnem prorsus christianum amplectari, & honore digno prosequi, & sedem Apostolicam Romæ stabilitam, & primum ecclesiæ ministrum, vniuersalem Christi Iesu vicarium cum plenitudine potestatis in ea sedentem: diligenter tamen nobis interim cauendo ab abhominacione desolationis quæ in loco sancto sedura prædicitur à Christo, hoc autem fore puto, quando Antichristus propter peccata populi preualebit & expellet Christi Dei & hominis veri fidei professionem, conculcando locum sanctum, & faciendo cessare iuge sacrificiū, quod est sacrificium corporis & sanguinis Christi, quod semper in ecclesia catholica ex Christi institutione, & præcepto celebratum est in memoriam passionis ipsius, & ad eiusdem participationem habendam. Hoc autem sacrificium iuge & Euangelicum vocatur à christianis mista. Forsan etiam abhominatio desolationis dicitur sedere in loco sancto, quando

pastores nec verbo nec vita populum Dei pascunt, sed vita carnali & abhominabili christianos scandalizabunt: & cum actū erit de religione christiana & pura eius professione, christianis aut seductis aut dubitatis, dissipatis, & erratis ad instar onium quæ sunt sine pastoribus.

Matth. 24. ita scribitur: Tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere, quo loco abutuntur qui illum ad sacram eucharistiam detorquent. Nam Christus de doctrina & prædicatione, non autem de eucharistia loquitur ut textus ipse docet. Præterea ait hoc futurum in nouissimis temporibus quod est argumento locum illum non posse intelligi de eucharistia, in qua Christum realiter & personam liter contineri semper in ecclesia traditum & creditum est, & non tantum in nouissimis temporibus, quando debet impugari iuge missæ sacrificium. Fit igitur ibi sermo de hæreticis, qui lectas debent facere multas & varias in nouissimis temporibus, homines in deserta & penetralia deducendo, non autem de hostia sacra, in qua Christum integrum contineri & scriptura & ecclesiæ traditione docetur.

Matth. 25. ita scribitur: Oportet re committere pecuniam meam nummulariis, & ego venies recepisse vti que quod meum est est vltima: quo loco prauè detorto abutuntur qui ex eo colligunt vltimam (quam tam sæpe damnat scriptura sacra) licitam esse. Nam hoc de vltimo & profecto gratiæ Dei intelligi debet, non autem de vltima pecuniaria.

Ibidem ita scribitur: Ibi autem in vitam æternam: Alij verò in supplicium æternum: quem locum perperam exponunt, qui ex eo effici volunt nullum esse purgatorium, sed tantum duplicem esse viam, scilicet in cælum, aut in infernū. Nam illic loquitur Christus de statu futuro post extremū iudiciū, post quod nullum erit purgatoriū, quando videlicet omnes recipientur gloria æterna, vel supplicii æterni adiudicabuntur. Non sequitur tamen qui tantisper dum iudicium illud expectatur sit purgatorium, quo imperfecti christiani purificauerunt, ut sancti effecti Deo verè sancto tandem coniungantur, ut satis declarant scriptura sacra.

Matth. 26. scribitur in hunc modum: Accipite & manducate, hoc est corpus meum: quem locum apertè corrumunt, qui illum exponunt de figura & signo corporis Christi. Nam nullus prorsus tropus talis illic videri potest, vbi Christus demonstratiuè & cõsensuè loquens ait: Accipite & manducate, hoc est corpus meum. Ita igitur locum exponere, vel potius deprauare dicendo, hoc est, id est hoc significat corpus meum, est apertè addere scripturæ. Non sequitur enim verbum est, hic significatiuè accipi, quia alicubi ita accipitur, ut puta Ioan. 15. quando ita dicit Christus, Ego sum vitis, &c. Et 1. Cor. 10. quando ita ait Apostolus: Petra autem erat Christus. Nam illic non agitur de sacramentis. Præterea etiam certum est illis in locis tropum libelle, quia Christus nec petra nec vitis est. Hoc autem loco notandum quod non ait Christus, panis est corpus meum: sed hoc (scilicet quod vobis trado manducandum) est corpus meum, ut videlicet doceat iam non subelle panem, sed sub eius speciebus proprium eius corpus cõtineri, qui à propheta dicitur esse Deus abscõditus, & propter quod etiam dicitur Deus cleuasse signum suum. Ideo enim iam panis mentionem nullam facit post cõsecrationem, & vocabulorum genera mutauit, ut intelligamus panis substantiam non remanere, sed in corpus Christi mutatam esse per verbum Dei à sacerdote huius mysterij legitimo ministro prolatum, recta cum intentione. Sicut enim quem manducabat panem in suam carnem mutabat Christus, cum hic vinceret, ita nunc virtute verbi & omnipotentia diuinitatis vbique præsentis, est non vbique similiter operantis panem (omnibus requiritis præsentibus, & ut ipse in dicitur dispositis) in suam carnem personaliter & inseparabiliter diuinitati ipsi coniunctam, cõuerit substantialiter: Quod autem hic locus nullum talem tropum aut figuram admittere possit docent loci alij scripturæ sacre, in quibus de hac eadem re agitur, ut videre est Ioan. 6. 1. Corinth. 10. & 11. & alibi sæpius. Vnde clarè conflat locum enunciativè simpliciter & cathgoricè accipi debere, nequaquam autem tropicos & figuratè.

Ibidem ita scribitur: Hoc facite in mei memoriam: quo loco abutuntur, qui ex illo volunt sequi Christum voluisse docere se tantum loqui de signo sui corporis, quod ad sui memoriam habendam frequenter manducandum erat. Nam illis verbis corporis proprii cõsecrationem, oblationem & manducationem in sui ipsius recordationem præcipit. Illic enim facere idè est quod sacrificare: quo sensu sæpe in scriptura vsurpatur, ut etiam ab eo significat pontifices dicuntur sacerdotes, quia videlicet habent potestatem sacrificium publicum peragendi.

Ibidem scribitur: Bibite ex eo omnes: quem locum perperam exponunt, qui ex eo colligunt oportere omnes christianos corpus & sanguinem Christi sub duplici specie sumere. Nam, primum, certum est tum solos Apostolos, quos sacerdotes ordinauit, & eos solos alloquebatur adfuisse. Deinde non minus sunt participes sanguinis Christi, qui solam panis speciem sumunt, quàm qui sub specie vini cum bibunt. Nam vtrouique totus Christus in corpore, sanguine, anima, & diuinitate: quare nulla re ad salutem necessaria priuantur laici, qui sub sola panis specie (non sine multis & magnis rationibus) communicant, nec plus quàm ipsi accipiunt sacerdotes, qui tamen sacrificantes, & missam celebrantes, quia passionem Christi, in qua sanguis à corpore separatus fuit reprecitant, sub vtraque specie sacrificium facere, & Christo communicare debent.

Ibidem ita scribitur: qui gladium accipit, gladio peribit: quo loco apertè abutuntur qui ex eo colligunt nullum bellum esse iustum. Nam ibidem Christus non prohibet omne prorsus bellum, aut etiam omnem sui defensionem, sed aggressionem, ut etiam vindictam priuam, quæ ex Dei præscripto, & ex legibus petenda, non autem in propria persona executioni demandari debet. Sui etiam defensio cum moderamine inculpatae tutelæ non est prohibita.

Ibidem scribitur in hunc modum : Spiritus promptus est, caro autem infirma: quo loco abutuntur, qui ex ipso effici volunt, nos semper esse in peccato. Nam hoc non intēdebat docere Christus, sed magis esse in homine ad peccandum pronitatem, & idcirco ipsi semper vigilandum & cauendum esse. Si enim semper in peccato essemus, quicquid tentarem, frustra præcipere et vigilemus, ne intremus in tentationem.

Ibidem ita scribitur : Accipite & manducate, quo loco abutuntur qui ex illo colligunt nullum esse iam corporis Christi sacrificium faciendum, quia videlicet illius non meminit Christus, sed tantum manducationis. Non enim sequitur, non fecit illic mentionem expressam talis sacrificij, ergo nullum est tale: Nam potuit alibi illud præcipi. Verum, certum est Christum tale sacrificium præcipisse cum dixit, hoc facite, quod idem est, ac si dixisset, corpus meum sacrificare in mei memoriam: recolendo passionem meam.

Matthæi vicesimo octavo ita scribitur : Docentes seruare mandata: quo loco abutuntur qui ex illo colligunt nulla consilia christianis seruanda esse. Nam qui præcepta proponit consilia non negat, quæ alibi sæpius docentur & consulantur.

Ibidem ita scribitur: Prædicare Euangelium omni creaturæ, quo loco abutuntur qui ex eo effici volunt sacra biblia lingua vernacula omnibus passim exhibenda esse. Nam aliud est longè populo prædicare, quæ sunt omnibus ad salutem necessaria, & aliud longè scripturæ sacræ mysteria eidem diuulgare. Illud namque omnibus est necessarium, hoc autem multis inutile nec diem perniciosum esse.

Ibidem ita scribitur: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, &c. quem locum deprauant qui ex eo colligunt infantes non esse baptizandos. Nam nimis durum esset in lege gratiæ infantes fide alterius non consequi gratiam, qui alieno tantum peccato coinquinati sunt, aliter longè profectio nos docet Christus veritatis magister, cum ita ait : Sinite paruulos venire ad me, quoniam ipsorum est regnum caelorum.

Ex beato Marco.

Marci septimo cap. ita scribitur : In vanum colunt me docentes doctrinas & præcepta hominum, &c. Quo loco prauè exposito abutuntur, qui ex eo colligunt, Christum prorsus ea omnia damnare quæ ab hominibus præcepta & tradita sunt, nec volunt aliquid recipiendum tenendum & obseruandum esse in Ecclesia, quod scriptura sacra non continetur, vel etiam non exprimitur. Quare reiciunt ea omnia quæ ecclesiæ prælati, etiam in conciliis generalibus congregati de fidei & religionis christianæ doctrina, professioneque decreuerunt, atque per spiritum sanctum tradiderunt: simul etiam omnes catholicas doctorum sanctorum sacrarum scripturarum expositiones exstant, ridet, contemnunt & conculcant suas interim nanius commentationes, & vana somnia, impiæque deliramenta pro sacris scripturis nobis obrudendo. Nam nihil prorsus eorum quæ contra, aut etiam præter doctrinam catholicam obseruauit & obrudunt, in scripturis sacris continetur. hoc notabit qui decipi noler. Hoc igitur loco non damnat dominus simpliciter ea dogmata religionis & vitæ piæ præcepta, quæ ab hominibus præpositis ecclesiæ sunt, qui sapius iubet ipsis parendum esse, sed eas damnat hominum traditiones, propter quas mandatum Dei relinquunt, id est quæ planè aduersantur diuinis præceptis & sacris scripturis. Hoc autem notum est ex ipso textu, in quo ita scribitur relinquentes mandata Dei, tenetis traditiones hominum: Item bene irritum fecistis preceptum Dei, ut traditionem vestram seruatis: Item rescindentes verbum Dei propter traditiones vestras, &c. Unde constat dominum Christum hoc loco non instituisse sermonem de cibis prohibitis, sed de eis eorum qui concessi erant, quos Iudæi superstitiosi non manducabant, nisi sæpius manus lauissent. Hanc autem nimis curiosam & plus æquo ciuilem aut etiam superstitiosam in edendo manuum ablutioem, quia posthabebant Christi domini Iesu Apostoli rebus grauioribus intenti, à Iudæis reprehensi sunt, aduersus quos Christus ipse tueretur & defendit, hoc loco, non reprehendens interim villo pacto vitalem multis rationibus ciborum nonnullorum delectum, quem Christus seruauit, & etiam Apostoli iam lege Moysi explosa præceperunt, ut scribitur Actuum decimo quinto. Quod ergo intrat in os non coinquinat hominem, sed transgressio præcepti quæ à corde su-

perbo & inobedienti procedit hominem coinquinat.

Marci vndecimo ita scribitur: Et cum introisset in templum cepit eiecere vendentes & ementes, &c. Quo loco ignoranter satis abutuntur qui ex eo colligunt mercaturam non esse licitam, Nam Christus eo facto non damnat, mercatorum vocationem reipublice & hominum consecrationi necessariam, sed templi rebus sacris & vrbis diuinis dicati & destinati per talem negotiationem in eo factam profanationem. Templis siquidem summus honos exhiberi debet, quia rebus diuinis loca sunt dedicata & consecrata, ut sapius docet scriptura sacra. Videant igitur quantum in Dei iudicio supplicium subituri sunt, qui ea in templis animo & corporibus impuri committunt quæ scribere puderet, quum citra horrorem cogitari non possint. Permisit Deus quondam sanctum, & ipsius iussu constructum apud Iudæos admirabile templum per infideles euerit, & religionis professionem prohiberi propter vtriusque abusum. Illorum igitur malo edocti, templis honorem debitum deferre discamus, ne similia, aut etiam grauiora in lege Euangelica longè perfectiori patiamur.

Marci decimo sexto ita scribitur : Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Quo loco abutuntur qui ex eo effici volunt, tum pueros non esse baptizandos, tum satis esse ad salutem fidem & baptismum absque bonorum operum exercitio. Idem reiciunt penitentiam, sacerdotalem absolutionem, satisfactionem, purgatorium & similia. Esto enim cum Christus misit Apostolos prædicatum de docendis & baptizandis adultis locutus sit, non sequitur ideo quod pueros baptizandos esse negare, qui ipsos ad se venire voluit. Illi enim & si fide carent propria, possunt tamen ea quæ est ecclesiæ omnium matris per alios iuuari, qui alieno tantum peccato infecti sunt. Nō enim est Deus magis seuerus in puniendo quam misericors in iustificando & saluando. Quod autem ad eos spectat qui bona opera reiciunt sola fide cum baptismo contenti luce clarius est eos summo in errore versari, nec quæ sit christianorū vocatio intelligere. Nam cum in omni scientia & vocatione tum maxime in christiana *ἐπιπέσει* seu perfecta actio & operatio finis est. Frustra igitur de fide & de baptismo gloriantur, qui opera bona non habent, cum videlicet fides & baptismus hominem ad bona opera disponant, dirigant & ducant. Adhæc, ita fit: Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus pollicitationem habeat: videndum tamen est interim quid sit credere. Nam fides sine operibus non ea est, quæ ad salutem satis est, ut diuinitus instructus optime docuit sanctus Iacobus secundo capite suæ Canonice, & beatus Paulus, sed ea quæ per dilectionem operatur, ut rectè scribit idem Apostolus ad Galatas quinto capite. Sunt igitur opera necessaria ad salutem, ut passim scriptura sacra affirmat, quæ docet Christum, ideo pro nobis mortuum, ut per eum sine timore de manu inimicorum nostrorum liberari seruiamus illi in sanctitate & iustitia omnibus diebus nostris. Hoc est quod ipsi promittimus primumque baptismum in nomine & sanguine Christi Iesu, cum pollicemur nos abrenunciare carni mundo & satanæ, atque etiam seruare & perferre sanctitatem & vestem illam quam induimus candidam vsque ad ipsius tribunal. Hoc promissum, si non seruauerimus praxiolo Christi sanguini pro nobis effuso, & in quo abluti sumus iniurij facti, grauius puniemur, ut docet Paulus Hebræorum sexto & decimo capite, ubi asserit, quod peccantibus nobis post acceptam veritatis notitiam & gustatum donum Dei celeste, iam non relinquuntur pro peccatis hostia, sed terribilis iudicij expectatio. Hinc (d christiani) satisfactiones & purgationes peccatorum post baptismum, cum contumelia sanguinis & passionis Christi grauissima admissorum, enaras & exortas adificiores, & eludendorum eorum remedia Dei summa gratia concessa amplexamini, & retineote, Christo, quem in vobis ipsis post baptismum peccantes rursus crucifixi sitis compatiendo, ut iterum per eius meritum eurenini & sanctificemini.

Iacob. 2.  
ad Tit. 1.

Ex beato Luca.

Luca septimo capite ita scribitur : Dixit dominus ad mulierem, Remittuntur tibi peccata. Quo loco perperam accepto abutuntur, qui ex eo colligunt confessionem auricularem quæ fit sacerdoti, ad habendam peccatorum remissionem esse reiiciendam, tanquam vanam & inuilem: quia videlicet Christus verus doctor, pastor & sacerdos absque illa remisit peccata Magdalene, & aliis plerisque. At Iosè saluatur & errant apertè, qui modum operandi ministrorum in ecclesia, ad seum quæ Christus verus Deus & verus homo seruauit coardare volunt. Nam non erat opus Christo confessionem peccatorum fieri, vtpote quem nihil latebat. Sciebat enim quid esset in homine qui renes & corda seruat. Præterea nondum Christus potestatem peccata dimitendi suis Apostolis commiserat, quod postea fecit ut docet Ioannis vicesimo capite ubi ita scribitur : Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittentur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Ab eo igitur tempore oportuit peccata detegi Apostolis, & reliquis post eos pastoribus & sacerdotibus ecclesiæ, ut videlicet qui cordis occulta ignorant per infirmorum confessionem & detectionem, morbum cui mederi ex officio debent intelligant & curent. An non autem leuis multo & facilius est ipsis peccatoribus suas infirmitates detegere secretò, & in aures suo parti pastoris & medico spiritali cum necessariò sint detegenda, ut intelligatur quid sit remittendum, & quid retinendum, quam si palam & publicè explicarentur? In lege autem Moysi, qui sua expiari peccata, cupiebant sacerdotes adhibere, & pro ratione & conditione delictorum hostias afferebant: In lege etiam noua, ut in Actibus Apostolorum habetur: veniebant peccatores ad Apostolos confitentes actus suos, &c. Qui igitur contemnunt datam in ecclesia sacerdotibus peccata di-

mittendi potestatem à Deo ipsorum non consequentur veniam. Nam ut pater qui iam non indicat quequam, dedit illam potestatem iudicandi peccatores filio, ita filius hinc descendens sacerdotibus & pastozibus, per quos suam ecclesiam gubernat corporatis hominibus in ecclesia militanti per corporatos ministros sacra & divina dispensans illam iudicij potestatem me commisit, quibus ita locutus est: Sicut misit, pater & ego mitto vos.

Lucæ decimo septimo ita scribitur: Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis dicite: serui inutiles sumus. Quod debuimus facere fecimus. Quem locum malè intelligentes nescio qui ignaui, & voluntarum amantes magis quàm Dei, illum contra bona opera christianorum, & eorundem apud Deum merita perperam detorquent. Nam in eo loco non loquitur Christus aduersus bonorum operum merita & præmium, sed à suis inanem gloriam, & iactationem de bonis actionibus tollere tentat eos instruens, ut Deo gloriam omnem tribuant, qui ipsis præmium referuat. Quomodo enim bonorum operum merita & præmia negaret, qui tam crebri de mercede & retributione in scripturis mentionem fieri voluit? Illi igitur qui bonorum nostrorum non eger sumus inutiles nostris operibus bonis, non antea nobis attestante scriptura quæ ait, quia misericordia faciet locum vnicuique secundum meritum operum suorum: Item, quod nō est iniustus Deus ut obliuiscatur operis boni suorum electorum: Item, quia oportet nos omnes stare ante tribunal Christi, ut referat vnusquisque pro se gestis in corpore suo siue bonum siue malum. Infiniti sunt alij scripturæ sacræ loci eò spectantes, imò tota doctrina christiana siue verbo siue scripto sit tradita, eò tēdit, ut homo iustificatus gratia Dei, & merito Christi bona opera faciat ad Dei gloriam, & ad suam salutem promouendam, quam Christus dicitur promeruisse, qui acquisibilem nobis eam fecit sua passione. Nos enim arbores plantauit, ut fructum afferamus nisi exendi velimus. Quam autem merita dicimus, sic cum antiquis intelligi volumus omnem tractationem de ipsis, ut omnia semper ad Dei gratiam, & Christi meritum referamus. Scimus enim & confitemur, quia gratia Dei est vita æterna. & quod Deus cum coronat nostra merita sua dona coronat. Tanta est liquidem Dei bonitas & magnificencia, ut nobis merito ascribat, & pro merito præmier quod iustissimè ipsi debemus. Sed dicamus cum Apostolo. O altitudo diuinitarum bonitatis Dei, &c.

Lucæ vicelimo ita scribitur: Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Vos autem non sic, sed qui maior est in vobis fiat sicut minor, &c. Quo loco ignoranter nimium abutuntur qui ex eo efficiunt, quod inter christianos nulla est dominatio, aut saltem quòd prælati ecclesiæ nullum habent principatum. Nam eo loco damnat, & à suis abesse vult Christus affectum dominandi atque imperandi, non autem negat in sua ecclesia esse potestatem atque principatum, qui Apostolis dixit: Sicut misit me pater ego mitto vos. Item, Qui vos audit me audit, qui vos spernit me spernit. Idipsum docet beatus Petrus cum scribit ita ecclesiæ prælati 1. cap. 5. Seniores qui in vobis sunt obsecro: patete qui in vobis est gregem Dei, prouidentes non coactè, sed spontaneè secundum Deum: neque turpis lucra gratia, sed voluntariè: neque ut dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo, &c. Id etiam docebat Deus per Ezechielem Prophetam, quem exprobrabat pastoribus Israel, quod cum austeritate imperabant gregibus suis. Hoc igitur loco vult Christus adimere suis Apostolis & relictis ecclesiæ prælati affectum dominandi per superbiam aut violentiam gentibus conuictam, inter fideles autem & Dei electos in ecclesia non continentem quòd eos amare & promouere, ut patres filios in iis quæ sunt ad salutem debeant, non autem violento impetu tantum cohibere. Nam ubi spiritus Domini, ibi libertas. In christianismo etiam tanta debet esse & vigere amicitia, dulcedo & charitas, ut nemo sese supra alium per superbiam effert, imò cum Paulo prælati debent se suorum subditorum seruos dicere per Dominum Iesum. Hoc docuit Christus suo exemplo qui pedes Apostolorum lauit, & in eorum medio erat sicut minister. Hoc etiam docet verbo eò ait: Qui maior est in vobis fiat sicut minor, & qui præcessor est sicut minister. Vnde dilucidum sit, & in ecclesia Christi esse maiores, præcessoresque & superiores amice, & familiariter suis subditis spiritualia ministrare debere, cum videlicet omnis vocatio sit propter aliquam actionem reipublice vtilis. Hoc confuevit protestari primus ecclesiæ militantis minister, honoris gratia semper vocatus à christianis papa, cum se seruum seruorum Dei appellat. In Christi ergo ecclesia retineatur principatus & honoretur qui ad illum à Deo est vocatus, qui debet pro ecclesia laborare ex charitate, imitando beatorum Paulum qui debebat cum suis gregibus & subditis tanquam si gallina foueret pullos suos, quem etiam ita amabant christiani, ut si feri potuissent, euissent, & ipsi dedissent proprios oculos. Vtinam tantum decorem & ordinem in ecclesia videamus ad Dei gloriam. Amen.

*Ex beati Ioannis Evangelio.*

Ioannis tertio capite scribitur in hunc modum: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt in baptismo, nihil addendum esse præter aquam: quare reiciunt omnes ceremonias, quibus in ministrando baptismo confuevit vti ecclesia ad secreta quædam indicanda. Hinc est quod reiciunt & ridet, si in baptismo conferendo addantur oleum, sal, salua, vestis cædida, cereus & alia multa quæ non carent mysteriis: quæ quia non intelligunt seditiosi ridet, blasphemantes ea quæ ignorant, ut à scriptura sacra depinguntur. At longè falluntur, qui spiritus sancti in ecclesia institutionem auerfunt. Et

si enim sola aqua est de necessitate baptismi cum verbo à ministro recepta intentione prolato, tamen non siue vtilitate & mysterio talia addantur ad imitationem Christi, qui sepe per externa suos docuit, & miracula est operatus. Sciendum est enim in baptismo quando aliquis iniciatur christianismo longam & variam debere fieri catechesim, quæ ut melius memoria vulgo teneatur, non tantum verbo, sed etiam rebus sensibilibus & externis, ut traderetur præceptum & obseruatum est. Christus eorum curaturus, ex salua & poluere lutum fecit, quod postea non sine mysterio eius oculis apposuit: ita in baptismo conferendo, non citra secretum & arcanum religionis christianæ tam salua, quàm alia pleraque addantur, quorum significationem & vsum docere deberent populum pastores, ut ea quæ talibus sunt significata intelligeret & seruaret, ut etiam confirmaretur & maneretur in religione christiana, & fidei catholice professione aduersus impios hæreticos. Fieri namque vix ac ne vix quidem potest, ut populus in religione ita ab hæreticis variis rationibus exagitatus & diuexatus non turbetur, aut etiam non à recta fide dimoueat, nisi per pastores prædicatione verbi Dei, & explicatione mysteriorum religionis christianæ quæ oppugnantur confirmetur & communiatur.

Ioannis quarto capite scribitur in hunc modum: Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum in spiritu & veritate adorare oportet. Quo loco abutuntur qui ex eo concludunt, peregrinationes, & reliqua externa quæ in Dei cultu fieri consueverunt prioris abici debere. Nam Christus Dominus non damnat externum cultum in Dei adoratione, sed reprehendit cultum illum, vel qui exhibetur Deo falso, vel illum qui exhibetur quidem Deo vero, sed in rebus externis tantum absque fide, spe & charitate interna, quod est hypocritarum, & non verorum christianorum. Docet ergo Christus veram adorationem eam esse, qua verus Deus interior & exterius colitur. Talem autem eam esse quam in templis catholici exhibent Deo, cantandis hymnis, canticis, missæ celebranda, & aliis christiani cultus formis obseruandis, nemo sanæ mentis ignorare potest: & nullus nisi impudens aut omnino deprauatus negare audebit. Tales enim in spiritu & veritate Deum verum adorant. Percuperit autem satanas Dei gloriam & hominum salutem perpetuus aduersarius omnia externa in christianismo sublata esse, ut hoc pacto facilius Dei recordatio à mentibus humanis elaberetur, & eiusdem adoratio planè cessaret. Contra illud autem satanæ malignum propositum instituit & docuit semper Deus cultus externi formas varias.

Ioannis quinto capite ita scribitur: Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere. Et ille qui respondit: testimonium perhibet de me, &c. Quem locum prauè exponunt qui volunt nihil aliud querendum præter scripturas sacras, quia videlicet non dixit Christus adire ceremonias & traditiones quilibet. At longè falluntur qui semper negatiuè arguunt malè colligunt. Non sequitur enim spiritus commendat scripturas, ergo reicit traditiones quas alibi sepius commendat ipsa scriptura, & a christianis vti obseruari, etiam si scriptæ non sunt, vide Act. 15. 16. & 1. Thessal. 2. & 3. cap.

Ioannis sexto capite scribitur in hunc modum: Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille. Item, qui credit in me, habet vitam æternam. Quo loco nonnulli dupliciter abutuntur: scilicet dicendo solam fidem esse opus Dei, nec eum aliud à nobis exigere: atque etiam inde colligendo quod in eucharistia sacramento, & Christi corporis manducatione sola fide opus est, qua videlicet eum pro nobis mortuum, & nunc in dextera patris pro nobis interpellare persuadeamur. At longè falluntur: nam solam fidem requiri nunquam docuit Christus qui dixit: Si vis ad vitam ingredi serua mandata: sed admonet sine fide quæ est opus & donum Dei, nos in mysteriis fidei proficere & aliquid intelligere non posse, iuxta id quod prius Elajas scripserat in hunc modum: Si non crederitis non intelligetis eum nō permanebitis. Hoc autem cum in omnibus diuinis mysteriis sit verum, tū maxime in admirabili eucharistia sacramento, in quo sunt tot tantæque admiratione digna, ut qui diuinitus fidei dono aditus & saltus non sit, stare non possit, imò statim discedat, ut fecerunt Capernaïta, & etiam Christi discipuli. Fidem igitur quæ est Dei opus & donum, necessariam esse, ut hoc diuinum corpus Christi mysterium amplectemur affirmat Christus, non autem fide tantum, & spiritualiter (ut volunt nonnulli) illud esse apprehendendum & manducandum, qui postea subiungit hæc verba: Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Verè autem ei quod est significatiuè aduertatur. Item: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis. Item, Sicut misit me viuens pater, & ego vivo propter patrem: Ita qui manducat me, viuet ipse propter me. Fide igitur semper opus est, siue qua impossibile est placere Deo: qua sanè aperta carent, qui nihil nisi fidem in ore habent. Illi enim nihil nisi quod sentiant persuaderi possunt. Sic ergo & mores & fidem in hominibus solius fidei nomine euerit satanas per suorum mendaciorum ministros, qui nec opera nec fidem curant, suo ventri & non Christo Domino seruientes. At hæc via omnia apud Christianos turbandi visa est satanæ aptissima.

Ioannis sexto capite scribitur in hunc modum: Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum. Quo loco abutuntur, qui ex eo colligunt hominem violentari, nec vllam habere libertatem arbitrij qua possit bonum appetere & persequi, atque malum detestari & fugere. Nam tollere liberum arbitrium hominis, quid est aliud quàm hominem ex homine tollere, id est dicere non esse hominem? Homo namque ad Dei imaginem & similitudinem factus, sua natura donatus est suarum actionum libertate, qua vti potest natura duce in actibus humanis & moralibus, in duce gratia in iis quæ sunt hominis christiani, & vitam æternam promerentur. Non vult igitur hoc loco Christus docere hominem carere libero arbitrio, & eundem

cogedum à Deo esse qui dicit: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata: Et si hæc feceritis, beati eritis: sed admonet omnia fidei mysteria excedere humanam rationem, & nos indigere auxilio diuino, vt iis assentiamur & firmiter inhaeremus. Trahit enim Deus homines cum volentes eos eleuat supra humanum captum, vt ea credant esse verã quæ non possunt capere & intelligere, neque sensu, neque ratione.

Ibidem scribitur ita: Erant homines docibiles Dei ceu docti à Deo. Hoc loco non intellecto aperte abutuntur, qui ex eo colligunt licere quibuslibet scripturam sacram exponere, nec de doctoribus curandum esse. Huc etiam referunt illud Psalmographi. Audiam quid loquatur Dominus Deus: Item illud Prophetæ Jeremiæ: Non docebit vultu quique proximum suum, &c. Nam illis locis docemur quantas sit Dei familiaritas cum hominibus in lege Euangelica, vt etiam quanta sit danda copia spiritus sancti: simul quoque hominem non posse capere mysteria fidei & religionis christianæ, nisi à Deo supra rationem omnem eleuatus & tractus diuinitus edocetur, & confirmetur: Nam (vt ait Apostolus) fides donum Dei est: quare qui moribus corrupti ea priuari sunt, in hæreses labuntur, religionis christianæ arcana relinquendo & ridendo.

Ibidem ita scribitur: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Quo loco abutuntur qui ex ipso effici volunt corpus Christi esse ministrandum omnibus christianis sub vtraque specie. Nam cum Eucharistia ceu hostia sacra, & corpus Christi non sit cibus corporis carnalis, & carnali modo sumendus, sed animæ spiritualis panis sub signis visibilibus & corruptibilibus participandus, non est putandum, corpus esse sine sanguine, & ita vnum ab altero seungi, vt separatim sumatur corpus, & separatim sanguis. Nam vtrobique iure est Christus in corpore, sanguine, anima & diuinitate. Quare iustus de causis decreuit ecclesia ad id potissimum docendum, Christum participari à christianis non sacrificantibus sub vna tantum specie. Nec obstat quod Christus dedit Apostolis se ipsum sub vtraque specie, quia tum cum sacerdotibus agebat quos instituere, & instruat quæ sit ratio missæ ceu sacrificij Euangelici, in quo sacerdotes qui referunt Christi passionem, in cuius recordationem memoriam & representationem est missa ab eo ipso primum instituta, & semper in ecclesia catholica celebrata & obseruata, debent sumere corpus Christi sub vtraque specie quia videlicet eundem referunt vt passus est. Hic autem non est absurdum aut etiam mirum, aliquid immutatum videri, dando laicis Christum sub vna specie, cum Apostoli formã baptismi à Christo institutam & traditam, videlicet, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti mutauerint, baptizantes in nomine Christi. Hoc enim si per Apostolos ecclesiæ ministros fecit spiritus sanctus ecclesiæ perpetuus gubernator, quare idem non poterit in aliis mysterijs, & per alios ministros qui in Apostolorum locum succedere? Adde quod Christus sub specie panis tantum dicitur communicasse corpus suum discipulis euntibus Emmaus. Hæc etiam refer quod Actuum 2. scribitur scilicet quod Christiani in primitiua ecclesia quotidie conueniebant in fractione panis, id est in communicatione corporis Christi, vbi vini nulla fit mentio. Sed hinc omnes turba, quæ hæretici carnales & animales mysteria fidei non possunt capere cum spiritu Dei ceant, quare carnaliter omnia accipiant & interpretantur seiplos eueredo, & alios contrahendo.

Ibidem scribitur in hunc modum: Caro non prodest quicquam, Spiritus est qui viuificat. Quo loco malè intellecto perniciosè abutuntur qui ex eo colligunt in sacramento eucharistiæ, non esse verum Christi corpus & naturale, nec oportere ipsius veram carni manducare, sed tantum spiritualiter per fidem nos ipsi communicare in dextera patris sedenti Deum constituisse. At ipsos in errore versari facile deprehenditur ex eo quod prius Christus Dominus satis manifestè de vera sua carne locutus est. Sensus ergo loci est quod in hoc mysterio tam diuino, caro, id est carnalis intelligentia non prodest quicquam, id est non potest tam altum secretum capere, soli spirituali intelligentiæ penetrabile & comprehensibile: quod indicat, quæ ait quod spiritus sanctus est qui viuificat, id est quod is proficit in sermone præcedenti, qui verba Christi spiritualiter, & de corpore spirituali vero tamen corpore Christi intellexerit. Non est enim putandum corpus Christi in eucharistia esse visibile, palpabile, diuisibile, & corruptioni obnoxium, sed spirituale, id est corpus habeas spiritus conditiones, vt docet de corpore quod ad gloriam resurrexit beatus Paulus primæ Corinth. 15. caro etiam potest dici non prodesse, quia non à carne Christi causaliter, principaliter & effectiue habemus vitam, sed per eius medium à diuinitate cui ipsa Christi caro personaliter & inseparabiliter vnita est. Ideo enim subiunxit Christus, quod verba quæ locutus est sunt vita & spiritus, quia si ea spiritualiter accipiamus & non carnaliter, vitam habemus. In eucharistiæ igitur sacramento vera Christi caro accipitur & manducatur, sed non carnali modo, quare dixerunt antiqui, nec ventrem, nec dentes nos parare oportere, cum videlicet non ad morem comedendi sacrificia Indæica comedamus Christum ea forma, qua est mactatus in cruce, sed more christianorum illum accipimus, vt immolatus est secundum ritum sacrificij Melchisedici. Si enim eius caro vt immolata est in cruce manducata fuisset, non profuisset. Nam Deus ordinauit nobis dare vitam si ipsam manducauerimus non passibilem aut diuisibilem carnali modo, sed spiritualem. Viuentem igitur & spiritualement eius carnem manducare debemus: Verba enim quæ locutus est, sunt spiritus & vita, caro autem non prodest quicquam. Aduerte interim quod meminit hæc in cælesti ascensionis, cum ita ait: quid si videritis filium hominis ascendentem in cælestem, vbi erat prius? vt doceret illam non repu-

gnare verã manducationi sui proprii corporis in terra.

Ioannis nono capite ad hunc modum scribitur: Deus peccatores nõ exaudit. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt ministris ecclesiæ nihil Deo gratum offerre & christianis vile ministrare posse, cum videlicet sint peccatores. Aliud est enim loqui de oblationibus priuatis, & aliud de publicis. Sacramenta enim quæ non habent suam efficaciam à ministris, non possunt eam amittere propter ipsorum vitam corruptam, & si peccant qui ea impurè & in peccato ministrant, aliis & non sibi vitialem afferentes.

Ioannis decimo tertio capite ita scribitur: In hoc cognoscet quod discipuli mei eritis, si inuicem dilectionem habueritis. Quem locum perperam exponunt, qui ex eo colligunt opera christianorum esse tantum signa & testimonia probitatis & iustitiæ quæ per fidem habentur. Nam bona opera quæ fidem supponunt & etiam indicant, non ideo minus sunt vitæ æternæ meritoria, quia fidei sunt testimonia, vt fructus optimi non minus sunt suaves & pretiosi, quia indicant sanas & bonas esse arboris radices. Opera igitur & fidem testantur esse bonam, & præmio laudæque sunt digna.

Ioannis decimo quarto capite ita scribitur: Ego sum via veritas & vita: Quo loco abutuntur qui ex eo concludunt, fidem in Christum satis esse sine operibus. Nam fides tantum Christi conditionem nullo pacto excludit opera bona, imò potius ipsa requirit & commendabilia efficit.

Ioan. decimo septimo capite scribitur quod Christus pro suis electis orauit, vnde malè colligunt nonnulli non esse nobis opus oratione, quia aliter videretur oratio Christi insufficientis esse. At longè falluntur, nam actiones Christi nos ad agendum instrunt, non autem ab actione reuocant. Non sequitur enim, Christus pro nobis orauit, ieiunauit, passus est, &c. Ergo talia non sunt nobis præstanda, imò contra debemus talia facere, vt Christum imitemur quia ea præstitit, vt per ipsum accessum ad patrem habeamus, cum similia præstare conabimur. Eius enim baptismus nostrum sanctificauit, & passio ipsius nostras afflictiones deo acceptas efficit, & ita de similibus.

Ioannis decimo nono ita scribitur: Consummatum est: Quo loco abutuntur qui ex eo effici volunt opera non esse necessaria christianis, cum videlicet Christus omnia consummarit. Nam illic fit sermo de adimplerione legis & perfectione redemptionis humanæ, non autem aliquo modo de operum neglectu.

Ioannis vicesimo ita scribitur: Quorum remisistis peccata remittuntur eis, &c. Quo loco perperam accepto abutuntur qui ex eo colligunt non esse opus auriculari confessione, quia videlicet illic Christus eam non præcepit. Nam satis eam præcepit implicitè, qui dixit quædam peccata esse remittenda, quædam autem retinenda, cum autem postea spiritus sanctus in ecclesia aperitus docuit & exerceri fecit,

*Ex Actibus Apostolorum.*

Actuum secundo capite, sacramentum eucharistiæ vocatur panis, Quo loco aperte abutuntur qui inde colligunt in eo sacramento non esse verum Christi corpus, nec panis substantiam in corpus Christi verè mutatam esse. Nam solè res denominari, & dici secundum quod sensibus patet: quare cum in sacramento eucharistiæ sensus nihil nisi panem agnoscat panis dicitur. Adde etiam quod phrasi scripturæ sacre, res in quas alia sunt mutata, retinent nomen rerum in ipsas mutatarum. Sic Adam Euam vocauit os & carnem suam: Sic serpens in quem conuersa fuit virga Moïsi dicitur virga, sic qui à cæcitate per Christum curati erant dicebantur cæci, quum dictum fuit, quod cæci videbant, & ita de similibus. Sic igitur verum & naturale Christi corpus, in quod conuersa est per omnipotentis Dei verbum, panis substantia dicitur panis. Adde etiam quod verus est panis qui de cælo descendit, vt scribitur Ioan. 6.

Actuum quarto capite ita scribitur: Non est aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo oportet nos saluos fieri: & non est in alio salus quàm in Christo. Quæ locum præuè detorqueant qui ex illo colligunt sanctos non esse orandos, nec alia vlla media salutis esse querenda præter fidem Christi Iesu. nam preces sanctorum, ieiunia, vora, peregrinationes, satisfactiones pro peccatis, & similia fidei exercitia, nos non impediunt quo minus in Christo vno mediatore & redemptore salutem quæramus, sed magis nos ipsi coniungunt, vt etiam sacramenta externis & corporalibus in rebus suscepta. Scimus enim illa omnia non nobis prodesse, nisi per meritum Christi, cui etiam nos coniungunt, vt eius meriti & passionis efficiamur participes. Vnum igitur mediatorem & saluatorem Christum dominum nostrum agnoscimus & amplexamur, non negligendo tamen interim ea media, quibus ipsi coniungi, vt per ipsum saluemur, possumus.

Act. quarto cap. ita scribitur: Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus: quo loco perniciosè & impudenter abutuntur qui ex eo colligunt reicienda esse ecclesiæ, prælatorum & principum christianorum præcepta. Nã tales & si homines sunt, tamen Dei vicarij in eius gubernada ecclesia existimari debent, quibus obedire debemus quatenus tales sunt, id est Dei vicarij ex eius voluntate & verbo præcipientes. Tunc enim qui eos contemnunt Deum contemnere dicuntur: quia qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, cum videlicet omnis potestas sit à Deo. Secus est autem si contra Dei verbum aliquid impereant. Nam tunc Deo magis, quàm hominibus obedire oportet. Hoc vtiqum consideraretur à multis infidelis huius seculi.

Ibidem ita scribitur: Omnia erant christianis communia. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt nobiles non debere, tot terras & subditos habere. Nam Euangelium quod vult, reddi Cæsarum quæ sunt Cæsarum, non tollit possessionem, proprietatem & potestatem ceu ordinationem quamlibet ciuilem honestam & iustam, quod indicat Apo-



lus est aut feruus vocatus es? non sic tibi curæ. Omnia ergo debuisse inter christianos communia quoad affectum & pium christianumque vltum. Nā quod aliqui sua vendebant & afferebant precia ad pedes Apostolorum volentes, libereque non autem coacte id faciebant.

Actuum. 10. scribitur ad hunc modum, ait Petrus, Absit domine quia nunquam manducaui commune & immundum, & vox dixit ad eum Quod Deus purificauit, tu commune ne dixeris. Quo loco minus ab ipis intellecto abutuntur qui ex eo colligunt nullum esse faciendum ciborum delectum. Nam illic non est spiritus sancti intentio agere de cibis, sed de hominibus ad fidem conuertendis, vt ipsa litera docet. Adde etiam quod Ecclesia nullum cibum immundum esse censet, sed cum gratiarum actione vult percipi & cum Dei ordinatione.

Ibidem ita scribitur: Petro venit obuius Cornelius, & prociens ad pedes eius adorauit eum, Petrus vero eleuauit eum, dicens: Surge, & ego ipse homo sum. Quo loco perperam accepto abutuntur qui ex ipso concludunt nullum honorem esse deferendum hominibus in dignitate constitutis, & maxime magnum illum summi pontificis honorem ideo auersantur. Nam & Petrus benefecit & Cornelius similiter bene. Petrus enim Cornelium surgere fecit vt indicaret (sequendo Christi præceptum) se inanis gloriæ affectu non duci sed omnia in deum qui per eum mirabilia operatur, referre. Cornelius etiam laudandus est quod Petro Dei Christi Apostolo & legato honore n. dederit. Qui enim legatum recipit vt legatum, eum qui legauit, recipere ceteris. Hoc etiam indicat Christus cum ait: Qui vos recipit me recipit, hoc etiam forsam fecit Petrus, quia multi erant ita delusi, vt deos putarent quos miracula operari credebant, vt scribitur de Paulo & Barabba Act. decimo quarto. & 19. sic scribitur: hic Paulus auertit multam turbam dicens quoniam non sint dii qui manibus fiunt. Adde etiam quod non poterat ille Cornelius semper adiacere pedibus Petri, & ideo oportuit Petrum ex honesto & decoro illum vt surgeret honore. Notandum etiam quod Paulus & Silas non reprehenderit eundem carceris quod prociens ante pedes eorum, vt scribitur Act. 16. c.

Beatum Apostoli, puto imitatur summus Pontifex, qui Christianos suis pedibus aduolutos, vt in ipso Christum cuius est vicarius, agnoscat & honoret, surgere facit. Talem autem honorem etiam vsque ad pedum oscula nunquam reprehenderunt aut etiam aspernati sunt pij & docti Christiani, qui Christi institutionem in Ecclesiæ administratione agnoscentes eum in ipsius vicario semper honorarunt. De tali honore forsam hæc sunt intelligenda. Ecce leuabo ad gentes manum meam, & ad populos exaltabo signum meum. Et afferent filios tuos in vltis, & filias tuas super humeros portabunt. Et erit rex n. tuus iherusalem, & regina n. tuorum, & pulueris pedum tuorum linget. Notabit locum, quibus placebit, sed interim nobis dolendum est quod officiosi non sint omnes nostri prælati, hinc enim fundi nostri calamitas.

Iai. 49

Actuum decimo tertio ita scribitur: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quia repellitis illud, & indignos vos iudicatis vitæ æternæ, ecce conuertimur ad gentes. Quo loco abutuntur qui ex illo colligunt non esse puniendos hæreticos, sed vnum quemque esse relinquendum suæ libertati. Nam eo loco receperat Apostoli præceptum quod habebat de deferendis Iudeis incredulis quos Deus reprobatat. Præterea aliud est longè loqui de fide recipienda & aliud de eiusdem professione. Fidem enim recipere est liberum, sed receptam profiteri ex traditione & consuetudine Ecclesiæ est necessarium. Quare nos possumus cogere ad confessionem fidei & ad promissionem seruandam hæreticos qui in nostra ecclesia sunt baptizati, & eius fidei professionem sunt polliciti. Illi autem non possunt nisi contra omne ius & æquum nos cogere aut etiam impellere ad confessionem suæ impietatis, quam nunquam recepimus. Illi autem à nobis cogi, & refractarios grauissime puniri debere docent Apostolorum facta, qui illos sitans cruciandos tradiderunt, & etiam morti occumbere fecerunt. huc referri potest locus ille Luc. 9. Nescitis cuius spiritus filij estis.

Actuum 17. scribitur in hunc modum: Deus qui fecit mundum & omnia que in eo sunt. Hic cæli & terræ cum sit Dominus, non in manufactis templis inhabitat, nec manibus humanis colitur, indignis aliquo &c. Quo loco pessime abutuntur, qui ex eo colligunt male & contra scripturam nos affirmare Christum Deum & hominem esse personaliter in hostia sacra, & in templis esse reuera. Nam dilucidum sit ex ipso textu, ipsum Apostolum non negare Deum esse vbique sed reprehendere Gentilium falsam & impiam de Deo persuasionem qua existimabant deum desinitue & circumscriptione loco certo ita contineri, vt alibi non esset. Illi enim varios deos admittebant, & colebant quibus opus erat protectione & defensione humana: Deus autem verus Christus Iesus est quidem vbique, & omnia continet per suam diuinitatem, in humanitate autem ipsi diuinitati personaliter & inseparabiliter coniuncta non est vbique, sed ex ipsius ordinatione est in cælo visibilis, & in hostia sacra inuisibilis, & sacramentaliter pro conditione nostri status & necessitate nostræ salutis. Vrbique autem nullo indiget: quia eius corpus est iam impatibile & immortale, et si accidentia quibus tegitur & inuoluitur diuinum illud corpus, sunt corruptioni & aliis alterationibus obnoxia, quare aliquo indigent vt conferuentur cum videlicet ex Dei ordinatione per illa corporata signa corpus Christi, vt per illud vitam habeamus, nobis communicetur. Illic igitur est adorandus Christus Deus æternus & omnipotens quem ignorabant Athenienses. Is autem nõ manibus humanis aut aliquo indiget, sed dat vitam & omnia sustentat Christus in hostia vere Deus, sed absconditus propter fidei statum, de eo Elyas aperte locutus est. c. 45.

Actuum 20. capite ita scribitur: Argerum & aurum aut vestem nullius concepiui (sicut ipsi scitis) quoniam ad ea que mihi opus erant & iis qui mecum sunt ministrauerunt manus istæ. Quo loco & simi-

libus ignoranter & impie abutuntur qui inde colligunt oportere Prælatos Ecclesiæ etiam prædicatores & doctores operari manibus propriis vt victum sibi comparant. Nam textus ipse manifeste docet Paulum id fecisse nõ vt daret præceptum id faciendi, sed vt magis ad Euangelium alliceret, & omni via attraheret, qui omnibus omnia factus est vt ontas Christo lucrificeret. Ait enim se id fecisse vt susciperet infirmos, & etiam quoniam beatus est dare quam accipere. hoc solum factum declarat. 1. corinth. 9. vbi ait se non esse vltum sua potestate accipiendi temporalia ab ipsis Corinthiis quibus seruauerat spiritualia, non quia id licite facere non potuisset, sed quia non tam expediebat. Sic enim ait. Si nos vobis spiritualia seruauimus, magnum non est si carnalia vestra metamus? Si alij potestatis vestrae participes sunt, quare non potius nos? Sed non vlti sumus hac potestate, sed omnia sustinimus, ne quod offendiculum demus Euangelio Christi. Item, Si volens hoc ago mercedem habeo &c. Contra verbum Dei igitur cogere volunt Ecclesiæ ministros, vt manibus propriis victum comparant nescio qui seditiosi & ventres pigri ipsimet, aut funesti & subdoli operari. Adde quod aliud est iudicandum de Paulo Apostolo diuinitus edocto Spiritu sancto, & de nostris ministris Ecclesiasticis, quibus studendum est, vt intelligant que postea populis doceant. Cædo autem si manibus est operandum Ecclesiæ ministris, quare non pariter, aut etiam maiori ratione principes, nobiles, medici, aduocati, procuratores iudices, præfides & reliqui omnes cuiuscunque uocationis sint, manibus laborare debent. Nā si inde eximitur & excipiuntur propter dignitatem uocationis aut exercitium, officium & curam eiusdem, quito magis id verum & legitimum censeri debet in Ecclesiæ ministris, qui omnibus a his hominum generibus, & sunt uocatione facile superiores, excellentioresque, & etiam officij executione longe magis impediti & additi.

Ex Epistola beati Pauli ad Romanos.

Romanorum 1. c. ita scribitur: Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominie. Item, Tradidit illos deus in reprobam sententiam, vt faciant ea que non conueniunt &c. Quibus locis perniciose abutuntur qui ex illis colligunt nullum esse in hominibus liberum arbitrium, sed omnia Deo esse totaliter tribuenda tanquam auctori siue sint bona, siue sint mala. Nam sapientissimus ille & intellectus difficilissimus beatus Paulus, illis locis non vult docere hominem nihil operari & carere libero arbitrio, nec etiam Deum esse auctorem malorum aut ad ea impellere, sed potius affirmat quanta sit Dei puniatio in illis qui cum ipsum cognoscunt, non glorificant & recognoscunt eundem honesta conuersatione & sancta aperta que eius nominis confessione. hoc indicat Apostoli verba eiusdemodi: Reuelatur ira Dei de cælo super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniustitia detinent, qui est cognouissent Deum, nõ sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: homines ergo reprobos tradidit Deus in reprobam sententiam, & in passionibus ignominie, nõ malitiam ipsis immittendo qui veritatis & sanctitatis est fons & auctor, sed gratiam suam qua se indignos reddunt & ostendunt subtrahendo aut negando. hinc autem enascitur error & deprauatio, quia videlicet homo dei illustratione & auxilio destitutus, præceptis ferunt in vitia & errores, quod hodie experimur quando propter abusum gratiæ & cognitionis legis & veritatis Euangelicæ, multi a Deo derelicti abiecti, & conculcati, blasphemataque veritate euangelicæ, hæreses & omne impietatis impunitati que venis amplexantur, sequuntur vanos philosophos qui seruierunt creaturæ potius quam creatori. De tali diuina punitione quam nunc videmus & experimur, Thessalonicensibus scriptis in hæc verba Apostolus 2. ad Thessa. 2. Quia charitatem veritatis nõ receperunt vt salui fierent: ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio: vt indicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed cõsenserunt iniquitati. Manet igitur semper in homine libertas qua qui abutitur sibi magis quam Deo viuens, Dei gratia primatur, & sic omni sceleris labe cõputatur & omni errore inuoluitur, qui sine Deo nihil potest facere & cum eodem magna præstat & efficit.

Roma. 2. c. scribitur in hunc modum: Cum gentes que legem nõ habent naturaliter ea que legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis testimonium reddente illis conscientia &c. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt frustra datam esse scripturam, cum videlicet naturaliter ea que in lege sunt tradita, homines & cognoscere & facere possint. Nam etsi signatum est super nos lumen vultus diuini in creatione, quæ rationis participes & ad Dei ipsius imaginem & similitudinem facti sumus, tamen lex seu scriptura reformata naturam nostram per peccatum, non quidem sublatam sed lesam, & multum obscuratam. Præterea vltra cognitionem & potestatem naturalem opus est ad vitam æternam habendam fidei mysterio persuasionem & gratiæ auxilio in vincenda corruptione & imbecillitate naturæ. hæc igitur docet sacre scripturæ. Ignorat autem illa ratio & natura: quæ tamen si homo recte vtatur, illa nõ denegabitur a Deo, qui nunquam deest homini in necessariis, & facientibus quod in se est semper dat gratiam. hæc autem magna sunt & explicatori indagatione indigent quam ferat presens nostrum institutum.

Roma. 3. c. ita scribitur: est deus verax, omnis autem homo mendax. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt nihil doctrinæ esse ab hominibus recipiendum, quia videlicet omnis homo est mendax. Nam Apostolus vult docere Deum semper veracem esse, & non posse fallere aut etiam falli, quare firmiter iohærendum esse eius promissis. Præterea tandiu ab hominibus doctrinam accipimus, quoad videmus ipsos ea tradere que recte rationi & naturæ conueniunt. Aliud est etiam loqui recipere Dei doctrinam per homines ministros, vt fit in Conciliis generalibus vbi Deus vtitur hominibus vt organis, vt suam veritatem & salutarem doctrinam suæ Ecclesiæ deauunciat. Nam tum non est hominum, sed Dei doctrina.

Ibidem ita scribitur: Causari sumus omnes sub peccato esse. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vique ad vnum. Quo loco peccatorum abutuntur qui ex eo efficiuntur volunt neminem etiam baptizatum posse esse sine peccato: quare homines absterrent & reuocant ac tenent vivere sancte & pure, quasi hoc sit impossibile homini iustificato & gratia Dei adiuto. At errant manifestissime & turpissime nequaquam sensum Apostoli sequentes, qui eo loco non loquitur de hominibus iustificatis, ut talibus, sed de omnibus hominibus antequam per Christum purgentur & iustificentur. Vult ergo docere Apostolus homines omnes peccato natura infectos non potuisse sanari & iustificari per legem, sed necessarium omnibus esse fidem in Christum, in quem credentes baptizari in nomine ipsius, & eiusdem mandata seruare necesse est, ad vitam aeternam habendam per nomen & meritum eius. Idem docebat Esaias cum dicebat quod omnes iustitiae nostrae sunt tanquam pannus menstruatus. Idem David & alij Prophetae: cum homines omnes sceleribus confictos esse affirmant, non autem vilo pacto loquuntur de hominibus per Christum iustificatis qui sunt puri & mundi per sanguinem & meritum Christi effecti, & possunt, tenenturque sanctitatem illam conferuare bona faciendo, & mala omnia vitando. iam non amplius tyrannidi atque dominationi peccati subiecti, ut recte & aperte infra docet Apostolus his verbis: iam non dominabitur in vobis peccatum, quoniam non estis sub lege, sed sub gratia. Hic autem notandum & vitandus est astus Satanae, qui homines in peccatis tanquam vitam impossibilibus detinere aditens, quibusdam persuasit hoc multum facere ad augendum Dei gratiam, & Christi meritum si dicamus omnes homines etiam baptizatos non posse esse sine peccato: cum contra hoc sit Dei potentiam & Christi passionem imbecillam dicere, & non efficacem ad iustificandum. Nam si adhuc in peccatis sumus, nec ea vitare possumus, frustra videtur Christus esse mortuus, & frustra in eius nomine baptizati sumus. Sic autem solet Satanas pretextu angustiae Dei gloriae eam tollere aut obsecrare: quod etiam facit quando pretextu gratiae Dei, eius miram liberalitatem & potentiam in hominis creatione minuit, liberum ipsius arbitrium negando.

Ibidem scribitur in hunc modum: Arbitramur hominem iustificari per fidem sine operibus legis. Quo loco ignoranter abutuntur qui ex eo colligunt opera non requiri in Christiano, ut per Christum saluetur, sed solum fidem sufficere. Nam Paulus ipse hunc nodum soluit cum ait, sine operibus legis scilicet veteris, quae neminem suis ceremoniis ad perfectionem adduxit, infirma & carnalis existit. Non est autem sibi contrarius Paulus qui toties opera commendat & necessaria dicit: Imo etiam explicat quae sit fides intelligenda, cui iustificatio tribuitur, ea scilicet quae per dilectionem operatur, ut scribit Galat. 5. c. Vnde profecto dilucidum sit opera bona esse necessaria, & non tantum hoc, sed etiam per ea nos iustificari, cum videlicet ea fides sola nos iustificet, quae per Charitatem operatur. operantem autem puto intelligendam esse fidem quando etiam est votum & propositum bene operandi, quod bono latroni non defuisse existimo, qui etiam bona opera fecit, Christum aduersus alterum latronem defendendo. hoc aperte de declarat beatus Iacobus cum ait Abrahamum non ex fide nuda & destituta operibus, sed operosa fuisse iustificatum. Vnde tandem concludit opera nos iustificare. In baptismo enim quando sanguine Christi abluiamur, an non pollicemur nos sancte victuros, & bene operaturos ad Dei gloriam? An non ait Paulus Ephes. 2. quod deus creauit bona opera, ut in illis ambulamus? An non passim scriptura sacra eos damnat qui opera non habent? Quomodo autem nos in Christum fidem habemus si Christo non cooperamur, nec ipsi conformes essemus? Fides quidem potest esse sine operibus, sed illa dicitur a diuo Iacobo esse mortua, & demonibus etiam tribuitur. Simus igitur in Christi Ecclesia, non tantum numero per nudam persuasionem & externam professionem, sed etiam merito, per fidem vitam, & operum bonorum ex charitate operationem. A iustificatione igitur opera praecedentia, non autem sequentia, aut etiam gratiam Dei concomitantia excludit hoc loco Apostolus, Nam ex nostra cooperatione cum Dei gratia, nostra est salus. Ad haec attendat qui saluari per Christum voluerit.

Roma. 4. c. scribitur in hunc modum, Creditur Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam, Quo loco manifeste abutuntur qui ex illo colligunt solum fidem sine iustitiae operibus sufficere homini Christiano ad salutem. Nam beatus Apostolus cum tribuit iustificationem fidei, nunquam ab ea seiuagit opera, sed cum ea & in ea, ipsa complectitur. Quae autem contra opera videtur dicere ea sunt semper intelligenda de operibus veteris & ceremoniosae legis, sine quibus vult homines iustificari, non tamen absolute sine operibus, quod etiam manifestum est ex Abrahamo, quem profert in exemplum, qui etsi iustificatus est sine operibus legis veteris, cum videlicet ei reputata sit fides ad iustitiam, non in circuncisione, sed in praepotio, non tamen iustificatus est simpliciter sine operibus, qui contra spem in spem credit. Videatur igitur propositum beati Apostoli, ut ipsius sensus habeatur, quod quia non faciunt nescio qui gnarissimi & alte sapientes corticarij theologi, omnia turbant, & fidem populi euertunt secum. Reputatum est igitur Abrahamo ad iustitiam quia credidit Deo affirmanti quod copiosa futura erat ipsius posteritas, non enim considerauit corpus suum mortuum, cum esset fere centum annorum, & mortuam vuluam Sarae: & in re promissione etiam Dei, non haesitauit diffidentia, sed confortatus est fidei deus gloriam Deo, plenissime sciens quia quaecumque promissit Deus potens est & facere. Ideo reputatum est illi ad iustitiam. En igitur fidei meritum, scilicet Deo adherere & fidere, est ea dicit quae naturam omnem excedunt. hoc autem scriptum est (inquit Apostolus) non propter ipsum, sed & propter nos quibus ea proponitur credenda, quae nec sensus, nec ratio capere po-

test: credimus autem ea vera esse, quia Deus qui est omnipotens & verax, cui idcirco fidimus, ea affirmat. Vide igitur connexionem Dei promissionis seu reuelationis & affirmationis, cum nostra fide, ex quibus nobis innascitur fiducia qua Deo nos inhaeremus, & victores euadimus per Deum. haec est enim victoria quae vincit mundum fides nostra. I. Ioan. 5. c.

Ibidem ita scribitur: Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt peccati in homine iustificato manere, sed non imputari, quia credit in Christum, quare homines a peccato abstinere non dicunt requiri, sed tantum credere christi passionem esse satisfactionem. Quot opere autem falluntur, testis est ipsa scriptura, quae affirmat nihil esse damnationis in iis qui sunt in Christo Iesu, & eos qui secundum carnem vixerint mortuos: victuros autem si spiritu facta carnis mortificauerint. Quid autem sibi vult tale Satanae commentum? An non enim sic plus efficaciae haberet ad perdendum & inquinandum inobedientia Adami quam Christi obeditio ad sanctificandum & saluandum? conuincationem enim Adami transgressio nobis indidit, quam Christi obedientia & sanguis non tollunt si peccatum semper in nobis reuera manet, & quin peccemus efficere non possumus, mirum autem istud est sane: Nam Christiani qui sunt baptizati & ascripti in militia Christi militabunt satanae peccando, & non ipsi Christo sancte viuendo, & carni, mundo, satanaeque resistendo? longe profecto aliter sentit Apostolus, cuius haec sunt verba. Sicut per inobedientiam vnius hominis, peccatores constituti sunt multi: per vnius obedientiam iusti constituentur multi: Item, vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia: ut sicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iustitiam in vitam aeternam. Item vbi spiritus Domini, ibi libertas, item, si mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuimus in illo? Consepulti enim sumus cum Christo Iesu per baptismum in mortem: ut quomodo ipse surrexit a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitae ambulemus. Item: peccatum vobis non dominabitur, non enim estis sub lege, sed sub gratia, non ergo manet in iustificatis peccatum, qui etiam non sunt iusti, imputata solum iustitia, sed realiter inhaerente & iacistente non minus quam inuisit peccatum.

Roma. 5. c. ita scribitur: Gloriamur in spe filiorum Dei: non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probatorem, probatio vero spem. Spes autem non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris: Quo loco pernicioso abutuntur nescio qui habentes libertatem quam dedit Christus velamen suae nequitiae, qui affirmant se esse certos & securos salutaris, & vitae aeternae, etiam male viuunt. Nam clarum est eiusmodi spem & confidentiam salutis iis tantum inesse posse qui sancte viuunt, nec spiritu gratiae contumeliam faciunt, dicente scriptura, Qui habet hanc spem, sanctificat se sicut Deus est sanctus. Christianum est igitur & tutum cum timore & tremore suam salutem operari bene viuendo: contra vero periculosum & praesumptuosum est male viuendo & carnis delicias sectando cum Christo crucifixo tandem velle regnare. Stat enim elegans haec sententia scilicet: Si secundum carnem vixeritis, moriemini. Item & illa, fures, fornicarij, ebrii, & similes regnum Dei non possidebunt.

Roma. 6. c. capite ita scribitur: Gratia Dei vita aeterna. Quo loco abutuntur qui inde colligunt nullum esse operum meritum, nec propterea dari vitam aeternam. Nam non ait Apostolus, gratia Dei vita aeterna, & non ex operibus: quod est ab haereticis adiectum, qui nunquam modum seruare norunt. Melius autem theologi qui affirmant vitam aeternam expectari, & ad eam homines peruenire partim per gratiam Dei, & partim per merita bonorum operum. Est ergo vita aeterna & ex gratia, & ex operibus: sed quia causa eius praecipua est Dei gratia, ad quam omnia nostra bona semper referre debemus, Idcirco dixit Apostolus, gratia Dei esse vitam aeternam, non quia dicere non potuisset stipendium bonorum operum esse vitam aeternam: quod sepe testatur sacra scriptura.

Roma. 7. scribitur in hunc modum: Ego carnalis sum venundatus sub peccato, quod enim operor non intelligo, non enim quod volo bonum hoc ago: sed quod odi malum illud facio, nunc autem iam non operor illud sed quod habitat in me peccatum &c. Quo loco abutuntur ignoranter contra gratiam euangelicam qui ex eo colligunt adhuc in regeneratis manere, re vera peccatum, ipsumque concupiscentiae fomitem peccati esse cotendunt. Nam manifestum est ex ipso textu, Apostolum loqui de homine nondum iustificato, qui quidem duce natura & lege docere vult facere & amat bonum quod exequi non valet, quia adhuc est sub potestate peccati. Secus autem longe est de homine iustificato, in quo non dominatur peccatum, ut etiam dictum est. Nostram expositionem confirmat finis capitis, in quo ita habetur: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Sequitur responsio: Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum, Eandem etiam confirmat initium octauae capitis vbi ita scribitur: Nihil ergo damnationis est iis qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulat: lex enim spiritus vitae in Christo Iesu liberauit me a lege peccati & mortis. Vnde collige quod in fine praecedentis capitis loquebatur de homine non regenerato in sua persona, ut nunc de iustificato in eadem sua persona.

Roma. octauo capite ita scribitur. Certus sum quod neque mors, neque aliquid aliud me separabit a charitate Dei. Quo loco abutuntur qui baptizati male viuendo putant se certo consecuturos vitam aeternam: Nam haec quae dicuntur hoc capite sunt intelligenda de iustis & veris christianis, pro quibus sunt haec promissiones & multa aliae, sicut pro reprobis & fictis christianis sunt variae conuincationes.

Ibidem ita scribitur: Existimo quod non sunt condignae passionibus huius

huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Quo loco perperam exposito abutuntur qui ex eo colligunt humana merita non posse nos iuare coram Deo, siue sint nostra siue aliena. Nam longè est aliud dicere nostras actiones & passiones non esse condignas, & in pretio & dignitate non correspondere vitæ æternæ, atque easdem nullius esse vtilitatis. Fateamur igitur cum Apostolo nostras actiones non esse correspondentes in dignitate & valore vitæ æternæ, sed etiam negamus cum scriptura, eas nullius esse meriti apud Deum, qui ex pacto & promissione eis reddit vitam æternam. Sensus igitur Apostoli est quod humanæ actiones absque merito Christi non sunt condignæ, si conferantur gloriæ æternæ: quare vult nos ipsi Christo compari, ut ipsi patiendi propter iustitiam conformes facti, & eidem iusti & complacenti similitudini mortis eius, vitam æternam per Dei gratiam & ipsius meritum bene viuendo consequamur.

Roma. 9. capite scribitur in hunc modum: Non ex operibus, sed ex vocante dictum est, quia maior seruit minori. Item Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Item, miseror cuius miseror, & misericordiam præstabo, cuius miseror. Item, igitur non volentis, neque currentis, sed miserantis est Dei. Item, cuius vult miseretur, & quem vult inducat &c. Quibus locis & similibus ignoranter & perniciosè abutuntur, qui illos ita exponunt quasi nihil planè homini tribuendum sit, quod ad eius salutem attinet: quod eiusdem opera, nihil mercedis coram Deo mereantur: quod homo careat libero arbitrio, & denique, quod Deus velit ita quosdam damnari, ut ab ipso reprobari, saluari nulla ratione valeant. In illos autem errores inciderunt, quia frustratim discedunt & arripiunt hos locos, non attendentes ad præcedentia & consequentia, nec tenentes aut considerantes beati Pauli propositum esse, docere Deum nemini (si omnia ad vitium referentur) debitorem esse: nam quis prior dedit Deo ut illi retribuatur? sed omnia esse accepta ferenda gratiæ & beneplacito ipsius, qui & si vult omnes homines saluos fieri, ut scribitur 1. ad Timotheum. 2. c. Et pro omnibus homo factus est, & mortuus, tamen quosdam specialiter elegit ab æterno, quibus confert singularia dona & privilegia in hoc mundo, quæ non confert aliis, qui electi non sunt, sed reprobi appellantur, qui tamen non possunt iuste de Deo conqueri, quia nemini debitor est, & qui etiam omnibus offert media salutis necessaria etiamnum iis, qui reprobi sunt & damnandi. Non quidem, quia inuiti & necessitate adacti à Deo, per eius erga eos reprobationem & præscientiam infallibilem, & certam ipsorum damnationis futuræ cognitione damnentur, sed quia sibi iusti, libere mortem elegerunt & dilexerunt secundum carnem viuendo, non autem vitam æternam, mandata Dei seruando, quod est medium vitæ & salutis æternæ.

Scito igitur & certum teneto, Deum infinite bonum, & misericordem nunquam vlli homini denegasse media ad salutem necessaria, qui omnes ad suam imaginem & similitudinem fecit, & ita libertatem & actionum propriarum potestatem, omnibus dedit in creatione, ut etiam postea, pro omnibus mortuus est, & pro omnibus sacramenta instituit, ut omnes redempti per ipsum, saluarentur. Si igitur quidam damnantur, ut multos damnatum iri certum est, non Deo suam damnationem imputent, sed sibi, qui noluerunt vel mediis à Deo sibi datis & concessis, ut per ea, salutem consequerentur. Nam cum Deum esse cognouissent, non sicut oportet eum glorificauerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis, & maluerunt ambulare in propriis aduentibus, mundo & carni viuendo, quam in semitis Domini rectis, ipsius spiritu facta carnis mortificatione. Fateor autem Deum noluisse omnes à vitis iniquis conuertere, & ad iustitiam adducere ut legitur fecisse in multis per vehementem quandam impulsionem, sed noluit, volens ostendere in quibusdam se esse iustum, ut in aliis suam bonitatem & misericordiam indicat. Non autem quæcumque potest eadem vult & facit: quare imperitè nimium agunt qui ita ratiocinantur: quum Deus hoc possit quare non faceret? O homo tu qui es qui respondes Deo: nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quare me finxisti sic? Scias autem Dei prædestinationem & reprobationem nulli imponere necessitatem & auferre libertatem, etiam vtrumque certum necessarium & infallibile est. Vera est igitur & verbo Dei consentiens illa catholica antiquorum doctrina qua ita docent: Si tu non es prædestinatus, fac ut prædestineris. Illam enim tradidit beatus Paulus in posteriori ad Timotheum 2. c. his verbis: cognouit Dominus qui sunt eius, & discedat ab iniquitate omnis quis inuocat nomen Domini. In magna autem domo non solum sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia: & quedam quidem in honorem, quedam autem in contumeliam. Si quis ergo emundauerit se ab istis (nota hoc) erit vas in honorem sanctificatum, & vtile domino ad omne opus bonum paratum. Idem videri docere beatus Petrus 1. Petr. 1. his verbis: Fratres satagite ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. Electio igitur in nobis sicut etiam reprobatio conditionem habet. Quare nemo aut necessitatem pretextat, aut Deum accuset si damnatur: sed magis sibi ipsi imputet, quum dicat Propheta, O Israel, perditio tua ex te, & salus ex Deo. Osee. 13. c.

Roma. 10. scribitur in hunc modum: Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem: Item, Qui credit in illum non confundetur. Item, Quicumque inuocauerit nomen Domini saluus erit: Quibus locis aperte abutuntur qui ex illis colligunt non esse opus sacramentis, nec aliis multis ceremoniis & traditionibus quarum frequens est usus in religione christiana. Nam propositum Apostoli est docere finem legis esse Christum ad salutem omni credenti in eum. Credere autem in Christum non est simpliciter (ut falso & perniciosè putant nonnulli) hæc habere persuasionem, quod pro nobis est mortuus, & quod in eius sanguine baptizati & abluti sumus, sed illi obse-

qui, ab eo pendere, & ipsi conformari & compari, sicut membra corporis eius vita & coherencia per colligationem & iuncturam quam ipse in Ecclesia posuit ut scribitur Ephesiorum quarto cap. & Collo. 2. vbi docet Apostolus oportere christianos eos fugere qui inflati sensu carnis suæ sese subtrahunt à comunione doctrinæ & professionis Ecclesiæ catholicæ, non tenentes caput ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratum & constructum crescit in augmentum Dei. Corde igitur credamus, sed etiam ore confiteamur, & ita quidem confiteamur & profiteamur Christum, ut ipsum edocta per Spiritum sanctum Catholica Ecclesia profiteatur, & semper professæ sit. Nam cum sola sua sponsa Ecclesia Catholica, quæ est columna & firmamentum veritatis semper manet Christus, in qua sola inueniri potest, non autem in Satanicis synagogis hæreticorum, quæ sunt meretricis & Satanae concubinae cum quo miserrime fornicantur relicto Christo præstantissimo & pulcherrimo Ecclesiæ sponsæ.

Roma 11. scribitur in hunc modum: Si gratia iam non ex operibus. Alioquin gratia non est gratia. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt nihil proficere esse tribuendum christianorum operibus, sed omnia planè & totaliter gratiæ Dei accepta referri debere. Nam hoc loco Apostolus non loquitur de operibus christianorum sed de operibus baptismum & gratiam præcedentibus. Nam de electione hic sermo est institutus. Falluntur autem in hoc quia loquuntur de operibus christianorum, ut de operibus purè humanis, tum etiam quia opponunt opera bona christianorum gratiæ à qua proficiuntur, in qua sunt, & sine qua non plus ea dicimus esse vitæ æternæ meritoria quam corpus viuere sine anima.

Roma. 12. scribitur in hunc modum: Non vos defendentes charissimè: sed date locum iræ &c. Quo loco ignoranter & perniciosè abutuntur qui ex eo effici volunt quod inter christianos magistratu & superioritate seculari non est opus. Nam hoc loco non loquitur Apostolus de vindicta malorum, quam exercet magistratus, sed de illa quam Deus sibi reservat & facit, tum per se, tum per magistratus & potestates seculares gladio in malorum vindictam munitas, sed de privata vltione, quæ proficiuntur ex malo vindictæ appetitu, & non ex bono zelo iustitiæ: priuata igitur autoritate & vindicta non debent christiani sese defendere, & illatam sibi iniuriam vltisci, sed via iustitiæ: ex cuius zelo ad Dei gloriam & malorum correctionem propter bonam publicum non est malum sese defendere, sicut nec etiam per seipsum cum moderamine inculpatae tutelæ.

Romanorum 13. c. scribitur ad hunc modum: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit &c. Quo loco abutuntur nimium imperite qui ex eo colligunt principes seculares esse superiores principibus & prælati Ecclesiasticis, illorumque esse in omni christianorum congregatione presidere, nec concilium Occidentium posse congregari nisi id fiat per Reges & Imperatores illic iure presidentes. Nam beatus Apostolus hoc loco non vult docere prælatos Ecclesiæ vocatione & dignitate esse inferiores principibus secularibus, sed fidem & religionem christianam non eximere homines ab obedientia principum secularium in iis quæ sunt temporalia. Politicum namque statum non mutat fides, ut sæpe testatur scriptura sacra. Hoc igitur loco prosequitur Apostolus, quod præmisit præcedenti capite de vindicta sumenda, quam ut priuatam damnauit, ita nunc cum sit legitime per magistratum eam probat & commendat. Principes autem ecclesiasticos longè esse secularibus quibuslibet superiores, hæc vniuersa ratio ex multis selecta facillè conuincit: quia homines qui naturalia constitutione sunt omnes æquales vocatione distinguuntur. At certum est & omnibus cognitum vocationem Sacerdotum & Ecclesiæ ministrorum esse longè digniorem vocatione Principum mundi, cum videlicet hi ad tempora illi vero ad spiritualia disponenda vocati sint. Quare dixerunt antiqui quod quanto animus corpori prestat, tanto dignitas & vocatio virorum ecclesiasticorum est excellentior vocatione Principum terræ & mundi. O vti namque, quæ sue sunt vocationis intelligerent & præstarent. Sic enim facile omnia peccata tranquilla que videremus & haberemus: quod aliter fieri nequaquam spero.

Romanorum 14. c. scribitur ad hunc modum: omnia quidem sunt munda sed malum est homini qui manducat per offendiculum. Item tu fidem habes penes te ipsum, habet coram Deo. Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat. Quo loco ut etiam toto hoc capite abutuntur qui ex eo colligunt errorem nimis frequentem scilicet nullum esse in christianismo ciborum delectum, sed omni die quemlibet posse omni cibo ex animi libito vesci. Quod quàm sit absurdum facile intelligent quibus placuerit considerare Deum omni tempore aliquem ciborum delectum præcepisse, ut videlicet homo ei obediret in eo quod ipsi natura est gratissimum, scilicet in cibo. Hinc est quod in natura creata ante peccatum Deus prohibuit efusi ligni scientiæ boni & mali: post peccatum in lege natura nonnullis prohibuit cibos ut testatur historia Genesis: in lege Moysis copiosius idem fecit, & in lege euangelica idem præceptum, & si non eodem modo continuare voluit. Scribitur enim Act. 15. c. quomodo Apostoli certis ciborum generibus christianis interdixerunt. Hoc etiam cernitur in Ecclesiæ catholicæ decretis constitutionibus & praxi, vbi semper fuit facta quedam ciborum delectus certo tempore faciendi mentio. Hæc autem in re Ecclesia nihil statuit contra Apostolum, qui hoc loco non loquitur de omni ciborum genere simpliciter, sed potissimum de iis cibis, qui lege Mosaicâ prohibiti erant, quorum esum vult esse liberum & indifferentem christianis, modo tamen semper citra scandalum, & fratris offendiculum fiat. Nequaquam autem intendebat Apostolus docere Ecclesiam non posse ciborum delectum certum præscribere: aut nõ peccare, qui cibos ab ea iu-

stis de causis prohibitoes manducarent, etiam citra omne scandalum, sed prohibitionem ciborum lege Moisaica veterum iam nullam esse lege euangelica recepta & promulgata. Aliiter enim secum pugnet Apostolus ipse qui nusquam non docet & præcipit obseruare Ecclesie decreta, constitutiones, traditiones & consuetudines tanquam Dei præcepta & mandata, quia videlicet Ecclesia à spiritu sancto edocet & directa, talia præcipit. Vult igitur Deus hominem rationis participem vti discretionem in iis rebus ad quas natura est propensus & valde pronus, scilicet in cibo & in coitu: in quibus rebus belluæ quæ ratione carent, discretionem vti non possunt. Ventrem igitur tam superius quam inferius ratione domemus & refrenemus.

Romanorum. 15. c. scribitur in hunc modum: Vnusquisque placeat proximo suo in bonum ad ædificationem. Quo loco ignoranter nimium abutuntur qui ex eo colligunt opera nostra ad proximum referri debere tantum vti illum edificemus, & non ad Deum, vt apud illum mereamur. Nam opera nostra ita debent ad proximum dirigi, vt semper ad Deum prius referantur, propter quem bene facimus proximo. Non sequitur igitur debemus placere proximo in ædificationem: Ergo opera nostra nihil merentur apud Deum, Nam vtrumque simul esse potest & debet.

*Ex priori epistola beati Pauli ad Corinthios.*

Prioris ad Corinthios. 3. c. scribitur in hunc modum, Fundamentum aliud nemo ponere potest, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Quo loco ignoranter abutuntur sediciosi, qui ex eo colligunt, male eos dicere qui affirmant beatum Petrum fuisse Ecclesie fundamentum. Nam est in solo Christo per fidem fundatur Ecclesia Dei sponsa, tamen Apostoli per quos illa Ecclesia ædificata est dicuntur esse fundamenta, quia videlicet illorum medio reliqui ingreant & superstruuntur Christo. Hoc docet beatus Apostolus Eph. 2. c. his verbis. Estis ædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum. Idem docet Apocalyp. 21. c. his verbis: Et murus ciuitatis habet fundamenta duodecim, & in ipsis nomina duodecim Apostolorum & agni. Quum ergo Apostoli dicantur fundamenta Ecclesie, non est mirum, nec absurdum videri debet si beatus Petrus eorum corripitur & primus dicatur specialiter fuisse Ecclesie fundamentum. Hoc docuit Christus Math. 16. his verbis: Tu es Petrus & super hanc petram ego ædificabo Ecclesiam meam.

Prioris Corinth. 6. c. scribitur in hunc modum. Empti estis pretio magno. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt eos esse blasphemos & derogare Christi merito, qui affirmant opera requiri vt cœlum ingrediamur. Nam semper quum de bonis operibus & eorum meritis loquimur, præsupponimus Dei gratiã & Christi meritũ, quæ duo nõ reiciunt & excludunt sed prærequirunt bona & meritoria opera. Nos ergo sumus redempti pretio magno scilicet sanguine Christi non vt nihil operemur, sed vt per eum redempti & iustificati sancte viuamus, & per bona opera ad vitam æternam perueniamus. Hoc indicat isto loco Apostolus si diligenter inspicatur. Illius namque hæc sunt verba. An nescitis quia membra vestra sunt templum Spiritus sancti qui in vobis est, quem habetis à Deo, & non estis vestri Empti enim, estis pretio magno, glorificare & portare Deum in corpore vestro.

Prioris Corinth. 7. c. ita scribitur: Propter fornicationem vnusquisque habeat uxorem suam: & vnaqueque virum suum habeat. Quo loco ignoranter expostio perperam abutuntur qui ex eo colligunt oportere vnumquemque coniungi, aut saltem neminem proflus peccare qui coniungem accipit. Nam textus Pauli ad litteram & ex eius proposito exponi debet de cohabitatione carnali personarum iam matrimonio coniunctarum, à qua abstinere debere homines ad fidem cõuersos quidam apud Corinthios affirmabant, quibus ita vt hic scribitur respondet Apostolus. Quod autem non præcipiat omnibus matrimonio, patet ex ipso qui consilium virginibus vt se permanent, scilicet virginitatem perpetuam seruando. Idem etiam, ad Timot. 5. c. ait mulieres volentes nubere postquam sese Deo dicarunt, primam fidem irritam facere, & damnationem sibi acquirere.

Prioris Corinthiorum septimo c. scribitur ad hunc modum: Qui non se continent, nubant: melius est enim nubere quàm vri. Quo loco abutuntur aperte qui inde colligunt sacerdotes, & religiofos, religiosasque posse cum velint, matrimonium contrahere. Quantopere autem fallantur docet scriptura sacra, quæ passim affirmat vota & promissa esse Deo reddenda, ni velimus condemnari à Deo: quod aperte indicat noster Apostolus 1. Timot. 5. c. cum ait, feminas eas quæ postquam sese dicarunt Dei cultui, & sese ipsi consecrarunt, volunt nubere, damnationem sibi acquirere, quia primam fidem irritam faciunt. Hoc igitur loco non loquitur Apostolus de personis voto ad seruandam perpetuam castitatem addictis, sed de solutis, monetque vnicuique tentandas esse proprias vires priusquam vitæ genus suscipiat à quo postea resillire non liceat. Quod autem ad personas voto castitatis perpetuæ strictas attinet, consulerem duo diligenter seruanda esse, prius est vt non facile ad votum emittendũ accedant & recipiantur, est inter religiosas personas educari à primis etiã incunabulis quibuslibet vtilissimũ & sanctissimũ esse iudico. Posterius vero est vt illud exercitij genus quod castas personas decet & conseruat scelerum, de Deo & de eius admirabilibus operibus sapius cogitando, in illis que meditando, frequenter orãdo, æterna nouissimaque memorãdo: scripturas sacras (quæ sunt castorum libri) sapissime legendo, sobrie viuendo: confabulationes personarum carnalium fugiendo ne mores bonos corruptant colloquia praua, & ante omnia otium malorum artium notissimum magistrum auersando & propellendo. Nam quomodo casti vincerent & non viderentur iuuenes tam masculi quam femine eum in ocio degunt, laute viuunt, vtramque in autem dormiunt, &

toros dies noctesque deliciis vacant, curiosa sectantes, & cum personis carnalibus & mundanis carnalia mundanãque confabulando agitant & pertractant.

Ibidem ita scribitur, Pretio empti estis, nolite fieri serui hominum. Quo loco ignoranter abutuntur qui ex eo colligunt nulla hominum mandata & præcepta christianis recipienda & seruanda esse. Nam non vult Apostolus Reges, Magistratus & quoslibet alios superiores, non habere potestatem tradendi præcepta quæ teneantur christiani seruare, sed ait non oportere christianos fieri seruos hominum, id est, nunquam hominibus contra Dei voluntatem & præceptum placere atque obedire: quum oporteat magis obedire Deo qui nos pretio magno redemit, & ita eius sumus iusta acquisitione, quàm hominibus, à quibus nihil nisi paruum recipere & habere possumus. Deo igitur imprimis & super omnia obediamus, cuius maximè sumus, & à quo omnia summa habemus & expectamus: Interim tamen quod hominibus debemus, & illega conscientia prestare ipsis possumus, prestemus & reddamus: quia vocatio euangelica non liberat à conditione politica. Hoc paulò ante indicabat Apostolus cum ita dicebat Vnumquemque sicut vocauit Deus ita ambulet, quod in omnibus Ecclesie doceo &c.

Prioris Corinth. 8. c. scribitur in hæc verba: Esca nos non commendat Deo, neque enim si manducauerimus, abundabimus neque si non manducauerimus, deficiemus. Quo loco abutuntur qui ventri suo seruientes inde colligunt non esse debere inter christianos ciborum delectum: Nam vt iam scripsimus & si cibi ex sua natura sunt indifferentes, nec nos Deo commendant, nec animam coinquinare possunt cum videlicet corporati sint, & in ventrem non autem in animam intrent, tamen transgressio præcepti Dei in eius Ecclesia quæ fit in ciborum prohibitorum est, animam coinquinat, vt videtur in pomo quod comedit Adam. Paulus igitur non loquitur hic de præcepto Ecclesie quoad cibos veritos, sed docet cessasse ceremoniam & iudaicam ciborum obseruantiam, non interim tamen volens affirmare quin christiani teneantur ex conscientia, etiam citra omne scandalum, seruare ciborum delectum ab Ecclesia præceptum. Nam est statim in primitiua Ecclesia ferè perpetuo ieiunatiis christianis, ciborum & ieiuniorum præcepta non fiebant, non tamen sequitur quin postea iustissimè facta sint.

Prioris Corinth. 9. c. ita scribitur: Si euangelizauero non est mihi gloria necessitas enim mihi incumbit: Væ enim mihi si non euangelizauero. Quo loco perperam intellectu abutuntur qui ex eo effici volunt nullam gloriam aut mercedem deberi bonis operibus: quum videlicet opus præstantissimum sit predicatio verbi Dei quam hic (ait) Apostolus dicit non mereri gloriam. Nam non est intelligendus hic locus simpliciter de gloria, & mercede quæ via iustitiæ comuni redditur bonis operibus, sed de excellenti operis supererogationis gloria & mercede de qua hic gloriatur & non vult eam euacuari Apostolus. Quod enim prædicabat hoc erat vocationis debitum officium: quod autem nihil acciperet ab his quibus prædicabat, hoc erat supererogationis & gloriæ maioris, de qua hic agit. Omne igitur opus bonum gloriam & mercedem meretur, sed quod vltra præceptum & debitum, supererogatur hoc adhuc insigniori & maiori gloria dignum censeri debet.

Ibidem ita scribitur: Omnibus omnia factus sum: quo loco perniciosè abutuntur qui ex eo colligunt licere christianis sese accommodare cuiuslibet religionis hominibus, modo intus fides sit recta in corde. Falluntur autem & agunt contra scripturam quæ exteriori fidei professionem vult fieri & præcipit, vt ipsam fidem in corde requirit. Ait enim Christus: Qui me confessus fuerit coram hominibus confitebor & ego eum coram patre meo: qui autem negauerit me & tribuerit sermones meos coram hominibus, ego eum negabo coram patre meo. Hæc est enim summa Dei & Christi Iesu gloria quando eum & eius fidem palam & audacter coram quibuslibet etiam vsque ad mortem confitemur. Apostolus igitur omnibus omnia factus est, sed nihil fecit & professus est contra religionem christianam qui in rebus indifferentibus sese omnibus accommodauit, vt tandem omnes lucri faceret, qui etiam beatum Petrum in religionis professione errantem vehementer reprehendit. Consideratione etiam dignum est quod hac in re aliud est licitum Apostolo, pastori, & doctore, quàm aliis christianis. Nam illi sunt veluti medici qui cum ægrotis vt eos sanent assidui esse debent, qui nõ functi in eo periculo ne decipiantur & inficiantur ipsi sicut alii simplices christiani. Quare his non illis interdicitur societas & confabulatione hæreticorum atque etiã lecture perniciosorum librorum & disputatione cum deuis & errantibus hominibus. Quod autem ad simulationem & dissimulationem in religione christiana attinet, cautos & prudentes Deum semper orando nos esse oportet. Nam possumus aliquando excusari à professione & exercitio veræ fidei & religionis quado videlicet tyrannis viget & nos impedit, vt fit in illis locis in quibus euertis templis, effossis altaribus & interfectis aut fugatis Sacerdotibus non licet sacrificium euangelicũ, sacrosanctã missam celebrare aut audire: verum nunquã excusamur si professionem illam fecerimus quæ est contraria religioni & fidei nostræ: profiteri enim non omnino semper tenemus nostram religionem sed bene nihil ipsi contrarium sequi & profiteri. Quare non possunt excusari qui hæreticorum nostri temporis conulas idololatricas & reliqua illorum impietatis & antichristianissimi exercitia sectantur nec principes mundi si prohiberent edicto aut quous alio pacto fidei catholice exercitiũ, & illud sequentes christianos punirent. Non enim fides potest pati vllam iustam necessitatem cum pro ea teneamus vitam propriam exponere, sicut dilexit nos & animam suam pro nobis posuit Christus dominus. Hoc est quod ipse docet cum ait ita:

Si quis voluerit animam suam saluam facere in hoc mundo, in vitam æternam perdet eam. Videant igitur multi aulici, & sapientes huius mundi simulatores & dissimulatores aperte impij quid sint respōsuri Christo quem non confitentur coram hominibus, sed potius nescio qua astuta & infelici humana prudentia contraria fidei simplicitati eius religionem ridet, & à christianis robur & firmamentum illud quod semper visum est in confessione aperta, & simplici tollunt, auellunt, aut eueruant. Audacius longè faciunt hæretici qui intrepidè pro suo errore mortem optent.

Prioris Corinthiorum decimo capite scribitur in hunc modum: Patres nostri omnes eandem escam spiritalem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritalem biberunt, bibebant autem de spiritali conuoluto perniciosè impudenter & blasphemè abutuntur, qui ex eo colligunt quod tempore euangelij in hostia sacra accipitur Christus spiritualiter tantum per fidem, nõ autem in propria carne & substantia, per sacramentalem & realem eiusdem manducationem. Nam quæ textus eos manifestissimè refellit: quod ut cognoscatur obsecro vniuersos suæ salutis cupidos, & tanti secreti amantes, vt tranquille & citra huius vel illius partis affectionem humiliter mecum Apostoli certum confiderent. Quod vt fiat attendendum est imprimis quodnam sit? Apostoli hoc in loco propositum. Illud autem est, admonere & corrigere Corinthios qui iam cum irreuerentia & non cum sufficienti dispositione accedebant ad communionem christianorum scilicet ad veri & naturalis (licet non naturali & carnali aut corporali, sed spiritali modo faciendam, quod docuit Christus Ioannis sexto, quando dixit: Verba quæ locutus sum vobis sunt vita & spiritus: vbi aduertendum quod verba spiritum dixit, non autem suum corpus quod re vera manducatur, sed spirituale effectum, & modo spiritali, & vt est anima, & non autè corporis cibus, vt malè accipiebant Capernaeræ) corporis Christi participationem. Hos ergo informare & instruere volens de diligenti & humili accessu ad tantum sacramentum cum sufficienti probatione docet quæ grauissimè deus Iudæos puniuit qui solam huius diuini secreti & mysterij figuram perciperunt scilicet manna edendo, & aquam de petra exerunt eandem bibendo, quia post participationem mirabilis cibi & mirabilis potus concupiscentes fuerunt malorum idola colendo & fornicando. Iudices facio quorquos sano sunt iudicio & literam Apostoli expendunt, si non hoc sit verum eius propositum. prosequamur ergo & cum Apostolo hoc nostro tempore accommodemus. Sic autem illud ipsum ipse fecit. Per ea quæ ita sequuntur verba: hæc autem, inquit, in figura facta sunt nostri, vt non simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt & perierunt ab exterminatore. Quo ergo spectat cum hæc dicit Apostolus? eo sanè vt nos doceat eos grauissimè à Deo puniendos qui verum Christi corpus cum veteri fermento, id est sine diligenti sui probatione, & cum peccato manducauerunt in hostia sacra, sub speciebus panis, sub quibus ipsum verum & naturale Christi corpus continetur, exhibetur, & à christianis communicatur & percipitur tempore legis Euangelicæ quæ habet & exhibet rem ipsam, cuius solas figuras lex continebat & proponebat. Sic autem argumentatur Apostolus, omnia illis in figura contingebant (nam non veritate sicut nos, sed solam figuram & significationem edendo & bibendo sumebant) & tamen quia peccauerunt miraculosè datis illis cibis scilicet manna & aqua de petra cum irreuerentia vtendo tam grauitè puniti sunt, quid ergo fiet christianis non iam figuram sed ipsam Christum integrum Deum & hominem indignè in sacramento altaris sumentibus? Docet igitur Apostolus aperitissimè quod nos christiani differimus à Iudæis, quia illi spiritalem tantum escam & spiritalem tantum potum habebant, nos autem habemus realem & in propria substantia & persona subsistentem Christum, cuius caro quam manducamus realiter est verè cibus noster. Quod autem hæc sit Pauli sententia litera sequens docet quæ est eiusmodi: Vt prudentibus loquor, vos ipsi iudicæ quæ dico, Calix benedictionis cui benedicimus: nõnne communicatio sanguinis Christi est? & panis quem frangimus, nõnne communicatio (nota hoc diligenter) corporis Domini est? quoniam vnum corpus & vnus panis multi sumus, omnes qui de vno pane, & de vno calice participamus. An non hæc sunt clara & necessaria pro veritate corporis Christi in sacramento eucharistiæ Apostoli verba & testimonia? Quod ergo in principio capituli dicitur de spiritali esca, & de spiritali potu, hoc nihil spectat ad nos, sed ad patres Iudæos qui sub nube fuerunt, & in mari baptizati sunt, quæ sunt figuræ nostri temporis, in quo res ipsas & non figuram percipimus dicente Euangelista Ioanne quod lex per Moysen data est, gratia autem & veritas per Iesum Christum facta est. Esca autem illa vt etiam petra de qua bibebant dicitur fuisse Christus, quia vtrunque figura erat Christi incarnandi, quem spiritualiter tantum accipiebant, quia nondum realiter in humanitate subsistebat: illum autem nunc realiter & re vera subsistentem, re vera & corporaliter sumimus, & si spiritali & non corporali modo, & tamen in vero corpore. Ante incarnationem igitur spiritaliter tantum fideles Christum participabant per eius figuram: post institutum autem eucharistiæ sacramentum realiter, substantialiter & corporaliter à christianis participatur, vt per eius manducationem & communionem vitam habeant à diuinitate personaliter & inseparabiliter coniuncta ipsi humanitati. Hoc est quod docet Christus Ioannis sexto cum ita ait: Sicut misit me viuens pater, & ego vivo propter patrem, ita qui manducat me, ipse viuet propter me. Quum autem cum scriptura affirmamus ipsum Christum sumi in hostia sacra sub sacramento personaliter, corporaliter, substantialiter & realiter, nõn ita illud intelligi volumus quod sumatur corpus eius corporali modo: quo pacto non est in hostia sacra, sed quod re vera,

& non per fidem & spiritum tantum, vt malè persuadentur nonnulli percipiunt. Hoc est quod docuit Christus post longam huius rei disputationem Ioannis sexto capite his verbis: Hoc vos scandalizat? Quid si videritis filium hominis ascendentem in caelum vbi erat prius? Verba quæ ego locutus sum vobis sunt vita & spiritus: Caro non prodest quicquam, spiritus est qui viuificat. In sacramento altaris igitur est verum Christi corpus, sed spirituale quale videlicet resurrexit scilicet immortale, gloriosum, impassibile indiuisibile & subtile, quo modo nobis proponitur manducandum ad nutritionem non corporis, sed animæ, & si sub speciebus præponitur quæ corporis alimentum esse possunt, & alias corporis corruptibilis & diuisibilis cõditiones subeunt. Quum igitur in spiritu tantum per figuram in fide Christum manducant & biberint Iudæi, nos autem eundem, sed aliter scilicet re vera & substantialiter manducemus, si puniti sunt postea peccantes timendum est nobis ne indignè ad tantum mysterium accedentes grauius puniamur. Hoc autem est totum Apostoli propositum in hac longa & difficili disputatione de manducatione corporis Christi.

Ibidem ita scribitur: Petra autem erat Christus. Quo loco ignoranter abutuntur qui ex eo colligunt oportere verba illa Christi, hoc est corpus meum tropicè & significantè, non autem substantialiter accipi & exponi. Nam cui obsecrum esse potest hoc loco tropum esse, peum nemo dubitet Christum nunquam fuisse substantialiter conuertit? Quod autem replicant obiciendo quod etiam Christus non est substantialiter panis, nihil efficit contra catholicam doctrinam, quæ nunquam dixit panem esse corpus Christi, sed bene substantiam panis conuerti in substantiam corporis Christi, quod later & contineatur sub remanentibus speciebus panis (substantialiter conuerti & mutati. Hinc autem erroris sui occasione habuerunt, quia malè accipiunt verba Christi tanquam scilicet dixisset, Hic panis est corpus meum. Hoc autem minime dixit qui ita pronunciauit consecratione & benedictione panis peracta, hoc est corpus meum quod pro vobis traditur: hoc enim, particula est demonstrans veritatem & præsentiam corporis Christi sub speciebus panis.

Ibidem ita scribitur: Panis quem frangimus: Item de vno pane participamus: quibus locis & similibus abutuntur qui ex illis colligunt remanere substantiam panis in hostia sacra quæ videlicet consecratione peracta dicitur panis. Nam certum est eam esse scripturæ consuetudinem, vt appellet res non semper vt sunt, sed vt sensibus apparent, quia ergo in hostia sacra solus panis esse videtur, & sensibus externis percipitur, idcirco panis vocatur. hoc etiam fit, quia res in quas aliquæ sunt mutaræ sapientia carum quæ sunt commutaræ nomina retinent, vt passim in scripturis legitur. Christus etiam dicitur panis, quia est cibus animæ quam nutrit non minus quam panis materialis corpus. Est ergo Christus panis, non quidem materialis & corruptibilis, sed viuus qui de caelo descendit, & dat vitam mundo, vt ipse docet Ioannis sexto capite, vbi palam testatur, quod panis quem daturum se promittit est sua ipsiusmet caro quod dedit pro mundi vita.

Prioris Corinthiorum vndecimo capite scribitur ad hunc modum: Conuenientibus vobis in vnum iam nõ est dominicam cœnam manducare, &c. Quo loco ignoranter abutuntur qui ex eo colligunt communionem christianorum vocari cœnam domini. Nam certum est ex scriptura sacra cœnam Iudæorum fuisse, communionem autem christianorum esse. Christus igitur & si vtrunque fecit & celebravit scilicet cœnam Iudæorum & communionem christianorum, quæ est manducatio & participatio corporis sui, hæc tamen solam nobis imperauit, & nõ illam cui finem imposuit. Corporis autem Christi manducationem non debere dici cœnam, docet scriptura sacra, quæ affirmat Christum consecrasse & dedisse Apostolis suum corpus manducandum cœna iã facta. Sic enim scribitur Lucæ vicefimo secundo. Similiter dedit calicem postquam cœnauit dicens, &c. Sic etiam scribitur Ioannis decimotertio capite. Cœna facta surgit Christus, & ponit vestimenta, &c. Hoc etiam loco ita scripsit Apostolus: Similiter & calicem postquam cœnauit dicens, &c. Non debes autem moueri, quia scribant Mattheus & Marcus quod cœnantibus Apostolis Christus accepit panem. Nam ita voluit ostendere Christum coniunxisse manducationem corporis sui cœnam Iudæorum scilicet manducationi agni paschalis. Christus igitur & cœnam Iudæorum & communionem corporis sui celebravit, sed cœnam exclusit instituta & communionem christianis corporis sui communionem. Hæc autem Euangelica communitio si à quibusdam antiquis dicitur cœna, ideo ita vocatur, quia tempore cœnæ est instituta. Nunc autem cum mane fiat & celebretur, qua iusta ratione vt cœna dicatur defendi poterit? Iudaizantibus igitur hæreticis inane & figuratitiam cœnam relinquamus. Christo autè mediatori nostro per veram eiusdem corporis communionem, participationem & manducationem sequendo ipsius institutionem & præceptum inhereamus. Veritas nãque & non figura iustificat. Valeant igitur vani figurarij cum sua obscuro & vmbrosi cœnula ceu compositiucula.

Ibidem ita scribitur: Oportet hæreses esse: Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt hæreticos non esse puniendos. Nam nõ sequitur, oportet peccata esse, quia ea fieri videmus, ergo peccatores nõ sunt puniendi. Non est igitur putandū quod Deus hæreticos approbet aut mittat, quos tantum permittit ad suorum probationem, vt hic docetur, Er Deut. 13. cap. Non vult etiam docere Apost. quod cogantur aliqui esse hæretici: Nam nemo nisi volens amplexatur hæresim relicta catholica ecclesia, sed admonet aliquos certo fore tales, quos Deus cuius præsentia non fallitur futuros esse præuidit, & etiam eosdem grauitè puniendos esse statuit omni tempore.



Prioris Corinthiorum decimoquarto cap. scribitur in hunc modum: Vos per linguam nisi manifestum sermonem dederitis: quomodo scitur id quod dicitur? Eratis enim in aëra loquentes. Item: Si nesciero virtutem vocis, ero ei cui loquar barbarus, & qui loquitur mihi barbarus. Item, si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est, orabo spiritu, orabo & mente. Item: ceterum si benedixeris spiritu, qui supplet locum idiorum: quomodo dicit amen super tuam benedictionem? quoniam quid dicas nescit. Item, malo in ecclesia quinque verba sensu meo loqui, vt & alios instruam: quam decem milia verborum in lingua. Quibus locis vt etiam aliis quae eodem capite continentur, abutuntur qui ex illis colligunt, in ecclesia omnia profusum esse faciendam vernaculo sermone, vt videlicet ab omnibus qui audiunt intelligi possint: Præterea etiam non esse in oratione ea dicenda quae non intelliguntur. Quotopere autem fallantur & hallucinantur facile intelligent & iudicabunt qui diligentius iterum Apostoli inspexerint. Nam non reprehendit nec condemnat, vel orationem vel aliud quippiam in ecclesia fieri in lingua quin potius probat & recipit ealem agendi modum. Hæc enim sunt eius verba: Qui loquitur lingua Deo loquitur & si non hominibus. Item, qui loquitur lingua semetipsum edificat. Item, volo vos omnes loqui linguis. Item, si orem lingua, spiritus meus orat. Item, orabo spiritu, psallam spiritu: Item, si tu benedixeris spiritu, tu bene gratias agis. Item, si aliquis habet psalmum, doctrinam, interpretationem, linguam, omnia ad edificationem fiant. Item: Itaque fratres, nolite prohibere loqui linguis. Ad non, cædo, hæc omnia sunt Apostoli verba? Quis non videt igitur eos manifestissimè Apostolo aduersari, qui damnant vel orationes, vel alia quae fiunt in lingua, id est sermone non ab omnibus intellecto in ecclesia? Tantum igitur abest quod Apostolus (cuius scripta instabiles deprauant) damnent linguam, id est quod sit sermone incognito in ecclesia, vt illud ipsum recipiat & commendat, & si præfert simpliciter & absolute prophetiam siue interpretationem propter ecclesiae edificationem. Toto igitur hoc capite præfert prophetiam vel interpretationem soli linguae, id est quando est sine interpretatione, quam eandem maxime commendat, vel etiam præfert cum prophetiam habet coniunctam, eo siquidem spectant hæc eius verba, orabo spiritu: orabo & mente: psallam spiritu, psallam & mente. Item, quærite, vt abundetis ad edificationem ecclesiae. Item volo vos omnes loqui linguis magis autem prophetare. Item maior est qui prophetat quam qui loquitur linguis, nisi forte interpretetur, vt ecclesia edificationem accipiat. Item, A Emulamini prophetare, & loqui linguis nolite prohibere. Huius ergo apud Apostolum disputationis, hæc est summa quod donum linguarum simplicitate dono prophetiae est minus, & si eodem ipso dono prophetiae cum interpretatione maius est. Vnde profectò dilucidum sit in ecclesia catholica germanum Apostoli sensum, intellectum & obseruatum fuisse, in qua coniunguntur lingua & prophetia, id est, eius quod in lingua dictum est interpretatio. Nam vbi quaedam sunt proposita in lingua, vel orando, vel cantando, vel aliud quippiam ministrando, cum à ministro subiungitur (aut debet seungi ex ecclesiae institutione & præcepto) eorumdem expositio per sermonem seu prædicationem, quae si semper à pastoribus facta fuisset, eo tempore quo fieri debet scilicet in medijs christianorum cultus diuini mysterijs, nemo vnquam conuictus fuisset. At vobis, quia abhominatio desolationis sedet in loco sancto. Sublato igitur abusu quem inuexit pastorum ignorans negligentia facile omnes intelligit nos sensum Pauli tenere & sequi. Sunt & aliae multae iustaque rationes propter quas linguam retinuit ecclesia. Aliæ enim quomodo conuenire possent christiani in suis cœtibus & concilijs celebrandis? Essent profectò sibi ipsi inuicem barbari, propter linguam etiam maior reuerentia rebus sacris adhibetur. Habenda namque fuit ratio iudis populi, qui sibi familiaria semper contemnit. Ad hæc oratio non ideo exauditur facilius quia intelligitur, sed quia fit cum fide, spe, charitate, humilitate, reuerentia & deuotione. Vide igitur hic fieri sermonem potissimum de oratione & de instructione populi varia: perpende etiã aliam fuisse ecclesiae faciem Pauli tempore, quam fuerit postea. Quare spiritus sanctus pro varietate temporum variè in ecclesia disponit.

Prioris Corinthiorum decimoquarto capite scribitur ad hunc modum: Prophetæ duo aut tres dicant & ceteri diiudicent. Item quod si alij reuelatum fuerit prior taceat. Potestis enim omnes per singulos prophetare, vt omnes discant & omnes exhortentur. Quibus locis abutuntur qui ex illis colligunt populam habere potestatem diiudicandi dogmata: Item etiam non debere rationem haberi ordinationis ecclesiae in verbis Dei ministroribus, sed passim quilibet esse audiendum. Nam alibi sæpius testatur Apostolus, non omnes esse Apostolos, pastores & doctores, sed ad suæ ecclesiae gubernationem quosdam Deum elegerit & misisse. Vt autem hic locus Apostoli intelligatur puro habendam esse rationem temporis quo scribebat talia, quo videlicet Deus spiritum suum miraculosè variè & copiosè in credentes mitebat ad confirmationem Euangelij recens plantati, quando nondum omnia fiebant tam certo ordine quo postea fieri docuit spiritus sanctus, qui omnia sapienter & suauiter in ecclesia, & docet & disponit pro ratione temporum. Hoc igitur loco monet Apostolus ordinem in ecclesia seruandum deuitata omni confusione etiam in reuelationibus quæ singulis & priuatis personis fiebant, in ecclesia recitandis & proponendis.

Prioris Corinthiorum 15. capite scribitur ad hunc modum: Gratia Dei sum id quod sum Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt omnia esse tribuenda gratiæ, & nihil prorsus homini: Nam non hoc vult docere Apostolus, sed bene gratiam Dei esse principium & conseruationem omnium bonorum nostrorum. Nos autem ipsi gratiæ Dei cooperari debere, & posse cum ea bene agere, & operari affirmat Apосто-

lus cum ita subiungit: & gratia in me vacua non fuit, sed abundantius eius illis omnibus laboraui, non ego autem, sed gratia Dei mecum.

Ex posteriori epistola beati Pauli ad Corinthios.

Posterioris Corinthiorum tertio capite scribitur ad hunc modum: Non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Quo loco abutuntur, qui prætextu amplificandæ gratiæ Dei excellens ipsius opus in hominis creatione tollere aut obcurare nituntur, hinc male colligentes hominè nihil profusum agere, aut etiam coagere posse sine Deo, ex quo ipsius sufficientia est. Oportet igitur notare Paulum dicere, non nos nihil posse simpliciter, sed quasi ex nobis, hoc autem dicit potissimum de conuersione hominum ad fidem, vbi oportet Deum primum & potissimè operari. Nam dicebat ita Christus: Nemo potest venire ad me, nisi pater meus qui est in cœlis traxerit eum.

Ibidem scribitur ad hunc modum: vbi spiritus domini ibi libertas. Quo loco abutuntur perniciosè nescio qui libertini & voluptuarij ventricola, qui ex eo & similibus male colligunt omnia christiani licere, nec eos vilo modo ad quælibet obseruanda præcepta astringi. Nam quando Apostoli loquuntur de libertate christianorum, non intelligunt perditam istam gastrulataram libidinem, sed libertatem spiritualem que est in hoc quod iam non subiungitur peccato, nisi velimus. Sumus enim in lege gratiæ & libertatis. audiendus est igitur Apostolus Galatis ita scribens: Videte fratres, ne libertatem Christi deis in occasione carnis.

Posterioris Corinth. 4. cap. scribitur ad hunc modum: Sæpe nos qui viuimus in mortem tradimur propter Iesum, vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali: Quo loco abutuntur impudenter qui ex eo colligunt felices esse hæreticos, quum propter suas hæreses, quas dicunt Dei esse verbum puniuntur. Nam Apostolus hoc loco agit de se & sui similibus veris, scilicet legitimis, & a deo missis verbis Dei ministris, quos mundus odit & persequitur semper, quia veritas odium parit, vt amar, sequitur & amplectatur falsos prophetas, qui adulantur & miscent aquam vino veritatis, consuetes puluillos sub omni cubito. hinc est quod cum iuste puniuntur hæretici, qui sunt decepti vocant illos martyres, illorum martyria scribunt, & venerandos eisdem posteritati relinquunt non minus, quam ecclesia veros Dei martyres. Argumento sunt illorum scripta, quibus eos valde commendat, vt etiam eorumdem imagines, quas apud se seruant, & etiam secum deferunt memoriz & honoris ergo. Verum hoc te non moueat, cum admoneamur sæpius non poenam, aut etiam patiendi voluntatem, ardorem & constantiam, vel potius in ipsis aperta obtinationem facere martyrem, sed causam, quam non possunt bonam & iustam habere, qui cõtra Dei ecclesiam militant, à qua sese segregarunt, quæ certissima est hæreticorum nota. Sunt enim filij subtraktionis in perditionem, & non fidei in acquisitionem. Notandum etiam quod diabolus qui Christi finiam agit, suos habet martyres, quos pro sua impietate & mendacio armat & excitat in sua factione, vt Christus habet veros martyres & veritatis constantis, promptisque testes in sua catholica ecclesia, que nunquam errat. A derendum igitur diligenter in religione omnia ferè externa dubia & incerta esse, quorum iudicium ad Deum solum, qui spiritum ponderator est, certo referre debemus.

Posterioris Corinthiorum quinto capite scribitur in hunc modum: Omnia ex Deo qui nos reconciliauit sibi per Christum: Quo loco abutuntur qui omnia semper ad Dei gratiam & Christi meritum referentes, nihil vnquam agere volunt detrectantes necessariam illà omni homini christiano ad Christum caput nostrum confortitatem. Nam cum scriptura esset Dei gratiam, & Christi meritum non negat imò semper requirit cooperationem nostram. Hoc enim docet etiam hoc loco assertissimè Apostolus cum ita ait: Pro Christo ergo legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos, obsecramus per Christo reconciliamini Deo. Item sequenti capite ita subiungitur: adiuuantes autem exhortamur ne in vacuum gratiam Dei recipiatis, &c. Nihil igitur nobis proderunt Dei gratia & Christi meritum, nisi ipsimet operemur & sanctè viuamus. Est enim misericordia Dei à progenie in progenies timentibus eum: non autem iis qui secundum carnem viuunt, & abutuntur tam Dei gratia, quam Christi merito: propter quem abusum grauissimè punientur.

Posterioris Corinthiorum nono capite scribitur ad hunc modum: Hilarem datorem diligit Deus: Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt neminem esse cogendum ad vota seruanda, aut ad quippiam boni faciendum. Nam illic Apostolus ex instituto loquitur de prompta & alacri illa voluntate, qua debent christiani succurrere fratribus, id est christianorum miseris. Quod autem spectat ad vota, certum est ea esse voluntaria debere & non coacta. Nemo enim inuentus est catholicus qui affirmarit aliquem esse cogendum vt voueat, & si cum scriptura omnes defendunt votorum per solutionem esse necessariam, & ad eam eos qui vouerunt liberè, esse cogendos. Vt enim vouere est voluntatis & libertatis, ita reddere votum, est necessitatis.

Ex epistola beati Pauli ad Galatas.

Galatarum primo cap. scribitur ad hunc modum: Sed licet nos aut angelus de cœlo euangelizet vobis præterquam quod euangelizauimus vobis anathema sit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico, Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis anathema sit. Quo loco ignoranter & perniciosè abutuntur qui ex eo colligunt, nihil prorsus in religione christiana recipiendum esse & obseruandum, præter id quod scriptum est. Nam, primum, quanto in errore versentur, & quanta ignoratione dicantur quicunque ita colligunt hinc sit dilucidum, quod Apostolus hoc loco nõ loquitur de scriptura, sed de stabilita religione christiana, quam Apostoli & prædi-

catione, & traditionibus eorum ceremoniis, ut sepe scriptura testatur stabilierunt & fundarunt: non siquidem ait, præter id quod scriptum est, sed euangelizauimus. Ad hæc, non id omne damnat quod postea est in religione christiana adiectum. Nā multa sunt scripturæ sacræ volumina, quæ sunt postea scripta, & in ecclesia vt verè canonica sunt recepta: sed admonet nihil omnino esse à populo in religione recipiendū cōtra id quod à superioribus ecclesiasticis ipsi traditum est. Ideo enim scripserunt Apostoli & alij christiani pastores, non quidem vt ecclesiam & christianam religionem fundarent scriptis quæ diu factis absque vlla scriptura stabili & plantata fuit prædicatione & traditionibus eorum ceremoniis: sed vt darent in scriptis suis regulam fidei & religionis, cui non quicquid adderetur reuiceretur, sed omnia contraria tanquam impia, & mendacis plena reprobarentur. Non ergo est reiiciendum quicquid non est expressum in scriptura sacra, sed id omne quod scripturæ sacræ, (quæ est fidei regula certa,) aduersatur damnandum est & reprobandum. Hoc vult Paulus hoc loco. Vnde clarum fit quàm aperte damnet omnes nouas doctrinas quæ planè aduersantur fidei & religioni christianæ omni tempore, vbi que & ab omnibus receptæ. Hic igitur locus planè hæreticos, & eorum dogmata exotica damnat & euerit, non autem religionem catholicam & ipsius consuetam professionem etiam scriptura non expressam, sed magis eam confirmat: quum videlicet nihil dum Galatis scripto tradidisset.

Galatarum secundo capite scribitur in hunc modum: Cum autem venisset Cephas Antiochiam in faciem ei resitit, quia reprehensibilis erat, &c. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt, tum Petrum non fuisse Apostolorum principem, tum etiam in ecclesia Petri non perpetuam fore veritatem. Nam peccatum illud beati Petri (si quod peccatum fuit) fuit inconsiderationis humanæ, sicut etiam Christi negatio, infirmitatis. Non negamus autem quin beatus Petrus & etiam reliqui eius successores Christi in catholica eius ecclesia vicarij peccare aut errare in factis potuerint & possint: pernegamus verò ipsos cum ecclesia per spiritum sanctum congregatos in iis quæ sunt fidei aut morum, id est rerum ad salutem necessitatum decretis ferendis errasse vnquam, aut etiam errare posse. Nam ipsis semper assisit spiritus sanctus ecclesiæ perpetuus director. Quod etiam Paulus beatum Petrum redarguit, hoc non impedit quin beatus Petrus superior Paulo in iurisdictione extiterit, cum videlicet in iis quæ sunt facti proprii possit superior ab inferiori admoneri, & correptione fratricina reprehendi. Notandum autem diligenter beatum Paulum ascendisse Ierosolymam, vt cum alijs Apostolis conferret, ne videlicet (vs ipse ait) in vanum curreret aut ecurrisset. Animaduersione etiam dignū est quod ait his verbis: Cum cognouissent gratiam quæ data est mihi, Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnæ esse, dexteræ dederunt mihi & Barnabæ societas, vt nos in gentes, ipsi autem in circuncisionem tantum vt pauperum memores essemus admonendo. In ordinata igitur Christi ecclesia conuincamur, & admittamus vnum omnium primum qui habet in ea regenda plenitudinē potestatis cum sit Petri successor, in eius sede collocatus Christi Iesu vicarius existens.

Galatarum quinto capite scribitur ad hunc modum: Caro concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur, vt non quæcunque vultis illa faciatis. Quo loco ignoranter & perniciosè abutuntur qui ex eo colligunt christianos non posse non peccare etiam in bono opere. Nam ei qui diligentiuscule Apostoli literam inspicere voluerit apparebit statim omnino contrarium illis esse Apostolum, qui tantum abest quoddam hominem christianum non posse non peccare affirmare velit, vt ibidem doceat eum peccare non debere cum videlicet non sit sub lege, sed sub gratia. Quare obligatur sub pœna condemnationis æternæ sanctè viuere, spiritu facta carnis mortificando. Hoc aperte docet Apostolus noster Romanorum octauo capite his verbis christianos alloquens: Si secundum carnem vixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis uiuetis. Hoc etiam loco ita ait, dico autem in Christo: spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Possunt igitur christiani & debent vitare omne peccatum & sanctè viuere, quia adiuuantur gratia Dei, quam nec habebat nec conferebat lex Moysis, quare in ea dominabatur peccatum, quod in lege Euangelica per gratiam expellitur & vincitur.

Ibidem ita scribitur: Si spiritu ducimini non estis sub lege: quo loco ignoranter abutuntur qui ex eo colligunt hominem christianum in ea esse libertate quæ omnis prioris legis & præcepti cuiuslibet iugum excutiat: quare nullā superioribus obedientiam præstant. Quotopere autem fallantur indicat aperte scriptura quæ passim docet christianorum libertatem non esse nullis eos teneri legibus, aut earum transgressionem ipsis non imputari, sed posse non peccare. Idem namque dicit hoc loco his verbis: Si spiritu ducimini non estis sub lege: quod dixit Romanis hoc modo, non dominabitur in vobis peccatum, quoniam non estis sub lege, sed sub gratia. Sic enim induci debet hic textus: Spiritu ambulate & desideria carnis non perficietis, caro enim concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem, hæc enim sibi inuicem aduersantur: vt non quæcunque vultis illa faciatis. Tum addit: quod si spiritu ducimini non estis sub lege: id est iustificati per gratiam Dei & meritum Christi potestis resistere peccato & carnem debellare, quod facere non poterant qui sub lege, quæ neminem ad perfectum adducit debebant. Idem docet Apost. Rom. 7. his verbis vbi locutus est de pugna carnis & spiritus: Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei per Iesum Christum. Vide huius textus deductionem.

Galatarum sexto capite scribitur in hunc modum: Si quis se existimat aliquid esse cum nihil sit, ipse se seducit. Quem locum perperam exponunt, qui ex ipso effici volunt nullum esse meritum, nec gloriam

vllam actionum hominum christianorum. Nam hoc loco Apostolus non vult docere opera bona christianorum carere laude & mercede, qui statim subiungit: ita opus suū probet vniuersique: & sic in semetipso tantum gloriam habebit, & nō in altero: Vniuersique enim omnes iusti portabunt, sed vult docere neminem quantumcumque perfectus sit debere inani gloria duci, sed omnia Deo accepta semper vt referre, qui eos priuat bonorum operum merito, qui eosdem sibi, ut tribuunt gloriam. Sic etiam debet intelligi illud Lucæ: Cum feceritis omnia, dicitur serui inuiles sumus: Item illud Pauli, Quid habes quod non acciperis? Si autem accepisti, quare gloriaris quasi non acciperis?

Ex epistola Apostoli Pauli ad Ephesios.

Ephesiorum cap. 2. scribitur ad hunc modum: Gratia estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est: non ex operibus, vt ne quis gloriatur. Quo loco perniciosè abutuntur qui ex eo colligunt opera nihil facere ad salutem, atque etiam hominem nihil cooperari vt salutem consequatur. Nam nec etiam fides in nobis esse potest, nisi credere velimus, alioqui enim frustra prædicaretur verbum Dei, & toties moneremur de fide suscipienda, si nihil profusus nostrum esset. Scit igitur Apostolum hoc loco nec nostram cooperationem, nec bonorum operum meritum & mercedem negare, sed docere primam christianorum iustificationem, quæ ex impus efficimur pij solius esse gratiæ Dei, qui nobis suo beneplacito solo dedit filium suum Christum redemptorem & mediatoris nostrum, cuius meritum nobis applicatur per fidem & sacramentum baptismi, in quo mundamur & iustificamur gratis, ipsique Christo incorporamur, efficiunturque eius corporis membra, ea tamen conditione, vt postea iustitiam nobis gratuito collatam conferuamus & bonis operibus augetur, & magis ac magis iustificemur. Hoc est quod hoc loco docet Apostolus cū ita ait: Ipsus enim sumus factura creati, in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus.

Ephes. 3. cap. scribitur in hunc modum: In Christo Iesu habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem eius. Quo loco perperam abutuntur, qui ex eo colligunt non esse orandos sanctos, vt pro nobis apud Deum intercedant. Nam Christi mediatio vniuersalis non impedit sanctorum tam in terra quam in celo existentium intercessionem, quin potius oportet eos apud Deum pro nobis intercedere. aliter enim quomodo Christo conformes essent, qui semper interpellat pro nobis sedens ad dexteram patris? In hoc autem nihil Christo derogatur, sine quo nullam esse aliorum orationem & intercessionem liberè constitimur. Ideo enim quod sunt nos iuauer, quia Christi sumus membra & fideles serui: Tales siquidem solos exaudit Deus.

Ephesiorum 5. cap. scribitur in hunc modum: Implemini spiritu sancto loquentes vobismetipsis in psalmis, hymnis & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris domino, &c. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt reiiciendos quæ vocales ecclesiæ cātus, quia videlicet dixit, in cordibus: sicut etiam qui inde concludunt ditinos illos Dauidis psalmos ab omnibus, & vbi que decantari debere. Nam, primum, decantare in cordibus domino non impedit, quin voce quoque decantetur: imò vnum sine altero vix perfectum censetur, & etiam edocemur historis tam canonicis quam alijs, apostolos alta voce laudes domino decantasse. Quod autem ad psalmos attinet, non sequitur psalmos cantare debemus, ergo Dauidicos: Nam sunt alij multi, qui quia non tanta ditinitate sunt pleni, possunt communiter vsurpari, non autem Dauidici, qui à Deo per Dauidem ita sunt traditi & instituti, vt in loco sacro, & ab ordinatis ministris in orationibus publicis decantarentur, vt clarè testatur sacra scriptura. A hæc qui eos passim vsurpant sceleratim illos deprauant, & in ipsi Deum blasphemant, impudicis canticulis eos immittendo, & in sensu alio quam incēdit spiritus sanctus accipiendo, cum pro aliqua secula contra veram ecclesiam eosdem decantant, pro qua sunt editi. Cædo etiam si psalmi & vbi que, etiam animi causa psalmos decantent, quid maius Deo decantatis & affertis, cum ex eius ordinatione ad templum orationis ergo accesseris? Nā nemo negabit hic nescio quid manus & diuinus quam illic conuenire & requiri. Sed veror, nec illic carnalem voluptatem queramus, vbi spiritualis proposita est lætitia. Extra ecclesiam igitur spirituales cantilenas animi causa decantemus: dauidis autem psalmos grauissimos orationibus publicis referuamus, nunquam omnino interim voluptuarias, libidinosas, & quoquo pacto carnales atque impudicas cantiones proferendo. Hoc enim dissolutorum infidelium & non castorum christianorum est.

Ibidem scribitur ad hunc modum: Relinquet homo patrem & matrem suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est: Ego autem dico in Christo & in ecclesia, Quo loco maliciosè abutuntur qui negant inde effici quoddam sacramentum sit sacramentum, quia videlicet in textu Græco est dictio idem significans quoddam secretum. Nam, ad non & reliqua sacramenta sunt secreta & mysteria? Sunt equidem, quia sunt signa gratiæ inuisibiles, quam continent & conferunt. Matrimonium autem signum est indiuicæ coniunctionis, quæ est inter Christum & ecclesiam: quare Apostolus ait illud esse magnum in Christo & ecclesia, id est in re significata per matrimonium, quæ est coniunctio Christi & ecclesiæ, quæ vt inseparabilis est, ita separari nunquam debent vir & vxor legitime coniugati: iuxta illud Euangelij quo ita dicitur: quod Deus coniunxit homo non separer. Malè igitur nonnulli hæc rempescere eos separant, non solum quoad thorum, sed etiam quoad vinculum vt vulgò dicitur, & à theologis distinguitur.

Ephes. 6. c. ita scribitur: Assumite gladium spiritus, quod est verbum Dei, &c. Quo loco non intellecto abutuntur qui ex eo concludunt hæreticos nō esse occidendos aut corporaliter puniendos, sed tantum disputatione deuincendos. Nā etsi sunt prius admonendi, & verbo Dei, orationibus,

omnique alia christianae modestiae via, tentandum est eos reducere, tamen si noluerint verbo Dei credere, & sese submittere, sunt poenis corporalibus coercendi, ut ceteri timorem habeant, & ut etiam iniuria Deo per contemptum eius religionis facta vindicetur. Hoc ita fieri praecipit Deus, ut videtur est Deuteronom. decimotertio & decimo, septimo, saepiusque alibi. Hoc etiam fecit Apostolus, qui illos tradidit fatanae corporaliter cruciandos, ut scribitur prioris ad Timotheum 1. cap. doctrina igitur & orationibus prius tentent pastores ecclesiae deutos haereticos reducere, quos incorrigibiles postea gladio materiali resercent mundi principes. Sunt enim Dei vindices in iram, & obligantur fidem atque religionem christianam a praelatis ecclesiae tradita seruari ipsi, & ne ab impiis & superbis violetur pro sua virili eandem tutari & defendere.

*Ex epistola ad Philippenses.*

Philip. 2. cap. scribitur ad hunc modum: Deus est qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona sua voluntate. Quo loco perperam exposito ignoranter abutuntur, qui ex eo colligunt nihil esse homini tribuendum, sed Deum ita omnia in homine operari, ut sit causa omnium, non tantum bonorum, sed etiam malorum. Nam & si Deus operatur velle & perficere in nobis, non tamen totaliter & solus, sed ipsi nos cooperamur: quare & Dei cooperarios nos vocat Apostolus. Quia autem sine Dei adiutorio bonum nec velle, nec operari possumus, idcirco ita ait Apostolus hoc loco: cum metu & tremore vestram salutem operamini: Deus est enim qui operatur in vobis & velle & perficere: q. d. semper indigetis Dei auxilio, quare semper illum timere & invocare.

Philip. 3. cap. ita scribitur: Nostra conuersario in caelis est: Vnde etiam saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostrae configuratum corpori claritatis suae secundum operationem virtutis suae. Quo loco abutuntur & qui ex eo colligunt corpus Christi ante iudicium non esse alibi quam in caelo, & etiam qui dicunt idem corpus Christi non esse posse simul in multis locis, quia videlicet corpora nostra quae non erunt simul in multis locis, conformia erunt corpori Christi. Sed errant toto caelo, nihil aliud aliquid malus cogitantes de corpore Christi personaliter & inseparabiliter vnito diuinitati, quam de nostris. Longe autem aliud est cogitandum. nam & si corpus Christi non est vbique, quod solius est diuinitatis, potest tamen esse multis in locis per privilegium propter dignitatem vnionis eius diuinitate. Quare, & si manebit in caelo visibilis Christus vsque ad iudicium, tamen credendum est eundem etiam inuisibile esse realiter & personaliter in hostia sacra, ut per eius sub signis participationem diuinitati propter vitam habendam coniungamur. Vtrique enim testatur aperte scriptura sacra. Illi igitur si credimus cum affirmat corpus Christi esse in caelo, eisdem quoque credamus illud idem ipsum corpus Christi in hostia sacra esse dicenti.

*Ex epistola beati Pauli ad Colossenses.*

Colossensium primo capite scribitur ad hunc modum. Christus est caput corporis ecclesiae. Quo loco perperam intellectu abutuntur qui ex eo colligunt, nec Petrum, nec papam eius successorem debere dici caput ecclesiae. Nam cum ministeriale & vicarium caput ad tempus in ecclesia Christi ministrum primum dicimus, nihil detrahimus Christo vero & perpetuo eius capiti, sed sequendo Dei institutionem ipsum agnoscimus in suo vicario & ministro, sicut regem agnoscere consueuimus in eo qui eius vices gerit. Nota autem quod summus bonus & sapiens Deus, voluit semper sua dona spiritualia in hac terra hominibus corporatis per ministros corporatos, & in rebus corporatis & sensibilibus communicari. Quum igitur in ecclesia hac militantis Deus & redemptor noster Christus, non ministrat in persona propria visibilis ea quae sunt hominibus ad salutem necessaria, oportet illum habere vicarios qui cum hominibus visibiliter & familiariter versentur. Illi autem cum a Christo tanta autoritate sint donati, ut de illis dixerit ipse, Qui vos recipit, me recipit, qui vos audit, me audit: Item, qui vos spernit me spernit. Item, sicut misit me pater, ita ego mitto vos: Item, quaecumque ligaueritis super terram, erunt ligata & in caelis, & quaecumque solueritis soluta: quis dubitabit ab illis (taquam vicariis Dei) pendere debere christianos, ipsisque ab omnibus obedientiam praestari debere? adde quod Christus hinc discedens ter dixit beato Petro: Amas me? pascite oves meas. Primum autem illum constituisse in sua ecclesia ministrum dominum Christum indicant haec eius verba: amas me plus his? pascite oves meas. Item: Rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua. Item: Tu es Petrus, & super hanc petram ego aedificabo ecclesiam meam. Si igitur caput ecclesiae militantis vicarium fuit beatus Petrus, quare non eius successor?

Colossensium secundo capite ita scribitur: Videte ne quis vos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam secundum traditionem hominum. Quo loco non citra calumniam, & non sine perniciose ignorantia abutuntur, qui ex eo colligunt omnia prorsus hominum praecipua esse contemnenda. Nam hoc loco Apostolus manifeste loquitur de naturalibus philosophorum rationibus, & humanis traditionibus: per quas homines reuocabantur ne crederent Christum qui fuerat crucifixus Deum esse, & in eo fundandam esse omnibus hominibus salutis suae ancoram. Hoc autem esse Apostoli propositum indicant sequentia eius verba quae sunt eiusmodi: secundum elementa & non secundum Christum. Quod enim Apostolus non damnet humanas eas traditiones, quae non comparantur a Christo, sed inuati fidei eius professionem, indicant ea quae de illis scripsit in posteriori ad Thessalonicenses capite secundo & tertio: ut etiam ea quae de ipsis scripta sunt Actuum Apostolicorum capite 15. & 16. Cauet igitur sibi verus christianus a superstitionibus & figuratiuis Iudaeorum observationibus, & a philosophorum rationibus naturalibus, quibus fidem Christi sem-

per oppugnantur animales homines: sequatur autem & obseruet puras traditiones, & verbo Dei consentientes constitutiones, quas spirituales viri, ecclesiae catholicae pastores posuerunt, & sic Pauli praecipuum adimplebit.

Ibidem scribitur in hunc modum: Nemo vos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniae, aut sabbatorum, quae sunt umbra futurorum, corpus autem Christi. Quo loco ignoranter abutuntur qui ex eo colligunt, nec ciborum delectum, nec dierum obseruationem debere facere christianos. Nam hoc loco Apostolus tantum reprehendit superstitiones Iudaicas, & vanas philosophorum rationes, non autem puram religionis christianae obseruantiam. Scimus enim natura nullum esse ciborum, dierum, aut etiam locorum, propter conscientiam discrimen. In illis tamen rebus omnibus delectum facimus propter mysterium, non quidem Iudaicum aut philosophicum ceu vanum & superstitiosum, sed christianum. Nam nos non laet explosas esse Iudaicas figuras & obseruantias, ut etiam nos scire oportet in christianismo esse quoque suam & puram professionem externam, quam in Ecclesia per spiritum sanctum praescriptam omnes tenere & obseruare debent, ni peccare velint, & a Christo condemnari.

Ibidem scribitur ad hunc modum: Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi, quid adhuc tanquam viuentes in mundo decernitis? ne tetigeritis, neque gustaueritis, neque contractaueritis, &c. Quo loco perniciosè abutuntur, qui ventri patrocinantes, nullum prorsus admittunt ciborum delectum in ecclesia Christi. Nam est manifestissimum quod hoc loco Apostolus loquitur tantum de abstinentia ciborum Iudaeis prohibitorum quae per mortem Christi explosa est hominibus per ipsius passionem in libertatem vindicatis. Male igitur & ignoranter gasterolatrae, haeretici haec & similia exponunt de abstinentia certorum ciborum certis diebus a christianis faciendam, quam propter iustissimas causas instituit & praecipit ecclesia, cui qui non obediunt Deum patrem & Christum saluatorem habere non possunt. Ut igitur explosas Iudaeorum inutiles obseruationes fugere debent christiani, ita ecclesiae quilibet decreta quae propter fidei conseruationem & religionis puram professionem sunt inhiuata custodire tenentur, etiam ex conscientia. Exotica igitur hic damnantur decreta & praecipua, ut erant Iudaica, & vana tam philosophorum quam haereticorum instituta, non autem ecclesiasticae traditiones & consuetudines verbo Dei consentientes, rectaque ratione nixae. Hunc autem esse Apostoli Germanum intellectum indicant haec illius verba: Nemo vos seducat volens in humilitate & religione angelorum, quae non vidit ambulans frustra sensu carnis suae, & non tenens caput, ex quo totum corpus per nexum & coniunctiones subministratum & constructum crescit in augmentum Dei. Qui sunt autem illi qui talia inuehunt & exercent nisi haeretici, seditiosi, qui exierunt a nobis contemnentes ecclesiae superiores, per quorum hierarchicam constitutionem totum militantis ecclesiae corpus constituitur & conseruatur? Habet igitur ecclesia decernendi potestatem, eiusque decreta & traditiones quicumque contemnunt non homines, sed Deum ipsum spernunt, qui nunquam abest a sua ecclesia.

Colossensium tertio capite ita scribitur: Quae sursum sunt querite, ubi Christus sedens est in dextera Dei patris sedens: quae sursum sunt sapite, non quae super terram. Quo loco abutuntur perniciosè, qui ex eo effici volunt corpus Christi non esse realiter & substantialiter in hostia sacra. Nam hoc loco loquitur Apostolus de morum institutione, scilicet de deponendo veteri homine cum actibus suis, & de induendo nouo qui renouatur in agnitionem Dei secundum imaginem eius qui creauit eum, non autem vilo pacto sermo est hic institutus de altaris sacramento. Verum hic nota haereticorum astutiam & calliditatem in addendo aut etiam detrahendo scripturae sacrae. Haec enim scriptura affirmat quidem Christum esse in caelo in Dei patris dextera sedentem, quod & nos qui scripturam recipimus, & ex oculis credimus & praedicamus: at praeter scripturam addunt haeretici ita dicendo: Si est in caelo, ergo non est in hostia sacra in terra: hoc igitur additamentum haeticum nos negamus, quia videlicet hoc non ait scriptura, sed potius contrarium affirmat clare docendo eundem Christum qui est in caelo visibilis esse inuisibilem in hostia sacra, ut iam saepius protulimus & probauimus. Integram igitur scripturam sacram sine additione aut detractioe vlla admittentes Christum totum in caelo esse, & totum in terra sub signis sacramentalibus, & si modus est longe varius & differens credimus & confitemur. Si enim credimus scripturae dicenti ita: Christus est in dextera Dei in caelis, quare non credemus eidem affirmanti, hoc est corpus meum? Caro mea verè est cibi? Qui manducat me viuet propter me? Panis quem frangimus participatio corporis Domini est? Qui manducat indigne iudicium sibi manducat non diiudicans corpus Domini: & ita de similibus locis Christum realiter & personaliter esse in sacra hostia affirmantibus?

*Ex prioris epistola beati Pauli ad Thessalonicenses.*

Prioris ad Thessalonicenses secundo capite scribitur in hunc modum: Memores facti estis fratres laboris nostri & fatigationis, nocte & die operantes, ne quem vestrum grauaremus, praedicauimus in vobis Euangelium Dei: Quo loco malitiosè abutuntur qui ex illo colligunt oportere omnes ecclesiasticos ministros propriis manibus laborando victum sibi comparare, nec vllas diuitias possidere eos oportere. Nam beatus Apostolus hoc non praecipit, sed refert se operatum manibus propriis ut eos magis alliceret ad Euangelium, quibus praedicabat, non quia non debent illi victui & itari necessaria vel etiam conuenientia omnia, sed ut in hoc gloriaretur, quod si-

de sumptu illis Euangelium proposuerat. Aliud autem est longe de apostolis & de nobis iudicium. Nam illi nec libris, nec librorum evolutione indigebant ad prædicandum, qui diuinitas per spiritum edocebantur. Verum ut malum ipsum attingamus & detegamus (spe correctionis & non animo detractiois aut delationis) hinc fundi nostri calamitas, quod negligentia, ignorantia, dissolutio & abusus ecclesiasticorum dedit occasionem avaris laicis, ut tentarent Ecclesiam quocumque modo iustis & necessariis diuitiis priuare: quod quam sit perniciosum sentiebat aliquando, sed forsitan nimium sero. Quanta autem cum, cum abundantia, tum diligentia debeant christiani ecclesiasticis ministris subuenire docet Apostolus infra cap. 3. his verbis: Rogamus autem vos fratres ut noueritis eos qui laborant inter vos, & præstant vobis in Domino, & mouent vos: ut habeatis illos abundantius in charitate propter opus eorum: & habete pacem cum eis.

Idem docet prioris ad Timotheum quinto capite his verbis: Qui bene præstant presbyteri duplici honore digni habeantur, &c. Item 1. Corinth. 9. Et posterioris Theſſa. 3. cap.

Prioris Theſſalonicensium capite quarto scribitur ad hunc modum: Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus, ut non contristemini, &c. Quo loco abutuntur ignoranter qui ex eo colligunt vel mortuos non esse lugendos, vel de ipsis iuandis orationibus, elemosinis, oblatione corporis Christi, vel aliis consuetis modis nullam curam christianis subesse debere. Hac enim in persuasionem quantum errent facile docet passim scriptura sacra, cum eos commendat, qui mortuos luxerunt, cum honore sepeliebant, & etiam pro ipsis Deum rogant, & eidem sacrificium obtulerunt. reprehendit igitur hoc loco apostolus gentilem luctum, qui erat sine spe resurrectionis mortuorum, non autem piam, qui ex naturali pietate & animo christiano iuandi eosdem proficitur. hoc docent eius verba quæ sunt eiusmodi: Nolite contristari sicut gentes quæ spem non habent, &c.

Prioris ad Theſſalonicenses quinto capite scribitur in hunc modum: Sine intermissione orate. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt recitandas esse illas orationes quæ sunt certis horis, & certo numero. Nam primum, refert scriptura quomodo semper ita obseruatum fuit, etiam in veteri lege, ut certis & præfixis horis certæ & determinatæ præcationes fierent. Non siquidem indifferenter omnes Psalmi omnibus diebus & horis citra discrimen cantabantur, sed vt constitutum erat: adde quod apostoli ascendebat ad templum ad horam orationis nouam. Act. 4. c. Et si igitur semper Deum orare debemus, nec etiam quidem id digne præstare possumus: tamen sine intermissione orare dicimur, cum omnia nostra ad Dei gloriam referendo cum orandi seruamus modum, qui nobis ab ecclesia summa cum sapientia & prudentia (nam tam diuinorum quam humanorum in ordinanda ecclesiastica politica & christiana professione videtur habita fuisse ratio à prudentissimis & optimis maioribus nostris) est constitutus. Hunc autem ordinem & modum maxime teneatur obseruare ecclesiastici qui sunt mediatores inter Deum & populum, qui & si debent semper pro populo orare, tamen habita fuit imbecillitatis humanæ ratio cum breuiarium, quod est redactio continuatum & sine intermissione faciendarum pro populo ad Deum orationum ad breue quoddam compendium ipsi prælegendum sub pœna grauis peccati propositum & præceptum fuit.

Ibidem ita scribitur: Abstinetes ab omni specie mala. Quo loco ignoranter nimium abutuntur qui ex eo colligunt multa quæ in ecclesia sunt in professione fidei & religionis christianæ esse abradenda & eicienda, quia videlicet habent speciem mali. Nam lubens ipsos rogare vnde & quomodo illa habeant speciem malitiam piis & doctis qui talia cum deuotione celebrarunt & frequentarunt fidei & religionis christianæ pia exercitia nunquam agnita & deprehensa fuit in illis vlla species mali. Longe igitur tutius & melius est sequi pios doctos, & à Deo probatos antiquos in fide & religione exercenda, quam impuros, ignaros, violentos & obstinatos a se quoque nostræ tempestatis factiosos, qui nullum prorsus certum aut etiam probabile suæ persuasionis vanæ fundamentum proferre valent.

Ex posteriori epistola beati Pauli ad Theſſalonicenses.

Posterioris Theſſalonicensium secundo capite scribitur ad hunc modum: mysterium iam operatur iniquitatis, tantum vt qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat. Quo loco ignoranter & perniciosè abutuntur qui ex eo colligunt cathedram Romani, pontificis esse sedem Antichristi. Nam quomodo cathedram Romanam, in qua Pauli tempore sedebat beatus Petrus Christi vicarius, vocasset apostolus sedem Antichristi? Sensus igitur longe alio imo plane contrario, hæc Pauli verba sunt accipienda: vt videlicet intelligantur de factione aduersaturæ potestati Romani pontificis, cuius factionis caput Antichristus in fine mundi cum omnia erunt corrupta exurget & extollet se supra id omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus. In fine mundi enim ante iudicium generale fiet discelsio, factiosos non agnoscentibus vicarium Christi primum ecclesiæ ministrum, & etiam corruptis hominibus præzientes aureis habentibus coaceruantibus sibi magistros qui placentia loquuntur, quorum prædicationis ipsi erunt norma & regula. At autem apostolus, quod filius perditionis iam suo tempore operabatur mysterium iniquitatis, quia vt Christus habuit suos prophetas & præcursores, ita suos habuit, & adhuc habet Antichristus, qui eius iniquitatis mysterium ceu secretum operantur homines in fide & moribus corrumpendo, vt tandem aperta corruptella & dissolutio inualecente reueletur homo peccati, filius perditionis, qui tantum abest quod sit pontifex Romanus Christi in Ecclesia militante vicarius, quod non reuelabitur & renouabit ille iniquus nisi eo expulso, & iugi missæ sacrificio sublato. Hoc consideratione mihi videtur & attentione dignum: At quem neminem

cogere possumus, exhortamur & consulimus, vt quisque sibi caueat, quia tempora sunt mala, sed peiora futura. Omnia namque pessima ibunt sedente in loco sancto abhominacione desolationis.

Ex prioris epistola beati Pauli ad Timotheum.

Prioris ad Timotheum capite primo scribitur ad hunc modum: Ista lex non est posita: Quo loco ignoranter & perniciosè abutuntur qui ex eo colligunt omnia prorsus præcepta esse tollenda temporibus legibus Euangelicis: quare ridet & blasphemant, quæ à superioribus ecclesiæ constituntur. Quanto autem in errore versentur docet passim scriptura Euangelica, quæ sæpius præceptorum mentionem facit, imo ipsemet Apostolus. 1. Corinth. 9. c. de seipso ita locutus est: Factus sum is qui sine lege erat tanquam sine lege essem (cum sine lege Dei non essem, sed in lege essem Christi) vt eos qui sine lege erant lucrificarem. Sensus igitur huius loci est quod iusto non est lex posita, id est lex Moysis non est data propter eos qui sunt per Christum iustificati, sed propter eos qui timore pœnæ, & non virtutis amore à peccando abstinere christiani autem habent etiam suam legem, quæ est lex Christi, & lex charitatis, quæ est finis præcepti, vt proficiatur de corde puro, conscientia bona & fide non ficta. Anore igitur & charitate, bona agunt christiani veri: timore autem Iudei: christianos namque non coeret lex, & si dirigit.

Ibidem ita scribitur: Solum Deo honor & gloria. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt nulli alij quam Deo gloriam vltimam dari oportere. Nam Apostolus illis verbis ad vnus Dei cultum nos reuocans, contra impiam gentium de pluralitate deorum persuasionem, docet summam illam gloriam quæ est propter diuinitatis recognitionem, vni soli Deo tribuendam, non autem interim negat sanctos sua gloria dignos, qui Romanorum secundo capite ita scripsit: omni operanti bonum gloria & honor. Gloria igitur Dei, soli Deo tribuatur: gloria autem sanctorum & studiosorum hominum illidem tribuenda est ex Dei iusta ordinatione.

Prioris ad Timotheum secundo capite scribitur ad hunc modum: Vnus est Deus, vnus & Mediator Dei & hominum vnus Christus Iesus. Quo loco perperam intellectu abutuntur manifeste, qui ex eo effici volunt sanctos qui sunt in caelis beati non intercedere pro nobis, nec eos à nobis orandos esse. Nam litera aperte docet Apostolum non loqui de intercessionem, id est de oratione, sed de redemptione, qua Christus sese medium posuit inter Deum & peccata nostra, ne videlicet ita Dei in nos propter scelera nostra deriuaretur. Talis est enim littera. Qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus nobis. Solum igitur Christus Iesus est Mediator Dei & hominum sine quo videlicet nulla creatura accessum haberet ad Deum: is autem verus & quidem solus est Mediator Dei & hominum, qui solus cum veraque parte verè communicat, verus Deus, scilicet, & verus homo: vnde factum est quod facile omnia pacificauit in caelis & in terris. Exaltatus igitur in cruce medium parietem dissoluit, inimicitias ferens in corpore suo, in quo attritus est propter delicta nostram in quo etiam nunc sedens ad dextram patris in caelo (quæ vera sancta in qua per proprium sanguinem intravit) semper viuat ad interpellandum pro nobis aduocatus & Mediator noster: vt etiam per illud idem corpus gloriosum & spirituale, quale resurrexit, sub speciebus corruptibilibus in sacramento acceptæ & manducatum secundum ipsius præceptum & institutionem coniungimur diuinitati, vt ab ea vita habeamus nostro primo existendi & viuendi principio coniuncti sicut Ioan. 6. c. idem ipse docuit his verbis: Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem: ita qui manducat me ipse viuat propter me. Non est igitur nobis ordinatum medium quo ad Deum accedamus nisi per Christum, qui dicitur solus Dei & hominum esse Mediator dicitur. Hunc igitur locum de oratione intelligere & exponere longe est ab Apostoli scopo aberrare: Res enim multo grauior agitur. Hæc considerabit qui vult. Sed hoc me exornat quod bona ex parte tacentibus tam pastoribus quam doctoribus nescio qui humanarum tantum scientiarum periti vel etiam earum de seipsum ignari, scripturam sacram messem alienam cum suo & alio periculo demerere, vel verius obcurare & confundere non verentur.

Ibidem ita scribitur: Volo viros orare in omni loco, leuantes puras manus sine ira & discieptione, Quo loco male intellectu abutuntur qui ex eo colligunt templa non debere tam sumptuosè edificari, sed pecunias quæ ita insuntur pauperibus erogandas esse: Nam hoc loco non est scriptum apostoli de templis faciendis aut non faciendis agere, sed docere omnes homines cuiuscumque sint conditionis, nationis & sexus, iam accessum habere ad Deum, & ab eo exaudiri per Mediatorem Dei & hominum, hominem Christum Iesum modo in ipsum credentes sancte viuere eius mandata adimplendo & spiritu facta carnis mortificando. Hæc enim sunt intelligenda per puras manus quæ eleuantur sine ira & discieptione. Sententia autem hæc, in omni loco, hic forsitan quadam scripturæ phrasi potest aut etiam debet ita intelligi, id est non tantum apud Iudeos in templo Salomonis, vt fiebat ante aduentum Christi, sed etiam apud gentes qui possunt vbi voluerint templa & oratoria construere, in quibus à Deo per Christum, in cuius nomine petunt, exaudiantur modo debitis orationis circumstantiis obseruent. Hic enim locus non videtur mihi longe dissimilis ab eo qui scribitur Ioan. 4. c. his verbis. Venit hora quando neque in monte hoc, neque in Ierosolymis adorabitis patrem: Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudeis est: Sed venit hora & nunc est quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. Nam & pater tales quærit qui illum adorent. Hæc etiam phrasi dictum est à Malachia Propheta: Ecce offerat & sacrificatur nomini meo oblatione munda in omni loco in gentibus. Templa igitur non reprehendit Paulus qui Corinthios increpauit, quia illa polluebant suis comessationibus.



sionibus: qui etiam templa frequentabat, ut & omnes primitiæ Ecclesiæ sancti & docti christiani, sed docet iam omnis conditionis homines posse Deum orare per Christum modo cum puritate orent. Notandum autem diligenter cum admonere præciosas, delicatas & quouis pacto dissolutas mulierum velles multum obesse orationis puritati & impedire ne à Deo exaudiatur. Non sine causa enim alibi præcipit ut in ecclesiis orantes mulieres velentur. Væ igitur nostro seculo propter mulierum in vestimentis intolerabilem & perditum luxum. Væ propter mulierum inauditam & insatiabilem concupiscentiam. Væ ter quæque, væ nostro seculo propter dissolutam & inuerecundam mulierum effrenatam & indomitam libidinem.

Prioris ad Timotheum, 3. c. scribitur ad hunc modum: Oportet episcopum vnus vxoris esse virum. Quo loco perperam intellectu perniciose abutuntur seditiosi & carnales, qui ex eo effici volunt oportere quemlibet ecclesiasticum ministrum & sacerdotem vxorem habere, producentes ignoranter nimium pro defendenda sua carnali voluptate, hunc textum quem Apostolus scripsit contra carnis lasciuiam, ut videlicet doceret quanta castitas & corporis puritas necessaria est in ecclesiæ ministro. Nam tantum abest quod Apostolus præcipiat omnes ecclesiasticos habere vxores, ut etiam doceat non esse admittendum aliquem ad ecclesiasticum ministerium, qui plures haberet vxores. Hæc enim designat & præscribit particula, vnus, non ita accipienda quasi oporteat omnem episcopum habere vnam vxorem, sed quod si non inueniatur idoneus minister ecclesiæ, qui perpetuam castitatem seruet is eligatur, vel qui coniugatus fuerit, vel etiam adhuc sit qui non plures, sed tantum vnam habuerit vxorem: quia videlicet repetitum coniugium incontinentiæ, id est difficilis obseruatum in eo castitatis est argumentum: castitas autem ministrum ecclesiasticum decet. Quod autem nolit præcipere aut suadere Apostolus quod omnes ecclesiastici habeant vxores inde patet quod ipse vxorem non habuit, nec etiam Timotheus quem episcopum ordinauit, & cui hæc scribit. Cædo ò dissolute, non Euangelij sed ventris & libidinis minister, qui omnes sacerdotes ad matrimonium adigis tua satanica doctrina an Christum vxorem habuit an Ioannes Baptistam? an Ioannes Euangelista? an denique præcipi qui que ecclesiæ ministri? non sane. an autem nos matrimonium damnamus? abit: sed quod est melius & conuenientius in ministro ecclesiæ, scilicet perpetuam castitatem docemus cum Apostolo, hæc autem tam est necessaria in ministris ecclesiæ ut etiam in veteri lege (in qua quia populus Dei per carnem propagabatur omnes Iudæi vxores ducunt) sacerdotes separarentur ab vxoribus & domibus suis eo tempore quo fungebantur sacerdotum officio. Matrimonium igitur laudamus & probamus, sed sacerdotem vxore carere longe esse melius & conuenientius affirmare nequaquam dubitamus. Sacerdotium & matrimonium legitime simul esse posse concedimus, sed vtriusque vsum & officium eodem tempore honeste & conuenienter concurrere posse plane distemur. Ad hæc etiam, in Orientali ecclesia quæ non nostro more sacerdotum cælibatum admittit, vxoratos quidem in sacerdotes ordinari comperimus, sed non sacerdotes vxores ducere, ad mixtum est tam effrenam esse nostri seculi libidinem, ut sacerdotes querant illud omni sibi tam occupatis, si officiosi esse volunt, imponi, quo exonerari antequam cupierunt, ut Deo liberius seruirent. Nam & si matrimonium legitime & non propter carnis libidinem contractum bonum & sanctum est, tamen multum impediunt affert ne aliquis liberè & expeditè Deo seruiat ut plane docet Apostolus 1. Corinth. 7. c. Sed mixtum non est si incōuenientes sunt multi ex nostris sacerdotibus, cum videlicet otiosi totos dies vacent somno, iocis, ventri indulgentes & omni voluptatum genere dilucentes & delibuti. Si autem quæ sunt suæ vocationis ad Dei gloriam, ecclesiæ ædificationem & ad suam saluarem diligentem exequi velent, orando, studendo, exhortando, & nouissima sapientia meditatio, Spiritus Dei omnem carnis pruritus in ipsis facile refrigeraret. Hoc enim Dei adiuuam necessarium est cum nisi dederit ipse, continens nemo esse possit. Sed tantum abest quod ad hæc remedia confugiant multi, ut etiam omni ratione carnem propriam ad lasciuiam prouocent, & iritent. Talis autem dissolutio & carnis lasciuia ni tollatur ab ecclesiæ ministris, nunquam pacata tranquillaque omnia habebimus. Eam autem non matrimonium tollit quod in multis ipsam magis excitat (Nam quot adulteriis repleta est terra? in qua quam pauca casta, integræque matrimonia inuenias? mariti enim propriis vxoribus libidine ergo pro meretricibus abutuntur, & in proximorum coniuges hincunt, quæ etiam extra omnem modum & morem etiamum gèrem voluptuariæ, ad omnem sagittam pharetræ suam aperunt, carnis non autem spiritus curam gerentes) sed timor Dei & metus damnationis æternæ. Nam non carnis vsu voluptuario sed spiritu Dei caro lasciuens optimè domatur.

Prioris ad Timotheum capite quarto scribitur in hunc modum: Spiritus autem manifestè dicit: quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis demoniorum, in hypoerisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere, & abstinere à cibis quos Deus creauit, ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & iis qui cognouerunt veritatem. Quia omnis creatura Dei bona est, & nihil reiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei & orationem. Quo loco nulla ratione ad mentem beati Pauli accepto & intellecto abutuntur, qui ex eo colligunt nos catholicos qui ciborum delectum seruamus & obseruamus omnibus christianis sub pœna peccati mortalis docemus: qui etiam non concedimus matrimonium iis qui castitatem perpetuam vouerunt, scilicet religiosi tam viris quam mulieribus & sacerdotibus, eos esse de quibus hic agit apostolus, & quos damnat & vitandos docet, Nam diligentius locum insipientibus manifestum erit Paulum hoc loco

eos perstringere qui domant simpliciter tam matrimonium quam cibos, quosque ait à fide discessisse, quorum neutrum merito nobis asseri potest. Nam, primum, à fide nulla in re discessimus, sed eandem prorsus tenemus & obseruamus quam tenuisse, tradidisse & seruasse primitiæ ecclesiæ patres omnes historice tam sacræ quam profanæ testantur. Eorum namque qui vixerunt per singula secula conscripti libri aperta sunt nostri propositi testimonia. Non igitur sumus filij subtractionis in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ, nos qui non attendimus spiritibus erroris aut doctrinis demoniorum, non etiam in hypoerisi loquimur nec cauteriatam habemus conscientiam, non itidem prohibemus nubere, nec prohibemus vsum ciborum quos Deus creauit, sed volumus eos percipi cum gratiarum actione fidelibus & iis qui cognouerunt veritatem: non autem pati possumus eandem per ventris voracitatem citra gratiarum actionem, contra ecclesiæ præceptum accipi. Quarto enim si damnamus matrimonium qui quotidie illud celebramus & predicamus aut si quoque cibos damnamus, quibus singulis diebus cum ecclesiis aliter non instituit vtmur? Si autem reprehensione digni sumus, quia sacerdotibus, & omnibus voto castitatis perpetuæ per Dei gratiam seruandæ astricis, matrimonio interdicitur, in eadem reprehensione nobiscum inuoluetur apostolus qui prohibet ne viduæ cultui diuino dicatur nubri: hæc enim eius sunt verba capite sequenti proposita ad hunc modum: Adolentes viduæ deuote, cum enim luxuriare fuerint in christo nubere volunt: habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Videatur etiam 1. Corinth. 7. capite quomodo presert castitatem perpetuam matrimonio etiam castissimo. Si etiam culpamur, quia iustus de causis delectum ciborum ad certum tempus præscribitur & seruamus, culpentur quoque nobiscum apostoli, qui etiam nascente ecclesia quando erat omni ratione lex eicienda cum suis ceremoniis & figuris, præscriperunt nihilominus christianis tum maxime sobriis & abstinentibus, non tantum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus (ad quos nihil spectabat lex) ad fidem conuersis, certum ciborum delectum, ut docemur, ex eo quod Actuum 15. c. scriptum est his verbis: Vilius est spiritui sancto & nobis, nihil ultra imponere vobis oneris quam hæc necessaria: ut abstinatis vos ab immolatis simulachrorum, sanguine, suffocato, & fornicatione: à quibus custodientes vos bene ageris. non igitur damnamus nuptias aut cibos villos, sed volumus vtraque cum gratiarum actione fieri, id est nulla ratione contra Dei & ecclesiæ ordinationem, præceptum & institutionem agitari & percipi. Quare illi non sumus contra quos hæc scripsit & præmonuit apostolus, sed fuerunt Manichæi Enkratite, Priscillianistæ & alij plurimæ hæretici, qui simpliciter nuptias & cibos aliquos damnauerunt, tanquam res illæ malæ ex se essent, & omnibus prohibita quia malæ, non autem malæ quia prohibita, & quidem eo sine & sensu quo sunt prohibita, hoc autem sciendum est quod Deus omni tempore & lege aliquem ciborum delectum hominibus præscripsit, ut videlicet ipsi in eo obedirent Deo, ad quod natura sua valde propensæ & propensi. Sic etiam prohibuit vagum & indistinctum coitum, & si in eo nulli aliqua iniuria inferret. Vult enim Deus omnium creator & Dominus, hominem quem ad sui imaginem fecit, honeste & discrete viuere atque sibi in illis rebus, in quas maxime naturali desiderio & cupiditate fertur obedire. Tales autem sunt maxime voluptates gustatus & tactus in esu & coitu. Deo igitur & non ventri seruamus quia ventrem & escas destruet.

Ibidem scribitur ad hunc modum: corporalis exercitatio ad modicum utilis est. Quo loco ignoranter abutuntur qui ex eo colligunt ieiunia & cultum religionis exterum nullius esse utilitatis. Nam non dicit apostolus corporalem exercitacionem nullius esse utilitatis sed modicæ: quod etiam intelligendum est sine pietate, nam certum est corporalem exercitacionem quæ à pietate proficitur, esse valde utilem. Quantæ etiam sint utilitatis ieiunia passim testatur scriptura sacra quum referat antiquos vix aliquid magnum auspicatos esse, nisi præcedente ieiunio. Ad hæc non solius corporis exercitatio est ieiunium, sed etiam animi. Non igitur damnat ieiunium aut externas christianas ceremonias professionis fidei christianæ, sed ineptas & aniles fabulas quasdam Iudæis superstitiosis familiares. Admonemur etiam primam curam pietatis esse debere, ad quam omnia sunt referenda in christianismo, cuius duo hæc sunt potissima capita, scilicet amor Dei & amor proximi.

Ex posteriori epistola beati Pauli ad Timotheum.

Posterioris ad Timotheum capite secundo hoc modo scribitur: Non licet contendere verbis, ad nihil enim vtile est, nisi ad subiectionem audientium. Quo loco abutuntur perniciose qui ex eo colligunt vtilissimam illam & necessariam futurorum in Ecclesia verbi Dei doctorum & ministrorum probationem quæ fit per disputationes grauissimas in scholis theologis prorsus eiciendam esse. Nam talem scholarum theologiarum exercitacionem & probationem commendat apostolus prioris ad Timotheum 3. c. cum de ministris ecclesiæ loquens, ita ait, probentur, deinde ministrent. Non enim recipit ecclesia catholica ministros verbi Dei & sacramentorum ut impie & satanicæ factiones caeca quadam domicellularum & dominularum affectione aut libidine, sed diligentissima & diuturna per viros grauissimos & doctissimos facta inquisitione & probatione. Hoc autem non reprehendit hoc loco apostolus, sed contentiosas & prophanas vocum nouitates hæreticorum, quas violenta & obstinata vocis & animi concertatione impie tuerunt. Hic ergo hæreticorum contentiones, stylæque & sine disciplina questionum percelluntur, non autem grauissime theologici studij exercitaciones, quæ non sunt quia de fidei veritate, sed de fueri ministri capacitate dubitetur. Eum autem nisi scientia, vita & moribus ornatum atque probatum ad sacra ministranda in fidelium ecclesia recipi nulla iura patiuntur.



Ibidem scribitur ad hunc modum: cognovit Dominus qui sunt eius: Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt omnia Deo esse tribuenda, nihil autem homini, ut etiam ex eo quod subditur, in magna domo esse vasa quedam in contumeliam, concludunt Deum esse malorum ut bonorum auctorem & causam. Nam nunquam intendit apostolus docere hominem nihil operari, aut etiam Deo non cooperari, sed ad hominis salutem requiri Dei gratiam praeuenientem ad iustificandum, & etiam subsequentem ad conferendum in iustitia nostram siquidem cooperationem requirit satis iudicat cum ita inquit: Discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen Domini: Item si quis se mundauerit ab istis, erit vas in honorem & vtile Domino ad omne opus bonum paratum. Quod vero ad reprobos spectat non ait Dominum eos nosse, id est approbare quasi malorum sit auctor Deus, sed volens docere illum eos permittere male agere (qui scit etiam ex malis bona elicere) ait ipsos esse in domo Dei. eiusmodi dixit Roma, 9. c. his verbis: Deus volens ostendere iram (nam non tantum est misericors, sed etiam iustus) & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa irae apta in interitum, ut ostenderet diuitias gloriae suae in vasa misericordiae. Non est igitur Deus auctor malorum, & si ob finem bonum ea fieri permittit & tollerat patienter expectans ad poenitentiam.

Posterioris ad Timotheum, 3. c. scribitur ad hunc modum, Omnes qui volunt pie vivere in Christo Iesu persecutionem patienter. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt beatos esse qui propter ecclesiae contemptum & fidei blasphemiam cruciantur, coque in martyrologis suis inscribunt. Nam hic loquitur apostolus de illis qui pie viuunt & queri iusta est causa, haeretici autem sunt impij & blasphemii electorum interim nihilominus promissiones falso & frustra sibi ipsi arrogantes: quod sit astu satanae, a quo captiui tenentur, ut scilicet facilius hoc pacto eos in errore detineat, & alios per ipsos decipiat.

*Epistola ad Titum.*

In epistola ad Titum 3. c. scribitur in hunc modum: haereticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita: Quo loco male intellecto abutuntur, qui ex eo colligunt haereticos non esse puniendos, sed tantum fugiendos. Nam non secum pugnat apostolus qui Hymeneum & Alexandrum tradidit satanae, ut dicerent non blasphemare ut scribitur, 1. ad Timotheum, 1. c. non quia id reprehendit quod saepius scriptura praecipit de puniendis etiam extremo supplicio haereticis. Ad haec si sunt deuitandi haeretici, an ad id ipsum paratior est via extra no supplicio: notandum etiam quod scribebat episcopo qui gladio materiali abstinere debet, ut etiam tenetur gladio spiritus quod est verbum Dei haereticos reuincere confutareque, & eisdem anathemate ferire, a coetu & consuetudine fidelium excidendo. Hic autem pulchrum est videre quae sunt haereticorum conditiones, & quae illis exurguntibus sunt ecclesiae pastorum officia. Haeretici enim semper seditiosi & irrequieti, stultas quaestiones & contentiones, & vanas inuilescere legis pugnas proponunt & lectantur. Iidem sunt subuersi, relicto, scilicet vero fidei & veritatis fundamento, ecclesia catholica a qua exterrunt, ut cognoscantur non esse probati, sed filij subtractionis in perditionem animae. Delinquant etiam proprio iudicio condempnati, quia sola meritis corruptae & peruicacis obstinatione suas persuasiones tutantur & sectantur, cum videlicet nulli prorsus habeant fundamentum scripturae sacrae, ecclesiae catholicae, aut etiam doctorum probatorum & conciliorum. Hos debet monere, corripere, reuelare & conuincere verbo Dei episcopi (oportet enim, ut iam dictum est episcopi amplecti cum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere) ut sic notum sit omnibus christianis ipsos nullam habere iustam querimoniam & separationis a doctrina ecclesiae catholicae, & a professione fidei eiusdem causam, aut etiam occasionem. Si autem conuicti & propria conscientia iudice non habentes quod directe obiciant veritati & aperte sufficienterque respondant doctrinae ecclesiae per episcopos propositae manent obstinati in sua persuasione, sunt deuitandi ab episcopis, & a reliquis christianis, quia videlicet sermo eorum ut cancer serpit, & non citra iniuriam Christi & eius sanctae religionis cum ipsis conuersatio habetur. Principes autem vindices irae Dei, gladium in eos stringere debent & tenentur.

*Ex epistola beati Pauli ad Hebraeos.*

Hebraeorum quarto capite scribitur ad hunc modum: habentes pontificem magni qui penetrauit caelos, ipsum Christum Iesum, tenemus spei nostrae confessionem. Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentamus autem per omnia pro similitudine absque peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiae eius, ut misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in tempore opportuno. Quo loco nonnulli tripliciter abutuntur: Primum cum ex eo colligunt Christum non esse in eucharistia: deinde, non esse opus in ecclesia aliis pontificibus & sacerdotibus sed vnum tantum esse Christum perpetuum pontificem nostrum. Postremo sanctos pro nobis orare vanum esse cum videlicet habeamus accessum cum fiducia ad thronum gratiae Dei. Nam quod ad primum spectat non satis instructos in doctrina christiana aperte indicant, qui putant cum non esse in eucharistia, quia affirmatur esse in caelo: quod ex eo prouenit quia nihil minus tribuunt glorioso corpori Christi quod diuinitati personaliter & inseparabiliter coniunctum est quam culpam alij. Longe autem aliter existimant & sunt persuasi veri & docti christiani, qui scripturam sacram non dissectantes, sed simul totam & integram scrutantes & recipientes, credunt christum totum & integrum esse personaliter in caelo visibilem, & in eucharistia sacra inuisibilem. Scriptura enim nobis proponit Christum considerandum & apprehendendum personaliter in cruce, pro nobis satisficientem in forma propria

visibili & mortali: in caelo ad dextram patris in propria forma visibilem sed immortalem & gloriosum pro nobis interpellantem: & in eucharistia inuisibilem. Scriptura enim nobis proponit Christum considerandum & apprehendendum personaliter in cruce pro nobis satisficientem in forma propria visibili & mortali: in caelo ad dextram patris in propria forma visibilem, sed immortalem & gloriosum pro nobis interpellantem: & in eucharistia inuisibilem, nos spiritualiter nutriendem, suae passionis fructum applicantem, & sibi diuinitate vniuentem per manducationem realis sui corporis sub forma tamen & specie aliena propter fidei exercitium, & alias rationes diuersas. Quem ergo docet scriptura caelos penetrasse docet eadem ipsum in eucharistia esse personaliter & realiter in propria substantia. Quod autem ad secundum spectat certum est vnum esse summum & aeternum pontificem Christum Iesum, qui penetrauit caelos: sed etiam certum est eum iam in propria persona non ministrare in ecclesia hac militante predicando, sacra ministrando, & peccata in persona visibili remittendo aut retinendo. Hinc enim in persona visibili discessit, hoc autem priusquam fieret nolens suos orphanos relinquere, & absque rebus sacrarum ministris dimittere, quosdam instituit sacerdotes Apostolos videlicet in caetero tempore, quibus etiam postea dedit peccata dimittendi, & vbi que praedicandi, & sacra quae libet ministrandi potestatem tantam ut qui eos non recipit ipsummet eiecisse & contempnisse iudicetur. Illud enim ipse affirmat cum ait: Qui vos audit, me audit, qui vos spernit, me spernit, &c. Ascendens ergo in altum Christus dona dedit hominibus, cum alios posuit Apostolos, alios euangelistas, alios doctores & pastores ad consummationem corporis ecclesiae, ad quam etiam spiritum sanctum misit, qui & pastores doceret & populum in fide & vera doctrina conseruaret.

Et si igitur Christus est pontifex in aeternum, & ecclesiam semper dirigit cum ea mansurus vsque ad consummationem saeculi, tamen iam est nobis inuisibilis. Quare oportuit illum hinc discessurum ecclesiae suae tradere quosdam visibiles ministros, qui hominibus corporatis per res corporatas (quae sunt sacramenta ab eodem in figuris & rebus visibilibus instituta) res inuisibiles conferret. Tales autem sunt sacerdotes, episcopi, & reliqui ecclesiae prelati, qui non usurpant arroganter Christi officium, sed ex eius institutione sunt ipsius in ecclesia militante vicarij & ministri, quibus ut ipsi Christo, cuius personam gerunt & officium exercent, obediendum est. Sic enim a Christo institutum est.

Quod est de tertio: & si nos habemus accessum cum fiducia ad thronum gratiae Dei per Christum, non tamen sequitur, quin nos minus apud Deum per ipsum Christum iuuare possimus: imo ut ipsi Christo, qui semper viuunt ad interpellandum pro nobis conformes efficiamur debemus orare pro nobis uiuunt, & tanto magis quanto Christo ipsi sumus coniunctiores & magis similes. Quare est consonum rectae rationi & scripturae sacrae sanctos qui sunt in caelo beati, longe ardentius & frequentius Deum pro nobis orare, eis qui adhuc mortales & imperfecti hic viuunt, pro se solliciti. Hac ratione impulsio beatus Hieronymus vigilantium reprehendebat, quod (ut etiam faciunt aliqui nostri temporis nimium scripturarum sacrarum ignari) speraret christianos hic viuentes pro aliis orare, sed non eos qui gloria caelesti excepti essent. Quasi vero caelum sit quaedam obliuioni terra, & Christo capiti illorum pro nobis interpellanti non fecerunt fratres nostri, miserias quas patimur experti. Hoc autem non ideo fit, quia Christi pro nobis intercessio & interpellatio sit insufficientis, sed quia oportet fideles & electos Dei conformari suo capiti Christo, & per charitatem, quae nunquam in ipsis excidit, sed perfecta manet, nostram praesentis saeculi miseriam iuuare, quod aliter quam orationibus non facitur. Habemus igitur per Christum in quem credimus introitum ad Dei thronum, ita ut in nomine ipsius petentes exaudiamur a Deo, sed nihilominus quia requiritur magna in nobis dispositio, ut quippiam a Deo obrineamur, non parum nos iuuant sanctorum in caelo beatorum pro nobis factae orationes, quae etiam profunt & faciunt ut ipsa Christi interpellatio nobis applicetur & prodest. Sunt igitur nobis orandi sancti, non ut eos excitemus ut nobis bene velint, & non etiam Deus ipse hoc sine rogari debet, sed ut ita disponamur ad recipiendum orationum ipsorum effectum. Semper enim necessaria est in nobis dispositio ut gratiam Dei recipiamus.

Vna enim oblatione consummavit in æternum sanctificatus. Quia igitur per Christi hostiam Deum est placatus, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris agens videlicet qui tollit peccata mundi idcirco ad eum semper confugere debemus, cum nos peccatorum pondera præmittunt sicut Itællite à serpentibus læsi, ad eius figuram serpentem in cruce erecti ut sanarentur aspiciant. Hoc est, hoc est inquam (quod vtiã omnes intelligerent & apprehenderent) quod in Missa facimus. In ea enim ad Christum vnicum Dei & hominum mediatorum & redemptorem nostrum confugimus, ut meriti, passionis & sanguinis ipsius, semel tantum factæ effusionis, participes facti à peccatis mundemur & Deo reconciliemur. Scimus qui Christiani sumus Christum pro nobis mortuum factum esse redemptionem, sapientiam, iustitiam & iustificationem electis & fidelibus suis; quare ipsi coniungi omni ratione & via querimus. Quia autem idem ipse modum talis coniunctionis inivit, manducationem proprii sui corporis pro nobis crucifixi memoriam cum gratiarum actione effusionis sanguinis sui, est idcirco Ecclesia quæ est columna & firmamentum veritatis vt est ab ipse edocta recollit ipsius sacrificium perpetuum, gratias Deo & ipsi Christo omni cum humilitate, charitate & deuotione agendo, vt hoc pacto ex eiusdem institutione ipsius passionis meritum nobis applicetur. Scimus enim illum dixisse & præcepisse vt hoc in eius memoriam faceremus, id est, ipsius passionem cum gratiarum actione recoleremus; quod fit in Missa, in qua corpus Christi per Sacerdotem verbo Dei consecratur, Deo offertur & sacrificatur in recordationem passionis ipsius cum gratiarum actione, pro eadem & communicatur fidelibus. Hæc enim sunt tria quæ Missæ substantiam complectuntur, & ex ipsa scriptura sacra confirmationem recipiunt. Non igitur sacerdotes Missam celebrantes Christo derogant, non eundem denuo interficiunt, nec aliquid contra aut etiam ultra verbum Dei faciunt, sed scripturam diuinitus inspiratam secuti Christi sacrificium æternum & infinitum cum gratiarum actione recolunt vt per eorum ministerium illius meritum & efficaciam populo applicetur secundum Christi solius veri & summi sacerdotis institutionem & præceptum.

Hebræorum 13. c. ita scribitur: honorabile conuuiuium in omnibus, & thoros immaculatus: Quo loco ignoranter abutuntur qui ex eo colligunt omnibus plane cuiuscunque sint conditionis & status liberum esse & licere matrimonium contrahere; quare monachos & sanctimonialia ad coniugium adiungunt. Nam passim docet scriptura vota Deo facta, esse necessario reddenda nisi condemnari velimus. Si enim omnibus ex æquo liceret matrimonium contrahere, non dixisset Apostolus viduas quæ se Deo consecraverunt & postea volunt nubere damnationem sibi acquirere, & primam fidem irritam facere. Hoc igitur loco Apostolus nec præcipit nec etiam consulit omnibus matrimonium, qui prius Corinthiis scribens prætulit apertissimè perpetuam castitatem & virginitatem matrimonio, sed docet quanta cum cautione & puritate oportet eos qui sunt matrimonio coniuncti viuere. Requirit siquidem suam quoque castitatem & temperantiam ab omni dissolutione & effreni libidine christi-anorum matrimonium iustum & legitimum. Hunc autem esse germanum Apostoli sensum docent ipsius quæ sequuntur ad hunc modum verba: Fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus. verat igitur personam matrimonio alligatam cuiuspiam alii quam coniugi sese communicare carnaliter, si non velit à Deo condemnari. Præuidebat enim Apostolus quam impura in multis futura erant matrimonia, in quibus plerumque vigent adulteria aut etiam prætextantur & committuntur effrenes luxus, libidines, fornicationes & flagitiosa mercericia. Si quis autem præter hanc expositionem nouam esse, illum rogatum velim vt attentius & diligentius Apostoli stilum & locum, in hoc capite consideret & attendat. Sic enim, puto, suam calculum nobis addet.

Ex Epistola beati Iacobi.

Iacobi primo capite scribitur ad hunc modum: Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum. Item: Si quis vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter & non impropereat. Quibus locis ignoranter abutuntur qui ex illis colligunt solum deum esse rogandum & nullo modo sanctos: Nam etsi Deus solus est fons pœnitentiæ, à quo fluunt omnia bona, tamen sunt ordinata ab eodem media per quæ nobis sua bona & dona largitur: cuiusmodi sunt preces sanctorum & electorum tam hic mortalium quam in celo perpetuo viuentium. Illos autem cum oramus nihil Deo omnium bonorum largitori detrahimus, quia non ipsos rogamus eo sine vt nobis ea concedant & largiantur quæ petimus, sed vt à Deo apud quem placitum possunt, ea nobis impetrent. Sic legimus Deum regem Amalech misisse ad Abrahamum, promittens ipsi veniam per preces & orationes ipsius Abraham Genes. 2. o. c. Sic Iob 42. Deus remisit amicos Iob illum rogaturus, vt pro ipsis intercederet. Si autem hoc possunt præstare adhuc mortales & pro se solliciti: nihil poterunt in celo gloriosi? Nemo sanæ mentis dicit. An non etiam nostras orationes intelligant qui rerum omnium speculum diuinam & æternam misericordiam semper intuentur? Sunt ergo ij nobis rogandi qui pro nobis orant in caelis sancti: non quidem quia nos magis quam Deus ament, aut vt etiam excitentur vt nobis bene velint, qui sunt perfecti in charitate, sed vt hoc pacto sequamur Dei ordinationem, & disponamur ad recipienda ipsius dona: Dicamus ergo cum Dauide: Leuaui oculos meos ad montes vnde venit auxilium mihi: auxilium autem meum à domino qui fecit celum & terram.

Iacobi secundo c. ita scribitur. Nolite plures magistri fieri fratres mei, scientes quoniam maius iudicium sumitis. In multis enim offendimus omnes. Quo loco non intellecto abutuntur qui ex eo colligunt non oportere esse multos doctores & sacrarum scripturarum

expositores sine legendo, sine prædicando, sine etiam scribendo id præstet: vt etiã illi qui omnino eã vocatione & professionemque damnant. Nam Apostolus Iacobus non reprehendit doctorem statum etiã multitudinem copiosam, sed docet quàm sit periculosum & difficile doctorem esse in Ecclesia. Debet namque qui suscipit in Ecclesia Dei manus docendi magna & exquisita rerum cognitione præditus esse, debet rerum experientia valere & discretione summa; donatus esse, vt etiam vitæ puritate nitere, & coram iis quos docet splendere. hanc doctores Ecclesiastici difficultè curam docuit Christus suo facto & exemplo, qui ante annum suæ ætatis tricesimum prædicandi manus non exercuit: qui etiam Math. 5. c. tradit oportere prædicatorem & doctorem opera bona lucere coram hominibus. Hoc pacto enim verbum Dei cum reuerentia & deuotione excipitur & cum humilitate atque obseruatione retinetur. Debet igitur magister, pastor, siue doctor doctus esse, debet doctrinam populo sanam & bonam proponere & eandem vitæ sanctitate confirmare, & veluti condire. Vt enim est doctore & magistro non docenti, aut male docenti, aut etiam vitæ impura, apud vulgus, sanam doctrinam negligi, infamari & blasphemari facienti. Damnat igitur Apostolus ambitiosorum & indisciplinorum magistrorum affectum, non autem magisterium, doctorem autem summum esse periculum docet.

Iacobi 5. c. scribitur ad hunc modum: Ante omnia fratres mei, nolite iurare, neque per celum, neque per terram, neque aliud quodcunque iuramentum. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt nulla ratione licitè esse christianis iurare. Nam hoc nõ intendit docere Apostolus neque etiam Christus vt in c. quinto Martini diximus, sed potius perditam, & vulgo receptam iurandi tam per Deum, quam per creaturas consuetudinem perstringit & damnat: Ex ea enim multa nascuntur incommoda, vt puta, periurium, blasphemiam, Dei æterni contemptum & irreuerentiam, atque alia multa reprehensione imprimis digna. Iurare ergo licitum est christianis, modo seruent iurandi legitimas condiciones. Iurandi autem ad iustitiam quæ multa afferit incommoda summo opere fugienda est.

Ex prioris epistola beati Petri.

Prioris epistolæ beati Petri secundo capite scribitur ad hunc modum: Vos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis &c. Quo loco præter detorret & male intellectu ignoranter abutuntur qui ex eo colligunt omnes christianos sacerdotes ita esse, vt vnus non habeat maiorem potestatem & auctoritatem tam in verbo quam in sacramento quam alius, à qua etiam verbi Dei & sacramentorum potestate, nec mulieres ipsas repellendas esse volunt. Falluntur autem. Nam hoc loco non est instituta disputatio de sacerdotio aut regno ministeriali quod ad totam electorum communitatem refertur, sed de personali quod quisque debet imperare suis concupiscentiis deordinatis id est, rectæ rationi repugnantibus, easque sacrificare domino Deo, secundum quod à Dauide scriptum est his verbis: Beatus qui tenebit & allidet paruulos suos ad petram. Non omnes igitur passim & sine discrimine christiani, Reges & sacerdotes sunt quod ad rem publicam & communem hominum cõsolationem spectat, sed quod ad se attinet, vt videlicet offerant Deo sua corpora, hostiam viuentem, & rationabile obsequium, vt docet Paulus Roma. 12. Quod enim ad publicum tam verbi Dei quam sacramentorum ministerium spectat, vocatio expectanda est, & institutio necessaria per electionem & manuum impositionem habenda est, vt hebræ. 5. c. ad Timotheum docet Apostolus Paulus. Quod autem hic locus de sacrificio concupiscentiarum & deprauatorum animi motuum intelligi debeat, docent quæ præcedunt hæc verba: deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes rationabiles, & sine dolo lac concupiscite, vt in eo crescat in salutem, si tamen gustatis, quoniam dulcis est Dominus: ad quem accedentes lapidem viuum ab hominibus quidem reprobaturum, à Deo autem electum, & honorificatum: & ipsi tanquam lapides viuus superedificamini domus spiritalis in sacerdotium sanctum, offerentes spiritaliter acceptabiles Deo per Iesum Christum. Sibi igitur non autem Ecclesiæ & fidelium communitati omnes pij christiani sunt Reges & sacerdotes.

Ibidem scribitur ad hunc modum: Christus percussit peccata nostra in corpore suo super lignum. Quo loco abutuntur qui præsumptes de infinito merito passionis Christi, de propriis peccatis dolere penitentiam agere, satisfactionem facere, & pro ipsis afflictionem pati nunquam volunt. Nam tantum abest quod scriptura Christi passionem proponat, vt doceat nihil nobis esse patiendum, quod eo sine sapius eam inducit, vt nos ad similitudinem patientium animæ & exhortetur. Hoc confirmat manifestè locus prægens, in quo ita scribitur: Si bene facientes patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deum. In hoc enim vocati estis, quia & Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius. Hic Paulus Colossentibus scribens dicebat se adimplere in corpore suo ea quæ decant passionum Christi, ad hoc docendum Roma. 8. ita scribebat: Sumus filij Dei & hæredes eiusdem Christianitæ coheredes, si tamen cum ipso patimur vt cum ipso glorificemur. Idem docebat Christus cum ita dicebat: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, tollat crucem suam & sequatur me. Infiniti autem sunt similes scripturæ loci quibus percussuntur perniciofa libertinorum dogmata qui Christi passionem suæ nequitie & carnalis voluptatis velamen faciunt. Est igitur Christo compatiendum, & pro peccatis satisfaciendum, si per eius meritum saluari volumus. Nam conformitas cum eo in sanctitate & passione necessaria est.

Prioris epistolæ eiusdem c. 4. scribitur in hunc modum. Si exprimitur in nomine Christi, beati ætatis: quoniam quod est honoris,

glorie & virtutis Dei, super vos requiescet. Quo loco perperam intellecto & contra Apostoli intentionem detorto abutuntur qui ex eo colligunt honorandos & laudandos eos esse, qui propter hereses (quas interim verbum Dei vocitare non erubescunt) exprobrantur & patiuntur. Nam vt falso de verbo Dei quod non habent, Imo illud ipsum aperte oppugnant, exultant: Ita profecto male gloriantur de suis tribulationibus & pœnis ipsis iustissimè illatis. Non enim pœna sed causa facit martyrem. Sed Satanas ad cuius voluntatem ducuntur & impelluntur captiui eos vsque adeo dementauit (deo iustissimè id ipsum permittente qui mittit illis operationem erroris, vt credant mendacio & iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati, eligentes potius perire in seductione iniquitatis quam charitatis veritatem recipere vt salui fiant) vt nihil durum ipsis videatur siue bona, siue famam, siue etiam corpora perdant. Hoc autem mirarer nisi considerarem quàm sit iustum eos quilibet ignominio fa & dura patiendo dånari satanæ affectas, seruos, mancipia miseris & ministros infelicitissimos qui Deo in Ecclesia credendo & obsequendo facile cum summa delectatione & gloria saluari noluerunt. Quam igitur externa omnia tam bonis quàm malis eque euenire possint non iudicemus beatos & gloriosos illos qui extra Ecclesiã positi quilibet quãtuncque etiã animi alacritate & audacia id faciunt, patiuntur. Erubescendũ tamẽ interim & profecto dolendũ nobis est, quod impiis pro mendacio ardētibus & nihil nõ faciētibus & patiētibus Christiani interim etiã pastores nõ mouentur pro veritate, sed tepescunt aut etiã omnino frigenē omnia suscipere dequiescentes. Hos etiã deus iudicabit qui confessionem sui nominis apertam petit.

Eiusdem epistolæ 5. c. scribitur in hunc modum: humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis, omnem sollicitudinem vestram proicietes in eum, quoniam ipsi est cura de vobis. Quo loco abutuntur miseri scripturarum corruptores, qui vt faueant libertinis & carnalibus hominibus ex eo colligi volunt non esse nobis curã debere bona aliqua opera facere, aut pro peccatis admittis per bona opera pœnalia satisfacere, sed tantum misericordiam Dei & passionem Christi fidendum esse quomodo cunque vixerimus. Errant autem turpissime & perniciosissime ad suam & aliorum perditionem miseris & manifestissime scripturam sacram deprauantes. An nõ enim passim clamant scriptura Christo compatiendum esse? sancte viuendum esse? peccata vitanda & fugienda esse? denique bona opera ad salutem omni homini necessaria esse? hæc autem si adsint tum scire poterimus omnem nostram sollicitudinem in Deum proicere, & merito Christi fidere, quicquid contra nos moliantur terrenæ aut etiã diabolice imposturæ & corruptæ violentæque potestates. Secus autẽ nec de Christi merito, nec de Dei misericordia sperare salutẽ debemus. Sensus ergo presentis loci est, quod bonis omnia cooperantur in bonum per Dei bonitatem & providentiam, qui non patitur suos electos tentari magis quam sufficere possunt, sed eum tentatione facit prouentum. Peccata igitur fugiamus, sanctẽ viuamus & iustẽ officiosẽque secundum nostram vocationem agamus, & tum à Deo non deseremur, quia ipsi cura erit de nobis.

*Ex prima canonica beati Ioannis Euangelistæ.*

Primæ epistolæ canonice beati Ioannis primo capite scribitur in hunc modum: Sanguis Iesu Christi emundat nos ab omni peccato. Quo loco ignoranter & perniciosè abutuntur qui ex eo colligunt solam fidem & fiduciam passionis Christi requiri vt saluemur & peccatorum remissionem habeamus. Nam & si sanguis Christi sufficiens est ad emundationem & deletionem omnium peccatorum, non tamen in omnibus est efficax, sed in iis tantum qui dispositionem habent, de qua hic loquitur beatus Apostolus & euangelista cum ita ait. Si in luce ambulamus sicut Deus ipse est in luce, societatem habemus adinuitem, & sanguis Iesu filij eius emundat nos ab omni peccato: Nemo ergo gloriatur de merito Christi cui peccatum suum in quo perseuerat placet. Oportet namque eum omnem qui, vult Christi passionis particeps esse sanctitatem sectari, sicut Christus sanctus est. Hoc indicat & docet idem Apostolus hoc eodem textu eum ita inquit: Hęc est annunciatio quã audiuius à Christo, & annunciamus vobis, quoniam Deus lux est: & tenebræ in eo non sunt vllæ. Si dixerimus quoniam societate habemus eum eo, & in tenebris ambulamus, merimur & veritate non facimus. Opus est igitur dispositione multa ad participationẽ sanguinis Christi habendam. Hoc est enim quare Christus instituit baptismũ, predicationẽ verbi Dei, & varia sacramenta. Sine talibus enim dispositionibus non participatur Christi meritum ex eiusdem ordinatione.

Ibidem scribitur ad hunc modũ: Si dixerimus quoniam peccatum nõ habemus ipsi nos seducimus, & veritas in nobis nõ est. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt neminem etiã regeneratum & adiutũ gratia dei posse hic viuere sine peccato eoque mortali. Vnde etiam affirmant nos non posse vitare peccatum quin ipso inficiamur. Falluntur autem nec assequuntur Apostoli mentem, qui hæc non eo dixit vt doceret nos non posse esse sine peccato (statim enim subiungit ita: hæc scribo vobis vt nõ peccetis) sed vt admoneret nunquam obliuisci dei misericordiam & Christi passionem, per quã purgati, liberati & iustificati sumus a peccato in quo nati & concepti fuimus, vt etiã ab iis q postea admittimus. Quod autẽ hoc velit docere cõfirmat quæ ad hunc modum sequuntur eius verba: Si dixerimus quoniam non peccauimus mendacem facimus Deum, & verbum eius in nobis nõ est. Possumus igitur & tenemur sancte viuere & vitare omne peccatũ a quo sumus purgati per Christi sanguinẽ seruãdo vsque ad finẽ iustitiã in baptismo acceptam, & si hoc non sit facile, & sine labore magno. Quia caro infirma aggrauat & deprimit spiritum promptum.

Eiusdem epistolæ c. 2. scribitur ita: Si quis peccauerit habemus aduo-

catũ apud patrẽ Iesum Christũ. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt sanctos qui sunt in celo non esse nostros aduocatos, & intercessores, nam contra colligere oportet, quod si Christus est noster aduocatus, & pro nobis interpellat in celo, etiam sancti sese ipsi conformantes pro nobis orant & intercedunt & nõ sõge est alia Christi interpellatio ab intercessione sanctorum, quæ nihil detrahit officio ipsius mediatoris generalis Christi Iesu. Vult ergo docere quod per Christum habemus remissionem omnium peccatorum siue precedentium siue sequentium baptismũ. Vbi etiam complectitur ad eã habendam mediõrum ordinarum obseruationem.

Ibidem scribitur ad hunc modum: Christus est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi. Quo loco abutuntur ignorantes & perniciosè qui ex eo colligunt sacro sanctam missam non esse sacrificium propitiatorium, vt etiam peccata non expiari per opera satisfactoria, per indulgentias, aut denique per ignem purgatorij & suffragia christianõrum. Nam hæc omnia sunt media, per quæ sanguinis Christi expiatio nobis applicatur. Quod enim ad missam spectat quom ea sit Sacrificium Eucharisticũ & recordatiuum passionis Christi & in ea ipsemet Christus cum gratiarum actione Deo offeratur, qui per sanguinis effusionem seipsum obtulit in cruce: demitit quo pacto negant aliqui eam esse Sacrificium expiatorium & propitiatorium, quo Christi meritum applicatur pro tollendis peccatis tum hic viuentium, tum hac vita functõrum. Hęc est igitur in hoc loco Apostoli sententia: Quod si peccauerimus habemus aduocatum in celo Christum, qui est propitiatio pro peccatis nostris: quare ad eum accedendum vt peccatorum remissionem consequamur. Hoc autem faciunt fideles & Dei electi quando Ecclesiam sequuntur Christi meritum sibi applicari ad expiationem suorum peccatorum querunt in Sacrificio missæ potissimũ, vbi ipse Christus offertur & communicatur, & etiam in sacramento poenitentię salis modis in catholica Ecclesia confertur, & piis Christianis satis cognitis.

Eiusdem epistolæ cap. 5. scribitur ad hunc modum: Hęc est victoria quæ vincit mundum fides nostra: Item hæc scribo vobis, vt sciatis quoniam vitã habetis æternã qui creditis in nomine filij Dei: Quibus locis perniciosè abutuntur qui ex illis efficiunt volunt solam fidem etiã sine bonis operibus satis esse ad salutem. Nam hoc loco Apostolus nullo pacto loquitur de illa fide & nuda persuasione, de qua rantopere gloriantur & cui prædicat nescio qui voluptatum amatores magis quàm Dei, sed de vera fide viua & saluifera, ea videlicet quæ per charitatem operatur, quæ sola victoriam consequitur. Hunc autem esse Apostoli sensum & scopum indicat hæc ipsius verba: Omnis qui credit quoniam Iesus est Christus est deo natus est: & omnis qui diligit eum qui genuit, diligit & eum qui natus est ex eo. In hoc cognoscimus quoniam diligimus natos Dei, cum deum diligamus, & mandata eius faciamus. Hęc est enim charitas dei vt mandata eius custodiamus: & mandata eius graua non sunt. Quoniam omne quod natũ est deo est vincit mundum, & hæc est victoria quæ vincit mundum fides nostra. Quia igitur fides iam hic concepitur futura atque æterna bona dei electis præparata, Idcirco animamur ad pugnamus contra mundum, vt ea consequamur, & sic per fidem vincimus. Sic Paulus dixit quod iancti per fidem vicentur regna.

Ibidem ita scribitur: Filii custodite vos a simulacris. Quo loco perperam exposito aperte abutuntur qui ex eo colligunt tam imagines quam eorum cultum inter Christianos tolerari non debere. Nã manifestum conspicuumque est hoc loco beatum Ioannem, non de imaginibus, sed de idolis sermonem intulisse. Sequamur igitur Apostoli præceptũ nos custodiendo ab idolis, sed interim fugiamus hæreticos qui imagines sanctorum damnant & reiciunt earum vsum sanctum ab Ecclesia prescriptum amplectendo.

*Ex diuina beati Ioannis Apocalypsi.*

Apocalypsis primo capite scribitur ad hunc modum: Christus dilexit nos & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Quo loco & similibus perniciosè abutuntur qui inde colligunt nihil præter fidẽ passionis Christi pro nobis factã ad salutem requiri: simul etiam Deum non curare quomodo viuamus dum modo fidamus passioni Christi, vt ipsius iustitia nobis omni vitiorũ labe aspersis imporetur. Nam ideo & hic & alibi refert scriptura sacra Christum pro nobis mortuũ & factum nobis esse iustificationem, redemptionem & sanctificationem vt ad Dei misericordiam, & ad ipsius Christi meritũ nostram salutem referamus, non autem quod bene operari, sancte viuere, peccata vitare verbũ dei audire, sacramenta recipere & reliqua Ecclesiæ catholice decreta sequi nobis necessarium nõ sit. Ideo enim ablutus sumus, vt postea nõ inquinemur & deo qui nos sanctificauit seruiamus in sanctificatione & iustitia omnibus vitæ nostræ diebus. Quare omni via & ratione sunt nobis fugiendi voluptarij libertini, qui habent passionẽ Christi velamen sine nequitie frustra gloriã deo imputata sibi iustitiã & sanctificationem cum peccatis & sceleribus onerati & voluptatibus mudi delibuti turpissimè viuãt, sibi interim placido & perniciosè aduãdo in persuasione perniciosissima qua putant, asserunt, prædicant & præsumunt non sibi imputari, quibus obstringuntur peccata, quia credunt in Christum. Hos ubique dånat scriptura quæ in christianis in existẽtem requirit iustitiã & sanctificationem, vitato omni peccato per gratiam quam merito Christi recipiunt. Est enim voluntas Dei sanctificatio nostra: & qui sperat in eo, debet se sanctificare sicut ille sanctus est scriptum est enim: Sancti eritis quoniam sanctus ego sum.

Ibidem scribitur ad hunc modũ: Christus fecit nos reges & Sacerdotes deo & patri suo. Quo loco ignoranter & perniciosè abutuntur qui ex eo effici & doceri volunt quod in regimine & gubernatione tam ecclesiæ quàm politie omnes sunt pares, & siue sint viri siue feminae eandem habent profus omnes potestatem, tam in verbo quam in

sacramētis, atq; in omni administratione politica. Hoc namq; loco nō est institutus sermo de regno siue sacerdotio externo & ministeriali, sed de interno & spiritali, personalitē quo videlicet omnes sunt: per Christū reges & sacerdotes regno & sacerdotio quod ad se in ordine tam ad Deum, non autē ad proximum in cōmunitate & republica referunt & spectant. Intelligitur ergo reges illi qui Christo insiti in seipsis regnāt obediēte rectē rationi appetitū, quia adiūctur gratia Dei, per quam peccatū, mortem & infernum calcant: quod beatus Paulus vocat non domiari in illis peccatum. Sic etiam illi dicuntur esse sacerdotes, quia apud Deū per Christum vnici Dei & hominum mediatorē, cuius sunt membra & serui, imō etiā fratres & amici, accessum habent securum & familiaritatem, ipsiq; offerre possunt accepta & grata dona, scilicet prauorū affectuum mortificationē, verum & necessarium singulorum christianorum sacrificium, quod figurabatur in lege veteri per immolationē bestiarum quae irrationales erant, vt prauū & deordinatū concupiscentia affectus rectē rationi aduersantur. De tali singulorum christianorum sacrificio loquitur beatus Paulus Romanorum duodecimo capite his verbis: Exhibete corpora vestra hostiam viuētem, & carē. Et beatus Petrus prioris epistolae capite secundo cum ita inquit: Aedificamini tāquam lapides viui, domus spiritalis in sacerdotium sanctum, offerentes spirituales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christum. Ex verbo Dei igitur edocti agnoscimus duplex sacerdotium ficut etiam regnāt, scilicet internum seu personale, atque externum, publicum & ministeriale. Christus nos omnes fecit sacerdotes interno personali, & spiritali sacerdotio quo ad nos, videlicet vt offeramus corpora nostra spirituales hostias, vt scribitur Romanoꝝ duodecimo capite. 1. Petr. 2. Ecclesiast. 35. Psalm. 49. & 50. Sacrificium etenim Deo gratum est spiritus contribulatus, & attendere mandatis domini. Quod sanē sacrificium debent & possunt facere Deo (qui eidem & non sibi ipsis viuere debent) omnes christiani cuiuscūq; sexus & conditionis sint in recognitionem & attestacionem supremi ipsius domini. Ab eo autem cum sit omne bonum, nō tantum spiritalē & internum, sed etiam visibile & externum nulla in lege solo interno & spiritali contentus fuit sacrificio, sed externum quoque voluit. Vnde quicūque literas sacras & aliorum quorūlibet scripta diligenter legere volent, is facile comperiet omni tempore hęc tria scilicet legem, sacerdotium, & externum sacrificium coniuncta fuisse: atque etiā duo postrema, magis vel minus perfecta, pro ratione legis, cuius tempore fuerunt, extitisse videbit. Quare cum lex Euangelica sit omnium perfectissima, oportet quoque eam habere perfectissimum sacerdotium & perfectissimum sacrificium externum. Hoc autem ita esse inde palam atque dilucidum sit quod Christus summus & aternus sacerdos, pontifexque, nostrum ministeriale sacerdotium instituit, & seipsum verum & aternum legis Euangelicę sacrificium ipsis Euangelicis sacerdotibus ordinatis pro tota ecclesia continē offerendum in remissionē peccatorum & gratiarum actionem reliquit, quando cœna ritū Iudaico facta christianorum cōmunionem in proprio suo corpore instituit solum Apostolis, (quos etiam tunc sacerdotes ordinauit) dixit: hoc facite in meam cōmemoracionem, loquens de sui corporis consecratione, oblatione & cōmunionē, vt ex ipsa litera manifestissimum efficitur. Non ergo, omnes christiani sunt sacerdotes hoc modo, vt etiam clarum est ex epistolis Apostoli Pauli ad Timotheum & ad Titum: & ex ordinatione sacerdotum ab Apostolis sępius per manum impositionem facta, qua sanē, opus nequaquam esset si omnes ex æquo sacerdotes essent. Errant igitur apertē & sacrām scripturam perniciosē deprauant ad suam & aliorum perditionem, qui omnes christianos esse sacerdotes, & eandem tam in verbo Dei, quā in sacramentis potestatem habere affirmantes sine vilo discrimine verbi & sacramentorum ministros sibi eligunt prurientes auribus, in suis cœcibus seditiosis, & maxime in sua abhominabili cœnula (quam falso & malē dominicam cœnam esse clamant) faciēda. Vbi videntur si volunt, si non apertē idololatriam incurunt, eam videlicet ex Christi institutione corpus eius non possit consecrari, nisi ab ordinatis ministris: tribuunt etiam suam salutem purę creaturę, quod sine abhominabili idololatria & blasphemia fieri non potest. Notandum est autem (vt ad Apostolum redeamus) quod artificiosē coniunxit hæc duo scilicet reges & sacerdotes, vt etiam beatus Petrus qui appellauit christianos regale sacerdotium. Nam reges quidem fuerunt omnes qui rectę & cōuenienter rationi vixerunt vt philosophi: non autem sacerdotes fuerunt, quia videlicet eorum opera accepta Deo non erant, eo quod vnico mediatori Christo non innitebantur. Sunt autem reges christiani qui liberati à tyrānide peccati possunt rectē viuendo illud vitare: Sunt etiam sacerdotes, quia eorum vita est accepta Deo ad vitam æternam. Vbi aduertē quā apertē Christi meritum immittunt, & verbo Dei aduersantur, qui dicunt hominem christianum non posse esse sine peccato, nec mandata Dei obseruare valere, aut facere opera Deo grata, quibus reddat vitam æternam. Hęc enim dicere est, negare Christum nos fecisse deo & patri reges & sacerdotes. hoc uotabit & dispiciet qui uolet.

Ibidem scribitur ad hunc modum: Ego sum primus & nouissimus, & uivus & fui mortuus, & ecce sum viuens in secula seculorum, & habeo clauēs mortis & inferni. Quo loco ignoranter & perniciosē abutuntur, qui ex eo colligunt sacerdotes & praelatos quoslibet ecclesię uelle rapere clauēs de manibus Christi cum hominibus peccata remittunt. Sacerdotes enim veri ecclesię ministri, illā peccata dimittēdi potestatem clauibus significatā, Christo cuius se ministros esse omnino profitentur, acceptā referunt. Is enim solus per autoritatē, vt Deus, & et illa à patre mundū indicandi data potestatem, quatenus homo, omnes iudicat, peccata dimittendo vel retinendo: Verum expresse etiam tra-

dit scriptura sacra ipsam Christū illam potestatem suis apostolis & reliquis eorū successoribus praelatis ecclesię cōmississe, vt scribitur Matth. 16. & Ioan. 20. c. Vt autē hæc facile intelligatur sciendum est quod quia cœlum clauditur & infernus aperitur per peccatū, & pœnā peccato debitam, ideo potestas remittēdi peccata quoad culpā, vel quoad pœnam dicitur clauis. Talis autē potestas est in Deo principaliter & per autoritatē, & ideo is solus dicitur habere clauēs auctoritatis. In Christo autē homine est hæc potestas per meritū passionis, & ideo dicitur habere clauēs excellentiæ. Quia etiam in sacramentis ecclesię cōmunicat nobis meritum passionis Christi, ideo ministri ecclesię sacerdotē ordinari legitimi sacramentorum dispensatores, habent potestatem remittēdi peccatum, aperiri cœlum, & claudendi infernum, sed per modum ministerij & dispensacionis: quare talis illorum potestas uocatur clauis ministerialis. Hoc autem faciunt ex Christi institutione & ordinatione quam omnes sequi debent: quare non contentur in ecclesia militante alieni remissa esse peccata, nisi sacerdos uirtute clauis ipsum absoluerit. Hoc clare docetur Matth. 16. & Ioan. 20. Non ergo eripuit clauēs Christo Domino, summo & uero aternoque sacerdoti ipsius in Ecclesia militante ministri & vicarij sacerdotes, cum hominibus penitentibus & peccata sua ipsis contententibus & acculantibus, tanquam cōfessionarum iudicibus, delicta remittunt, sed sequuntur Christi institutum & præceptum, qui acceptam à patre peccata dimittēdi potestatem, & homines omnes iudicandi facultatem de qua scribitur Ioanis 3. his uerbis: iam pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio: praelatis, ipsis loco ecclesię uisibilem cum sacramentis uisibilibus, gubernantibus & administrantibus dedit atque communicauit. Hoc ipsum aperte eundem Christū hæc autē quæ sequuntur uerba attestant: Sicut misit me pater & ego mitto uos. Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata remittentur eis, & quorum retinueritis retenta sunt. Qui sanē locus nō potest intelligi de sola predicatione uerbi Dei quia Apostolos iam prædicatum miserat, & ipsi aperuerat sensum vt intelligerent scripturas, sed proprie accipi debet de potestate remissionis peccatorum. Ministri autem ecclesię duas habent clauēs, scilicet scientiæ & iurisdictionis. Clauis scientiæ est potestas discernendi & statuendi in ecclesia ea dogmata & præcepta quæ omnes christiani tenentur obseruare, nisi uelint, Deum offendere & eiusdem ordinationem contempnere. Clauis autem iurisdictionis est potestas puniendi eos qui à ueritate & rectitudine legis deuiantur. Hæc autem clauēs sunt in sola ecclesia catholica, & quidem is solum pastoribus tradita, qui in ea legitime sunt ordinati, & tenent caput ex quo totum corpus in hierarchia ecclesię per iuncturas & nexus constituitur & administratur, vt scribitur Ephes. 4. cap. & Colossentium. 2. Quare quicūque in ecclesia catholica que dicitur uulgō Romana, & per sanctos apostolos fundata est: in qua fides & religio scđdm Dominū Christi promissionem perseuerauit: recta & sincera intentione non manent, nulla ratione clauēs habere possunt: id est nullam habent profusam autoritatē in uerbo Dei aut in sacramentis: Quicquid etiam dicant aut faciant nemini possunt aut in ecclesia Christi in qua non sunt, imo contra eā pugnant, intromittere, aut etiam ab eadē expellere. Spiritus namque uiuifici membra abscissa participia esse nequeunt.

Apocalypsis 14. c. scribitur ad hunc modum: beati mortui qui in Domino moriuntur: A modo enim dicit spiritus vt requiescant à laboribus suis. Quo loco abutuntur qui ex eo concludunt nullum esse purgatorium post mortem, sed omnes plane statim vel cœlum ascendere, vel inferno cœclodi. Nā hoc loco fit tantum eorum mentio qui sanctē vixerunt, & mandata Dei obseruauerunt, pro quibus non est purgatorium, sed pro imperfectis christianis qui eūdem esse negant, tamen terrenis nimium adhaerent. Hunc autem esse germanum huius loci sensum indicat textus ipse qui habet ad hunc modum: hic est patiens sanctorum qui custodiunt mandata Dei, & fidei agi Christi. deinde sequitur ita: Et audiuī uocem de cœlo dicentem mihi: Scribe: beati mortui qui in Domino moriuntur. A modo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis, opera enim illorum sequuntur illos. Serua ergo Dei mandata & nullam patiens post mortem purgatorium. Sunt autem tria mortuorum genera, vt docet beatus Paulus 1. ad Corinthios 3. c.

Ibidem scribitur ad hunc modum: Si quis adorauerit bestiam & imaginem eius & acceperit caracterem in fronte sua, aut in manu sua: hic bibet de uino irę Dei, quod mixtum est uino in calice irę ipsius: & cruciabitur igne & sulphure in conspectu agni: & fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculorum. Quo loco vt etiam toto hoc diuino & admirabili discursu perniciosē & maliciose abutuntur qui inde colligunt professores religionis antiquę in ecclesia catholica quæ pontificem Romanum beati Petri successorem & Christi Iesū in ecclesia militante vicarium haberi & agnoscat eos esse quorum interitus acerbissimus futurus hic describitur. At toto cœlo à satana infascinati & delusi errant cæci miseri & impudentes. Hic autem non parum profuerit aduertisse astum satanę, qui vt facilius incautos decipiat & omnia conturbet & peruerat ea solet sibi & suis tribuere quæ Dei sunt & ecclesię: contra uero quæ de ipso & ipsius factiosa impuraque synagoga scriptura refert ea ueris christianis & catholicis ecclesię ascribit. Hinc enim est quod summa illa ueritatem & sinceritatem scripturarum atque puritatem sacramentorum suę factiōi soli tribuit: contra uero ecclesiam catholicam (quam Babylonem esse suis persuasit) nihil nisi impurū, ignorans, indoctū, idololatrię & plane impurū habere omni ratione, vt homines existimēt contendit. Ideo siquidē ueros christianos, papistas & idololatrias, papam id est primum ecclesię Christi ministrum, antichristum: doctrinam christianam, mendacium, hominū inuentionem & impietatem: ecclesiā, Babylonem: Christū denique ipsam



in hostia sacra, idolum vocat: Contra vero istam impiam factionem & synagogam, Dei veram ecclesiam: sicut Sardanapalium, libertatem Evangelicam: sicut mendacium, Euangelium, verbum Dei purum, & salutarem doctrinam: sicut impietatis & mendacii professores, verè pios, Dei filios atque electos, sicelisque esse cõclamarat & deconat. Sic enim se transfiguratur in angelum lucis satanas, & induit sicut ovium vestimentis lupus iste rapax ut palpiam leuibus & incautus maxime autem carnalibus hominibus obrudat, eos ita infasciando, ut pretextu Christi, ecclesie & veri Euangelij omnem impietatem atque impuritatem amplectentur & misericordie confitentur. Hic igitur summa cautione & dispicientia opus esse aduertant christiani, & quidem maxime hoc finitissimo tempore quo omnes propemodum homines vel impietate vel impuritate, vel etiam vtroque simul obstrictos & aspersos videmus. Non siquidem ita est euilibet statim facile satanam tam pulchre transfiguratum agnoscere & eiusdem delusione vitare. Vique à Deo enim omnia turbata consiliaque habemus, ut christianismus vix appareat, & tanquam paruula Gintilla inter abusum Papitarum (quos vocant) & hereticorum errores insanos & impia desiderantia tantillum illuceat. Plusquàm igitur linceis opus est oculis, ut discernere possimus ipsam puram ut primum est instituta, & à sanctis patribus vstitata religionem christianam. Nam qui possessione sese tuerent aut parum aut nihil sua vocatione dignum pro officio præstant, ut etiam qui de reformatione tantopere gloriantur & superbiunt nullum profus adhibent modum, abba, iohanne & apollioniste quàm reformatores verius censendi & dicendi, euerunt enim vel etiamnum euerunt omnia quæ sunt religionis & pietatis, nullo autem pacto iustæ reformationi student aut incumbunt. Væ væ eam abhominatio desolationis seclibit in loco isto. Sed vt vnde digressa est eo sese nostra referat oratio, cerum est atque manifestum eos nequaquam assequi Euangelistæ nostris sensum & mentem qui per Babylonem & meretricem ecclesiam Romanam, atque per bestiam Pontificem Romanum Papam vulgo nuncupatum, cum aliis episcopis intelligunt & exponunt. Hæc autem vt pie & vere cognoscantur, sic meo iudicio sunt accipienda vt scriptura de impiis & satanicis hominibus solet loqui. Quum igitur spiritus sanctus per scripturas sacras sepius doceat omnia confusione & perturbatione plena esse, vbi Deus nec vere agnoscitur, nec pure colitur & pie recognooscitur, non dubito per Babylonem intelligendum esse vniuersam impiorum multitudinem, id est satanam cum omni sua synagoga, quæ semper Deo aduersatur & cæca caligine ignorantie obducitur confunditurque. Non minus inuoluntate magis quàm insolens superba atque impia illa gigantum multitudo quæ currim Babylonicam extruxit, quæ cœli attingere sua arte & veluti expugnare suo mare tentauit. In hac autem Babylone magna id est confusa conuictorum impiorum multitudine ingenti: An non manet & sedet deformis illa & multis tam cornibus quam capitibus prodigiola bestia manet sanè & sedet. Quid enim bestia aliud est quam illorum improvida multitudo qui ad morem bestiarum viuunt, nec virtutem, nec rationem, nec Deum ipsum curant? Gasterolæ igitur voluptuarij, carnales, terreni, & quicunque cœlestia & diuina non capiunt, bestia sunt: omnesque in Babylone id est in confusione, perturbatione, ignorantie & impuritate degunt. Impios autem carnales, terrenos & impuros homines bestias dei tam diuina quam humana restantur eloquia. Hoc namque sensu Christus Dominus præcipiebat suis apostolis ne darent sanctum canibus & ne proicerent margaritas ante porcos. Hinc in Daniele corrupti homines etiam reges per bestias designantur. Sic philosophi & sapientes antiqui in variis belluas homines corruptos fuisse mutatos scripserunt eo, scilicet sine vt nos docerent homines deprauatos & corruptos bestias quarum more viuunt quàm homines melius & verius dici. Quia autem varia sunt & multum differentia vitiorum genera, ideo hoc loco bestia multis & cornibus & capitibus prodigiola, hominum animalium, carnalium, & bestialium magis quàm rationalium multitudinem significat refertque. Non caret autem mysterio quod deo dedit virtutem & potestatem suam magnam bestia: Nam diabolus plus ecclesie Dei & electis per homines reprobos nocet, quàm per seipsum. Persequitur igitur Dei ecclesiam satanas per bestiam id est per homines impuros, carnales & corruptos qui vix quiescunt & dormiunt nisi prius malefecerint. Habent autem characterem bestia, & adorant bestiam coluntque ipsius imaginem, quicunque impie agunt. Nam cultus magis in actione & operatione quam in verbo & persuasione collocatus esse & consistere iudicari debet. Sunt igitur in Babylone, & bestia characterem habent, eiusque imaginem adorant quicunque Dei omnipotentis mandata negligentes sibi viuunt carnis concupiscentiam sequentes, animales, carnales, spiritum Dei non habentes, nec cœlestia & diuina sapientes aut querentes, sed quæcunque suæ impiæ persuasioni affectionique aduersantur, deridentes contemnentes, & aperte blasphemantes. Quæ enim ignorant impij blasphemant.

Sequitur meretrix quæ sedet super bestiam eiusque mysterium. Tale autem mulieris super bestiam sedentis videtur esse mysterium, vt ipsa significet aperiã violentam & impudentem impietatis atque impuritatis professionem. Vt enim fidem & pietatem internam sequitur externa sancta confessio, ita sanè internam impietatem & corruptionem externa sua professio. Quæque nunquam arbor proferit fructum suum. Non caret autem arcano & mysterio quod publicam & externam impietatis impuritatisque professionem per mulierem meretricem designat. Muliere namque fornicaria quæ frontem perficit, nihil est peulantius, nihil impudētius, nihil salacius, nullum malum præsentius, nihil violentius, nihil perni-

ciosius, nihil obstinatius, nihil impurius, nihil æquè impium, nihil salacius, nihil ad omnia bona corrumpenda apertius, nihil ad omnia mala inuicenda & prouehenda callidius & ardentius, nihil denique ad omnia perdenda, perturbanda & funestanda satanicum magis: vt contra, vix comperias muliere senfata, casta & pia quippiam religiosius, honestius, amabilius, delectabilius, gratius & quodque magis pium. Mulier autem ista sedet in aquis, & inebriat reges & principes terræ, de poculo fornicationum suarum, quia prauam voluptuositati viuendi & iniquè agendi consuetudinem facile omnes sequuntur, tam principes quàm populi: magis autem id faciunt diuites & nobiles superbi, qui sunt Dei mandatorum sepius contemptores. Nemo igitur de priuato loco aut de priuata persona bestiam meretricem, aut etiam Babylonem exponat. Nam quemadmodum dicitur mulier supra septem montes sedisse, ita quoque supra aquas sedisse. Ad Babylonem enim ad bestiam & ad meretricem spectant, quicunque non custodiunt Dei mandata, & fidem Iesu Christi. Omnes autem qui sunt semen mulieris sanctæ, veri christiani, & non spurij ecclesie catholice filij, custodiunt mandata Dei, habent testimonium Iesu, cum quo ambulat semper in albis fugientes Babylonem, bestiam & meretricem illectameta, perniciosaque ipsius poculi philtrea. Hos tædem liberabit & victores efficiet verbum Dei, quo quicquid est impietatis, ignorantie abusus atque impuritatis funditus tollitur. Tale est igitur Babylonis mysterium ad quam spectant cuiuscunque sexus conditionis, & nationis sint quicunque impie & impure agant, vt in domo Dei, ecclesie Christi sponsa custodiuntur, quicunque vere credunt, & factis actionibusque bonis & sanctis suam veram fidem attestantur & ostendunt. Quare nihil ad rem profertur, qui hæc de ciuitate Romana & pontificia dignitate proprie exponunt: non quod difficeri vllum ex Romanis & eibus & pontificibus quosdam ad Babylonem, ad bestiam & ad meretricem fornicariamque illam magnam attingere. Certum est enim satanam semper operari mysterium iniquitatis: tamè oportet vt qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat. Væ væ igitur ecclesie militanti, quando abhominatio desolationis seclibit in loco sancto. An non autem plures per quos solatur (quia non iuuatur) ecclesia: vitam abhominabilem degant? respiscendum sanè aut prorsum perendum.

Apocalypsis 19. cap. scribitur ad hunc modum: Et cecidi ad pedes eius scilicet Angelus, vt adorarem eam, & dixit mihi. Vide ne feceris: Conseruus tuus sum & fratrum tuorum habentium testimonium Iesu. Deum adora. Quo loco ignoranter abutuntur qui ex eo colligunt nullum honorem esse sanctis tribuendam. Nam & si per humilitatem omnibus sanctis communem, omnem gloriam Deo tribuendam voluit, & id docuit beatum Ioannem Angelus, nõ tamen sequitur quod malè egerit Apostolus qui prociuit ante Angelum honoris, & gratiarum actionis ergo. Nouerat siquidem Angelum quem honorare eum adorare. (nam hæc vocabula sunt synonyma in scriptura) volebat non quidem vt Deum, sed vt Angelum dei & magnorum mysteriorum reuelatorem: nouerat etiam alium esse honorem Dei, & alium Angelorum. Vtrique ergo rectè fecit: Ioannes quidem Angelum Dei ministrum honorando: Angelus etiam honorè omniæ ad Deum omnium bonorum largitorem suum vtriusque domini referendo. Simile quid faciunt viri probi quotidie, qui quum vident se honorari, tam referunt apud se omnem talem honorem ad Deum omnis boni fontem & largitorem: aut etiam verbis protestentur & affirmant, non sibi, sed Deo talem laudem debere. Si enim quis laudetur quod callè vixerit, quod hominem sanarit, quod bene prædicaui, tum solet respondere: Laus dei Deo & non mihi. Id ipsum sanè est quod hoc loco respondit Angelus: cuius hæc sunt verba: Deum adora. Testimonium enim Iesu est spiritus prophetiarum: quasi dicat: Non ego sum tibi author harum reuelationum magnarum, sed Deus ipse, quare illi gratias agito. Hic etiam notandum quosdam angelos quibuldam hominibus inferiores esse. Ideo enim forsitan ita subiunxit Angelus: Conseruus tuus sum, & fratrum tuorum habentium testimonium Iesu.

Apocalypsis 22. cap. scribitur ad hunc modum: Cõtestor enim omni audienti verba prophetie libri huius: Si quis apposerit ad hæc apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto: & si quis diminuerit de verbis libri prophetie huius, auferet Deus partem eius de libro vite & de ciuitate sancta: & de iis quæ scripta sunt in libro isto. Quo loco perpetam exposito abutuntur qui inde colligunt prælatos ecclesie nihil profus in ecclesia docere & proponere debere, quod non sit expressum in scriptura sacra. Nam hoc loco loquitur tantum Apostolus de additione aut diminutione libri huius, cuius tanta est diuinitas & perfectio, vt à nemine ipsi demi aut addi debeat: aut circa iniuriam possit. Hunc esse præsentis loci sensum indicant hæc verba, libro isto. Idem hæc: & verba prophetie eius. Non vult ergo prohibere aliquid aliud scribi aut prædicari quod hoc libro non continetur, sed hunc librum planè diuinum, ita conseruandum esse vt traditus est mouer, ne videlicet tantilla etiam additione aut diminutione deprauetur tanta & tam diuina hæc prophetia & reuelatio. Cædo præterea si non multa docuit, scripsit & prædicauit Apostolus quæ hoc libro non continerent? Hic igitur locus & similes admonent non esse populi addere aut demere de doctrina à Deo per prælatos ecclesie tradita & reuelata, aut etiam eam suo sensu exponere sumere & profiteri, sed sequi eos debere quos dedit illi dominus prælatos, pastores & doctores. Cum autem populum dico, more scripturæ eos omnes accipi volo qui non sunt vocationis ecclesiasticæ: hinc enim est quod semper sales laici, id est homines ad populum pertinentes sunt appellati.

**QUARTVS LIBER, SIVE QVARTA PARS STROMA-  
tōn biblicorum, vbi docetur quomodo per scripturam sacram christiana doctrina atque fi-  
des, religioe catholica defenditur & asseritur aduersus prophanas vocum  
nouitates, & rationum humanarum deliramenta.**

*Propositia eorum quae hoc quarto libro continentur atque tractantur.*

**V**T propter scripturam diuinitus inspiratam quae ait de-  
clinandum esse à malo, & faciendum bonum scimus il-  
lum iustum esse qui deuitata omni porfus iniquitate vir-  
tutem & bonitatem consecratur: ita per eandem quae sa-  
pius admonet peregrinas doctrinas fugiendas, & in re-  
cepta veritate perseverandum esse agnosimus eum fidelem & chri-  
stianum qui auersatus omnia plane exotica dogmata catholicam & in  
ecclesia Christi probatam doctrinam amplectatur & proficitur. Catho-  
licam autem doctrinam in praesens eam intelligi volumus quae  
verbo Dei consentiens vbique, semper, & ab omnibus in ecclesia Chri-  
sti sponsa, Spiritu sancto perpetuo edocta & directa, probata, tradita  
& obseruata est. Verbo etiam Dei eam probari ipsique consentire de-  
bere non frustra adiecimus. Nam cum in vniuersum duo sint cogni-  
tionis, atque scientiae genera, vnum scilicet diuinum & alterum hu-  
manum: vt hoc ad rationem humanam, ita illud ad verbum Dei siue  
ad reuelationem diuinam referimus, vt securi certique in eo ipso con-  
quiescamus. Ad verbum Dei igitur tanquam ad aylum, ad ancoram  
firmam & ad principium certum verum & necessarium confugere  
debent christiani cum doctrinam salutis veram habere, & in eadem  
confirmari volunt. In ecclesia enim, christianorum schola, docetur &  
traditur doctrina fidei: fides autem est ex verbo Dei, vt attestatur A-  
postolus Paulus Romanorum decimo capite.

Quum igitur institutum propositumque nostrum sit hoc quarto  
stromatum Biblicorum libro fidei veritatem atque ecclesiae catholi-  
cam doctrinam breuiter (transper dum expectamus occasionem at-  
que opportunitatem illud ipsum copiosius & diligentius persequedi)  
vt Deus sua bonitate donare dignabitur per scripturam sacram, & ver-  
bum Dei aduersus seductos & impios nostri miserimi temporis an-  
tichristos & apollonistas tutari & propugnare, locos aliquot scriptu-  
rae sacrae expressos, & huic negotio apprime convenientes huc conse-  
remus. Quia autem rem tantam plenè & accuratè persequi atque per-  
ficere hoc tempore non datur, praesenti tractatu non minuatim & si-  
gilatim proposita religionis hodie controuersa proponemus aut ex-  
pediunt, sed tantum eorum summa & latius patentia capita velut  
in pauca redigentes ea in quibus frequentius & periculosius erratur,  
atque peccatur percurreremus. Totam autem rem integramque dispu-  
tationem suscepta breuiter quinque capitibus complectemur & absol-  
uimus. Primum erit de verbo Dei & eius obseruatione. Secundum, de  
ecclesia & eius autoritate. Tertium de libero hominis arbitrio. Quar-  
tum de necessitate bonorum operum. Quintum de merito bonorum  
operum.

*De verbo Dei triplici, deque eius necessaria obseruatione.  
Caput primum.*

Duo sunt longè lateque patentia & omnibus cognitu necessaria  
scripturae sacrae & christianorum doctrinae principia. Vnum est quod  
nemo admittetur ad gloriam aeternam nisi vicerit: Non enim corona-  
bitur nisi qui legitime certauerit. Alterum vero, quod nemo profusus  
vincere poterit & legitime certare contra carnem, mundum & diabo-  
lum absque verbo Dei: haec est enim victoria quae vincit mundum fi-  
des quae est ex verbo Dei. Consequitur igitur oportere cum omnem  
qui vult salutem consequi coniungi verbo Dei eodemque niti, fulciri,  
armari, & fundari. Hoc sane egregium est dogma, quod longe lateque  
patet, & diffunditur per vniuersam sacram scripturam tam veteris  
quam noui Testamenti, scilicet verbum Dei sanare animas, Christum  
nobis esse iustificationem, redemptionem, salutem, & quid non? non  
est enim in aliquo alio salus: nemo suadamentum aliud ponere potest.  
Christus siquidem vnus est Dei & hominum mediator, in quem cre-  
dentes per ipsum habemus accessum ad ipsam diuinitatem, nostrum  
& omnium rerum principium, ad cuius imaginem & similitudinem  
facti ab eodem perfectionem nostram & felicitatè expectare debemus.  
Hoc autem verbum omnia sanans & perficiens, & si in se vnium est,  
tamen multiplex ponitur propter variam & multiplicem suae commu-  
nicationis formam.

Haec igitur semper nobis christianis sunt cogitanda, scilicet Deus fi-  
nis noster, quo perficimur & beamur, Christus mediator noster (nam  
doctè Christo ipso, haec est vita aeterna vt cognoscamus Deum verum  
& quem misit Iesum Christum) & media per quae ipsi Christo coniun-  
gimur, vt ipsius membra facti, habeamus per eum accessum ad Deum,  
qui solus viuificat. Haec autem media sunt, res externae quibus nos qui  
corpore sumus praedicti indigemus vt Christi mediatoris, verbi Dei veri  
& sanantis participes simus. Res autem eiusmodi & si non sunt reue-  
ra nec proprie dici possunt verbum Dei, tamen vulgo appellantur ver-  
bum Dei, quia scilicet sunt veluti vehiculum quo in animas nostras  
traducitur & infunditur filius Dei verum & proprium Dei verbum.  
Quia autem ex diuina ordinatione verbum Dei verum, Christus Iesus  
in animis nostris coeipitur, & à nobis participatur tribus potissimum  
modis, scilicet legenda scriptura sacra, audientia praedicatione & obser-  
uandis traditionibus recipiendisque sacramentis, ideo triplex esse ver-

bum Dei diligenter omnibus christianis obseruandum dicimus. Vnum  
est enim scriptum: secundum praedicationem: Tertium vero traditum.  
Haec autem verbi Dei participandi triplicem formam saepius com-  
mendat & obseruandam docet sacra ipsa scriptura: atque eandem ipsius  
distributionem seruatur apostoli, & reliqui primi pastores in funda-  
da Ecclesia Christi. Nam verbum Dei propulerunt praedicando, scri-  
bendo & variis traditionibus instituentis & praecipendis. Quod au-  
tem verbum Dei praedicatione sit in ecclesia propositum & proponi  
semper debeat, docuit Christus qui mittens Apostolos ad fundandam  
ecclesiam, ita dixit: ite in vniuersum mundum, praedicate Euangelium  
omni creaturae. Idem docetur Actuum 13. c. & Romae 10. sapientique ali-  
bi, consequitur igitur oportere recipere & obseruare verbum Dei quod  
habetur & participatur per Dei ministrorum praedicationem.

Quod vero illud ipsum verbum Dei per scripturam sacram etiam  
communicetur & participetur, testatur Christus cum ita ait: Seruami-  
ni scripturas quoniam ipsae sunt quae testimonium perhibent de me.  
Ioan. 5. c. Sunt igitur ea recipienda & obseruanda quae scripturae sacrae  
tradunt quum videlicet per eas consequamur verbi Dei communica-  
tionem. Non minus etiam sane ipsa eadem attestante scriptura sacra  
sunt recipienda & obseruanda traditiones per quas à nobis verbum  
Dei eorum modo participatur, non minus quam per praedicationem &  
per scripturam sacram suo etiam proprio modo. Hinc est quod Apo-  
stoli non minus diligentes fuerunt in instituentis christianis & fun-  
danda ecclesia (hoc notabit qui volet) per praedicationem & per scri-  
pturam sacram quam per traditiones, ceremonias, externumque cul-  
tum. Hoc edocemur ex eo quod referunt Apostolorum Acta. cap. 15.  
Paulum Apostolum virum certe nullatenus superstitiosum, sed vere  
Euangelicum perambulasse Syriam & Galiciam vt confirmaret eccle-  
sias, cuique praecipere custodire praepcepta Apostolorum & seniorum.  
Illud idem confirmatur iis quae scribuntur eiusdem libri 16. c. his ver-  
bis: cum autem pertransiret ciuitates, scilicet Paulus, Syllas & Timo-  
theus, tradebant eis custodire dogmata (nihil autem adhuc scripserant  
apostoli) quae erant decreta ab Apostolis & senioribus qui erant Iero-  
solyms. Et ita ecclesiae quidem confirmabantur fide & abundabant  
numero quotidie. Haec etiam verbi Dei per traditiones & ceremo-  
nias euangelicas communicationem participationem & obseruan-  
tiam commendat, praedicit & diligenter praecipit beatus Paulus Tes-  
salonicensibus scribens posterioris epistola. 2. c. cum ita inquit: itaque  
fratres state: & tenere traditiones (notate vocabulum traditiones ex  
scriptura esse) quas didicistis, siue per sermonem siue per epistolam  
nostram, & eiusdem epistola 3. c. idem docet his verbis: denuntiamus vo-  
bis vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non  
secundum traditionem nostram: certum est autem Paulo traditionem  
significare modum proficendi exterius religionem & fidem christi-  
anam. Dilucidum sit igitur ex ipsa expressa & aperta sacra scriptura  
Apostolos voce, traditionibus, & scriptis tandem ecclesiam fundasse  
atque verbum Dei proposuisse, haec autem eo dicimus & scribimus, vt  
palam omnes intelligant quam apertè scripturae sacrae aduersantur,  
Dei ordinationi repugnant atque Apostolorum praxi & consuetudi-  
ni refragantur, qui ceremonias & traditiones ab ecclesia & christiani-  
smi professione eiciunt: cum videlicet per eas verbum Dei non minus  
quam per scripturam sacram & praedicationem habeatur & partici-  
petur. Cædo praeterea si non Christus ipse ceremonias externas videlicet  
traditiones instituit atque maximè praecipit, & per casum suam gra-  
tiam conferri ita ordinavit, vt illis spretis & contemptis nulla via illa  
haberi possit: Quid namque aliud sibi voluit expressissima & omnium  
maxime obseruatu necessaria ipsius haec verba? Nisi quis tenatus fue-  
rit ex aqua & Spiritu sancto non poterit intrare in regnum caelorum.  
Item & illa? Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis ei-  
us sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Quæro, igitur, si aqua  
corporali exterius ablu, si etiam signa & species visibiles panis in sa-  
cro sancto sacramento manducate, ad traditiones & externas ceremo-  
nias non spectat? Spectat sanè. Quæro si omni lege & tempore Deus  
diuina & spiritualia, hominibus per externam & corporalia non con-  
cessit? conueniens namque est vt animus hominis quandiu corpori  
hic est contentus, & per illud suas funciones peragit, rebus diuinis  
& spiritualibus per ea quae sunt corporalia & sensibilia donetur & or-  
netur. ideo etiam verbum ipsum diuinum incarnatum est, & corpus  
assumpsit, vt hominibus corporatis per res corporales sese commu-  
nicaret. Quia enim, inquit Paulus Hebraeorum secundo capite, pueri  
communicauerunt carni & sanguini, & ipsum verbum similiter par-  
ticipauit eisdem. Certum igitur manifestumque est quantam vim imo  
etiam necessitatem habeant in religione christiana ceremoniae tra-  
ditiones & externae professiones quae ipsam etiam sacram scriptu-  
ram antecurrunt in fundanda ecclesia. Nec id quidem profecto mi-  
rum videri debet, cum videlicet Deus ipse vt sanctificaret & effi-  
ceret sibi puram ecclesiam corpus sumperit, sique qui omnia  
creauit in terris tandem visus & cum hominibus homo conuersa-  
tus: qui etiam piè & sincerè religionis rationem instituens à tra-

dicionibus & rebus externis, scilicet à sacramentis quæ sunt signa visibilia eam inchoauit. Hæc autem eo referri volumus, vt secundum propositum institutumque nostrum, doceamus catholicam doctrinam & fidei christianæ professionem quæ traditionibus & ceremoniis abundat, ipso verbo Dei, & ipsa sacra scriptura confirmari & defendi. Quod sane dubium nemini homini esse poterit, eas quæ à nobis sunt allatæ probationes & rationes diligenter consideranti & perpendenti. Quæ enim proculius sunt sacrarum scripturarum præcipua & communia dogmata, quæ per totum organum Biblicum latissimè diffunduntur. Quare demoror illorum tum ignoracionem tum impudentiam, qui non erubescunt à religione christiana traditiones & ceremonias expellere & exfuffare cum testante scriptura sacra per eas sit primum ab apostolis, imo etiamnum ab ipso Christo fundata & instituta, atque cum eis vbique ab omnibus semper vñtata & probata. hic autem agnoscere debemus astum satanæ qui verbo Dei nos destitutos omniratione cupiens & aditens, eius habendi & participandi potissimo medio, quod in ceremoniis & traditionibus est positum, nos priuare contendit, vt etiam aliis duobus mediis, scilicet sacra scriptura pura, & sincera predicacione, pleròque iam callide spoliavit sua interim mendacia ipsis obrudendo, vt loco diuinatum & christianarum traditionum, insipium & plane idololatricum cultum in sua cœna ( vt vocant) peragenda persuasit, & in eodem obstinatos carcos & captiuos miseriter detinet. Nos autem secuti Pauli præceptum stemus, & per Dei gratiam teneamus traditiones quas accepimus siue per sermonem, siue per scripturam, certo persuasi externam professionem & traditionem & cultum Dei in rebus corporatis debere necessario sequi fidè internam. Vt enim corde ad iustitiam crediderit, sic ad salutem sit confessio: Vt fidem, sic sacramenta & eorum ceremonias, traditionesque doceat & præcipit scriptura sacra, cui apertè repugnant qui traditiones à christianismo expellunt.

*De Ecclesia catholica & eius autoritate.  
Caput secundum.*

Vt catholica nostra doctrina & fidei professio in ceremoniis & traditionibus variis confirmationem habet à verbo Dei & scriptura sacra sicuti docuimus, ita ab ecclesia quæ propter perpetuam Christi presentiam & continuam spiritus sancti directionem errare nunquam potest. Nostram autem religionem & fidei professionem ab ecclesia Christi approbari facile diiudicabit quisquis attendere volet eam in ipsa antiquitate, vniuersitate, & consensione confirmatam corroboratamque esse. Hæc namque sunt ecclesiæ Christi notæ: quibus persuadendum nos in vera esse ecclesiâ, quæ cum errare non possit, & nostram fidei religionisque professionem tradat, præcipiat & seruet, certi de eiusdem veritate permanemus, & in conscientia securi conquisicimus: eos imitando & intrepidè sequendo qui nobis eam religionis & fidei formam professionemque reliquerunt, quorum intuentes exitum cõuersationis scilicet, non dubitamus sequi & profiteri fidem, quicquid nobis obiciat aut opponi possit. Nolo autem hoc loco disputare de differentia & excellentia, aut etiam prærogatiua ecclesiæ & scripturæ: certo persuasus vnam esse Dei veram & sanctam ecclesiam quæ regitur à spiritu sancto non minus quàm corpus ab anima viuificatur: extra quam non est salus, pro qua & in qua sola est sincera scriptura sacra & ipsius germana veraque expositio, vt etiam salutifera quorumlibet sacramentorum: receptio, & fidei verbique Dei tum predicatio, tum per cultum externum professio. Ea autem quæ sit & vbi accipienda aut querenda qui dubitant & disputant nihil aliud mihi videntur facere quàm si cum ratione vellent insanire, & in sole caliginem quærere. Ciuitas namque testimonio Christi quæ supra montem posita est, abscondi non valet, An tu christianus dicendus es, qui ecclesiam illam quam totus orbis confessus est nescis aut negas? An tu christianus putandus qui ecclesiam in qua baptizatus es & Christo initus ignoras? Qualis quæso filius iudicari debet qui matrem ignorat, quæ vbique semper & ab omnibus excepta, cognita & honorata fuit? Verum qui in profundum venerunt, & iusto Dei iudicio excæcati fordibus gaudent, & exultant, fordescant quantum volent. Nos autem quos Deus sua gratia Euangelij sui veritate & claritate illustrauit ecclesiam vnicam veram & in eadem vnicam, sanctam, & salutarem fidem, & religionis christianæ professionem amplexemur & profiteamur securi de veritate cum ipse, & expectacione salutis æternæ, si vsque ad finem in ea perseueremus, quicquid nos in ea, & propter eam oppugnet. Vt autem nos nullatenus fallat quanta cum securitate in ecclesia catholica permanere, & in eius doctrina, fideique professione perseuerare debeamus: dispiciamus quantum ipsi tribuat Deus ipse per scripturam sacram. Hoc igitur imprimis fixum certumque teneamus ipsam ecclesiam erroris mendacique omnis prorsus expertem esse, quia videlicet Christus, qui non mentitur pollicitus est se in ea mansurum vsque ad consummationem seculi. Hæc sunt eius verba, vt scribitur Matth. 28. c. Ego sum vobiscum vsque ad consummationem seculi. errabit igitur ecclesia coniuncta Christo, qui est via, veritas & vita? In ea quoque semper manet spiritus sanctus eam perpetuo docens omnem veritatem, vt scribitur Ioan. 14. c. his verbis, Ego rogabo patrem, & alium paraclerum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, spiritum veritatis: quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit. Item, non relinquam vos orphanos, sed veniam ad vos. Errabit igitur ecclesia in qua semper manet spiritus sanctus, non sane dormitans ( non enim dormiet neque dormitabit qui custodit Israel) sed semper eam omnè veritatè docens? Fieri sane non potest omnino. Quod etiam adhuc planius testantur quæ sequuntur Christi verba ad

hunc modum: hæc locutus sum vobis apud vos manens: paraclerum autem spiritus sanctus, quem mittere pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcunque dixerit vobis. Quis igitur dubitabit manere in ecclesia Christi in qua spiritus docet omnem veritatem? Imo etiam in qua pater & filius manserunt facit hoc enim indicant hæc Christi Domini verba: Si quis diligit me, sermone meum seruabit, & pater meus diligit eum, & ad eum venimus & apud eum manserunt faciemus. Quis igitur dubitabit patres illos antiquos qui toti tremebant ad sermones & ad mandata Dei quæ omni diligentia obseruabant edoctos fuisse à Deo, & in eius ecclesia vera sinceram fidem & religionem seruasse & professos esse? at testantur eorum scripta illos eandem prorsus nobiscum fidem & religionem habuisse & seruasse. Nemo igitur nisi filius subtractionis in perditionem, & plane imprudens ab ecclesia catholica recedet vt sequatur exoticas & peregrinas doctrinas, quicquid veritatis & pietatis præferant, & ea etiam contineant quæ ipse intelligere & dissoluere non possit. Considerabit enim quod satanas transfiguratur se in angelum lucis, quod est summus & callidissimus decipiendi artifex, quòd Deus plus potest efficere quàm intellectus noster comprehendere & assequi denique quod ecclesia habet spiritum sanctum perpetuum directorem & doctorem: quare tuto respondebit cum Paulo: nos non habemus talem consuetudinem neque ecclesia Dei. Quod sane argumentum sufficere debet ad ea omnia refellenda, quæ contra religionem veram & antiquam obiciunt hæretici. Nam plus apud nos valere debet ecclesiæ autoritas quàm quorumvis etiam doctissimorum & subtilissimorum opinio & priuata sententia. Quum enim Deus in ea semper maneat in eius fide, religione & doctrina perseuerare debent quotquot non decipi cupiunt. Illa enim est (testate beato Paulo. 1. ad Timoth. 3. c.) columna & firmamentum veritatis. Et si enim omnes & singuli homines errare, labi, & decipi possunt quantum est ex propria ipsorum conditione naturæque, tamen qui sunt ad ecclesiæ gubernationem per spiritum sanctum vocati & affecti, & corporis cuius Christus caput est, facti organa & membra, per quæ in ipsum corpus infuit & sua dona lagitur Deus, in iis decernendis quæ sunt fidei & morum, nunquam errant. Nam vt inquit Christus Dominus, Non illi sunt qui loquuntur, sed est spiritus Dei patris qui loquitur in ipsis. hinc est quod ecclesia Christi sponsa, dicitur esse sancta & immaculata sine ruga & macula, in iis scilicet decernendis quæ sunt ad salutem necessaria. hinc est quod apostoli in concilio congregati ita concluderunt: visum est spiritui sancto & nobis, &c. vt scribitur Act. 15. c. hinc est quod Cayphas prophetauit, quia erat pontifex & organum spiritus sancti, ex ratione vocationis & dignitatis quæ fangebatur. Hinc est quod Balaam non potuit aliud prophettare & dicere quàm quod Deus posuerat in eius ore. In prælatis ecclesiæ igitur non tantum considerare debemus eos esse homines ( sic enim falli & errare possunt) sed Dei ministros & spiritus sancti ( qui nunquam deserit ecclesiam, sed eam instruit, & per bonos & per malos ministros legitime tamè ordinatos sine errore dirigit.) organa. Nunquam enim est ecclesia sine sponso suo Deo æterno, qui eam semper consolatur, & docet omnè veritatè, per eos ministros qui teneant caput ex quo totum corpus per nexus & cõiunctiones subministratum & constructum crescit in augmentum Dei, non autem per eos qui currunt non missi. Hi enim quicquid glorientur veritatem non habent quia non tenent caput ex quo totum corpus ecclesiæ compactum & connexum est per iuncturam subministrationis secundum operationem in mensuram viuificuiusque membri. Ephe. 4. & Coloss. 2. c.

Quia igitur tam clarum certumque est Deum nunquam ab ecclesia abesse, sed eam semper dirigere & docere omnem veritatem, etiam per malos & moribus corruptis ministros legitime tamen vocatos & ordinatos, ideo ipsi ecclesiæ, vt sibi ipsi vult fidè adhiberi, grauissimèque eos delinquere & durissime puniendos affirmant qui ecclesiam non audiunt, sed eius præcepta & decreta per sacerdotes & prælatos eius organa & ministros proposita contemnant. Hoc non docet scriptura sacra Deuterono. 17. c. his verbis: si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perpexeris, inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & non lepram, & iudicium in porta tuas videris verba variari, surge & ascende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus, veniesque ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore: quæresque ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem & facies quodcunque dixerint qui præsent loco quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, sequerisque sententiam eorum, nec declinabis ad dextram neque ad sinistram. Qui autem superbiert nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo: ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel: cunctusque populus audiens timebit, vt nullus deinceps inrumescat superbia. hinc sane dilucidum fit quàm grauius peccent, & puniendi sint, qui ecclesiæ Dei ministris non obsequuntur, sed eorum id est Dei per ipsos tradita decreta contemnant. Ideo enim Maria & Aaron grauius Deum offendisse dicti sunt, quia Moysen Dei seruum & ipsius in ecclesia ministrum contempserant. Numerorum 12. c. Ideo etiam Core, Datan, Abyron & plures alij absorpti sunt viui à terra, quia Moysen contempserant. Num. 16. c.

Hinc est etiam quod Christus Matth. 18. ita dixit: Quicumque ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam Aethenicus & Publicanus. Hinc est quod Christus autoritatem ministrum suæ ecclesiæ declarans ita inquitur Luc. 10. & Matth. 10. Qui vos audit me audit, & qui vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum qui me misit. Item, Si qui vos non susceperint, scitote quia in die iudicij remisissus erit Sodomis quàm illi ciuitati. hoc idem indicans Paulus 1. ad Thesalon. 4. cap. ita scripsit de mandatis & decretis pastorum ecclesiæ: Si

quis hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum, qui dedit spiritum suum sanctum in nobis. Hinc est quod idem Apostolus vult cum omnem anathema esse, qui aliter euangelizat & annunciat Christum quam eundem ecclesia per spiritum sanctum, edocta proponit: cum ait ita Galat. i. cap. Licet nos (ita loquitur, quia homines falli possunt, cum ab ecclesia doctrina recedunt: quare notandum quod & si debemus cum ecclesia doctores recipere, non tamen debemus cum doctoribus ecclesiam relinquere, quæ sola habet à Deo promissionem perpetuæ veritatis, & vt vulgò dicitur infallibilitatis) aut Angelus de celo euangelizet vobis præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit, hoc idem docent sepius suis scriptis reliqui Apostoli, qui eo potissimum sine scripserunt, fundata iam per prædicationem & traditiones varias ecclesia, vt admonerent nullo pacto recedendum esse à fide & doctrina ecclesie catholice, in qua sola sunt media vitæ & salutis æternæ cum puro verbo Dei, cum effectu sacramentorum, cum gratia Dei & communicatione spiritus sancti, quo viuificari non possunt qui ab ea recesserunt, & in ea non sunt viuificati, sicut membrum à corpore abscissum & separatam vitam, motum, & sensum non potest habere ab anima, quæ in corpore & non extra illud viuificat & vegetat. Clarum igitur est, certumque efficiat expresso ipso Dei verbo ecclesiam errare non posse, in ecclesie fide, doctrina & obedientia permanendum esse ei omni qui vult per Christum salutem consequi: cum omnem qui in ecclesia, fide & vitæ sanctitate perseuerat securum vitam æternam expectare debere: vt contra neminem qui ab ecclesia recedit de veritate & spe salutis æternæ gloriari possit, cum videlicet in ea sola Christus qui est via veritas & vita inueniatur & participetur. Vnde sanè manifestissimum euadit eos omnes frustra gloriari de Euangelio, de gratia Dei & Christi merito, qui à fatana delusi & infascinati ecclesie catholice fidem & religionem contempserunt, atque reliquerunt. Nam miserissimi quorundam solam literam biblicorum occidentem cum Iudeis & reliquis impiis atque infidelibus habent, non autem spiritum viuificantem, veram expositionem & sinceram intelligentiam, quæ est à solo spiritu sancto, vt etiam diuinitus inspirati locuti sunt sancti Dei homines in ecclesia catholica. Vbi etiam notatu est dignissimum, quod illi qui ab ecclesia iusto Dei iudicio tanquam ea indigni recesserunt nihil profusus eorum quæ contra catholicam ecclesie fidem & religionem professionem sequuntur per textum sacræ scripturæ confirmare possunt. Quare certum est eos à fatana captiuos duci & sequi propria omnia & deliramenta, ambulantes in suis propriis adinventionibus sine lumine verbi Dei, de cuius luce & illustratione falso & impudenter gloriantur. Hæc autem omnia eo referri volumus, vt secundum propositum nostrum manifestum ex ipsa sacra scriptura relinquamus nostram catholicam & antiquam fidei professionem veram esse & christianam nõque extra omnem erroris & impietatis aleam positos esse, qui in catholica ecclesia permanemus, & in ea traditam ab Apostolis, & semper à sanctis patribus obseruatam fidem & religionem sequimur & profitemur. Nostram autem (quam vulgò dicunt Romanam) veram esse & catholicam ecclesiam certius & manifestius est quam vt de eo dubitari & quæri debeat. Nam veræ notæ ecclesie Christi iam protulimus ex scriptura sacra cicero & propriè conueniunt, cum videlicet vbiq; semper & communi consensu eius fides, doctrina & religio recepta, probata & vitata fuerit. In ea enim præst Christi Iesu vicarius beati Petri cui Christus suam ecclesiam dirigendam commisit successor, cuius cathedram & authoritatem in vniuersali ecclesia cum plenitudine potestatis habet. Hoc sanctis & doctissimis patribus ecclesie primitiue dubium non fuit, vt eorum scripta leuius restantur. hoc concilia omnia legitime congregata declarant, hoc tota ecclesia semper confessa est, & adhuc proficitur, hoc etiam inde non obscurè docetur, quod quicumque Christum blasphemant Antichristi præcursores, ipsum Romanum pontificem carne peius & angue odierunt, & præfuis cum sua cathedra expulsum, eiecerunt & etiamnum extinctum vellent. Scit enim fatanas mendacij pater suum abhominabilem & miserimum scelerum Antichristum non reuelatum iri, nisi prius discessio fiat, & cesset iuge ecclesie sacrificium. Oportet enim eum qui tenet tenere, donec de medio fiat filius perditionis à Paulo descriptus. Ecclesiam autem Romanam Christi Iesu verè esse sponsam ex scriptura sacra non obscurum relinquitur, quandoquidem ipsa docet Christum dedisse beato Petro clauis regni cælorum, quæ ecclesie directionem, & gubernationem significant. Hanc autem plenam & vniuersalem ecclesie administrationem vni Petro datam clare testantur hæc verba Christi singulariter prolata ad hunc modum. Matth. 16. Petre, dabo tibi clauis regni cælorum, &c. Item Ioan. 21. Petre amas me plus his? Pasce oues meas, pasce agnos meos: Item quæ scribuntur Lucæ 22. his verbis: Rogauit pro te Petre, vt non deficiat fides tua. Ex quibus locis scripturæ aperte, & aliis plurimis dilucidum sit ecclesiam Christi fundandam & administrandam specialiter & quodam privilegio per beatum Petrum: quem tam certum est apud omnes doctos Romæ eam fundasse prædicatione, & propria morte confirmasse, vt nemo de eo querere nisi in fans, omnium historicarum imperitis, & rerum necessariorum ignarus: aut de eodem disputare nisi impudens mea quidem sententia possit aut debeat. Hoc igitur per scripturam sacram fixo positoque firmo fundamento, quod ecclesia errare non potest, atque etiã quod ipsa est Romæ fundata specialiter per primum inter Apostolos Christi ipsius ordinatione Petri, nullatenus dubitare debemus de veritate nostræ fidei atque doctrine christianæ. Quæ in re etiã plurimum nos inuat & recreat quod fides defecit in omnibus ecclesiis quæ per alios Apostolos fundatæ fuerunt: in Romana autem nunquam vt videlicet secundum promissionem veritatis Christi maneret qui dixit, quod fides non deficiet in ecclesia Petri: quod idem visus est etiam insinuate Matth. 16. cap. cum Petro ita dixit: Tu es Petrus, & super hæc petra

ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Quid autem sunt inferi portæ nisi hæretici, & impij reliqui, qui hominum fidem & mores corrumpere, nusquam non tentant? Cuius igitur nostra ecclesia tam probè ipsa scriptura comprobetur in ea fixi & immobiles permaneamus reuinentes nostræ fidei & religionis confessionem tanquam ancoram. Tot namque promissiones in ea permanentibus sunt factæ, & contra, tot comminationes ab ea discedentibus offensæ, vt si fieri posset quod in ecclesia error obreperet, tutus esset apud Deum, qui cum ecclesia erraret: condemnaretur autem qui contra ecclesiam à partibus seditionum & hæreticorum stare, quia Deus iussit & sequi ecclesiam, & seditionos hæreticos deuitare. Hoc autem non est nobis timendum, sed certo persuasi esse debemus omnes qui in ecclesia manent veritatem Euangelij habere. Sic ergo præsentem disputationem concludimus: ecclesia non potest errare. Ecclesiam autem eam quæ Petri successorem, Dei vicarium, primum ministrum & vniuersalem omnium christianorum pastorem agnoscit, veram esse ecclesiam Christi certum est: quare quicquid præscribit & decernit, illud ipsum tenendum est. Vnde consequitur Christi & spiritus sancti doctrinam & religionem esse eã quæ proponit & approbat confessionem auricularum, meritum bonorum operum, purgatorium, & præces oblationesque factas pro defunctis, orationes & inuocationes sanctorum, liberum hominis arbitrium, indulgentias, septem sacramenta, honestas sepulturas & exequias mortuorum, communionem corporis Christi sub vna tantum specie, imaginum cultum, cultum ecclesiasticum, peregrinationes, missæ sacrificium, festa sanctorum, ornatum templorum, organorum in eisdem pullum, aquam benedictam, ciborum delectum, quadragesimæ ieiunium, & reliquas denique ceremonias & traditiones, quæ adhuc obseruatæ fuerunt in ecclesia catholica. Hæc enim christiano homini sufficientes esse debet ratio, quare hoc vel illud agat in religione christiana, quia ecclesia quæ non potest errare, & quam Christus nos sequi iussit illud tradit, præcipit aut approbat. Qui enim Dei est filius, eius sponsam ecclesiam matrem agnoscat, eique omni eum humilitate obsequetur.

*De libero hominis arbitrio. Caput 3.*

Inter omnes qui hodie in vulgus iactantur errores, nescio an sit aliquis tum abiudior, tum etiam perniciosior, eo quo alij hominem ex homine tollere aditentes, negant illum habere liberum arbitrium. Nullum siquidem maius deliramentum esse potest, quam id negare quod tam in nobis tam in aliis ipsa experientia docet, & esse conuincit. An non enim ipsi sentimus nobis inesse aliquam vim qua consulamus, deliberamusque quippiam suscepturi, quæ etiam postquam deliberauimus rem eam, de qua deliberatio suscepta est à nobis in actionem deducitur, vel plane relinquitur? Nullum etiam profecto commentum perniciosius est eo quod Deum auctorem malorum facit, bonarum actionum mercedem negat, imò ipsas etiam bonas actiones proflus tollit, & hominem spiriti & trunco aut saltem belluæ similem facit. Negare siquidem homini liberum arbitrium inesse, nihil mihi aliud videtur esse, quam hominem ex homine tollere, & omnia in hominem consociatione turbare, permiscere & confundere. Nam si homo caret libero arbitrio, frustra illi dantur præcepta, frustra dantur præmia & inferantur pœnæ. Verum institutum nostrum profectus doceamus ex ipsa sacra scriptura hominem libero arbitrio prædicum esse natura & creatione, illudque non amississe per sequens peccatum, quod vt debilitatum & læsum fuit, ita per superuenientem gratiam curatum, sanatum & confirmatum fuit. Hoc docetur Ecclesiæ, cap. 7. his verbis: Deus fecit hominem rectum: hanc autem hominis rectitudinem in qua factus est esse arbitrij libertatem & actionum suarum liberam potestatem, indicant quæ ibidem, ita subiunguntur: ipse autem infinitis questionibus sese misuit: Idem apertissimè docetur Ecclesiæ 15. cap. his verbis: Ne dixeris: Defecti impulsu domini. Non enim debes quæ odit facere. Non dicas, ille me implanauit: Non enim cui sunt necessarii homines impij, omne execrationum erroris odit dominus, & non erit amabile clementibus eum. Deus ab initio creauit hominem, & reliquit eum in manu sui consilij. Adiecit mandata & præcepta sua. Si volueris mandata seruare, conseruabunt te. Apposuit tibi ignem & aquam: ad quod volueris porrigere manuum tuam. Ante hominem vita & mors: bonum & malum, quod placuerit ei dabitur illi: Nemini mandauit Deus impiè agere, nec peccandi, cuiquam dedisse licentiam. An non ex hac expressa scriptura sacra dilucidum euadit hominem prædicum esse libero arbitrio & ante & post peccatum, Deumque malorum auctorem nullatenus esse aut dici debere? eadem hominis arbitrij libertas clare ostenditur ex eo quod scribitur Genes. 1. & 2. cap. cum siquidem esse factum ad imaginem & similitudinem Dei, quid aliud est quam ipsam rationis & libertatis participem esse? Dicitur igitur lumen Dei signatum esse super nos: dicitur quoque esse genus Dei, quia Deus ratione & libera potestate nostrarum actionum nos donauit, quod reliquis animalibus denegauit, eadem arbitrij libertas etiam in homine ostenditur ex eo quod statim Deus voluit eum ex discretionem & deliberatione agere, eum fructus arboris scientiæ boni & mali, ipsi prohibendo: quod sanè nequaquam fecisset si libertate caruisset. Notandum autem quod maxime Deus voluit homini dare præceptum vt discretionem & discrimen faceret in illis rebus, in quas naturali appetitu valde ferretur, puta in esu & coitu. Sic enim maxime deprehenditur & euidentissimè comprobatur hominis libertas, quia propter Dei præceptum abstinere ab his rebus quas maxime appetit, aut si omnino non abstinere saltem in ipsis discrimen facit, & eisdem cum discretionem vitatur, quod non possunt facere belluæ, quæ ratione & libertate carent.

Clarum est igitur hominem cum libero arbitrio ad Dei imaginem & similitudinem factum fuisse, ad hoc enim indicandum statim daturum

est illi præceptum. Illud autem liberum arbitrium, & si per sequeus peccatum laetum & multum debilitatum fuit, non tamen sublatum est: quod palam fit ex iis quæ dominus dixit Cain, vt scribitur Gene. 4. cap. in hæc verba: Quare iratus es, & cur concidit facies tua? Nonne si bene egeris recipies: si autem male. Statim in foribus peccatum tuum aderit? sed subter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Quis igitur quæso, nisi aperte scriptura: facere aduersari velis audebit dicere hominem etiam post peccatum carere libero arbitrio, nec posse bene aut male agere pro libera sua voluntate: hoc etiam manifestissimum euadit ex eo quod Moyfès dixit populo Israel data iam lege, vt scribitur Deuter. 30. cap. his verbis: Considera quod hodie proposuerim in conspectu tuo vitam & bonum: & contrario mortem & malum: vt diligas Dominum Deum tuum, & ambules in viis eius, & custodias mandata illius ac ceremonias atque iudicia, & viuas, atque multiplicet te, benedicat tibi in terra, ad quam ingredieris possidendam. Si autem auertum fuerit cor tuum, & audire noluieris, atque errore deceptus adaueris deos alienos, & serueris eis: prædico tibi hodie quod percas, & paruo tempore morieris in terra, ad quam Iordane transiit ingredieris possidendam. Testes inuoco hodie cælum & terram, quod proposuerim tibi vitam & bonum, benedictionem, & maledictionem: elige ergo vitam, vt & tu viuas, & semen tuum. Nihil sanè apertius ad probandum hominis liberum arbitrium afferri potest. Quare breuitati studens, prætermitto infinitos veteris instrumenti locos, quibus liberum hominis arbitrium facile confirmatur, vt quando Salomon ait sapius, esse hominis animam præparare, quando propheta clamant & dicunt: Conuertimini ad dominum, &c. Quæ sanè omnia indicant planè hominem libero arbitrio præditum esse. Quid eo firmius afferri etiam potest, quod Elia i. cap. scribitur in hæc verba: Si volueritis & audieritis me, bona terra comederis: quod si noluieritis, & me ad iracundiam prouocaueritis: gladius deuorabit vos. Addam & aliud apertissimum locum, qui scribitur Eccles. 31. cap. in hæc verba: Beatus qui potuit transgredi, & non est transgressus: & facere mala & non fecit, ideo stabilita sunt bona illius in domino, & elemosynas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum. In nouo autem testamento, nunquid Christus dominus aperte liberum hominis arbitrium asseruit cum ita dixit: Si vis ad vitam ingredi serua mandata, Matth. 19. cap. Item: Quoties volui vos congregare quemadmodum gallina congregat pullos sub alas & noluitis: Matth. 23. cap. Item: Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, &c. Luc. 9. Idem ipsum docetur Hebr. 10. cap. his verbis: Voluntariè peccantibus nobis post acceptam noticiam veritatis, iam non relinquuntur pro peccatis hostia, &c. Item Apocal. 2. cap. his verbis: De illi tempus vt penitentiam ageret, & noluit penitere. Item Apocal. 3. capite his verbis: Ecce ego sto ad ostium, & pullos: si quis auerit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam intrabo ad illum, & cenabo cum illo, & ipse mecum. Item: Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat ecclesiis. Quibus sanè locis & aliis propemodum infinitis luce ipsa clarius est hominem liberum habere arbitrium, quo bene vel male agere potest. Vnde etiam fit quod præmio pro bonis suis actionibus, & poena pro malis afficitur. Consideratione autem imprimis dignum est fatanæ in hoc errore maximum collocatum esse præsidium ad prouehendam suam impietatem, ad tollendam Dei gloriam, & ad præpediendum homines ne vitam æternam consequantur. Nam tollendo liberum arbitrium prætextu gratiæ Dei augendæ, excellentissimum & summa gloria dignum omnipotentis & liberalitatis diuinæ opus in hominis creatione auferret, aut saltem obscurare nititur fatanas. Nã si homo non esset donatus libero arbitrio, tanta non esset Dei omnipotentis erga illum beneficentia & gratia, nec tantopere illius omnipotentia incomprehensibilis appareret in ipsius hominis creatione. Si etiam homo caret libero arbitrio sequitur (quum careat bonarum actionum necessario principio) quod neque bene, ne male agere potest, neque etiam mereri aut demereri. Quare frustra se macerat frustra ieiunat, frustra dat elemosynam, Deum orat, proximum instruit, & aliud quoduis opus aggreditur. Melius esset igitur genio indulgere, & in diem viuere, quam spiritu facta carnis mortificare, hæc sanè & alia multa sequerentur incòmoda si homo libero arbitrio præditus non esset. hic ergo attendatur & caueatur perniciosissimus astus fatanæ. Nos autem cum liberum arbitrium asserimus Dei gratiæ nihil detractum volumus, sed eam semper necessariam ad bene operandum ipsi libero arbitrio conficimus. Non enim opponimus naturam & gratiam, sed illam per hanc perfici credimus cum beato Paulo, qui ait se omnia posse in eo qui se confortat. Sumus namque cooperarij Dei, qui in nobis operatur velle & perficere pro bona sua voluntate. Vt enim conuersi generali adiuuat hominis liberum arbitrium in actionibus manis, ita speciali gratia idem dirigit & iuuat in operibus mentis vitæ æternæ.

*De necessitate bonorum operum, & fide per charitatem operante. Cap. 4.*

Vt qui placet aut ferit eo cogitationes & actiones suas dirigit vt fructum capiat ita Deus omnipotens, qui sua bonitate hominem ad suam imaginem & similitudinem fecit eo spectauit vt in tanto opere honoraretur, & ex eodem glorificaretur. Nam vt omnia propter hominem creauit Dominus misericors, ita eundem propter suam gloriam fecit. Homo igitur microcosmus, & opus Dei multa magnificentia ornatum, ideo libero arbitrio est insignitus, & à tyrannide peccati per Christi mortem & eiusdem per baptismum applicationem in libertatem vindicatus est, vt Deo domino creatori & redemptori suo gratias perpetuo agat eidem seruando in sanctitate & iustitia omnibus diebus suis. Deus enim glorificatur in bonis christianorum operibus: quare ea valde præcepit decreuitque neminem sine ipsis saltem consecutum quantumvis sit baptizatus & de fide gloriatur atque Christi verum Deum

& hominem pro se mortuum constare. Deum autè per bona christianorum opera glorificari testatur Christus Matth. 5. cap. his verbis: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona & glorificent patrem vestrum qui est in cælis. Idem docet Ioan. 15. ca. his verbis. In hoc glorificatus est pater meus vt fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli. Item: Nò vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos, vt catis, & fructum afferatis, & fructus vestri maneat, vt quodcumque petieritis patrem in nomine meo, det vobis. Manifestum igitur euadit Deum gloriam capere & clarificari per bona opera propter quæ hominem creauit & redemit. Opera autem bona esse ad salutem necessaria omnibus hominibus Deum verè cognoscentibus, & in Christum credentibus roma passim clamat scriptura facta, ex qua tantummodo paucos locos referam pleniorè de hac retractationem in aliud tempus differo. Illud igitur testatissimum & notissimum nobis relinquatur ex eo quod dixit Christus, vt scribitur Matthæi 5. capite per hæc verba: Nolite putare, quoniam veni soluere legem aut prophetas. Non veni soluere, sed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec transeat cælum & terra, iota vnum aut apex non præteribit à lege donec omnia fiant. Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum: qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum. Dico autem vobis, quia nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum & Phariseorum, nò intrabitis in regnū cælorum. Audistis quia dictum est antiquis, Non occides, &c. Ex hoc sanè loco manifestissimum est oportere omnes christianos legem Dei seruire, & quidem tanto magis, tanto diligentius & perfectius quanto lex Euangelica est perfectior lege Mosaicæ. Hoc est quare hac tota disputatione de obseruanda lege à christianis, Christus non tantum factum exterius, sed etiam voluntatem internam reformat & sanctificari desiderat. Dilucidum igitur euadit quanto in errore versentur qui christianos ab obseruatione legis diuinæ liberos esse volunt, est que satis esse falso affirmant fiduciam passionis & mortis Christi cum baptismo, postquam ignoranter & perniciose affirmant peccata non quidem posse vitari, sed tamen ea non imputari propter fidem Christi Iesu pro nobis crucifixi. Peccata autem fugienda esse & bona opera cum adimplitione legis diuinæ requiri, vt salutem consequamur, scripturam sacram docentem & affirmantem audiamus. Matthæi septimo capite ita scriptum legimus. Quam angusta porta, & arcta via est quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui intrant eam. Attendite à falsis prophetis. (hic nota diligenter Christum non admonere de fugiendis salutaribus, Epicureis & Sardanapalicis concionatoribus verbi Dei corruptoribus, qui sunt potius ventris & libidinis ministri miserissimi quam Euangelij, cuius nullum sensum habeat denunciatores censendi & iudicandi) à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus cordis cognoscetis eos (nota vitam maximam doctrinæ argumentum esse.) Nunquid colligunt de spinis vnas aut de tribulis ficus? Omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor fructus malos facit, non potest autem arbor bona, malos fructus facere, nec arbor mala bonos fructus facere. Omnis arbor (nota diligenter) quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi domine, domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui (nota quæso que & qualis sit vocatio Euangelica) facit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum. Multi dicunt (hoc nota de libidinosis & voluptuariis concionatoribus qui seducunt mulierculas oneratas peccatis quæ ducunt variis desideriis) mihi in illa die: Domine, domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo demonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos: discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Omnis ergo qui audit verba mea hæc & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram, & descendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit. fundata enim erat supra petram. Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, similis erit viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam: & descendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina eius magna. Quid quæso apertius dici à Christo potuisset ad docendam & confirmandam bonorum operum necessitatem? Videamus autem & alios de eadem re scripturæ sacre locos. Matthæi decimo capite scribitur in hunc modum. Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui in cælis est. Item: Qui inuenit animam suam perdet illam: Et qui perdidit animam suam propter me inueniet eam. Matth. duodecimo capite ita scribitur: aut facite arborem bonam & fructum eius bonum, aut facite arborem malam, & fructum eius malum. Si quidem ex fructu, arbor cognoscitur. Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum quodcumque locuti fuerint homines reddent rationem de eo in die iudicij, ex verbis enim tuis condemnaberis. Item ibidem. Quicunque fecerit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse meus frater & soror, & mater est. Matthæi decimotertio capite ita scribitur: Qui in terram bonam seminatus est, hic est qui audit verbum, & intelligit, & fructum offert, & facit aliud quidem centesimum, aliud autem sexagesimum, aliud vero tricesimum. Matthæi decimo sexto capite ita scriptum legimus: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me. Matth. decimonono ita scriptum est: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Matthæi vicefimoprimo capite scriptum est quod dominus locabit suam vineam aliis agricolis, qui reddent ei fructum in tempore suo. Matthæi 25. ita scribitur: Omni habenti dabitur, & abundabit. Ei autem qui non habet, &



## LIBER QVARTVS

quod videtur habere auferetur ab eo, & inutilem seruum eicie in tenebras exteriores. Item, dicitur ei qui a sinistris erunt: discite a me maledicti in igne eternum, qui paratus est diabolo & angelis eius, esuriri enim & non dedistis mihi manducare. &c. Math. 23. c. scribitur in hunc modum: Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, docentes eos seruate omnia quecumque mandaui vobis. Marc. 1. c. ita scribitur: Pœnitentini & credite euangelio. Mar. 3. c. Qui fecerit voluntatem Dei hic frater meus, & soror mea & mater est. Marc. 4. c. ita scriptum est: In qua mensura menti fueritis, remetietur vobis. Qui enim habet dabitur illi, & qui non habet auferetur ab eo. Marc. 8. c. Si quis vult me sequi, denegat semetipsum & tollat crucem suam & sequatur me. Luc. 2. c. ita scriptum est: vt sine timore de manu inimicorum nostrum liberati seruamus illi, scilicet Deo, in sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. Luc. 3. c. ita scribitur: iam securus ad radicem arboris posita est: omnis ergo arbor non faciens fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Luc. 6. ita scribitur: Estote misericordes sicut pater vester misericors est. Item: Quid me vocatis domine domine, & non facitis ea que dico? Luc. 8. c. ita scriptum est: Qui habet dabitur illi, & quicumque non habet etiam quod putat se habere auferetur ab eo. Luc. 12. ita scribitur: Vos estote parati quia qua hora nō putatis filius hominis veniet. Luc. 13. cap. sic scriptum est: discite a me operari iniquitatis. Ioan. 8. c. ita dicit Christus. Si quis sermonem seruaerit, non gustabit mortem in æternum. Ioan. 13. c. ita scriptum est: Si hæc fecitis, beate eritis si feceritis ea. Ibidem ita scribitur. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adiuicem. Ioan. 14. c. ita dicit Christus: Si diligitis me mandata mea seruate. Item qui habet mandata mea & seruat ea, ille est qui diligit me. Qui autem diligit me diligeatur a patre meo. Item: Si quis diligit me sermones meos seruaerit, qui autem non diligit me sermones meos non seruat. Ioan. 15. c. scribitur: omnem palmitem in me non ferentem fructum pater tollit eum, & omnem qui fert fructum purgabit eum, vt fructum abundantiorum afferat. Item: Si præcepta mea seruaeritis, manebitis in dilectione mea, sicut & ego præcepta patris mei seruaui, & maneo in eius dilectione. Roma. 1. c. ita scriptum est, cum cognouissent Deum, non fuerunt Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed euaduerunt in cogitationibus suis &c. Roma. 7. c. ita scribitur: Non audiores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Roma. 6. c. ita scribitur: humanum dico propter infirmitatem carnis vestre. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immundicie & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iusticie in sanctificationem &c. Roma. 7. c. ita scribitur: Fratres mei, vos mortificati estis legi per corpus Christi, vt sitis alterius qui ex mortuis resurrexit: vt fructificetis Deo. Cum enim essemus in carne, passionibus peccatorum que per legem erant operabantur in membris nostris, vt fructificarent morti. Nunc autem soluti sumus a lege mortis, in qua detinebamur, ita vt seruamus in nouitate spiritus, & non in uetustate literę. Roma. 8. c. ita scribitur: Fratres, debitores sumus non carni vt secundum carnem uiuamus. Si enim secundum carnem uixeritis moriemini si autem spiritu facta carnis mortificaueritis uiuetis Ro. 12. c. ita scribitur: Obsecro itaque vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium uestrum. Et nolite conformari huic seculo: sed reformamini in nouitate sensus uestri, vt probetis que sit uoluntas Dei bona & bene placens & perfecta. Item non uosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum ire. Scriptum est enim, Mihi vindictam & ego retribuam, dicit dominus. Sed si esurierit inimicus tuus ciba illum, si sitiet potum da illi. Roma. 13. c. ita scribitur: plenitudo legis, est dilectio. Et hoc scientes tempus, quia hora est iam nos de somno surgere, nunc enim propior est nostra salus, quam cum cre didimus, nox præcessit, dies autem appropinquauit. Abiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis: sic vt in die honeste ambulemus: non in comellationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudiciis, non in contentione & amulatione, sed induamini dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desideriis suis. Ro. 14. c. ita scribitur: Nemo nostrum sibi uiuit, & nemo sibi moritur. Siue ergo uiuimus domino uiuimus, siue morimur domino morimur. Prioris Corinth. 3. c. ita scribitur: Vnusquisque videat quomodo ædificet. Vniuscuiusque enim opus manifestum erit. Dies enim domini declarabit, quia in igne reuelabitur, & uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. 1. Cor. 5. c. ita scribitur: Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio sicut estis azimi. 1. Corin. 6. c. ita scribitur: An nescitis quoniam membra uestra sunt templum Spiritus sancti, qui in uobis est, quem habetis a Deo, & non estis uestri? Empti enim estis pretio magno: glorificate & portate deum in corpore uestro. 1. Cor. 7. c. ita scribitur: circuncisio nihil est, & preputium nihil est: sed obseruatio mandatorum Dei. 1. Cor. 9. c. ita scribitur: Sic currite vt comprehendatis. Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, & illi quidem vt coronam corruptibilem accipiant, nos autem incorruptam. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi ærem verberans, sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: ne forte cum aliis predicauerim, ipse reprobus efficiam. Gatha. 3. c. ita scriptum est: In Christo Iesu, neque circuncisio aliquid ualet, neque preputium: sed fides, que per charitatem operatur. Galat. 6. c. ita scribitur: Bonum facientes non desiciamus: tempore enim suo metemus non desicetis. Ergo dum tempus habemus operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Ephes. 2. c. ita scribitur: creati sumus in Christo Iesu, in operibus bonis que præparauit Deus vt in illis ambulemus. Ephes. 4. c. ita scribitur: obsecro itaque pei uui

stus in domino vt digne ambuletis uocatione qua uocati estis omni humilitate, & mansuetudine &c. Ibidem ita scribitur: Renouamini spiritu mentis uestrę, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iusticia & sanctitate ueritatis. Philipen. 4. c. ita scribitur: De cetero fratres quecumque sunt uera, quecumque pudica quecumque bone fame quecumque iusta, quecumque sancta, quecumque amabilia, si qua uirtus si qua laus discipline hec cogitate. Prioris ad Tessa. 4. c. ita scribitur: Hæc est uoluntas dei sanctificatio uestra, vt abstineatis uos a fornicatione, vt sciat unusquisque uestrum uas suum possidere in sanctificatione & honore, non autem in passione desiderij sicut gentes &c. 1. ad Thessal. 5. c. Omnia probate quod bonum est tenere, ab omni specie mala abstinete uos &c. Posterioris ad Timot. 2. c. ita scribitur: Firmum fundamentum dei stat habens signaculum hoc: Cognouit dominus qui sunt eius, & discedit ab iniquitate, omnis qui inuocat nomen Domini: Posterioris ad Timot. 3. c. ita scribitur: omnis scriptura diuinitus inspirata uilis est ad docendum, ad arguendum ad corripiendum ad erudiendum in iusticia, ut perfectus sit homo dei ad omne opus bonum instructus. ad Titum. c. ita scribitur: omnia munda mundis, conuincatis autem & infidelibus nihil est mundum, sed inquinatę sunt eorum mens & conscientia. Conscientie se nosse Deum, factis autem negant, cum sint abominati, & ad omne opus bonum reprobati. ad Titum. 2. c. ita scribitur: Apparuit gratia dei & saluatoris nostri omnibus hominibus erudens nos: ut abnegantes impietatem & secularia desideria, sobrie & iuste & pie uiuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem & aduentum glorie magni dei & saluatoris Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate: & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Ibidem. 3. c. ita scribitur, & Fidelis sermo: de deo uolo te confirmare, ut eum bonis operibus præfessus, qui credunt deo. Hebr. 10. c. ita scribitur: Irritam quis faciens legem Moysi sine uilla miteratione duobus vel tribus testibus moritur: quanto magis putatis deteriora mereri supplicia qui filium dei copulauerit, sanguinem testamenti solutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratię contumeliam fecerit &c. iacobi. 2. c. ita scribitur: Sicut corpus sine spiritu mortuum est: ita & fides sine operibus mortua est. Prioris Petri. 1. c. ita scribitur: Succinctorum lumbos mentis uestrę sobrie, perfecti sperate in eam que offertur uobis gratiam quasi filij obedientie, non configurati prioribus ignorantie uestrę desideriis: sed secundum eum qui uocauit uos sanctum sancti sitis in omni conuersatione. In eadem epistola. 2. c. sic scribitur: Obsecro uos charissimi tanquam aduenas & peregrinos abstinete uos a carnalibus desideriis que militat aduersus animam &c. Item, Sic est uoluntas dei, ut benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam, quasi liberi, & non quasi uelamen habentes malitie liberati, sed sicut serui dei. Ibidem 4. c. ita scribitur: Christo igitur passo in carne & uos cadę cogitatione ammitti, quia qui passus est in carne desit a peccatis, vt non iam desideris hominum, sed uoluntati dei, quod reliquum est in carne uiuat temporis. Posterioris epistole beati Petri. 2. c. ita scribitur: Si resurgentes conuincationis mundi in cognitione domini nostri & saluatoris Iesu Christi, his rursum implicati superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere uiam iustitię, quam in post agnitionem retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est sancto mandato. Contigit enim eis illud ueri promeribj, carnis reuerfus ad suum uomitum, sicut Iota in uolutabro luti, primę epistole. Ioan. 1. cap. ita scribitur: hæc est uniuersa que audiui a deo, & annunciamus uobis quoniam deus lux est, & tenebrę in eo, non sunt ulla. Si dixerimus quoniam societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus: mentimur, & ueritatem non facimus. Si autem in luce ambulamus sicut & ipse est in luce, societatem habemus adiuicem, & sanguis Iesu filij eius emundat nos ab omni peccato. Ibidem. 2. c. ita scribitur: Qui dicit se nosse deum, & mandata eius non custodit: mendax est, & in eo ueritas non est. Qui autem seruat uerbum eius uere in hoc charitas dei perfecta est, in hoc scimus, quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in Christo manere debet, sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Ibidem. 3. c. scribitur ad hunc modum: Ne mo uos seducat: qui facit iustitiam iustus est: sicut Christus iustus est. Qui facit peccatum ex diabolo est, quoniam ab initio diabolus peccat. &c. Apocalypsis beati Ioan. 2. c. scribitur ad hunc modum: Qui uicrit & custodierit usque in finem opera mea, dabo illi potestatem super gentes & reges eas in uirga ferrea, & dabo illi stellam matutinam. Qui habet aurem audiat, quid spiritus dicat ecclesiis. Hi sane loci ex ipsa sacra scriptura expressa collecti & deprompti fidelissimę debent sufficere cullibet vt persuadeatur omnibus christianis necessaria esse bona opera, quum sine illis nemini pateat aditus ad uitam æternam quam uicimus credat Christum pro se mortuum, & in eius nomine sic baptizatus. Hoc autem propositum latius tractare uolumus non ignari quot sint hodie cuiusuis sectę aut religionis qui suo uentri magis quam Deo seruientes, habent Christi passionē & euangelicę libertatę suę acquirę & deprauationis uelamen. Hoc etiam ideo fecimus quia si omnes uellent dei mandata seruate & carnis praua desideria uitare facillimę conueniremus. Satis enim dignoscitur tam ex horum quam illorum uita corrupta omnes fere, non que sunt Christi, sed iniqua quęere sub pretextu religionis christianę. Necessē est autem omnino nos Deo coniungi & uniri per mandatorum ipsius uoluntatem obseruationem priusquam id ipsum sapere & continere ualeamus. Nā plena & perfecta Ecclesia totius reformationis prædet ex singulari conseruacione & probitate, que sine timore & amore deesse nequit. Dei igitur mandata obseruemus, & bona opera faciamus, si pacifice uiuere, si omnia prospera habere, & tandem æterna uoluntate perfrui desideramus.

# LIBER QVARTVS.

*De merito bonorum operum apud Deum, & de malorum  
pena. Caput 5.*

Si quam plantauit, rigauit, & omni diligentia pasciuit arborem laudat eiusdem percipiendis fructibus agricolam: hominis liberè & voluntariè cooperantis gratia, & ad suum authorem omnia referentis non cõmendabit & premiabit Deus optimus & magnificentissimus bona opera: commendabit & premio afficiet sane. Non enim inuisus est Deus (inquit scriptura) vt obliuiscatur bonorum hominis operum. Si nanque nulla essent bonorum operum merita, nec malorum supplicia, longe prestantior esset impiorum quàm iustorum & piorum conditio. Iusti enim vt iusti sint & sancte Deo seruiant ex charitate de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta, sibi vim quotidie quodammodo inferunt, aduersus carnem, mundum & satanam crudelissimos profecto & non semper expugnatos faciles hostes depugnando. Aequa igitur esset casti & libidine distulenti conditio: æqua sua largientis, & aliena rapientis: æqua sobrii, & ebrii: nunquam sane crediderim: Hęc autem omnia esse oporteret, si nec merita essent bonorum operum apud Deum post hanc vitam, nec malorum pena. Nam vt inquit beatus Paulus. 1. Corinth. c. 15. Si in hac vita tantum sperantes sumus miserabiliores sumus omnibus hominibus, qui Christi fidem & religionem sanctam profitemur. Si enim nulla sunt merita, quid periclitamur omni hora? Hoc enim quid prodest si nulla sunt bonorum operum post hanc vitam merita? Satane igitur hanc esse doctrinam agnoscimus que negat bonorum operum merita. Hoc nanque pacto altissimus satanas virtutem & finem euangelij auferre, atque Deum gloria, & homines tam bonis operibus quàm corundem premio priuare, satagit homines interim à se delusos vana spe salutis per passionem Christi, cui non conformes vitæ puritate existunt, in deliciis & carnis mundi que perniciosi desiderii fouendo. Nulla sane via aprior excogitari posset reuocandi homines ab obseruatione mandatorum Dei, & ab omni profuso honesto & christiano virtutum exercitio quam si persuadentur tam difficilem illam contra vitia pugnam nihil ipsis allaturam. Quis enim vnquam aliquid difficile qualis est potissimum desideriorum carnis continua pugna aggredi veller, si nullam sibi constitutam putaret mercedem? Quis etiam tam gratas hominum naturæ voluptates aspernari & fugere veller nisi iudicaret ipsis paratas esse penas? Quis enim non diceret, manducemus & bibamus potius quam abstinentia & ieiuniis carnem maceremus, & corpus proprium (quod nemo vnquam odio habuit) castigemus si nec bonorum premia, nec malorum sciret futura esse supplicia: fugienda sunt igitur colloquia mala que corrumpunt mores bonos: si seduci nolumus, amplexemur autem christiana illa dogmata, que Deus suam Ecclesiam docuit, quibus instrumur quod Deus nec bonum vllum relinquit iremuneratum, nec etiam malum vllum impunitum. Spatiare per latissimum vniuersæ sacrę scripturę campum, & facile comperies Deum optimum maximum, qui viam glorię æternę ordinauit & cõstituit non solum & nudam opinionem persuasionem aut apprehensionem suę bonitatis & misericordię, sed suorum mandatorum fideliem obseruationem, nunquam vllum posuisse præceptum, quin statim addecerit premium illud obseruantibus, & penam transgredientibus. Hoc facile cernitur in primo præcepto protoparenti dato, sicut etiam in aliis omnibus que in lege naturę facta sunt. Quomodo autem id fecerit in lege scripta testantur omnia legis & prophetarum scripta. In lege denique euangelica Christus dominus noster nomothetes sapientissimus nullum dedit præceptum quin simul & premij obseruatoribus preparati meminerit. Hoc cognoscitur clare ex his que scripta sunt Math. 5. c. vbi Christus ita refertur dixisse cum legem nouam, & eius statuta traderet. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Vides premia nino præceptis & statutis annexa? Quid etiam apertius pro confirmando & docendo bonorum operum merito dici aut scribi velles

quàm illud quod ibidē scribitur in hęc verba? Beati estis cum hiule dixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint & dixerint omne malum aduersum vos mentientes propter me, gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Item ibidem: Si diligitis eos qui vos diligunt quam mercedem habebitis? Quis igitur, rogo, bonorum operum merita negabit nisi sacram scripturam apertissimam prius negare velit? De pena autem non obseruantium dei legem tempore euangelij hoc eodem loco clara sunt hæc testimonia. Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis minimus vocabitur in regno cælorum, lege totum hoc caput sequenti.

Prioris corinth. 3. c. ita scribitur: Si cuius opus manserit quod super edificauit mercedem accipiet: Si cuius opus arserit detrimentum patietur.

Prioris corinth. 15. c. ita scribitur: Stabiles estote & immobiles abudantes in opere domini semper, scientes quod labor vester non est inanis in domino. Posterioris Corinth. 4. c. scribitur: Ad hunc modum id quod in presenti est momentaneum & leue tribulationis nostrę supra modum in sublimitate eternam glorię pondus operatur in nobis non contemplantibus que videntur, sed que non videntur.

Ibidem. 5. cap. ita scriptum est. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi: vt referat vnusquisque propria corporis, pro vt gessit siue bonum, siue malum. Ibidem. 9. c. ita scribitur: Qui parce seminat, parceret metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Galat. 6. ita scribitur: Vnusquisque onus suum portabit. Quę enim seminauerit homo hæc & metet: Quoniam qui seminatur in carne sua, de carne metet & corruptionem: qui autem seminatur in spiritu de spiritu metet vitam eternam. Bonum ergo facientes nõ desiciamus: tempore enim suo metemus non desicientes: Posterioris ad Timoth. 4. c. sic scriptum legimus: bonum certamen certauit, cursum consummaui, fidem seruaui: in reliquo reposita est mihi corona iustitię, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex, non solum autem mihi, sed & iis omnibus qui diligunt aduentum eius. Hebr. 10. c. ita scribitur: Nolite amittere confidentiam vestram, que magnam habet remunerationem. Iacobi Pri. c. ita scribitur: Beatus vir qui iusserit tentationem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitę, quam repromittit deus diligētibz se. Itē: Qui perpexerit in lege perfectę libertatis, & permanferit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. In secunda epistola beati iohannis ita scribitur: Videte vosmetipsos ne perdati que operati estis, sed vt mercedem plenam accipiatis. Hoc igitur Christianum dogma teneamus, quo affirmat catholica ecclesia quod homo existens in gratia, quatenus sequitur motum gratię, & instinctum spiritus sancti principaliter operanti meretur apud deum. Hoc enim probant loci sacrę scripturę, quos protulimus, & ex infinitis aliis breuitatis & compendij causa selegimus. Sic autem volumus nostrorum operum meritum intelligi, vt non simpliciter & absolute, sed ex pacto diuinę bonitatis accipiatur. Nam deus (cui nos & nostra omnia debemus) ex sua clementia & liberalitate ordinauit, quod quicunque libere & prompto animo ei deseruiuerit, & mandata ipsius serua- ret, mercedem daret illi. Quare nunquam cessemus bene operari quādiu dies est, venit enim nox quando operari non licebit, sed operum merces recipietur. Licet enim (vt inquit beatus Paulus Heb. 12. c.) omnis disciplina in presenti quidem videatur non esse gaudij, sed mœroris: postea tamen fructum pacatissimū exercitatis per eam reddet iustitia. Fugiamus autem diligentissime colloquia praua eorum, qui verbis latentur quidem se nosse deum & Christi passionem amare & amplexari videntur, operibus autem omnem pietatem & veram salutarēque religionem negant. Illa enim mores bonos omnino necessarios christianis corrumpunt, & multum proficiunt ad impietatem. Semper autem ob oculos ponamus id quod Ecclesiastici. 16. c. scriptum est his verbis. Misericordiam Dei faciet locum vnicuique secundum meritum operum suorum. Bona igitur opera apud deum, gloriā merentur, vt mala penam & supplicium.

## A D L E C T O R E M .

**N**Orunt satis (Lector amice) quibus cum Typographis res aliquando fuit, illorum παρημας χη διορθωσεις correctionem plus quam lænam malum esse. Quare tuum erit ad ea aduertere, que ipsi non aduertentes admisserunt vitia. Vale.

Laus Deo æterno, sapienti, & bono. Amen.

Τὰ δὲ ἄλλα σοφώτερον.

